MONVMENTA GERMANIAE HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS

SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT

GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMAE FAMILIAE WELFICAE AB HISTORIA SCRIBENDA.

Ser. in-fol.

SCRIPTORVM

TOMVS III.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AULICI HAHNIANI
MDCCCXXXVIIII

UNVERÄNDERTER NEUDRUCK 1925
VERLAG KARL W. HIERSEMANN / LEIPZIG

4 OKT. 1949

TOMO TERTIO CONTINENTUR

Pagg.

Praefatio . . . . . VII. VIII.

A. ANNALES MINORES. 1—197

GERMANIAE.

I. Annales Corbeienses a. 658—1148. Tab. I. . . . . 1—18

II—V. Annales Hersfeldenses: Hildesheimenses, Quedlinburgenses, Weissenburgenses et Lamberti pars prior . . . . . 18—116

II. Annales Hildesheimenses Tab. I. . . . . 22—116

Pars prima ab O. C. — a. 993. . . . . 18. tum SS. T. I. p. 112—123. atque a. 815—993. infra pag. . . . . 42—70

Continuatio a. 994—1040. . . . . 90—103

Continuatio altera a. 1041—1103. . . . . 103—112

Continuatio Paderbornensis a. 1109—1137. . . . . 112—116

III. Annales Quedlinburgenses . . . . . 22—90

Pars prior ab O. C. — 993. . . . . 22—69

Continuatio a. 994—1025. . . . . 72—90

IV. Annales Weissenburgenses . . . . . 33—72

Pars prior a. 708—981. . . . . 33—65

Pars altera a. 985—1075. 1087. 1147. . . . . 70—72

V. Lamberti annalium pars prior ab O. C. — 1039. . . . . 22—29, 33—69, 90—102

VI. Annales Fuldenses antiqui 116*, 117*

Pars prior a. 651—814. . . . . 116*, 117*

Continuationes a. 816—838. . . . . 117*

VII. VIII. Annales sancti Bonifacii 117, 118

VII. Annales sancti Bonifacii a. 716—1024. . . . . 117, 118

VIII. Annales sancti Bonifacii brevissimi a. 936—1011. 118

IX. Annales Pragenses a. 894—1220. Tab. II. . . . . 119—121

X—XII. Annalium Iuvavensium supplementum . . . . . 121—123

X. Annalium Iuvavensium maiorum supplementum 122

XI. Annalium Iuvavensium minorum supplementum 122

XII. Annales breves a. 721—741. 123

XIII. Annales Augustani a. 973—1104. Tab. II. . . . . 123—136

XIV. Annales Augienses brevissimi a. 541—817. . . . . 136, 137

XV—XVII. Annales Einsidlenses . . . . . 137—149

XV. Annales sancti Meginradi a. 918—951. 138

XVI. Annales Heremi . . . . . 138—145

Pars prior a. 1—965 . . . . . 138—142

Continuatio a. 977—997. . . . . 143, 144

Continuatio altera a. 972—1057. . . . . 143—145

XVII. Annales Einsidlenses a. 746—1569. . . . . 145—149

XVIII—XIX. Annales Flaviniacenses et Lausonenses . . . . . 149—152

Annales Flavianicenses a. 882—953. . . . . 150—152

Annales Lausonenses a. 850—985. 152

XX. Annales Monasterienses a. 528—1194. . . . . 152—155

Pars prior a. 528—828. . . . . 152—154

Pars altera a. 1065—1194. . . . . 154, 155

XXI. Annales Mettenses brevissimi 155

XXII. Annales sancti Vincentii Mettensis a. 688—1290. . . . . 155—160

Pars prior a. 688—1158. . . . . 156—158

Pars altera a. 1159—1280. . . . . 158—160

GALLIAE.

XXII. Annales Mosomagenses a. 969—1452. . . . . 160—166

XXIII. Annales sancti Germani Parisiensis a. 466—1061. . . . . 166—168

XXIV. Ex Annalibus sancti Albini Andegavensis a. 976—1099. 168

XXV. Annales Masciacenses a 732—1013. . . . . 169, 170

Ad annales Petavianos SS. I. p. 9—18. a. 746. 756. 776. 788. 790. 170

XXVI. Annales Auscienses a. 687—1127. 171
Pars prior a. 687—846. 171
Pars altera a. 1051—1127. 171

ITALIAE.

XXVII. Annales Casinates a. 914—1042. . . . . 171, 172
XXVIII. Annales Beneventani a. 788—1130. . . . . 173—185
XXIX. Annales Cavenses a. 569—1315. Tab. II. . . . . 185—197

B. CHRONICA MINORA. 197—221

XXX. Chronica Sancti Benedicti . . . . . 197—213
Chronica de monasterio sanctissimi Benedicti . . . . . 198—207
Chronicon comitum Capuae a. 815—1058. . . . . 207—210
Catalogus principum Capuae 210
Catalogus principum Salerni 210
Chronicon ducum Beneventi, Salerni, Capuae et Neapolis . . . . . 211—213
XXXI. Regum et imperatorum catalogi . . . . . 213—221
Cronica regum Francorum 214
Tabulae Karolorum et Ottonum 214. 215
Regum Italiae et imperatorum catalogi, Hamburgensis, Cavensis, Ambrosiani, Vindobonensis, Vaticanus, Casinas . . . . . 872, 873. 215—219
Chronicon Nemausense a. 768—1108. 219
Chronicon Luxoviense breve ab O. C. — 1039. . . . . 219—221

C. ANNALES, CHRONICA, HISTORIAE 222—871

XXXII. Chronicon Casinense a. 568—867. Tab. II. . . . . 222—230
XXXIII. Andreae presbyteri Bergomatis chronicon a. 568—877. Tab. II. . . . 232—238
XXXIV. Chronicon Brixiense a. 749-893. . . . . 238—240
XXXV. Erchemperti historia Langobardorum a. 774—889. . . . . 240—264
XXXVI—XXXVIII. Liudprandi Opera. Tab. III. . . . . 264—363
XXXVI. Liudprandi Antapodoseos libri VI. a. 887—950. . . . . 273—339
XXXVII. Liudprandi historia Ottonis a. 960—964. . . . . 340—346
XXXVIII. Liudprandi relatio de legatione Constantinopolitana a. 968. 969. . . . 347—363
XXXIX. Flodoardi annales a. 919—966. Tab. II. . . . . 363—407
Continuatio a. 966. 976—978. . . . . 407, 408
XL. Widukindi res gestae Saxonicae a. c. 919—973. edente D. Georgio Waitz Ph. D. Tab. IV. 408—467
XLI. Chronicon Salernitanum a. 747—974. . . . . 467—561
XLII. Richeri historiarum libri IIII. a. 884—995. Tab. V. . . . . 561—657
Richeri annales a. 995—998. 657
Acta concilii Remensis ad sanctum Basolum auctore Gerberto archiepiscopo. Tab. IV. 658—686
Leonis abbatis et legati ad Hugonem et Rotbertum reges epistola . . . 686—690
Acta concilii Mosomensis auctore Gerberto archiepiscopo 690, 691
Acta concilii Causeiensis auctore Gerberto archiepiscopo 691-693
Gregorii V. papae litterae de synodo Papiensi 694
XLIII. Benedicti Sancti Andreae monachi chronicon a. c. 360—973. Tab. IV. . . 695—719
De imperatoria potestate in urbe Roma libellus . . . . . 719—722
XLIV. Thietmari chronicon a. 919—1018. edente V. Cl. Ioh. M. Lappenberg I. U. D. rei publicae Hamburgensis tabulario Tab. V. . . . . 723—871
Index rerum auctore V. Cl. Georgio Waitz Ph. D. . . . . 874—917
Glossarium auctore V. Cl. Georgio Waitz. Ph. D. . . . . 917—920
Corrigenda et addenda 920

Tabulae. I. ad pag. 18; II. ad p. 222; III. ad p. 268; IV. ad p. 408; V. ad p. 566.



Tertio scriptorum Tomo uberem annalium chronicorum et historiarum, quibus res ab Heinrico I. Ottonibus I. II. III. et Heinrico II. gestae exponuntur, messem itineribus nostris congestam lectoribus proponimus. Quos inter quum annales minores cyclorum decennovennalium margini adscripti fundamenti loco sistendi essent, ab annalibus in Saxonia et Francia scriptis initio facto, ad reliquos in Bohemia, Baioaria, Alamannia, Burgundia et Lotharingia exaratos progressi, Gallicos demum et Italicos subiunximus. Italis chronica minora, Casinensia praecipue, et catalogos regum atque imperatorum addi placuit. Annales et chronica maiora et historias, ordine temporis servato, quemque loco suo statuimus, primo loco positis Italis saeculi noni scriptoribus, quos Tomus II. non capiebat, Chronico Casinensi, Andrea Bergomate, Chronico Brixiensi et Erchemperto, quem Liudprandus et reliqui saeculi decimi et undecimi scripto-

res ex autographis aliisve optimae notae codicibus integritati restituti, vel ut Richerus et Benedictus numquam antea editi, magno historiae saeculi X. commodo excipiunt. Reliqui rerum Saxonicarum scriptores, biographi praecipue, Tomo scriptorum proximo prodibunt.

Dabam Hannoverae Nonis Augustis a. 1839.

ANNALES CORBEIENSES.

Codex cyclorum decennovennalium olim Corbeiensis iam in tabulario regio Paderbornensi adservatus, qui in margine annotationes inde a nono usque ad duodecimum saeculum exaratas exhibet, flagitanti mihi a viro excellentissimo L. B. de Vincke, Serenissimi Borussiae Regis Consiliario intimo et summo provinciae Westfaliae praeside, minime denegatus, sed per V. Cl. Meyer tabularii eius curam gerentem liberalissime transmissus est. Quo fieri potuit, ut librum per otium iterum atque iterum evolverem, lectionibus difficilioribus curam constantem adhiberem, atque textum demum saniorem quam sperari poterat ederem; qua quidem re historiam patriam non solum post Harenbergii editionem in Monumentis historicis adhuc ineditis fasc. I. a. **1758** *in* 8vo, *sed et post Cl. Wigandi recensionem in libello „Archiv für Geschichte und Alterthumskunde Westphalens“ T. V. carere minime potuisse, lectores facile advertent. Liber ut cuilibet eum evolventi patet autographus, membranaceus in folio, olim cyclorum tabulas inde ab a.* **532** *usque ad a.* **1063** *exhibebat, duabus manibus Anglosaxonicis exaratas, manu antiquiori saeculi VIII. littera quadrata scribere solita cyclos annorum* **532—740**, *altera saeculi IX. annos* **741—1063**; *sed invida fortuna antiquioris partis fragmenta tantum, reliquias scilicet paginarum quatuor, in quibus cycli annorum* **589—607** *et* **608—626**, **627—645** *et* **646—664**, **665—683** *et* **684—702**, **703—721** *et* **722—740** *legebantur, servavit, parte secunda praeter annos* **741—759** *et* **760—778** *integra superstite. Prioris partis quatuor annotationes saeculi septimi extant, et quinta, qua annotationes quoque cycli magni anterioris annorum* **1—531** *margini illatas fuisse intelligitur; omnes littera maiori scriptae. In tabulis annorum* **779—1063**. *annotationes annorum* **809** *et* **820**, *fortasse etiam a.* **825**, **831**, **838**, **839**, **840**, *cyclorum scriptori debentur; reliquae manus diversas, theutonicas, per decursum temporis sibi succedentes produnt. Numeri et notae annorum* **1064—1070**, **1087—1104**, **1106—1117**, *quaeque ex historia annorum* **1145—1147** *adduntur, saeculis undecimo exeunte et duodecimo in marginibus membranae subiecta sunt; circa annum* **1114**. *tabulis quoque anterioribus notae nonnullae annorum* **790** *et* **844** *insertae, quas ut nullius auctoritatis uncis inclusi. De auctoribus annalium vix aliquid dicendum erit; notae saeculi septimi ex notis aut annalibus monasterii Lindisfarnensis in Northumbria manasse videntur; reliqua Corbeiae scripta sunt. Prolixior annorum* **1145—1147** *historia amicum Wibaldi ab-*

batis auctorem prodit[1], *de cuius tamen nomine haud constat. Reliquum est, ut de fatis libri moneamus. Fama eius medio aevo haud late patuisse videtur*[2]; *sed quum monumentum hoc historiae Corbeiensis fide dignissimum et antiquitate praecipuum ab abbatibus custodiretur, anno* **1634** *in direptione civitatis Huxariensis ablatum quidem, sed a M. Petro Pilger apud bibliopegam repertum et amissa membranae parte tabulario Corbeiensi restitutum est, ut ex relatione seniorum F. Fridericus Henckhaus anno* **1670** *in fronte libri notavit. Postea codicem exscripserunt Corbeiensis quidam, cuius exemplum in tabulario regio Paderbornensi adservatur, tum saeculo decimo octavo medio Falke atque Harenberg; et aliud eiusdem temporis apographum in bibliotheca Regia custodimus. Harenbergium qui apographum saeculi XII. se describere dicit, haud alio libro ac nostro usum esse, inde constat, quod folium unum excidisse et aliqua extrita vel per iniuriam temporis deleta et epistolam ad Eugenium III. loco prorsus alieno scriptam vere monet; et lectiones eius etiam vitiosae ex nostro originem duxerunt. At malae fidei homo veris falsa immiscere et coniecturas suas pro notis historicis vendere haud erubuit, in tantum ut et pag.* **45—89** *libelli sui continuationem quam vocat alteram fastorum Corbeiensium ope epistolarum Wibaldinarum conflatam proponeret, cuius in codice ne minimum quidem vestigium exstat. Quae Harenbergii fraus statim ut editio eius prodiit a Christiano Ludovico Scheidio ope apographi sibi transmissi detecta, et in ephemeridibus doctis Gottingensibus a.* **1758** *pag.* **1187 — 1190** *et a.* **1759** *p.* **757. 758.** *publice denuntiata, autographo proposito ultra dubitationem venit; spurios igitur foetus obscuritati debitae et oblivioni relinquimus.*

ANNI DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI.

658. Finan[1] moritur[a].

664. Eclipsis quasi decima hora diei 5. Non. Maias. Colman[2] abiit[3].

669. Constantinus 17.[b]

670. † Ecgfrid[4] regnare coepit.

790. [*Hoc*[c] *anno hostili pergatione*[d] *Karolus rex Pannoniam devastavit.*]

809. Obiit Liutgarus episcopus[5].

814. Karlus imperator 70[us] obiit.

a) FINAN MERIT *littera unciali; praemisso* hic † *manu multo posteriori.* b) *scil.* annos; *eadem manu* Antoninus pius XXIII *adscripta, ad cyclum magnum anteriorem, ideoque ad a.* 137 *Christi referenda.* c) *manu saec. XII. inserta, atque ex annalibus Hersfeldensibus, scilicet Weissenburgensibus et Lamberto, desumta, ubi eadem vitio anno* 790, *loco* 791, *adsignantur.* d) *lege* peragratione.

1) Loci ab Harenberg adducti apud Mart. Coll. II. 278. 549. quibus Heinricum priorem Corbeiensem aliquam annalium Corbeiensium partem scripsisse comprobet, id minime evincunt. 2) Cl. Lappenberg et Waitz in Annalibus nostris T. VI. p. 641 et 687, annales Corbeienses ab annalista Quedlinburgensi exscriptos esse monent; sed loci ibi laudati id minime probant, quinimmo annotatio a. 844 de Hlotharii expeditione in Sclavos nonnisi saeculo XII. ineunte annalibus Corbeiensibus ex ipsis annalibus Hersfeldensibus illata est. Neque Adamus Bremensis L. I. 32. 39. 43. 47. 50. computum a Corbeia delatum laudans, autographo, sed aut apographo amplificato aut opere simili usus est; nam Hogerum archiepiscopum per contentionem a Coloniensi ordinatum esse, in autographo minime legitur. 1) episcopus Lindisfarnensis. 2) episcopus Lindisfarnensis. 3) Lindisfarnaionam. 4) Northumbriae rex. 5) Mimigardevurdensis.

820. Obît Theotbaldus abbas[6].
822. Inchoatio novae Corbeiae monasterii[a]
825. Ordinatio Sigfri[b].
831. Obît Wilmundus presbiter.
836. Adventus sancti Viti[7].
838. Willaricus episcopus[c.8].
839. Gerfredus episcopus[d.9]
840 Hludowicus imperator[e].
844. [*Hoc*[f] *anno Loutharius*[10] *rex* Rugiacenses[11] *Slavos devictos, et rege ipsorum perempto Gestimulo,* tradidit huic novae Corbeiae.
844.[g] *Hlotharius rex cum orientalibus Francis venit in Slaviam* Rugian[h] vocitatam, *et eorum regem Gestimulum occidit, ceterosque sibi subegit,* et dedit ecclesiae novae Corbeiae.]
844. Dedicatio eclesie nove Corbeiae sancti Stephani protomartiris.
848. Hic +
851. Geroldus abbas obiit[12].
855. Hlotharius imperator obiit.
856. Warinus abbas[14] obiit.
857. Signa prodigiosa multa, et Treveris in eclesia canis in sede pontificali visus.
858. Inundatio nimia.
863. Dedicatio novae ecclesiae sancti Pauli.
864. Adventus sanctae Liuttrudis virginis.
865. Ansgarius archiepiscopus obiit.
866. Nicolaus papa obiit.
869. Hlotharius rex obiit.
870. Basilica ictu tonitrui fulmine percussa, ad orientem exarsit.
873. Hoc anno fundamenta trium turrium posita in Corbeia nova a venerabili Adalgario abbate 6. Id. Aprelis, feria quarta. Item inundatio nimia et locustarum prodigiosa multitudo.
876. Hluthowicus rex obiit, Hludowici imperatoris filius. Bodo infans[i] occisus est.
877. Adalgarius et Thancmarus abbates[15] obierunt.
878. Ecclypsis solis.
879. Avo abbas obiit; Bovo [senior][k] abbas ordinatur.
880. Thiadricus et Marcwardus episcopi[16] occisi sunt.
885. Dedicatio trium turrium.
886. Vulfharius episcopus[17] occisus est.
887. Arnulfus rex Karoli imperatoris....[l].
888. 3.[m] Id. Iun. Rimbertus archiepiscopus[18] obiit.
889. Dodo monachus obiit; et Arnulfus rex venit ad novam Corbeiam[19].
890. Bovo [senior][n] abbas obiit. Godescalcus abbas ordinatur.
891. Cometae et ecclipsis solis. Sunzo[20] interfectus, et Regenesburg concremata. Adventus sancti Iustini.
896. Inundatio nimia.
899. Arnulfus imperator obiit; Hluthuwicus filius eius regnat.

a) Inchoat novae Corbeiae monast; *infra eodem modo* Dedicatio *et* Inundatio *scribuntur; annotatio manum aliam ac antecedentia et sequentia ostendit, ideoque posteriori tempore, sed saeculo nono adscripta est.* b) skgfrk c. c) d) e) *scil.* obiit. f) *manu saec. XII. ineuntis inserta.* g) *manu saec. XII ineuntis cyclis antiquioribus adscripta.* h) *ita c.* i) inf̄ *c.* k) *vox lineae superscripta alio atramento, manu anni* 900. l) *reliqua amissa sunt.* m) IIII *corr.* III. n) *vox alio atramento a.* 900 *addita.*

6) Ebersheimensis in Alsatia? 7) scil. *Corbeiam.* 8) Bremensis. 9) Mimigardevurdensis. 10) Hludowicus, cf. Ann. Fuldenses, Xantenses, sed annales Hersfeldenses, unde notitia ista desumta est, Hlotharium perperam vocant; quae littera recte exprimi feci, a Corbeiensi monacho ex ingenio adiecta sunt. 11) Abodritos. 12) fortasse 5. Kal. April. nam numerus V. eodem quo adnotatio atramento diei paschali XI. Kal. April. superscriptus legitur. 14) Corbeiensis. 15) uterque Corbeiensis. 16) Mimidensis et Hildenesheimensis. 17) Mimidensis. 18) Bremensis. 19) affuit ibi d. Aug. 23. 20) archiepiscopus Moguntinus.

900. Hoc anno Bovo iunior[a] abbas ordinatus est.
905. In pentecosten cometae apparuit[b].
906. Conradus dux occisus. Ungarii in Saxoniam venerunt. Adalberhtus obiit.
907. In paschae diebus cometae apparuit[c]. Baioariorum gens ab Ungariis pene deleta est.
[21] 909. Adalgarius episcopus[21] obiit.
911. Hluthowicus rex obiit. Conradus rex.
[22] 912. Cometae apparuit. Oddo comes[22] obiit.
913. Godescalcus abbas obiit, et[d] Heio presbiter.
[23] 915. Devastacio Hungariorum in Valun[23]; et[e] bellum in Heresburg.
916. Bovo abbas obiit.
[24] 917. Hogerus archiepiscopus[24] obiit.
918. Conradus rex obiit. Heinricus regnare coepit.
919. Ungarii Saxoniam crudeliter vastabant, et cum infinita praeda et maxima captivitate utriusque sexus ad proprias reversi sunt terras, Domino irascente adversum nos.
[25] 927. + Herigerus archiepiscopus[25] obiit; Hildibertus archiepiscopus ordinatus est.
929. Anno ab incarnatione Domini 929, indictione 2. 2 Non. Sept feria 6. oriente sole, facta est pugna valida iuxta flumen quod vocatur Alpia contra Sclavos, in qua prostrati sunt de paganis 120 milia[f], captivi vero 800; de nostris vero duo duces Liutharii, quidam vero vulnerati, alii autem prostrati.
933. Ungariorum exercitus ab Heinrico rege interfectus est.
934. Heinricus rex Danos[g] subeit[h].
936. Heinricus rex obiit; regnavitque Oddo rex filius eius pro eo[i]. Et[k] Unni archiepiscopus Hammaburgensis profectus in Scithiam praedicandi gratia verbum Dei, ibique defunctus ac sepultus est. Rathubodo monachus obiit.
937. Hildiberhtus archiepiscopus obiit; et eodem anno Frithuricus archiepiscopus ordinatus est Mogontinensis. Et monasteria Fuldense et sancti Galli exarserunt, et Ar-
[26] nulfus dux[26] obiit.
[27] 938. Thancmarus occisus est; et Ungariorum exercitus in Belxam[27] deletus.
939. Sol visus est inminutus tertia diei hora 4. Idus Iulias; Evurhardus et Isliberhtus duces occisi sunt.
941. Cometae apparuit.
942. Inundatio nimia. Folcmarus abbas obiit. Bovo abbas ordinatus est.
948. Bovo abbas obiit. Gerbernus abbas ordinatus est.
949. Translatio capitis sancti Iustini martiris de Magathaburg ad novam Corbeiam.
954. Frithuricus archiepiscopus obiit.
955. Conradus comes occisus; et Ungariorum et Sclavorum exercitus a rege Oddone deletus.
957. Liudulfus, filius regis, in Italia obiit.
959. Hoc anno signum sanctae crucis in vestimentis hominum et in corporibus.
961. Hoc anno Oddo rex Romam profectus est.
962. Obiit Adalwardus infans. 2.[l] Kal. Ian.
963.[m] Isto anno imperator et augustus reversus Otto de Benaventanis, repugnantem Romanum orbem victor subegit. Sequenti ergo anno
964[n] intra civitatem insidiis preventus, et bis victor extitit. Secunda profectione Spolitanos[o] et Camerinos, Tuscanos Calabriamque subegit.
965. Hoc anno Gerbernus abbas obiit; et Liudulfus abbas ordinatus.
967. Anno dominicae incarnationis 967. 2. Id. Mart. obiit Mahthildis regina; 5. Non.

a) *vox eiusdem scriptoris sed lineae superscripta.* b) appar̄ *v. infra.* c) app c. *cf.* a. 912 *ubi vox integra in codice legitur.* d) et h. p. *alia manu.* e) et b. i. H. *primum anno sequenti adsignata erant.* f) CXX in c. g) danaos *corr.* danos c. h) *i. e.* subegit. i) e *deletum.* k) Et Unni *usque* sepultus est *spatio vacuo annorum* 935, 934 *et* 933 *inscripta, sed quum eadem manu ac nota anni* 936 *scripta sint, notam anni* 936, *nec vero annum* 934 *continuare videntur.* l) II. Kal. Ian. *eadem manu, sed in sinistro latere cyclorum.* m) *anni numerus* DCCCC *indicatur in margine inferiori, ubi tota annotatio habetur.* n) *numerum adieci.* o) Spolitanas *corr.* Spolitanos c.

21) Bremensis. 22) pater Heinrici regis. 23) pago Astfala. 24) Bremensis. 25) Moguntinus. 26) Baioariae. 27) pagus, in quo Stendal et Arneburg.

Mart. obiit Willihelmus*[28] archiepiscopus; 2. Non. obiit Bernhardus[29] episcopus; 15. Kal. Dec. obiit Hildiboldus episcopus[30]; 7. Id. Nov. obiit Drogo episcopus[31]; et ceteri fideles obierunt Thiatharius et Billig. 31

968. Inundacio nimia.

973. Oddo imperator obiit; Oddo filius eius regnum suscepit.

974. Hoc anno nimia siccitas facta est per totam aestatem.

975. Hrodbertus archiepiscopus[32] obiit; Willigisus ordinatus est. Ignis visus est ferri in aere grossitudinem habens ex anteriori parte quasi unius trabis, in quibusdam locis in terram, in quibusdam in silvam, in quibusdam vero in aquam visus est cecidisse; et cometae apparuit multis noctibus ab oriente et aquilone iuxta signum Gemini. 32

978. Hoc anno obierunt tres infantes[a], Avo, Mainwercus, Weluth.

979. Gero comes decollatus est.

981. Hoc anno nimia siccitas facta est per totum annum.

982. Hoc anno pugnavit Oddo imperator contra Saracenos inter Apuleiam et Siciliam provintiis, et deletus est exercitus eius; et multi de populo cesi sunt invicem se demolientes de Saxonibus.

983. Folcmarus monachus obiit[a*] Patharbrunensis episcopus. Lidulfus abbas obiit.

991. Obiit Theophanu imperatrix.

992. Sinodus factus est in Aquisgrani.

994. Duo fratres comites capti, Heinricus et Sigifridus, et tertius Udo occisus est. Valida hiems et fames magna.

998. Bellum inter Saxones et Sclavos, sed Deo auxiliante Saxones victores effecti sunt.

999. Villa Huxeli[33] divina igne concremata est. 33

1001. Hoc anno Thiadmarus abbas obiit[b].

1002. Hoc anno inperator Oddo tertius obiit. Otto[c] imperator obiit; Heinricus rex.

1008. Liudulfus Treveris episcopus obiit.

1009. Traditi sunt fratres nostri Heinrico.

1010. Hosed obiit abbas; Walh successit. Willigis praesul[34] obiit; Erkanboldus ordinatur. 34

1011. Hic[d] ordinatus est Walh abbas.

1014. Hic depositus est Walh abbas, et Druthmarus Corbeiae praeficitur. Bernharius episcopus obiit Ferdensis, et magister Alfricus et c.

1019. Hemered monachus[e] in vigilia sancti Petri obiit, et statim multas virtutes Dominus per eum operatus est. Hoc anno imperator in natali sancti Viti Corbeia fuit cum multa ambitione.

1020. Hiemps magna. Sanctus Heribertus Coloniensis archiepiscopus migravit ad Dominum.

1022. Hic +

1024. Benedictus papa, Heinricus imperator obierunt. Cuonradus successit. Gero comes obiit.

1025. Fames maxima, in tantum ut plurimi fame morerentur; insuper et pestilentia maxima. Eodem anno Bolizlaus Sclavus in regem unctus est; ac non multo post mortuus est.

1026. Hic antiqua Corbeia, monasterium sancti Petri apostoli, penitus concremata est, in natali sancti Laurentii.

1028. + Ducenti sedecim anni Corbeiae[f]. Anni sexaginta quatuor mei sunt hic.

1035 Hoc anno terremotus factus est 10. Kal. Iunii, hora 10.

*) Willihemus *corr.* Willihelmus c. a) infant c. a*) mon. ob. *superscripta sunt.* b) *primum anno millesimo adscripta annotatio.* c) O. i. o. H. r. *alia manu, latere cyclorum sinistro.* d) Walh (*a.* 1010.) *usque* Walh abbas *manu alia ac notae annorum* 1008, 1009, 1010, *quarum auctor anno* 1010 Hic + *adscripsit.* e) *alia manu superscriptum.* f) *aut:* Ducentis sedecim annis Corbeia (*scil.* stetit); *codex:* CC sedeci ann. corb.; *sed vere nonnisi* 206 *erant.*

28) Moguntinus. 29) Halberstadensis. 30) Mimigardevurdensis. 31) Osnabrugensis.
32) Moguntinus. 33) Höxter prope Corbeiam. 34) Moguntinus.

1036. Hoc anno villa Huxeli divinitus concremata est, et mortalitas in nostro monasterio facta.

1039. Chuonradus imperator obiit; Heinricus filius ipsius succedit.

1040. indictione octava, 12[a] luna, iterum divinitus hoc anno villa Huxeri, ita ut nonnisi paucae domunculae remanerent, concremata est. Nemo enim, unde provenerit, scire potuit.

1041. Gloriosus rex Heinricus[a] Boehemos nobili victoria subiecit.

1043. Prima expeditio regis in Ungariam, Deique dono totam provinciam in occidentali parte Histri subegit. Hoc anno rex Agnetem, filiam Willihelmi de Pictavis, duxit.

1044. Secunda expeditio regis in Ungariam; in qua largiente divina clementia victor existens, gentem totam cum paucis subiecit, ipsisque regem ab eis antea regno privatum, sibi per iuramentum iam fidelem factum, instituit; ac sic cum grandi laetitia exercitus revertitur. Hoc anno Benedictus papa domino Druhtmaro abbati misit epistolam. Vindemia hoc anno periit; sed et mel similiter carum fuit.

1045. Fames magna, ita ut multi perirent. Villa Huxeli concremata. Hoc etiam anno Bruno episcopus Wirziburgensis obiit. Rex etiam pentecosten, quae 7. Kal. Iun. evenerat, in Ungaria, invitante eum, quem ipse priori anno instituerat regem, peregerat. Sed et duo fratres ex antiqua Corbeia ad nos venerunt.

1046. Nix nimia. Frigus nimium. Tempestas maxima. Synodus magna et prima[b] Papiae, praesente domno Heinrico tunc rege; secunda Sutriae, in qua in praesentia regis secundum instituta canonum depositi sunt papae duo, medius et ultimus; tercia Rome feria 3. et 4.[c], quae fuit nativitatis dominicae vigilia, in qua canonice et synodice depositus est papa Benedictus, et unanimi cleri ac populi electione in locum eius substitutus est Suidgerus Bavenbergensis episcopus, et postera die nomine Clementis papa consecratus, domnum Heinricum voto et favore maximo populi Romani coronavit inperatorem. — Domnus Druthmarus 15. Kal. Mart. obiit, statimque 7. Kal. mensis eiusdem domno Heinrico tunc rege Corbeiam veniente, ipsa die, quae dominica fuit, unanimiter, rege in conventu fratrum residente, Rothardus in abbatem eligitur; sequenti dominica, hoc est 6. Non. Mart. Trotmanni abbas constituitur; proxima mox dominica, hoc est 7. Id. Martii, Corbeiam deducitur, in sede ponitur, et ab episcopo Patherbrunnensi Roth nomine, qui legatus tunc regis fuerat, abbas per benedictionem constituitur. — Terremotus 5. Id. Nov. in Tridentina valle nimius, adeo ut ultra 30 castella aliqua etiam supra homines ruerint, montes terremotu subsederint. Tar insuper fluvius montibus cadentibus interclusus, plus 10 dies nec unam guttam ad alveum dimisit. Multa praeterea terremotu eodem in maritimis facta horrifica.

1047. Clemens papa obivit.

1050. Routhardus abbas deponitur, cui Arnoldus successit.

1055. Arnoldus abbas obiit.

1056. Saracho ordinatur. Heinricus III. obiit; filius succedit.

1059. Routhardus abbas noster depositus, Herveld ordinatur.

1063. Pugna Goslariae in ecclesia pro dispositione sellarum episcopi Hezelonis Hildinisheimensis, et Wideradi abbatis Fuldensis, priori vice in die natalis Domini ad vesperam absque gladiis, secunda vice in pentecosten etiam gladiis[d].

1065. Willehem basthard, legitimo rege Anglorum expulso, regnum sibi arripuit. Nicea terrae motu ex magna parte eversa est.

1067. Rex quaedam castella in Saxoniae finibus posuit. Adelbertus cum Saxonibus congressus, missu regis vicit.

37 1070. Otto Bawariorum ducatum amisit. Qui iuxta Eskeneweg[37] multam hominum cedem fecit. Quindelincburg exusta est.

1087. Willehem basthard obiit.

a) H. b) et prima *super linea.* c) IIII et V. *corr.* III et IIII *c.* d) *hic cyclorum finis; quae sequuntur, annis* MLXIIII—MCXVII. *adscripta sunt.*

37) Eschwege ad Werram fluvium.

1088. Buggo episcopus[38] Goslariae in seditione occisus est.

1089. Egkibertus marchio Udonem episcopum Hildenesheimensem cepit.

1090. Ekkibertus marchio in quodam molendino insidiis periit. Hoc[a] anno cum dubitaretur, an apud nos esset corpus preciosi pueri et martiris Viti, domnus Marcwardus abbas cum senioribus inquirens, cum omnibus pene membris suis eum invenit 7. Idus Iulii.

1092. Counradus comes cum multis aliis a Morsaciensibus[39] occisus est.

1093. Discordia inter Heinricum IIII. et eius filium Counradum. Multi principum obierunt.

1094. Divortium inter imperatorem et uxorem eius Adelheidam.

1095. Imperator de Italia rediit. Rotbertus occiditur.

1096. . . . . [b]constituerunt visere sanctum sepulcrum, quorum multi in Ungaria perierunt. Iudei Moguntiae et variis locis occisi. Routpertus praepositus occisus est[c].

1097. Heinricus imperator de Italia rediit.

1099. Heremannus Coloniensis episcopus obiit; Fridericus successit. Cuius dono Godefridus edituus sancti Viti reliquias sanctarum virginum nobis advexit. Heinricus V. unctus est in regem Aquisgrani.

1100. Liudolfus et Drutmarus abbates translati, etiam miraculis claruerunt. Heinricus comes pinguis interfectus est.

1102. Destructa est congregatio Corbeiensis, expulso Marcwardo abbate per Guntherum Heresveldensem, qui pecunia eum supplantat[d].

1103. Guntherus divina, ut putatur, ultione interiit. Marcwardus reversus, omnia quae ille iniuste praestiterat beneficia recepit. Eppo, vir potens, Houltessen remittere noluit, set ait: *Cum Huclehem*[40] *dimittam, et Huldesson.* Et factum est. Nam brevi post occisus, nec scilicet ultra duas ebdomadas, Hucleheim, Houltesson et vitam perdidit.

1104. Sigehardus Radispone occisus.

1105.[e] Heinricus V^tus^ contra patrem insurrexit.

1106. Abbas Marcwardus obiit; domnus Erkenbertus abbas constituitur. Obiit Heinricus archiepiscopus Magadeburgensis.

1107. Obiit Sigefridus comes. Expeditio regis in Flandriam.

1108. Heinricus V^tus^ Ungariam cum expeditione adiit; cum quo et Erkenbertus abbas exiit. Quo tempore duce quodam Counrado fures noctu monasterium irrumpentes, aurum, gemmas et argentum sustulerunt, et sanctorum reliquias cum corpore Domini; quas Dei gratia praeter reliquias sanctae crucis omnes recepimus. Eo anno Baldwinus, rex Ierosolimorum, reliquias crucis et de sepulcro Domini cum aliis multis reliquiis nobis transmisit.

1109. Routhard episcopus Maguntiensis obiit; pro quo designatur Adelbertus cancellarius. Dux Boemicus Zuetobold occisus est.

1110. Cometa apparuit a 5. Id. Iun. usque ad 2. Kal. Iulii. Gebehardus episcopus Constantiensis obiit.

1111. Heinricus quintus Romam cum expeditione profectus, apostolicum cepit. Postea absoluto, ei satisfaciens coronatus est; ubi etiam abbas Corbeiensis affuit. Rege reverso, sepultum est demum permissu papae corpus Heinrici quarti. Domnus Paschalis papa renovavit privilegio dignitates loci nostri.

1112. Puer in ecclesia sancti Viti de summitate machine ad picturam ecclesiae erectae decidit, et per multa obstacula sepe receptus, illesus in pavimentum deveniens, supra pedes etiam intrepidus stetit. Discessio Liutgeri ducis et Routhulfi marchionis a rege. Adelbertus designatus Moguntiae, capitur a rege in Langesdorp, convictus conspirasse contra eum.

a) *alia posterior manus.* b) *in loco tam mutilato supplendum:* Maxima christianorum multitudo *vel aliud quid eiusmodi.* c) *postea erasa sunt.* d) *aut* supplantauit. e) *numerus abscisus.*

38) Halberstadensis. 39) in dextra Albis ripa, Magdeburg oppositis. 40) Höckelheim.

1113. Imperator Horneburg obtinuit. Sifridus palatinus occisus. Wigbertus comes captus. Expeditio adversus Reinholdum.

1114. Nupsit Heinricus V. cum maximo regni tripudio filiae Anglici regis. Dux Liutgerus armata manu Slavos aggressus, et ad interiora progressus, quandam regionem subegit. Qui cum saluti diffiderent, sancti Viti se quondam tributarios confessi, pro eius honore a duce vitae sunt relicti. Udo episcopus obiit[a]. Dux autem Liutgerus in ipsa sua expeditione ad interiores Slavos, habens in auxilio marchionem Heinricum Stadensem, qui contraxerat Scyrcipensium[b] 41 Sclavorum 300 equites, id est centum de unaquaque urbe sua. Nam tres urbes cum suis territoriis tantum possident, quae disterminantes per singula, provinciolas esse referunt. Qui peracta expedicione conventi per interpretem a duce, cui marchionio subacti fuissent, omni hesitatione semota, marchioni, cui tunc ad praesens militarent, armis obsecundare se debere legaliter, libere ac secure referebant. Hinc dux oppido indignatus, nisi sagacitate nobilium virorum animum ad instans compositiorem resumsisset, suspendio ut fatebatur omnes peremisset. Sedatus autem tandem, cum de qualitate census terrae sue, aut cui recompensarent edicere annuisset, denuo intulerunt, civitati Corbeiae, sancto Vito quodam inibi patrocinante ac dominante, annuatim se debere aut vulpinam pellem aut bis[*] terdena nomismata Bardenwiccensis monetae simillima[b*] vel propria de uniuscuiusque soli sui unci cultura, quem nostrates[c] aratrum vocitant. Haec autem provinciola est trium tantum, ut infra[d] dictum est, urbium, sive in tres divisas, Rugiacensibus et Havelbergensi episcopio interiacet. Haec Conrado urbico[*] Frakenlevensis ministeriali nostro et alio Conrado[f] de Gronige referentibus, ipsi expedicioni consertis, ad nos sic delatum, hic inseruimus.

41

1115. Saxones contra Heinricum V. bellum fecerunt in Welpeshulte, Dei gratia victores. Certamen apud Wormaciam. Quidam vero scelestus Burchardus manus contra Christum mittens, Erchenbertum abbatem captivavit, et ut 200 marcas exsolveret, praeter quae in captione amisit, coegit, per hoc vere inferni penas mercatus. Actum in 40. die annuntiationis sancte Marie.

42 1116. Sanctus Vitus in villa Werle[g] 42 quendam demoniacum, cum parentes eum nostro monasterio adducendum vovissent, menti restituit. Bremia tota, Wormacia pro maiori parte exusta est, et Frikenhurst.

1117. Terrae motus magnus in Saxonia.

1145. Tercio destructa est urbs Eresburg[h]. Primo enim per Karolum magnum, undecimo anno obsidionis, fraude cepit et davastavit; secundo per Fridericum principem Arnesburgensem, precatu Erkenberti abbatis; tercio per Wolcwinum, virum praepotentem Sualenburgensem. Nam werra inter ipsum et domnum Heinricum, filiae Friderici praemissi filium de Arnesberg, oborta, quem et incolae montis Eresburg ad contuendos se cum urbe adtraxerant, et ipse fortes viros, domnos i delicet Scardenbergenses et Casebergenses, inibi collocare decreverat ad humiliandum ipsum Wolcwinum qui et ei videbantur inimicari. Condictam ergo diem quando et convenire in monte debebant, ut unusquisque suam turrim altam et firmam inibi construeret, domnus Heinricus abbas, qui et urbem reedificaverat et domnus Volcwinus, animotenus retractantes iacturam dicioni suae ac circumiacentibus late bonis suis de his eventuram, diem praevenerunt, montem ascenderunt, quid facto opus foret, cum non repperirent, tota die illa consultantes, ut sine populi dampno inhabitantis fieri ullatenus posset, in crastinum distulerunt. Cumque sol subsequentis diei aurore indicio se prodidisset, inc nsulto et inscio abbate,

a) obiut c. b) scurcepensium *corr.* scyrcipensium c. *) bis ter : : : (*olim* terna) terdena c. b*) similia *corr.* simillima c. c) nostrastes c. d) supra *scribendum erat.* e) *i. e.* cive. f) C. *codex.* g) *ita aliis erasis* c. h) hec est Arisburg, *manu sec. XII. superscripta; eadem adnotat:* Hec eadem Eresburg est corrupto vocabulo[a] dicta, quam et Iulius Cesar Romano inperio subegit, quando et Arispolis nomen habuit ab eo qui Aris greca designatione, ac Mars ipse dictus est latino famine. Duobus siquidem idolis civitas hec dedita fuit[b] culturae, id est Aris qui urbis meniis insertus quasi dominator dominantium, et Ermis, qui et Mercurius, mercimoniis insistentibus colebatur in forensilibus. a) uocalo c. b) *superscr.*

41) ad septentrionem Penae fluvii. 42) Werl civitas in Westfalia.

adhuc etiam et dormitante, per milites domni Volcwini nutu ipsius circumquaque urbs succenditur, et consumitur. Eodem anno[a] fames aspera; et fures plures ex militibus fortioribus factione perniciosa conglobati, multos in hac terra durius angebant. Denique Vuldensem ecclesiam patera Hathemari et multis thesauris spoliabant, et nonnullas alias huius terrae rebus propriis et eis aliunde illatis idem praedones vel fures privabant; sicut et hanc Corbeiensem fecissent, nisi et consolatrix et adiutrix divina gratia, et patronorum nostrorum magnificentissima merita, et sanctorum pignera quorum hic habentur abundantissime, nos adiuvarent[b]. 1145.

Nam 1146[c] anno dominicae incarnationis, secunda nocte, quando et omnes pene somno plus egentes nostrates, ob prolixiorem serviminis Domini laudem, que prioris noctis oportunitatem intricaverat, et omnia fuerant nostra reserata et in propatulo constituta, navigio venerunt, pomerium transierunt, criptam sanctae Mariae quidam ex illis conscenderunt, quatinus et ablata orientali fenestra sanctuarii[*], expedicius intrare et exire inibi valerent. Introspicientes autem sacrarium, visum est eis multitudinem militum in armis exornatissimis ibi consistere. Que dum socii audissent, nec fidem adtribuissent, alios secundo ac tercio ascendere instituerunt, qui omnes sic se vidisse adtestati sunt. Deinde ad australes valvas templi accedunt, aditum querunt quo desiderata repperiant. Assunt ergo divinitus missi, in habitudine militari, qualitate praemissi. Illi nihilominus et ibi eos annoscentes[c], ac si forent quos in sacrario viderant, abcedentes igitur non acto negotio, degunt seorsum positi magno intersticio, ut ubi lassi non subsistere aut durare nequissent, aliam adeundi viam obtinerent. Orientalem itaque criptae fenestram adeunt, et si quid horum simile sit, etiam ibi rescire volunt. Set nihilominus divinitus ostensos, qui non affuerant elementarie, vident fratres, et laudibus divinis audiunt devotius insistere; hisque consertos nonnullos honestiores miliciae. Recedunt ergo denuo, et se recondunt ad potiorem fortunae[d] oportunitatem in pomerio. Benedictus autem Dominus, per quem frustra talem opperientes, ad matutinalia signa usque inibique perdurantes, infecto negocio recesserunt. Hac fama longe lateque rotante, affirmabant ipsi[e] fures, nos velle ante phascale festum revisere. Unde nimio pavore omnes nos perterriti, fratres, cives, et honestiores Huxarientes et humiliores strenui, in hoc conventi, quatinus et armis muniti, per vices suas custodias servarent circa sacrarium sollicitudine pervigili. Quod et factum est, Domino amminiculante, sine quo in vanum vigilant qui custodiunt civitatem. Quod et exinde claret evidentius, quia et nos admodum pauci. Nam diutinum tempus quo durabant eorum coadunationes et terrores minaces, id est ad paschale festum, nequibant haberi per noctes singulas, qui forent illis numero et fortitudine comparabiles, ob quod et fuerant multi, sicut et sciri potest per factum, omnium pene cognitioni consertum. Nam cives ville, quae provinciarum duarum harum Saxoniae ac Turingiae[f] fines disterminat, Dhuwige nomine, cum designata nocte cognovissent illos ad se venire decrevisse, plures in auxilium suum adsciverunt, et clam in ecclesiam statuerunt, et eam conpleverunt, ut ubi hostes venirent, dono divino aliquem ipsorum vivum caperent, per quem reliquos scire valerent. Venientibus ergo illis, set non ut isti obtabant, ad ecclesiam unanimes et simul accedunt, et nec morae isti intersticium captantes, de cimiterio fundis et iaculis ac lanceis eminant. Illi ergo expulsionem sui inpacienter ferentes, forti annisu restiterunt, et utrimque acerrimam pugnam et diutinam satis conseruerunt, quo usque et tercio cimiterium illi, invitis istis, obtinuissent, et de ipsis hostibus unum dumtaxat solum pene occiderent et caperent, qui et Ouliko de vico satis maiusculo Dhiunethe nomine vocabatur. Reliquum vero vitae suae crurifragio adimerunt, et duorum complicum suorum in unius competi loco, non eodem tempore, set post aliquantulo emenso. Contigit autem, ex his plerosque eodem anno, et eodem tormenti modo, nobiles satis quantum ad secularem propaginem[g] damnatos, et nonnullos extaerarum provinciarum aut etiam regionum procul positarum petisse latibula. Eodem anno feriae quartae huius 6. Kal. Iul. frater quidam huius cenobii cum oratum isset in criptam ad suffragia unicae sanctae, peractis iam nocturnalibus sollenpniis, et stans etiam reclinatorio semoto, repente visum est sibi, se raptum fore in 1146.

a) *supersc.* b) adadiuvarent *c.* *) sc:: *corr.* scanctuarii *c.* c) *sic.* d) forturae *corr.* fortunae *c.* e) ipse *corr.* ipsi *c.* f) turiggiae *corr.* turingiae *c.* g) propiginem *corr.* propaginem *c.*

1146. presentiam domini nostri Iesu Christi sedentis in superiori et ediciori loco coeli. Cum omnia forent circumfusa inenarrabili lucis claritate, nulla que fuerant ibi valebat conspicere, praeter quod lux de Domino pene inedicibili modo procedebat. Exemplificat tamen, et si non proprie, quomodo autem valet quadam comparatione, sic, quasi de fumario fumus, aut ignis de camino pleno ardentibus lignis, aut etiam, quod est comparabilius, si sol obductus nubibus, per quosdam amfractus emittat in terram longos valde suos splendentes deductiones. Tandem lux ipsa ne de Domino procederet se continuit, et iam egressa quasi nebularum in formas se conlegit, sicque postremo dominum Sabaoth, tamen viritim, singillatim[a], sedere in curûli satis admodum humili vidit. Cum neuter ipsorum ad alterum aliquo uteretur affamine, is autem Dominum multo intuitu animadvertente[b], ipso et minus id adtendente, frater in loco suo visus est stare repente, nec miratus modice, quid et id portentuosi posset significari[c], per temporum successionem.

Iul. 12. Eodem anno, in hac feria sexta que est 4. Id. Iul., tempore meridiani, visum est quibusdam religiosis, quendam virum candidissimis vestibus amictum[d] in ediciore loco sanctuarii stare versus orientem oculos et vultum dirigentem, utraque manu lampadem clarissime ardentem et tenentem. Cum sic aliquamdiu stare videretur, modice proclivior, levę factus, quasi lapsum subacturus, ambas dextera lucernas sustulit, hoc in modo divum deseruit, et tecto templi se subegit, adeo mansuete, ut et luminibus intromissis, flamma eorum manifeste contemplaretur. — Bis nihilominus ipso anno tectum templi huius visum est quibusdam convicaneis nostris in sublime porrectum, ac crucem auream, celitus elapsam, monasterio illapsam, tanti fulgoris, quanti nec fuerit in meridie splendor solis, set infra et circa urbem aliquantulum longiuscule. Tam fratribus quam et aliis nonnullis inestimabilis lux visa est effulsisse super monasterium hoc anno sepius, et prius quam domnus Heinricus abbas, germanus Sigefridi principis, deponeretur, et postea crebrius huiusmodi portenta videri ac si elementarie opinabantur. Ipse autem depositus, non satis usitato more, Heinricus praepositus, huius ecclesiae filius, primus est in abbatem constitutus, set duobus mensibus et emensis quinque diebus est et defunctus, sicut et Thomas cardinalis, in confinio Nariciensis[e] civitatis in campo sub divo miserabiliter, quia et insperate ac heu! subitanee, a quo idem abbas est depositus. Reliquid autem et abbatiam et praeposituram rebus pastui habilibus permaxime attenuatas, adeo ut et vix fratres sustentarentur, quia et debitis et statutis per multa carebant. Set et hec nimium angens fames effecerat, que pene et totum mundum vehementissime urgebat. Ipso anno obierunt Liupprandus, qui et camerae fratrum et custodiae monasterii sollerti vigilantia insistebat, et Herimannus Eresburg praepositus, pro qualitate temporis accuratiore providus, multa ingenii ac laboris sui et magna indicia nobis dereliquid. Toti tres isti, liberalis scientiae ac multae sollertiae ditati, loci istius honorabiliores, ac quasi lucerne clare lucentes, et velut columne solidiores locum sustentabant. Set et frater[f] noster Heriboldus, admirandi et subtilissimi per omnia ingenii et facundia et scientia litterali pene inequiparabilis, eos paulo ante inmatura morte sacerdos praevenerat; et frater noster presbiter Routulfus, medicine arti deditus, hydropicus obiit.

43 Dominus autem noster rex Conradus, de Polemica[43] expedicione reversus et Goslariensi statione degens, ut audivit de obitu Heinrici[f] abbatis, honestiores fratrum et ministerialium ecclesiae nostrae ad se accersitis, suasit, rogavit eligi in abbatem personam idoneam, sapientem, eloquentem, utilem, moribus comptum, domnum Wicboldum, Stabulensis ecclesiae praelatum. Set et principes curiae inserti, multa laude commendaverunt virum, et infra illos mibi nobiliores ac milites constituti, totaque pene curia, extulit eum laude multifaria, dicens postremo, semoto prorsus omni dubio quod parem virtutibus tota nostra non haberet regio. Tantis auditis causis de viro laudum, nostri, licet egre tantorum crediili, assencientes differunt in diem 13. Kalendarum Novembrium, in locum suum cum suis consilium et consultum libere acturi. Omnibus ergo in his assencientibus, ut dictum est conveniunt fratres et clerus, principes quidam beneficiales, et nobiles eiusdem legis, ministeriales quoque, et post multa tandem universaliter ab omni-

a) *vox praecedenti superscripta.* b) aniadvertente *c.* c) signaficari *corr.* significari *c.* d) amittum *corr.* amictum *c.* e) Narniensis? Ariciensis? f) H. *c.*

43) i. e. Polenica. Polonica.

bus ipse domnus Wicboldus in patrem dominumque eligitur. Legatarii ergo de fratri- 1146
bus et ministeriales cum Brunone praeposito honestiores ad accersiri eum instituuntur, set seorsum consilio mutato, nobis autem et pene omnibus inconsultantibus, cum 10 marcis, omnibus deputatis, praepositus cum suis electum nostrum adivit, domni regis nostri et fratrum tantum licteras advexit. Quali autem habitudine mentis susceperit, ex subsequentibus[a] litteris, quas quorsum et miserit, legens et gnarus scire poterit. Itaque:

Inclito triumphatori ac serenissimo domino suo, C. Dei gratia Romanorum imperatori augusto, frater W. divina misericordia Stabulensis ecclesiae servus, salutem in eo qui dat salutem regibus. Pietatis vestrae litteras, quas nobis per praepositum Brunonem vestra magnificentia transmittere dignata est, recepimus; quae sicut plurimum gaudii et exultationis nobis contulerunt, ex eo quod in conspectu maiestatis vestrae gratiam et misericordiam nos invenisse, certis experimentorum indiciis cognovimus, ita multum sollicitudinis et anxietatis de causa, quam continebant, nostrae parvitati praebuerunt. Siquidem magnitudini vestrae placuit significare nobis, quod Corbeiensis ecclesia, pastore suo viduata, nos pari desiderio et unanimi consensu in patrem sibi et pastorem animarum elegerit, ad quod onus subeundum nos hortari, et divinae vocationis praeceptum sequi, vestra benignitas cum regiae iussionis auctoritate maturavit. Verum quoniam de monachis, ad quos id opus sicut inchoare ita et consummare maiori ex parte pertinet, nullus ad nos venerat, rem totam religiosorum consilio differendam esse credidimus, donec Corbeiensis ecclesia coram maiestatis vestrae praesentia et principum conveniat, et quid quove ordine id quod asseritur fecerit, sicut canonicum et competens est, exponat. Propterea mansuetudo vestra non moveatur, quod ad praesentem curiam secundum iussionis vestrae beneplacitum non venimus, quoniam in festo beati Nicholai, quando Corbeiensis ecclesia curiam vestram adire disposuit, Deo ducente veniemus. Si quid ergo apud vestram excellentiam nostra valet exigua set fidelis devotio, locum nobis circa Werzenburg[b] in festo beati Nycholay[c] assignare dignemini, quo vobiscum his qui venturi sunt commode occurrere valeamus.

Regalis haec responsio:

C. Dei gratia Romanorum rex, W. Stabulensi abbati, gratiam suam cum dilectione. Postquam ecclesia Corbeiensis abbate suo orbata fuit, statim divina inspiratione commonita, dominum et patrem spiritualem te sibi canonica electione ascivit. Postea vero tam in temporalibus quam in spiritalibus propter absentiam tui turbata et distracta, grave damnum sustinuit. Mandando igitur rogamus dilectionem tuam, quatinus in festo sancti Nicholai Frankenevurt praesentiam nostram adeas, et quae ad donum regiae dignitatis spectant, ibidem de manu nostra suscipiens, ecclesie Corbeiensi tamquam pater spiritualis et prudens dispensator in posterum provideas. Vale.

Hec apud Wilzenbroch[44] scripta et data et 3. Kalendarum Decembrium in Stabu- 41
lensi ecclesia abbati sunt praesentata, ecclesieque Corbeiensi Kal. Dec. eadem scripta sunt invecta. Abbas de loco suo, et Adelbertus praepositus, et fratres nostri quidam munifici, cum Brunone praeposito et ministeriales honestiores aliquanti, 4. Non. eiusdem mensis ad condictum locum exierunt a Corbia. Et quia nec sic celeres nostri nequibant illo venire, ut statuta die occurrerent domino regi, octava demum die in Wineheim[45], 3. miliario sito a Laureshamis abbaciae regalis, cuius et hic maiusculus pagus dicionis, 45
regiae praesentie se ingesserunt, set non eo numero, quoti sunt egressi de suo monasterio. Nam Theodericus mulionis beneficio functus, apud Frideslariam egrotans, post modicum est et defunctus, et ad nos usque deductus, in ministerialium cimiterio[d] cum suis est sepulturae traditus. Pridie autem quam Wineheim venerant, in Frankenevurt[e] condicti vici[f] diverterunt nostri, ubi iam frequentius mansitaverat dominus suus electus, et in familiare sibi diversorium introibant, abunde satis necessariis praeparatis, modo per puerum quem abbas in haec oportune praemiserat, et per quemdam maiorem ipsius pagi, nutu domni

a) subquentibus *cod.* b) Wercenburg *corr.* Werzenburg *c.* c) Nicholay *corr.* Nycholay *c.* d) cimimiterio *cod.* e) frank *c.* f) viri?

44) Wirzburg? ubi rex exeunte Novembri moratus est. 45) Weinheim.

1146 regis hoc praecipientis, quatinus et in forensibus ad comparandum sufficerent. Talis enim dignatio abbatis talem commeruit sollicitudi em circa ipsum et dileccio regis. Nam et inde nihilominus evidentius claret, quod de Wilzenbroch ad Frankenevurt[a] quatuor dietes estivales et prolixiores in occursum ipsius descendit, insuper et alia nonnulla talibus longe supereminentia, loco et tempore suo referenda. Post haec nostri in introgressis mansionibus ut, compositis suis, quietis operam adepti, iam hilariores forent, abbas venit, aliorsum ab illis mansitare divertit. Quod ut senserunt, commoti, sciscitantes si se iuberet sibi adesse, in crastinum distulit, set crastinum inibi non fecit. Nam pene noctis medio abbas cum suis abscedens, regem adire absentibus illis accelerabat. Ipsum enim quod intendit illis, ipse passus est. Licet igitur illos praeierit ipse maturius, optabilioris tamen erroris, viaeque intercapedines abbas arripuit, et sic quod decreverat, effectu minus trutinabat. Nam nostri noscentes, inde ipsum de diversorio abisse, accelerant iter arripere, satis admodum et praepropere. Et dum insequuntur abbatem itinerantem, inveniunt dominum nostrum regem. Pridie tamen quam ipsi Frankenevurd advenissent, rex
46 inde profectus, ad Alceiam[46] iter dirigit, ubi fratrem suum, ducem Alimanniae domnum Fridericum, ad mortem usque infirmari cognovit, aut etiam Wormatiensem ecclesiam in transitu visitare pro tempore, si quoquomodo valeret oportunitati suae succurrere. Nam antisticii locus illius dispositore vacabat, quia recens sors eum iam e vicino de medio tulerat, alioquin et ad abbatis et Corbeiensium adventum Frankenevorde sustinuisset. Egre siquidem tulit, quod et fieri minus valuit, quia utrarumque rerum iam infra praelibatarum in tantum urgens ipsum sollicitabat[b], quod nulla viae huius intermissio sibi haberi poterat. Ut autem Winehiem venerunt, nostri abbatem adhuc absentem asscisci et sibi electum suum in dominum donari a rege aliquociens poposcerunt. Ad tres igitur post ipsum sigillatim pueris destinatis, postremo tandem tricatis morulis venit, regem adivit clam, et obnixius efflagitavit, quatinus et electio in ipsum facta cassaretur, quoniam quidem et nonnullis sudoribus iam pene ad supremum exhaustus, amphoribus nullo modo inseri pateretur. Rex ergo turbatur, abbatem, ut talibus desistat, multifarie ac suppliciter exoratur. Set iste viso rege obstinatius in[c] inceptis persistere, ut valeat decretum eius reflectere, ipsi prosternitur, lacrimis haud[d] modicis aspergitur, senariam profectionem ad Romana menia pro regia honorificentia, et que iam per sedecim tempora praelatus pertulerit repugnancia multifaria et omnino valde asperrima rememorabatur; insuper ut et, obtentu gratie ipsius dummodo ne alienaretur, praelationi consertae, rogabat, expediretur, quam inserende oneraretur. Rex itaque talibus sollicitatus, convenit eum e converso delenificentius, locum, tempus, oportunitatem animadvertere[1]

Hic excidit folium[2].

a) frank c. b) *deest* cura *aut simile quid.* c) *vox paulo obscurior.* d) h'u c. 46) Alzey.

1) *Litteras Corbeiensium ad Eugenium papam de confirmanda electione Wibaldi fol.* 8. *in ora superiori scriptas indeque a Martenio p.* 200 *et Harenberg editas, hic denuo exscribere iuvabit:* Reverentissimo in Christo patri suo et domino Eugenio, divina gratia summo et universali pontifici, W. licet indignus, Corbeiensis ecclesiae prior, et ceteri fratres universi, qui in Corbeiensi monasterio Domino militant, devotam obedientiam et exiguas orationes in Domino. Sanctitati vestrae suggerimus, quod post depositionem Heinrici quondam abbatis nostri, qui a venerabili legato vestro, scilicet magistro Thoma, pro manifestis culpis suis et confessis canonice ad totius monasterii salutem, quod ipse multis modis vastabat, destitutus est, convenimus in personam cuiusdam fratris nostri, qui officium praepositurae amministrabat, et eleginus eum, quibusdam ex fratribus nostris non assentientibus et multis ex laico ordine reclamantibus, qui partibus depositi illius pertinatius faverant. Qui post suam promocionem paucis mensibus vivens, vita discessit, et nos plenos merore ac sollicitudine, non sine aliqua discordia reliquit. Et quoniam per abbatum nostrorum negligentiam per annos fere quinquaginta res monasterii nostri et dignitas, tam intus quam foris, ultra quam credi possit imminutae sunt, et nos penitus concordes non eramus, nulla tamen in ecclesia nostra persona inveniri potuit, quae sufficere posset ad alligandas contriciones nostras, et ut filii Dei et ecclesiae nostrae, qui dispersi erant, congregarentur in unum: his necessitatibus coacti, invocata Spiritus sancti gratia, et adhibito religiosorum et sapientum virorum consilio, communi omnium desiderio, sine ullius personae magnae vel parvae contradictione, immo favorabili omnium assensu, praesente et consu-

*Conradus rex . . . dominicae nativitatis** die suscipiens salutis signum in superficie suarum vestium, sicut est moris modernorum, dum se notificant invisere sanctum Do- 1146 Dec. 27.

*) *haec supplenda videntur.*

lente nobis in id ipsum venerabili filio vestro[a] B.[b] Patherbrunnensi episcopo, elegimus nobis in capitulo nostro Corbeiensi in patrem et pastorem animarum nostrarum, in abbatem scilicet et dominum nostrum, Stabulensem abbatem, domnum Wicboldum, cuius religione et prudentia Corbeiense monasterium ad pristinum suae dignitatis statum reformari possit. Quod cum facere et electioni nostrae multis diebus assentire rennuisset, et per nostros legatos abstrahi[c] ad consulendum nobis a monasterio suo nequaquam valeret, tandem auctoritate regia ad curiam est evocatus, et cogente ipsum domino nostro, Conrado Romanorum rege, fratres nostros et laicos nostros, qui illuc frequentes convenerant, sequi, et ad nos venire compulsus est. Et gracias Deo omnipotenti referimus, quod non sumus fraudati a desiderio nostro, et a spe quam de ipso patre nostro conceperamus, quoniam mirabili industria omnes dissensiones nostras ad pacem et concordiam renovavit*, et possessiones non parvas, quas depositus ille alienaverat, magna cum prudentia et efficacia ad usum monasterii recollegit. Praeterea sunt in vicinia nostra duo monasteria[d] feminarum, quae suae enormitatis pertinacia nostros et omnium religiosorum oculos et aures sepissime offenderunt, ad quod malum eliminandum cum quidam ex nostris abbatibus laborare cepissent, qualenus et possessio ecclesiae conferretur, et divina inibi religio reformaretur, obtinere non potuerunt. Set domnus abbas noster Wicboldus[e], multis suis obsequiis inclinatum habens animum principis, a domno nostro rege Conrado impetravit eadem loca cum omnibus suis appendiciis monasterio nostro conferri et per auctoritatis regiae privilegium legitimam tradicionem confirmari. Dilectam itaque nobis misericordiam vestram flexis ad vos genibus cordis humiliter imploramus, ut, quoniam iam sepedictus pater noster quinque talenta, quae acceperat, sollicite duplicavit, Christum imitantes, verum et bonum patrem familias, supra decem civitates eum constituatis, iuxta illud: *Omni habenti dabitur*, et eum vestra benedictione apostolica munitum, ut nobis et praesse et prodesse valeat, ad nos cum gaudio remittatis, et donationem, quam domnus noster rex de praedictis duabus cellis monasterio fecit[f], vestri privilegii pagina confirmare dignemini. 1147

2) *In superiori parte folii sequentis quaedam sequuntur eadem manu exarata, quae cum ad historiam expeditionis Conradi III. et Ludowici VII. referantur, ea hic sistimus.*

A magistro Isenboldo de sancti Pauli apostoli titulo et ecclesia Halverstadensi transmissa est hec subiecta epistola Elvingo [47]:

Domno E. suus I. diligenter attendere, ne processus estimatus fiat retrocessus. Quoniam lacrimarum convalle iam pene transcensa, ad ipsius pacis visionem defecati cordis elucubratione anhelatis, fortasse videor ingratus, si ad cepti vestri non applaudam apparatus. Set adtendendum quaeso, cum quid boni operis aggredimur, intus contra occultum raptorem attentius vigilemus, ne dum foris vexilla virtutum in altum porrigimus, intus ab obinopinato hoste gravius occupemur. Probate itaque, si ex Deo sunt spiritus, perpendite, ne quod devotionis suggerit voluntas, professionis dissuadeat honestas. Plerumque etenim adversarius noster circuiens, nocendi locum querens nec inveniens, artes reciprocat, vada praetemptat, sicam latrocinii tegit, figurativa inductione illudit, corticem denique lucis ostentat, quo postmodum tenebrarum medullas subinferat. Inter que omnia sollicita spiritus trutinatissimi discretione utendum arbitror, ne quod putatur antidotum, veneni acescat in poculum. Queritis itaque, an placeat, ut Ierusalem proficiscamini. Laudo quod queritis; iam enim discretiva spiritus consideratione uti videmini. Adicitis quoque de Abraham peregrinatione, de Lazari euangelici illius paupertate, quorum alterius exulatu, alterius tenuitate consummationis terminum sortiri desideratis, ut secundum apostolum, dum plus laboratis, plus mercedis accipiatis. Ast ego, ni fallor, utriusque typum vos iam pridem gessisse existimo, cum universis, quibus mundi huius fulcitur ambicio, in concupiscentiis ac pompis seculi abrenunciastis. De 47
terra quippe vestra cum Abraham existis, cum, que foris possederatis, terrena bona reliquistis. De cognatione vestra existis, cum, que nobiscum orta sunt, viciis abrenunciastis. De domo patris existis, cum, spretis omnibus propter Deum, vosmet ipsum abnegastis. Domus enim patris nostri ipsum est cor nostrum, quoniam pater noster habitat in nobis. Pater noster primus diabolus fuit, secundum nativitatem qua nati sumus; pater noster secundus Deus est, secundum nativitatem qua renati sumus; et vult uterque pater habitare in filiis suis, diabolus in filiis ire, Deus in filiis gratiae. Quam ergo adhuc paupertatis exiguitatem requiritis? Subiungitis etiam famae volitantis ministerio cognovisse, ceptum vestrum mihi displicuisse, quod nec ante acceptas litteras vestras propositum vestrum scieram extitisse, unde velut ignotum nec placuisse nec displicuisse sciatis. Verumtamen subtili examine pensandum suadeo, quatinus si tantopere foras egredi desideratis, inconcussa domus interioris fundamenta custodiatis. Locorum quippe mutacio morum non solum corruptaelam non abstergit, set et quandoque eorumdem in deteriora conversionem parit. Unde poeta: „Coelum non animum mutant, qui

a) *ita codex; quae ad hunc locum Harenberg profert, veritati omnino contraria sunt.* b) *scil.* Bernhardo. c) abstahi *c.* *) *ita c. an* revocavit? d) monesteria *c.* e) Wicboldus *corr.* Wiboldus *c.* f) fecit *inserit* Martene.

47) monacho Corbeiensi, v. Wibaldi epistolas p. 320.

1147 mini sepulcrum, absque intricationis intercapedine, quantum valuit pro agilioris ac devotioris legatarii festinatione, et id domno abbati placuit innotescere, ac sibi se mandans in Fuldensi ecclesia 4. Kal. Februarii occurrere. Talis ergo iniunctionis[a] facta execu-
Ian. 29. cione, commorantur aliquamdiu una in consisterii[b] mansione, quatinus et ipse debeat secum Romanas apices revisere, insistit oppido ac multifarie. Hinc abbas cum communicassed consilium cum fidelibus et amicis suis, una cuncti consultatione accincti, aiebant iter hoc non intermittere debere ipsum nec posse, quod esset necessarius, ob id et plurimum, quod et publica et privata regis negocia, in Romana curia sollemniter peracta, nulli sic ex integro cognita, per eum denique quia et disposita et manu ipsius sunt

a) iniunctonis c. b) *sic c.*

trans mare currunt.“ Vocatione ergo qua vocatus estis, ad illam Iherusalem coelestem quae sursum est, que est mater nostra, suspirate, erigimini, festinate; cuius ad intuitum plurimos quidem anhelare, certe non nisi beatos constat appropinquare[a]*. Huius autem, que de deorsum est, visio, cuius homini cum bestiis est communio, si videntes quosque aspectu suo beatificat, Iudam traditorem et Pilatum a beatitudine non exterminat. Set absit a fidelium cordibus, eos beatos vel estimare vel dicere, quos moenibus caducae huius civitatis, hominum inestimabili sanguine rubricatis, appropinquare*[a] *contigerit. Ad illam ergo quae in celis vivis exstructa nitet lapidibus, cuius lapis angularis Christus missus est, in qua tronum suum rex ille filius regis angelorum iugiter concinente choro expolivit, festinemus, anhelemus, civitatis huius incolae ac concives fieri satagamus. Non ut ignoranti hoc suggero, neque doctum indoctus instruo, set si meum super hoc negocio consilium admittitur, dicam plane quod sentio. Regula beati Benedicti diligenter inspecta, cordacitus ruminata, quicquid vetet aut iubeat, non declinantes ad dexteram nec ad sinistram, totis viribus adinplere satagite, praestolaturus*[b] *hinc bravium post emensum vitae praesentis stadium. Quodque subiungitis, vos domi lapsum sustentare non posse, non sic intelligimus, nisi nemo apud vos vel corporali vel spiritali iuvamine indigens reperiatur. Optime valete.*

Et inter alia idem ipse Isenboldus ipsi cui supra scripsit et talia: *Succincte ad praesens vobis scribere proposuimus, quia aliquantisque verbis vestris in aliis litteris quas vobis direximus prolixius respondimus. Suademus itaque et discretioni vestrae consulimus, quatinus diligenter attendatis, quid, et cui vovistis, cum omnibus caducis rebus propter regnum celorum renunciastis, et in hoc subtilissima circumspectione usque in finem vitae perseveretis, nisi quid quod ignoro obsistat, quod huic consilio rationabiliter contradicat. Valete nunc et in evum.*

Hec[c] littere dicuntur divinitus[d] missae Loudhuwico regi Francorum: *Tibi dico L. pastor corporum, quem inspiravit spiritus peregrini Dei. Cum ascenderis a constante tetragoni, et a constantium tetragonorum stantium esternorum, tunc aperientur tibi portae civitatis, quas promisit filius matris tuae visitare, et non visitavit. Ponesque vexilla tua rosea usque ad extremos labores Herculis, quia erexit te Christus in artemone navis, cuius velum est triangulum. Tuum quoque L. vertetur in C. qui divisit aquas fluminis, ut transirent per eas qui student in procreatione filiorum.* Finis harum hic est et sic.

Antiochiae civitas magna duobus muris cingitur. Prior horum ex magnis lapidibus est in quadrum sectis et subtili artificio politis, et in eo distinctae et ordinatae sunt 460 turres. Hic murus se intuentibus venustate compositionis suae arridet, et spaciosus est latitudine nimis ampla. Continentur intra septa murorum 4 montes magni et in altum eminentes. In altiori horum castellum naturali positione munitum, quod nec bellicosum timet impetum nec cuiuslibet machinationis ingenium. Trecentas et 60 ecclesias obtinet in sui confinii territorio, et patriarcha habet 153 episcopos sub principatu suo. Ab oriente civitatis 4 magnis montibus praemunitur, ab occidente vero quodam flumine irroratur, cuius nomen Phafar dicitur. Hanc Antiochus rex cum suis 65 regibus condidit, sicut hystoria ipsius plane dicit, nomenque de suo nomine indidit. Hanc itaque obsederunt nostri perigrini, scilicet itineris prioris, quando et capta est Hierusalem, per octo menses et diem unum; et tribus ebdomadibus fuerunt intus inclusi a gente Parthorum, que divino superata subsidio ac ammirabili, postea quieverunt in ea 4 menses et dies 8.

Patriarcha, episcopi Greci et Latini et ecclesie Ierosolimitane, occidaentali ecclesie universali consortium coelestis Ierusalem. Quoniam ecclesie nostrae incremento vos gaudere non ignoramus, et sollicitos ad audienda tam adversa quam prospera credimus, ampliacionis prosperitatem sic notificamus. Innotescat igitur caritati vestrae, dominum nostrum Salvatorem in 40 urbibus et in 200 castris suae ecclesiae triumphasse tam in Romania quam in Suria, et nos adluc habere preter vulgus 100 milia de loricatis, amissis tamen multis in primis praeliis. Set quid hoc? Quid unus in mille? Ubi nos habemus comitem, hostes habent 40 reges; ubi nos turmam, illi legionem; ubi nos militem, illi ducem; ubi nos peditem, illi comitem; ubi nos castrum, illi regnum. Nos autem non confisi multitudine, nec viribus, nec praesumptione aliqua, set clipeo Christi, et eius iusticia protecti, Georgio et Theodoro, Demetrio Blasioque militibus Christi vere committimus. Valete.

a) approquinquare *c. hic et infra.* b) praestalaturus c. c) *sequentia alio atramento scripta.* d) divitus *c.*

exarata, et horum omnium exemplaria penes se manentia, ipseque ad respectum honorificentie regie fax et incentor et auctor, omnium primus et praecipuus pene ab omnibus, semoto procul omni scrupulo, existimatur. Taliter igitur abbas conventus, licet egerrime, assentatur tamen ac si voluntarie, et hoc instipctu suorum et bona denique spe. Huiusmodi autem actionum fidelium et devotionum abbatis circa regem regisque dilectionis superabundantem ad abbatem[a] ut nostracium animis irrepsit, fiduciae suae aucmentum maximo cumulo fuit. Suggerentibus igitur et consultantibus illis abbati, antecessoris[b] sui cum rege negotiis, de concedendis ecclesiae nostrae quibusdam sanctimonialium[c] cenobiis, licet tepide ac valde nimis timide, cepit tamen de his cum rege, ut oportunitati noverat conpetere, insistere. Rex autem quamquam non facile acquiesceret, tandem convictus amica eius dilectione et nonnulla laborum suorum circa ipsum commonicione, blandaque qua et abundabat conventione, in fructuario boni fenoris emolumento, peticioni abbatis annuit, et ecclesie nostre abbaciolas duas Kymenaden et ei vicinam Visbike[48] concessit, ac per anulum gemmario lapide condecoroso ad nos transmisit; quem et abbas scriniolo sancti Stephani inseri praecepit, quatinus et posteris nostris beneficia regis et abbatis industria circa locum nostrum non facile oblitterari possit. Nam nec minus et rex huic regno proficeret, quocienscumque serviri sibi de loco nostro legis debito et priorum longe dierum instituto contingeret, si argento anticipanda foret, denae appenderentur[d] librae, sin autem pastibus, aucmentarentur tanti precii pro temporis qualitate ac comparationis commoditate. Pro his ergo stabiliendis et confirmandis, licet nonnulli principum his affuerint et consencientes fuerint eciam, Frankenevurde se sibi occurrere statuta die indixit, ubi et primates regni pro publica re, generali evocatione advenire instituit. Hinc domnus abbas ad nos absque devio reversus modico dierum intervallo habito nobiscum, ambiciosius ut suis visum est Kimenaden perrexit, regiumque satellem[e] scripto signato ipsius regis munito in promtu habuit; quod ut recitatum in auribus omnium fuit, quamquam non sine admodum retractatione intricata assentarentur, tamen praesentes omnes, praeter puellulam scolaribus praelatam, sub dicioni abbatis se submiserunt. Procedere autem et Visbeke volens, praemisit quosdam de suis, ut familiae illius aecclesie coadunarentur, et in subiectionem sibi convenirentur. Destinatorum autem quidam note fucationis fidei hoc in negocio a nonnullis notabatur, quoniam et dominicale forsetum[f] ab abbate in beneficium optinere nequibat. Nam et ministeriales ducis, et in praemunctorio dicto Scowenburg milites Adulfi dicioris ac nobilioris viri, per ipsum inibi constituti, legatis suis id ab abbate obtinuerunt, quatinus illô venire differret, quousque dominorum suorum decretum super hoc rescire valerent, et si foret ipsorum assentationi non offensum, ad omne servimen sibi deferendum offerrent animum promptissimum. Taliter domnus abbas inceptis dilationem inposuit, ac de Kimenaden thesaurum et queque preciosiora huic ecclesie ad conservanda in pocioris[g] fortunae dies duxit, quia et adstans perplexi malicia per variaque et inenarrabilia. Idcirco et armata[h] manu militari abbas coadunata, satis admodum et copiosa, ne se praesente sinistri quid oriretur aut etiam se semoto, hinc spectabiliora tulit, ne forte si qui emulatorum supervenirent, ad votum sibi parere, haut invenirent inibi vel unde. Nam domnus Volcwinus causabatur, germanae suae filiam in praelatricem universaliter nutu regis electam in Kimenaden, et per abbatem cassatam. Denique et pater iuvenculae Hloutwicus de Lare — nam et ipse sororem Volcwini, defuncto viro suo Adelberto de Everstein, in matrimonium asciverat — ac frater ipsius puelle Adelbertus, filius prioris Adelberti non Hloutduwici, non mediocriter hinc dolebant. Theodericus nihilominus de Riclige[i] nostris offensus extat[k], qui et sororem Sigefridi principis et Heinrici, quondam hoc in loco abbatis, iam nunc patrocinatur, et reinducere inibi tota sagacitate ac studio conatur. Nam ut et filia ipsius Kimenaden praeficeretur, instabat id per Thomam cardinalem exequi posse, dummodo iam praelata deponeretur. Nacta igitur quantulacumque decolorata occasione, quia nec vera nec idonea, proprios suos Theodericus eminari

1147

Febr. medio

(1146)

a) recordatio *vel aliquid eiusmodi excidisse videtur.* b) antessoris *c.* c) sanctimonaliun *c.* d) appederentur *c.* e) i. e. satellitem. f) forestum. g) pociores *corr.* pocioris *c.* h) armatu *c.* i) *lege* Riclinge. k) extitit *corr.* extat *c.*

48) Kemnaden prope Bodenwerder, et Vischbeck infra Hameln, ad Wiseram.

1147 abbatissam verbis praecepit, sin autem exire et minus assentaretur, pelleretur, aut etiam foras ab ipsis servulis propulsaretur[a], quod et factum postremo, nonnullis lacrimis crebrius madetur. Siquidem sancti Viti festo, id est 17. Kal. Iuliarum, ipsa in edicioris loci constratu pueris suis sollemnius convescens, advenerunt servuli Theoderici in hoc destinati, qui in eandem abbatissam, indecentius etiam quam fari mihi queat, manus iniecerunt, renitentem de mensa submoverunt, sicque foras miserabiliter eiecerunt. Nam nec dilacionem ad ciborum consummationem, quos et proprio censu ex vendentibus contraxerat, obtinere nequibat. Set quis dispensationem dominicam infirmare valeat? Illa, undecumque talia perpeti habuit, sic depulsa, eligitur tandem ab omnibus intus et foris Helmburgis praepositissa, non Theoderici filia, quamquam per multos multifarie instaret maximaque instantia, Hlouduwicus autem infra iam dictus cum suis, modis quibus fa-
49 cile id efficeret, ut iam electa electioni cederet, et filiam eius[49] ac si non electa cum ceteris eligeret, set et bona spe, quia promiserat centenos mansus dare velle illi ecclesiae. Dominus autem rex talia vel his similia, aut etiam maiora pernoscens, oportunitate decentioris mutationis, aut etiam laudabilioris professionis, quam et aliquanto extulit, Corbeiensi ecclesiae sicut dictum est utraque loca illa tribuit. Et quia pastus sanctimonialibus omnimodo Kimenaden defuit, Corbeiam se obtemperantes transtulit, et quasdam[b] ibi, quasdam cum suis honestioribus ad novos fructus alias destinavit, ubi et de naufragio continentiae suae nulla posset haberi suspicio, et vitae necessariis abundaret eis amministratio. Post haec interposito aliquanto temporis intersticio, ad in-
Mart. 19. dictam diem, haec esse censetur in 14. Kal. April., ut abbas Frankenvorde venit et agit se in principum consistorio, quando et denuo duarum ecclesiarum illarum iam aliquociens praelibatarum fac a est huic ecclesiae tradicio aut etiam confirmatio. Multi enim principum ex omni pene orbis plaga confluxerant, ut oportunitas sane deposcebat, quippe cum rex novus eligendus erat. Nam dominus noster rex Counradus, Hierosolimam sicut infra dictum est iturus, obtinuit a principibus, quatinus eis eligeretur in regem Heinricus, suus filius. Utrisque igitur in hac tradicione vel confirmatione assentientibus, praesulibus, abbatibus principalibus, nec non et cunctis praesentibus proceribus in his applaudentibus, rata sancitur, sic tamen ordinarie, ut investigaretur publice a domno Burghardo, praesule civitatis Argentine, censurae iudiciarie, si possent dari legitime cellule regales regali et maiori ecclesie, de qua et regnum sumeret nonnulla obsequia, cum et de minoribus praeter nominis solam gloriam nulla provenirent regno profutura. Assentientibus omnibus ergo et universis assistentibus primoribus, domno Burghardo episcopo id iudicante, domnoque Bernhardo Clarevallensi abbate id nihilominus suadente, magnificentia[c] signorum iam late ipsum notificante ac exornante, qui et inconvulsum infra[d]

. . . . . .

id est principes praelibatos, apud nobiliores tamen praeter Adulfum de Scowenburg nemo, cui negotium huius largitatis regiae offensioni vel contradictioni fuerit. Ille siquidem quantum facultatis habuit, effectu trutinari omnimodo prohibere sategit. Cassatur autem dominico amminiculo talis eius adversatrix emulatio, quia etsi de naturali affectione, — nam et ipse consanguinitate ab abbatesse lineam generis deducebat — non tamen vera exstat. Iterabant ergo reges hanc tradicionem per anulum, et ubicumque oportunitas exigeret, praesente nihilominus apostolico et toto Romanorum maiorum collegio, insuper et in unum collecto universo populo, hoc factum fixum et ratum stare debere, ac firmare posse ac velle, semoto procul omni scrupulo, etiam omni suo quo vitae huius tempore carperent habitus examinatius affirmabant, et huius astipulationem litteris signatis tradebant. Dominus autem abbas penes se pro causa non superflua scripta haec detinet, etiam cum de ipsa curia rocedat, mandatis regiis legationis gratia, ad Cluniacensium menia, ubi domni apostolici habebatur tunc praesentia. Set hec dum aguntur, Theodericus de Riclige praepositum Kimenaden cum fratribus inibi per dom-

a) *vocabulum erasum est.* b) *vocabulum erasum est.* c) m. s. i. l. i. n. ac e. *eodem calamo scripta sunt ac reliqua; mendose Harenberg dicit:* Adiecit haec descriptor recentior, cum Bernhardus iam obiisset et miracula per defunctum, ut videbatur suis, facta iam ivissent in vulgus. *Talibus artibus carere possumus.* d) *Plura desunt.*

49) *set et depulsa, et Loduwici, et filia Theodorici, uno nomine, scilicet Iudhita, vocitate sunt.* in margine scripta sunt.

num abbatem constitutis, per nuncios suos deinde transmigrare[a] praecepit, dicens ducis 1147
nutu id exequi debere nulla iam interposita intersticione. Ipse vero praepositus cum ceteris fratribus minitantium fluctuum eius inpetuositates floctipendebat, quia degebat et in loco nobiscum, tempore quo praepositus noster Adelbertus cum reliquis ad curiam procedentibus venit, et reliquias patroni nostri sancti Viti reportavit, et que gesta fuerant vel quo modo, per ordinem in auribus omnium nostrum exposuit, etiam qualiter ipse dux advocatias utrorumque locorum illorum regibus redderet, ipsique et ecclesie nostre traderent, postque ab abbate ipse dux denuo in beneficium reciperet. Set haec Theodericus si noverat necne, non est nobis animadvertere, cum nos quippe tueantur et dominatores terre, Domini sicut speramus inspiratione vel domni abbatis conventione. Nam et antea dum fungebar in locum ipsum fratrum nostrorum ad decanam et ad praepositissam legatione, quo deberent fratres sororibus concordare, quod tamen et ad praesens flagitabant differre, se[b] in gratia omnium licere, litis cunctis illius ecclesiae sub interminatione salutis suae praecepit in nullo prorsus praepositum obaudire. Quod ut quantocius noscioni meae claruit, instinctu meo communicato cum suis praepositus consilio, quoniam recens scriptum detuleram fratrum, ex persona ipsorum Theodericus blande conveniretur, quatenus et eius iussio in adventum abbatis usque relaxaretur, in talis verbi compactione, ut ipsis domnus abbas moneretur, si quid correctione condignum iniusque foret, placide componeretur. In his ergo conquievit, quo usque, ut dictum est, eos de loco mandavit superflue transferre[c]. Set et hoc tempore abbatissa iam depulsa, ut infra dictum est, miserabillime, qualiter tante quis nobilitatis est inauditum sic sine noxa de proprio loco exire, cum curiae Frankenvorde etiam frustra conserta fuisset, sicque has partes provincie revisit, et, ut vulgo rotatur, consilio et adiutorio eiusdem Theoderici, quoscumque poterat milites collegit, et Kimenaden ad repossidendam[d] ire decrevit. Quod ut nostris ministerialibus expertum fuit, armati praeposito advenerunt, et ipse pariter quos poterat ad resistendum vel pocius ad despoliandum illam cum suis coadunavit. Et ut hec fieri possent, nostris nulla diffidencia fuit, quia et illos quantitate ac fortitudine tanta praecellebant, ut non aliud evenire opinarentur, idcirco et conatus adversariorum cum congregatione sua dispersioni patuit. Prelatrices etiam duae iam praelibatae, ob victus defectum transierunt ad electam suam in Larresse castellum, ibique degentes, que in loco suo agebantur aliquamdiu non noverunt. Ut autem indagini sue obrepsit, quantocius Kiminaden venerunt, inportuniores[e] quam condignum fuerat nostris se ingesserunt, adulterina clavi armarium aperuerunt, preciosiora sua non repererunt. Hinc ergo nimium animo exacerbatae, populum congregabant signorum concrepatione. Quinque autem tantum viri ex omnibus venere, ac pene tocius illius vici femine. Diversas ergo mortes nostris inferre multis verborum tumultuacionibus in animam suam affirmabant, cum maiora quippe sceleratissimis[f] latronibus et homicidis sceleratissime in invasione et sacrilegiis perpetrassent. In procinctu igitur erat, ut insurgerent repente in nostros, et quanto deterius invenire possent, mortibus destinarent. Talia ut fratres nostri noverunt, confugium ad Dominum precibus et lacrimis fecerunt, et quidam illorum differri causam ad adventum praepositi tandem vix valde obtinuerunt. Wolfhardus quoque sacerdos, abbatisse Berthe iam incluse creditarius, per omnes episcopos et abbates et praepositos necnon et per cenobia litteras ex persona abbatisse late circumquaque destinavit, et omni populo quem aliquid aud*ire*[g] . . . . , *lacri*mando querelosas voces edens causabatur multifarie, Corbeie se et omnes cum ecclesia multis thesauris, quo modo equi vel venalia comparari solent, sic subactos. Set ne praedones . . . . . *eos, ut canti*cis ieiuniisque ac precibus a Domino et sanctis eius instantissime deposcerent, exorabat. Haec autem hic inde inserenda . . . . . *perven*turi qualibus quaterentur in his infaustis diebus nostri.

Anno dominicae incarnationis 1148[h] . . . . . a Non. Ma . . fitias senti . 1148
. . . . . et ipse per W. camerarium incepit fundamenta domus[i] . . . .

a) transmigare c. b) *fta codex; intelligendum videtur* si in g. o. liceret. c) transfere c. d) reposidandam *corr.* repossidendam c. e) inportunior̄ c. f) scelaratissimis *corr.* sceleratissimis c. g) *an* audire *paratum edidit?* h) *numerus minime patet; sed ipso anno construendis aedificiis Corbeiae inundatum fuisse, epistola A. praepositi ad Wibaldum ap. Martene p. 254 monstrat.* i) *fortasse* d. domni abbatis *quae construebatur a.* 1148. *v. loco c.*

1147. que per 30 pene viros tredecim diebus vix eruderavit, et ad ecclesiam sancti Viti resarciandam oportuna primordiorum sternit per Godefridum et Ansehelmum[a] cum auri marca, quos pridie a Stabulaus in id ibi positus pene pro simili edificiali opere istuc transmisit.

a) ansehelmum *aut* anschelmum c.

ANNALES HILDESHEIMENSES, QUEDLINBURGENSES, WEISSEMBURGENSES, ET LAMBERTI PARS PRIOR.

Monasterium Herolfesfeldense, primis Karoli Magni annis a Lullo archiepiscopo fundatum opibusque plurimis ditatum, Hludowico I. [1] *imperante annalibus originem dedit, qui prima sui parte usque ad a.* 829 *chronicis Isidori*[1] *et Bedae*[2]*, annalibus Murbacensibus quales* [4] *hodieque in Laureshamensibus*[3] *et Nazarianis*[4] *supersunt, anna-* [6] *libus Laurissensibus minoribus*[5] *atque annalibus Laurissensibus*[6] *et* [7] *Einhardi*[7] *superstructi, inde ab anno* 830 *usque ad a.* 973 *et* 984 *ab auctoribus per saecula nonum et decimum sibi succedentibus sunt producti. Priori parti notitias aliquas ex Bedae historia ecclesiastica* [9] *desumtas*[8] *inseri, iam Lappenbergius in Annalibus nostris*[9] *monuit; paucae tantum offenduntur ex notis Fuldensibus desumtae, nec nisi una ad Hersfeldense monasterium pertinens, eaque haud ex fonte antiquo sed ex loco male intellecto in vita Sturmi abbatis* [10] *Fuldensis delibata*[10]*. Itaque prioris partis auctoritatem ex fontibus eius totam pendere, facile intelligitur; altera genuina per maiorem* [11] *saeculi noni decimique partem decurrit*[11]*. Priorem in annalibus Fuldensibus in bibliotheca Batavorum Lugdunensi a me evolutis, tum in Lobiensibus, Monasteriensibus Alsatiae qui ex Weissemburgensibus fluxerunt, et in Mariano Scoto repetitam vel potius excerptam, mo-* [12] *nuit Waitzius*[12]*; totum vero opus, certe partem eius quae maximi facienda est, exscripserunt annalista Halberstadensis et Weissemburgensis. Et huius quidem opus, antea nonnisi excerptis a Würdt-* [13] *weinio propositis*[13] *notum, integrum in codice olim Weissemburgensi, a.* 1560 *ab Ioh. Aegolfo a Knörringen bibliothecae Ingolstadiensi illato, et una cum ea iam in bibliotheca universitatis regiae Mo-*

1) Origg. lib. V. 39. 2) in fine librorum de temporibus et de t. rat. 3) cf. e. g. annos 717, 748, 781, 786 usque 791 et 795. 4) cf. e. g. annos 709, 710, 725, 752. 5) cf. a. 738, 746, 750, 753, 754, 755, 758, 765, 768, 772, 773, 774, 787, 795, 801, 802, 806, 807, 810, 815. 6) cf. e. g. 774, 776, 778, 782, 799; et in ann. Quedlinburgensibus a. 775—780, 782—784, 788, 789, 793, 794, 798—800, 805. 7) cf. a. 792, 805, 813, 818 sqq. usque 829, et ann. Quedl. a. 790, 795, et alios. 8) a. 708. ex Bedae lib. V. c. 19., a. 727, 729, 732, 735. ex lib. V. c. 23. 24 et app. 9) T. VI. p. 638. 10) a. 736 ex vita S. Sturmi cap. 5. 6. 11) Quae in aliam sententiam viri docti disputarunt, ea mihi non arridenti; nam nec Reginonis continuatorem nec annales Corbeienses inter fontes Hersfeldensium agnosco, et ut rationes productas verbo attingam, dedicatio ecclesiae Trevirensis per totam certe Germaniam celebris, et adventus Ungarorum usque ad Fuldam Hersfeldensibus maximi momenti atque haud dubie notissimus erat. 12) cf. Annales nostros T. VI. 13) Subsidia dipl. XII. 134 sqq.

d cccxxxiiii ii iii i iiii ap iiii to ap xiiii Zeppredus eps

anni 933–938

d cccxxxiii iiii xxii i ix to p xiiii ꝑ ꝯ Vngariorum exercitus ab heinrico rege interfectus est in scythiam predicandi gratia uerbi dei ibique defunctus ac sepultus est
d cccxxxiii iiii iii ii i iiii ap iiii to ap xiiii Heinricus rex dan o subeit
d cccxxxii iiii xiiii i ii xi kl v iiii ꝑ ap xxi Et unni archiepus hammaburgensis pfectus
d cccxxxiii ix xxii iii iiii to iiii xii ꝑ ꝯ Heinricus rex ob. Regnauitque oddo rex filius eius
d cccxxxiii x iii iiii iiii p iiii ap v. archiepus ob. hildiberhe monasterii fuldensis sancti galli exarsit
d cccxxxiii xi xiii iiii ii xiiii kol x ꝑ ꝯ ii oc Thanemai ecci ut est arnulf dux ob

anni 1008–1010

b ꝯ iiii iii xi iiii xiiii iiii ꝑ ii ii ꝑ ap xiiii Liudulf treuerens epe ob.
iiii ꝯ ix iiii xxii ii ix to ai iii xii ꝑ ꝯ iiii Traditi sunt nn Heinrico
ꝯ x iiii iii iii i iiii ap ii to ap xxii hosed. ob. abb Vvalh successit

anni 1063–1064

ꝯ lxiii i xiiii xiii xii ꝑ ꝯ xii ꝑ ꝯ xiii epi Pugna Goslarie in ecclia pro dispositione sellae epi hezelonis hildinisb. et Widerudi abbis fuldensis. Prior uice in die nat. d. ad vesp. absque gladus. ii. uice in pent. et gladus.
ii ꝯ lxiiii

Annales Hildesheimenses

Dcccxliii. Lotharius rex cum orientalibus francis uenit in siluam aeorum regem gestimulum occidit ceterosque sibi subegit.
Dcccxlv. Hoc anno monachi de herolfesfeld cum otgario epo reconciliati sunt et eodem anno ludouicus imperat adulem monasterium uenit in ii. K nouemb. et priuilegia et munitates monachis donauit et sigillo muniuit.

(a. 995) mi. Baldricus traiectensis eps obiit. successitque ansfridus laicus et comes bone fame uitaque honeste ut de eo apud quos uixerat testati

HEINRICI ANNO. REGNI PIS IX°.

Indx. Mxii. Rex nativitatem xpi. Thornburg Pasca autem laodicie celebravit. Inde uero cum summa regalis reuerentia Babenberg pgressus est. ibi uenerabile monasterium ipsius domni regis. nobile ac speciale studium: ab Eberhardo primo eiusdem sedis epo. cum con

Monum. Germ. SS. III. Tab. I ad pag. 18.

G. H. Pertz scripsit

nacensis condito, inveni atque in usus nostros retuli. Excipit ibi libros Eusebii et Prosperi, atque margini cyclorum decennovennalium Dionysii ab a. 532 *incipientium saeculo XI. exeunte, anno circiter* 1075, *adiectum est; altera tamen manu circa a.* 1087. *inserta sunt nonnulla, quae littera obliqua describenda curavimus, omissis scilicet nominibus imperatorum Orientis usque ad Basilium et Constantinum cum avo Constantino et patre Romanó anno* 976 *coronatos, necnon imperatoribus Romanis ex catalogo quodam desumtis atque passim pro libitu adscriptis. Ultima quatuor codicis folia annales Laurissenses*[14] *minores recensionis Remensis*[15], *excisa* 14 *pagina a.* 716. *voce* **Reginfridus** *incipientes (SS. I.* 114.) *exhibent. Annales usque ad a.* 984. *ex codice Hersfeldensi fluxisse, reliqua vero in monasterio Weissemburgensi addita, ex annotationibus ipsis constat; nomina episcoporum Spirensium saeculo XI. exeunte addita sunt.*

Alter qui annales Hersfeldenses exscripsit, annalista scilicet Halberstadensis, ut opinor, ipse quidem hucusque latet, sed in parte antiquiori annalium Hildesheimensium et Quedlinburgensium usque ad a. 993, *in Thietmaro, in Annalista et Chronographo Saxonibus*[17], *apud monachum Sassawensem*[18] *et in chronico Halber-* 17 *stadensi*[19] *atque Staindelii*[20] *recognoscitur. Quos inter annales Hil-* 20 *desheimenses in codice autographo, iam regio Parisiensi numero* 6114, *olim* 1031. 1125 *et* 5993. *signato, membranaceo in* 4to *seculi X. exeuntis, XI. et XII. superstites, post Rufi Festi breviarium librum exhibent de ordine temporum, ex Isidori Hispalensis chronico, annalibus Laurissensibus minoribus et annalibus Hersfeldensibus usque ad a.* 993. *conflatum, atque manu saeculi decimi conscriptum, quem diversae inde continuationes, manibus diversis et se invicem excipientibus exaratae, usque ad Lotharii III. imperatoris obitum subsequuntur. Librum a Chesnio primum in SS. Francicis T. III.* 540 *publici iuris factum indeque a Leibnitio SS. Brunsv. I.* 711. *repetitum, anno* 1827 *Parisiis iterum evolvi, mendisque purgatum iam sistimus. Prior eius pars usque ad a.* 993. *a scriptore Hildesheimensi composita*[21], *ipso* 21 *tempore exarata, et compluribus locis ab altero saeculi decimi*

14) a. 807 haec addunt: *post quem alius Grimoaldus successit in regnum, atque studuit invadere alia regna sine iussione regis;* anno 814. aeque ac Remensis recte habet *constituit filios suos duces Pippinum in Aquitania, Hlutharium in Baioaria,* ubi T. I. pag. 122. error typographi *duos* expressum est. Anno 817. hunc regum Francorum catalogum subiicit. NOMINA REGUM FRANCORUM *Hluharius regnavit ann.* 43. *Dagobertus regnavit annos* 17. *Sigobertus annos* 23. *Hildibertus adoptivus annum* 1. *Grimoaldus annos* 6. *Hildricus annos* 14. *Thiodricus annos* 17. *Pippinus filius Ansgisi maior domus.* (ann. 27.) *Chlodoveus annos* 4. *obiit in quinto. Hildibertus annos* 17. *Dagobertus annos* 4. *obiit in quinto. Carlus maior domus filius Pippini* (annis 7.) *Hilpericus annos* 5. *Thiodricus annos* 17. *Carlomannus et Pippinus annos* 7. *Hildricus annos* 9. *Pippinus annos* 27½. *Carlus annos* 46. *Hludowicus annos* 26. *Hlutharius annos* 16. 15) annis tamen 744, 764 et 786 Fuldensem codicem sequitur; a. 792 deest vox *Prumia,* a. 776. *Lauresheim,* a. 785 *semetipsum* legit. 17) loci plurimi in utroque et in monacho Sassawensi extant, quos Annalibus Quedlinburgensibus adscribendos iudicarunt Cll. Lappenberg et Waitz; sed quum codex unicus Dresdensis non solum integram annorum seriem, sed a. 961 diversa ab illis quae apud Chronographum leguntur exhibeat, Annalistam, Chronographum et Sassawensem ex fonte Annalium Quedlinburgensium hausisse patet; et descriptio dedicationis ecclesiae Halberstadensis a. 992: Annalibus Quedlinburgensibus ex fonte Halberstadensi illata est, et genuina atque uberior in chronico Halberstadensi legitur. 18) Mencken SS. III. p. 1775 sqq. 19) Leibnitii SS. II. 20) Oefele SS. I. 21) v. e g. notitiam de fundatione civitatis Hildenesheim, quae tota in codice littera maiuscula est conscripta, annos 872, 875 cet.

scriptore additionibus aucta, nonnisi inde ab a. **814.** *exprimenda erat, quum nec Isidorum nec Annales Laurissenses minores hic iterum excudi operis nostri ratio poscēret; de auctore eius minime constat. Nec magis continuationum usque ad a.* **1109.** *auctores novimus, Hildesheimenses certe, sed quorum nomina obscuritate indebita premuntur. Unum tamen fortasse Thangmarum excipias, ecclesiae Hildesheimensis bibliothecarium et notarium, Bernwardi episcopi praeceptorem, amicum, et legatum ad Ottonem III. et Sylvestrum II. papam, qui quum Bernwardo vivente gesta eius colligere aggressus sit, et in vita episcopi plurima iisdem plane verbis quibus in annalibus nostris leguntur efferat, eum annalium quoque inde ab anno* **1000** *usque ad a.* **1022** *parentem agnoscere liceret, nisi annalium hac parte auctor monasterio S. Michaelis se adscriptum diceret, quum tamen Thangmarus se monachum S. Michaelis minime professus sit. Annales vitae Bernwardi anteriores liber autographus demonstrat. Eodem etiam modo continuatio annalium usque ad annum* **1038** *a Wolfhero, vitae S. Godehardi episcopi auctore, exscripta est; totum vero opus usque ad a.* **1040.** *Lamberto Aschafnaburgensi prae manibus fuisse, in opere eius inde decerpta produnt. Anni* **1041 — 1101**, *a viro Heinrici IV. partibus favente, ut Udonis episcopi clericum decebat, conscripti, cum Annalibus Wirzeburgensibus*[22]*, ut SS. T. II. p.* **238. 243.** *monuimus*[22]*, in plurimis ad litteram conveniunt, atque operi magnam partem ex Hermanni Contracti*[23] *chronico eiusque continuationibus decerpto innituntur*[23]*. Ultima operis pars, annales scilicet annorum* **1109 — 1137**, *a viro Heinrici IV. inimico, atque prout anni* **1133** *historia testatur Paderbrunnensi, conscripta est, qui et anterioribus annis notas Heinrico IV. inimicas adiecit.*

Annales Quedlinburgenses in codice tabularii regii Dresdensis chartaceo manu **1)** *Petri Albini exarato atque* **2)** *a diversis saeculorum XVI et XVII scribis correcto et notulis aucto superstites, a Leibnitio primum in SS. Brunsv. T. II.* **272** *sqq. sub titulo chronici Saxonum Quedlinburgensis editi, tum a Menckenio in SS. Saxon. T. III.* **170** *sqq. cum Chronographo Saxone collati, iam vero in usus nostros a V Cl. Mauritio Haupt diligentissime evoluti sunt. Prior operis pars usque a.* **993** *et fortasse a.* **1000**[24] *ex annalibus Halberstadensibus, Beda de sex aetatibus, Gestis regum Francorum, aliisque fontibus incognitis manavit, adhibitis passim Einhardi vita Karoli, Poeta Saxone*[25]*, et Annalibus Alamannicis*[26] *et Augiensibus*[27]*, insertis quoque notitiis genuinis familiam praecipue Ottonum concernentibus, quas auctorem a Mathilda et Adelheide abbatissis Qued-*

22) unde Ekkehardi Uraugiensis chronicon derivatum esse, iam autographo eius ante oculos posito et lectione operis vera stabilita, haud amplius dubitare licet. 23) Hildesheimenses ea parte minime ex Wirzeburgensibus fluxisse, inde patet, quod anni quidem 1041 — 1100 una manu, annus vero 1101 alia, quae et annorum 1102 — 1109 historiam subiecit, scriptus sit. 24) ibi annales Halberstadenses a monacho Sassawensi excerpti desinunt; et hanc annalium Quedlinburgensium partem haud ante annum 1002 scriptam fuisse, Cl. Lappenberg ex verbis „*rex futurus*“ a. 995 de Heinrico II. usitatis probavit. 25) a. 802, 803. 26) cf. a. 829, 860, 917. 27) e. g. a. 829, 860, 872, 910 cf. Annales nostros VI. p. 642.

linburgensibus accepisse, iam Lappenbergius innuit[28]. *Quae quidem una cum reliquis usque ad a.* **1025.** *inter praecipuos historiae eius temporis fontes censenda sunt, auctore coaevo, praesente, et scribendi callido. Opus ultra a.* **1025** *productum fuisse, ea quae ibi de adventu Beatricis et de profectibus eius per singula aetatum incrementa memorantur, probant; et opus media in sententia desinit; sed nec continuationis eius nec prioris partis vestigia in Chronicis Quedlinburgensibus Halae Saxonum et in bibliotheca Regia adservatis reperiri datum est. Editio codici Dresdensi innixa, ope auctorum qui et annales Halberstadenses et nostros exscripserunt, Thietmari, Annalistae et Chronographi Saxonis, emendata est.*

Pertinet hic etiam prior pars annalium **Lamberti Aschafnaburgensis**, *ex annalibus Hersfeldensibus, Hildesheimensibus*[29] *aliisque in Baioaria, fortasse Patavii vel Frisingae scriptis*[30], *quae et in Staindelii chronico et apud Aventinum occurrunt, conflata. Proponimus eam post editiones anteriores —, scilicet a) principem ex codice PP. Augustinensium Tubingae a Casparo Churrer Tubingae a.* **1525** *in* 8vo *vulgatam atque Philippi Melanchthonis praefatione ornatam, b) Tubingensem anni* **1533** *in* 8vo *a Ludovico Schradino, ut ipse profitetur, eodem ex codice emendatam, c) Simonis Schardii a.* **1566** *fol. inter Germanicarum rerum quatuor chronographos et a.* **1574** *T. I. historici operis, d) Ioh. Pistorii in SS. Germ. a.* **1583** *fol. „ex libro vetustissimo multis locis emendatam," e) Argentoratensem anni* **1609.** *fol. et f) Burcardi Gotth. Struvii a.* **1726** *fol. in SS. Germ. Pistorii T. II. — his subsidiis adiuti:*

1) *C. in tabulario regio Dresdensi primum a me evoluto tum vero a V. Cl. Ludovico Hesse, tabulario serenissimi principis Schwarzburgensis, in usus nostros exscripto, chartaceo saeculi XV. exeuntis vel XVI. ineuntis, qui cum editione principe quam plurimum convenit.*

2) *Editione principe a Cl. Hesse exscripta.*

3) *Codice bibliothecae ducalis Gothanae, membr. in fol. sec. XII., circa annum* **1137.** *exarato, qui Ekkehardi Uraugiensis chronicon ex Lamberti annalibus adauctum exhibet. Scriptus est in monasterio S. Petri Erfurtensis, atque una cum reliquis codicibus ex eodem monasterio prognatis additamenta quaedam exhibet a genuino Lamberti textu aliena, sed quae commemorare eo magis necesse erat, quod liber haud ultra quinquaginta annos a Lamberti aevo recedit. Evolvendum codicem flagitanti mihi praebuit liberalitate et humanitate qua claret V. Ill. Fridericus Iacobs. Ad quem prope accedunt*

4) *C. bibl. universitatis Gottingensis, olim Andr. Erasmi a Seidell, postea Salomonis Semleri, de historia patria meritissimi, chartaceus in fol. sec. XV. exeuntis, V. Cl. Beneke, bibliothecae amplissimae praefecti, liberalitate mihi oblatus;*

28) v. Annales nostros T. VI. p. 643. 644.
29) Quos et ubi Hersfeldenses a. 973 et 984 relinquit, constanter usque ad a. 1039 exscribit.
30) a. 974—983.

5) C. bibl universitatis Wirzburgensis chartaceus in fol. sec. XV. exeuntis vel XVI. cum editis collatus a Cl. Hesse, qui et
6) Editionis Pistorianae anni 1583. lectiones enotavit.
Altera Lamberti pars inter scriptores saeculi XI. sistenda erit.

ANNALES HILDESHEIMENSES.

1 *Incipit liber de ordine temporum.* Brevem temporum per generationes et regna primus ex nostris Iulius Africanus *etc.* .... ac latere lineam annorum. Cuius indicio summa praetentorum temporum cognoscatur.

Sex diebus rerum omnium creaturum Deus formavit; primo die etc.

Antoninus Caracalla . . . Neapolis fundatur.

Theodosius cum Archadio et Honorio filiis . . . . Augustinus claruit.

Anastasius . . . . Boecius consularis claruit.

Tiberius annos 6. Langobardi pulsis Romanis Italiam adeunt. Gothi in Spania bifarie divisi, mutua cede vastantur. BENNOPOLIM FUN-
2 DATUR, HILDENESHEIM CIVITAS.

Mauricius . . . . Gregorius moritur.

3 Eraclonus cum matre sua Martina . . . . . Cenobium Floriacense fundatur.

Constantinus filius Eraclii regnavit menses 6.

Constantinus Constantini filius regnavit ann. 27. Eugenius papa flore coepit anno Constantini 6, et ipse sedit ann. 2. m. 9. d. 24. Vitalianus etc. — Sergius sedit ann. 13. m. 8. d. 14. Hucusque Romanorum principum gesta et pontificum Romane aecclesie enarravimus. Pippinus dux, filius Anschisi, etc.

ANNALES QUEDLINBURGENSES.

[1]Prima aetas ab Adam usque ad Noe, continens generationes 10, annos vero 1656[a]. Quae tota periit diluvio, sicut infantiam mergere solet oblivio.

Secunda a Noe usque ad Abraham, similiter complexa generationes 10, annos autem 292. In qua aetate lingua est Hebraea inventa. A puericia namque homo incipit loqui nosse post infantiam, quae inde nomen accepit, quia fari, id est loqui, non[b] potest.

Tertia a as ab Abraham usque ad David, generationes 14, annos vero 942 continens. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matheus ab Abraham generationum sumpsit exordium. Qui[2] etiam pater multarum gentium constitutus est, quoniam[c] mutatum nomen accepit.

Quarta[3] aetas a David usque ad transmigrationem Babilonis, generationibus aeque iuxta Mattheum 14, annis autem 484 porrecta, a qua regum tempora ceperunt[d]. Aetas enim iuvenilis regno est habilis.

Quinta deinde usque ad adventum Salvatoris in carne, et ipsa generationibus 14 porrecta, annis autem 586 extenta, in qua, ut senectute gravi fessa, malis crebrioribus plebs Hebraea quassatur.

Sexta, quae nunc agitur, nulla generationum vel tem-

LAMBERTI ANNALES.

[1]Prima[a] aetas ab Adam usque ad Noe, continens generationes 10, annos vero 1656. Quae tota periit diluvio, sicut infantiam mergere solet oblivio.

Secunda a Noe usque ad Abraham, generationes similiter complexa 10, annos autem 292. In qua linguarum facta est divisio. A puericia namque homo incipit loqui posse post infantiam, quae et[b] inde nomen accepit, quia fari, id est loqui[c], non[d] potest.

Tertia ab Abraham usque ad David, generationes 14, annos quoque 942 continens. Et quia ab adolescentia incipit homo posse generare, Matheus ab Abraham generationum[e] sumpsit exordium.

[3]Quarta a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationibus aeque iuxta Matheum 14, annis autem 483[f] porrecta. De[g] qua regum tempora coeperunt, quia dignitas iuvenilis regno est habilis[h].

Quinta deinde usque ad adventum Salvatoris in carne, generationibus et ipsa 14, porro[i] annis 588 extenta. In qua, ut gravi senectute fessa, malis crebrioribus[k] plebs Hebraea quassatur.

Sexta, quae nunc agitur, nulla generationum vel tem-

Q. a) MDCLIII. *cod.* b) *deest c. desunt* 3 5. b) etiam 1. c) *additur a manu recentiori* 1. 4. d) *deest* 4. f) CCCC. LXXIII. 4. *Beda.* g) In qua regum tempestate dign. 1. 1) *Prima—exordium* ex Beda de temporibus c. 14. 2) *Qui—accepit* ex Beda de temporum ratione c. 64. (de VI. aet. mundi.) 3) *Quarta—finienda* ex Beda de temp.

L. a) *Haec omnia usque ad a.* 702. c) quando *Beda.* d) expetunt *c.* e) g. Christi *recentiori manu add.* 4. h) abilis 4. i) deest 1. k) exterioribus 1.

porum serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa totius seculi morte finienda. Secula[4a], ... quod se sequantur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt, quorum decursus per generationes et regna ita inscribitur.

Prima aetas in exordio sui continet creationem mundi. Primo enim die Deus in lucis nomine condidit angelos. Secundo in firmamenti appellatione creavit celos. Tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum et terrae. Quarto luminaria coeli. Quinto animantia ex aquis. Sexto animantia ex terra et hominem, quem appellavit Adam. Adam[5] anno 130 genuit Seth, qui post Abel natus est, a quo filii Dei. Seth anno 105[b] genuit Enos, qui coepit invocare nomen Domini. Enos anno 90 genuit Cainan. Cainan anno 70 genuit Malalehel[c], qui interpretatur plantatio Domini. Malelehel anno 62 genuit Iareth. Iareth anno 162 genuit Enoch. Hunc[6] Enoch nonnulla divina scripsisse Iuda apostolo attestante comperimus. Enoch anno 65 genuit Matusalem; post cuius ortum translatus est a Domino. Matusalem anno 187 genuit Lamech. Gigantes nati sunt, et concupiscunt filii Dei filias hominum. Lamech anno 182 genuit Noe qui arcam aedificavit. Noe anno 600[d] venit diluvium. Sunt autem ab Adam usque ad cataclismum anni 1656[e]

Secunda aetas continet annos 2..

Spatium paginae unius et dimidiae vacuum.

porum serie certa, sed ut aetas decrepita ipsa totius seculi morte finienda. [4]Secula generationibus constant. Inde dicuntur secula, quod se sequantur. Abeuntibus enim aliis alia succedunt, quorum decursus per generationes et regna ita scribitur[a].

Prima aetas continet creationem mundi. Primo enim die Deus in lucis nomine condidit angelos. Secundo in firmamenti appellatione creavit coelos. Tertio in discretionis vocabulo speciem aquarum et terrae. Quarto luminaria coeli. Quinto animantia ex aqua. Sexto animantia ex terra et primum hominem Adam.

Adam 130 anno genuit Seth, a quo filii [5] Dei. Seth anno 105 genuit Enos, qui coepit invocare nomen Domini. Enos anno 90 genuit Cainan. Cainan anno 70 genuit Malalehel, qui interpretatur plantatio Domini. Malalehel anno 72 genuit Iareth[b]. Iareth anno 162 genuit Enoch. Hunc[6] nonnulla divina scripsisse Iuda apostolo testante [6] comperimus. Enoch anno 65 genuit Matusalam; post cuius ortum translatus est a Deo. Matusalam anno 187 genuit Lamech. Gigantes nati sunt. Et concupierunt filii Dei id est Seth, filias homimum, id est Cain[c]. Lamech anno 182 genuit Noe, qui archam aedificavit. Noe anno 600 venit diluvium. Fuerunt autem ab Adam usque ad cataclismum[d], id est diluvium anni 1656.

Secunda aetas continet annos 292. Sem anno 2 post diluvium genuit Arphaxat, a quo Chaldaei[e]. Arfaxat anno 35[f] genuit[g] Sela[h], a quo Samaritae et Indi. Selae anno 30[i] genuit Heber[k], a quo Hebraei. Heber anno 34[l] genuit Falech. Turris aedificabatur. Falech anno 30[m] genuit Reu. Dii primum adorantur. Reu[n] anno 32[o] genuit Saruch[p]. Regnum Scytharum[q] inchoat. Saruch anno[r] 30[s] genuit Nachor. Regnum Aegiptiorum nascitur. Nachor anno 39[t] genuit Thare. Regnum Assiriorum et Sicioniorum[u] oritur. Thare anno 70 genuit Abraham. Semiramis condidit Babiloniam et Zoroastres magicam reperit[v]. Fuerunt autem anni ab Adam usque ad Abraham 1947.

Q. a) *quaedam excidisse ex Lamberto et Isidoro patet.* b) C. II. c. c) malehel c. d) DCLIII. *corr.* DC. c. e) MDCLIII. c. = L. a) describitur 1. b) lared 1. c) Chain 1. d) cathaclismum 1. e) Caldei 1. f) CXXXV. 4. g) 4 *add.*: cainan. Cainan CXXX. anno genuit. h) Sale. *ed. II.* i) CXXX. 4. *et ita Isidorus, Beda vero* 30. k) eber 1. 4. l) XIIII. 2. CXXXIIII. 4. m) CXXX. 4. n) reu alias Ragau 4. o) CXXXII. 4. p) saruh 2. 4. q) schytarum 1. r) anno — nachor *desunt* 1. s) CXXX. 4. t) LXXIX. 4. — 29 *Beda.* u) Sicinionum 1. v) reperit 1.

4) *Secula — appellavit Adam* ex Isidoro orr. V. 38. 39. 5) Quae apud utrumque sequuntur ex Beda de tempor. et Isidoro hausta sunt. 6) *Hunc — comperimus* ex Beda de VI. aetat., quem etiam in sequentibus consulnit.

7 ....primum[7] Phoenices invenerunt. Deinde Cadmus Agenoris filius Graecas litteras 10 et 7 a Phoenicia in Graeciam primus attulit. Latinas literas Carmentis nympha primum Italis tradidit. Carmentis autem dicta eo, quod carminibus futura canebat, caeterum proprie vocata est Nicostrata.

Iephte annis 6. Hercules se flammis iniecit. Abessa annis 7. Bellum Troiae decennale surrexit. Achialon annis 10. Hic in LXX. interpretibus non habetur. Iabdo annis 8. Capta Troia, Aeneas venit in Italiam. Samson annis 20. Ascanius Albam civitatem condidit. Heli sacerdos annis 40. Archa testamenti capitur. Regnum Siciniorum finitur. Samuel et Saul annis 32. Lacedaemoniorum regnum exoritur, et Homerus fuisse probatur.

Quarta aetas continet annos 483. David annis 40. Carthago a Didone conditur. Gath, Nathan, et Asaph prophetaverunt. Salomon annis 40. Templum aedificatur Ierosolimis, annis 480 egressionis Iudaeorum ex Aegypto impletis. Ex quo apparet, Samuel et Saul 32 annos, et non 40 praefuisse. Roboam annis[a] 17. Regnum Israel et Iuda dividitur. Abia annis 3. Pontifex Abymelech insignis habetur. Asa annis 40. Aggeus, Amos, Iohel, Iehu prophetaverunt, et Azarias. Iosaphat annis 25. Elias, Elisaeus, Abdias, Micheasque prophetant. Ioram annis 8. Edom recessit a Iuda, et constituit

Tertia aetas continet an os 942. Abraham anno 75 propter imperium Dei venit in terram Chanaan[b]. Abraham anno 86 genuit Ismael, a quo Ismaelitae[c]. Abraham anno 100 genuit Isaac. Isaac anno 60 genuit Iacob. Iacob anno 90 genuit Ioseph. Memphis in Aegipto conditur. Ioseph annis 110[d] vixit. Graecia segetes habere coepit. Hebraeorum servitus in Aegipto annis 147, et Cecrops Athenas condidit. Moyses annis 40 rexit Israel, sub quo Hebraei litteras habere coeperunt. Iosue annis 26 rexit Israel. Ericthonius[e] in Graecia primus iunxit quadrigam. Iudices a Moyse usque ad Samuel praefuerunt annis 305. Othoniel annis 40 praefuit. Cathmus Thebanorum rex Graecas litteras invenit. Aoth[f] annis 80 praefuit. Amphion musicus claruit. Debbora annis 40. Primus Latinis[g] regnavit Picus[h]. Et Apollo[i] medicinae artem invenit. Gedeon annis 40. Orpheus Linusque musici claruerunt. Abimelech annis 3. Iste 70 fratres suos occidit. Thola annis 30. Priamus regnavit in Troia. Iair annis 22. Carmentis latinas[k] litteras reperit[l]. Iepte annis 6. Hercules flammis se iniecit. Abessa annis 7. Bellum decennale Troiae surrexit. Aialon annis 10. Hic in LXX interpretibus non habetur. Labdo[m] annis 8. Capta Troia, Aeneas venit in Italiam[n]. Samson annis 20. Ascanius Albam condidit. Heli sacerdos annis 40. Archa testamenti capitur, et regnum Siciniorum finitur. Samuel et Saul annis 32. Regnum Lacedaemoniorum exoritur, et Homerus fuisse probatur.

Quarta aetas continet annos 473. David annis 40 regnavit Cartago a Didone conditur. Gath, Nathan et Asaph prophetaverunt. Salomon[o] annis 40. Templum Hierosolimis[p] aedificatur, annis 480 egressionis ex Aegipto expletis. Ex quo apparet, Samuelem et Saulem 32 annos, et non 40 praefuisse. Roboam 17 annis regnavit. Regnum Israel et[q] Iuda dividitur. Abia annis 3. Pontifex Abimelech insignis habetur. Asa annis 41. Aggeus, Amos, Iohel et Iehu[r] prophetaverunt, et[s] Azarias. Iosaphat annis 25. Helias, Helizeus[t], Abdias et Micheas prophetaverunt. Ioram annis 8[u].

Q. a) *deest cod.* = L. b) canaan. c) Ismahelitae 4. d) CLX. 1. C et X. 4. e) Erictonius 1. f) Loth 1? 2. g) latinus 1. 4. h) prenus 4. i) appollo 4. k) latinis 4. l) invenit 1. m) iabdo 4. n) 4 *addit.*: hic fulmine periit. Ex parte grecorum occisa est DCCCLXXVII. ex parte troyanorum DCLXXXVI. o) salemon 4. p) ierosolimis 4 *semper*. q) a 4. r) Ieu 2. 4. s) et Azarias prophetauerunt 1. t) heliseus 2. 4. u) VII. 1.

7) Haec usque *Nicostrata* ex Isidoro origg. I. 3. 4. a Q. sumta esse videntur.

sibi regem. Ochozias anno 1. Helias rapitur. Athalia[a] annis 7. Ionadab, filius Rechab, sacerdos claruit. Ioas annis 40. Zacharias, Ioiadae filius, lapidatur. Amazias annis 28. Amos propheta in Israel. Ozias annis 52. Regnum Assyriorum transfertur in Medos, quod a Beli principio steterat annis 1305. Et Olimpias a Graecis instituitur. Ioatham annis 16. Oseas, Iohel Esaiasque prophetant, et Romulus nascitur. Achas annis 16. Roma conditur, et Israel in Medos transfertur. Ezechias annis 29. Romulus centum senato es instituit. Temporibus[8] Romuli acciderat solis defectio, quam certa sui cursus ratione effectam imperita nesciens multitudo, meritis Romuli fuisset, non magis ideo credi deberet occisus, ipsun que scelus aversione etiam diurni luminis indicatum, sicut re vera factum est, cum Dominus crucifixus est crudelitate atque impietate Iudaeorum, quam solis obscurationem non ex canonico siderum cursu accidisse, satis ostendit quod tunc esset pascha Iudaeorum. Nam plena luna solenniter agitur, regularis autem solis defectio non nisi lunae contingit exordio. Patet profecto, ut alii scriptores addunt, per subitam tempestatem atque solis obscurationem caedis et facinoris eius secretum iustum commeruisse interitum. In Christi vero morte ipsius solis defectum claruit elementi esse luctum, quo suo creatori merito habuit condolere.

Manasses annis 55. Numa duos menses adiecit, et Sybylla claruit. Amon annis 2. Tullius in re publica[b] censum exegit. Iosias annis[c] 31. Thales physicus claruit. Ioachim annis 11. Huius anno 3. Nabuchdonosor, qui[9] 7 annis inter feras amens habitavit, cepit Iudaeam. Sedechias annis 11. Templum Ierosolymis incensum est.

Sunt autem ab origine mundi usque ad terminum regni Iudacei anni 3363[d].

Quinta aetas continet annos 589. Hebraeorum captivitas annis 70. Iudith historia conscribitur sub[10] secundo Nabuchdonosor, qui alio nomine Cambises vocatur. Non enim fuit ille magnus Nabuchdonosor, qui Ierosolymam cepit, quia post eversam Ierusalem non amplius quam 25 annos vixit. Darius filius Histaspis annis 36. Huius secundo anno templum Hierosolymis construitur, finitis 70 annis Iudaicae captivitatis. Secundo[11] anno Darii apud Romanos septimus a Romulo Tarquinius superbus regnabat 27 annos, ac deinde rempublicam per annos 464 usque ad Iulium Caesarem consules administraverunt. Xerxes annis 21. Herodotus historiographus agnoscitur. Artaxerxes annis 40. Esras legem incensam

Edom recessit a Iuda et constituit sibi regem. Ochozias[e] anno 1. Helias rapitur. Athalia annis 7. Ionadab, filius Rechab, sacerdos[a] claruit. Ioas annis 40. Zacharias, filius Ioiadae, lapidatur. Amasias annis 28. Amos propheta claruit in Israel. Ozias annis 52. Olimpias prima a Graecis constituitur. Ioatham annis 16. Esaias, Osee et Iohel prophetaverunt, et Romulus nascitur. Achaz[b] annis 16. Roma conditur, et Israel in Medos transfertur. Ezechias annis 29. Romulus 100 senatores constituit[c]. 8

Manasses annis 55. Numa duos menses adiecit, et Sibilla Samia claruit. Ammon annis 2. Tullus in re publica censum exegit. Iosias annis 31. Thales phisicus claruit[d]. Ioachim annis 11. Huius tertio anno Nabuchodonosor Iudaeam cepit. 9 Sedechias annis 11. Templum Hierosolimis incensum est. Fuerunt autem ab origine mundi usque ad terminum Iudaici regni anni 3363.

Quinta aetas continet annos 588[e]. Hebraeorum captivitas annis 70. Iudith historia conscribitur. Darius annis 36. Huius 10 secundo anno templum Hierosolimis construitur, finitis 70 annis Iudaicae captivitatis. Xerses[f] annis 21. Herodotus historiographus agnoscitur. Artarxerses annis 40. Ezdras[g] legem incensam renovavit. Et Nemias Hierusalem restauravit. Darius, qui et Nothus, annis 19. Haec aetas habuit Platonem. Artarxerses, qui et Ochus, annis 26. 11 Demostenes et Aristotiles praedicantur. Xerses, Ochi filius, annis 4. Xenocrates claruit. Darius annis 6.

Q. a) thalia c. b) iure publico c. c) *deest c.* d) MCCCLXIII. c. = L. e) Ochosias 1. a) sacerdotis 4. b) Achas 4. c) 4 *add.:* hic fulmine interiit. d) t. p. c. *desunt* 1. *et Dresd.* 2. e) LXXXVIII. 1. DLXXX. 2. Xerxes 1. *Dresd.* 2. g) Esdras 4.

8) *Temporibus — habuit condolere* Q. ex alio fonte hausta inseruit. 9) *qui — habitavit* Q. addidit. 10) *sub — 25 annos vixit* Q. addidit ex Beda de VI aet., ut videtur, hausta. 11) *secundo — administraverunt* Q. ex Beda de IV aet. sumsisse videtur.

renovavit, et Nehemias Ierusalem restauravit. Darius, qui et Nothus, annis 19. Haec aetas habuit Platonem. Artaxerxes, qui et Ochus, annis 26[a]. Demosthenes et Aristoteles praedicantur. Xerxes, Ochi filius, annis 4. Xenocrates claruit. Darius annis 6. Alexander Ierosolymam cepit. Huc usque regnum Persarum, dehinc Graecorum.

Alexander, Philippi Macedo annis 12. Asiam obtinuit. Ptolomeus, Lagi filius, annis 40. Machabeorum liber primus inchoat. Philadelphus annis 38. LXX interpretes claruerunt[b] . . . . . Euergetes annis 29. Brutus Hispaniam subegit. Soter annis 17. Thraces Romanis subiciuntur[c]. Varro et Cicero nascuntur. Alexander annis 10. Siria per Gabinium subicitur Romanis. Ptolomeus, Cleopatrae filius, annis 8. Salustius historiographus nascitur. Dionisius annis[d] 30. Pompeius Iudaeam cepit. Cleopatra annis 2. Aegyptus Romanis subditur. Hucusque regnum Graecorum, nunc Romanorum.

Alexander Macedo annis 12, qui Hierosolimam cepit. Huc usque regnum Persarum, dehinc Graecorum. Alexander anno 5° Asiam obtinuit. Ptolomeus, Lagi filius, annis 40. Machabeorum liber primus inchoavit. Philadelphus[a] annis 38. LXX interpretes claruerunt. Euergetes annis 26. Iesus sapientiae librum composuit. Philopater annis 17. Machabeorum liber secundus inchoavit. Epiphanes annis 24. Romani Graecos obtinuerunt. Philometor annis 35. Hunc Antiochus[b] superans, Iudaeos oppressit. Et Scipio Africam[c] vicit. Euergetes annis 29. Brutus Hispaniam subegit. Sother annis 17. Traces Romanis subiciuntur. Varro et Cicero nascuntur. Alexander annis 10. Siria per Gabinium Romanis subicitur. Ptolomeus, Cleopatrae filius, annis 8. Salustius historiographus nascitur. Dionisius annis 30. Pompeius Iudaeam cepit. Cleopatra annis 2. Aegiptus Romanis subditur. Huc usque regnum Graecorum, nunc Romanorum.

Iulius Caesar annis 5. Hic primus monarchiam tenuit, et ab hoc caesares appellati sunt. Ab orbe condito usque ad urbem conditam, id est Romam, sunt anni 4484. nativitatem Christi sunt anni 715, quorum summa quinque milia 199.

Iulius Caesar annis 5. Hic primus monarchiam tenuit, et ab hoc caesares appellati sunt.

Ab urbe autem condita usque ad

Octavianus Augustus annis 56. Huius anno 42° Dominus nascitur, completis ab Adam annis 4952 et iuxta alios 5199.

Octavianus annis 56. Huius anno 42. Dominus noster Iesus Christus nascitur, completis ab Adam iuxta Hieronimum annis 5199.

Tiberius annis 23. Huius anno 17° Dominus crucifigitur.

Tiberius augustus[d] annis 23. Huius anno 18. dominus noster Iesus Christus crucifixus est.

Caius annis 4. Matheus euangelium scripsit.

Gaius annis 4. Matheus euangelium scripsit.

Claudius annis 14. Petrus et Paulus Romam, Marcus Alexandriam petit.

Claudius annis 14. Petrus Romam, et Marcus Alexandriam petierunt.

Nero annis 14 paene. Petrus et Paulus cruci gladioque traduntur.

Nero annis 14[e]. Petrus et Paulus cruci gladioque traditi sunt[f].

Vespasianus annis 10. Huius anno secundo Titus Ierosolymam subvertit, templum solo prostravit, post annos primae aedificationis 1089, dominicae autem incarnationis 71[12]. Colossus[12] Romae erigitur, habens altitudinis pedes 107.

Vespasianus annis 10. Huius anno secundo Titus Hierosolimam subvertit, templum solo stravit, post annos primae aedificationis 1189, dominicae autem incarnationis 71.

Titus annis 2. Hic facundus et pius fuit, et vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut amor et deliciae humani generis diceretur.

Titus annis 2. Hic facundus et pius fuit.

Q. a) XXIII. c. b) *Hic plura excidisse, ex Lamberto patet.* c) subiiciuntur c d) *deest* c. e) LXII. c.

L. a) filadelfus 4. b) anthiochus 4. c) affricam 1. 2. 4. d) autem 1. 2. e) XIII. 1? 2. f) 4 *addit:* Lucanus et Iosephus claruerunt. Galba et Piso 7 menses. Hos occidit Ottho tres menses; hic se ipsum occidit. Vitellius 8 menses; hunc occidit Vespasianus.

12) In sequentibus Q. plura ex Beda de VI aet. aliisque fontibus addidit; Lambertus vero Annales Hersfeldenses repetere videtur.

Domicianus, frater Titi, annis 16. Hic Iohannem euangelistam in fervens oleum misit, quem postea in Pathmos insulam exilio relegavit, ubi apocalipsin Deo revelante cognovit Idem Domicianus templum Pantheon Romae aedificat, quod Bonifacius papa postea in honore sanctae Mariae semper virginis omniumque matrum Christi consecravit.

Domicianus annis 16. Ioannes apostolus in Pathmos relegatur.

Nerva annum 1, menses 4, dies 8. Hic primo edicto suo cunctos exules revocavit, et quicquid Domicianus Nero, qui ante eum regnaverat, per crudelitatem et petulantiam, qua nimium exarsit, statuerat, totius populi rogatu et consilio disrupit. Unde et Iohannes apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit, et quia concussam se absente per haereticos vidit ecclesiae fidem, confestim hanc descriptam in euangelio suo verbi Dei aeternitate stabilivit.

Nerva anno uno. Ioannes Ephesum rediit et euangelium scripsit.

Traianus annis 19. Iohannes apostolus 68 annos post passionem Domini, aetatis autem suae 98, Ephesi placida morte quievit. Simon Cleophae filius Iherosolymorum episcopus 126. aetatis suae anno crucifigitur.

Traianus annis 19. Simeon Hierosolimorum episcopus crucifigitur, et Ioannes apostolus requiescit.

Adrianus annis 20. Hic Iudaeos ultima caede perdomuit, et Ierosolymam funditus eversam aratris complanavit, ut impleretur quod scriptum est: *Sion quasi ager arabitur*; qui postea in loco Calvariae, ubi Christus crucifixus est, civitatem construxit, quam ablato Ierosolymae nomine Heliam de suo nomine vocari iussit, quia Aelius Adrianus vocabatur; sed antiquus usus praevaluit.

Adrianus annis 21. Aquila interpres oritur.

Antoninus Pius cum filiis suis Aurelio et Lucio annis 22. Hic benignus erga christianos fuit. Valentinus et Marcion agnoscuntur.

Antoninus[a] Pius annis 24. Valentinianus[b] et Marcion heretici agnoscuntur.

M. Antoninus Verus cum fratre Lucio Aurelio Commodo annis 16. Hi primum iure aequo imperium administraverunt, cum usque ad hoc tempus singuli augusti fuerint.

Antoninus minor annis 19. Montanus Catafrigarum auctor oritur.

Commodus iunior annis 13. Hic colossi capite sublato, suae imaginis caput ei iussit imponi. Theodocion interpres habetur.

Commodus annis 13. Theodotion interpres apparuit.

Aelius . . . .

. . . . Pertinax annis 18. Symmachus interpres habetur.

Aelius Pertinax annum 1. Nihil historiae habet.

Severus Pertinax annis 18. Simachus[c] interpres agnoscitur.

Antoninus Caracalla annis 7. Quinta editio Ierusalem invenitur.

Antonius Caracalla annis 7. Quinta editio Hierusalem invenitur.

Macrinus anno uno. M. Aurelius Antoninus annis 4. Sexta editio Nicopoli reperitur, et Sabellius infelix exoritur.

Macrinus anno uno vel Marcus Aurelius Antonius annis 4. Sexta editio Nicapoli reperitur, et Sabellius infelix oritur.

Aurelius Alexander annis[a] 13. Origenes Alexandriae imo toto orbe clarus habetur

Alexander[d] annis 13. Origenes Alexandriae[e] claruit.

Maximinus annis 3. Hic persequitur christianos.

Maximianus vel Maximus annis 3. Hic persecutus est cristianos.

Gordianus annis 6. Fabianus episcopus Romae claruit.

Gordianus annis 7. Fabianus episcopus Romae claruit.

Philippus cum Philippo filio annis 8. Hic primus christianus imperator fuit, et filius eius similiter.

Philippus annis 7. Hic primus imperator cristianus fuit.

Decius annis 3. Hic cum ambos Philippos, seniorem Romae, iuniorem Veronae

Decius anno 1. Antonius monachus oritur.

Q. *) antonius *c.* a) annum c. = L. a) anthonius 4. antoninus 1? 2. *semper.* b) valentianus — minor annis 19 *des.* 1. 2. c) symachus 1. d) allexander 4. e) allexandrie 4.

occidisset, ob odium eorum persecutionem in christianos movet. Antonius monachus in Aegypto claruit.

Gallus et Volusianus annis 2. Novatiana haeresis oritur.

Valerianus cum Gallieno annis 15. Hic Valerianus, in christianos persecutione commota, statim a Sapore Persarum rege capitur, ibique luminibus orbatus, servitute miserabili consenescit, quem etiam secum quocunque pergebat ducens, ad iniuriam Romanorum solotenus inclinatum pedibus calcans, ascendit in equum. Unde Gallienus tam claro Dei iudicio territus, pacem christianis reddit.

Claudius annos 2. Iste Gothos iam per annos 15 Illiricum Macedoniamque vastantes superat et expellit.

Aurelianus annos 5. Hic etiam persequitur christianos.

Tacitus menses 6. Quo apud Pontum occiso, obtinuit Florianus imperium diebus 88, et sic apud Tharsum interficitur.

Probus annis 6. Manicheorum haeresis exorta est.

Carus cum filiis Carino et Numeriano annos 2. Iste de Persis triumphavit.

Diocletianus cum Herculeo Maximiano, quem olim sibi commilitonem consortem imperii fecerat, annos 20. Isti divinis libris exustis, vastari ecclesias, affligi et interfici christianos iusserunt. 20. autem regni sui anno Diocletianus Nicomediae, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt, et privatam vitam elegerunt. Attamen coepta semel persecutio usque ad septimum Constantini annum fervere non cessat.

Constantius [a], Constantini pater, 17. imperii anno, summae mansuetudinis et civilitatis vir, in Britannia obiit Eboraci. Hic cum multos haberet in suo palatio christianos, volens probare, si essent deo suo vere fideles, promisit iis, si a fide exciderent, multa se dona largiturum, sin autem, poenas se illaturum. Qui cum videret, quosdam a Christo defecisse, quosdam immobiles permansisse, permanentes muneribus donavit sibique amicos et consiliarios fecit, deficientes vero contumeliose de palatio expulit, dicens, se illis nunquam crediturum, qui deo

Gallienus [a] et filius eius Volusianus annis 2. Novatiana [b] heresis oritur.

Valerianus [c] cum Gallieno annis 5. Ciprianus et Cornelius martirio coronantur.

Claudius annis 2. Iste Gothos ab Illirico expulit.

Aurelianus annis 5. Hic etiam persecutus est christianos.

Tacitus annum 1.

Probus annis 6. Manicheorum heresis oritur.

Carus annis 2. Iste de Persis triumphavit.

Diocletianus et Maximianus annis 20. Isti divinis libris exustis, vastari [d] ecclesias, affligi et interfici cristianos iusserunt.

Maximinus, filius Maximiani, Severus, et Galerius annum 1.

Constantinus annis 31. Cuius 16. anno Nicena sinodus congregatur, dominicae incarnationis anno 318.

Constantius et Constans annis [e] 27. Reliquiae sancti Andreae sanctique Lucae euangelistae Constantinopolim transferuntur, et anthropomorphitarum [f] heresis oritur. Per idem tempus Athanasius et Maximinus, Treverorum archiepiscopus, atque Hilarius doctrina et fide clari habebantur.

Iulianus annis 2. Hic ex monacho paganus factus, cristianos persecutus est.

Iovianus anno 1. Iste cum omni exercitu cristianus efficitur.

Valentinianus annis 11, qui a Iuliano ob fidem Christi militia fuerat [g] privatus. Et Gothi heretici facti sunt.

Gratianus cum fratre Valentiniano annis 6. Ambrosius et Martinus episcopi claruerunt.

Valentinianus cum Theodosio annis 9. Hieronimus [h] in Bethleem toto mundo claruit.

Theodosius annis 11. Sanctus Ioannes anachorita claruit.

Archadius [i] cum fratre Honorio annis 13. [k] Iohannes Crisostomus et Augustinus episcopi claruerunt.

Honorius cum Theodosio minore annis 15. Cyrillus Alexandriae episcopus claruit.

Theodosius minor [l], Archadii filius, annis 26. Ephesina sinodus Nestorium cum suis fautoribus Pelagianis damnat, sub [m] Celestino papa.

L. a) Galienus 1. b) Novariana 1. c) valerius 1. 2. d) *deest* 1. d) *deest* 4. e) antropomorsitarum 4. f) fuit 4. g) ieronimus 1. 4. h) Arcadius 1. *Dr.* 2. i) 4 *addit*: Hic sacra ossa Samuelis prophete de Iudea transtulit in Traciam. l) iunior 1. m) cum 1. *Dr.* 2. = Q. a) constantinus *c.*

suo infideles essent. In hac tempestate Galerius Maximianus cum Constantio imperator est factus. Mortuo vero Constantio, Maximinus et Severus a Galerio anno 1. caesares creantur. Ab anno persecutionis 4. Maxentius, Herculei Maximiani filius, Romae augustus appellatur. Licinius, Constantiae sororis Constantini vir, Carnuti imperator creatur.

Constantinus vero, Constantii ex concubina Helena filius, in Britannia factus imperator, regnavit annis 30 et mensibus 10. Qui occiso Maxentio et fugato Licinio, solus monarchiam tenuit. Hic de persecutore christianus beato Silvestro baptisante effectus, fabricavit in suo palatio Iesu Christo sanctoque[a] babtistae Iohanni basilicam, quam appellant ex suo nomine Constantinianam[b]. Alteram beato Petro et Paulo in templo Apollinis, utrorumque corpora circumfundens aere cypro quinque pedes grosso. Multas quoque alias Romae construens ecclesias et baptisterium miro opere factum, tradidit ipsam sancto Petro civitatem cum innumeris possessionibus aliis, iubens per omnem mundum cunctos episcopos ita pro capite habere Romanum pontificem, sicut reges caeteraeque potestates imperatorem. Tunc in orientem transiens, sui nominis urbem in Thratia regione construxit, eam Romani sedem imperii totiusque Orientis caput esse constituit, cuius etiam industria sinodus Nicena decimo Calend. Iul. die collectione 318 patrum celebratur, anno dominicae incarnationis 318.

Mortuo Constantino, tres filii sui, Constantinus, Constans et Constantius, imperatores creantur; defunctis vero duobus, solus Constantius monarchiam obtinuit, impie Arrianus effectus. Maximinus Trevirensis episcopus clarus habetur. Anthonius monachus 105. aetatis suae anno in heremo[d] moritur.

Iulianus annis 2 et mensibus 8. Hic ex christiano pagānus effectus, persequitur crudeliter christianos.

Iovinianus anno fere uno regnavit. Iste cum omni exercitu christianus efficitur, sed eius pia laetaque principia mors immatura corrupit.

Marcianus annis 7. Calcedonense concilium sub Leone papa 630 patrum agitur.

Leo maior cum Leone minore annis 17. Aegiptus ab errore Dioscori liberatur.

Zenon annis 17. Corpus Barnabae apostoli reperitur, et azephalorum heresis oritur.

Anastasius 26 annis. Fulgentius episcopus claruit.

Iustinus maior annis 9. Azephalorum heresis abdicatur.

Iustinianus annis 39. Huius sexto anno primus cyclus Dionisii inchoavit, dominicae incarnationis anno 532.

Iustinus minor annis 11. Armenii fidem Christi susceperunt.

Tiberius annis 6. Erminigildus[a] rex Gothorum martirio coronatur.

Mauricius annis 21. Gregorius papa Augustinum archiepiscopum cum monachis Britanniam misit, ut genti Anglorum verbum Dei euangelizarent, dominicae incarnationis anno 596.

Focas[b] annis 8. Angli-Saxones fidem Christi susceperunt.

Eraclius[c] annis 36. Iudaei in Hispania cristiani facti sunt.

Eraclonas[d] cum matre sua Martina annis 2. Pirrus regiae urbis episcopus a Theodoro papa damnatur.

Constantinus, Eraclii filius, menses 6. Paulus, Pirri successor, ob eandem vesanam doctrinam damnatus est.

Constantinus, Constantini filius annis 17. Hic sextam sinodum congregavit. Cuius rogatu Agatho papa misit in regiam urbem legatos suos, in quibus fuit Iohannes, Romanae ecclesiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctae ecclesiae. Haec sexta sinodus Constantinopolim acta est. Ubi affuerunt episcopi 150, praesidente Georgio patriarcha urbis regiae, et Machario urbis Antiochiae[e], et convicti sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant in Christo, falsasse patrum catholicorum dicta perplurima.

Tagobertus rex Francorum monasterium in Wizenburck construxit anno Domini 623. regni sui 23. Huc usque Beda.

(*Contin. ationem v. pag.* 33.)

Q. a) suoque *c.* b) Constantiniariam *c.* c) hemo *c.* = L. a) Erminigildis 4. b) Phocas 1. *Dr.* 2. c) Heraclius 1. *Dr.* 2. d) Eradonas 1. 2. 4. e) anthiochie 4.

364. Valentinianus cum fratre Valente annos 11. Valentiniano ergo in fide catholica fideliter permanente, frater suus Valens ab Eudoxio Arriano episcopo rebaptisatus, christianos persequitur, in tantum ut suae potestatis decreto monachos militare, nolentesque fustibus iuberet interfici. Hoc tempore gens Hunorum[a], diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos, eosque sparsim conturbatos, ab antiquis sedibus ultra Danubium expulit. Qui a Valente imperatore sine armorum depositione suscepti, mox fame per avaritiam illius ad rebellandum coacti sunt, victoque imperatoris exercitu, per Thraciam discurrentes, omnia caedibus, incendiis, rapinisque vastarunt. Ambro-
13 sius et Martinus episcopi claruerunt, et Gothi haeretici facti sunt. Eo[13] tempore gens Alamannorum prava ac pessima rebellaverunt contra Valentinianum imperatorem. Qui victi ab eo, super Danubium fluvium fugerunt, et intraverunt Meotidas paludes. Dixit autem imperator: *Quicunque potuerit introire in paludes istas, et gentem istam pravam eiecerit, concedam eis tributa donaria annis* 10. Quod audientes Troiani, qui reliquiae erant exercitus Antenoris fugientis de Troia, et eum sequi non valentes, 12 milia ingressi Meotidas paludes, iuxta terminos Pannoniae aedificaverunt civitatem nomine Sicambriam, habitaveruntque illic multis annis, donec creverunt in gentem magnam. Ingressi propter remissionem decennium tributorum post Alamannos, interfecerunt eos. Tunc appellavit illos Troianos Valentinianus imperator Attica lingua Francos, hoc est feros, a duritia vel audacia cordis eorum. Postea egressi a Sicambria, venerunt in Germaniam iuxta Rhenum fluvium, habentes super se duos principes, Priamum et Antenorem. Qui rebellantes contra Romanos, victi sunt ab Aristarcho principe militiae et tributo subiecti, occisis utrisque praedictis principibus. Mortuo autem Sunnone[b] filio Antenoris, et Marchomire filio Priami, qui super Francos defunctis patribus regnaverunt, elegerunt Faramundum Marcomiris filium, et elevaverunt eum super se regem crinitum. Exhinc Franci crinitos reges habere coeperunt usque ad Hildericum regem, cuius Pippinus, magni Caroli, qui maior domus vocabatur, pater[c], regnum simul cum nomine rapuit. Mortuo Faramundo, regnavit Chlodio. Post Clodionem Meroingus[d], a quo Franci Meroingi vocati sunt. Post Meroingum filius suus Heldericus, pater Chlodovei regis incliti, regnavit. Hic Chlodoveus a beato Remigio primus Francorum regum cum omni exercitu baptisatus, expulit Egidium consulem Romanum, filiumque eius Siagrium occidit, tulitque Martiano imperatori quidquid Romani intra Rhenum et Ligerem fluvios possidebant. Post mortem Chlodovei quatuor filii eius regnum eius inter se diviserunt aequaliter, id est Chlodomirus, Hildibertus, Lotharius, et Hugo Theodoricus, de concubina genitus, qui, data terra Thuringorum maxima ex parte Saxonibus, qui remanserant Thuringos regiis territoriis fecit tributarios in porcis. Mortuo Theodorico, regnavit Theobertus. Post illum Theobaldus. Mortuo Theobaldo, regnavit Lotharius. Post hunc Helpericus. Post hunc Lotharius pater Dagoberti regis. Hic Lotharius, occiso Bertholdo duce Saxonum, et pervagata omni terra eorum, nullum hominem longiorem in ea viventem reliquit, quam gladius suus fuerat, quem spatam vocant. Mortuo Dagoberto, regnavit post eum filius eius Sigobertus et Clodoveus. Post Clodoveum Lotharius. Post eum fratres eius Theodoricus et Hildericus. Erat enim ipse Hildericus levis nimis, sub cuius tempore Pippinus, filius Ansgisi, maior domus erat. Post hunc administrationem aulae Carolus, filius eius, procurabat. Quo mortuo, ultimo Meroingorum Hilderico regno sublato, Pippinus, Caroli filius, decreto Zachariae papae ex palatino comite in regem ungitur; qui genuit Carolum Magnum.

Post Valentinianum Gratianus imperator annis 6 regnavit, cum Valentiniano fratre. Valentinianus cum Theodosio annis 9.

Theodosius cum Arcadio filio annis 11. Hieronymus presbiter apud Bethlehem super omnes historiographos enituit.

Arcadius, filius Theodosii, cum fratre Honorio annis 13. Honorius cum Theodosio minore, fratris sui Arcadii filio, annis 12. Alaricus rex Gothorum Romam invasit; et septimo Honorii regnantis anno revelavit Deus Luciano presbitero venerabili corpora sanctorum, sancti Stephani protomartyris, et Gamalielis qui doctor apostoli Pauli erat, et filii eius Abihon, et Nicodemi, qui venit ad Iesum nocte primum; quae[e] Iohannes

a) hunnorum *c.* b) *ita correxi.* Surmone *c.* c) *deest* 1. d) *ita correxi hic et in sequentibus.* Merongus *c.* e) quem 1.

13) Quae sequuntur, ex Gestis regum Francorum fluxerant.

Hierosolymitanus episcopus in sanctam cum maximo honore transtulit ecclesiam Sion. 408
Hieronimus presbiter 12° Honorii anno apud Bethlehem obiit, anno aetatis suae 91.

Theodosius minor, Arcadii filius, annis 26. Augustinus, Hypponensis[a] episcopus et sanctae ecclesiae doctor eximius, obiit. Huius Theodosii tempore Bleda[b] et Attila fratres in Hunis[c] regnaverunt et Illiricum Thraciamque depopulati sunt.

Martianus cum Valentiniano, Placidiae filio, annos 7. Angli terram quam nunc Dani possident relinquentes, cum rege suo Anglingo, invitante et conducente eos rege Vertigerno, contra Scotos et Pictos Britanniam petunt. Calcedonense concilium sub Leone papa collocutione[d] 630 patrum agitur. Mortuo Bleda, Attila eius frater omnem pene Galliam devastavit, quo usque, Deo annuente, per Egidium[e] patritium et Thurismodum, remensis[f] civitatis principem Gothicum, fugatus est. Eo tempore Ermanricus super omnes Gothos regnavit, astutior in dolo, largior in dono; qui post mortem Friderici unici filii sui, sua perpetrata[g] voluntate, patrueles suos Embricam et Fritlam[14] 14 patibulo suspendit. Theodoricum similiter, patruelem suum, instimulante Odoacro patruele suo, de Verona pulsum apud Attilam exulare coegit. Aetius patricius, magna occidentalis rei publicae salus et regi Attilae etiam terror, a Valentiniano iuniore occiditur. Cum quo Hesperium[h] cecidit regnum, neque hactenus valuit relevari[15]. 15

Leo maior annis 17. Egyptius errore Dioscori latrat. 6

Leo minor annum 1.

Zenon[i] annos 17. Odoacar, rex Gothorum, Romam obtinuit.

Anastasius annos 27. Fulgentius episcopus praedicatur. Ermanrici regis Gothorum, a fratribus Hemido et Serila et Adaccaro, quorum patrem interfecerat, amputatis manibus et pedibus turpiter, uti dignus erat, occisio[16]. Amulung Theoderic dicitur; proavus 16 suus Amul vocabatur, qui Gothorum potissimus censebatur. Et iste fuit Thideric de Berne, de quo cantabant rustici olim. Theodoricus Attilae regis auxilio in regnum Gothorum reductus, suum patruelem Odoacrum in Ravenna civitate expugnatum, interveniente Attila, ne occideretur, exilio deputatum, paucis villis iuxta confluentiam Albiae et Salae fluminum donavit. Anastasius autem imperator, haereticis favens, fulmine interiit.

Iustinus annis 9. Theodoricus Roma potitus, sanctum Iohannem Romanum pontificem in Ravenna carcere tentum, ad mortem usque perducens, praeclaros quoque consules Symmachum et Boetium occidit. Ipse vero Theodoricus, 98. die postquam Iohannes papa defunctus est, subitanea morte interiit; cuius regnum nepos suus Athalaricus suscepit. Eodem tempore sanctus Benedictus in monte Cassino velut sol emicuit.

Iustinianus imperator annis 39. Huius 6. anno quinta synodus celebratur. Primus Dionysii circulus[k] inchoat anno dominicae incarnationis 532, et codex Iustinianeus[l] de legibus Romano orbi promulgatus est. Eodem anno Hugo Theodoricus rex, Chlodovei regis filius ex concubina natus, cum patri successisset in regnum, ad electionem suam Irminfridum regem Thuringorum honorifice invitavit. Hugo Theodoricus iste dicitur, id est[i] Francus, quia olim omnes Franci Hugones vocabantur a suo quodam duce Hugone. Qui quamvis nothus esset, a patre Chlodoveo propter sapientiam et fortitudinem sibi divinitus collatam caeteris filiis suis plus dilectus, suo iussu totiusque populi consensu inter fratres suos nobiles, id est[m] Clodomirum, Hildebertum, et Lotharium, aequalem regni partem suscepit. Cuius parti cum Thuringia cessisset, Irminfridus, gener eius, hortatu uxoris suae Amelburgae invitationem regis respuit, dicens, Theodoricum uxoris suae, quae soror erat Theodorici, potius esse debere servum, quam sibi vel aliis regem vel dominum. *Veniat primum*, dixit ad nuncium, *ferens secum multiformis pecuniae cumulum, ut emat ab uxore mea, ab utroque parente nobili, me iubente, libertatis testamentum.* Quo responso, unanimi Francorum furore, commotus Theodoricus, remandavit ei dicens: *Veniam, ut iussisti. Et si aurum mihi non suffecerit, pro libertate*

a) hyppomensis *c.* b) Bletla *c. ita et infra.* c) huius *c.* d) collocatione *c.* e) *lege* Egeticum, *i. e. Aetium.* f) *legendum videtur* Tolosensis *vel* Narbonensis. g) *ita c.* perpetratam *LEIBN.* h) Hesperum *c.* i) Tenon *c.* k) *i. e.* cyclus. l) iustinianus *c.* m) idem *c.*

14) Herlungos; hic et in sqq. cf. Wilhelmi Grimm nostri librum „*die deutsche Heldensage*“ p. 19. sqq. 15) Haec ex libro ante a. 801 scripto desumta esse videntur. 16) cf. Iordanem c. 24.

531. *mea Thuringorum Francorumque capita tibi*[a] *dabo numero inexplicabilia.* Statim
17 que collecto exercitu, venit in regionem Maerstem[17] vocatam, et Irminfridum illic sibi
bello occurrentem multa caede suorum vicit et fugavit. Quem insecutus usque ad Ovac-
18 cram[b] fluvium, iuxta villam Arhen[18] vocatam maximo praelio fudit; illoque fugato,
propter suorum casum et viventium vulnera amplius eum persequi destitit, seque ob
curationem dolentium statutis munierat castris. Audiens autem Theodoricus, Saxones,
quorum iam fortitudo per totum pene divulgabatur mundum, in loco Hadalaon[c] dicto
applicuisse, in suum eos convocavit auxilium, promittens eis cum suo suorumque 12
nobilissimorum iuramento, si Thuringos sibi adversantes vincerent, omnem illis eorum
terram daturum, usque ad confluentiam Salae et Unstradae fluviorum. Qui nihil mo-
rantes, venerunt ad eum, et persequentes Irminfridum, pugnaverunt contra eum super
Unstradan fluvium, tantamque Thuringorum stragem illic dederunt, ut ipse fluvius eorum
cadaveribus repletus, pontem illis praeberet. Irminfridus autem cum uxore et filiis, et
uno milite Iringo nomine, capta a Saxonibus noctu civitate Schidinga qua se conclusе-
rat, vix evasit. Tunc Theodoricus, accepto consilio, victoribus tradidit Saxonibus omnem
19 terram Thuringorum, excepta quam Louvia[19] et Haertz sylvae concludunt, absque tri-
buto perpetuo possidendam. Thuringos vero qui caedi superfuerant, cum porcis tributum
regis stipendiis solvere iussit. Post haec Theodoricus data fide Irminfrido, in Zulpiaco
civitate illum dolo perimi iussit. Attila, rex Hunorum[d] et totius Europae terror, a
puella quadam, quam a patre occiso vi rapuit, cultello perfossus, interiit.

Iustinus minor imperator annis 11 regnavit. Armenii Christi fidem suscipiunt.

Tiberius annis 6. Longobardi Italiam vastant.

Mauricius annis 11. Gregorius Magnus Romae floruit. Iste universae probitatis ornamento praeclarus, Augustinum episcopum cum monachis in Britanniam misit, ut genti Anglorum verbum Dei euangelizarent, anno incarnationis dominicae 596.

Phocas annis 8. Angli Saxones in Britannia fidem percipiunt.

Heraclius annis 36. Iudaei in Hispania christiani efficiuntur.

Heraclonas[e] cum matre sua Martina annis 2. Pyrrus, regiae urbis episcopus, a Theodoro papa in basilica beati Petri apostoli damnatur.

Constantinus, Constantini filius, annis 17. Hic sextam synodum composuit, cuius rogatu Agatho papa misit in regiam urbem legatos suos, in quibus erat Iohannes Romanae ecclesiae tunc diaconus, non longe post episcopus, pro adunatione facienda sanctarum Dei ecclesiarum; qui benignissime suscepti a reverendissimo fidei catholicae defensore Constantino, iussi sunt remissis disputationibus philosophicis, pacifico colloquio de fide vera perquirere, datis eis de bibliotheca Constantinopolitana cunctis antiquorum patrum, quosquos petebant, libellis. Affuerunt autem et episcopi 150, praesidente Georgio patriarcha urbis regiae, et Antiochiae Machario, et convicti[f] sunt, qui unam voluntatem et operationem astruebant[g] in Christo, falsasse patrum catholicorum dicta perplurima. Finito autem conflictu, Georgius correctus est, Macharius vero cum suis sequacibus simul et praecessoribus, Cyro, Sergio, Honorio, Pyrrho, et Paulo, et Petro, anathematizatus, et in locum eius Theophanius, abba de Sicilia, Antiochiae episcopus factus; tantaque gratia legatos catholicae pacis comitata est, ut Iohannes Portuensis episcopus, qui erat ex ipsis unus, dominica octavarum pascae missas publice in ecclesia sanctae Sophiae, coram principe et patriarcha, latine celebraret. Haec est sexta synodus Constantinopoli celebrata.

a) et *corr.* tibi *manu secunda c.* b) Onacram *c.* c) Nadalaon *corr.* Hadalaon *c.* d) hunnorum *c.* e) Heraclonus *c.* f) coniuncti *c.* g) *in margine manu secunda.*

17) pagus in quo Hannovera civitas. 18) Annalium *Orheim, Horheim; cf. a.* 780. 19) montes Thuringorum meridionales esse videntur.

PARS PRIOR. ANNI 702 — 829.

ANNALES QUEDLINBURGENSES.

DOMINICAE INCARNATIONIS ANNO

702. 703. 704. 705.

706.

707.

708. Conradus rex de Britannia Romam perrexit, ibique attonsus ac monachus factus, in ieiuniis et orationibus usque ad diem permansit ultimum. Eodem anno mortuus est Druogo.

709. Durus, et deficiens fructus.

710. Pippinus rex perrexit in Alamanniam.

711. Aquae inundaverunt valde.

712. Mors Heriberti, regis Longobardorum.

713.

714. Mors Pippini regis, qui fuit filius Ansgisi; post quem Carolus eius filius regnavit.

715. Pugna Francorum; et mors Dagoberti regis.

716. Pugnavit Carolus contra Ratbodum regem.

ANNALES WEISSEMBURGENSES.

ANNO INCARNATIONIS DOMINICAE

702. 703. 704. 705.

706.

707[a].

708. Cuonrat rex de Brittannia Romam perrexit, ibique attonsus ac monachus factus, in ieiuniis et precibus ad diem pervenit ultimum. Eodem anno mortuus est Druogo.

709. Durus et deficiens fructus fuit.

710. Bibbinus rex perrexit in Alamannia.

711[b]. Aque inundaverunt valde.

712. Mortuus est Heriberbertus, rex Langobardorum.

713.

714. Mortuus est Pippinus rex; post quem regnavit Karolus filius eius annis 27.

715. Dagobertus rex moritur; fuitque pugna Francorum.

716. Pugnavit rex Karolus contra regem Ratbodum.

LAMBERTI ANNALES.

ANNO D. INC.

702. 703. 704.

705. [Aldfridus rex Nordanembrorum[a], filius Oswi fratris sancti Oswaldi regis, obiit. 3—6]

706. [Inicium monasterii sancti Petri in Erphesfurdt, quod construxit Tagebertus rex Francorum in monte qui antea Merwigisburgk vocabatur, sed ab ipso Tagaberto mons sancti Petri nuncupatus est[b]. 4—6]

707.

708. Cunrat[c] rex de Brittannia Romam perrexit[d], ibique attonsus ac monachus factus, in ieiuniis et precibus ad diem pervenit ultimum.

709.

710. Pibbinus[e] maior domus regni Francorum perrexit in Alemanniam.

711.

712. Mortuus est Heriberdus[f], rex Langobardorum.

713.

714. Mortuus est Pippinus[g] maior domus, cui successit Karolus[h] filius eius.

715. Mortuus est Dagobertus rex; fuitque pugna Francorum.

716. Pugnavit Karolus contra regem Ratbodum.

W. a) Pippinus filius Ansgisi maior domus ann. 27. *manu posteriori, quae seriem regum inseruit.* b) Tiberius qui et Absimarus annis 7. *manu eadem posteriori.* = L. a) nordanimbrorum 5. 6. b) est, et omnis, quae habuit in Thuringia, ad eum locum dedit, monitu Trutmani solitarii 6. *Codex 3 vero haec habet:* 706. Tagobertus rex Francorum christianissimus construxit monasterium in Erphesfurt, in monte qui antiquitus vocabatur Merwigisburc, a Merwigo pagano rege Francorum, qui fuit filius Merwigi principis de Thuringia et tritavus eiusdem Tagoberti regis; deletoque paganico nomine eiusdem urbis vel montis, sancti Petri montem nuncupavit, ibidemque monachicam vitam sicuti iam pari modo fecerat in Selsenburg instituit, rogatu Adeodati inclusi, qui tempore eiusdem regis secus ecclesiam sancti Blasii, quae sita fuit supra predictam urbem, a Rigiberto Mogontiacensi episcopo fuerat inclusus; et omnia quae habuit in Thuringia, sancto Petro fratribusque ibidem Deo servientibus tradidit. c) conrat 4. Cuonrat 5. d) *reliqua desunt in* 3—6. e) Bibbinus 2. *corr.* pippinus 4. f) eriberdus 1. heribrdus 4. heriwerdus. Ed. II. g) Bippinus 2. Bibbinus 4. 5. *ita et infra nomen varie scribitur.* h) K. martellus 4. *vox lineae superscripta* 5.

717. Pugnavit Carolus contra Francos in dominica die ante pasca.

718. Vastavit Carolus Saxoniam plaga.

719. Occisio Francorum ad Suessionis civitatem, et mors Ratbodi regis.

720. Pugnavit Carolus contra Saxones.

721.

722 (721). Magna fertilitas facta est.

723.

724.

725 (724). Sarraceni primitus Italiam [20] ingrediuntur.

726.

727. Sanctus Egbertus migravit ad Cristum.

728.

729. Cometae apparuerunt.

730.

731. Carolus vastavit ultra Ligerim; et Raginfridus mortuus est.

732. Carolus pugnavit contra Saracenos die sabatho.

733. Eclipsis solis facta est.

734. Carolus perrexit in Fresiam.

735. Carolus Wascones [a] vastavit. Beda nobilis presbiter et praeclarus doctor obiit.

736. Initium Herolfesfeldensis monasterii. Audoinus episcopus obiit.

737. Carolus pugnavit contra Saracenos in Gothia.

738. Carolus Saxoniam iterum introivit, et fecit eos tributarios.

739. Carolus Provinciam intravit usque in Massiliam.

717. Pugnavit Karolus contra Francos in dominica ante pascha.

718. Vastavit Karolus Saxoniam plaga magna.

719. Occisio Francorum ad Suessionis civitatem.

720. Pugnavit Karolus contra Saxones.

721.

722. Magna fertilitas facta est.

723. Duo filii Drugonis ligati, et Karolus infirmatur.

724.

725. Karolus perrexit Andegavis.

726.

727. Sanctus Egbertus migravit ad Christum.

728.

729. Cometae stelle apparuerunt.

730.

731. Karolus vastavit ultra Ligoram.

732. Karolus pugnavit contra Sarecenos.

733. Eclipsis solis facta est.

734. Karolus perrexit in Fresiam.

735. Karolus vastavit Wascones. (736.) Beda nobilis et praeclarus doctor obiit.

736 (737). Initium Herveldensis monasterii.

737 (738). Karolus pugnavit contra Saracenos in Gothia.

738 (739). Karolus Saxoniam iterum intravit, et fecit eos tributarios.

739 (740). Karolus Provinciam intravit usque in Massaliam.

717. Pugnavit Karolus contra Francos in dominica die ante pascha.

718. Vastavit Karolus Saxoniam plaga magna. Sanctus [a] Bonifacius ordinatur episcopus 2. Kal. Decembris.

719. Occisio Francorum ad Suessionis civitatem.

720. Pugnavit Karolus contra Saxones.

721.

722. Magna fertilitas facta est.

723. Karolus infirmatur [b].

724.

725. Karolus perrexit Andegavis.

726.

727. Sanctus Egbertus migravit ad Christum.

728.

729. Cometae stellae apparuerunt.

730.

731. Karolus vastavit ultra Liguram [c].

732 [d]. Karolus pugnavit contra Sarracenos.

733. Eclipsis facta est solis [e].

734. Karolus perrexit in Fresiam.

735. Karolus vastavit Wascones. (736.) Beda nobilis et praeclarus doctor obiit.

736. Initium Herveldensis monasterii.

737 (738). Karolus pugnavit contra Sarracenos in Gothia.

738 (739). Karolus Saxoniam iterum intravit [f], et fecit eos tributarios.

739 (740). Karolus Provinciam intravit usque in Massiliam.

Q. a) VVasones c. L. a) *reliqua desunt* 2. b) *haec desunt* 2. c) liguriam 3. 6. d) *haec desunt* 2. e) *haec desunt* 2. f) intrat et facit 3.

20) minime; sed Burgundiam.

740. Pax sine ulla hostilitate.

740.

741. Carolus moritur, filius Pippini; post quem Carolomannus et Pippinus filii eius regnaverunt.

741. Karolus moritur 24° regni sui anno, post quem Karlmannus et Pippinus filii eius annis 6 regnaverunt.

741. Karolus obiit, maior domus regni Francorum, cui successerunt Karlmannus et Pippinus filii eius. Initium Altahensis monasterii.

742.

742.

742. Karolus magnus natus est [a]. Sanctus Bonifacius cum Karlomanno magnam sinodum habuit [b].

743.

743.

743.

744. Initium Fuldensis monasterii.

744. Inicium Fuldensis monasterii.

744 [c]. Initium Fuldensis monasterii.

745.

745.

745.

746. Carolomannus Alamanniam ingreditur Sanctus Burcardus ordinatus est primus episcopus in Wirzburck. Eodem anno sanctus Wigbertus migravit ad Christum.

746. Sanctus Burgchardus ordinatur episcopus in Wirzeburg.

746. Sanctus Burchardus ordinatus est episcopus primus in Wirziburg.

747. Carolomannus Romam pergens tonsoratur, fratri regnum relinquens.

747. Sanctus Wibertus migravit a seculo, quem sanctus Bonifacius de Brittannia advocavit sibi in solatium praedicationis, et quia eo maior natu fui, summa veneratione illum habuit.

747. Sanctus Wigbertus migravit a seculo. Karlmannus Romae monachus factus est.

748. Gripho fugit in Saxoniam.

748. Grifo fugit in Saxoniam.

748.

749. Gripho reversus est de Saxonia.

749. Idem reversus de Saxonia.

749.

750. Pippinus decreto Zachariae papae per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi rex appellatur, et Hildericus, falso rex vocatus, tonsoratus in monasterium remittitur.

750. Pippinus ex decreto Zachariae pape per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi rex appellatur; et Hildiricus, falso vocatus rex, tonsoratus in monasterium mittitur.

750. Pippinus decreto Zachariae papae per unctionem sancti Bonifacii archiepiscopi rex appellatus est, qui antea maior domus vocatus est [d]; et Hildericus rex tonsoratus in monasterium mittitur.

751. Landfridus obiit.

751. Lantfridus mortuus est.

751. Zacharias papa obiit. Stephanus electus est atque occisus; et alter Stephanus electus atque consecratus est.

752. Gripho moritur.

752. Grifo obiit.

752.

L. a) *reliqua desunt* 2. b) *Codex* 3 *haec habet*: 742. Karolus magnus natus est. Synodalis conventus habetur Karlomanni et Pippini precepto, sanctique Bonifacii consilio, ubi multi qui capitalis criminis macula diffamati fuerant deponebantur; inter quos episcopus nomine Gewiliob, Mogontinae civitati prelatus, ob homicidium palam commissum deponebatur. Quo deposito, sanctus Bonifacius a supradictis principibus aecclesiae Mogontiacensi preficitur. Et ut eius dignitas eminentior foret, decreverunt idem principes aecclesiam Mogontiacensem, quae prius Wormatiensi subiecta erat, metropolim omnium in Germania aecclesiarum efficere; moxque legatione facta illud a presule apostolico impetravere. Hi autem sunt pontifices Mogontinae sedis, antequam archiepiscopatus inibi esset: Crescens, Marinus, Suffronius, Podardus, Rutharius, Aureus martyr, Maximus, Sidonius, Sigemundus, Leodegarius, Becelinus, Lanualdus, Laboaldus, Rigibertus, Geroldus, Gewilieb [e]. Huio sanctus Bonifacius archiepiscopus successit. c) DCCXLV 3. d) vocabatur Hyldericus 1. e) Gewilio c.

753. Stephanus papa ad Pippinum in Franciam veniens, defensionem petit contra Haistulfum regem.

754. Stephanus papa duos filios Pippini, Carolum et Carolomannum, unxit in reges.

755. Bonifacius archiepiscopus pro Christi nomine martyrio coronatur, cui Lull[a] successit.

756.

757. Organa venerunt in Franciam.

758. Pippinus Saxonibus superatis tributum imposuit, ut 300 equos singulis solverent annis.

759.

760. Pippinus in Wasconiam venit.

761. 762. 763.

764. Hiems grandis.

765.

766.

21 767.

768. Pippinus rex acquisivit omnem partem Aquitaniae, et Wifarius est interfectus. Eodem anno Pippinus rex revertens ab Aquitania ad sanctum Dionysium 8. Kal. Octob. obiit, filiis suis Carolomanno et Carolo, qui cognominatur Magnus, regnum[b] relinquens.

769.

770. Hoc anno Berthrad, mater Caroli, filiam Desiderii regis de Italia adduxit in Franciam.

771. Carolomannus frater Caroli obiit, regnum relinquens fratri suo Carolo Magno.

753. Stephanus papa ad Pippinum veniens, defensionem petit contra Haistolfum regem.

754. Stephanus papa duos filios Pippini, Karolum et Karlmannum, unxit in reges.

755. Sanctus Bonifacius martyrio coronatur.

756.

757. Organum venit in Frantiam.

758. Pippinus Saxonibus superatis tributum imposuit, ut 300 equos singulis annis persolvant.

759.

760.

761. 762. 763.

764. Pippinus rex magnum conventum habuit in Carisiago; fuitque hibernus durus.

765. Ruotgangus episcopus corpora sanctorum Gordiani, Naboris et Nazarii de Roma adduxit.

766. Victi sunt Sclavi a Francis.

767.

768. Pippinus rex adquisivit Aquitaniam totam. Eodem anno Pippinus rex ab Aquitania revertens ad sanctum Dionisium, 8. Kal. Oct. obiit, Karlo et Karlmanno regnum relinquens.

769.

770. Berhta regina venit de Italia, et Desiderii regis filiam adduxit in Franciam.

771. Karlomannus rex defunctus est[a]. Karlmannus obiit, fratri Karlo regnum relinquens.

753. Stephanus papa ad Pippinum veniens, defensionem petiit contra Haistulfum regem.

754[a]. Stephanus papa duos filios Pippini Karolum et Karlmannum unxit in reges.

755. Sanctus Bonifacius martyrio coronatur anno[b] peregrinationis suae 40[o].

756.

757 (756). Organa primum missa sunt Pippino de Graecia.

758. Pippinus Saxonibus superatis tributum imposuit, ut 300 equos singulis annis persolverent.

759.

760.

761. 762. 763.

764. Pippinus magnum conventum habuit in Carisiago; fuitque hyems durissima.

765. Ruotgangus episcopus corpora sanctorum Gorgonii, Naboris et Nazarii de Roma advexit.

766. Victi sunt Sclavi in Weidahaburc[c]21 a Francis.

767.

768. Pippinus rex acquisivit Equitaniam totam, et inde revertens ad sanctum Dionysium, 8. Kal. Octobris obiit, Karolo magno et Karlmanno regnum relinquens.

769.

770. Berhta regina venit de Italia, et Desiderii regis filiam adduxit in Franciam.

771. Karlmannus obiit, fratri Karolo regnum relinquens.

Q. a) Zull *c.* b) *in m. 2.* = L. a) DCCLV. 1. b) a. p. a. 40 *desunt* 1. c) Wevdahaburc 1. VUcidahaburg 2. = W. a) *cf. Ann. Weissemb. SS. T. I. p.* 111.

21) an castrum quod *urbs Widonis* postea vocatur, prope confluentem Salae et Unstruotae?

772. Carolus in Saxonia Heresburg expugnat, et fanum eorum, quod vocatur Irminsul, subvertit.

773. Carolus invitatus ab Hadriano papa, Italiam ingrediens Desiderium regem in Papia obsedit.

774. Carolus Papiam cepit, et Desiderium regem in Franciam duxit. Eodem anno Saxones ecclesiam in Fridislare, quam sanctus Bonifacius aedificavit et dedicavit, lignis et igne implentes incendere volebant; sed minime valebant.

775. Carolus Siburck cepit, et iuxta Brunesberch Saxones bello vicit; qui postea Francos in castris iuxta Lidbiki nimia caede prosternunt. Regi vero iuxta Ovaccram [a], Hessi cum suis supplex occurrit.

776. Saxones christiani effecti, Francorum ditioni subduntur. Sed prius Heresburg ceperunt, militibus regis, qui intus erant, interfectis.

777. Carolus publicum habuit conventum Padarburnon.

778. Carolo pugnante contra Saracenos, Saxones Longana vastantes; inde Ducciam et Confluentiam; in ecclesiis Dei et sanctimonialibus multa crimina commiserunt.

779. Carolus contra Saxones iuxta Bocholt pugnavit et vicit.

780. Carolus inter Arae[22] et Albiae confluentiam Saxones baptisari praecepit.

781. Carolus Romam perrexit, et ibi baptisatus est filius eius Carolomannus, quem Hadrianus papa mutato nomine vocavit Pippinum; et ibi desponsata est filia eius Ruodrud Constantino im-

772. Karolus in Saxonia Eresburg expugnavit, et fanum eorum, quod vocabatur Irminsul, destruxit.

773. Karolus ab Adriano papa Romam vocatus, Italiam ingrediens regem Desiderium in Papia obsedit.

774. Karolus Papiam cepit, et Desiderium regem in Franciam duxit. Eodem anno Saxones ecclesiam in Frideslare lignis et igne implentes incendere volebant; sed minime valebant.

775.

776. Saxones christiani effecti [a], sunt Francis subditi.

777.

778. Karolus pugnavit contra Saracenos. Saxones Logonahi vastant.

779.

780.

781. Karolus Romam perrexit, ibique baptizatus est Karlmannus filius eius, quem Adrianus papa mutato nomine Pippinum vocavit. Ibi quoque desponsata est Ruotdrudis, filia eius, Constantino.

772. Karolus in Saxonia Eresburg expugnavit, et fanum [a], quod vocabatur Irminsul, destruxit.

773. Karolus ab Adriano papa invitatus, Desiderium regem in Papia obsedit.

774. Karolus Papiam cepit, et Desiderium regem in Franciam duxit. Eodem anno Saxones ecclesiam in Fritesla re [b] lignis et igne implentes incendere volebant; sed minime valebant

775.

776. Saxones christiani effecti sunt.

777 [c]. Dedicatio ecclesiae in Ordorf [d] a beato Lullo in honore sancti Petri.

778. Karolus pugnavit contra Sarracenos, et Saxones Loganichi [e] vastant.

779. Sturm, abbas Fuldensis cenobii [f], obiit

780. 22

781. Karolus Romam perrexit, ibique baptizatus est Karlomannus filius eius, quem Adrianus papa mutato [g] nomine vocavit Pippinum. Ibi quoque desponsata est Ruodrut, filia eius, Constantino

Q. a) Onaccram *c.* = W. a) affecti *c.* = L. a) f. eorum 1. 6. b) früeslare 1. friceslare 4. 5. c) *haec desunt* 2. d) ordorff 1. e) loganabhi 2. langobardorum regnum vastavit *ed.* 2. f) *desst* 1. g) immutato 1. 2. 22) i. e. Orae.

23 peratori. Eodem anno[23] Carolus de Roma reversus in Franciam, terram Saxonum inter episcopos divisit, et terminos episcopis constituit; et sancto Stephano protomartyri in loco qui dicitur Seliganstedi monasterium construxit, quod postea in locum translatum est qui dicitur Halverstede, ubi nunc est sedes episcopalis. Idque ad corrigendum et propagandum Cathalaunensi episcopo Hildegrimo, qui frater erat beati Liudgeri confessoris, commendavit; huiusque episcopii terminos constituit fluvios Albiam, Salam, Unstradam[a], fossam iuxta Gronighe, altitudinem sylvae quae vocatur Haertz, Ovaccram[*], Schuntram, Dasanek[b], Drichterbiki, Aeleram, Isunnam paludem, quae dividit Bardangaos et Huutangaos[24], Aram, Millam, Bimam[c], et Precekinam, et iterum Albiam.

imperatori. Karolus divisit terram inter episcopos in Saxonia[a].

782. Widekind[d] cum Saxonibus quatuor praefectos Caroli, totumque eius, paucis evadentibus, exercitum in loco qui dicitur Suntal interfecit.

782. Karoli comites[a] occisi sunt a Saxonibus in loco qui dicitur Sundal.

782. Karoli comites occisi sunt a Saxonibus in loco qui dicitur Suntal.

783. Obiit Hildegard regina, pro qua rex Vastradam duxit. Mater regis Bertrad obiit. (784.) Carolus pugnavit contra Saxones in Thiatmelli[e] et iterum iuxta Hasa fluvium.

783. Hildigart regina obiit, cui Fastrad successit

783. Hildigart regina obiit, cui Fastrat successit.

784 (785). Carolus per Thuringiam intravit Saxoniam, rebelles sibi devastans usque ad villam quae dicitur Schenighe; et filius eius Carolus interim pugnavit contra Westfalos in pago qui dicitur Dreini.

784

784.

785 Postea rex totum illum annum in Saxonia cum exercitu sedens, omnia exercitui necessaria Saxones[f] sibi ministrare praecepit. Inde rex Attiniacum reversus, Widikindum[g] sibi huc usque rebellem, et Abbonem, cum sociis eorum, datis sibi obsidibus, in eadem regia villa baptizari praecepit. Quibus baptizatis, tota Saxonia domno Carolo subiugata est. Coniuratio Hardradi comitis et orientalium Francorum sapienter oppressa est.

785.

785.

786. Carolus perrexit in Italiam, et inde Romam. Eclipsis solis facta est 15. Calend. Octobris ab hora diei prima usque ad horam quintam. Multa etiam referuntur signa eodem tempore apparuisse. Signum enim crucis in vestimentis hominum apparuit. Lull[h] archiepiscopus obiit, cui Richolfus successit.

786. Sanctus Lullus archiepiscopus obiit, et Karolus ad Italiam venit; multa quoque visa sunt prodigia. Signum enim crucis in vestimentis hominum apparuit, et sanguis de coelo terraque profluxit[b].

786. Sanctus Lullus archiepiscopus obiit, cui[b] Richolfus successit, et Karolus ad Italiam venit. Multa quoque visa sunt prodigia. Signum enim[c] crucis in vestimentis hominum apparuit, et sanguis e coelo terraque profluxit.

Q. a) Vnstrada c. *) Onaccram c. b) Dasunck *fortasse* 1. c) Bumam 1. d) Vudekind c. e) Chiatmelli c. f) Saxones necessaria c. g) Vndikindum c. h) Zull 1.? = W. a) Karl comes c. b) profulsit c. = L. a) i e. in S. *anno* 779. *adiicit* 5. b) c, R. s. *desunt* 2. c) quoque 1.

23) a. 780. Ann. Laureshamenses p. 31. 24) in quo Wittingen.

787. Carolus omnem pene Calabriam atque Apuliam in ditionem suscepit.

787. Karolus Romam veniens, Beneventum profectus est, monasterium sancti Benedicti adiit; et eclipsis solis facta est.

787. Karolus Romam veniens, Beneventum profectus est, et monasterium sancti Benedicti adiit. Et[a] eclipsis facta est solis.

788. Carolus per Alamanniam pervenit ad fines Baiovariae, et Tassilo dux Baioariorum ob infidelitatem de principatu eiicitur et tonsoratur, et Thiado filius eius similiter, uterque monachi facti.

788.

788.

789. Carolus gentem Vulzorum subegit, qui Lutici vocantur, duobus super Albiae flumen pontibus factis.

789. Karolus subegit gentem Wilzorum.

789. Karolus subegit gentem Wilzorum.

790. Palatium Wormatiae ignis consumpsit.

790.

790.

791. Carolus Avarorum, id est Hunorum, gentem subegit. Carolus habuit quatuor filios: primum Carolum, Pippinum regem Italiae, Luothowicum[a] regem Aquitaniae, Drogonem Metensis ecclesiae episcopum. Iste vero Pippinus qui in eum coniuraverat, filius illius erat de obscuri generis matre, non ille Pippinus rex.

791 (790). Karolus perrexit in Pannoniam. (791.) Karolus subegit gentem Avarorum.

791 (790). Karolus perrexit in Pannoniam. (791.) Karolus subegit gentem Avarorum. Et fundata est ecclesia sancti Bonifacii in Fulda.

792. Coniuratio Pippini contra patrem suum Carolum per Fardulfum publicata est; unde ipse Pippinus attonsus in monasterium recluditur, caeterique omnes, alii decollati, alii patibulo suspensi sunt. Et Fardolfo commendavit monasterium sancti Dionysii pro remuneratione.

792. Coniuratio Pippini contra patrem suum, quae per Faldolfum publicata est; unde et Pippinus attonsus in monasterium mittitur, ceterique omnes perditi, alii decollati, alii suspensi miserabiliter sunt mortui, et ipsi Fardalfo datum est cenobium sancti Dionisii.

792. Coniuratio Pippini contra patrem suum, quae per Fardolfum publicata est. Unde Pippinus attonsus in monasterium mittitur[b], ceterique omnes perditi, alii decollati, alii suspensi, misebiliter[c] sunt mortui. Et ipsi Fardolfo[d] datum est coenobium sancti Dionysii.

793. Saxones iterum rebellaverunt, deficientes a fide.

793.

793.

794. Haeresis Feliciana[b] synodo apud Franconfort habita damnata est. Vastrad regina obiit; pro qua rex Liudgardam in coniugium duxit. Et aequivocus eius pugnavit contra Saxones in Sinadevelde.

794.

794. Haeresis Feliciana dampnata est in synodo Frankenefurt; et Vastrath regina obiit.

795. Carolus in Bardenwick cum exercitu venit.

795. Adrianus papa obiit in nativitate Domini.

795. Adrianus papa obiit in nativitate Domini.

Q. a) Luothouincum 1. b) Feliciano 1. = 1. a) *haec desunt* 2. b) *deest* 1. c) mirabiliter 4. d) Fardulfo 4.

796. Hadrianus papa Romanus obiit, cui Leo successit. Et Carolus Saxoniam vastat.

796.

796 [a].

797. Carolus iterum cum exercitu Saxoniam invadit, totamque hiemem in Herestelli ducit.

797.

797.

798. Carolus Nordelingos [a], legatorum suorum interfectores, multa caede prostravit.

798.

798. Balthart abbas Herveldensis obiit.

799. Leo papa lingua truncata et caecatus a Romanis et de pontificatu eiectus, videns et loquens venit ad Carolum in Saxoniam, ad locum qui vocatur Padarburnon; quem rex honorifice susceptum Romam reduci, et omnia sua sibi restitui iubet. Eodem anno Gherald Baioariae marchio clarus, et Ericus dux Foroiulensis, ab Hunis interfecti sunt.

799. Leo papa lingua truncata et cecatus et de pontificatu eiectus, videns et loquens in Saxoniam venit ad Karolum, in locum qui dicitur Heristelli.

799. Leo papa, lingua truncata, excaecatus et de pontificatu eiectus, videns et loquens in Franciam venit ad Karolum, in locum qui dicitur Heristelle.

800. Carolus dum Thuronicam venisset ad urbem, Liutgard uxor sua praeclara illic mortua est. Inde reversus in Franciam, perrexit Romam ad vindicandum Leonem papam.

800

800.

801. In die natalis Domini ad missam Carolus, imposita sibi a Leone papa corona, imperator et augustus a Romanis appellatus est, patricii [b] nomine dempto.

801 (800). Karolus a Romanis augustus appellatus est.

801 (800). Karolus a Romanis augustus est appellatus.

802. Aaron rex Persarum Ierosolymam subiecit Carolo [24], et misit ei elephantum unum.

802 (801). Amarmurmultus rex Persarum elefantem unum misit cum aliis muneribus Karlo, qui primus Francorum Augusti nomen promeruit.

802 (801). Amarmurmulus [b] rex Persarum elephantem unum cum aliis muneribus Karolo misit.

803. Carolus conventu habito in palatio Saltz, Saxones antiqua libertate donavit, eosque pro conservanda fide catholica ab omni solvit tributo, excepto quod illos omnes, divites ac pauperes, totius suae culturae ac nutriturae decimas Christo et sacerdotibus eius fideliter reddere iussit.

803.

803. Leo papa iterum venit in Franciam, et Saxones transalbiani translati sunt in Franciam [c].

Q. a) *lege* Nordliudos. b) patris 1. — L. a) Monasterium sancti albani moguntie fundatur a richolfo archiepiscopo 5. *alia manu.* b) Amarmusmulus 1. c) Franconiam 1.

24) ex Einhardi vita Karoli et Poeta Saxone.

804. Leo papa iterum venit in Franciam. Carolus Saxones Transalbinos, et qui in Wimadi habitabant, transtulit in Franciam, eorumque pagos Abodritis dedit.

804 (803). Leo papa iterum venit in Frantiam, et Saxones transalbani translati sunt in Frantiam.

804.[a]

805. Carolus, filius Caroli, Bohemos cum Francis et Saxonibus devastavit, regemque eorum, Lechonem nomine, occidens, victor ad patrem revertitur.

805. Karlus, Karoli filius, Beheimos vastavit.

805. Karolus, Karoli filius, Becheimos[b] vastavit.

806. Carolus regnum divisit tribus filiis, Pippino, Luthowico, Carolo.

806. Karolus divisit regnum cum testamento inter filios, Ludovicum, Pippinum et Karlum.

806.

807. Mortalitas maxima facta est in Fulda.

807. Mortalitas maxima facta est in Fulda.

807. Mortalitas maxima facta est in Fulda.

808. Carolus iunior Linos et Schmeldingos expugnans, victor revertitur ad patrem.

808.

808.

809. Depositio sancti Liudgeri episcopi et confessoris[a].

809.

809.

810. Hoc anno castellum Haboki Albiae flumini impositum est, et Pippinus filius Caroli imperatoris, rex Italiae, 8. Id. Iul. obiit, filio suo Bernhardo regnum relinquens. Et filia Caroli Ruotrudis obiit.

810. Maxima mortalitas bovum[a].

810. Hohenburg[c] castellum impositum est Albiae flumini ab imperatore Karolo contra Danos.

811. Carolus, filius Caroli imperatoris, inter alios sui filios et natu maior et patri acceptior, 2. Non. Decemb. obiit.

811.

811. Depositio Liutgeri episcopi.

812. Eclipsis solis post meridiem fuit.

812.

812.

813. Pons apud Mogontiam mense Maio repentino flagravit incendio. Richolfus archiepiscopus obiit, cui Hastulfus successit. Et imperator filium suum Ludovicum,

813. Pons apud Mogontiam incendio periit.

813. Richolfus archiepiscopus Moguntinensis obiit, cui Haistolfus[d] successit; et pons apud Magontiam incendio periit.

imposita sibi corona, totius

consortem sibi imperii fecit.

814. Carolus imperator magnus et Saxonum apostolus[27] 5. Calend. Februarii obiit, aetatis suae anno 71, regni autem 47, Imperii vero 14; cui filius suus Ludovicus, qui cognominatur Pius, successit in regnum.

814. Karolus imperator obiit; cui Ludowicus successit.

814. Karolus magnus imperator obiit; cui Ludowicus successit, qui episcopatum in Hiltinesheim[e] construxit. 27

O. a) *ita L.* confessio 1. = W. a) bonum c. bovum *etiam Ann. Laurissenses minores, nostrorum hoc loco fontes, legunt.* = L. a) Gangolfus abbas Fuldensis obiit; Ratgarius successit 5. *alia manu.* b) Bohemios 1. 6. betheimos 2. bechemios 4. 5. c) Hoenburg 1. d) haistulfus 1. c. h. s. *desunt* 2. e) hildenesheim 2. hiltensheim 3.

27) Poeta Saxo.

815. Anno 3. Hludowici factum est concilium magnum in Aquisgrani in mense Augusto, et praeceptum est, ut monachi omnes cursum sancti Benedicti cantarent ordine regulari. Et duo codices[a] scripti sunt, unus de vita clericorum, et alter de vita nonnarum. Eo anno Leo papa obiit, et ordinatus est Stephanus pro eo in episcopatum Romane ecclesie; qui in mense Octimbre venit ad Hludowicum[b] imperatorem civitatem Remis, et reversus est in pace. Bicgo de amicis regis, qui et filiam imperatoris nomine Elpheid duxit uxorem, eo tempore defunctus est.

816. Anno 4. conventum suum habuit Hludowicus imperator cum Francis, in Aquisgrani palacii mense Iunio, et ieiunio indicto ordinatus est filius Hlotharius in imperatorem, ut consors regni fieret cum patre. Eo anno Stephanus papa decessit, cui successit Paschalis in pontificatu.

817. Bernardus quoque, rex Italie, sedicionem levavit contra imperatorem; et Hludowicus augustus Italiam cum exercitu perrexit.

818. Anno 6. Hludowici imperatoris, hoc est anno dominicae incarnationis 818, in Brittannia Mormannum regem vicit.

819. Imperator anno 7. regni sui Iudith, filiam Welphi, duxit in uxorem; et basilica Fuldensis coenobii dedicata est. Post hec annis quattuor requievit, et nihil historiae factum est.

820.

821.

822.

823.

824. Anno vero 12. regni imperatoris, hoc est anno 824. dominicae incarnationis, secunda expedicio facta est contra Wiomar-
28 cum regem, et Brittanniam vastat.

815. Consilio episcorum Ludewicus praecepit, ut omnes monachi cursum sancti Benedicti cantarent.

816. Ludovicus imperator Aquisgrani magnam habuit synodum, ibique constituit regulam canonicorum.

817. Coniuratio Bernl ardi, fratuelis sui, contra regem Ludovicum.

818. Ludowicus imperator Bernhardum regem, fratris sui Pippini[a] filium, excaecari iussit; deinde compunctus, publicam egit poenitentiam. Irmingard quoque uxor sua 5. Non. Octobr. obiit. Ecclipsis solis 8. Id. Iul. facta est. Vuldensis basilica dedicatur.

819. Imperator Ludovicus Iudith, filiam Welphi, duxit in uxorem.

820. Isto anno aeris intemperies hominibus et iumentis pestem infudit, omnesque pene fructus consumpsit.

821.

822.

823. Ludovicus imperator fratrem suum Drugonem Metensis ecclesiae episcopum supposuit. Inchoatio Corbeiae novae[b] monasterii.

824. In territorio Tullense puella quaedam annorum 12 post eucharistiam, quam in pascha perceperat, primo pane, deinde omni cibo potuque pleno triennio[28] abstinuit; et in Saxonia in pago Virsedi 26 villas fulgur consumpsit. In territorio Augustodunense ingens fragmentum ex glacie simul cum grandine decidit, cuius longitudo 15, latitudo 7, crassitudo duos pedes habuisse dicitur.

H. a) codices *E.* b) hluchicum *superaddito* do *c.* = Q. a) Pipini *c.* b) Corbeii noui *l.* 28) ex Einh. Ann. a. 825.

815. Decretum est, ut omnes monachi cursum sancti Benedicti cantarent.

815. Baugolfus[a] abbas Fuldensis obiit. Et praeceptum est, ut omnes monachi cantarent cursum sancti Benedicti.

816.

816.

817.

817. Ludowicus imperator Aquisgrani habuit synodum, ibique[b] ordinavit vitam monachorum.

818. Ludowicus imperator in Brittannia Mormannum regem vicit.

818. Ludowicus imperator in Britannia Normannum regem vicit.

819. Ludowicus caesar Iudit, filiam Welphi, uxorem accepit.

819. Ludowicus Iudith, filiam Welfi, in uxorem accepit; et in Fulda dedicata est ecclesia.

820.

820.

821.

821[c]

822.

822. Inchoatio monasterii novae Corbeiae.

823.

823.

824. Ludowicus augustus contra Wiomarcum regem pugnavit, et Brittanniam vastavit.

824. Lodowicus contra Wivomarcum regem pugnavit, et Britanniam vastavit.

L. a) Gangolffus 1. Bangolfus 5. b) ibi 1. 4. 5. c) Ratgarius abbas Fuldensis obiit. Egil successit annis quinque 5. *alia manu.*

825. Wiomarcus anno 13. imperatoris in domo propria occisus est ab hominibus Landberti; et Heistolfus archiepiscopus obiit.

826. Anno 14. Hludowici Hiltwinus abbas ossa sancti Sebastiani in Galliam transtulit.

827. Imperatoris anno 15. et incarnationis dominicae 827. Sarraceni fines Barcinonensium et Gerundensium vastant.

828.

829.

830.

831. Incarnationis dominicae, et 19 regni Ludowici, Bun[a] abba Herfeldensis, et Rabanus abba Fuldensis, fundamentum aecclesiae sancti Wigberti fodere ceperunt in 6. Id. Iul. in 2. feria.

832. Ludowicus filius imperatoris anno regni eius 20. coniurationem fecit contra patrem suum apud Longobardonheim[30].

833. Regnum Francorum ad Lotharium imperatorem conversum est.

834. Anno 22. regni Ludowici, Pippinus et Ludowicus frater eius restituerunt patrem suum in regnum eius.

835.

836.

837.

838. regni vero Ludowici 26. iterum coniuratio apud Franconofort Ludowici iunioris; et conversum est regnum ad patrem eius.

839. imperatoris anno 27. ventus ingens innumera aedificia subvertit, et multa dampna effecta sunt in 6. Non. Novembris.

840. Ludowicus imperator insequendo filium venit ad Herolfesfeldi monasterium in 6. Idus Aprilis, statimque eodem anno in 12. Kal. Iulii obiit, regni videlicet ipsius 28. Cui Ludowicus filius eius successit.

841. regni vero Ludowici iunioris 2. Adalbertus comes occisus est: et infelix bellum Lotharii contra fratres suos Ludowicum et Karolum.

H. a) hun c.

30) Lampertheim. SS. T. I. 425.

825. Haistolfus archiepiscopus obiit, cui Othgerus successit.

826.

827. Hildegrimus episcopus[29] senior obiit. Cui Thiatgrimus successit.

828.

829. Pretiosa corpora sancti Valentis et Senesii in Augeam insulam venerunt 5. Id. Aprilis.

PARS ALTERA

830. Ludovicus imperator depositus est de solio a filiis suis, Lothario, Ludovico, Carolo.

831.

832. Coniuratio Ludovici contra patrem suum.

833. Regnum Francorum ad Lotharium imperatorem conversum est.

834. Pippinus et Ludovicus, frater eius, in regnum eius restituerunt patrem suum.

835.

836.

837.

838. Item coniuratio apud Frankenfort Ludovici, et conversum est regnum ad patrem eius.

839. Ventus ingens innumera subvertit aedificia, et multa damna effecta sunt in 4. Novembris.

840. Ludovicus imperator insequendo filium venit Herolfesfeld monasterium in 6. Id. Aprilis. Statim eodem anno in 12. Calend. Iul. obiit, cui Ludovicus filius eius successit. Thiatgrimus episcopus[31] obiit, cui Heinmo successit.

841. Adelbertus comes est occisus; et infelix bellum Lotharii contra fratres suos Ludovicum et Carolum factum est.

29) 31) Halberstadensis.

825. Wiomarcus occidebatur in domo propria.

826. Hildewinus ossa sancti Sebastiani in Galliam translulit.

827.

828.

829.

825. Wivomarcus occisus est in domo propria; et Haistolfus Moguntiae archiepiscopus obiit, cui Otgarius [a] successit [b].

826. Hiltwinus ossa sancti Sebastiani in Galliam [c] translulit.

827.

828.

829. Ludowicus imperator depositus est a filiis suis Lothario, Ludowico et Karolo.

GENUINA A. 830—973.

830.

831.

830.

831 [d]. Bun [e] et Raban abbates fundamentum ecclesiae sancti Wigberti foderunt 6. Idus [f] Iulii, secunda feria.

832. Coniuratio Ludowici contra patrem suum.

833. Regnum Francorum ad Lotharium est conversum.

834. Pippinus et Ludowicus patrem suum constituerunt in regnum.

835.

836.

837.

838. Coniuratio Ludowici iterum ad Franconofurt, et conversum est regnum ad patrem eius.

839.

840. Ludowicus imperator insequendo filium venit ad Herolfesfelt.

841. Lutharius bellavit contra fratres suos Ludovicum et Karlum, et Adelbertus comes occisus est.

832. [Corpus sancti Aurelii in Germaniam delatum est, et Hirsaugia fundata.] Coniuratio Ludowici contra patrem suum.

833. Regnum Francorum [g] ad Lotharium est conversum.

834. Pippinus et Ludowicus patrem suum restituerunt in regnum.

835.

836. [Otgarius [h] archiepiscopus ossa sancti Severi episcopi sibi delata translulit in Erphesfurt, Thuringiae civitatem, et in alto monasterio reposuit 11. Kal. Novembris. 3.]

837.

838. Coniuratio Ludowici iterum ad Franconefurt, et conversum est regnum ad patrem eius.

839.

840. Ludowicus insequendo filium venit ad Herolfesfelt monasterium 6. [i] Idus Aprilis. Ludowicus imperator obiit; cui filius eius Ludowicus successit.

841. Lutharius bellavit contra fratres suos Ludowicum et Karolum; in quo praelio pene ad internecionem deleti sunt Franci, et Lutharius victus est; ubi et Adelbertus comes occisus est.

L. a) otgarus 1. otger 2. oggarius 4. b) Raoanus fit abbas 5. *alia manu.* c) gallias 1. d) *haec desunt* 3. e) brun 4. 5. 6. f) VII. die iulii 5. g) Francie 1. h) Otgarius archiepiscopus translulit sanctum Severum ad Franckfurt 6 i) III. 2.

842. Rabanus, abba Fuldensis coenobii, expulsus de monasterio, et Lotharius de regno, anno Ludowici[a]. . .

843. Hoc anno facta est pax inter Lotharium, et Ludowicum et Karolum, fratres suos.

844. Lotharius rex cum orientalibus Francis venit in Sclaviam[b], et eorum regem Gestimulum occidit ceterosque sibi subegit.

845. Hoc anno monachi de Herolfesfelde cum Otgario episcopo reconciliati sunt, et eodem anno Ludowicus[c] imperator ad idem monasterium venit in 2. Kal. Novembris, et privilegia et munitates monachis donavit et sigillo munivit.

846. Ludowicus, filius Ludowici, Pannoniam subegit, et Behemos domum rediens vastavit.

847. Otger archiepiscopus obiit, cui Rabanus abbas Fuldensis successit.

848. Ludowicus apud Mogontiam habito concilio sinodali, ibique Godescalcus hereticus convictus et dampnatus est.

849.

850. Hoc anno 5. Kal. Novembris eccle-
32 sia sancti Wigberti [32] dedicata est a Rabano, Mogontiacensis ecclesiae archiepiscopo.

851.

852.

853.

854.

855. Ludowicus rex cum magno exercitu perrexit contra Ratzidum regem Marahensium; et eodem anno ecclesia sancti Kiliani in Wirzeburg fulminibus exusta est. Lutharius rex tonsuram et monachicum habitum suscepit moriturus.

856. Rabanus archiepiscopus obiit; cui Karolus successit.

857. Karolus apud Mogontiam magnam sinodum congregavit.

842. Rabonus, Fuldensis coenobii abbas, expulsus est de monasterio, et Lotharius de regno.

843. Hoc anno facta est pax inter Lotharium, et Ludovicum et Carolum, fratres suos.

844. Lotharius rex cum orientalibus Francis venit in Sclaviam, et regem eorum Gestimulum occidit, caeterosque sibi subegit. Dedicatio ecclesiae novae Corbeiae.

845. Hoc anno monachi de Herolfesfelde cum Otkario episcopo reconciliati sunt. Hoc etiam anno Ludovicus rex ad idem monasterium venit 2. Cal. Novembris, et privilegia et immunitates mona is donavit, et suo sigillo munivit.

846. Ludovicus rex, filius Ludovici, Pannoniam subegit, et Bohemos domum rediens vastavit.

847. Otker archiepiscopus obiit; cui Rabanus, abbas Fuldensis monasterii, successit.

848. Ludovicus rex apud Moguntiam habet concilium synodale[a], ibique Ghodeschalck haereticus convictus est et damnatus.

849.

850 (849). Basilica sancti Wicberti confessoris dedicata est.

851.

852. Inchoatio Gandesheimensis monasterii in antiquiori loco, et adventus sanctorum confessorum Anastasii atque Innocentii.

853. Haymo epi copus obiit; cui Hildegrimus iunior successit.

854.

855. F clesia sancti Kiliani in Wirtzeburg fulminibus exusta est. Lotharius rex tonsuram et monachicum habitum suscepit moriturus.

856. Leo papa obiit, et Rabonus archiepiscopus, cui Carolus successit.

857. Carolus archiepiscopus apud Moguntiam magnam synodum congregavit.

H. a) *numerus deest.* b) silviam *c.* c) *legendum* Hludowicus. *Hunc locum ita vitiatum Annalibus Corbeiensibus saeculo XII. illatum esse v. supra pag.* 3. = Q. a) synodali 1.

32) Herolfesfeldensis.

842. Lutheri expulsus est a regno.

842. Lutheri expulsus est a regno, et Raban abbas de monasterio.

843. Lutharius, Ludowicus et Karlus pacem fecerunt.

843. Lutheri, Ludowicus, et Karolus pacem fecerunt.

844. Lutharius rex regem Sclavorum Gestimulum occidit, ceterosque sibi subegit.

844. Lutharius rex, regem Sclavorum Gestimulum occidit.

845. Ludovicus imperator venit ad Herolfesfelt, et privilegia monachis dedit, suoque sigillo munivit.

845. Ludowicus venit ad Herolfesfelt 2. Kalendas Novembris, et privilegia monachis dedit suoque sigillo munivit. Monachi quoque eiusdem Herveldensis monasterii reconciliati sunt cum Otgario[a] archiepiscopo de decimis frugum et porcorum ex terra Thuringorum[b] per fideles legatos domni Ludowici augusti[c], episcopos[d] videlicet et praesides.

846. Ludowicus, filius Ludowici, Pannoniam subegit, et Beheimos domum [*] rediens vastavit.

846. Ludowicus, filius Ludowici, Pannoniam subegit, et Beheimos[e] domum rediens vastavit. Bun[f] abbas Herveldensis obiit, cui Brunwart successit.

847. Otgarius archiepiscopus obiit; cui Rabanus successit.

847. Otgarius archiepiscopus Moguntie obiit, cui abbas Fuldensis Rabanus successit. Abbatiam Waldo suscepit.

848. Ludowico ad Mogontiam habito sinodali concilio, Godescalcus hereticus est dampnatus.

848. Ad Mogontiam habito sinodali concilio, Gotescalc[g] haereticus dampnatus est.

849.

849.

850.

850[h]. Dedicata est ecclesia sancti Wigberti 5. Kalendas Novembris a Rabano Mogontiacensi archiepiscopo.

851. Irmingardis regina obiit.

851.

852.

852. Translatio sancti Lulli in coena Domini.

853.

853.

854.

854.

855. Ludowicus rex cum exercitu magno perrexit contra Ratzidum regem Marahensum. Lutharius etiam rex tonsuram et monachicum habitum suscepit mortuus[*].

855. Ludowicus rex cum magno exercitu perrexit contra Ratzidum[i] regem Maruhensium. Lutharius etiam rex tonsuram et monachicum habitum suscepit moriturus in Promia.[k]

856. Rabanus archiepiscopus obiit; cui Karlus successit.

856. Rabanus archiepiscopus Mogontiacensis[l] obiit; cui Karolus successit.

857. Karlus archiepiscopus in Mogontia sinodum magnam habuit.

857. Karolus archiepiscopus in Mogontia magnam synodum habuit.

W. [*]) demum c. a) *lege* moriturus. = L. a) Oggario 4. b) Thuringie 1. c) augustenses 2. d) episcopos monasteriorum et pr. 1. e) Bohemios 1. Bohemos 6. f) Brun 6. g) godescalc 2. godeschalcus 6. h) *haec desunt* 3. i) Rasilum 1. k) proximo 3. 5. proxima 1. 4. prumia 6. l) *deest* 1. 2. 6.

858. Ludowicus filium suum Ludowicum cum magno exercitu misit ad Abotritos.

859. Ludowicus, Karolus, et Lutharius
32 cum iuramento invicem pacem firmaverunt.

860.

861. Udo, Ernust, Berngер, comites, et
33 Waldo [a] abba [33], honoribus depositi.

862. Fames magna et morbus in Germania et in aliis partibus Europae.

863. Karolus archiepiscopus obiit; cui Liutbertus successit.

864. Ludowicus rex Francorum Ratzidum regem Marahensium sibi subegit.

865. Subitaneum diluvium et vehemens grando fruges assumpsit.

866.

867. Ventus ingens cum turbine multa edificia stravit.

868. Fames valida et vehemens tam Germaniam quam ceteras Europae provincias nimium afflixit.

869. Lutheri rex a Benevento reversus, qui ob fratris sui discordiam Ludowici perrexit, Romam venit, ibique ab Adriano papa dampnatus, domum rediens cum suis pene omnibus periit. Et eodem anno Thiodo, abba Fuldensis monasterii, depositus, et vir venerabilis et religiosus Sigihart electus est.

870.

871. Thiodo abba supradictus obiit.

872. Aestatis fervor inmanis et siccitas nimia totos pene perdidit fructus, plurimaeque domus cum hominibus et animalibus fulminibus incensae et exustae sunt. *Obiit Adrianus papa, Iohannes successit* [a]. Et eodem anno indictione 5. in Kalendas Novembris dedicata est aecclesia sancte Mariae in Hildenesheim a venerabilibus episcopis, Alfrido eiusdem aecclesiae episcopo,
34 et Rimberto [34], atque Theodrico [35], sed et Liuthardo [36], cum interventione religiosi ab-
37 batis Adalgarii [37] monachorumque et canonicorum.

873. Fames magna invaluit in Germania, et incredibilis multitudo locustarum venit.

858. Ludovicus filium suum Ludovicum cum magno exercitu misit ad Abodritos.

859. Ludovicus et Carolus et Lotharius, filii Lotharii fratris eius [32], cum iuramento invicem pacem affirmaverunt.

860. Maginradus heremita martirizatus est.

861.

862. Fames magna et morbus in Germania et in aliis partibus Europae.

863. Carolus archiepiscopus obiit. Cui Lutbertus successit.

864.

865. Subitaneum diluvium et vehemens grando fruges absumpsit; Anscarius episcopus obiit.

866. Nicolaus papa obiit.

867. Ventus ingens cum turbine multa aedificia stravit.

868. Fames valida et vehemens tam Germaniam quam caeteras Europae provincias nimium afflixit.

869. Lutheri [a] rex a Benevento reversus, quo ob fratris sui discordiam Ludovici perrexit, Romam venit, ibique ab Hadriano papa damnatus, domum rediens cum suis pene omnibus periit.

870.

871.

872 [b]. Ictu fulminis Wormatia comburitur. Aestatis fervor immanis et siccitas nimia totos pene perdidit fructus, plurimaeque domus cum hominibus et animalibus, fulminibus incensae, exustae sunt. Dedicatio ecclesiae sanctae Mariae in Hildesheim per Altfridum episcopum.

873. Fames magna invaluit in Germania, et incredibilis multitudo locustarum venit [c].

H. a) Walda 1. b) O. A. p. I. *s. manu alia adiecta.* = Q. a) Lutherii 1. b) *a.* 873 *Ann. Augienses.* c) 1. v. *desunt, quorum loco* etc *habet c.*

32) *i. e.* Hludowici Germaniae regis. 33) Swarzahensis ad Rhenum v. SS. I. 374. 34) Bremensi. 35) Mindensi. 36) Paderbornensi. 37) Corbeiensis.

858. Ludowicus rex Ludowicum, filium suum, cum exercitu magno misit ad Habitritos.

859. Ludowicus et Karolus atque Lutharius, filius Lutharii fratris eorum, cum iuramento pacem fecerunt.

860. Hiemps magna et mortalitas animalium.

861. Udo, Berenger atque Ernost depositi honoribus.

862.

863. Karlus episcopus obiit, et Liutbertus successit.

864. Ludowicus rex Ratzidum, regem Marahensium, sibi subegit.

865.

866.

867.

868.

869. Lutheri rex a Benevento reversus Romam venit, ibique ab Adriano dampnatus, domum rediens pene cum suis omnibus periit. Eodem anno Thiodo, abbas Fuldensis[a], depositus, et Sigihardus electus[b] est valde religiosus.

870.

871.

872.

873.

858. Ludowicus rex Ludowicum, filium suum, misit cum exercitu magno ad Abitritos. [Karolus archiepiscopus quandam partem de reliquiis sanctae Innocentiae transtulit ad[a] Erphesfurt. l. 3.]

859. Ludowicus et Karolus atque Lutharius, filius Lutharii fratris eorum, cum iuramento pacem fecerunt.

860.

861. Udo, Ernost[b], Berngerus, comites, et Waldo, abbas Fuldensis, honoribus depositi sunt; Thiodo abbas[c] successit.

862.

863. Karolus archiepiscopus [Mogontiacensis 3. 4. 5.] obiit; cui Liutbertus[d] successit.

864. Ludowicus rex Ratzidum, regem Marahensium, sibi subegit.

865.

866.

867.

868.

869. Lutheri rex a Benevento reversus Romam venit, ibique ab Adriano dampnatus est. Qui domum rediens, pene cum suis omnibus periit. Eodem anno Thiodo, abbas Fuldensis, depositus, et Sigehardus[e] electus est, vir religiosus.

870.

871.

872.

873.

W. a) fulgendis *cod.* b) *vox deest.* = L. a) *deest* 3. b) uto, ernest 3. c) abbatiam suscepit 3. d) Luitberthus 1. luitbernus 2. luitpernus 6. e) Sigebardus 1.

874. 874.

875. Ludowicus rex obiit anno regni sui 35. Alfridus episcopus obiit. *Post*[a] *Alfridum Ludolfus*[b] *monachus Chorbeiensis eligitur, set subitanea morte aufertur. Post hunc Marcwardus successit, qui a Sclavis interfectus, quarto anno decessit.* 875.

876. Bellum iuxta Andarnacha inter Karolum et Ludowicum, fratris sui Ludowici filium, successorem regni. 876.

877. 877.

878. Hoc anno eclipsis solis fiebat. 878.

879. Ludowicus, filius Ludowici, obiit anno quinto regni sui, cui successit Karolus. Et eodem anno Karlomannus paralisis morbo periit. 879.

38 880[c]. *Wicbertus episcopus*[38] *eligitur.* 880.

881. 882. 883. 884. 881. 882. 883. 884.

39 885. Hoc anno Vulferi episcopus[39] cum aliis multis occisus est a Sclavis. 885.

886. 886.

887. Karolus veniens in Triburias; et cum placitum haberet post festivitatem sancti Martini, conspiratione facta adversus eum, orientales Franci reliquerunt eum, et elegerunt Arnulfum in regem, et Karolus subicit se[d] Arnulfo. 887.

888. Karolus obiit, et Arnulfus rex electus. 888.

889. 889.

890. Liutbertus archiepiscopus obiit, cui Sunderolt successit. 890.

891. Sunderolt archiepiscopus occisus est, cui Hatto successit. 891.

40 892. Arn episcopus[40] occisus est. 892.

893. Factum est bellum magnum inter Bawarios et Ungarios. 893.

894. 895. 894. 895.

896. Arnulfus rex Romam veniens, imperator factus est. 896.

897. 898. 897. 898.

899. Arnulfus imperator obiit, cui Ludowicus, filius eius, successit. 899.

900. 900.

901. Hardarat abba obiit, cui Thiothart successit. 901.

902. Sclavi vastaverunt Saxoniam. 902.

903. Eberhart et Adalhart atque Heinric occisi sunt. 903.

904. 904.

905. Cuonradus comes occisus est cum aliis multis. 905.

H. a) *reliqua huius anni manu secunda sed saeculi X.* b) Iodolfus *corr.* Iudolfus. c) *manu secunda.* d) e *obscisum.*

38) Hildesheimensis. 39) Mindensis. 40) Wirzburgensis.

874.

875. Ludowicus rex, filius Lotharii, obiit.

874.

875. Ludowicus rex obiit; cui filius eius Ludowicus successit. Brunwart Herveldensis abbas obiit; cui Druogo[a] successit.

876. Bellum iuxta Andarnacha factum est inter Karlum et Lodowicum, Ludowici filium, successorem regni.

877.

878.

879. Ludowicus, filius Karli, obiit.

876. Pugna iuxta Andarnaha facta est inter Karolum et Ludowicum, Ludowici regis filium.

877.

878.

879. Ludowicus rex, filius Ludowici regis, obiit; cui frater[b] eius Karolus successit.

880.

881. 882. 883. 884.

885.

886.

887. Karlus est de regno eiectus, atque Arnoldus electus.

880.

881. 882. 883. 884.

885.

886.

887. Karolus de regno est eiectus, et Arnoldus electus.

888. Karlus obiit.

889.

890. Liutpertus archiepiscopus obiit, et Sunderoldus successit.

888. Karolus obiit.

889.

890. Liutbertus archiepiscopus [Mogontiacensis 3. 4. 5.] obiit; cui Sunderolt successit.

891. Sunderoldus archiepiscopus occisus est, et Fridericus[a] successit.

892. Arn episcopus est occisus, et Haltrat[b] abbas obiit.

891. Sunderolt, archiepiscopus Mogontiae, occisus est; cui Hatto successit.

892. Arn episcopus [Herbipolensis 3. 4. 6.] occisus est. Et Druogo abbas Herveldensis obiit; cui Harderat successit.

893.

893[c]. Praelium magnum factum est inter Baioarios et Ungarios.

894. 895.

896. Arnoldus imperator est appellatus.

894. 895.

896. Arnoldus Romae imperator factus est.

897. 898.

899. Arnoldus rex obiit, cui Ludowicus, filius eius, successit.

900.

901.

897. 898.

899. Arnoldus imperator obiit; cui Ludowicus, filius eius, successit.

900.

901. Harderat, abbas Herveldensis, obiit; cui Diethart successit.

902.

903.

904.

905. Cuonrat comes occisus est ab Adelberto.

902. Sclavi vastaverunt Saxoniam.

903. Adelbraht[d] et Eberhart, et Heinrich occisi sunt.

904.

905. Cuonrat comes occisus est ab Adelberto.

W. a) *lege* Hatto. — b) *legendum videtur* Druogo. = L. a) Drugo 1. 2. 6. b) petruus 4. c) DCCCXCIII. 3. d) Adelbradt 1.

906. Ungarii vastaverunt Saxoniam. 906.

907. Adalbertus decollatus est a Ludowico rege. 907.

908. Liudboldus dux cum aliis multis interfectus est ab Ungariis. 908.

909. Burghart, dux Thuringorum, occisus est ab Ungariis. 909.

910. Ludowicus rex pugnavit contra Ungarios. 910. Franci ab Ungaris occisi et fugati sunt[a].

911. Ungarii vastaverunt Franciam et Thuringiam. 911. Ludovicus rex obiit, cui Conradus successit.

912[a]. *Loudewicus rex obiit; cui Chounradus, dux Francorum, in regnum successit.* 912. Ungari vastaverunt Franciam et Thuringiam. Et cometae apparuerunt. Hatto archiepiscopus obiit.

913. 913. Otto ducum praecipuus, de quo velut fertilissimo quodam stemmate, imperatoria illa Ottonum propago, totius Europae terminis non modicum profutura, processit, onus limosae molis abiecit. Domina Oda, mater scilicet ipsius, obiit anno 107. vitae suae. Otto rex et imperator futurus natus est.

914. Otto comes Saxonicus obiit[b]. 914.

915. Ungarii vastantes omnia, venerunt usque ad[c] Fuldam. 915.

916. 916. Ungari Saxonia vastata et cunctis circumquaque direptis, venerunt usque ad Fuldam.

917. 917. Ercancharius, Berthardus, et Lutfridus capite plectuntur.

40 918. 918. Einhardus episcopus[40] occiditur.

919. Kuonradus rex obiit, et Heinricus Saxonicus successit in regnum. 919. Conradus rex moriens, quem non propinquitatis suae iura, sed invictae fidei eximiaeque virtutis munia prae caeteris admodum commendaverant, sceptris ac regno Heinricum[b] feliciter potiturum, sibi succedere deliberavit, hisque rite per omnia dispositis, viam totius carnis ingreditur.

920. 920. Post excessum Conradi regis praefatus Saxoniae ducis[c] filius ac Frantiae dominus Heinricus, communi senatus ac plebis assensu electus et unctus in regem, quanta terra marique victoria deinde nituerit, quanta domi militiaeque subiectos industria rexerit, dictis ac scriptis inexplicabile constat.

921. 922. 921. 922.

39 923. Haicho abba[39] obiit, et Hildibrat electus est. 923. Sigismundus Halverstadensis episcopus obiit. Cui Bernhardus in episcopatu successit, eiusque successor Hildewardus nascitur.

H. a) *haec alia manu saeculi XI. scripta sunt.* b) Obitus Theoderici margravii *manu saeculi XV. adscripta.* c) *adiecta vox manu coaeva.* = Q. a) *Haec manu 2. anno 911. adscripta sunt.* b) Henricum 2. *manu.* c) *manu 2.*

39) Fuldensis. 40) Spirensis?

906. Ungarii vastaverunt Saxoniam.

907. Adelbertus comes decollatus est, iubente Ludowico rege.

908. Liutboldus dux occisus est ab Ungariis.

909. Burghardus, dux Thuringorum, occisus est ab Ungariis.

910. Ludowicus rex pugnavit cum Ungariis.

911. Ungarii vastaverunt Franciam.

912. Ludowicus rex obiit; cui Conradus successit.

913.

914. Otto Saxonicus dux obiit.

915. Ungarii vastando venerunt usque Fuldam.

916.

917.

918.

919. Cuonradus rex obiit, cui Heinricus successit.

920.

921. 922.

923.

906[a]. Ungarii vastaverunt Saxoniam.

907. Adelbertus comes occisus est, iubente Ludowico rege.

908. Liutboldus[b] dux[c] occisus est ab Ungariis.

909. Burchardus, dux Thuringorum, occisus est ab Ungariis.

910. Ludowicus rex pugnavit cum Ungariis, et victus est.

911. Ungarii vastaverunt Franciam.

912. Ludowicus rex obiit; cui Cuonradus successit. Hatto archiepiscopus Mogontiacensis obiit; cui Hereger successit.

913.

914. Otto Saxonicus comes obiit.

915[d]. Ungarii vastando venerunt usque in Fuldam.

916.

917.

918. Cuonradus rex fuit in Herolfesfelde.

919. Cuonradus rex obiit; cui Heinricus Saxo successit.

920.

921. 922.

923.

L. a) DCCCCV. 3. b) Lutboldus 1. liutpoldus 3. c) d. thuringorum *Struv.* d) DCCCCXVI. 3.

924[a]. *Herigerus archiepiscopus cessit; Hildibertus successit.*

924. Hermannus Coloniae archiepiscopus obiit.

925.

925.

926[a]. *Turris Gandesheim dedicata est a Sehardo episcopo.*

926.

927. Thiothart iunior abba electus est cum consensu senioris *et*[b] *Rothsuit*[c] *Gandesheim abbatissa obiit; cui Wildigrat mediante Sehardo episcopo successit.*

927.

928. Idem Thiathart iunior episcopus ordinatus est[d] *post Sehardum*, et Burghart abba electus.

928.

929.

929. Otto rex Editham[a], filiam regis Anglorum, matrimonio sibi iungendam Saxoniae advexit.

930. Thiothart senior abba obiit.

930. Facta est pugna valida adversum Sclavos iuxta Albiam prope Lunkini, in qua Saxones gloriosissime vicerunt, prostratis Sclavorum 120 milibus, in captivitatem vero 800 ductis; suorum autem duobus comitibus Luthariis cum quibusdam aliis amissis non multis, plurimis autem vulneratis.

931. Heinricus rex Abotritos subegit.

931. Rex Heinricus cum exercitu suo profectus est[b] in Abodritos[c], subiciens eos sibi.

932. Heinricus rex fuit in Lonsicin[40]. Et Thiodo obiit, cui Burchart successit.

932.

933. Meingoz abba eligebatur.

933. Ungarorum exercitus a rege Heinrico devictus est.

934. Heinricus rex in Wocronin[41] cum exercitu fuit.

934. Rex Heinricus in Wucronin[d] profectus est[e], subiciens eos sibi.

935.

935.

936 (935)[42]. Magna sinodus fuit in Erpesfort. Et in eodem anno Heinricus rex obiit; cui Otto, filius eius, successit in regnum[e].

936 (935). Magna sinodus fuit in Erphesfurt. (937). Heinricus rex obiit 6. Non. Iulii; cuius filius Otto pacificus, Saxoniae decus, iure haereditario paternis eligitur succedere regnis. Mechtild inclita regina, obeunte coniuge suo, praefato scilicet rege Heinrico, coenobium in monte Quedelingensi, ut ipse prius decreverat, sancta devotione construere coepit. Hoc regnum gentibus esse voluit, hoc totis viribus fovet. Ibi, quia bene nata raro ac difficillime degenerare noverat, non vilis personae, sed summae ingenuitatis, tirunculas canonicae religioni rite deservituras collegit, easque usque ad extrema vitae istius caducae, materno more, spiritualium nec non carnalium copiis commodorum enutrire non destitit.

H. a) *anni* 924 *et* 926 *alia manu saeculi X. inserta.* b) et — successit *manu qua anni* 924 *et* 926. c) *ita aut* Ruthsuit *legitur.* d) e. p. S. *manu saec. X ut* 924. e) Et — regnum *deleta sunt, quorum loco manus saeculi XI. scripsit:* Heinricus primus rex obiit, cui Otto primus successit. = Q. a) Aithen 1. Editham 2. b) p. e. *sec. manu.* c) abodritum *prima manu.* d) Mucronin 1. e) p. e. *manu sec.*

40) terra Liutitiorum. 41) terra Uckermark. 42) annorum 935—938 annotationes annis 936—939 adsignandas esse patet; an et expeditio in Wucronin anno 935?

924.

924. Hereger archiepiscopus Mogontiacensis* obiit; cui Hildibertus [abbas Fuldensis 1. 4. 5.] successit. [Abbatiam suscepit Hadamarus 1. 4. 5.]

925.

925.

926.

926.

927.

927. Diethardus iunior abbas Herveldensis factus est, cum senioris Diothardi consilio [a].

928.

928. Diothardus abbas iunior [Herveldensis 4. 5.][b] episcopus [Hildesemensis 4. 5.] ordinatus, et Burchardus abbas electus est.

929.

929.

930.

930. Diothardus senior obiit.

931. Heinricus rex Abatritos subegit.

931. Heinricus rex Abotritos[c] subegit.

932. Heinricus rex fuit in Losicin,

932. Diedo episcopus [Wirczeburgensis 3. 4. 5. 6.] obiit; cui Burchardus abbas Herveldensis successit.

933.

933. Megingoz[d] abbas Herveldensis electus est.

934. Heinricus rex in Wocronin cum exercitu fuit.

934. Heinricus rex Wucronin[e] cum exercitu fuit.

935.

935.

936 (935). Magna sinodus fuit in Erpesfurt. Eodem anno Heinricus rex obiit; cui filius eius Otto successit.

936 (935)[f]. Magna synodus fuit in Erphesfurt[43]. Eodem anno Heinricus rex obiit; cui filius eius Otto successit. 43

L. *) *deest* 1. a) consensu 2. 6. b) herueldensis 4. 5. hildessemensis. c) abitritos 2. d) megingos 5. e) Wuncronin 1. f) DCCCCXXXVI. 3. *reliqui* 935 *indicant.*

43) in qua Otto rex electus est. Cf. Vitam S. Mathildis.

937 (936.) Otto rex fuit in Herolfesfelde; et aecclesia sancti Bonifacii exusta est.

937. Everhardus dux Francorum, et Wigmannus[a] Saxonicus, atque improbus Thancmer, inani consensu conspiravere in regem: sed Dei gratia cito revelante regi, illa iniqua conspiratio sapienter oppressa est. Nam Tancmer miserabiliter occisus, alii autem truncati, suspensi sunt. Everhardus privatus honore, degradatus est; Wigman vero supplicando pedibus regis, reconciliatus est. In eadem tempestate venientes Ungari, vastaverunt Thuringiam; deinde in Saxoniam, ibique in paludibus caeterisque difficultatibus perierunt. Alia autem pars nefandi exercitus fugiendo in terram suam reversi sunt. Eodem anno Hildebertus archiepiscopus Moguntinus obiit, eique Fridericus successit.

938 (937). Eberhart comes Heinricum, filium Heinrici regis, captum proiecit in vincula.

938. Eburhardus comes Heinricum, filium Heinrici regis, captum proiecit in vincula.

939 (938). Eberhart et Gisilbrat interfecti sunt.

939. Hoc anno cum esset rex in superioribus partibus Rheni fluminis, Heinricus frater regis, Eburhardus dux Francorum, atque Gisilbrachtus comes Luthariorum, congregato nefando exercitu transeuntes Rhenum, maximam partem regni depopulati sunt. Cum autem reversi sunt gratulabundi, nunciatum est Udoni amico regis; qui cum suis repente irruens in eos, Eburhardum in ipsa ripa fluminis hostiliter, uti dignus erat, occiderunt; Gisilbrecht autem in brevi fluminis[b] voragine dimersus, et qui cum illo erant, simul interierunt. Heinricus autem, frater eius[c], assumptis adiutoribus supplicando regi, gratiam suam recepit.

940.

940. Dedicatio Gandeshemensis ecclesiae.

941.

941. Otto rex de insidiis coniuratorum contra se liberatus, statim pascha in Quedelingensis civitate quosdam quorum nomina sunt Erik, Reinward, Varin[d], Ascheric, Baccco, Hermon, occidi, quosdam vero exilio relegari iussit.

942. Treveri dedicata est basilica sancti Maximini a Ruotberto archiepiscopo.

942.

943. Sinodus ad Bunnam[e] congregata est.

943.

944.

944. Graecorum rex Ottoni regi[e] xenia misit.

945. Legati Grecorum venerunt ad regem Ottonem cum muneribus.

945.

946 (947). Etheid regina obiit 7. Kal. Febr.

946. Edith regina, contectalis magni Ottonis regis, amarum mortis poculum degustavit, relictis post se duobus liberis Liudolfo et Liutgarde.

947

947. Privilegium a papa Agapito Quedlinburgensi congregationique sancti Servatii defertur.*

948. Sinodus ad Engilenheim congregata est, cui Marinus legatus apostolicus presedit.

948. Synodus ad Eggilenheim congregata est, cui Marinus[f] legatus apostolicus praesedit.

949. Cuonradus dux sibi conduxit filiam regis Ottonis in habitatricem: et nuncii Grecorum venerunt secundo ad regem Ottonem cum muneribus.

949 Conradus dux Liutgardam, filiam Ottonis regis et Edittae, sibi in uxorem duxit. Eodem anno venerunt secundo nuncii Graecorum ad regem Ottonem cum muneribus.

H. a) Bundam c. = Q. a) Vuigmandus 1. b) fulminis 1. c) e. regis 1. d) uurin 1. uarin 2. e) *manu* 2. *) *manu* 2. *hic Liudolfi et Liutgardae coniugia, anno* 949. *Mathildae nativitas ex Cont. Reginonis adscripta sunt.* f) *ita correxi* Maximus 1.

937 (936.) Otto rex fuit in Herolfesfelt[a]; et ecclesia sancti Bonifacii exusta est.

938 (937). Eberhardus comes Heinricum, filium Heinrici regis, captum proiecit in vincula.

939 (938). Eberhart et Sigibertus occisi sunt.

940.

941.

942.

943. Sinodus[b] ad Bunnam congregata est.

944.

945.

946 (947). Etheid regina obiit, cui Adelheid successit.

947.

948. Sinodus ad Ingileheim congregata, cui Marinus legatus apostolicus praesedit.

949. Iterum nuntii Grecorum ad regem Ottonem cum praeciosissimis muneribus venerunt in memoria omnium sanctorum; et Otto rex dedit filiam suam Conrado duci.

937 (936). Otto rex fuit in Herolfesfelde. Eodem anno ecclesia sancti Bonifacii exusta est.

938 (937). Eberhardus comes Heinricum, filium Heinrici regis, captum proiecit in vincula.

939 (938). Eberhardus et Gisilbertus occisi sunt. Hildibertus archiepiscopus Mogontiacensis obiit, cui Fridericus successit.

940.

941.

942. Dedicata est ecclesia sancti Maximini in Treveris.

943. Synodus ad Bunnam congregata est.

944.

945. Nuntii Graecorum ad regem Ottonem venerunt cum magnis muneribus in vigilia omnium sanctorum.

946 (947). Etheit[a] regina obiit; cui Adelheit successit.

947.

948. Synodus ad Ingelemheim congregata est, cui Marinus legatus apostolicus praesedit.

949. Iterum nuncii Graecorum ad regem Ottonem cum preciosissimis muneribus venerunt[b] in memoria omnium sanctorum; et Otto rex dedit filiam[c] Cuonrado duci.

W. a) herolfelt c. b) sindonus c. = L. a) Edith 3. b) *deest* 4. 5. c) f. suam 2.

950. Bellum magnum factum est inter Bawarios et Ungarios.

951. Otto rex in Italiam perrexit, et cum eo Liudulfus filius eius, et Cuonradus dux, atque Frithuricus archiepiscopus Mogonciacensis aecclesiae. Ibique Otto rex adquisivit sibi ad societatem Adalheidam reginam, et Berengerum regem de Langobardis sibi subegit.

952.

953. Satis acerba et nimium crudelis dissensio exorta est inter Liudulfum, filium regis, et patruum eius Heinricum, ipso rege partes fratris sui adiuvante; mansitque per duos annos in incendiis, caedibus et depopulationibus, multique non solum de populo, sed etiam de optimatibus occubuerunt. Hoc etiam anno Mogontia obsessa est, et castel-
44 lum quod Rossadal [44] nominatur, factumque est magnum bellum in illo loco.

954. Frithuricus archiepiscopus Mogontiacensis ecclesiae obiit, vir summae abstinentiae, in religione sancta et doctrina probatus; et Willihelmus, filius regis, successit in locum suum. Thiothardus piae memoriae episcopus obiit; cui Otwinus successit.

955. Otto rex Ungarios cum magno periculo sui suorumque magna et cruenta cede prostravit; in quo tamen bello Cuonradus dux, gener regis, cum aliis multis occisus est. Et Heinricus dux Baiowariorum, frater regis Ottonis, obiit. Et eodem anno rex Otto periculosissime con[a] Abotritos conflixit, quos filius matertere eius Egberht contra illum congregavit.

956. Ruodbertus Trevericus archiepiscopus, et Hadamarus abba Fuldensis coenobii obierunt. Quibus Heinricus episcopus et Hatto abba successerunt. In eodem anno Liudulfus, filius regis, perrexit in Italiam, eamque subegit.

950. Bellum magnum factum est inter Bavaros et Ungaros.

951. Otto rex perrexit in Italiam, et cum eo eius filius Liudolfus pius et Conradus audacissimus, gener ipsius regis, atque Fridericus archiepiscopus Moguntiacensis ecclesiae, caeterorumque innumerabilis multitudo ex omni regno suo. Ibique ipse rex invictissimus Otto Adelheidam reginam, vultu decoram, consilio providam, et universa morum honestate valde praeclaram, et regali avorum atavorumque prosapia ortam, coniuge illustrissimo, Lothario scilicet rege, iam tunc viduatam, connubiali sibi vinculo sociandam adquisivit; cuius etiam consilio regnum Longobardiae, quod illi haereditario iure cesserat, cum Beringero tiranno ditioni suae subiugatur. Eodem anno Heinricus, filius Heinrici ducis, natus est.

952.

953. Satis acerba et nimis crudelis dissensio exorta est inter Liudolfum, filium regis, et patruum eius Heinricum, ipso rege partes fratris sui iuvante; mansitque per duos annos in incendiis, caedibus et depopulationibus, multique non solum de populo, sed etiam de optimatibus occubuerunt. Hoc etiam anno Moguntia obsessa est, et castellum, quod Rosodal nominatur, factumque est magnum bellum in illo loco.

954. Fridericus archiepiscopus Moguntiacensis ecclesiae obiit, vir summae abstinentiae, in religione sancta et doctrina probatus; et Wilhelmus, filius regis, successit in locum suum. Obiit Liutgard, regia proles.

955. Otto rex Ungaros cum magno periculo sui suorumque magna et cruenta caede prostravit; in quo tamen bello Conradus dux cum aliis multis occisus est. Et Heinricus dux Baiowariorum, frater regis Ottonis, obiit. Cono dux fortis, mortem gustavit ab Ungariis[c]. Sed et rex Otto periculosissime contra Abodritos conflixit, quos filius materterae eius Egbertus contra illum congregavit. Mechtild, gemma praelucida[a] e medio coronae imperialis, decori suis et gaudio cunctis nascendo enituit. Otwinus episcopus ordinatur.

956. Liudolfus, filius regis, perrexit[b] in Italiam, eamque subegit imperio suo.

H. a) *ita codex i. e.* cum abotritis. = Q. a) *ita* 2. perlucida 1. b) *ita emendavi*; respexit 1. c) *Versus.*

44) Rossthal, in praefectura Cadolzburg circuli Radantiensis in Baioaria. V. Cl. Wedekind Noten I. 28.

950. *Reginbold episcopus* [45] *obiit. Godefrid successit.*

951. Otto rex perrexit in Italiam, et adquisivit Adelheidam reginam; et Berengorum regem subdidit sibi.

952.

953. Satis acerba et nimis crudelis dissensio exorta est inter Liutolfum, regis filium, et Heinricum patruum suum. Eodem anno obsessa est Mogontia et Rossad.

954. Fridericus archiepiscopus obiit, et Willihelmus successit.

955. Otto rex Ungarios cum magno periculo sui suorumque magna cede prostravit iuxta fluvium Lech in nativitate sancti Laurentii; in quo etiam bello dux Cuonradus cum aliis occisus est.

956. Liutolfus in Italiam perrexit, eamque sibi subegit.

950. Factum est magnum proelium inter Baioarios [a] et Ungarios.

951. Otto rex perrexit in Italiam, et adquisivit Adelheidam reginam; et Berngerum regem subdidit sibi.

952.

953. Nimis crudelis dissensio exorta est inter Liudolfum, regis filium, et Heinricum patruum suum. Eodem anno obsessa Mogontia et Rossadal [b] castellum, factaque est in illo loco magna pugna.

954. Fridericus acchiepiscopus Mogontiacensis obiit, cui Wilhelmus, filius regis [c], successit.

955 Otto rex Ungarios cum magno periculo sui suorumque magna caede prostravit in Lechfelt in natali sancti Laurentii; in quo etiam bello dux Cuonradus cum aliis multis occisus est. Heinricus quoque, dux Baioariorum, obiit.

956. Ruodbertus archiepiscopus Treverensis obiit, cui Heinricus successit; et Hadamarus Fuldensis abbas obiit, cui Hatto successit. Eodem anno Liudolfus in Italiam perrexit, eamque sibi subegit. Et [d] Megingoz [e] Herveldensis abbas obiit, cui Hagano successit.

1. a) bauarios 1. b) rosadal 1. c) eius 1. 3. 4. d) Et — successit *desunt* 4. e) Meingoz 1. Meingos 5.

45) Spirensis.

957. Liudulfus in Italia mortuus est, et inde ad Mogontiam transportatus, et ad sanctum Albanum est sepultus.

957. Liudolfus, filius Ottonis regis, in Italia mortuus est, et inde ad Moguntiam transportatus, ad sanctum Albanum sepultus est.

958. Signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis qui derisui illud habebant, mortem inferens; illis autem qui pie et religiose illud venerabant, nihil mali intulit.

958 Signum crucis in vestimentis hominum apparuit, illis qui derisui illud habebant, mortem inferens; illis qui pie et religiose illud venerabantur, nihil mali intulit.

959. Hagono abba reliquit dominium sui honoris.

959.

960. Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, et deprecati sunt eum, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis; et professi sunt se velle recedere a paganico ritu, et accipere religionem christianitatis. Et ille consensit deprecationi eorum, et transmisit Adalbertum episcopum fide catholicum; illique per omnia mentiti sunt, sicut postea eventus rei probavit.

960. Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem, et deprecati sunt eum, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui eis ostenderet viam veritatis; et professi sunt, se velle recedere a paganismo, et accipere nomen et religionem christianitatis. Et ille consensit deprecationi eorum, et transmisit Adalbertum episcopum fide catholicum. Illique per omnia mentiti sunt, sicut postea rei probavit eventus; quia nec ille praedictus episcopus evasit lethale periculum ab insidiis eorum.

961. Isto anno venerunt nuncii ad regem Ottonem, et vocaverunt eum Romam in adiutorium Iohannis papae, ut mitigaret severitatem Adalberti regis, quam exercuit super monarchiam.

961. Venerunt nuncii Iohannis papae, vocantes illum Romam.

962 (961). Illeque apostolicus gratanter eum suscepit, et honorifice collocavit super cathedram augustalis principatus, auxitque super eum augustalem benedictionem, ut imperator augustus vocaretur et esset (962.) Guntheri abba obiit; cui successit Egillolfus.

962.

963. Hoc anno magnum sinodale concilium factum est Roma in ecclesia sancti Petri; ibique praesidebat Otto imperator augustus, cum magna multitudine episcoporum, abbatum, monachorum, ac[a] clericorum. Illicque Benedictus papa ab apostolica sede deiectus est, eo quod iniuste vindicavit sublimitatem Romani imperii, et Adaldago archiepiscopo commissus, in Saxoniamque deductus, illicque vitam finivit. Et in ipso anno seva mortalitas invasit exercitum imperatoris, et in ea Heinricus, archiepiscopus Trevericae civitatis, et dux Godefridus vitam perdiderunt, ceterique non pauci.

963.

964. Isto anno Berengarius rex Langobardorum obsessus in monte sancti Leonis, ibique captus et cum vi deductus unâ cum regina eius cohabitatrice Willa in Baioariam ad castellum Bavenberg, ibique novissimum diem praesentis vitae di-
44 misit[44].

964.

965. Otto imperator de Langobardia venit ad Franconofort, et illum annum integrum in regno Saxonum manebat, interimque omnes suos adunavit ad pacem et ad concordiam. Et Brun archiepiscopus Agrippinae civitatis, frater imperatoris, vitam cum pace finivit.

965.

H. a) m. praepositorum, cl. *Sazav.*

44) anno 966.

957. Liutolfus in Italia est mortuus, et inde ad Mogontiam portatus, et ad sanctum Albanum sepultus.

957. Liudolfus in Italia est mortuus, et inde ad Mogontiam portatus, et ad sanctum Albanum sepultus.

958. Signum crucis in vestimentis apparuit.

958. Signum crucis in vestimentis apparuit.

959. Patriarcha[a] de Aquileia venit in Herisfelt.

959. Hagano, abbas Herveldensis, potestatem suam reliquit ob infirmitatem corporis sui; eoque vivente, Guntherus electus est in locum eius.

960.

960. Venerunt legati Rusciae gentis ad regem Ottonem[a], deprecantes, ut aliquem suorum episcoporum transmitteret, qui ostenderet eis viam veritatis. Qui consensit deprecationi eorum, mittens Adelbertum episcopum fide catholicum, qui etiam vix evasit manus eorum.

961. Venerunt legati domni apostolici ad regem Ottonem, et rogaverunt eum Romam pergere in adiutorium Iohannis pape.

961. Venerunt legati domni apostolici ad regem Ottonem, vocantes eum Romam in adiutorium Iohannis papae. Filius eius Otto secundus an regem ungitur Aquisgrani.

962.

962. Otto rex perrexit Romam, eumque Iohannes papa[b] gratanter suscipiens, honorifice super cathedram augustalem posuit, et benedictione atque consecratione sua imperatorem fecit. Guntherus Herveldensis[c] abbas obiit; cui Egilolf[d] successit.

963.

963. Magna synodus facta est Romae, cui Otto imperator praesidebat, cum multitudine magna episcoporum, abbatum, sacerdotum, clericorum ac monachorum; ibique deiectus est Benedictus a sede apostolica.

964. Berengerus rex obsessus est in monte sancti Leonis, ibique captus et in Babenberg deductus.

964. Berngerus rex obsessus est in monte sancti Leonis, ibique captus atque in Babenberg ductus est cum Willa uxore sua.

965. Otto imperator de Italia revertendo venit ad Franconofurt.

965. Otto imperator de Italia venit. Brun archiepiscopus [Coloniensis 4. 5. 6. *et m. rec.* 3.] obiit, cui Folcmarus successit.

W. a) Patri c. = L. a) primum 4. b) *deest* 4. 5. c) *deest* 1. d) Egiloff 1. 4. Egilof 5. Egilolfus 6.

966. Iterum tercia vice abiit Otto imperator ad Italiam, et inde adiens limina sancti Petri, ibique Deo et sancto Petro supplicando, gratiarum actiones referens, eo quod cuncta erga eum prospero cursu agebantur. 966.

967. Hoc anno transmisit imperator legatos suos ad Willihelmum archiepiscopum, et ad alios principes eius, ut Ottonem, filium suum aequivocumque eius, cum omni regali dignitate proveherent ad Italiam. Illicque ipse Otto senior suscepit eum, et secum deduxit Romam: commendavitque illum apostolico Iohanni posteriore, ut ab eo augustalem benedictionem recepisset, ut imperator augustus foret appellatus a cunctis, qui eum agnovissent, veluti pater eius. 967.

968. Willihelmus* archiepiscopus migravit a seculo. Egillulfus* Herveldensis abba transmissus est ex parte imperatoris de Italia, ut fratres Fuldenses Wirinharium[b] eligerent ad abbatem. Indeque adiit Mogontiam, ut ille clerus simulque totus populus Hattonem virum venerabilem sibi constituerent in dominum pontificalis honoris. Et eodem anno Adalbertus archiepiscopus constitutus est in Magadaburg. 968.

969. Hatto archiepiscopus obiit; cui Ruodbertus successit. 969.

970. Egillulfus abba obiit; cui Gozbertus successit. 970.

971. Hoc anno exustum est palatium in Thornburg. 971.

972. Ottoni imperatori iuniori venit imperatrix Romam de Constantinopoli 18. Kal. Mai. octaba pascae. Eodem anno idem Otto iunior cum seniore venit de Italia. 972.

973. Otto senior imperator cum iuniore venit Quidelingaburg, ibique celebraverunt pascha 10. Kal. Aprilis, et illuc venerunt ad eos legati Grecorum, Beneventanorum, Ungariorum, Bulgariorum, Danorum, Sclavorum, cum regiis muneribus; ac non longe post Otto senior pius imperator Non. Mai. obiit; cui domnus Otto successit. 973.

Hucusque Annales Herolfes

974. Heinricus dux Baiowariorum est captus, et ad Engilenheim missus. 974.

975. Hibernus fuit longus, durus, et siccus, et Id. Mai. magna nix cecidit; ac in eodem anno Ruodbertus archiepiscopus obiit, cui Willigisus successit. 975.

H. *) villihelmus c. a) Et gillulfus c. b) uuirinhanrium c.

W. *) famosumum c. = L. a) *deest* 1. 4. 5. b) a. mogont. 4. c) *deest* 1. d) Rupertus 1. Rutberdus 5. Ruitbertus 6. e) *deest* 4. f) *deest* 4. 5. g) *deest* 1. 5. h) Mimeliaba 1. i) *deest* 2. 6. k) Boliscla-

966. Otto imperator tertia vice ad Italiam pergendo Romam pervenit.

966. Otto imperator tertia vice Romam venit.

967.

967. Otto imperator[a] misit legatos suos ad Willihelmum archiepiscopum[b] et alios principes, ut Ottonem filium suum cum omni dignitate regali ad Italiam mitterent. Quem ipse suscipiens, Romam perduxit, ut papa Iohannes posterior imperatorem faceret; quod et libenter fecit.

968. Willihelmus archiepiscopus obiit, cui Hatto successit.

968. Willihelmus archiepiscopus [Mogontiacensis 4. 5. 6.] obiit, cui Hatto [abbas Fuldensis 2. 3. 6.] successit. Abbatiam vero suscepit Wernherus.

969. Hatto archiepiscopus obiit; cui Ruothertus successit.

969. Hatto archiepiscopus Mogontiacensis[c] obiit; cui Rutbertus[d] successit.

970. *Otgerus episcopus*[42] *obiit. Baldericus episcopus ordinatur.*

970. Egilolfus Herveldensis abbas obiit; cui Gozberdus successit. 42

971. Exustum est famosum templum in Thornburg.

971. Exustum est famosum templum in Dornburg.

972. Domno Ottoni iuniori imperatori missa est filia imperatoris de Grecia.

972. Ottoni iuniori imperatori missa[e] est[f] Theophanu ab imperatore de Graecia. Eodem anno Otto[g] senior imperator cum iuniore Ottone de Italia perrexit in Franciam.

973.

973. Otto imperator senior cum iuniore venit Quidelinburg, ibique celebravit sanctum pascha 10. Kalendas Aprilis. Illucque venerunt legati plurimarum gentium, id est Romanorum, Graecorum, Beneventorum, Italorum, Ungariorum, Danorum, Sclavorum, Bulgariorum, atque Ruscorum, cum magnis muneribus. Eodem anno Otto imperator senior obiit in Mimelieba[h] Nonis Maii; cui filius eius[i] secundus Otto successit. [Sanctus Oudalricus episcopus obiit 3. 5]

feldenses pertinuisse videntur.

974. Domnus Otto iunior imperator perrexit ad castellum quod dicitur Bosuth[43], et concremavit illud, atque custodes apprehendit secumque adduxit.

974. Heinricus, dux Baioariorum, et Abraham episcopus cum Bolisclaione[k] et Misichone inierunt contra imperatorem pravum consilium. At imperator tali nefando comperto consilio, congregavit omnes principes suos, et quid inde faceret, consilium petiit. Qui dederunt ei consilium, ut mitteret ad ducem Heinricum et Bopponem[l] episcopum[44] et Gebehardum comitem, eosque ad placitum invitaret per edictum. Qui sine dilatione, Deo donante, dedit se in potestatem imperatoris. Eodem quoque[m] anno perrexit imperator contra Haraldum[n] in Scleoswig. 43 44

975. Domnus Otto imperator habuit magnum conventum in Welmare. Eodem anno imperator Beheimos vastavit et concremavit, et revertendo venit in Herisfelt.

975. Otto imperator habuit magnum conventum in Wehmare[o.45]. Eodem anno imperator Beheimos vastavit et concremavit[p].

one 1. l) Popponem 3. Bobbonem 5. m) Eodemque 1. 2. 5. 6. n) Haroldum 1. 2. 5. 6. o) Wehemare 1. p) et c. *desunt* 4.

42) Spirensis. 43) Bousut, prope S. Ghislain, ab oriente Condati, haud procul a Caprimonte. 44) Wirzburgensem. 45) Weimar.

976. Heinricus dux Baiowariorum, sua potestate depositus, et excommunicatus, degit cum Sclavis. 976.

977. Idem Heinricus cum consilio minoris Heinrici Pataviam civitatem invasit, ibique ab imperatore obsessus; et coactus sese subdidit imperatori. 977

978. Heinricus quondam dux cum Heinrico minore et Ekbertus comes iussu imperatoris comprehensi sunt et exilio deputati. Eodem anno imperator cum magno exercitu Galliam invasit ac devastavit. 978.

979. Infidelitas Geronis comitis per Waldonem publicata est; unde et ipsi extra civitatem Magadaburg in campo iuxta Albiam dimicantes, ab invicem interfecti sunt; et ad ultimum infidelitatis reus Gero comes decollatus est. 979.

980. Lotharius rex cum magnis muneribus ad imperatorem veniens, sese cum filio suo subicit voluntati imperatoris; et eodem anno firmata pace imperator Italiam penetravit. 980.

981. Imperator pascha celebravit Rome. 981.

982. Otto imperator pugnavit periculosissime contra Sarracenos in Calabrorum partibus, ibique non pauci de optimatibus occubuerunt. Et in ipso anno Otto, dux Baiowariorum, obiit. 982.

983. Imperator Verone placitum habuit, ibique Heinricus minor de exilio ductus, dux Baiowariorum constitutus est. Et eodem anno Sclavi rebelles effecti sunt. Ac non longe post 8. Id. Decembris Otto benignissimus imperator obiit, filio et equivoco eius regna relinquens. 983.

984. Filiolus imperatoris, tercius videlicet Otto, per unctionem Iohannis, Ravennatis archiepiscopi, Aquisgrani in die natalis Domini unctus est in regem. Sed postea, comperta nece imperatoris, Heinricus quondam dux de exilio regressus, cum sibi faventi- 984. Filiolus imperatoris, tertius videlicet Otto, per unctionem Iohannis, Ravennatis archiepiscopi, Aquisgrani in die natalis Domini unctus est in regem. Sed postea, comperta morte imperatoris, Heinricus quondam dux de exilio regressus, cum sibi faventibus

Q. a) natali 1.

976.

976. Otto imperator perrexit ad Baioariam, atque Heinricum ducem expulit, Ottonique duci Baioariam commendavit.

977. Domnus Otto imperator cum magno exercitu perrexit ad Beheim, et maximam partem terrae illius concremavit.

977. Imperator cum magno exercitu perrexit ad Beheimos, et maximam partem terrae illius incendio concremavit. Ipse quoque Heinricus cum altero Heinrico invaserant Bazowam [46]. Quod imperator ut audivit, festinato exercitum illo movit, urbemque obsedit, et Heinricum ducem ad suam graciam recepit, atque in Franciam perrexit. 46

978.

978. Ad imperatorem Ottonem venit in pascha Bolislawo [a]; qui honorifice susceptus magnisque muneribus ab imperatore [b] oneratus, rediit domum. Aderat et Heinricus cum altero Heinrico, qui comprehensi in exilium missi sunt. Eodem anno Liutheri rex cum electo numero militum repente invasit Aquisgrani palatium, seditque ibi tribus diebus. At Otto imperator festinato cum exercitu insecutus est Liutharium usque in Sigonem [47] fluvium et usque ad sancti Dionisii coenobium; eumque non adprehendit, quia fugiendo evasit. 47

979.

979. Gero comes a Waldone quodam accusatus, dum eum in singulari certamine occidisset, ipse tamen ab imperatore decollatus est.

980. Domnus Otto imperator perrexit ad Italiam.

980. Otto imperator perrexit in Italiam, et Gozbertus abbas [c] ecclesiam construxit in Ordorf.

981. Adelbertus archiepiscopus Magadaburgensis et abba Wicenburgensis obiit, cui Sandraldus successit.

981. Adelbertus Magadaburgensis archiepiscopus obiit, cui Hisillarius successit. Imperator natalem Domini Romae celebravit.

982. Destructus est episcopatus in Mersiburg; et mire magnitudinis edificium cecidit in Magadeburg.

982. Destructus est episcopatus in Mersiburg; miraeque magnitudinis aedificium cecidit in Magadaburg. Eodem anno Otto imperator valde periculosum habuit proelium cum Sarracenis in Calabria, in quo proelio occisus est Heinricus, Augustensis ecclesiae episcopus, cum aliis plurimis episcopis. In quo etiam proelio Idus Iulii occisi sunt milites fortissimi, id est Udo, Gebehardus, Guntherus, Bertholdus [d], cum aliis multis, et Otto dux atque Wernher abbas Fuldensis. Ipse imperator vita comite [e] vix evasit.

983. Branthoh abbas Fuldensis constituitur; et piae memoriae Otto imperator secundus obiit [a].

983. Otto secundus imperator Romam post male gestas res regressus [6. Idus Decembris *cod.* 3.] obiit, ibidemque sepultus est. Heinricus dux Baioariae regnum invasit; sed a principibus est reprobatus.

984. Domnus Otto puer iterum rex constitutus est, qui domnum Bernharium abbatem fecit fratrum Hersfeldensium.

984. Filius imperatoris, tertius Otto, patri successit in regnum, unctus in regem Aquisgrani a Iohanne Ravennati episcopo.

W. a) *ita supplevi*; O. i. s. o. *desunt in c.* = L. a) bolislaus 1. bolizlauuo 3. b) a. i. *desunt* 1. c) a. Hirsfeldensis 6. d) berchtoldus 3. berhdoldus 4. berholdus 5. e) v. c. *desunt* 1.

46) Passau. 47) Seine.

bus Agrippinam civitatem intravit, ac regem retinuit; regnumque eius invadendo plurimos sibi de Saxonibus associavit, qui eum in proximo pascha Quidelingaburg ad regem elegerunt. Unde quidam de optimatibus huic electioni non consentientes, sed regis vicem magis dolentes, e contra haut modicum decertaverunt, et regem in regnum suum restituerunt, et Heinricum ducem Baiowariorum denuo effecerunt. Et eodem anno laudandae memoriae Otwinus[a] pius presul vitam finivit.

Agrippinam civitatem intravit; simulans se primo ob ius propinquitatis partibus regis infantis fidelissime patrocinaturum, regem tenuit; dein accrescentis avaritiae stimulis agitatus[b], quorundam etiam persuasione male illectus, regnum tyrannice invasit, atque in id elationis usque prorupit, ut et rex dici et in regem benedici appeteret. Sed rex dici a paucis obtinuit; in regem vero benedici, prohibente Deo, prohibente fidelium sibi non consentientium, sed regi electo et uncto iure faventium decertatione, non meruit[c]. Missis interim probatis ad regis aviam in Longobardiam, scilicet ad imperatricem augustam Adelheidam, legatis, hi qui partes regis adiuturi[d] iurisiurandi vinculo in hoc firmiter perduraturos sese constrinxerant, hanc perturbationem ordine intimantes, si quid[e] de regno ac nepote curaret, adventus sui et consilii ope[f] suis ut cito[g] succurreret, obnixius rogavere. Illa vero, conciliato primitus sibi divino subsidio, accelerato admodum itinere, cum nuru sua imperatrice Theophanu[h], matre regis, nec non illustri abbatissa[i] Machtilde filia sua, amita[k] eiusdem regis infantis, comitantibus fratre suo rege Burgundiae Conrado, et duce Francorum eius aequivoco, cum totius Italiae, Galliae, Sueviae, Franciae, Lotharingiae primis; occursu quoque Saxonum, Thuringorum, Sclavorum, cum universis optimatibus; qui unitis animorum nisibus aut pro rege fideliter morituri, aut, quod Dei gratia factum est, victuri[l], Roza[m] convenere. Habitoque inibi consilio maximo, mirandum memorandumque posteris signum, stella videlicet perlucida in ipso partium conflictu, medio coeli axe, media ultra morem die, quasi divinum regi capto praebitura iuvamen, cunctis qui aderant cernentibus stupentibusque radiavit. Qua visa, perterrita moxque cedente[n] parte iniusta, Heinricus praefatus, usurpato nomine et regno iure privatus, regem aviae, matri et amitae[o] praesentare cogitur; interventuque regis Conradi soceri sui ac principum qualicunque gratia donatus[p], in patriam moestus abcessit. Accepto itaque pignore unico, praedictae imperiales dominae Saxoniam adierunt: ac primo saepe iam dictam Quedelingensis monticuli vertice eminentem usque civitatem una pervenientes, dulcisona laudum melodia, cleri scilicet ac populi Christoque inibi famulantium virginum[q] occursu gemino, gaudiorum affectu et pro optato[r] spiritalis matris adventu et pro triumphali regis eventu pie gratulantium, officiosissime susceptae, quod reliquum erat viae[s] summo cum honore transiere.

(*Hucusque Annalium Herolfesfeldensium continuatio pertinuisse videtur.*)

ANNALES HILDESHEIMENSES.

985. Osdagus, vir summae caritatis ac castitatis, in sancta religione probatus, cum magno consensu cleri ac plebis ad pontificalem honorem promotus est. Et eodem anno Saxones Sclaviam invaserunt, quibus ad

ANNALES QUEDLINBURGENSES.

985. Saxones Sclaviam invaserunt, quibus ad supplementum Misacho cum magno exercitu venit; qui totam terram illam incendiis et caedibus devastaverunt. Interim memoratus ille Heinricus, divino instinctu ad se

LAMBERTI ANNALES.

985. Gozberdus[a] [Hirsfeldensem 5. 6.] abbatiam reddidit, cui Bernharius successit.

H. a) hildesemensis *glossa manu saec. XII.* = Q. b) agitatum 1. c) m. quamvis regem apud se teneret. *Chronogr. Saxo.* d) a. erant 1. e) quod 1. f) a. s. et c. o. *manu* 2. g) *ita emendavi*; cibo 1. h) Theophani 1. i) abbati 1. k) amica 1. l) est fortiter victuri, sine mora convenere. Habito deinde *c. Chr. S.* m) Rara *Thietmar.* n) fugata 1. cedente 2. o) amicae 1. p) donatum 1. q) *vox excidit in codice* r) gaudioque affectu et peroptato 1. s) *ita correxi*; vitae 1. = L. a) G. abbas 5.

supplementum Misaco cum magno[a] exercitu venit; qui totam terram illam incendiis et caedibus multis devastaverunt.

reversus, quid[a] egerit, in quantum se plus aequo et honesto extulerit, et ex quanto deciderit, anxie secum non semel pertractans, iuxta euangelicam veritatis vocem sua se exaltatione humiliatum conspiciens, dedecoris conscientia pungitur, culpae penitentia cruciatur. Veniente in Frankanafurd[b] rege infante tertio Othone, ibidem et ipse adveniens humiliavit se iuste, quo poenam evaderet elationis iniustae, regique puerulo, quem orbatum captivaverat, cuius regnum tyrannice invaserat, praesentibus dominis imperialibus, quas regni cura penes, avia, matre et amita[c] regis eiusdem infantis, humilis habitu, humilis et actu, totius in aspectu populi, ambabus in unum complicatis manibus, militem se et vera ulterius fide militaturum tradere non erubuit, nil paciscendo nisi vitam, nil orando nisi gratiam. At[d] dominae, quarum, ut diximus, cura regnum regisque regebatur infantia, tanti viri summissa deditione admodum gratulabundae, — quia piorum moris est, non solum mala pro bonis[e] non reddere, sed etiam pro malis bona rependere, — digno eum[f] honore susceptum, gratia fideli donatum, ductoria itidem dignitate sublimatum, deinde non tantum inter amicos, sed etiam inter amicissimos, uti ius propinquitatis exigebat, debito dilectionis venerantur affectu. Thidericus et Riedach marchiones praeclari obierunt.

986. Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum venit in Sclaviam, ibique venit ad eum Misaco cum multitudine nimia, obtulitque ei unum camelum et alia xenia multa, et se ipsum etiam subdidit potestati illius. Qui simul pergentes, devastaverunt totam terram illam incendiis et depopulationibus multis.

986. Otto rex adhuc puerulus cum magno exercitu Saxonum perrexit in Sclaviam, ibique ad eum venit Misacho[g] cum multitudine nimia, obtulitque ei unum camelum et alia xenia multa, se ipsum etiam subdidit potestati illius. Qui simul progredientes, devastaverunt totam terram illam incendiis et populationibus multis. Eodem anno monasterium in monte occidentali Quedelingensi in honore sanctae Dei genitricis Mariae, ob monimentum unici et dilecti germani fratris sui, sub religione regulae sancti Benedicti a Mechtilde, imperiali gemma et filia, studiosissime constructum est. Ida quoque regalis domina, contectalis Liudolfi filii magni Ottonis imperatoris, obiit.

986. Otto rex puer Bohemios[a] vastavit, set Misichonem[b] cum muneribus obviam suscepit.

987. Iterum Saxones Sclaviam vastant, unde illi conpulsi, regis ditioni se subdunt, et castella iuxta Albiam restaurantur. Aque quoque exundabant; nihilominus et ventus plura edificia stravit.

987. Saxones Sclaviam iterum invaserunt, et ad ultimum ipsi Sclavi regis ditioni subduntur, et castella iuxta Albiam flumen denuo restaurata sunt. Et in proxima[h] hyeme aquae nimium inundaverunt, et ventus ingens multa aedificia stravit.

987. Iterum rex Bohemiam intravit, et eam ad deditionem coegit.

988. Aestatis fervor nimius ac repentinus Id. Iulii us-

988. Aestatis fervor immanis pene cunctos fructus

988. Aestatis fervor nimius. Rupertus[48] archiepi- 48

H. a) magano 1. = Q. a) quod 1. b) Franciam kanafurd *m.* 1. c) amica 1. d) ac 1. e) malis *Chr. Saxo.* f) cum 1. g) musacho 1. h) proximo 1. = L. a) boemiam 2. b) misichonem 1. mischonem 5. 6.

48) *Rupertus — successit* ex Ann. Hildesh. a. 975.

que Id. Augusti inmanissime exardescens, fruges absumpsit. Rex in Engilenheim pascha celebravit.

989. Theophanu imperatrix, mater regis, Romam perrexit, ibique natalem Domini celebravit, et omnem regionem regi subdidit. Et eodem anno Osdagus episcopus obiit.

990. Gerdagus ordinatur episcopus 14. Kal. Februar. Hoc anno Saxones Abotritos bis grandi irruptione vastabant. Multi quoque illorum et penitus nominatissimi interempti sunt, alii in flumine necati. Saxones Dei gratia cum pace et victoria redierunt. Misacho et Bolizlawo, duces Sclavorum, gravibus inimiciciis inter se conflixerant. Et eodem anno eclypsis solis fiebat, quo non modica subsequebatur mortalitas hominum atque iumentorum 12. Kalend. Novembris.

991. Theophanu imperatrix obiit. Ignisque de Hreno ascendens villas prope positas conbussit. Piratae etiam 49 Staverun[49] depredando vastaverunt, aliaque in litore loca perdiderunt. Otto rex cum magno exercitu Saxonum ac supplemento Misacon Brennanburg obsedit et vicit. Illo autem inde digrediente, Saxonicus quidam Kizo eandem urbem Liutizorum auxilio audacter satis contra regis imperium invasit, atque praedictorum Sclavorum pertinatia adversum ius fasque omne iniuste ditioni suae subegit; crebras latrociniarum irruptiones in Saxoniam iuxta Albiam flumen molitus est, a quibus Dei gratia non victor, sed veluti fugitivus predo, latitando aufugit.

989. Cometae apparuerunt, quas pestilentia subsequuta est grandis hominum et iumentorum, et maxime bovum. Osdag quoque episcopus moritur, cui Gerdagus successit.

990. Eclipsis solis facta est 12. Kalend. Novemb. hora quinta diei.

991. Theophanu[a] imperatrix cum filio suo imperatore tertio Ottone paschale festum imperiali gloria apud Quedelingensem peregit civitatem; ubi etiam marchio[b] Tuscanorum Hugo et dux Sclavonicus Misico[c] cum caeteris Europae primis ibidem confluentibus affuere, ad obsequium imperatorii honoris, quae quilibet pretiosissima possederat, pro xeniis deferendo; e quibus Misico aliique quam plurimi honorifice donati in patriam redierunt. Hugo vero cum eadem imperatrice filioque suo, quocunque regni vel imperando vel regendo proficiscuntur, famulando prosequitur, usque dum Niumagon[d] perventum est. Ibi ergo, dum quadam quasi compede totum sua ditione colligasset imperium, Theophanu[e] imperatrix consummato in bonis vitae suae cursu, pro dolor! quod est miserabile dictu, immatura dissolvitur morte, 17. Kal. Iulii; indeque lugubri imperatoris, filii scilicet sui, caeterorumque suorum fidelium comitatu evecta, ad urbem defertur Agrippinam, inque ecclesia sancti Pantaleonis martyris, ut ipsa decreverat, stipante episcoporum, monachorum virginumque coetu, astante etiam omni clero ac populo, ultimo flebiliter tumulatur honore. Eodem anno Ercanbaldus[50], Biligrimus episcopi, Frithuricus[f] archiepiscopus[g] Saltzburgensis obierunt, et Emnild filia Brunonis. Manogold[h] quoque, non infimus Sueviae matris filius, Saxoniae[i] obiit, ac propter fidele servitium imperatrici Adelheidae per se[k] exhibitum, ipsa comitante Quedelingensem advehitur civitatem, ibique honorifice sepelitur.

989. Theophanu imperatrix Romam perrexit, omnemque illam regionem regi subdidit.

990.

991. Theophanu imperatrix obiit. Ignis de Reno ascendit, et villas proximas absumpsit. Gotehardus monachus factus est.

Q. a) Theophane 1. b) marcio 1. c) misica 1. d) Momogon 1. e) Th. *usque* suae cursu *desunt* 1. *Leibnitius ea ex Chron. Sax. supplevit.* f) Eruthuricus *aut* Fruthuricus 1. g) episcopus 1. h) monogold *c.* i) in Saxonia *Ann. S.* k) persepe *Chr. Saxo.* = L. a) Waligus 1.

49) in Frisia. 50) E. Strazburgensis *Annalista Saxo.*

992. Otto rex cum valida suorum manu iterum Brennanburg adiit, venitque ad eum Heinricus dux Baiariorum, et Bolizlao Boemanorum princeps, cum ingenti multitudine in auxilium regi. Bolizlao vero, Misachonis filius, per seipsum ad dominum regem venire nequaquam valens — imminebat quippe illi grande contra Ruscianos bellum — suos sibi [a] satis fideliter milites in ministerium regis direxerat. Verum dominus rex, bonis Sclavorum promissionibus confidens suisque principibus resistere nolens, pacem illis iterum concessit, et inde in patriam remeavit. Sed illi more solito mentiti sunt per omnia. Eodem anno Gerdagus episcopus Rome limina sancti Petri orationis causa adiit; indeque revertens Cumis obiit 7. Id. Decembris. Qui sedit in episcopatu annos duos, menses 11, dies 14. *Misaco* [b] *obiit, successitque ei filius illius Bolizlavo.*

992. Gloriosissima et famosissima dedicatio sanctae Halverstadensis ecclesiae facta est 17. Calend. Novemb. a venerabili suo provisore Hildewardo [a] episcopo, anno suae ordinationis 24., quam secum in typo apostolicae dignitatis duodenario numero 11 episcopi consecraverunt, videlicet Willigisus archiepiscopus Moguntinus, Gisilharius Magdeburgensis archiepiscopus, Lievitzo Hamburgensis archiepiscopus, Liudolfus Augustanus episcopus, Hildeboldus Wormatiensis episcopus, Retharius [b] Padarburnensis episcopus [c], Erp Fardunensis episcopus, Ursus Paduanus episcopus, Hug Citizensis [d] episcopus, Raginbratus Mikilanburgensis episcopus. Ad haec Agio Capuanus archiepiscopus, Reinvardus Tridentinus episcopus, Manso Cassinus abbas, Thiatmarus abbas Corbeius, Luzo [51] Lunaburgensis abbas, Othradus abbas Mersburgensis, Lantbrecht Longhelus [e] abbas, praesente rege sereno tertio Ottone, suaque avia Adelheide augusta praeclara, et filia sua gemma regiae stirpis praelucida [f] Machtilda [52], et nepte sua Hadwi [g] veneranda abbatissa [53], duce quoque Bernhardo, et Leidulfo comite Capuano [i], et praefectis atque proceribus plurimis, et innumera atque inaequiparabili multitudine cleri ac populi in laudem Dei conclamantibus, dedicantes praefatam ecclesiam orando iuverunt. 12. Calend. Novembris totum coelum ter in nocte visum est rubrum fuisse. Hoc eodem anno Gerdagus [k] Hildeshemensis episcopus orationis causa Romam perrexit, et inde reversus, in Longobardia obivit, et presbyter suus Suideboldus, et diaconus suus Bodo, eiusque frater Hroprecht et camerarius suus. Successit autem sibi Berwardus episcopus.

992. Otto rex Brandeburg [a] obsedit. Gerdah [b] Hildesheimensis episcopus obiit [c]; domnus Bernwardus regius cancellarius, in divinis et humanis rebus sollertissimus, successit, 18. [d] Kalend. Februar. ordinatus [e]

993. Bernwardus, regius capellanus, sanctae Hildinesemensi aecclesiae ordinatur episcopus 18. Kal. Febr. Kizo, qui antea rebellis extiterat et refuga, fidem Sclavis iampridem promissam evacuans, seipsum cum suis et cum predicta urbe Brennanburg regis ditioni subdidit. Rex vero sanctum diem

993. In nocte natalis sancti Stephani protomartyris, id est 7. Calend. Ianuarii, inauditum seculis miraculum vidimus, videlicet circa primum gallicinium tantam lucem subito ex aquilone effulsisse, ut plurimi dicerent diem oriri. Stetit autem unam plenam horam; postea rubente aliquantulum coelo, in solitum conversum est colorem. Dodo episcopus [54] obiit, cui Suigerus vir illustris, sanctae Halverstadensis ecclesiae coenobita, successit. Egbertus Trevirensis archiepiscopus obiit.

993.

H. a) *vox iam erasa; i. e.* Ottoni. b) M. o. s. ei f. i. B. *manu 2. coaeva.* = Q. a) hildevardo *c.* b) Rethrius *c.* c) Hildericus Havelburgensis episcopus, Erp *etc. Chr. Halberstademe; et certe nomen desideratur.* d) Citinensis *c.* e) Longensis *Chr. Halb.* f) *ita corrigo ex Chron. Halberstadensi*; perlucida *c.* g) Haduin *c.* h) *lege* Ian dulfo. i) Capuana *c.* k) Gerdargus *c.* = L. a) brandenburg 2. 4. 5. 6 b) gerdaus 1. gerdach 2. 6. c) o. cui bernuuart successit 2. d) *ita correxi*; VIII 1. III 6. XV 5. e) ordinatus sibi Heinrici com. Heinricus Vto Sigifridus contra piratos pugnat; quorum 1 occisus 11 sunt capti *addunt* 5 6. *Haec desunt in iisdem codicibus a.* 994.

51) *i. e.* Liudericus. 52) abbatissa Quedlinburgensi. 53) Gerurodensi; ex chron. Halberstadensi. 54) Mimigardevurdensis.

paschae in Engilenheim celebravit. Et inde a nativitate sancti Iohannis baptistae usque in 5. Id. Novembris pene per omnem aestatem et autumnum siccitas nimia et fervor inmanis fuit; ita ut innumerabiles fruges non pervenirent ad temporaneam maturitatem propter solis ardorem; quo non modicum subsequebatur frigus et magna nix cecidit, magnaque pestis simul et mortalitas hominum atque iumentorum evenit. Et eo anno Saxones tribus vicibus expeditionem paraverunt in Sclavos, et nihil profecerunt; e contra Sclavi *crebris* * *latrociniis Saxoniam fatigabant.*

ANNALIUM WEISSEMBURGENSIUM CONTINUATIO. ANNI 985—1147.

985. Otto dux, filius Cuonradi ducis, istud cenobium, id est Wicenburg, vi invasit, loca distribuit.

986. *Baldericus episcopus obiit, Ruoppertus episcopus ordinatur.*

989. Gisilharius abbas obiit, cui Gerricus successit.

993. Synodus Aquis facta per Dominicum, Romanae aecclesiae episcopum*

1000. Adelgeid imperatrix obiit.

1001. Gerricus abbaciam reddidit, et Sigebodonem elegit.

1002. Otto tertius imperator obiit, cui Heinricus successit. Sigebodo abbas obiit, cui Luithardus successit.

1004. *Waltherus episcopus ordinatur.* Monasterium istud combustum est.

1007. Gerricus pius abbas obiit.

1009. Brun episcopus martyrio coronatur.

1014. Heinricus Romae appellatus est cesar.

1024. *Cuonradus secundus rex efficitur.* 6. *Idus Sept.*

1025. Heinricus imperator obiit, cui Cuonradus successit.

1026. Domnus Brunicho presbyter et monachus obiit.

1033. Dedicatum est oratorium sancti Petri in Wizenburg a Reginboldo, Spirensi episcopo, et eclipsis facta est in nativitate apostolorum.

1038. Dissensio facta est de adventu Domini per Willihelmum, Argentinensium episcopum.

1039. Cuonradus imperator obiit, cui Heinricus filius successit.

1042. Ungarii regem suum expulerunt.

1043. Gisila imperatrix obiit. Folmarus abbas obiit, cui Arnoldus successit. Heinricus rex Agnetem duxit reginam.

1044. Rex Heinricus cum exercitu Ungarios invasit et praelium committens devicit, regemque eis restituit. In ipso bello fuit ipse, et Gebehardus Radixponensis episcopus, et Brun Wirzeburgensis episcopus, et caeteri multi.

1045. *Brun episcopus obiit*".

1047. Heinricus rex conventum magnum Romae habuit, ibique deiectus papa, et Swidegerus Babenbergensis episcopus in sede apostolica collocatur, a quo rex ipse augustus, Agnes quoque imperatrix sunt appellati.

1048. Swidegerus papa obiit; cui Puppo episcopus Brissanus successit.

1050. Domnus Brun Tullensis episcopus in sedem apostolicam elevatur.

1052. Magna sinodus* congregata est in Mogontia, cui Leo papa et Heinricus imperator praesidebant.

1053. Domnus Brun, qui et Leo papa, cum magna manu Francorum atque Latinorum pugnavit contra Nortmannos; set heu pro dolor! pene sui omnes deciderunt pugnando, et ipse vix urbium monitione[b] salvatus.

1054. Domnus Leo papa nonus obiit in Christo. Sigebodo Spirensis episcopus obiit.

1055. Coniuratio Welphi ducis Karendinorum contra imperatorem.

1056. Domnus papa Gebehardus, qui et Victor, Goslaria venit, ibique Heinricus Romanorum imperator augustus tertius obiit; cui Heinricus filius eius successit.

1058. Heinricus comes Palatinus, mentis insania captus, tonsuram et monachicum

H. a) c. l. S. f. *manu secunda in loco raso. Numerus* DCCCCXCIIII. *manu prima, quae iam sequuntur diversis manibus scripta sunt.* = W. *) *Haec manu* 3. **) *manu* 4. *coaeva.* a) sinodis *c.* b) *i. e.* munitione.

habitum accepit, ac monasterium Gorziae sub specie religionis intravit; sed eum quem ingressum vitae posuit pedem retraxit, seseque in eum quem despexit mundum male sanus iniecit, insuper et domnam Mathildam, Gozelini ducis filiam, que sibi in matrimonio iuncta fuit, heu infelix parracida peremit. Eodem anno Liutboldus archiepiscopus obiit.

1059. Heinricus comes iterum penitentia ductus monasterium ingressus est.

1060. Cuonradus episcopus Spirensis obiit, cui Einhardus successit.

1061. Cuono dux Karendinorum obiit. Agnes velamen testimonii accepit.

1062. Anno Coloniensis episcopus regem Heinricum matri subripuit, seseque illi magistrum praefecit. Eodem quoque anno Romam directi sunt papae duo, Parmensis episcopus et Lucensis[a], inter quos usque ad sanguinis effusionem certatum est.

1065. Heinricus quartus in tertia feria paschae gladium cinxit Wormaciae, Heberhardo archiepiscopo Treverensi benedicente.

1066. Cometa aparuit. Adalbertus Bremensis episcopus, homo nequam, consiliarius Heinrici regis, inter mala quae operatus est plura, abbatias, praeposituras et omne quod de sanctorum domibus abradere potuit, suae nequitiae fautoribus per manus regis tradi fecit, insuper duas abbacias Corbeiam et Laurissam sibi vendicavit. Milites autem Laurissamensis abbatis illud egre ferentes[b], ad resistendum edificabant munitiones, ponentes in illis custodias. Similiter episcopus Mogontiae Sigifridus, ceterique episcopi, duces et principes, omnesque sectatores iusticiae conspirantes apud Triburiam, hortati sunt regem, ut quecumque consilio episcopi acta fuissent irrita faceret, et ab eo cessaret; quod episcopum non latuit; nam nocte nemine persequente aufugit. Sic per gratiam Dei sacer ille locus sancti Nazarii cum ceteris locis eque legis salvatus est. Eodem anno Heinricus rex Bertam reginam duxit, Ottonis marchionis filiam. Pie recordationis Eberhardus Treverensis archiepiscopus obiit; in cuius locum cum electus esset Cuono, Coloniae praepositus, populi Treverorum indignantes noluerunt eum suscipere, sed magna manu armatorum collecta nocte eum aggressi, omnes sibi resistentes percusserunt, ipsum domnum et regis missum, Spirensem episcopum Enhardum, omnesque optimos et res eorum secum duxerunt, et non post longe Spirensem episcopum et suos libertati dantes, praefatum seniorem Cuononem miserabili tormento heu infelices percusserunt. Comes Willihelmus, qui et Basthart, Anglossaxones et regem illorum occidit, regnumque obtinuit.

1067. Ad sepulchrum Cuononis martyris plura Deus misericordiae suae sygna cepit operari. Heinhardus Spirensis episcopus obiit, cui Heinricus successit. Godefridus Lotariorum dux periclitantem Romam et hostium incursus timentem defendere mittitur.

1068. Aquae inundaverunt. Magna et ante inaudita sterilitas vini et pomi facta est.

1069. Hyemps magna et aspera, et rex Heinricus barbaros trans Alpiam flumen constitutos cum exercitu invasit, populum multum occidit, civitates destruxit, fana cum simulachris succendit, captivitatem magnam cum victoria reportavit. Eodem anno Dedi, marchio Saxonicus, levavit manum contra regem, et nichil praevaluit. Adalheid coniux Ruodolfi ducis, quod castitatem non servaverit falso accusata, et marito et honore privata est.

1070. Godefridus Luothariorum dux, vir mirae audaciae, in natali Domini obiit. Item dominus Deus dilecti sui Sebaldi merita per virtutum opera mundo revelavit.

1071. Ruodolfus Suevorum dux coniugem suam, quam per malam famam abiecit, coram Alexandro papa expurgatam iterum recepit. Monachi et familia Stabulensis cenobii patroni sui sancti Remacli auxilio de magnis periculis liberati sunt. Magna sinodus habita est in Mogontia, cui Heinricus rex et archiepiscopus, legati vero domni apostolici, et diversarum provinciarum episcopi et abbates praesidebant. Ibi Karlus episcopus Constantinensis aecclesiae, nondum tamen ordinatus, quod non per ostium set per symoniacam heresim, id est pecuniam, in ovile intraverit, accusatus et convictus, ab episcopatu eicitur. Otto Baiuvariorum dux, quasi coniurasset in regem Heinricum, hostis iudicatus est, et honor eius ad alios translatus.

1072. Sigifridus Mogontiae archiepiscopus, ductus spiritu, Cluniense cenobium ingressus est; qui reductus a civibus, in voto non permansit.

a) lutensis *cod.* b) *vocem supplevi.*

1073. Heinricus rex cum in multis offendisset principes regni eius, oderant eum, quin immo tota Saxonia quasi vir unus recessit ab eo et rebellavit.

1074. Heinricus rex coangustatus nimis, oravit Dominum intente, promisitque penitentiam, et regnum eius confirmatum est. Eodem anno dissipata sunt castella quae rex fecit in offendiculum Saxoniae. Ipse est rex Heinricus, qui excluso episcopo sedem sibi fecit Wormaciae.

1075. Heinricus rex universam regni sui contraxit militiam, ingentem scilicet exercitum, et iuxta Unstrot fluvium bellum intulit Saxonibus; ibi multis milibus utrimque interemptis, rex tandem victor effectus est. Herimannus Babenbergensis episcopus, vir mendax et avariciae deditus, postquam sedit annos 10, sub Gregorio papa digna damnacione depositus est. Iterum rex Heinricus cum armato milite Saxoniam ingressus, Saxones quoque pacem petentes suscepit, set sevicia magis quam gratia insecutus est universos.

1076. 1077. 1078. 1079. 1080. 1081. 1082. 1083. 1084. 1085. 1086.

1087. *Bertha imperatrix obiit. Counradus factus est rex 3. Kal. Iunii Aquisgrani.*

1088. 1089 — 1146.

Manu saeculi XII. tandem subiecta est ultima nota:

1147. Rex Cunradus crucem suscepit ad expedicionem Iherosolimorum.

ANNALIUM QUEDLINBURGENSIUM CONTINUATIO.
ANNI 994—1025.

994. Liudolfus Trevirensis[a] ecclesiae ordinatur episcopus. Erp Fardunensis[b] episcopus obiit, cui Bernhardus successit. Hiems durissima 3. Non. Novembr. exorta, usque 3. Non. Maii stetit, rarissimis intermissa diebus. Deinde pestiferis et frigidis flantibus ventis, noctibus plurimis pro rore hibernum cecidit frigus. Ad ultimum Non. Iulii grande est factum gelu, tantaque siccitas fluminum et penuria facta est pluviarum, ut in plerisque stagnis et pisces morerentur, et in terris arbores plurimae penitus arescerent, et fruges perirent et linum. Subsequuta quoque est grandis pestilentia hominum, porcorum, boum et ovium; prata etiam in plerisque locis ita exaruerunt, veluti igne exusta fuissent. Sclavi insuper omnes, exceptis Sorabis, a Saxonibus defecerunt. Liutpold[*] Baioarici limitis marchio clarus, in civitate Wirtzburg in hospitio suo per fenestram cum sagitta improvise vulneratus, 7. Non. Iunii obiit. Egbertus comes, prudentibus sapientior et fortibus audacior, Non. Aprilis e medio excessit. Heinricus, Sifridus et Udo fratres cum suis navali praelio dimicantes contra Nordemannos, victi sunt et capti; ex quibus Udo cum plurimis bello occisus occubuit, caeteri cum septem milibus talentorum redemti sunt. Fames etiam hoc anno magna facta est pluribus in locis Saxoniae.

995. Saxonibus peior annus priore exoritur. Nam tanta in eos, qui vocantur Ostern ludi[1], pestilentia exarsit, ut eorum non solum domus, sed etiam villae plurimae mortuis habitatoribus vacuae remanerent. Fame[c] insuper magna compressi, tam assiduis Sclavorum incursionibus fatigabantur, ut peccatis suis promerentibus iuste de eis illud propheticum dictum videatur: *Mittam super eos tria iudicia pessima, pestem, gladium et famem.* Rex quoque tertius Otto cum magno exercitu Apodritos et quasdam Wlotaborum[2] terras invadens, incendiis et depraedationibus plurimis vastavit, licet motum eorum nullo modo compresserit. Reversus denique ab illa expeditione, in Quedelingensi[d] civitate a memorata et semper memoranda amita[e] sua, Mechtilde abbatissa[f], regalis praeconio laudis digne suscipitur. Ibi Adelheid germana illius soror, aequivoca scilicet aviae suae imperatricis Adelheide, spretis pro Christi amore regibus procis et eorum nunciis, promissisque non solum thesauris, sed etiam ultra valentiam aureis montibus et urbibus, sub iugo regulari canonice degendum, astante germano fratre suo imperatore tertio Ottone, totius in aspectu senatus ac plebis, sanctorum Dionysii et Servatii obse-

Q. a) Trevirensi c. b) verdensis 2. *) lippold c. c) fama c. d) Quedelinngensi c. e) amica c. f) abbatis c.

1) *i. e.* Ostfalahi. 2) *i. e.* Welataborum, Wiltzorum.

quiis sese pro patria dicavit, eademque hora sacri velaminis arrabone Christo, sponso 995.
coelesti, ab antistite eiusdem ecclesiae Hildewardo, caeteris etiam archiepiscopis et episcopis coram astantibus, consignata est. Hoc etiam anno Baioariae regionis dux Heinricus secundus immatura morte obivit. Hic enim mortuo imperatore Ottone secundo, aliena potius quam propria voluntate ad invadendum regnum cotenus illectus est, ut comprehenso imperatoris filio, ipse[a] rex eligeretur; sed ante consecrationem poenitentia abductus, regnum respuit; et regi humiliter subiectus, Baioarico honorifice donatus est regno. In quo pro componenda pace ita ultra priores effloruit, ut ab illius incolis regni Heinricus pacificus et pater patriae appellaretur. Quo mortuo, filius suus Heinricus, rex futurus, Baioaricum ducatum, rege Ottone tertio donante, suscepit. Ghevehardus Constantiensis ecclesiae episcopus venerandus obiit, cui Landbertus successit. Hildewardus venerabilis episcopus in Stitterlingheburg[1] civitate cenobium construxit virginum 12. Calend. Augusti.

In Halberstadensis territorio ecclesiae, Hordorpio[b] nomine, natus est infans, nihil corporis habens a posteribus deorsum, nec crura, nec membrum virile aut muliebre, sed tantummodo dimidius homo, habens posteriora quasi avis sine plumis, aurem dextram maiorem sinistra, et oculum similiter sinistro maiorem; dentibus vero crocei coloris horribilis, sinistro brachio absque quatuor digitis solo cum pollice integer, dextro penitus erat brachio privatus; qui ante baptismum attonitus videns oculis, post baptismum autem[c] oculos nunquam aperiens, quarto suae nativitatis die infandum moritur monstrum. Commune damnum in pestilentia porcorum et boum omnem Germaniam vexat. Theodoricus comes Palatinus, et frater eius Sigibertus, Saxones[d] praeclari[e] obierunt.

996. Lux clara sanctae Augustensis ecclesiae Liudolfus episcopus 8. Calend. Augusti 996
huic mundo subtractus, coelesti adnumeratur familiae; cui Gevehardus[f], inter egregios abbates praecipuus, subordinatur episcopus. Dehinc praecurrente[g] tempore, cum multos a sanctuario Domini divinum raperet iudicium, gemma etiam sacerdotum et episcopalis aureum decus dignitatis, venerandae Halverstadensis ecclesiae Hildewardus episcopus 7. Calend. Decembris ab huius vanitate seculi solutus, verae caritatis, quae Christus[h] est, praesentatur obtutibus, illius humilitatis et dilectionis, super quam credi potest[i], pie imitator effectus. Cui successit Arnolfus, illustri valde prosapia exortus, sed moribus nobilior et sincera largitate praeclarus. Huius etiam anni vernali tempore praefatus rex Otto, compacta inter Saxones et Sclavos pace, Italiam perrexit, et dominicam resurrectionem Papiae paschali[k] more celebravit. Dehinc omni regno potenter potitus Italico, Romam veniens beatae memoriae Iohannem[l] papam defunctum invenit. Cui nepotem suum Brunonem, virum valde praeclarum, non solum cleri sed et omnium Romanorum unanimi voto civium pontificem electum, subrogari pie consensit, quem Romani, dempto Brunonis nomine, Gregorium vocaverunt. Hic ergo sede intronizatus apostolica, domnum Ottonem, huc usque vocatum regem, non solum Romano, sed et pene totius Europae populo acclamante, 12. Calend. Iunii, in ipsa ascensionis Christi festivitate veneranda, indictione 9. imperatorem consecravit augustum. Post haec Italico rite disposito regno, Franciam revertitur, et in Agrippina Colonia summi imperatoris condigno honore diem celebrat natalem. Adalbertus episcopus de Praga civitate a Prucis glorioso martyrio 9. Calend. Maii coronatur. Bernhardus[m], Wirtzburgensis episcopus ecclesiae, imperatoria legatione Constantinopolim missus, in Achaia provincia moritur. Cui Heinricus, clarissimi cancellarii Hiriberti frater, clarus et ipse, substituitur episcopus.

997. Sclavi innata sibi perfidia tacti, pacis fregerunt pactum, terminosque Saxoni- 997.
cos latrociniis corroserunt furtivis. Quos contra commotus imperator Ztodoraniam[n], quam vulgo Heveldum[o·2] vocant, egregiam inter Sclavanicas terram, magno invasit 2
exercitu, vicit, praedavit, victorque in Magadeburch, praecipuam Saxoniae urbem, gloriose subintravit. Interim autem dum imperator augustus, tertius videlicet Otto, Heveldum[p] devastando percurrit, congregati Wlotabi[q] Bardangao[r] provinciam improvisi rapinis multis aggressi sunt et incendiis. Quod videntes Westfalai[s], quos praefatus impe-

a) lapse 1. b) Horedeo pro 1. c) *ita L.* ante *c.* d) *manu 2.* e) *ita L. et Ann. Saxo.* praedati *c.* f) Gebehardus Elewangensis abbatum egregius s. e. *Ann. Saxo.* g) procurrente *c.* h) Christi *c.* i) p. verus Israelita p. i. e. *Chron. Saxo. cf. Ann. Saxo.* k) regali *Chr.* l) *vocem ex Ann. et Chron. Sax. recepi, deest in c.* m) *lege* Brunwardus. n) Ztoraniam 1. o) Heneldum *c.* p) Heualdum *c.* q) Vultabi 1. r) Berdango *c.* s) Westfali *c.*

1) Stöterlingeburg inter Ovacram et Ilsinam. 2) ad Habolam.

997. rator in expeditionem pergens ad custodiendam reliquerat provinciam, celeriter Liuicos [a] fortiter excipiunt, ipsique cum pauci essent, innumeram paganorum multitudinem tanta caede prosternunt, tantamque ab iis praedam diripiunt, ut nec caedis illius nec praedae numerus ullo modo humano possit explicari sermone. Hoc anno instauratio sanctae Metropolitanensis ecclesiae Quedelingnensi castello, iussu imperialis filiae Machtildis abbatissae, omni studio peragitur. Quam cum ab avo aviaque, regibus scilicet Heinrico et Machtilde constructam, arctiorem quam tantae celsitudinis ius exigebat, propter confluentis populi frequentiam cerneret, innata ac concreta sibi benevolentia, ad augmentum eiusdem in honore sancti Servatii archiepiscopi et confessoris, latioris et altioris structurae aedificium apponere curavit, quod etiam totius conventu cleri ac populi ab Arnulfo, Halberstadensi episcopo nuper ordinato, cum aliis archipraesulibus et episcopis, quos modo nominatim evolvere longum est, congruenti ad decorandam Dei domum 6. Idus Martii dedicari fecit. Et non longo post tempore constructam in brevi Walbicensem [b] ecclesiam, in ipso augusti patris sui Ottonis die anniversario, ab eodem Arnulfo episcopo, eodem etiam anno cum maximo cleri plebisque tripudio, Nonis Maii honorifice dedicavit. Hoc etiam anno Crescentius quidam, diabolica fraude deceptus, Romam absente papa Gregorio invasit, Iohannemque quendam Calabritanum [c], quem domnus imperator Otto ob Graeci imperatoris filiam sibi matrimonio adquirendam cum Bernwardo episcopo Constantinopolim miserat, inde cum Graecorum revertentem legatis, se indigno excepit honore, illumque non tam papam quam apostatam constituens, legatos imperatorios sub custodia [d] Romae retinuit. Hic ergo Iohannes natione Graecus, conditione servus, astu callidissimus, imperatorem augustum piae memoriae secundum Ottonem sub paupere adiens habitu, ob interventum dilectae suae contectalis Theophanu [d] imperatricis augustae, regia primum est alitus stipe; dehinc procurrente tempore, vulpina, qua nimium callebat, versutia praefatum eotenus circumvenit augustum, ut pro loco et tempore satis clementi ab eo gratia habitus, pene inter primos usque ad defunctionem suam clarus haberetur [e]. Post dormitionem [f] vero secundi Ottonis augusti, regnante iam filio suo tertio videlicet Ottone, quem ab ipso matris utero, divina subsecuta miseratione, Romano sublimavit imperio, praefatus Iohannes ingenita sibi eo securius valuit versutia, quo regis infantia et primatum illius permittebatur incuria. Ad haec defuncto Placentinae ecclesiae episcopo, vir bonae indolis illi subeligitur; quo indigne electo [g], praefatus Iohannes, non pastor sed lupus, eandem non regendam sed devastandam suscepit ecclesiam. Quam cum aliquot annis teneret, avaritiae diabolico inebriatus veneno, in tantum se elevavit super se, ut ipsam Romae beati Petri apostoli sedem, ut praedictum est, antichristi membrum vere effectus, fornicando potius caccaret, quam venerando insideret [h].

998. 998. His auditis, dominus imperator secundam profectionem paravit in Italiam. Cui venerabilis papa Gregorius Papiae [i] obviam veniens, dum ei pessima Iohannis et Crescentii gesta narrasset, divino commotus zelo [k], quantocius una cum apostolico properat Romam. Quod audientes praefati Sathanae ministri, Iohannes quidem fugam iniit, Crescentius vero praesidio, quod veterem Romam et Leonianum [l] coniungit castellum, se cum suis inclusit. Tunc quidam non tantum imperatoris quantum Christi amici insequentes Iohannem, comprehenderunt eum [m], et timentes, ne, si eum ad augustum destinarent, impunitus abiret, linguam ei et nares pariter absciderunt oculosque illi penitus eruerunt. Hoc ita divinitus mulctato, domnus papa Gregorius sedem apostolicam honorifice recepit, eamque usque ad obitum sui libere insedit. Imperator igitur augustus Romam adveniens, sanctissimam illic Christi resurrectionem celebravit, statimque post albas scalis et machinis arcem [n] quam Crescentius insederat, hactenus omnibus inexpugnabilem, fortiter expugnat, illumque captum decollari, et e summo arcis praecipitatum in patibulo pedibus suspendi iussit. Mense Iulio terrae motus factus est horribilis per totam Saxoniam, duoque lapides igniti ex tonitru ceciderunt, unus in ipsa civitate Magdeburgensi, alter ultra Albiam fluvium. Quorum inusitata delapsio dirum omni populo exitium minando portendit; quod in sequentibus evidentissime apparere

a) Luticos *c.* b) Vualbicensis *c.* c) Calabricanum *c.* d) theophanes *c.* e) habetur *c.* f) dormitationem *c* g) erecto *c.* h) incederet *c.* i) papia *c.* k) c. e. commotus *c.* l) Leomanum 1. leoninum 2. m) *vox deleta* 2. n) m. domum Theoderici, ubi ille perversus sedebat *Ann. Saxo.* °) costodia *c.*

conspeximus; tunc scilicet, cum mundus iste insanabilis plagae ictibus ter cerebro tenus percussus, ipsa ut ita dicam vitalia amisit.

999. Nam insignissima imperatoriae prolis gemma Mechtild, magni Ottonis augusti 999.
filia, quae, ut saepe memoravimus, sceptrigeris edita parentibus, virescentis rudimenta infantiae, bonae indolis utpote ipsius coronae filia[a], honesta decenter nutricum[b] sub cura descendit[c]; quae florida dehinc vacillantis tempora iuventutis, corpore sensibusque plus caeteris id aetatis maturescens, nilque sibi commissi extra regiminis disciplinam errabundum relinquens, amabilis, affabilis, pia, cunctis largior quam sibi degebat; undecimo ortus sui anno Metropolitae sibi haereditariae, licet tantis impar oneribus, imperatorum tamen consulto patrum nec non communi electione, antistitum benedictione perpetua regendo praeficitur. Cum vero ad Pytagoricae bivium perventum est litterae, sine mora, sine taedio, angustiori semita, spei quae non confundit fiducia arrepta, tota animi diligentia se suaque ab non esse ad verum conata est esse transferre. Haec fratruele suo, largo scilicet Ottone, Romam proficiscente, imperatoria vice commissa sibi regna non levitate feminea gubernans, barbarorum etiam induratos vertices regum artificioso aviti paternique ritu ingenii ita placabiles subiugabilesque reddiderat, ut huiuscemodi pacis fundamenta, qua nunc sancta Dei ecclesia pro parte fruitur, post tantarum devastationem provinciarum, post effrenem barbariae motum, non gladio, non armis, non ullis bellicorum instrumentis apparatuum, licet et ad haec praecipienda satis esset idonea, continua vigiliarum, orationum, inediaeque instantia, soli Deo intenta, illius docente et confortante subsidio, prima posuerit, ponendo construxerit, eoque usque struere non destiterit, quo non laborando sed eius laboribus subintrando, succedentes postmodum reges tanto facilius summa eiusdem pacis attingerent, quanto ipsa imis primitus construendis vigilantius insudasset. Novissimis namque temporibus suis, colloquio apud Parthenopolim habito, conventu episcoporum cum duce Bernhardo, comitum ac totius senatus plebisque concursu, confluentibus quoque ibidem omni ex natione legatis, undiquesecus[d] vallata, qualis fuerit, quam inreprehensibilem se exhibuerit, quam mira discretione cuique sua tribuerit, quanta veneratione praesulum personas prae ceteris cunctis tractaverit, quanta solertia optimates, iudices, aliosque, quorum id curae relinquitur, pro consolidanda re publica, pro privatis etiam usibus confirmandis monuerit, quanta lenitate pios permulserit, quanta districtione reos terruerit, quantaque industria patriam conservaverit adiuverit et auxerit, nec notis intellectuum nec etiam vocum cuiquam edicibile reor. Hisque ibi dispositissime ordinatis, oviculas quibus singulari praeerat cura, adventus sui expectatione suspensas, materna dilectione revisit, dignoque ab illis honore suscepta, pauculis posthaec superstes diebus, modica febre pulsata, inopinata cunctis sed sibimet ipsi longe ante provisa morte, quippe et diem illum et horam precibus[e] assidue praevenire cupierat, 7. Id. Februarii resoluto, quod ex hoc[f] compactum necessario solubile erat, corpusculo, ei qui est, quod est, quod unum est suum, quo eius participatione tam honorifice usa est, gratulabunda reddidit; atque in medio basilicae sancti Petri et sancti Stephani iuxta tumulos regum, avi et aviae suae Heinrici et Mechtildis, eiulatu nimio planctuque suorum, diem futurae resurrectionis feliciter expectatura, reconditur. Quis igitur, licet adamantino rigore praecordialiter induratus, huic miserando spectaculo siccis poterat interesse oculis, cum orba sanctorum Dionysii et Servatii praesulum catervula, nec non sanctae Dei genitricis maxime ex monte occidentali, ac sancti Andreae ex Walbicensi coenobio vernulae, quarum ipsa ab initio, ut praediximus, fundatrix extiterat, cum caeteris sanctae Pusinnae in Winathusen, sanctoque Wicberto in plano iuxta curtem regiam famulantibus, quarum[g] licet primaeva nequaquam constructrix fuerit, postquam haereditati aviae suae Mechtildis iure propinquitatis successit, materno eas[h] more ad id temporis omni sollertia foverat — tunc dico, cum matrem, quam pridie valentem, viventem, ac populis imperantem noverant, inopine subtractam, suisque nusquam nisi in aeterna visione obtutibus redituram, sarcophago[i] includi ac tumulo recondi deflerent, seque cum ea mori quam superesse malle, amenti quadam vociferatione clamarent. Quid plura? His tandem flebiliter peractis, praefatae sanctimoniales feminae cum episco-

a) *ita L.* filio *c.* b) nutritum *c.* c) *melius* transcendit *Ann. et Chr. Sax.* d) *ita correxi;* unde quos secus *c.* e) *ita L.* probis *c.* f) humo? g) *ita L.* Harum *c.* h) eos *c.* i) *ita L.* sarco *c.*

999. pis[a] quos divina clementia illius exequiis improvisos adesse disposuerat, Arnulfo et Bernwardo, nec non duce Bernhardo convenientes, fratruelem ipsius domnae Mechtildis Adelheidam, quam sibi adoptaverat, quam unice dilexerat, quam pro filia delicate nutrierat, hoc solum inflictis vulneribus remedium restare cernentes, in dominam ac matrem sibi unanimiter eligunt; legatosque haec primo Franciae ad imperatricem Adelheidam, matrem illius Mechtildis, deinde ad imperatorem Romanum Ottonem, fratruelem videlicet ipsius, Romae deportaturos omni sub celeritate transmittunt. Qui festinato pergentes, ad augustam in brevi veniunt, eamque, licet ante praesaga mente aliquid sibi intolerabile eventurum praescierit, nuncio illo infelici viscere tenus sauciant; assumptisque aliis ibi secum imperatricis eiusdem legatis, Romam perveniunt, imperatorem augustum recenti nepotis sui papae Brunonis, qui Romana lingua Gregorius vocatur, obitu admodum moestum reperiunt, ac priori posteriorem multo graviorem adiciendo dolorem, ob excessum suae illustrissimae amitae[b] ex moesto moestissimum reddunt. Non solum itaque imperator augustus eiusque sequaces Mechthildis praeclarae corporalem interitum lugent, sed quocumque per vicos, per plateas, per compita, per avia, necis illius fama sonuit, pectora tundendo, crines lacerando, luctum prae gaudiis amando, ipsum aera lachrimosis vocibus[*] pulsant. Resumptis ergo demum post tantam perturbationem animi viribus, imperator praefatus pro obsequiis venerandae suae amitae[c] exhibitis, et pro electione sororis, grates[d] sanctae congregationi remandat innumeras, eamque honori et oneri matris spiritalis, non ut potuit imperando, sed ut pium decuit postulando, succedere deliberavit. Quod et divina ordinante clementia sine mora peragitur. In solenni namque Michaelis archangeli festo electione iterata, ab Arnulfo eiusdem ecclesiae episcopo, astantibus aliis episcopis et domna regali Sophia, sorore sua maiore, et nepte sua illustri abbatissa Hathwiga[e], cunctisque regni primatibus utriusque sexus, coram altari sancti Petri apostolorum[**] principis et sancti Stephani protomartyris honore congruo benedicitur, throno domnae matris sublimatur, regulae commissione, in qua se sibique subiectarum vitam quasi in speculo spectare omniumque solertia regere discat, non modicum oneratur; quidque spatii miseratio deinde Omnipotentis concesserit, dignitate eximia et gaudio, non tamen sine cura pervigili, transactura. Modici igitur intervalli spatio Adelheida, praefatae Mechtildis genitrix, inclita Romanorum imperatrix augusta, quae statum imperii terra marique sibi subacti una cum suo consorte, augusto scilicet magno et pacifico Ottone, non minus meritis moribusque insignierat egregiis, quam ille viribus et triumphis consolidasset eximiis; post obitum itaque eius, et ipsa per totum seculo moriens, quasi non sibi nata sed inopum usibus tantum divinitus esset provisa, quidquid[f] habere potuit, regni videlicet censum toto orbe tributario iure vel etiam donario quaesitum, inter caetera virtutum insignia manibus pauperum in coelestes deportandum thesauros hilari mente et facie commendare non destitit. Vidimus namque eam creberrime, sed secretissime, more rusticarum ad id desiderabile sui opus succinctam, ne vel ipsa vestium prolixitas ullam sibi ingerere posset morulam, ambabus pro dextra manibus usam[g], tam diu pio huic institisse labori, quousque vacillante incessu non largitate sed corpore deficiens, necessario quietura vel modicum sese reclinaverit; id tamen in voto habens, ne vel sedendo, vel stando, vel quibuslicet occupationibus detenta, unquam[h] a familiarissimo sibi misericordiarum opere cessaret. Haec igitur postpositis quae esse videntur, non quod sint[i], quia transeunt, sed quod nobis sensuum qualitate degentibus esse videantur, ut dixi nobili illa hominis praerogativa ad ea quae vere sunt, quia nec ortum sui respiciunt nec finem, totam sese erigens nisu[k] ac meliori oculo superna semper intuens, tandem emeritae admodum aetatis, ad eum quem medulletenus sitiverat[l] 16. Cal. Ianuar. laborum suorum centuplicatam receptura mercedem, angelico stipata coetu, gloriosa migravit, atque in basilica Salisensi [55], quam ipsa in honore sancti Petri principis apostolorum pio labore construxerat, honorifice tumulatur.

a) c. e. *desunt; Leibn. ex Ann. Sax. recepit.* b) c) amicae *c.* *) vocis *c.* d) *m. 2. in margine post* et *scripta, sed ex Ann. Sax. et pro sententia hic statuenda erat.* e) Hathwinga *c.* **) apostoli *c.* f) quidque *c.* g) *ita L.* usa *c.* h) nunquam *c.* i) q. vere sint *Chr. Sax.* k) *ita corrigo;* visu *c.* toto se erigens annisu *Chron. Saxo.* l) *ita correxi ex Ann. et Chron. Saxon. et Necrologiis Stabulensi sec. XI. ineuntis et Murensi; codex habet XVII.*

55) Seltz in Alsatia.

1000 [a]. Cuius obitu post modicum comperto, imperator augustus ultra quam credi 1000.
potest moeroris nimietate afficitur; sanctam Dei ecclesiam, quae continuato [b] trium lapsu columnarum; quibus mira firmitate subnixa hactenus inconcussa steterat, domni scilicet apostolici, aviaeque suae praefatae imperatricis augustae, nec non amitae [c] suae imperialis abbatissae Mechtildis, discessibus vacillare, sibique iam soli inniti [d] conspiciens, curarum pondere gravatur. His tamen [e], quae ibidem vel in ecclesiasticis vel etiam in publicis rebus agenda erant, rite dispositis, patriam desolatam quasi consoloturus citato cursu adeundam deliberat; quod et acceleratissime fecit, non paucis ex Romano senatu una secum pergentibus. Transscensa vero Alpium difficultate, ut primo hisce [f] partibus pedem inferre potuit, tota ei Gallia, Francia, Suevia, equestri et pedestri agmine turmatim obviam ruit. Dominae eius imperiales, germanae suae sorores, Sophia et Adelheida, cum Saxoniae et Thuringiae utriusque sexus primis occurrendo, velut unicum unice [g] dilectum ac merito diligendum, ipso, ut ita dicam, corrideute mundo, unanimi gratulatione suscipiunt, ac cum eo pariter, quamdiu destinati itineris acceleratio patiebatur, debita caritate morantur. Ille vero euangelici non immemor praecepti, quo dicitur: *Primum quaerite regnum Dei*, iuxta morem parentum suorum imperatorum, omnia sua divina regi ac meliorari exoptans clementia, humili devotione in Sclaviam sanctum Adalbertum nuper pro Christo laureatum adiit, eiusque interventum obnixius petiit. Ibi summo conanime a duce Sclavonico Bolizlavone susceptus, xeniis omnigeni census ubique terrarum studiosissime quaesiti obsequialiter donatur; licet nihil tunc temporis ex his acceperit, quippe qui non rapiendi nec sumendi, sed dandi et orandi causa eo loci adventasset. In patriam revertitur, ac Quedelingnensi civitate sanctum pascha celebraturus, in ipso monte, ubi sanctimoniales feminae ritu canonico regulariter Christo deserviunt, per amorem dilectae suae sororis Adelheidae abbatissae coenam Domini, parasceuen quoque et sabbatum sanctum, nec non dominicam noctem resurrectionis, — si tamen illa iure nox dici vel appellari queat, quam triumphali luce Redemptoris omnium per totum mundum miro atque ineffabili modo splendere constat, — debitae venerationis obsequiis festive peregit. Unde in ipsis horis matutinalibus ad curtem suam totius senatus ac plebis expectationi satisfacturus redit, illamque septimanam regalibus impendens officiis, regendo, indulgendo, largiendo ac remunerando transegit; ac in octava pascae inde profectus, sororem suam Moguntiae, Coloniae, Aquisgrani, quam etiam cunctis tunc post Romam urbibus praeferre moliebatur, una secum summa veneratione fraternaque caritate comitante, remunerato Bolizlavone [h], perducens, aliquantulum temporis, quae coepto itineri congruere videbantur ibi parando, quievit. Sed dum nec cursum longius protrahere deliberatum, nec sororem quam intime diligebat, praefatam Adelheidam, praesentialiter amittere [i] posset, promisso tandem post se Romam veniendi firmiter inter se compacto, paululum lenito moerore, ille, ut decreverat, in Italiam ultima, proh dolor! profectione acceleraturus, illa monasterium cui specialiter praeerat revisura, utrique cassa spe ulterius sese in hac luce videndi, discedunt. At imperator augustus, emensis iterato Alpibus, peragrata Italia, Papiae aliquamdiu remoratur.

1001. Inde Romam proficiscens, sacrosanctum dominicae resurrectionis festum de- 1001.
bita ibi veneratione celebrare instituit. Interim callidus nequitiae autor totiusque doli repertor, mille ut est nocendi artibus instructus, reinduto quem, primos decepturus homines, quondam sibi aptaverat colubrino amictu, inter Romanorum praecordia serpit, venena inflat, linguis trisulcis, ut manus improbas sui causa ipso caesari inferre moliantur, persuadet. Sed dum opposito illi divinae pietatis clipeo a laesione imperatoris sese repelli coelitus conspicerent, quoscunque parti iustae faventes reperire poterant. cruenta caede mulctabant; nec ab illa seditione nefanda aliquo modo sedari valebant, donec invito furioso tumultu imperator, collectis suorum viribus, ab urbe prius prae caeteris amata sed ulterius prae cunctis detestanda decederet. Moestus, ut ferunt, in cuiusdam castelli munimina transvolat, ibique [k] pro ulciscendae assiduo tractatu iniuriae instantem penitus consummavit annum.

1002. Verum in ipso posterioris introitu, toto pene lugendus orbi, et ultionum eri- 1002.

a) *Hic codex pergit, numero anni omisso.* b) continuata *c.* c) amicae *c.* d) *ita L. ex Chron. Sax.* sibi *l.* s. anniti *c.* e) tum *c.* f) p. Galliae p. *Chron. Saxo.* g) unica *c.* h) belislavone *c.* i) relinquere *Chron. S.* k) *vocem ex Chron. S. recepi.*

1002. mine destinatarum[a] et aerumnis vitae huius caducae 9. Kalend. Februarii exemptus, in gremio Abrahae patriarchae magni, tempore futurae resurrectionis in melius coronandus ac felicius regnaturus, angelicis transvectus manibus collocatur. Cuius infortunii[b] eventum, ne procacitati hostium[c] citius intimaretur, hi qui aderant, occultando tegebant, quousque convocatis qui per castella dispersi vagabantur sociis[d], domini sui corpus efferentes, improvisi prorumpunt[e], pluribus tamen ibi ob penuriam equorum, heu sine spe vivendi! relictis. Cum vero res tanta diutius latere nequiret, hostes Romani his mature compertis, indebito ausu execranda omni aevo commovent bella. Armis instructi velut pro vita patriaque certaturi, defuncti corpus imperatoris, — qui dum supera vesceretur aura, ignorata etiamnum doli immanitate latentis, cunctis eos populis quasi privilegio quodam specialis praeposuerat amoris — impudenter distrahere, mirisque iniuriae modis sine mora mortuum excruciare, cui vivo nocere nequiverant, tetra[f] belligerando invasione pertentant; quos divina pietas totiens repelli, totiens nece crudeli multari permisit, adeo ut vix pauci, latibulis fugae sese dedentes, inglorii discederent. Nostri vero felici ubique victoria usi, depositum pretiosi ponderis thesaurum fideli devotione trans Alpium nivosa cacumina, iam tandem securi, deferunt. Quo comperto, Heinricus dux, ad quem summa imperii pertinebat, maxima comitante caterva, funeri miserando omnibusque digne plangendo admodum tristis occurrit, et ad Aquasgrani, quo vivens sitiverat, gemitibus multis mortuum corpus tandem perducit. Nec[g] mora, itur in templum; magno, ut ita dicam, huiusmodi honore, mixto scilicet intolerabili dolore, terrae commendatur suum plurimum[h] solatium; sed et omnium, ut credimus, qui aderant unanimi oratione spiritus coeli recipitur palatio. Interea modo multi diversa sentientes, dum quique sibi pro sua parte ius imperii raptum ire moliretur, Eghardus marchio in Palithi a[i] Sigifrido[k] et Udone pessime occisus est, plurimique suorum cum illo 2. Cal. Maii. Dehinc 3. Cal. Iulii praefatus Heinricus, nepos regalis, a Francis in regnum eligitur, insciisque Saxonibus Moguntiae a Willichiso unctus coronatur. Fama volat super his, dicens pariter in Mersburgiam illum quam citissime venturum; quod et factum est. Illo[l] Bernhardus dux et Saxonum primates cum decore suorum convenientes, benigne ab eo suscepti sunt, moxque dominum sibi illum ac regem elegerunt. Sed et Bolizlavonem Poloniae ducem occurrisse et regis gratiam sibi supplicasse, foedere pacis promisso, reperiunt; quae quia firma non fuit, postmodum patuit. Inde digressus, per urbes et loca provinciae aliquamdiu commoratus, quae agenda erant, prout tempus et res poscebant, prudenter disponebat. Dominae quoque imperiales filiae, Sophia et Adelheida, honorifice tanti nominis novitatem excipientes, quanta potuerunt caritate occurrerunt. Congaudent regi nepoti, quia non licuit fratri. Quas secum digno honore ducens, Cunigunda contectali sua una secum comitante, Patherbrunensem ventum est civitatem; quo periculosa inter Boiarios et Saxones orta est seditio, multorum morte subsequuta. In natali autem sancti martyris Laurentii imponitur corona benedictionis Cunigundae reginae; datur etiam Sophiae, imperatoris[m] filiae, abbatiae benedictio Gandeshemensis. Quibus peractis, rege Rhenum transmeante, quisque in sua rediere. Herimannus[n] dux cum Suevis regi restitit, et Francorum pars quaedam refragari coepit, multa inutilia perpetrantes, sancta loca exurentes, aliaque davastantes; quos tamen[o] Dominus citissime humiliavit.

1003. Heinricus rex Sclavos Milkianos[p][56] hyemali tempore invasit, et cruenta caede devastans, sibi subiugavit. Thangmarus[q] cum aliis interfectus est. Quadragesimali autem tempore Parthenopolim venit, diem palmarum ibidem acturus. Inde quam celerrime Quidelingnensem Metropolim, more avorum atavorumque priorum regum, pergens, cum optimatibus suis et populi confluentia paschalia festa peregit. Paucis interpositis diebus, Adelheidae domnae ac matris eiusdem precibus exoratus, cum regina iterum veniens, sancti Servatii gaudet interesse festis; postea Halverstadensi civitate sanctum pentecosten celebraturus. Hermannus dux ad extrema pervenit, et discordia a Suevis quievit.

a) ultionibus crimini destinatis? b) *ita correxi;* infortunum *c.* c) *m.* 2. d) *s.* facto agmine funerea processione d. *etc. Ann. et Chr. S.* e) prorumpant *c.* f) *ita c. sed Ann. et Chron. S.* terna *legunt.* g) Hac *c.* h) plurimorum? *Chronogr. Saxo habet:* plurimis clauditur magnum solatium. i) de 1. k) Syfrido *c.* l) Ille *c.* m) *ita L. ex Chronogr.* ipsius *c.* n) Hermannus *c.* o) *ita L.* et *c.* p) Milcienos 2. q) *ita correxi;* Thonginarus *c.* Thammo *apud Ann. Saxo.*

56) Budizin urbis expugnationem v. apud Annalistam Saxonem.

1004. Rex Heinricus de Francia in Italiam veniens, sanctum[a] pascha ibi acturus. 1004.
Sed adempto gaudio, rebellium multa milia iussit interimere gladio, omnibus simul aedificiis Papiae exustis, quae veterum instruxerat industria illustris. Fulgura et tonitrua eodem anno simul cum nimia et terribili turbine venerunt, perterritis ubique terrarum populis. Et rex de Italia regressus, parvo post tempore Bohemiam, quam Bolizlavus Polinensis iniuste possederat, pugnaturus intravit. Sed tamen, Deo adiuvante, tota illa gens sese cum pace suaque omnia regi dedere, et ille tyrannus Bolizlavus contumeliose evasit; rex vero, Deo gratias, victor cum suis exivit. Herolfesfeldense[b] monasterium a rege, antiquo patrum iure destitutum, magnum patitur damnum, spoliatur bonis, orbatur filiis suis; et quos congregarat atque educaverat regnante Carolo Pippini filio, 170 ac novenis annorum circulis, peccatis exigentibus, perdidit istis temporibus.

1005. Interim ipse rex, ira permanente contra Bolizlavonem, reparato agmine Polo- 1005.
niam[c] accelerans, fugientem insequitur, suam iniuriam quasi defensurus, sed proh dolor! multos perditurus. Bernhard et Isi, Thiedbern et Bernhard[57], cum aliis occisi. Rex 57
vero, quamvis dolens, assumpta non bona pace, cum lachrimabili revertitur[d] exercitu, portans secum corpora mortuorum. Obiit Kiesut.[e]

1006. Balduinus in Gallia elevatur contra regem cum Landberto in Valentia[58], civi- 1006.
tate non sua. Quod rex aegre ferens, eo in expeditionem properat, plurimo sudore suorum longo tempore frustra ibi commoratus[g], sicque ficta[f] pace revertens.

1007. Ad civitatem Ratispona pervenit, dominicam resurrectionem ibidem concele- 1007
brans; simul etiam recenti suorum caede corde tenus tactus[h], mittit legatos ad Bolizlavonem, bellum se sitire, bellum demandat contra se parare: sed fama iterum de Balduino non bona percrebuit, quae, id ne fieri posset, prohibuit. Quo[k] celeriter reversus, et sanctae ecclesiae precibus adiutus, quem reliquerat hostem, gaudet recepisse inbellem[i], adversariis in pace sibi reconciliatis. Bolitzlavus interim dux, incursu Saxonum ex legatione regis concitus, audaci bello[k] elatus prope Parthenopolim pergens, omnem Sclavoniae eo loci provinciam vastat, incolas aut neci tradidit aut captivos colligari praecepit, donec ripam Albiae fluminis attigit; ubi superba quaedam iactans verba, obstante summi regis milite sancto Mauricio[l], suae non compos voluntatis, revertitur in propria, ducens secum in vinculis fortes viros Saxonum, Liudolfum, Tadilan et Tadi. Rex talia[m] audiens, animo dolet; hortatur suos, ne id inultum ferrent. Sed eiusmodi affectum, nescio quo obstaculo, nullus etiamnum sequitur effectus. Calend. Iunii obiit Hermannus comes, frater Arnulfi episcopi.

1008. Bertlalis[59], humilis ancilla ancillarum sancti Servatii, induxit animum adire 1008.
limina apostolorum Petri et Pauli, pro se et domnae Mechtildae animae absolutione suorumque salute profecta. Itaque 8. Idus Ianuarii, postposita omni adversitate, per abrupta montium, per convalles terrarum, non modice laborabat in transmeatione fluminum, dummodo, quod amabat, videre contigerit. Tandem Romam pervenit gaudens. Ergo accessit, amplectitur sancti Petri sepulchrum[n], deosculatur, et quorum causa adve- nerat, flebiliter ibi peroratis, nec non aliorum sanctorum patrociniis salutatis, Deo gratias referens, incolumis cum suis revisit patriam. Stella paschalis hebdomadae feria secunda media die visa est 6. Idus Aprilis. Obiit Liudolfus Trevirensis archiepiscopus, cui successit Magingoz[o]. Obiit Notgerus[p] Laudovicensis[q,60] episcopus, cui successit Baldricus, moribus praeclarus. Eodem anno Atalpero clericus, reginae frater, regi adversarius abominationes multas concitavit, contra omne ius et fas Treverim cum suis sibi mancipavit, sicque discessit. Compertum cumque id regi foret, ilico suas copias colligens advenit; Lutharios sibi resistentes palatio obsedit, 16 hebdomadas ibi habens. Illi tandem[r] fame coacti, falso dextras dedere, regem et suos remeare fecere[s], in sua perfidia nihilominus permanentes. Obiit Hildericus Havelbergensis episcopus, cui successit Ericus.

1009. Subita et nostris temporibus insolita aquarum refusio facta est 3. Id. Ianua- 1009.
rii, feria secunda, luna 10, multis damnum inferens, 7 diebus in sua rabie perstitit.

a) secundum *c.* b) Herolfeldensis *c.* c) poloniae *c.* d) reverteret *c.* e) *deest c.* *) Kiesut [Piscut] *L.* f *ita L.* victa *c.* facta *Chr.* g) dictus *c.* h) in Galliam *Chr.* i) in bellum *c.* k) animo *Chr.* l Mauricon *c.* m) Italis *c.* n) periculum *l.* o) Matingor *c.* p) Hotgerus *c.* q) Landovicensis *c.* r) tamen *c.* s) ferire *c.*

57) militea Halverstadenses. 58) Valenciennes. 59) [Bertradis] *L.* 60) Leodiensis.

1009. Obiit Retharius[a] Patherbrunensis episcopus, cui successit Meginwerck[b]. Sanctus Bruno, qui cognominatur Bonifacius, archiepiscopus et monachus, 11.[c] suae conversionis anno in confinio Rusciae et Lituae a paganis capite plexus, cum suis 18, 7. Id. Martii petiit coelos. Obiit Wigbertus Merseburgensis episcopus, cui successit Thiatmarus. Sed et dominica die palmarum guttae sanguinis in quibusdam locis vestimentis hominum instillabant. Sol nebula horribili et[d] colore stupendo mutatus, mirantibus intuentium oculis velut sanguineus ac minor se visus terrorem incussit 3. Cal. Maii, feria 6, luna 1; duobus diebus tales minas ostendens, tertio die vix proprio lumine vestitur. Pestilentia et mortalitas graviter secutae sunt. Rex iterum magno dolore simul et ira commotus, in Franciam revertitur, et in pluribus locis multa damna perpetrata sunt: ibique peracta
58 aestate rediit in Saxoniam[e] sine pace. Dedti comes iter agens a[f] Werinzone[58] et Friderico patruele eius de improviso cum dolo interfectus est. Incendia plurima facta sunt per loca, ita ut et[g] homines in quodam vico exusti interirent. Fecit[h] Fricherum comes[i]. Machtildis, regiae sororis filia, obdormivit in Domino. Moguntiae quoque basilica nova cum omnibus aedificiis cohaerentibus miserabiliter consumitur igne, sola veteri ecclesia remanente, 4. Cal. Septembris, feria secunda, luna 6. Tonitrua et coruscationes hiemali tempore saepe fiebant.

1010. 1010. Ansfridus episcopus, meritis praeclarus, primum imperatori terreno armatam militiam fideliter administrando, deinde creatori humiliter obediendo, divinis se mancipavit praeceptis. Ideo virtutibus enituit insignis; calcatis terrenis, intra angelicos iam laetus choros aeternis fruitur bonis. Eodem anno rex in expeditionem suas contrahens copias, Poloniam Sclavoniae quaesiturus, sed quo velle ducebat, minime perventurus, cum paucis media revertitur via, gravi ingruente aegritudine; caeteris, ut erant bello parati, plurima devastantibus loca multamque praedam secum reportantibus. Basilica in Von-
59 gerestorp[k][59] fulmine terribiliter interiit. Sed etenim cometae visi sunt.

1011. 1011. Bernhardus dux, a rege secundus, multigenis sapientiae scientiae pietatisque donis fecundus, invehitur coelos, sanctae ecclesiae multa tempora lugendus. Quem lamentatione dignum, 18. die moriens secutus est Liudgerus comes, frater suus. Pestilentia et mortalitas, inaudita tempestate ubique gentium monasteria, castella et oppida devastantes, desaeviunt. Hiems insolita pruinarum asperitate importune longa, ita ut solis calore insolubilem multum temporis glaciem retineret, ac multa corpora hominum languida redderet. Obiit Willigisus archiepiscopus, cuius loco subrogatur Erkenboldus Fuldensis abbas, merito gaudens, patris nomine retento, et pastoralis culminis honore suscepto. Obiit Asico[l] presbiter inclusus. Eodem anno 3. Calend. Augusti, feria secunda, luna 26. cecidit glacialis grando ingens et horrenda. Thietdivus abba[m] et ... monachus, Adhela[n] Romae inclusa, coeli conscendunt[o] secreta. Hoc etiam anno saeva mors de obitu Hildegardis ductricis miserabile lamentum intulit, dum reliquit, quod doluit. Abstulit et de regali stemmate gemmam Machtildam abbatissam, Liudolfi filiam. Suithgerus[o] episcopus migravit ad Christum, cuius loco subrogatur Thietricus. Ventus ingens plurima aedificia subito turbine subvertit, et multa alia damna commisit. Ipso anno rex Tribuiam venit, et nova caede suorum merito gemit; inter quos, quasi pacis gratia irruentibus adversariis regis, Heinrico et caeteris, capto Thiedrico duce patruele suo, alii gladio interiere, alii vero vix poterant evadere.

1012. 1012. Obiit Erluinus Camerinus[p][60] episcopus, cuius loco ordinatur Gerhardus. Obiit Hermannus puer et dux, regis consobrinus. Eodem anno quadragesimali tempore monacho cuidam in extasi rapto ostensa est visio mirabilis, quae quantum terribilis impiis, tantum praedicatur laudabilis piis. In Bavanbergensi castello Franciae dedicatio ecclesiae facta est, 10. anno regni Heinrici regis, 2. Non. Maii, 36 episcopis in id operis destinatis. Intererant etiam regio gaudio dominae sorores abbatissae, Sophia et Adelheida, quod erat insigne decus imperatoriae aulae. Aderat et incredibilis frequentia cleri ac populi, inter quos multis reis indulgentia a rege donata est, aliis venia repromissa.

a) recharius *c.* b) Metinwerck *c.* c) XII. *Chr. Ann. S.* d) ex *c.* e) *ita correxi ex Ann. S.* Hispaniam *c.* f) de *c.* g) in *c.* III.? h) *ita emendavi, Annalista duce;* exusti. Interfecit *c.* i) Comitem 1. k) *ita emendavi* Vngerestorp *c.* l) *ita Ann. Saxo;* Etsico *c.* m) abbachus *c.* n) *ita Ann. Saxo.* Deddile *c.* o) suthgerus *c.* Suicgerus Monasteriensis episcopus *Ann.* p) Cameracensis *Ann. Saxo.* *) consendunt *c.*

58) Werenhario marchione. 59) Wunstorf. 60) Cameracensis.

Obiit Tagino archiepiscopus Parthenopolensis, meritis praeclarus, cui successit Walthar- 1012.
dus, sapientiae scientiaeque luce fulgidus, pietate nulli secundus. Obiit Vunger episcopus[a]. Obiit Thietmer presbyter et monachus. In quadam villa Saxonicae Sueviae, Cocstede[60] 60
nomine, nati sunt gemini fratres cum dentibus, os habentes quasi aves[b], alter vero dextrum brachium dimidium, ut ala avis[c]. Tertia nativitatis die dicuntur inter se risisse. Quos civili contigit consensu mori, quia eos diu vivere erat omnibus timor. Eodem anno in Francia, vero non longe a Colonia, viro cuidam dira miserae mortis inducitur ultio, quod muribus invisibiliter incredibili modo corrosus, multis suorum curationibus frustratus, ad extrema usque pervenit. Magna etiam a piratis devastationis clades facta est in partibus aquilonis in provincia una[d], ita ut multis interfectis, aliis miserabiliter captis, exustis insuper plurimorum aedificiis cum pertinentibus bonis, pauci vix veluti nudi evaderent. Terrae motus per loca fiebant. Hoc etiam anno commotio aeris cum tonitru et fulgure et inundantia pluviarum tanta facta est 4. Id. Augusti, ut biduo perseverans, perplurima damna perageret, domos multas cum suis utensilibus, nec non acervos frugum pessundaret; homines quoque periclitarentur. Waldhardus archiepiscopus extrema sortitus, cum Christo felicius victurus, vixit post obitum Taginonis[e] antistisis ter terno hebdomadarum numero et nocte una. Sedit autem in episcopatu septem septimanas noctesque binas, trinum et unum Deum ore praedicando, unctus spiritu sancto, pacem in invicem et in omnes ecclesias Dei in dilectione Dei et proximi praeparando. Post eius mortem Bolizlawo[e], multis milibus[f] suorum contractis, Dalmantiae[**] terminos occupavit, urbem Coloci[61], noviter instauratam dolose expugnat, et utrin- 61
que magna strage peracta, cum captivis nostris domi reversus est. Conradus dux regiae stirpis humanum debitum exolvit. Heinricus rex ad festa sancti Martini Confluentiae veniens, magnam synodum habuit, Thiedoricum Metensem episcopum caeterosque sibi rebelles causa damnandi, si nollent converti, et alia perplura ibi acturus. Quod regis decretum illi aliquantulum timentes, legatos de pace miserunt veniam precando. Quorum voluntati rex, recenti vulnere saucius, non satisfecit, sed consilio tamen fidelium suorum Moguntiae se videndi licentiam dedit. Quo[g] quidam ex illis venire neglexerunt; alii regis imperio, ut decuit, paruerunt; inde non integrae pacis[h] gaudia reportantes, sed firmandae[i] adhuc suspendia expectantes, reversi sunt in sua. Expulsio Iudaeorum facta est a rege in Moguntia; sed et quorundam haereticorum refutata est insania.

1013. Duae lucernae ardentes, mundo subtractae, reconduntur coelo, Lievitzo Ham- 1013.
maburgensis[k] archiepi opus, et Wonleph presbyter et monachus solitarius. Episcopus autem vi febrium correptus, cum laboris sui praemium imminente iam morte a Deo speraret, ut erat nimiae caritatis, providebat suis portum salutis. Erat ei quidam vicarius inter clericos specialius familiaris, quia nobiliter fidelis, Odda, quem divinae humanaeque legis scientia adprime eruditum, episcopatu dignissimum praedicans, ipse primus sancta oratione in id operis elegit; deinde cleri ac populi unanimiter acclamantis eadem vota persensit, ac sic laetus obdormivit in Christo[l]. Sed regis animus immitis[m], et habendi misera sitis, renuit supplicantium preces, contemnendo flentium voces. Succedit huic honori Unwanus archiepis opus; iste vero Dei gratia servatur melioribus vel locis vel temporibus[62]. Heinricus rex a Bolizlavone multis obsecrationibus exoratus, Parthe- 62
nopolim venit, ubi isdem[n] Bolizlavo filium suum cum variis donis in occursum regis honorifice misit; et utrimque pace compacta, filium laetus recepit, iussus regem quotocius ipse videre. Inde rex Werla divertens, aliquandiu ibi commoratus, ut moris est, multa disposuit. Statuit et se sanctum pascha Aquisgrani acturum; quod ne fieret, repentina et gravis infirmitas distulit, quae divinitus tantum ei timorem mortis incussit, ut alios dignitate exutos, alios suae gratiae dulcedine iniuste privatos, remittendo priori redderet loco. Convalescens autem, necessitate cogente Patherbrunensi monasterio festa paschalia celebravit, quod eatenus regibus insolitum fuit. Tempestatis validae horrida tenebrositas homines subito perterruit; quam fragor et ignis subsequuntur, et in locis

a) Wugerus Posnaviensis episcopus *Ann. Sax.* b) c) ancae *Ann. Chr.* d) ? — Unna *Ann. Chr. S.* e) tagionis c. e) Bolizlawa c. **)dalmaniae f) militibus c. g) Quod c. h) paucis c. i) firmanda c. k) Hammabuensis c. l) Chr. 2. Non. Febr. *Ann. S.* m) *Ut hoc loco, ita saepius Annalista versibus scripsit.* n) eisdem c.

60) Kochstedt. 61) Löbau, Libije, Lobije; Annalista *Libuzüam* scribit, Chronographus *Eoloci*. 62) obiit a. 1018, haec igitur annalium pars antea scripta fuit.

1013. quibusdam ecclesias subvertentes multa alia damna commoverunt, Idus Maii luna 1. feria 6. Heinricus in sancto pentecosten, maxima confluente caterva, Meresburg se colligens, obvium habet Bolizlavonem cum magno apparatu diversorum munerum, pacis gratia sua omnia seque dedentem; quem benigne suscipiens, paucos dies secum morantem, ut par erat regiae dignitati, claro honore adauctum, non tamen sine sui regni detrimento, permisit remeare. De Sclavonia et multi nuncii venerunt, quibus interfuit Othelricus de Bohemia cum donis etiam honorans faciem regis; cui, licet inter se et fratrem suum Geramirum et praefatum Bolizlavonem ira permanente, laeta succedunt, dato honore patriae, misso in exilium suo fratre. Obiit Eguardus presbyter et monachus in claustris. Rex sapiens Heinricus, stultorum forsitan depravatus consilio, Fuldensis monasterii bona miserabiliter diripuit, dum sibi fratrum vita displicuit. Data occasione corrigendi, invaluit potestas destruendi. Diffugiunt hac et illac vagantes, qui erant coenobitae, iugum Christi portantes. 270 annis a Carolo primo eo loci serviebant Deo; nunc nostris temporibus, proh dolor! spectaculum facti mundo, et sibimet dolori et aliis manent timori. Commotio quoque aeris valida et hoc anno fiebat, ut per plurima loca aedificia ruerent, et res quaedam pretiosae a fulmine tactae interirent. In monte etiam Luniburgensi[a] horribilis hiatus terrae patuit, ipsi templo minas ruendi praebens, et incolis timore perterritis spem confugii funditus ad tempus auferens. Rebus in Saxonia rite dispositis, rex Italiam secundo intravit. Eodem anno inundatio aquarum nimia facta est, multa damna ferens, 18. Calend. Ianuarii, luna nona, feria 3.; quod rex parvipendens, iter quod coeperat peregit, natalem[b] Domini Papiae honorifice celebravit. Hoc etiam anno 1013. contentio magna facta est in monasterio Geronis magni marchionis inter Arnulfum episcopum et Geronem comitem, ita ut ex parte episcopi quidam periculum pugnae vix evaderent meritis sancti Cyriaci martyris, cuius festis intererant, praesente Hatewiga abbatissa.

1014. 1014. Item diluvium venit. Rex Ravenna properans, habita sinodo[c] Arnoldum fratrem suum, episcopali dignitate prius donatum et quorundam vi redire coactum, auctoritate papae ac cuncti senatus consilio revocat, archipraesulem digno honore stabilivit, aliisque ibidem rite ordinatis discedens, Romam pervenit. Ivit obviam tota civitas; licet dissono voto, tamen, ut par erat, suo domino dant laudum praeconia, extollentes ad sidera. Quo sibi et contectali imperatorium nomen obtinuit. Paucos ibi habens dies, publica re, ut putabat, bene disposita, et immensa pecunia ubivis locorum congesta, accelerat iter ad patriam, non sine damno multorum. Multi autem obsides et alii Romanorum custodiae traditi, imperatore redeunte callide fugam inierunt, violantes pacem et belli rursus consilia captantes. Hoc etiam anno sol et luna aliaque sidera dant metum tristium signorum, quae mox pestilentia saeva et mors subitanea sequuntur. Sed et Misico, Bolizlavi filius, ab Othelrico Bohemico capitur, dolo caesis eius comitibus; ac imperatori praesentatus, custodiae traditur, sicque patris dolor renovatur. Bonae memoriae Hatwiga abbatissa[63] obiit. Obiit et Bernharius episcopus Fardensis, cui successit Wikkier praepositus Coloniensis. Hoc anno imperator Corbeie[d] venit ad visitandos fratres, quorum vita sibi displicuit, et eam imperiali auctoritate corrigere voluit. Unde plures illorum instituta patrum defendentes, et plus iusto contra ius imperii saevientes, heu misere desipiunt[e], cum percussi in maxillam, non praebent alteram, ut monachi, sed sine consilio rebelles male parant pugnam. Quid[f] deinceps actum sit, nostris temporibus magis[g] est stupendum quam stilo commendandum. 17 tamen ex illis capti custodiae traduntur; caeteri vero imperatoris iussa sectantur. Eodem etiam anno imperatoris caritas domnae Adelheidae tradidit duas sorores[64] cum filiabus suis et pertinentibus bonis, Gheronis quondam marchionis monasterium[65] Cal. Novembr. feria secunda, quod ob monumentum suae animae suique filii construxerat, ac nurum suam, Hatuwigam videlicet, religiose conversantem congregationi sanctimonialium praeposuit; et Frethunensium nobilem congregationem 4. Non. eiusdem, feria 3. Quibus acceptis, ut decuit tanto nomini, nobiliter enutrit, amplectitur, fovet; et egregiae matris ac amitae[h] sapientia, qua se instruxerat, informata, ne vel merito vel exemplo cuiquam

a) Luniburgnensi *c.* b) natales *c.* c) si dono *c.* d) Corbere *c.* e) decipiunt *c.* f) quod *c.* g) *deest c.* h) amicae *c.*

63) Gernrodensis. 64) *i. e.* duo monasteria. 65) Gernrode.

in id institutionis inferiores viderentur, omni pietatis studio diligenter edocet. Imperator quorundam precibus persuasus, Bolizlavoni remisit filium suum incolumen. In Bohemia, iubente Othelrico, multi innocenter occisi sunt. Res miseranda nimiumque stupenda contigit in partibus occidentalium regionum 3. Calend. Octobris feria quarta Walachri[a] et Flanderi. Horrendae nubes apparuerunt, quae per tres noctes, miro modo immobiles, minas intuentibus dederunt; tertia vero die tonitrui inauditus fragor adveniens, turbavit maria, ut terribiliter intumescerent, et incredibiliter crescendo nubibus inhaererent. Cumque gementes incolae repentinae calamitatis miseriam in tantae inundationis mole conspicerent, et sicut post mortem Iuliani apostatae naves ad praerupta montium penderent vel in antiquum chaos omnia redirent, timore mortis percussi, terga vertere coeperant; sed peccatis praepedientibus multa milia hominum subito fluctibus interierunt, quia vultum Domini iratum effugere non potuerunt. Heinricus imperator Meresburgiae paschale festum peregit. Ibi Bolizlavo omnia munera quae illi miserat, simul cum gratia perdidit, dum illum legatione superba infestum reddidit. 1014.

1015. Etiam hic in Walbeki diem palmarum agens, nuncios de Italia sibi in sacramenta constrinxit; et inde digressus Ernestus dux[66] in venando periit a suis incaute. Commotio quoque aeris et ictus fulminis eodem anno damna periculosa intulerunt quibusdam partibus monasterii sanctae Mariae in monte occidentali. Imperator igitur iterum Corbeienses invisens, privilegia et consuetudines aliquas priorum, quas 239 annos, Ludovico pio dante, habuerant, potestative[b] mutavit, et[c] amoto monasterii p tre, ignotum et bonum fortasse illis adduxit, qui quasi doctior errata corrigeret, et devios sanctae regulae tramitem cautius incedere doceret. Inde illi nimium moerentes vitam suam, quae cunctis pene monachis exemplo claruerat, vilescere ingemiscunt, seseque mutuo hortantur, potius discedere quam iniuriae subiacere. Sicque factum est, ut pauci admodum superessent, caeteris seculo, miserabiliter vagando, occupatis. Sed multis iterum Dei gratia conversis, placuit se subdere regulae quam vana diligere. Addidit etiam imperator hoc anno legationem mittere ad Bolizlavum pro restituendis regionibus, quas abstulerat. Ille, ut solebat, superbe respondit, se non solum propria retinere velle, quin potius non sua diripere malle. Ad haec imperator merito indignatus, bella parat, fortiaque virorum milia vocat in arma, cum quibus haud mora Poloniae attigit fines. Cum in primo aditu divina adsunt solatia; hostes terga vertere, alibi nongentos gladio succumbere, ipsum quoque Bolizlavum a facie eius eminus evadere. Sicque gaudet animo, suo satellite etiamnum salvo, excepto Hodone[d] iuvene egregio, qui viribus imbellis cum paucis, fortibus tamen, intrepida morte laudabiliter occubuit; cuius cadaver, ut ferunt, a Misicone filio Bolizlavi lachrimabiliter sublatum, omnibus necessariis diligenter appositis, suis redditur reportandum. Imperator vero dolet, sibi quemque periisse, cui prius contigerat triumphasse. Unde consilio suorum admonitus, collectis[e] copiis exercitum iubet redire. Illi ut erant ignari viarum, per silvam quandam tendunt ad locum, qui vix tantae multitudinis capax, undique interfluente[f] palude et frondium cingente corona, brevem praebet lassis quietem. Conveniunt primates caeteraque iuventus, suis viribus victoriam iactantes, et pro iteranda strage absentibus inaniter minitantes. Nullus, ut decuit, Deum coelorum et regem regum studet laudibus extollere, et pro collatis beneficiis dignas ei grates referre, vel de futuris preces effundere; ideo[g] contigit nobis deflere. Cingitur interim miles collectus subita formidine belli, assunt hostes de insidiarum latibulis, memores iniuriae civium. Hos recessus gladiis[h], illos spiculis iaculisque excludunt. Exoritur clamor, et si quod erat gaudium, moerore confunditur, dum utrimque dure pugnatur; et pars inimica cessisset, si nostra peccata non revocassent. Sarcina cuiusdam Friderici periclitabatur; et ipse, dum vult succurrere suis, coram cunctis prosternitur. Iterum redintegrato dolore Gero comes miserans casum morientis amici, medios fertur in hostes; nunc hos valida dextra ruinae, nunc illos frementi proterit equo. Tandem nimia caede lassatus, gloriosae mortis pocula inter multos degustavit primus. Ceteri vero, ut se in arcto positos vident, Deum sibi poscunt placatum gementes, quem cognoscunt iratum. Sed non poterat sententia avelli, quia constat illos

a) Walachi *c.* b) protestatiue *c.* c) ex *c.* d) Hodan 1. Vdone 2. e) *ita L.* collocatis *c.* f) interluente *c.* g) *c. at* ideo *Chr.* h) gladius 1.

66) Alamanniae.

1015. pro Christo mori. Non erat locus evadendi vel ulla spes vitam sperandi, sed mortalia sua indubitanter illi voverunt[a], qui et mortificare solusque potest vivificare. Certant
66 deinde quam plurimi pro patria fratribusque, et maxime milites Mauriciani[66], sectatores Domini, procumbunt fortiter, illi obsequendo, ut conspiraverant constanti animo. Adelheid, Ira, Thietmer et Gera, Doda et Volcmer, cum aliis multis felicius vivant in coelis. Eido Miseniensis[b] episcopus depositum fidele reddidit coelo; cui successit Agilwardus. Megingoz[c] Treverensis archiepiscopus obiit; cui Poppo successit.

1016. 1016. 3. Id. Februarii, luna 30, sabatho collisiones nubium horrisonae[c], cum crebra coruscatione et imbrium nimietate, plurima subruunt[d] aedificia. Imperator in Padarbrunnan paschalia festa rite celebravit. Heinricus comes bonae memoriae obiit. Wigman[e] comes occidentalis Saxoniae, inter se et Baldricum comitem reconciliata pace, persuadente callida perfida et avara coniuge eiusdem, insidiis pessimorum in itinere dolose peremptus occubuit.

1017. 1017. Heinricus imperator hoc anno in Ingilaheim paschalibus gaudiis festivus in-
67 terfuit. Eodem anno in coenobio monacharum[67] 8. Cal. Martii dedicata est ecclesia sanctae Mariae semper virginis, et in Magadeburch exusta est ecclesia sancti Iohannis baptistae cum monasterio et uno monacho. Imperator etiam hoc anno iterum castra movit contra Bolizlavum, sed nimia pestilentia et mortalitate populi obstante, sine belli effectu rediit in patriam. Cui ilico nunciatur, Gerhardum in Francia, plurimis civili gladio peremptis, multa mala concitare. Unde turbatus, illo ire paravit. Eclypsis lunae facta est 7. Idus Novembris. Obiit Thaetdeg Pragensis episcopus, cui successit Eghardus Nianburgensis abbas.

1018. 1018. Imperator Heinricus natalis Domini festum agit in Franconofurt, et sanctum pascha in Niumagun[f]. Et hoc anno Bolitzlavo, per nuncios reconciliata pace, imperatoris gratiam recepit. Cometa etiam eodem anno diu visus est, qui[g] luctum nimiae devastationis per Thiadricum Galliae partibus, pestilentiam insuper et mortalitatem misero mundo nunciavit. Qua clade obiit Baldricus Leodicensis episcopus, cui Fulmodo successit. Heinricus[h] Wirtzeburgensis episcopus, Thiatmarus Mersburgensis episcopus, Arnoldus archiepiscopus Ravennatus, Odda venerabilis Magadaburgensis presbyter, Athilger Halberstatensis praepositus, aliique perplurimi nobiles utriusque sexus de hac luce abstracti sunt. Thiatburg[b] Bernhardi marchionis filia, seculi onere abiecto, pie conversa, coelesti locatur in aura.

1019. 1019. Imperator natale Domini Pathelburgensi civitate celebrato, Gosleri quadragesimale tempus transegit. Inde Walbiki iter agens, comitante imperatrice et venerabili sua nepte Adelheida Quedelingensi abbatissa, una cum episcopis ac collecto utroque sexu familiae Dei, laudes divinas studiosius alternante, diem palmarum laetus solenniter celebravit. Deinde Mersburg paschalia gaudia celebraturus pervenit, quo multorum nequitia manifestata, digna est poena mulctata. Hoc ipso anno Fridericus, frater Cunigundae imperatricis, defunctus est. Sed et praefatus Bolitzlavus Ruciam auxilio Saxonum sibi subegit. In ipso anno consobrini imperatoris, filii Hermanni comitis, cum Thiatmaro Bernhardi ducis filio rebellare coeperunt; qui tamen comprehensi custodiae deputantur. Interim Thiatmarus[i] fuga elapsus patriam repetit; sed statim non post multos dies omnes pariter imperatoris gratia condonantur. Haec igitur perturbatio ad tempus sedata.

1020. 1020o anno Bernhardus iunior dux, frater Thiatmari, congregato occidentali exer-
68 citu imperatori rebellaturus, Schalkesburg[68] intravit; quam idem imperator cum suis obsedit. Sed Bernhardus iustitia cedens, interpellante imperatrice, gratiam imperatoris pariter cum beneficio patris obtinuit. Eodem anno hiems solito asperior atque diuturnior inhorruit, dura adeo, ut ipsa vi algoris plerique extincti occumberent; quam etiam prius inaudita clades mortalitasque subsecuta, totum pene orbem subitaneo vastans occasu, in momento inque oculi ictu incolumes, ac sua quasi de sospitate certissimos, in ipsis nec non epulis laetissimos, inopinato subtraxit. Inter haec ergo communia ac

a) *ita correxi iam Cl. Hauptio monente;* nouerunt *c.* b) Agil Misanicensis *l.* c) Megingor *c,* c) horrissimae *c.* d) subruit *c.* e) Vuigmon *c.* f) Nunnagun *c.* g) quae *l.* h) Heribrach *c.* h) *hanc sententiam loco suo post praepositus movi.* i) *l. c. legendum T.*

66) i. e. Magdeburgenses. 67) Quidelingeburg. 68) Hausberge ad Wisaram supra Mindam.

metuenda dispendia Metropolis nostra, iudicio divino nunquam iniusto, gravi viscere te- 1020.
nus percutitur ulcere, quatuor sororibus — Emerita una, in famulitio Christi Sisu nominata, duabus ceteris, Othellulda[a] marchionis Thiedrici filia et Thiedan, dignitatem generis morum probitate vincentibus, Hennikin quoque, quae minima aetate licet esset et ordine, optimae tamen indolis — una velut horula subtractis[b]; ante quas, ipsa sanctae parasceues illucente aurora, Lucia, devota pauperum ministra, emenso[*] mundi istius pelago, portum ad usque beatae quietis, Dei gratia duce, provehitur. Hoc igitur in tempore, quod nullis retro seculis compertum novimus, papa apostolicus cum Heinrico imperatore augusto coenam dominicam festumque paschale in Pabenberg[c] decenti fertur excoluisse ministerio; ibique imperatoris ac principum debito obsequiorum ritu aliquandiu honorifice tractatus, multiplici opum copia donatus, dominam mundi, Romam scilicet, apostolica sibi sorte commissam, laetus, locuples revisit ac sospes. Deinde in 15. Calend. Augusti, feria 2, luna 23, incipiente hora diei 3. usque post 6. apparuit circulus magnus circa solem, colorem Iris habens, quem alii quatuor lucidiores circuli binis locis in modum crucis complexi sunt. Attamen tribus rarescentibus, duo, id est medius et aquilonaris, diutissime perstiterunt[d]. Interim Otto quidam, nobilium satus prosapia Francorum, illicito sibimet matrimonio incaute ascito, dum ab Arkanbaldo, Moguntinae sedis archiepiscopo, saepius ecclesiastico more pro hoc eodem corriperetur incestu, coeco furibundus amore, dispositis circumquaque insidiis, nefandam eidem christo Domini parat inferre manum. Sed divina id sceleris prohibente clementia, elapso frustratus antistite, socios qui navali eundem sequebantur itinere invadit, capit, custodiae tradit, multisque inhumane iniuriis tractat; eo ferociorque, quo sibi, quem ultra ius et fas sitiverat[e], praesulis sanguinem ablatum dolet. Quod cum imperatori augusto celeri legatione defertur, habita cum episcopis totiusque regni primatibus deliberatione, primo per nuncios, deinde per amicos perque semetipsum, ab hac inani tentat revocare vesania; quibus omnibus rebellem refragantemque communi assensu anathematis damno subigunt[**], ut vel sic iam timore poenali tactus, civibus matris ecclesiae, dignis poenitentia lamentis, reddi studeret. Quae ille omnimodis despectui habens, copias suas cum coniuge in quandam arcem Hammerstein vocatam contrahit, quam naturae ope, non hominum arte, saxigenis undique molibus muratam Rhenique circumferentia adeo munitam[f] ferunt, ut difficilem cuilibet vel obsidendi vel quoquo modo oppugnandi pandat accessum. Hunc ergo locum imperator augustus, iustitiae fidens, omnigeno obsidionum genere circumligat, nec ullo rebellibus vel aditu vel exitu concesso, ipsum, dominici natalis diem ibidem agens, adeo minuit, ut qui semet non armis, non armatorum milibus cessuros meminerant, famis iniuria tandem perempti, sola huius vitae suspiria paciscendo, instante celebri per orbem Stephani protomartyris festo, se suaque omnia imperatoriae dedunt potestati. Dignum namque erat et iustum, ut qui eodem die pro inimicis inter cruentos lapidantium ictus pie exoraverat, amicis, matris videlicet ecclesiae filiis, pacem suo reconciliaret interventu. — Res mira cunctisque inaudita seculis, incolis septentrionalis plagae accidisse dicitur. Nam Albis ac Wisara[g] fluvii insolita inundationis mole non solum alveos suos egressi, sed ab ipso imotenus fundo qua nescio immani ventorum violentia evulsi, oppida, rura, cuncta circumiacentium late confinia terrarum, ipsis quoque collibus ac montibus, quos natura quadam prae ceteris sublimitate munierat, altius insurgendo, mersisse, et quod his miserabilius[h] ac omni incredibilius est auditui, villas integras, nequaquam soluta aedificiorum compage, cum inibi degentibus de alia in aliam transvehendo ripam, eadem qua prius positione constituisse. Inter haec ecclesiam quandam, pia maiorum diligentia olim constructam, opulentis fidelium ibidem confluentium votis rite ditatam, eodem quo et cetera impetu, pristino omnimodis statu evulsam, alibi translatam affirmant. Supradicti quoque fluvii, Wisara[i] et Albis, ternis dierum vicibus ac noctium[k], flammivomis contra naturam superficietenus visi sunt arsisse vaporibus. Quid de cadaveribus referam? quorum numerositas, omni humanae aestimationi difficilis, in plures quasi aggerum cumulos concreta, decrescente diluvio dum pia quorundam solertia debitum humandi praebere studeret[l]

a) Othelhulda *L.* b) subtractus *c* *) emerso *c.* c) Benenberg 1. d) perstiterit *c.* e) *ita L.* vitaverat *c.*
**) subiunt *c.* f) minutam *c.* g) Musura 1. Vuesera 2. h) mirabilius *c.* i) Vuasala 1. Wesara 2.
k) noctuum *c.* l) studerent *c.*

1020. affectum, tantis tamque tenacibus serpentium, colubrorum*, cunctarumque id genus pestium involucris ita connexa reperiuntur, ut nec ferro nec cuiuslibet artis instrumento ea dissolvendi ullam timida mortalitas viam invenire quivisset. Sed de his quid fuerit, sit, vel fiat, Christo, qui eandem gentium pressuram pro confusione sonitus maris ac fluctuum futuram praedixerat, discutiendum relinquimus.

1021. **1021.** His peractis imperator augustus, concessae sibi victoriae prosperitatisque causa gratias divinae pietati rependens, alacri tripudio Saxoniae partes aggreditur. Interim procurrente tempore, cum Saxoniam properaret revisere, palmisque Walbekae iterato rite peracturus, festaque paschalia Meresburgae deinceps debita celebraturus veneratione; inter ipsa itinera venerabilem Heribertum archiepiscopum humanis excessisse rebus, imperatorias pervenit ad aures. Hic siquidem divae memoriae praesul quam assiduus in oratione, quam pernox in vigiliis, quamque in procuratione pauperum sollicitus, quamque in omni religione ecclesiastica studiosus extiterit; quia humana facundia proferre non sufficit, acta divinitus miracula ad tumulum eius protestantur. Emensa itaque imperator quam coeperat via, cunctis, ut ita dicam, Europae primis ibidem confluentibus, diversarumque gentium missaticis ad imperiale eius obsequium undique properantibus, sacrosanctum dominicae resurrectionis gaudium, toto iam corridente mundo, prout decuit talem, eximia celebravit gloria. Hisque festis paschalibus magno tripudio peractis, Parthenopolim hinc proficiscendo perveniens, sacros dies pentecostes apud famosissimum eiusdem civitatis archiepiscopum Geronem, non inferiori gaudiorum dignaeque venerationis studio, verum ut gloriosissime valuit, peregit. Proinde curtem repetens regiam Alstedi dictam, habitoque inibi cum totius senatus plebisque concursu colloquio, pios lenitate permulcendo praedulci, reos districtione terrendo severa, totaque industria patriam muniendo, inter huius provinciae civitates[a] totum illum feliciter perduxit annum. Post haec Halberstadensem ecclesiam aggrediens, sancta Thebaeorum martyrum solennia, Arnulfo praesule administrante, honore celebravit dignissimo. Dehinc neptem suam, herilem dominam Adelheidam invisere, Quedelingnensis dedicationemque basilicae, licet improvisa inopinataque brevi tamen deliberatione quam familiariter instituens, eandem Metropolim adeundo pervenit. Quis ille sit, caesare augusto adventante, eorum nobilium tam comitum quam praesulum et abbatum comitatus, quaeve illa prolis regiae in susceptione imperatoria diligentia, quantaque cleri plebisque tripudiantis occursio, quamque misticis angelicisque ornatibus plebs sacerdotalis compta procederet, quaeve Deo sacratarum confluentia virginum, doli fellisque carentium simplicitateque columbina pleniter nitentium, qualis quamque laudabilis illarum sit sonus, quamque parilis illarum sit conventus, quis habitus quisve ipse sit incessus, nec stili officio nec viva voce potis est explicare. Et quid de victoriosissimi imperatoris referam gratulatione? cui cuncta mundi climata colla subdendo inserviunt, quique eo magis super accumulata gloria merito[b] gaudet, quo se, Deo donante, altiorem ceteris, praeminentem laetatur universis. Sed ne audientium aures diutina verbositatis prolixitate protraham, qualiter haec sacrosancta dedicatio, ipso iubente, fuerit effecta, paucis perstringam. Anno incarnationis Domini 1021, indictione 4, 8. Calend. Octobris, dominica die, luna 13, anno vero domni Heinrici secundi regnantis 20, imperantis 8, ipso praesente cum coniuge, imperatrice scilicet Cunigunda, totiusque regni episcoporum ac optimatum conventu, ab Arnulfo, Halberstadensis ecclesiae episcopo, dedicatum est hoc templum et altare supremum in honore sanctae et individuae Trinitatis, et sanctae Mariae matris Domini, sanctique Iohannis baptistae, et sancti Petri principis apostolorum, sancti Stephani protomartyris, sancti Dionysii et sociorum eius, ac sancti Servatii confessoris. In hoc vero continentur reliquiae sancti confessoris Servatii, sancti Anastasii, sancti Vitalis, sancti Pantaleonis, sanctorum Aquilae et[c] Priscillae, sancti Nicolai, digitus sancti Marci euangelistae, sancti Pancratii, Mauricii et sociorum eius, sancti Clementis, Cornelii et Cypriani, sancti Candidi, sancti Stephani papae et martyris, sancti Viti martyris, sanctae Iustae virginis, sancti Valentini, sancti Iohannis martyris, sancti Alexandri papae et martyris, et aliorum plurimorum sanctorum. Altare in medio ecclesiae dedicatum est a Gerone archiepiscopo Magadeburgensi[d] in honore sanctae et victoriosissimae crucis,

*) colubrum *c.* a) *deest c.* b) merita *c.* c) *deest c.* d) Madeburgensi *c.*

et sanctorum martyrum Laurentii [a] et Pergentini fratrum, sancti Laurentii et Vincentii, 1021.
sancti Blasii, sancti Christophori, sancti Erasmi martyris, sanctorum Cosmae et Damiani, sancti Clementis, sancti Mauricii et sociorum eius. Et in hoc altari continetur lignum sanctae crucis spinea corona. Et in hoc ipso continentur reliquiae sanctorum martyrum Laurentini et Pergentini, sancti Mauritii sociorumque eius, sancti Vitalis, sancti Georgii, sancti Vincentii, sancti Blasii, sancti Fabiani et [b] Sebastiani, sancti Christophori, sanctorum Cosmae et Damiani, sancti Eustachii, sancti Quintini, sancti Libori confessoris. Altare australe dedicatum est a Meinwerco [c] Pathelburnensi episcopo in honore sancti Libori, omnium sanctorum et electorum Dei, Victoris, Candidi, Exuperii, aliorum sociorum, sancti Mauricii, sancti Hippoliti, sancti Pantaleonis, sancti Cyriaci, sancti Adriani, et aliorum plurimorum sanctorum. Altare aquilonare dedicatum est ab [d] Eilvardo Misnensi episcopo in honore sancti Bartholomaei apostoli et omnium apostolorum et euangelistarum et discipulorum Domini. Et in hoc ipso altari continentur reliquiae sancti Petri principis apostolorum, sancti Pauli, sancti Andreae, sancti Iacobi, sancti Thomae, sancti Bartholomaei, sancti Philippi, sancti Matthaei, sanctorum Simonis et Iudae, sancti Barnabae, sancti Viti, sancti Marci euangelistae. In occidentali parte altare australe in honore sancti Remigii, sancti Cyriaci martyris et sociorum eius, sancti Sisti papae et martyris, sanctorum Iohannis et Pauli, sanctorum 4 coronatorum, sancti Bonifacii et sociorum eius, sancti Kiliani sociorumque eius, sancti Donati martyris, sancti Wenceslavi martyris, sancti Anastasii papae, sancti Innocentii, sancti Magni martyris, sancti Lamberti martyris, sancti Magni confessoris, sancti Odalrici, sancti Sixti, sancti Arnulfi, sancti Meinulfi [e], sancti [f] Gundulfi, sancti Liutgeri, sancti Wigberti martyris, sancti Maximini, sancti Valerii, sancti Eucharii [f], sancti Ludovici, sancti Paulini Treverensis, sancti Paulini Nolanae civitatis episcopi, qui pro filio viduae se tradidit servituti, sancti Ethelberti, sancti Martini confessoris, sancti Metroni, sancti Zenonis. In hoc ipso altari continentur reliquiae sancti Donati martyris, sancti Quintini martyris, sancti Materniani confessoris, sancti Adulfi confessoris, sancti Germani confessoris, sanctarum virginum de Colonia. In occidentali parte altare aquilonare in honore sanctarum virginum, sanctae Stephanae, Laurentiae, Iustae, Pusinnae, sanctae Ceciliae, sanctae Petronellae, sanctae Gertrudis, sanctae Walburgae, sanctae Agnetis, sanctae Aghatae, sanctae Teclae, sanctae Barbarae, sanctae Afrae, sanctarum virginum Coloniensium, sanctae Mariae Magdalenae, sanctae Mariae Zozimae, sanctae Felicitatis, septem filiorum eius, sanctae Odiliae, sanctae Luciae, sanctae Adeldridae, sanctae Margarethae, omnium sanctarum virginum. Et in hoc ipso altari continentur reliquiae sanctarum virginum sanctae Laurentiae, sanctae Iustae, sanctae Agathae, sanctae Walburgae, sanctae Margaretae, sanctae Luciae, sanctae Iulianae, sanctae Columbanae, sanctae Ceciliae, sanctae Sophiae, sanctae Felicitatis, sanctae Afrae, sanctae Praxedis, sanctae Gertrudis. Hac denique regali aula pretiosis reliquiis venerabiliter suffalta [g], imperator Romanorum eximius, contectali sua imperatrice Cunigunda pignoreque regali, herili videlicet domina Adelheida, quae decus dignoscitur sanctimonialium, una cum sorore sua Sophia, cunctisque [h] regni optimatibus, cum communi consensu cleri ac populi astantibus, illud apostolicum inhianter desiderans promissum: *Qui seminat in benedictione, in benedictionibus et metet*, pluribus auri sericorumque donariis doteque haereditaria quam maxime hanc laudabilem basilicam honorifice ditavit. Deinde sacro dedicationis huiusce die octavo Meresburgensis ecclesiae dedicationem — pro corruptibilibus [i] incorruptibilia, pro temporalibus aeterna, quae oculus non vidit nec auris audivit nec in corda ascenderant humana, quae Deus praeparavit diligentibus se — viscere tenus sitiendo, non impari tripudiavit gloria. Perfectis itaque consummatisque, ut praediximus, dedicationum gaudimoniis, imperator augustus locum quendam regni saepius supra memoratum, Alstedi dictum, via aggrediens accelerata, conductisque Germaniae primis, prout censura exigerat imperialis, magnum ibidem peregit consilium. Rebus namque regalibus, prout sagacis sui ingenii industria docuerat, sapienter compositis, se suaque omnia aureae Saxonum, saxea corda gerentium, fidei commendans, in quibus patres, sceptrigeri imperatores videlicet, vincendo regnantes, regnando fructuose imperantes,

a) Laurentini l. b) *deest c.* c) Vueinuerco c. d) a Beluardo *c.* e) *ita L.* Mumilfi *c.* f) *deest c.* f) Echarii *c.* g) *ita L.* suffultis *c.* h) c. ad r. c. i) corruptilibus *c.*

1021. firmissimam spei [a] infixerant anchoram; quosque regni columnam profitendo munimenque egregium congaudendo, paciferumque heroum germen inclitum, veste togata, sed nunquam vel sero scissura continuo indutum gratulando, nil illis excepto Deo cognatoque sibi diademate, praeferre studendo, paterno dilexerant affectu — quo facto, sic rei eventu exigente idque regni optimatibus inhianter poscentibus [b], Alpium devia transvolandum proficisci inchoat. Quarum difficultate ensa, cunctas regionis illius provincias vincendo, regnando, imperandoque transmeans, natale Domini more imperatorio horis [d] Italicis gloriose potestativeque perduxit.

1022. 1022. Post haec de loco in locum proficiscendo, urbis munitissimae, Troiae videlicet, moenibus, cuius indigenas provincialium legatione ditioni regiae recognoverat rebelles, bellicosam invexit aciem; quam etiam, licet obsidione longa suorumque sudore plurimo, more avorum atavorumque regum namque victoriosissime devincens, incolasque huiuscemodi aut neci tradens aut captos colligari praecipiens, quos antea animo contumaci sibi ingemuerat renitentes, suo postmodum dominio [e], Deo cooperante, gaudebat subiugatos. Sed his prosperitatibus non elatus, verum sapientia scientiaque Dei praeditus, huiuscemodi victoriam non sibi sed pietati divinae apostolicisque imputans meritis, Romanae apicem sedis gaudendo supplicans, glorificando adorans, accelerat. Ibique aliquantulum moratus, regni illius optimatibus pace gratiaque sui redimitis, nivosa Alpium cacumina citato transgreditur cursu; tanta videlicet mortalitate subsecuta, quae [f] vix aut nullatenus vocum nutibus, vel etiam officiis stili valeat enucleari. Quam imperator augustus coelitus evadens adumbratus, sed raro milite comitatus, exceptis his quos sibi mater Europa occurrendo admiserat, Germanicas pervenit ad oras, magnumque mox synodale consilium, confluentibus undique diversarum regionum episcopis aliisque populis quam plurimis, in partibus peregit occidentalibus. Hisque, prout res tempusque poscebant, peractis [g], Grona vocabulo dictum quendam perventum est locum, quo regali in praesentia [h] inter geminos praesules, Geronem videlicet et Arnulfum, nefanda omnique pio execranda exoritur seditio; dico nefanda, quia periculosa, periculosa, quia non peritura [i] sed ut vereor illos perditura; amborumque necem perdurabat, proh dolor! expectatum. Dehinc Bernwardum [k] Hildeshemensem antistitem humanis divulgatur excessisse rebus [l]. Erispa, beatae memoriae sanctimonialis foemina, subtracta [m] seculo, coeli connumeratur palatio. Liudulfus [n] praepositus corpore resolutus, laetum Deo tradidit spiritum. Ricdagi [o] marchionis praeclara filia, Gerburg nomine dicta, studiis liberalibus a primaevo iuventutis flore honestissima exercitatione irretita omnigenisque virtutum gemmata insigniis, 3. Calend. Novembris terrae quod suum, Deo quod proprium, praesentavit.

1023. 1023. Oda religiosissima domina, primogenita marchionis Theodorici, homine exuta redditur coelo. Burgareda licet aetate tenella, magistrorum tamen diligentia optime sudata, tam morum probitate quam generis dignitate pollens, morte praevenitur immatura. Heinricus imperator augustus albas festaque paschalia, principibus turmatim undique confluentibus, Meresburgae rite peragens, quod rarum vel penitus [p] videtur inauditum, terna unius eiusdem templi dedicatione gratificatur. Gerburg, dum sancta [q] religio optime viguit a prioribus canonice nutrita, sed iam emerita, rebus eximitur [r] humanis. Arnulfus Halberstadensis episcopus, sapientia divina praeditus, scientia humana facundus, cunctis perpetim seclis lugendus, coeli collocatur palatio, postque huius dormitionem clerus totusque populus quendam Hermannum, natu nobilem sed morum artiumque probitate nobiliorem, seniorem suum, antistiti eligunt vicarium; maxime proceres, beato protomartyri Stephano habitu militari deservientes, centies centuplicata pecuniarum praebentes munera, quo velle suum, praefata videlicet electio, eo firmius staret, haereditates proprias potestati regiae subdere non differunt. Nam quo id ordine fieri nequiverit nescientes, utrum id nostra praepedierint crimina, quibus suae cordi esset subesse parochiae, an illum pietas divina virtutibus auctum perfectioremque ad id opus aliis servaverit temporibus, divino relinquimus arbitrio. Fridericus regalis came-

a) *ita L.* spem *c.* b) inhiant poposcentibus *c.* c) transuolandum *c.* d) *i. e.* oris. e) *ita correxi;* domino *c.* f) quo *c.* g) peragratis *c.* h) prouincia *c.* i) *n. p. ex Chron. Saxone recepi.* k) *ita corrigo;* Bernhardum *c.* l) *vox deest, sed spatium uni vocabulo patet.* m) subtracto *c.* n) Ludulfus *c.* o) Rictagi 1. Ridachi 2. p) *locus vacuus; vox* penitus *deest.* q) *ita lacunam L. explevit.* r) exoritur *c.*

rarius, herili procerum stemmate natus . . . . . imperiali nimium auctus 1023.
affluentiae nobilius conversatus, prior primatibus familiaribus . . . . . .
. . . . . eadem quam horis susceperat Italicis aegrimonia depressus, onus limosae molis dormiendo obiit. Cuius morte imperator non modice sauciatus, pauperum sustentando inopiam . . . . . regionis huiuscemodi coenobia pro adipiscenda animae ipsius salute maximis ditavit opulentiis. Ghero[a] archiepiscopus, multis doloribus affectus, suos post se non sine . . . . . [b] relinquendo, seculo moriens sed Christo vivens, obiit. Ailwardus episcopus, rebus . . . . . [c] uti parcumque[d] sciens modum servare fruendo, non modicis a suis, ut decuit talem, deploratus gemitibus, inopinata praevenitur morte. Eodem anno Bernhardus Mekilinburgensis episcopus, et Eilhardus Pragoensis episcopus, aliique antistites quam plurimi obierunt. Ergo extinctis tot tantisque sanctae ecclesiae doctoribus, Heinricus imperator augustus, tanto comperto casu, non mediocriter sed anxie tristeque dolens, aliquantum temporis his regionibus moestus duxit. Interim dominicae nativitatis festa digna celebraturus reverentia, regio comitatu, prout decuit, Bavanberg profectus, inibi turba desolata diversis episcopis catervatim illum convenerat, unusquisque pastoris sui nece corde tenus sauciatus. Cuius providentiae cura, imperiali potestate, committerentur regendi, omnes trepida curarum ambage suspensi manebant. Verum imperator inito destinationis decreto cum his quos summos habuit in consiliis, induxit animum, Hunfrithum[e] Geronis archiepiscopi vicarium constare. Eadem die Brandagus, Vuldensi abbatia antea sublimatus, Arnulfi antistitis successor oxistens, sacri ordinis honore constat sublimatus. Huprecht, vir summae industriae, Ailwardi praesulis in loco iura episcopatus obtinuit. Hiza sacerdotali officio ordinatus, Eghardi Pragensis ecclesiae episcopi vice successit, aliique quamplures ad eundem ordinati honorem, quibus sancta ecclesia mira firmitate manet subnixa; quos nominatim perstringere longum videtur.

1024. Post haec imperator diversis doloribus cruciatus, eodem loco crebra infirmi- 1024.
tate diutinas protraxit moras, resumptisque demum post tantae gravedinis molem animi viribus, citato cursu, si id quod voto tenuit effectu perfici possit, Parthenopolim ire instituit. Tandem post longam deliberationem, laboriosi[f] itineris difficultate emensa, diem palmarum in loco Alstede dicto festive peregit; die vero reconciliationis, exigente[g] infirmitatis gravedine, remota a se quae convenerat turba, paucis secum comitantibus, in Nuwanburg[g] coenam Domini nec non parasceuen egregie celebravit. In sabbato[h] ergo sancto, contracto senatus conventu, contectali sua Cunigunda una comitante, Parthenopolim adeundo pervenit. In susceptione imperatoria qua auctoritate cuncta sunt rite disposita, ordinatim exponere, longa est series. Verum redeamus ad rem. Siquidem dominicae resurrectionis gaudio celebri honore peracto, imperator augustus, ab eiusdem loci antistite auri sericorumque varietate plurimum donatus, Halverstadensem metropolim ire contendit. Ergo athletae[i] sancti Stephani regularis normae religiositate choros ducentes, ac pari concentu quaeque dulcisona canendo caesari augusto, regiae adventanti aulae quali quantoque occurrerint tripudio, insuper etiam praeclari proceres militari[k] iure protomartyri Stephano servientes qua diligentia victoriosissimo imperatori Heinrico omnigenarum affluentia divitiarum assisterent ministrando; quamque in donariis auri gemmarumque mira haberetur species, quae imperatoria dignitate ibididem constat donata, in humanis mentibus[l] nec excogitari, nec litteris valet comprehendi. Quid plura? Remota morositate, Gosleri aggreditur, peractisque inibi decem diebus, quendam locum Grone dictum festive approperat, ibique diuturna aegrimonia per longa temporum fatigatur curricula. Tandemque amarae mortis deebriatus poculo, quod summi Arcitenentis dono acceperat, homine deposito, coeli intulit palatio. Dehinc flebili querimonia, incredibili frequentia comitante, iuxta id quod ipse decreverat, Bavenbergensi castello defertur, et qui vivus sanctae ecclesiae magnum extiterat solatium, perpetuo lugendus, ingenti honore, mixto etiam fletu ac moerore, terrae deponitur. Facto autem in brevi totius senatus conventu, Conradus, inclyta regum prosapia ortus, in regnum eligitur,

a) ghera c. b) *lacuna;* dolore *L.* c) *lacuna;* humanis? d) parumque 1. e) hunfritnum c. f) laboriosae c. g) Nienburch *Chr. S.* h) sabato c. i) *ita L.* ad laetae c. k) militario c. l) m. nec *desunt, Leibnitio monente inserendae*

1024. atque a Moguntinae ecclesiae archiepiscopo Aribone[a] unctus, coronatur. Parvo dierum intervallo etiam Gisila, divinitus iam praeelecta, iussu et advocatione regis, ipso ibidem persistente, Moguntiam convenit, praesenteque imperatrice Cunigunda omniaque ad haec pertinentia honeste, ut decuit, administrante, a praefato episcopo sub multo cleri senatusque conventu honore regio benedicitur ac coronatur. Inde progressus rex, una comitante regina, Neomagum deveniunt, ibique aliquandiu demorati, postea occidentalia peragrantes loca, Frethennam[b] praeclaram subintrant; ubi imperiales filiae ac sorores, Sophia videlicet et Adelheida, laetae occurrunt, laetioresque, uti ius consanguineum exegerat[c], ambos suscipiunt. Inde Trutmoniam pervenientes, convenientibus ibidem occidentalibus episcopis ac primoribus, aliquantum temporis peragunt. Inde Mindensem[d] urbem, festum dominici natalis celebraturi, conveniunt.

1025. 1025. Epiphaniam Domini apud Patharburnenses festive ducunt; multa disposuit. Postposita ergo omni dilatione progressus, insigne decus[e] sanctimonialium, Quedelingnensi metropoli, celeriter properat. Inde digressus, Parthenopolitanae urbis moenibus purificationem sanctae Mariae summa perficiens diligentia, Mersburgum laetus aggreditur. Inde per urbes et loca provinciarum profectus diversarum, regiones nationum suae ditionis imperando subiugaverat. Res admiranda nostrisque temporibus vehementer stupenda 2. Non. Februarii contigit; siquidem sol aureis invectus quadrigis, dum mediam poli arcem mira sui splendoris claritate perfunderet, subito sub terna figura visus est fulsisse; quod mirabile prodigium rei eventu postea constat probatum. Rex dominicae resurrectionis festa in civitate Augusta paschali gaudio solenniter erat celebraturus. Eodem anno fames praevaluit, et multa loca incendio perierunt. Bolizlawo[f] dux Poloniae, obitu Heinrici imperatoris augusti comperto, elatus animo viscere tenus superbiae veneno perfunditur, adeo ut uncto[g] etiam sibi imponi coronam temere sit usurpatus. Quam animi sui praesumptionis audaciam divina mox subsecuta est ultio. In brevi namque tristem mortis sententiam compulsus subit[h]. Post hunc filius eius Misuka, natu maior, haut dissimili superbia tumens, virus arrogantiae longe lateque diffundit. Rex vero, dispositis apud Saxoniam rei publicae necessariis, Franciam ingressus, apud Augustam more regio pascha celebravit, atque non multo post pro adipiscendo honore imperiali ac Romanorum regno Italiam iturus, Triburiam devenit; ibique sub multo populi conventu, ordinatis sapientissime rebus, iter destinatum, una comitante regina, aggreditur; filiamque unicam unice dilectam, dilectae ac adoptivae sibimet sorori, Adelheidae videlicet abbatissae, nutriendam transmittunt. Mox quoque probato domnae Beatricis adventu, praefata imperialis abbatissa Trobiki[68] cum suis occurrens, laeta Quidelingaburgensem metropolim secum duxit. Quo vero honore, ut regiam decuit prolem, quove caritatis affectu, quave diligentia ab ipsa, ac sanctimonialibus in loco praememorato consistentibus, omnibusque sibi subditis, suscipiatur ac postmodum nutriatur, vel qua morum, verborum actuumque indole per singula aetatis incrementa profecerit, scire aut facundia in dicendo nulla suppetit. Qua namque laude proferam, quod inter prima . . . . . .

(*Reliqua exciderunt.*)

68 Drübke, Drubeck citra Wernigerodam.

ANNALIUM HILDESHEIMENSIUM CONTINUATIO. A. 994 — 1040.

994. 994. Filii Henrici comitis, Henricus, Udo, Sigiffridus contra pyratas iussu imperatoris dimicantes. Ex quibus [unus[a] occisus, duo sunt capti.] Ilseneburg[96] castrum fit habitacio monachorum[b].

69 Ilsenburg ad orientem Goslariae.

LAMBERTI ANNALIUM CONTINUATIO. A. 994 — 1039.

994. Wolfgangus Ratisponensis episcopus[a] obiit, cui Gebehardus successit. Filii Heinrici comitis, Heinricus, Uoto[b], Sigifridus, contra piratas pugnant; quorum unus[c] occisus[d], duo sunt capti.

Q. a) Aruote 1. b) Frethenman c. c) exegerunt c. d) Numdensem 1. e) *ita L.* clerus c. f) Bolitzlauua c. g) unctam c. h) subito c.

H. a) *haec supplenda videntur, secundum Lambertum.* b) *haec manu tertia, quae usque ad finem anni* 997 *prosequitur.* = L. a) *deest* 4. 5. b) Verto 1. Utto 6. c) primus 1. d) est 1.

995. Rex Abodritos vastavit, urbes et oppida disiecit; occurritque in auxilium Bolizlau filius Misaco cum magno exercitu, nec non Boemani cum filio alterius Bolizlau venerunt. Recepitque se rex in Saxoniam cum exercitu incolumi. Baldricus Traiectensis episcopus obiit, successitque Ansfridus laicus et comes bonae famae vitaeque honestae, ut de eo, apud quos vixerat, testati sunt. Iohannes quoque Placentinus et Bernwardus Wirciburgensis episcopi, Constantinopolim [a] ex latere regis, ut sponsam illi inde peterent, directi sunt. Legati etiam apostolicae sedis cum unanimitate Romanorum atque Langobardorum regem Romam invitant. Heinricus potentissimus dux Baioariorum, cum germanam suam dominam Gerbirgam diuturno languore probatam visitaret Gandeshem, 5. Kal. Septembris cum magno dolore omnium obiit. Sclavi frequenti irruptione Saxoniam vastant. Bernwardus quoque Wirciburgensis episcopus, morbo gravi affectus, inter maris pericula obiit.

995. Maiolus abbas obiit. 995.

Indict. 9. 996. Iohannes papa obiit. Unde imperator, in Italia iam positus, rumore incitatus, praemissis quibus[68*] principibus publico consensu et electione fecit in apostolicam sedem ordinari suum nepotem dominum Brunonem, Ottonis filium qui marcham Veronensem servabat, imposito nomine Gregorii; a quo et ipse proximo sollemni pentecostes imperator et patricius consecratur. Habitoque cum Romanis placito, quendam Crescentium, quia priorem papam iniuriis sepe laceravit, exilio statuit deportari. Sed ad preces novi apostolici imperator omnia remisit. Sed non multo post imperatore Urbe excedente, idem Crescentius dominum apostolicum, nudum omnium rerum, Urbe expulit. Imperator in Francia hiemavit. Sacellum sancte Crucis[69] dedicatur.

996. Otto rex contra Crescentium Romam venit, ubi et Brunonem in sede apostolica constituit, a quo et ipse imperator factus est. Gotehardus abbas factus est in Altaha [a]. 996. 68*

997. Papa Ticini, adunato complurium episcoporum concilio, prefatum Crescentium anathemate perculit. Interea Iohannes Placentinus episcopus Constantinopoli remeans, Romam intromissus, apostolicam sedem factione Crescentii invaserat. Unde ab universis episcopis Italie, Germaniae, Franciae et Gallie excommunicatur. Imperator quoque, ut Romanorum sentinam purgaret, Italiam perrexit, summa rerum dominae Mahtildae amite suae, Quidilingaburgensi abbatissae, delegata; in qua ultra sexum mira prudentia enituit.

997. Iohannes, Placentinus episcopus, sedem apostolicam invasit consilio Crescentii. Adalbertus episcopus martirizatur. 997.

69

998. Predictus invasor Iohannes ab imperatore, caecatus et naribus [c] truncatus, deponitur, et Crescentius decollatus cum 12 suis ante Urbem suspenditur. Eodem anno quaedam mulier in Baioaria [d] in uno partu quinque filios enixa est.

998. Crescentius ab imperatore decollatus, cum duodecim suis ante Urbem suspenditur. Ioannes pseudopapa caecatur. 998.

999 [e]. *Mahtilda abbatissa, soror imperatoris Ottonis secundi, obiit. Gregorius papa obiit; cui Gerbertus,* idem et Silvester, successit. Aedelheid quoque imperatrix obivit [f].

999. Bruno [b] papa, qui et Gregorius, obiit; cui Gerbertus, qui et Silvester, successit. Adelheit [c] imperatrix obiit [d]. 999.

Tertio Ottone imperante millesimus annus supercrescens statuit computationis numerum, secundum illud quod legitur scriptum: *Millesimus exsuperat et transcendit omnia*

1000. Imperator ossa Karoli magni Aquisgrani, a pluribus eo usque ignorata, invenit. Gaudentius, frater Adalberti martiris, in Praga [e] archiepiscopus constituitur. 1000.

a) constantinolim ex late regis *c.* c) aribus *abscisum.* d) *haec iam erasa, ope Annalistae Saxonis supplevi. Ioannes Staindel in chronico haec habet:* Quaedam mulier de familia S. Mauritii in Altah enixa est quinque filios. e) *hoc anno littera obliqua expressa ex coniectura supplevi.* f) *Hinc alia manus.*

L. a) f. e. i. A. *desunt* 5. 6. b) Brun 2. 5. 6. c) s. Adelheit 6. d) A. i. c. *anno* 998 *adsignantur in* 5. e) pago 1. prago 2. 5. pragae 6. 68*) *i. e.* aliquibus. 69) Hildesheim. Vita S. Bernwardi cap. 10.

1000. *annus.* Imperator Otto tertius causa orationis ad sanctum Adalberdum episcopum et martirem quadragesimae tempore Sclaviam intravit. Ibique coadunata sinodo episcopia septem disposuit, et Gaudentium, fratrem beati Adalberti, in principali urbe Sclavorum Praga ordinari fecit archiepiscopum, licentia Romani pontificis, causa petitionis Bolislavonis Boemiorum ducis, ob amorem pocius et honorem sui venerandi fratris, digni pontificis et martiris. Inde reveniens, palmarum sollemnitatem Parthenopoli festive peregit. Paschalia vero tempora votive Quidilingaburh celebravit. Pentecostes autem celebritatem digna devocione Aquisgrani feriavit. Quo tunc ammirationis causa magni imperatoris Karoli ossa contra divine religionis ecclesiastica effodere praecepit, qua tunc in abdito [a] sepulture mirificas rerum varietates invenit. Sed de hoc, ut postea claruit, ulcionem aeterni vindicis incurrit. Nam praedictus ei imperator post tantae commissionis facinus comparuit, et ei praed xit [b].

1001. Ind. 14. 1001 [c]. imperator natalem Christi Rome celebravit, et illo Bernwardus episcopus in epiphaniis super multis infestacionibus archiepiscopi Willigisi, et maxime de sinodo, quam in sua, id est Gandeshemensi, ecclesia cum extraneis episcopis habuit, conquestus advenit: totamque eiusdem metropolitani illicitam usurpationem in praesentia Gerberti [d] pape et imperatoris tertii Ottonis sinodali auctoritate prorsus adnullavit. Gerberhga Gandesmensis abbatissa Idus Novembris obiit.

1001. Imperator natalem Domini Romae celebravit.

1002. Ottone [e] III. imperante, ind. 15. 1002. imperator Otto natalem [f] Tudertine cum domno apostolico celebravit; inde Romam tendens, Salernum oppidum adiit; sed febre et Italico morbo graviter correptus, cum generali omnium contristatione 10. Kal. Februarii, proh dolor! ex hac vita morte inmatura discessit. Cui Heinricus dux Noricorum, vir in omni aecclesiastica perfeccione praecipuus, Willigiso Mogontiacensi archiepiscopo [g] ordinante, successit. Eodem vero anno novus rex Heinricus sancti Laurentii natalem Parderbrunne [h] celebravit. Et ibi domna Gunigund regalem benediccionem et coronae imposicionem a predicto metropolitano suscepit. Sed et Sophia ad Gandeshemense regimen electa, 70 optentu principum domni Bernwardi [i] licenciam a palligero [70] benedicendi ibidem optinuit.

1002. Otto III. imperator obiit; cui Heinricus Baioarius successit. Eggihardus [a] marchio, regni usurpator, Poledi [b] occisus est.

1003. Anno 2. regnante Henricho, ind. 1. 1003. rex natalem Domini Frankanaworde, pascha autem Quidelingaburh celebravit. Herimannus Alemanorum dux regis eleccioni aliquandiu resistens, regie se potestati subdidit, et interventu reginae et principum in suo honore permansit. Heinricus Berhthaldi comitis filius, et Bruno frater regis, et ambo Bolizlavones, Polianicus videlicet ac Boemicus, a rege infideliter maiestatis rei deficiunt. Sed Heinricus ad regem veniens et refu- 71 giens, in Givekanstin [71] custodiae mancipatur. Stephanus rex Ungaricus super avunculum suum regem lulum cum exercitu venit; quem cum conprehendisset cum uxore et filiis duobus, regnum eius vi ad christianitatem compulit. Sa- 72 cellum sancti Martini [72] dedicatur.

1003. Plerique principes a rege deficiunt; sed post modicum correcti, in gratiam recipiuntur.

1004. Anno 3. ind. 2. 1004. rex nativitatem Domini Palidi mansit; illo ad eum episcopus Veronensis ac alii quidam primores Italici regni venerunt cum regiis muneribus. Et Bruno frater regis, optentu domnae Gislae matris, eius acquisivit gratiam. Incendium miserabile civitatis Papiae.

1004. Miserandum Papiae incendium. Brun [b], frater regis, qui electioni eius aliquamdiu restiterat, in gratiam eius rediit.

H. a) abditito c. b) *manu saeculi XV. adiectum:* obitum suum celerius affuturum. c) *anni* 1001 — 1022 *med. alia manu.* d) *iam voce rasa manu saec. XV.* Silvestri *legitur.* e) O. III. i. *in codice statim post* adnullavit *legitur.* f) *scil.* Domini. g) et Bernwardo episcopo *addita manu saec. XV. ex vitae S. Bernwardi cap.* 38. *male intellecto.* h) *olim* Parderbrunnemo *scriptum fuisse videtur.* i) B. *codex.* = L. a) Egihardus 1. b) polodi 2. 6. c) Bruno 1.

70) i. e. Willigiso archiepiscopo. 71) Gibechenstein ad Salam. 72) Hildesheim.

Anno eiusdem 4. rege gloriosissimo, ind. 3. 1005. rex natalem Domini Thornburh feriavit, et in partibus Saxoniae usque ad tempus quadragesimae habitavit, quadragesima Thielae, pascha vero Aquisgrani celebravit. Bernharius abbas Herveldensis obiit; cui Godehardus, monachicae vitae, vir in sancta conversatione probatissimus, successit.

1005. Bernharius abbas Herveldensis obiit, cui Gotehardus successit. 1005.

Regni vero Henrici 5. ind. 4. 1006. rex natalem Domini Palithi egit: celebritatem namque pascalis sollemnitatis Nuvimago feliciter tripudiavit. Guntherus divina pietate instinctus, renuntians seculo et pompis eius, monachus est factus. Fames valida pene in universa terra.

1006. Guntherus, nobilis vir de Thuringia, monachus factus est Herveldiae; sed postea ad Altaha transivit, consilio Gotehardi abbatis. Fames valida. 1006.

Henricho regnante 6. ind. 5. 1007. rex natalem item Palithi celebravit. Epiphaniam vero Gandesheim venit, et odibilem dissensionem inter Willigisum archiepiscopum et Bernwardum antistitem de eadem ecclesia prudenti ingenio sapienter diremit. Domnus vero Bernwardus in praesentia regis et archiepiscopi ceterorumque regni primorum eandem ecclesiam dedicavit, et omnem ibidem episcopalem provisionem sine cuiusquam interdictione potestative celebravit.

1007. 1007.

Regni autem Heinrici 7. ind. 6. 1008. rex natalem Domini Palidi, pascha Merseburgh, pentecosten vero Agrippine feriavit. Liudolfus Treverensis metropolitanus obiit; cui Meinzoz primiscrinius regis successit. Nohtgerus prepositus monasterii beati Galli, Leodicensis praesul, ad Christum migravit. Post quem Baldericus Radasponensis vicidomnus subintravit. Gunterus monachus sancta conversatione in monasterio probatus, heremita est effectus.

1008. Nothger[a] Leodiensis episcopus obiit; cui Baldaricus successit. Guntherus monachus heremum petivit[b]. 1008.

Et nondum imperante 8. ind. 7. 1009. rex nativitatem Christi Salzburgh, pascha vero Augustburg peregit. Retharius Paderbrunnensis episcopus 2. Non. Marcii obiit; cui Meinwercus regis capellanus successit. Monasterium quoque Mogonciacense praetitulatum divino honore et reliquiis beati Martini futura consecratione, constructum a Willigiso archiepiscopo maximo decoris studio, 3. Kal. Septembris miserabili periit incendio.

1009. Ecclesia maior Mogontiae, quam Willigisus construxerat, incensa est ipso die consecrationis suae. 1009

Anno regni eius 9. ind. 8. 1010. natalem Domini rex Palidi, pascha Radisbone celebravit. Ansfridus Traiectensis ecclesiae antistes obiit; cuius loco Adelboldus successit.

1010. Ansfridus Traiectensis episcopus obiit; cui Adelboldus successit. 1010.

Regnante eo 10. anno, ind. 9. 1011. rex natalem Domini Frankenavord celebravit, et in capite ieiunii Corbeiam venit. Ibi Bernhardus pius dux 5. Id. Februarii obiit, et in Luniburg cenobio beati Michahelis magno exequiarum planctu sepultus, quod ipse a fundamento construxerat, et in qua * monachorum congregacionem adunaverat. Post quem vero filius eius Bernhardus[a] ducatum obtinuit. His etiam temporibus Willigisus Mogontinus metropolitanus ad Christum migravit; in cuius locum Erkanbaldus Fuldensium abbas subintravit, quem noster episcopus Bernwardus Kal. Aprilis consecravit.

1011. Willigisus Mogontiae archiepiscopus obiit; cui Erkenbaldus [Fuldensis abbas 4. 5. 6.] successit. Abbatiam Brantho[c] suscepit. 1011.

Heinrici anno regni eius 11. ind. 10. 1012. rex nativitatem Christi Thornburg,

1012. Ecclesia maior in Babenberg ab Eberhardo, primo eiusdem sedis episcopo, 1012.

H. *) *ita c.* a) Bernhardus *an* sequivocus? *manu saec. XV.* Benno *scribitur v. infra.*
L. a) notger 1. b) petiit 1. c) brancko 1.

1012. pasca autem Laodicie[78] celebravit. Inde vero cum summa regalis reverentia Babenberg progressus est. Ibi venerabile monasterium, ipsius domni regis nobile ac speciale studium, ab Eberhardo, primo eiusdem sedis episcopo, cum consensu et conventu omnium cisalpinorum praesulum 2. Non. Maii consecratum est ad laudem et honorem Domini nostri Iesu Christi, et preciosissimi martyris eius Georii, et ad patrocinium omnium sanctorum Dei. Dagano Parthenopolitanae urbis archipraesul obiit; cui Walthardus eiusdem ecclesiae praepositus successit. Sed et huic post 7 tantum epdomadas defuncto successit Gero, vir perfectus in omni aecclesiastico studio. Godehardus, relicta Herfeldensi abbacia, iterum remeavit ad Altaha.

consecrata est. Gotehardus abbatiam Herveldensem reliquit; cui Arnoldus successit.

1013. Regnante Heinricho 12. anno, ind. 11. 1013. incarnacionem Domini rex Palidi feriavit. Postea 12. Kal. Febr. peccatis agentibus principale templum Hildineshemensis ecclesiae diabolo insidiante per noctem igne succensum, sed solo divinae miserationis subsidio velociter, Deo gratias! est exstinctum. Sed hoc, ah! ah! nobis restat lugendum, quia in eodem incendio cum preciosissimo missali ornamento inexplicabilis et inrecuperabilis copia periit librorum. Et rex purgationem sanctae Mariae Parthenopoli egit. Inde Werla veniens, gravi languore correptus epdomadarum 5 spatio decubuit. Christyanus Pataviensis episcopus obiit; cui Beringerus eius loci decanus successit. Godescalcus presbiter, nostre congregacionis praepositus, obiit 17. Kalend. Augusti.

1013.

1014. Heinricho regnante 13. anno, ind. 12. 1014. natalem Domini rex Papie celebravit. Inde commitatu regali Romam pergens, imperialis coronae diadema a sancti Petri vicario Benedicto 6. Kal. Martias cum generali electione suscepit. Eiusque contectalis domna Cunigunda idem Deo annuente promeruit. Sic imperator Dei gratia factus Papiam rediit. Ibi sanctum pascha feriavit. Inde namque regrediens, pentecosten Babenberhg festive peregit. Quo tunc privilegia[b] eiusdem loci res continentia iussit inscribere, firmata vel sigillo[c] sue auctoritatis, et roborata apostolico iure Romani pontificis, ut essent illorum banno firmata, regnante Christo regi regum in eternum et ultra.

1014. Heinricus rex cum Cunigunda regina imperiale nomen suscepit.

1015. Anno regni eius 14. et imperii eius 2. ind. 13. 1015. imperator nativitatem Christi Palidi egit. Et duces Oudalricum Boemiorum et Bolizlavum Polianorum in pascha Mersburg ad se venturos determinavit. Oudalricus vero die statuto se pro criminis accusati innocencia expurgandum praesentavit. Et hoc quia Bolizlavus neglexit, estatis illius tempore cum valida suorum manu Polianiam imperator intravit. Ernost dux ex inproviso in venatione a suo milite Adalberhdo sagitta percussus, miserabili morte periit. Lantbertus praeliator occubuit. Hoc anno, videlicet incarnationis Domini nostri Iesu Christi 1015. Henricho 12[d] annos regnante, 2. iam Dei gratia imperante, cripta nostri monasterii[79] indict. 13. 3. Kal. Octobr. dedicata est a Bernwardo eiusdem ecclesiae venerabillimo presule, et Tidericho Mimigardivurdensis ecclesiae dignissimo antistite, et ab Ekkihardo Slieswicensis civitatis[e] venerabili episcopo, in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi, et eius genitricis perpetuaeque virginis, et ad singulare patrocinium beati archangeli Michahelis tociusque miliciae coelestis.

1015. Imperator ad Polenos[a] cum exercitu abiit.

1016. Regnante eo 15. et imperante 3. anno, ind. 14. 1016. imperator Christi nativitatem Patherbrunne celebravit. Magnae mo-

1016. Grando magna fuit, et multi fulmine exusti sunt.

H. b) priuileia *corr.* priuilegia c. *eadem manu.* c) signaculo *add.* uel sigillo *eadem manu.* d) *lege* XIIII. e) ciuitatatis c. ~ = . L. a) polonos 1. 6. *ed.* II.

78) Leodii. 79) S. Michaelis Hildenesheimensis

lis grando venit, et plurimi fulmine exusti perierunt. Wigmannus comes 2. Nonas Octobris est occisus.

1017. ind. 15. imperator natalem Domini Palidi egit. Eodem anno rursum Polianiam cum exercitu intravit. Meingoz Treverensis episcopus obiit; cui Boppo successit. Aeid Misnicensis praesul obdormivit; post quem Hildivardus subintravit. Liudolfus presbiter 4. Non. Aug., Godescalcus presbiter et decanus 9. Kal. Octobris obierunt.

1017. Megingoz Treverorum episcopus obiit; cui Boppo successit. Imperator contra Polenos[a] iterum[b] exercitum duxit[c]. 1017.

Imperante 5. sui imperii anno, ind. 1. 1018. imperator natalem Christi Patherbrunnen, pascha Babenberg egit. Heinrichus marchio Baioariorum[a] subitanea morte praeventus obiit. Eo anno domnus Bernwardus episcopus tempore quadragesimae Goslare, praesente imperatore cum episcopis ceterisque regni primoribus sinodo habita, Godescalcum, Eggihardi praesidis filium, et Gerdrudam, Egberhdi comitis filiam, separavit. Maccho presbiter 6. Kal. Maii obiit.

1018. 1018.

Inperante Heinricho 6. sui inperii anno, ind. 2. 1019. imperator natalem Domini Werziburg celebravit; postea cum exercitu contra Bernhardum ducem ad castellum Scalcaburg perrexit, ibique, Deo gratias! omnia in pace constituit. Eo anno in pascha papam de Roma Bavenberg hospicio suscepit.

1019. Imperator papam Babenberg suscepit hospitio. 1019.

1020. ind. 3. imperator nativitatem Domini Hamerstein egit. Heriberhtus archiepiscopus Coloniae mortalem vitam 17. Kal. Aprilis in angelicam mutavit; in cuius locum Biligrimus subintravit. Erkembaldus Mogontiae metropolitanus 15. Kal. Septembris sustollitur, post quem Aribo, vir sanctae ecclesiae probatissimus, substituitur.

1020. Heribertus Coloniensis archiepiscopus obiit, cui Pilegrinus successit. Erkenbaldus Mogontiae[d] archiepiscopus obiit; cui Aribo successit. 1020.

Anno imperii Heinrici 8. ind. 4. 1021. incarnacionem[b] Domini imperator Regenesburg feriavit. Ingens terre motus in Baioariae[e] partibus 4. Id. Maii, hora 10. diei, feria 6.[e] post ascensionem Domini contigit.

1021. Ingens terrae motus factus est in Baioaria[e]. 1021.

Imperii anno 9, ind. 5. 1022. natalem Domini imperator Thorneburh quievit. Thiedricus Mimigardivordensis episcopus 10. Kal. Febr. obiit; cui Sigifridus Parthenopolitanus abbas successit. Thiedricus Mindensis praesul 11. Kal. Mart. discessit. Post quem Alberichus, eiusdem loci praepositus, est electus, sed morte praeventus nec consecrationem accepit, nec in cathedram pervenit. Sigiberhdus vero in epischopatum intravit. Domnus Bernwardus Hildenesheimensium venerabilis antistes 12. Kal. Decembris ad Christum migravit:

Cui Deus eterni praestet consorcia regni,
Vivers arce poli sit socius Lazari. Amen.

In cuius loco domnum Godehardum, Herfeldensium et Altahensium prius abbatem, sancta ecclesia sibi suisque utiliter subrogavit.

1022[f]. Domnus Bernwardus Hildenesheimensis episcopus obiit [12. Kal. Decembris 4. 5.]; cui[g] Gothehardus Altaha abbas successit [4. Non. Decembris ordinatus. 4. 6.] 1022.

Hoc[c] anno, videlicet incorporati verbi 1022. regni vero Heinrici imperatoris 21. ordinatione autem domni Bernwardi huius ecclesiae presulis venerandi 31. indiccione 5. 3. Kal. Octobris, huius monasterii oratorium a praefato antistite cum summo decoris studio ad utilitatem monachicae vite constructum foras muros Hildinesheimensis urbis situm, dedicatum est, insuper cum omni

H. a) baioriarum c. b) incannacionem c. c) boariae c. c) *hinc alia manus.* = L. a) polonos 6. *ed.* H. b) tercium 4. c) ducit 1. d) *deest* 1. e) Baiora 4. f) *haec* 2 *ita habet*: Gotehardus episcopus factus est hildenesheim. g) cui sanctus Gotehardus successit 3.

1022. devocione ecclesiasticae religionis consecratum, in honore salvatoris domini nostri Iesu Christi et eius genitricis semperque virginis Mariae, ac salutiferi ligni adorandae et vivificae crucis, et ad speciale patrocinium sancti Michahelis archangeli, totiusque miliciae coeli, et ad laudem veneracionis omnium sanctorum Dei, a venerando eiusdem ecclesie provisore Bernvardo, et ab honorabili Unewano archipraesule Hamaburgensis [a] ecclesiae, ab Ekkihardo quoque Sliesviccensi episcopo, ab Bernhardo [b] quidem Aldenburgensis ecclesiae reverentissimo antistite, ad ecclesiasticae pacis munimen et ad christianitatis salutem et defensionem. Et in tantum predia et res eodem loco pertinentia sunt banno auctoritatis eorum stabilita, ut si quis inde vi aut sponte aliqua diriperet, perpetua damnacione subiaceret, et perpetuo anathemate damnatus, et de terra viventium deletus, qui huic loco esset in aliquo obnoxius et contrarius. Fiat, fiat, fiat.

Hoc fiat verum Christo regnante per evum.

Sed mox eiusdem monasterii habitaculum commissum est ad regendum abbatis officio Goderamno, cenobii sancti Pantaleonis preposito.

Quod pie nam rexit hoc mundo quamdiu vixit.

1023. 1023. ind. 6. Mersiburg imperator Christi incarnationem solemniter celebravit. Gero Parthenopolitanus archipraesul obiit. Cui Hunfrithus, vir per omnia ad usum sancte ecclesiae probatissimus, successit. Arnolfus Halberstatensis episcopus obiit; cui Branthog Fuldensium olim abbas successit. Bernhardus [c] Haldenburgensis antistes abstollitur; post quem Reinoldus subinfertur. Domnus Godehardus prima post ordinacionem suam aestati pulcrum monasterium in australi [d] parte principalis nostrae ecclesiae honorifice fundendo inchoavit. Wolframnus de eadem congregacione electus domno Godehardo successit. Liudolfus comes obiit.

1023. Gero episcopus Magadaburgensis obiit; cui Hunfridus successit. Brantho [a] abbas [b] Fuldensis, episcopus factus est Halberstatensis; Richardus [c] factus est abbas Fuldensis.

1024. 1024. ind. 7. Heinrichus imperator nativitatem Christi Babenberg, pascha Parthenopoli, pentecosten vero Goslare honorifice celebravit. Qui postea Gruna venit, et ibi languore correptus decubuit: et cum tocius regni merore, ah! ah! 3. Idus Iulii hominem deposuit. Sed 22 annis, epdomadis 5 et 1. diem regnavit. Anima eius requiescat in pace.

1024. 1021. Heinricus secundus rex imperator [d] obiit; cui successit Cuonradus.

Det [e] requiem anime, qui cuncta gubernat ubique!

Huic namque 6. Idus Septembris Cuonradus regnum subintravit. Senior noster Godehardus [g] curtem suam ad orientalem partem nos e civitatis, in loco qui dicitur Sulza fabricavit [f].

1025. 1025. ind. 8. Cuonradus rex natalem Christi Mindo cum ingenti gloria et leticia peregit. Ibi etiam plurimos, qui praedicte eius electioni non intererant, obvios habuit, omnesque sibi devotos in gratiam recepit. Pascha vero Regenesburh celebravit. Domnus Godehardus montem spetiosum in occidentali parte civitatis nostre incolere cepit, quem postea titulo ac nomini sancti Mauricii summi sui patroni dedicavit.

1025.

1026. 1026 [c]. ind. 9. Cuonradus rex natalem Christi Lindburg celebriter feriavit. Wolframmus Altahensis abbas obiit. Cuius in locum Ratmundus est electus, et Dei gratia consecratus. Pater Godehardus hoc anno praedictum novum nostrum monasterium in occidentali [h] parte nostrae principalis ecclesiae 17. Kal. Septembris in honore passionis, resurrectionis, assensionis Christi sollemniter

1026.

H. a) hamoburgensis *c.* b) Be::::::: quidem; *saec. XV.* Bennone quondam. c) Bennone *m. sec. XV.* d) o:::t:::ali 1. orientali *m. s. XV.* e) Ded *corr.* Det c. f) G. *c.* g) *hinc alia manus.* h) *ut supra nota* d. = L. a) Brandt 1. b) a. f. *desunt* 5. c) r. f. e. a. f. *anno* 1024 *adscribuntur in* 5. r. f. a. successit 2. 6. d) primus i. 2. 6.

consecravit. Ekkihardus Sliesvicensis episcopus obiit. Cui Rodulfus, de Colonienssi clero electus, successit. 1026.

1027. ind. 10. Cuonradus rex in pascha Romae imperator factus est. Et filius eius Heinricus rex dux Baiariae esse cepit. Sinodus generalis in Franconovurdi episcoporum 22. praesente Cuonrado imperatore, in qua domnus Godehardus diocesim suam super Gandeshemensse* territorium canonice retinuit, testimonio 7 episcoporum, Brunonis Augustensis, Eberhardi Bavenbergensis, Meginwreci Paterbrunnensis, Meginhardi Werziburgensis, Hildiwardi Citicensis, Sigiberthi Mindensis, Brunonis Mersiburgensis. In hac sinodo Gebehardus iuvenis, frater imperatoris, arma conpulsus deposuit, et clericalem tonsuram accepit. Wiggerus presbiter nostrae congregationis obiit.

1027. Cuonradus rex imperator factus est in pascha. Gevehardus*, frater imperatoris, coactus est ex laico clericus fieri. 1027.

1028. ind. 11. Imperator incarnationem Domini Regenesburg celebravit. Mogontinus archiepiscopus Aribo in Geizlethe[78] sinodum generalem cum suis suffraganeis episcopis habuit, in qua inter cetera ecclesiastica quidam homo ingenuus de homicidio Sigefridi comitis incusatus, candenti se ferro expurgavit, qui ex decreto synodali post duas noctes probatus, illesus apparuit. Misako, qui iam per aliquot annos regnum Sclavorum tyrannice sibi contra imperialem usurpabat maiestatem, orientales partes Saxoniae cum valido suorum exercitu violenter invasit, et incendiis ac depraedationibus peractis, viros quosque trucidavit, mulieres plurimas captivavit, parvulorum innumerabilem prorsus multitudinem miserabili inauditaque mortificatione cruentavit, et per semetipsum suosque, immo diaboli satellites, nimiam crudelitatis sevitiam in christianorum finibus Deo inspiciente exercuit.

1028. Heinricus, imperatoris filius, rex factus est Aquisgrani per Pilegrinum Coloniensem archiepiscopum. 1028. 78

1029. ind. 12. Imperator natalem Christi Inglenheim* peregit. Brun Augustae civitatis, frater Heinrici imperatoris, obiit. Cui Eppo regius cappellanus successit. Generalis sinodus in Palithi praesidente imperatore cum episcopis 11, in qua iterum Mogontinus archipraesul domnum Godehardum super Gandesheim inquietare cepit. Werinherus Argentinae praesul e mundo migravit; post quem Willehaelmus reginae archicapellanus subintravit. Legati Liutiziorum Palithi ad imperatorem venientes, eius iuvamen contra Misakonem tirannum petierunt, seque ei fideliter servituros promiserunt. Et mentita est iniquitas sibi.

1029. Bruno Augustensis episcopus obiit, cui Eppo successit. Wernherus Argentinae episcopus obiit, cui Willihelmus successit. 1029.

1030. ind. 13. Cuonradus imperator cum exercitu fuit in Ungaria. Goderamnus primus Hildeneshemensium abbas 2. Kal. Iulii obiit, cui Aedelberhdus Herocampiae[79] montis sancti Iohannis baptistae praepositus, iuste conversationis monachus, successit; et in proximis 8. Kalend. Ianuarii consecratus est a domno Godehardo ad principale altare sanctae Hildinesheimensis ecclesiae. Hoc anno domnus Godehardus episcopus et Aribo metropolitanus Mogontiae inter se invicem super Gandeshem recontiliati sunt. Nam ipse metropolitanus patrem Godehardum secreto convenit, seque super eadem parrochia errasse confitendo nuntiavit, et omnem fraternam satisfactionem, set et de praeterita lite perpetuam taciturnitatem sub vero Christi et ecclesiae testimonio promisit; sibi priora errata per Deum remitti suppliciter petiit. Istud ergo hic ideo veraciter inscribitur, quia ipso domino Godehardo sepius idem in suo sermone publice protestante verum esse comprobatur. Unewanus Hammaburgensis archiepiscopus obiit; cui suus praepositus Liebizo successit. Aecclesiam etiam pulchram in Holthunon[80] in honore sancti Benedicti abbatis, monachicae conversationi aptam, fundavit.

1030. Cuonradus imperator Ungariam cum exercitu intravit. 1030. 79 80

H. *) gandeshemensses c. a) Iglenheim c. = L. a) Gebehardus 2. 6.

78) Geisleden in terra Eichsfeld. 79) Hersfeld. 80) Osterholz.

1031. 1031. ind. 14. Cuonradus imperator natalem Domini Patherbrunnen et pascha Nuvimago feriavit. Eodem anno imperatoris filius Heinrichus rex et ipse dux Baioariae, et Stephanus rex Ungaricus, cum iuramento invicem firmaverunt pacem. Et Heinricus, Stephani regis filius, dux Ruizorum, in venatione ab apro discissus, periit flebiliter mortuus. Imperator cum parvo Saxonum exercitu Sclavos autumnali tempore invasit, et Mysachonem diu sibi resistentem regionem Lusizi cum aliquot[a] urbibus et praeda, quae prioribus annis in Saxonia facta est, restituere pacemque iuramento firmare coegit. Qui Mysecho post mensis tantum spatium a fratre suo Bezbriemo subita invasione proturbatus, et ad Oudalricum in Beheim fugere est conpulsus. Sed idem Bezbrimo imperatori coronam cum aliis regalibus, quae sibi frater eius iniuste usurpaverat, transmisit, ac semet humili mandamine per legatos suos imperatori subditurum promisit.

[b]Arnolfus pater monasterii Herveldensis, precipuus in divinis et humanis rebus, quorundam fratrum eo loci cuiusdam criminis obiectione accusatus, miserabiliter proprio honore est privatus. In cuius loci vicissitudinem subrogatur Bardo, procurator coenobii Wirdunensis, suggestione Gislae imperatricis. Eidem vero Bardoni successit Geroldus Fuldensis monachus. Wiggerus Vardensis episcopus obiit, post quem Thietmarus intravit. Eodem anno piae et venerabilis memoriae Aribo Mogontiacensis archiepiscopus causa orationis Romam adiit; indeque digrediens, Cumis 8. Id. Aprilis, ah! ah! ex hac vita migravit; cuius honoris principatum optinuit Bardo, tunc nuper praelatus abbas Herfeldensi monasterio. Sed huic quoque mox successit ad abbatiae dignitatem Roudolfus Bopponis monachus, coenobii Stabulon praepositus, a quo imperatoris decreto inibi mutata est monachica consuetudo.

1031. Arnoldus abbatiam Herveldensem perdidit; cui Bardo successit. Sed is post dimidium annum Ariboni, Mogontino archiepiscopo, defuncto successit; Rudolfus vero abbatiam[a] iterum suscepit[b].

1032 80 1032. ind. 15. Chuonradus imperator natale Domini Gosleri, pascha vero Seliganstad celebravit. Hoc anno Bezbriem ob inmanissimam tirannidis suae sevitiam a suis, et etiam non sine fratrum suorum machinatione, interfectus est. Sed Miseko statim domum rediit; qui cognoscens sibi propter inmoderatam sui insolentiam, quam prioribus annis exercuit, omnia quae perpessus est, merito evenisse, legatos suos ad imperatorem destinavit, tempusque semet praesentandi condigneque satisfaciendi postulavit. Et postmodum imperatore consentiente Mersburg venit, et semet Non. Iulii in imperatoriam potestatem, coronae scilicet ac tocius raegalis ornamenti oblitus, humiliter dedit. Quem imperator clementius, quam ipse opinaretur, suscepit, eique et eius patrueli cuidam Thiedrico regnum, quod ipse solus ante possederat, divisit; quod ipse tamen postea solus iterum sibi usurpavit. Oudalricus vero, eodem regali iussione invitatus, venire contempsit. Quem imperator
81 postea Wirbeni[81], ubi contra Liutizios pacificandi regni gratia consedit, ad se venientem et etiam ratione convictum, de insidiis quoque, quas ipsi imperatori fecit, ante biennium confessum, in exilium transmissit. Sigifrithus Mimigardevordensis ecclesiae praesul 5. Kalend. Decembris obiit, cui Herimannus Coloniae praepositus successit. Liebizo Hammaburgensis archiepiscopus 8. Kalend. Septembris obiit, cui Herimannus Halberstatensis cenobii praepositus successit. Arnolfus abbas Herocampiae 5. Kalend. Ianuarii obiit, et ad Gellinge sepultus, qua tunc gratia manendi habitavit; sed inde post tres dies todidemque noctes deductus, et de terra effossus, ex praecepto Roudolfi sui successoris, Herfeldiae in ecclesia sancti Michahelis est tumulatus. Wiggerus presbyter et praepositus 5. Kalend. Aprilis obiit [c].

1032. Arnoldus, amissa abbatia Herveldensi, obiit in Gellingin[80].

H. a) aliquod *corr.* aliquot *c.* b) *hinc alia manus.* c) *hinc alia manus.* = L. a) herueld-suscepit 1. abbas herueldensis sus 1. b) recepit 1.

80) Gellingen, Göllingen, monasterium olim nunc vicus, ad Wipperam prope Francohusam, in principatu Schwarzburg Rudolstadt. HESSE. 81) Werben ad Albiam.

1033. ind. 1. Imperator natale Domini Patherbrune, pascha Neumago egit. Et aestivo tempore Burgundiam cum exercitu properans, Oudonem diu sibi resistentem, qui eandem regionem sibi contra imperatoris voluntatem tyrannice usurpaverat, obvium suscepit; acceptisque ab eo de pace iuramentis e obsidibus, pacifice rediit. Eodem etiam anno ad castellum Wirbine Liudgerus comes, et Thiedof, et Wolveradus, cum aliis 40 occisi sunt. Piae memoriae Cunigund imperatrix 5. Non. Marcii obiit. Eclipsis solis 3. Kal. Iulii, feria 6. natali sancti Petri apostoli, hora diei 6. accidit, imperatore tunc placitum cum primoribus regni tractante in Merseburg civitate. Dedicatio monasterii sancti Michahelis archangeli in Hildenesheim 3. Kal. Octobris per Godehardum, eiusdem loci episcopum, cum maxima frequentia populorum. Incendium Altahensis monasterii 6. Kal. Martii.

1033. Cunigund imperatrix obiit. Imperator exercitum duxit in Burgundiam contra Uodonem [a]. 1033.

1034. ind. 2. Imperator nativitatem Christi Mindo, et pascha Reinesburg feriavit. In natale Domini ad eum legati diversarum gentium cum optimis multimodisque muneribus venerunt; ibique Hildericho, qui Altmannum interfecit, intercessione imperatricis et episcopi Halberstatensis, incolomitas vitae et repeticio patriae conceditur. In pascali vero festivitate Oudalricus Boemiorum dux, optentu imperatricis et principum, in gratia de exilio domum redire promeruit, et ducatus sui medietatem, suo fratre Germiro medietatem retinente, suscepit. Udo iuvenis, filius Ottonis comitis de Hamerstein, obiit. Imperator iterum hoc anno Burgundiam cum grandi exercitu intravit, et Oudonem item resistentem fugavit, eandemque regionem fidelibus suis, qui ei fidem iuramento firmabant, commendavit [a]. Meginhardus Werziburgensis praesul ad Christum migravit; post quem Bruno, patruelis imperatoris, subintravit, a Deo datus [b]. Warmundus Constantiae antistes obiit; cui frater eius Eppo, regius capellanus, successit. Plura et insolita bella inter Lvitizios et nostrates ad oppidum Wirbini exorta sunt, in quibus de nostris quidam interfecti sunt, et plerique sauciati. Peccatis etiam nostris ah! ah! coram Deo promerentibus, laudandum et honorabile exercitium venerabilis viri Bernwardi episcopi, monasterium scilicet sancti Michahelis archangeli, Kal. Iunii in vigilia pentecosten ad vesperam fulmine combustum, et miserabiliter est deterioratum. Misacho Polianorum dux inmatura morte interiit, et cristianitas ibidem a suis prioribus bene inchoata et a se melius roborata, flebiliter proh dolor! disperiit. Praedictus quoque Oudalrichus Boemicus dux, post reversionem fratre caecato, filio fugato, item sacramenta refringens infidelitati institit, et tandem in cena residens, cibo potuque suffocatus extabuit. Quia ergo ius fasque contempsit, et post tam plura iuramenta priscis iterum insidiis consensit, unde fidelibus Christi salubris providetur refectio, inde illi iusta pro pravis suis meritis venit interfectio. Eodem anno Thietmarus Vardensis episcopus 7. Kal. Iulii ad Christum migravit.

[c]Post quem Bruno, frater Friderici comitis, Nienburgensis et Maegetheburgensis abbas subintravit. Eidem vero Brunoni in Nienburg Albwinus in philosophica arte eruditissimus, Herfeldiae praepositus, qui fuit ibidem antea scolae magister famosissimus, successit. In Maegetheburg autem Sidaec de eadem ecclesia electus substituitur. Eodem anno Thiedricus comes Orientalium a militibus Aeggihardi marchionis in proprio cubiculo ficta salutatione circumventus, in dolo 13. Kal. Decembris occiditur. Cuius dignitatem honoris Daedi, filius eius, obtinuit, qui postea Oudam, Willihelmi Turingorum praetoris viduam, in coniugium [d] ascivit. Hezo Palatinus comes a sua concubina nomine Tiethburga veneni poculo, ut fertur, defraudatus, periit flebiliter mortuus, et ad Augustam transportatus et in ecclesia sancti Oudalrici est sepultus 16. Kal. Iunii. Ekberthus comes 5. Kal. Appril. obiit.

1034. Albuwinus [b], praepositus Herveldensis, abbas factus in Niunburg [82]. 1034. 82

H. a) commendadiuit c. b) *litteris rubris* ADEODATUS. c) *Hinc alia manus.* d) coninium c.
L. a) tedonem 4. b) albuinus 1. 82) ad Salam.

1035. 1035. ind. 3. Chounradus imperator nativitatem Christi cum decentissima suorum frequentatione Goslare celebravit; quo ad eum diversarum gentium legati cum muneribus convenerunt; qui inde, ut imperatoriam maiestatem oportebat remunerati, abierunt. Ubi etiam praedicto domno Albwino abbatiae dignitatem in ipsis Kal. Ianuarii commendavit. Et Chuonradum Alberici filium exilio reum maiestatis deputavit. Tempore quadragesimali urbs Wirbini a Luitiziis capitur, et praesidium Daedi comitis captivum diducitur. Incendium Degarensis[83] monasterii 5. Kal. Marcii. Imperator pascha Paderbrunne feriavit; ascensionem Domini Seliganstad, pentecosten vero Bavenberg egit. Unde expeditionem suam in Liutizios serio mandavit. Ibi etiam Heinricho regi, filio imperatoris, filia Chnut regis Danorum iuramentis desponsatur; et Otto de Suinvourdi ibidem Mathildem, filiam Bolezlavonis Polianorum ducis, sibi desponsavit. Imperator cum validissimo exercitu regionem Liutiziorum [a] intravit; quam longe lateque incendiis et populationis devastavit. Eodem anno Herimannus Hammaburgensis metropolitanus ex hac vita migravit. In cuius locum Adelbrandus [b] regius capellanus intravit; qui cum summo suorum suique conprovintialium gaudio a suis suffraganeis episcopis sabbato ante nativitatem Christi, in vigilia sancti Thomae apostoli, prespiterii honorem, et in crastinum pontificalem promotionem accepit honorifice. Opperthus Elewangensium abbas obiit; cui Rihhardus Fuldensis monachus successit. Maerksuit Wongerestorpiensium abbatissa 2. Kal. Novemb. obiit; post quam Alberad, Molinbechiensis prius abbatissa, machinatione Sigiberhti Mindensis episcopi idem regimen suscepit, tota congregatione nimium renitente. Hiemali tempore Chnuht, rex Danorum et Anglorum, inmatura morte praeventus obivit, et christiana religio ab ipso fideliter exculta periclitari coepit. Sed filius eius iunior, Haerdechunt nomine, regnum ipsius post eum consensu provintialium obtinuit. Outa sanctae commemorationis abbatissa de Confengon[84] obiit 14. Kal. Octob. Bruno comes obiit 14. Kal. Iun.

1035. Rudolfus, abbas Herveldensis, ordinatur episcopus Podelbrunnon [a]; cui Meginherus [b], vir venerabilis, successit.

1036. 1036. i d. 4. Imperator cum summa suorum principum [c] frequentia nativitatem Christi Argentine magnifice celebravit; purificationem vero sanctae Mariae Augustburg egit, ubi et publicum cum cunctis circumiacentium regionum primoribus conventum habuit, in quo patrueli suo Chuonrado ducatum Carentinorum commisit. Adaelberonem maiestatis reum priori anno dimovit. Histem [d] diebus idem Adalbero Willehelmum comitem interfecit, et postea in castellum Eresburgh causa latendi confugit. Imperator pascha Engilenheim feriavit. Deinde Triburiam tendens, generali ibidem sinodo praesedit, in qua germanitas episcoporum priora decreta redintegravit, et etiam quedam ad firmamentum sanctae aecclesiae necessaria conformavit. Ibidem etiam praedictus Otto cogente sinodo Mahthildem sibi desponsatam iuramento a se abaligenavit. Asscensionem Domini imperator Paderbrunne peregit; pentecosten vero nativitatemque sancti Iohannis Niumago, et ibi filio imperatoris Heinrico regi venit regina, Cunihild nomine, quae ibidem in natali apostolorum regalem coronam accepit, et mutato nomine in benedictione Cunigund dicta est. Aestivo etiam tempore imperator regionem Liutiziorum cum exercitu intravit. Sed Dei gratia omnibus pro suo velle dispositis, acceptis obsidibus et innumerabili pecunia, in pace remeavit. Meinwercus Patherbrunensis episcopus Non. Iunii obiit. Cui Ruodolfus Herveldiae abbas successit. Sed domnus Meginherus eiusdem loci decanus, plurali utilitatis studio imbutus [e], sanctae quidem conversationis monachus, Herfeldiae primatum eiusdem dignitatis obtinuit. Bruno Mersburgensis praesul Id. Aug. sustol-

1036. Piligrinus [c] Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Herimannus successit. [Eodem anno aedificatum est monasterium Scothorum in Erfordia per domnum Waltherum de Glisberg; ibidem sepultus. 4. 5.]

H. a) liutizoiorum *c.* b) BEZELINVS *in m. litteris* BEZ *abscisis.* c) printipum *c.* d) *i. e.* Hisdem.
e) imbututus *c.* = L. a) podebrunnen 1. podelbrunon 4. b) Megingerus 1. c) biligrinus 4. 5.
83) Tegernsee. 84) Kaufungen in Hassia.

litur, post quem Hunoldus Halberstatensis praepositus subinfertur. Thiedricus de eodem ibi coenobio praeponitur. Sanctae Agrippinensis ecclesiae metropolitanus venerandae memoriae Biligrinus, ad omnia in divinis et humanis perstrenuus, 9. Kal. Septembris ad Christum migravit. In cuius locum nobilissimae indolis iuvenis Herimannus, eiusdem aecclesiae archidiaconus, sed regius capellanus et Cisalpinus cancellarius, cum inenarrabili gaudio piorum omnium intravit. Branthohus Halberstatensis pontifex 6. Kal. Septembris discessit[a], cui Burghardus imperialis cancellarius honorifice successit. Sigeberhtus Mindensium praesul spiritum efflavit 6. Idus Octobris; post quem nobilis prosapiae tyro Bruno nomine, regalis capellanus, cum generali congratulatione quorumque Christi fidelium idem antisticium coelesti benedictione accepit. Gozmarus Asneburgensis episcopus 4. Id. Decembris obiit; cui Albericus regius postsequetaneus successit. Domnus Godehardus, Hildeseimensis[b] episcopus, Brunonem Mindonensium praesulem, et Burghardum Halberstatensem pontificem, 15. Kal. Ianuar. sabato ante natalem Domini in Halberstat presbiteros ordinavit. 1036.

1037. ind. 5. Imperator natalem[c] Christi Verone honorifice celebravit. Et imperatrix cum filio rege et nuru eosdem dies Imbripoli feriavit. Tunc in natali sancti Stephani protomartyris Burghardus praesul Halberstatensis pontificalem benedictionem a Bardone Mogontiaco metropolitano suisque suffraganeis Heliganstedi honorifice percepit. Imperator post natalem Domini in Salerno opido generalem conventum de re puplica cum Cisalpinis nostrisque primoribus habuit; in quo Mediolanensis archiepiscopus imperatori contrarius comprehenditur, et Bopponi Aquilegensi patriarchae servandus committitur; a quo fuga lapsus, palam rebellare cepit. Quem imperator e vestigio cum exercitu insequutus, urbem per totum subsequentem annum cum tocius periculo exercitus obsedit. Bruno Mindensis praesul in sancto die pentecosten epischopalem unctionem ab Herimanno Agrippinensi metropolitano in campo iuxta Mediolanum, astantibus imperatore et rege cum quampluribus regni primoribus, condigne suscepit. Eodem die inibi magna tonitrus[d] fulgurisque exorta collisio hora diei sexta, de exercitu imperatoris non minus 60 viros, ut dicitur, cum inenumerabili equorum armentorumque multitudine peremit; sed et sequenti die hora eadem etiam aliquos ademit. Plurimos quidem varios et etiam insolitos difficilium rerum eventus per hanc aestatem exercitus noster in multis ibidem sustinuit.

1037. Incensum est monasterium Herveldense. Gozelo dux Odonem[c] comitem occidit, et cum eo ad sex milia[b] homines. 1037.

Placentinus, Cremonensis, Vercellensis, alii etiam episcopi, quidam maiestatis rei, quia cum praedicto archiepiscopo et Oudone tyranno saepe memorato contra imperatorem consenserant, captivi ad nos in diversa loca exiliati sunt. Prenominatus ergo Oudo, imperatore Italiae partes procurante, Luthuringiam iuxta marcam Gazelonis ducis eiusque filii Godefridi tirannice invasit, et civitatem, quae Bera[85] dicitur, iniusta praesumtione occupavit; iuxta quam ab hisdem ducibus occupatus, consertoque praelio inter primos inglorius occubuit, iustasque divinae ultioni post effracta iuramenta penas exsolvit. Ab ipsis sane victoribus ignoratus, in crastinum inter vulgus inventus est nudus, vitam pariter et regno, quod sibi usurpans affectabat, spoliatus. Nostrae aeclesiae daecanus Tadilo 11. Kal. Februar. obiit, pater in Christo venerabilis et piis omnibus semper memorabilis. Hagano diaconus, regius capellanus, 10. Kal.[c] Marc. moritur, et in Herveldia sepelitur. Sigifridus comes et Dangmarus comes obierunt. 85

1038. Imperator cum nobilissima sui familia nativitatem Christi Parmae celebravit; qui urbani ex levi causa sancto die nativitatis Domini ad vesperam certamen inierunt, in quo de exercitu quamplures,

1038. Gotehardus Hildenesheimensis episcopus obiit; cui Diotmarus[c] successit. 1038.

H. a) succesit *c.* b) himileseimensis *c.* c) *deest c.* d) tronitus *c.* e) X. dec. marc. *c.* = L. a) Ottonem 1. udonem 2. b) *deest* 2. 6. c) dietmarus 4. 5. 6.

85) Bar.

1038. sed praecipue tres ex clientibus regiis, Chonon, Magnum, Suicgerum, peremerunt. Pro qua ergo insolentiae temeritate in crastinum diluculo ipsi simul cum civitate omnibusque suis, preda, igne, ferro perierunt. Pascha vero imperator
86 sine quavis molestia in castello Spella[86] pacifice feriavit. Predictus quoque Mediolanensium metropolitanus ab apostolico pontifice post iustas crebras ammoniciones communi episcoporum decreto in paschis anathematizatus, et a cetu fidelium est segregatus. Qui nihilominus in sua obstinatione perduravit, et imperatori pro posse in omnibus per praesentem et etiam subsequentem annun incommodavit.

Eo tempore venerande memoriae sanctus noster pontifex Godehardus 3. Non. Maii, videlicet feria 6. post ascensionem Domini ex hac vita subtractus, ad eternam cum Christo perenniter victurus migravit, nobisque miseris inmensam mesticiam discessu suo contulit. Quem vere ad Deum precessisse non discredimus; hoc tamen, quod sancta eius ammonitione fructiferaque virtutum praeostentatione praesentialiter privamur, merito semper ingemimus. Qualis namque meriti esset, unusquisque in suo fine cognoscere potest; quia sicut scriptum est, unusquisque in suo fine cognoscitur. Satis quoque est apertum, illum habere magna praeconia meritorum, cum in eius obitu tam mirifica signorum gesta patefecit Deus in miraculo. Illud vero quamquam sit cunctis Christi fidelibus notum, vera experientia relationum tamen ob eius sanctitatis testimonium hic continetur inscriptum [a].

In cuius locum domnus Thietmarus regius capellanus successit, ad omnia in divinis et humanis feliciter perstrenuus, a Bardone metropolitano Mogontiae 13. Kal. Septembris Laresheim est consecratus. Liudolfus comes, privignus imperatoris, 9. Kal. Maii inmatura morte obiit. Et eius frater Herimannus, Alaemanniae dux, subita infirmitate praeventus, bonis flebilis omnibus 16.[b] Kal. Iulii denotavit. Nobilis etiam nostra regina Gunhild 15. Kal. Augusti ex hoc mundo migravit; cuius intempestativus obitus quam plurimos cuiusque ordinis per christianum imperium contristavit. Sigifrithus praetor Palatinus[c], frater
87 Brunonis episcopi Mindonensis, 7. Kal. Mai moritur, et in Wimilaburh[c.87] tumulatur.

1039 1039. ind. 7. Imperator natalem Domini Goslare cum reverentissima principum sui congratulatione decentissime tripudiavit, ubi et legatos cunctarum adiacentium regionum cum debitis vectigalium professionibus in aucmentum suae magnificentiae suscepit, quosque, ut imperialem munificentiam decebat, tam sui quam optabant gratia, quam et rerum habundantia donatos pacifice remisit. Ibi etiam inter cetera[d] institutionis suae decreta Alberadae abbatissae de Molinbach abbatiam Wongeresthorph invito Brunoni episcopo resignari praecepit. Quam tamen idem episcopus post pascha vel spontaneam vel invitam ab eadem dignitate sub abrenuntiacione publica desistere fecit.

1039. Cuonradus imperator obiit Traiecti [a] feria secunda in pentecoste; cui Heinricus tertius, filius eius, successit. Richardus [b] abbas Fuldensis obiit, cui Sigewart successit. Regenbolt Spirensis episcopus obiit; cui Sibicho [c] successit.

Purificationem sanctae Mariae imperator Altstedi egit, sicque compendioso itinere peragrata Origentali Saxonia, rebusque pacificatis, Nuvimagon tetendit; ibique tempus quadragesimae et sanctum pascha et ascensionem Domini, podagra [e] laborando, consedit. Inde ad celebrandum pentecosten Traiectum venit, et ibi quidem in summa laeticia sanctum diem, scilicet in regalis diadematis decore procedendo, peregit. Sed sequenti die, feria 2. hora diei 6. 2. Non. Iun. mense reficiendi gratia assidens, subita defeccione praereptus, vixdum confessionis sententia prolata, flebiliter exspiravit. O ergo occulta divinae dispensationis iudicia, admiranda pariter et metuenda, qui priori die maximo mundialis pompae tripudio rex et imperator orbis coronatus processit, posteriori ah! ah! die viam universae carnis ingressus, cinis vermisque futurus, discessit; nisi quod vere

H. a) *quatuor lineae vacuae; tunc alia manus incipit.* b) VIX *c.* c) *i. e.* comes palatinus. c²) Vuidaburh *corr.* Vuimilaburh *c.* d) c. suae i. s. d. *c.* e) podraga *c.* = L. a) *deest* 4. b) reginboldus 3. c) sibicoh 4.

86) Spella, prope Fuligno. 87) videtur esse Wimmelburg, prope Eisleben, olim coenobium a. 1525 dirutum.

speramus, quia quicquid carnaliter contraxit neglegentiae, pro hoc in defensionem animae 1039.
supplicatio intervenit ecclesiae. Sed ut quidam ait:

O nil gnara[a] sui mortalia pectora fati!

Verum ut verius dicamus, o dura, et ut in pace loquar, prorsus insensibilia humani generis corda! quia in quo viro pene tocius orbis capud virtusque concidit, ad eius obitum tam subitum tamque periculosum sane nullus ingemuit.

Hunc rector regum[*] Dominus soletur in evum,
Cum pueris Habrahe vivat et in requie.

Sed filius eius domnus Heinrichus, in omni quidem virtutum exhibitione perstrenuus, ante scilicet in specialem regni monarchiam generali cleri populique praelectione coronatus, nunc autem sine quavis contradictionis molestia, summa christianismi concordia, solio patris, Deo gratias! est intronizatus.

Quem Deus in finem conservet rite senilem,
Et placidus placito sit pius ipse suo.

Chonradus Carentinorum dux, patruelis Chonradi imperatoris, 13. Kal. Aug. inmatura morte, regio morbo diu fatigatus, discessit. Eodem die venerandae memoriae Rihhardus abbas Fuldensis obiit; in cuius locum Sigewardus iuvenis, ab ipso eo loci in divino servimine regulariter et etiam sapienter enutritus insedit. Hisdem diebus Radulfus abbas de Diuzi[88] obivit. Pie in Christo venerabilis memoriae domna Sophia 6. Kal. 88
Februarii obiit. Sed huic in Gandesheim soror eius Adalheiht Quidelingensis domna successit, et abbatiam Aesnidi[89] Theophanu neptis earum obtinuit[b]. 89

Senior noster Thietmarus episcopus post obitum praedictae domnae Sophiae decimas super Gandeshem circumiacentesque villulas, quas ipsa a nostris senioribus in beneficium habuit, in suam vestituram recipi iussit. Cui Bezoca preposita cum suis fautoribus frivola machinatione restitit. Hasmet decimas ipse modo, abbatissa adveniente, pontificali auctoritate repetivit, easque per manum advocati Christiani comitis cum digna satisfactione in proprium sine quavis interdictione 5. Kal. Octob. recipit in choro aquilonali; quas postea eidem altari et abbatisse beneficii gratia, quandiu ipse vivat, repraestitit, pro eo scilicet censu, quem sancte memorie Bernwardus episcopus ibidem instituit. Testes, Herimannus archiepiscopus Colonie cum suis quatuor clericis, Bodo noster decanus, Aellio, Wolfherus, Volcawardus, Reinbertus, Wolferus, Liudierus, Merkhardus, Werinus, Rihdagus, Thietmarus, Imezi, Adeldagus, Liudierus, Warmund, Wolferus, cum aliis multis laicis, Thietmarus comes, Uodo comes, Tiedricus comes.

1040. ind. 8. Novus rex noster incarnationem Domini Radisbone decenter egit, et 1040.
purificationem sancte Marie Auguste degens, placitum habuit cum Cisalpinis primoribus de rei publice stabilitate[c].

ANNALIUM HILDESHEIMENSIUM CONTINUATIO. A. 1041—1108.

1041. ind. 9. Heinricus rex ducem Boemiae Fratislaum bello petit; sed multis 1040.
proceribus et militibus in praestructione silvae citra et ultra occisis vel captis, nil dignum efficere potuit. Petrus quoque, Ungariorum rex, eidem duci[d] contra Heinricum regem auxilia misit.

1042. ind. 10. Ungarii quendam Ovonem regem sibi eligentes, Petrum regem 1041.
suum expellunt. Qui profugus et exul, Heinrici regis, cui priori anno rebellaverat, gratiam querit et invenit. Heinricus rex Boemiam ingressus, igne praedaque cuncta devastat, et rebellem ducem obsides dare, et ipsum post se Radisponam ad deditionem humiliter venire, sibique iureiurando fidelitatem servitiumque confirmare coartat. Ovo rex 1042.
Ungariorum, ob susceptum ab Heinrico rege Petrum a se expulsum, fines Baioariae praedis et incendiis depopulatur; set magna pars exercitus eius ab Athelberone marchione deleta est.

1043. ind. 11. Heinricus rex Pannoniam ingressus, duas populosissimas civitates evertit, plures deditione subiecit. Set cum Petrum regem, quem secum ducebat, provinciales recipere nollent, alium quem petebant, ducem eis constituit; quem Ovo post

a) gara *corr.* gnara *c.* *) regnum *c.* b) *hinc alia manus.* c) *hinc alia manus in membrana palimpsesta usque a.* 1100 *exitum; scriptor imperatoris, glossator pontificis partes amplectitur.* d) ducem *codex.*

88) Deutz. 89) Essen.

1043. discessum eius in Boemiam reppulit. Gisla imperatrix, mater Heinrici regis, obiit 16. Kal. Martii, et apud Spiram sepelitur.

1043. 1044. ind. 12. Heinricus rex iterum Pannonias invadens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationem accipiens, discessit. Inde reversus, Constantiensi synodo affuit, ubi cunctis debita dimisit, destructisque omnibus inimicitiis, pacem hactenus inauditam, tam in tota Suevia quam in aliis sui regni provinciis, regia censura per edictum confirmavit. Deinde Agneten, Willehelmi Pictaviensis principis filiam, reginam apud Mogontiam ungui faciens, regalibus sibi nuptiis in Hingelenheim copulavit; unde infinitam histrionum et ioculatorum multitudinem sine cibo et muneribus vacuam et merentem abire permisit. Liupoldus marchio, Adalberti filius, maxima Ungariorum clades, inmature obiit. Thietmarus episcopus obiit; Azelinus eligitur[a].

1044. 1045. ind. 13. Heinricus rex tercio Pannonias iratus ingrediens, Dei favente clementia, et beato Oudalrico episcopo impetrante, victor factus, Ovonem cum uxore et filiis cognatisque, quibus locus evadendi erat, effugabat, Petrum in regnum restituit; subditoque sibi Ungariorum regno, summo cum honore revertitur.

1046. ind. 14. Heinricus rex Italiam ingressus, pacifice a Romanis suscipitur. Papas tres non digne constitutos synodaliter deposuit, et Suidegerum Babenbergensem episcopum papam constituit, ipseque et coniux eius Agnes regina eadem die imperiali
1047. benedictione sublimantur.

1046. 1047. ind. 15. Petrus rex Ungariorum a quodam tyranno Pannonico captus et cae-
1047. catus, ille qui eum expulerat regnare coepit. Suidegerus papa obiit eodem quo consti-
1048. tuitur anno, pro quo Boppo ordinatur. Ottho dux Suevorum obiit, pro quo Ottho de Suinvurdi surrexit.

1048. ind. 1. Boppo papa obiit, anno quo constituitur; pro quo Bruno, qui et Leo,
1049. Tullensium antistes, papa ordinatur. Heinricus imperator nascitur.

1050. 1049. ind. 2.

1050. ind. 3. Bartho archiepiscopus obiit; pro quo Liupoldus ordinatur.

1051. ind. 4. 1052. ind. 5.

1053. ind. 6. Leo papa exercitum ducens per Apuliam contra Nortmannos, infinita
1054. utrobique cede peracta, absque victoria regreditur, et 2. Kal. Iulii eodem anno obiit.

1054. ind. 7. Leoni pape Gebehardus, qui et Victor, successit. Athalbertus marchio obiit. Fames magna fuit. Welf dux Carinthiorum obiit. Counradus dux antea Noricus ab imperatore expulsus, in Pannonia exul male moritur. Hezil comes de Oberestenvelt obiit 6. Kal. Febr. Azelinus episcopus obiit, Hettelo eligitur[b].

1056. 1055. ind. 8. Herimannus Coloniensis archiepiscopus obiit; pro quo domnus Anno ordinatur.

1056. ind. 9. Magna cedes a barbaris qui Liuttici dicuntur, in christianos facta est; quorum quidam gladio, quidam fugientes in aqua perierunt; inter quos Willehalm marchyo occiditur. Hisdem temporibus multi diversarum provinciarum principes perierunt. Fames multas provintias afflixit. Egestas et penuria undique praevaluit; multa mala tunc temporis facta sunt. Heinricus imperator his doloribus cordetenus compunctus, infirmari coepit; et perductus usque ad mortem, sapienti tamen usus consilio, ab omnibus quibus potuit veniam petens, quibusdam praedia quae abstulit restituens, cunctis qui contra eum culpas dampnabiles fecerunt relaxans, filium suum Heinricum Romani pontificis ceterorumque pontificum et principum electione regem constituit. His et aliis, prout possibilitas vitae admisit, bene dispositis, 3. Non. Octobris hanc vitam presentem in Deo finivit.

1057. Anno Domini 1057. ind. 9. Heinricus, filius Heinrici imperatoris, admodum puer coepit regnare. Agnes imperatrix, mater ipsius Heinrici, ducatum suscepit Baioariae. Victor papa multis in Germania bene dispositis, Romam rediit, et eodem anno vitam finivit; pro quo Fridericus, qui et Stephanus, frater Godefridi ducis, iam monachus in monte Cassino factus, a Romanis pontifex constituitur. Hic etiam eodem anno obiit. Item obierunt Adelbero Babenbergensis episcopus et Ottho dux de Suinvurdi.

a) *haec initio anni ad marginem scripta, iam ita abscisa sunt, ut nonnisi* . . . . marus episcopus obiit . . . . . nus eligitur *legatur.* b) *in margine iam nonnisi haec habentur* . . . . linus episcopus obiit . . . . telo eligitur.

1058. ind. 10. 1058.

1059. ind. 11. Liuppoldus Mogontiacensis archiepiscopus obiit; pro quo Sifridus 1060.
Fuldensis constituitur. Sanctus Couno Trevirorum episcopus martyrizatur; in deserto loco a scopuloso monte ter praecipitatus est a Theodorico comite, eo quod absque electione constitutus est, et sepultus est Doleia; ibi per illum Dominus multa signa tunc temporis fecit. Ipse comes postmodum poenitentiam agens, et Hierosolymam pergens, vitam finivit, et omnes consentanei eius mala morte perierunt; pro quo Oudo constituitur.

1060. ind. 12. 1061. ind. 13. 1062. ind. 14. 1063. ind. 15. 1064. ind. 1.

1065. ind. 2. Guntherus Babenbergensis episcopus obiit; pro quo Herimannus 1065.
constituitur. Gozwinus comes ob exercitatam in episcopio Wirceburgensi iniuriam, a militibus Adalberonis episcopi occiditur.

1066. ind. 3. Cometa videtur, et Anglia a Nortmannis subicitur. 1066.

1067. ind. 4. 1068. ind. 5. 1069. ind. 6. 1067.

1070. ind. 7. Dedi marchio regi Heinrico rebellat. 1069.

1071. ind. 8. Ottho, dux Baioariae, regi Heinrico rebellat. 1070.

1072. ind. 9. Coniurant principes regni contra Heinricum regem. 1071.

1073. ind. 10. Saxones Hartesburg destruunt; ubi regis filii sepulchrum violant, 1073.
ossaque dispergunt.

1074. ind. 11. Alexandro pape Hildibrandus successit. 1073.

1075. ind. 12. Bellum iuxta Unstrhut committitur 5. Id. Iunii contra regem Hein- 1075.
ricum, ubi multi potentes ex utraque parte ceciderunt, et Saxones fugam inierunt.

1076. ind. 13. Concilium Wormaciae congregatur, ubi Hildibrandus papa abdi- 1076
catur.

1077. ind. 14. Domnus Anno Coloniensis archiepiscopus obiit 2. Non. Decembr. 1077.
Qui ex fundamento 5 congregationes fecit, duas in Colonia, unam in honore sanctae Mariae, aliam in honore sancti Georgii martyris, et extra unam in loco qui vocatur Grascabf, et in alio loco qui vocatur Salevelt, et unam in monte qui vocatur Sigeberg, in quo feliciter requiescit; pro quo Hildolfus episcopus ordinatur. Agnes imperatrix obiit. Roudolfus rex constitutus est in loco qui dicitur Vorhheim, et in media quadragesima apud Mogontiam unctus est in regem a Sifrido archiepiscopo. *Discordia inter papam et regem Heinricum renovata pro regis inobedientia*[a].

1078. ind. 15. Bellum iuxta Strowi commissum est 7. Id. August. Hildolfus 1078.
episcopus Coloniensis obiit; pro quo Sigewinus ordinatur.

1079. ind. 1. Bellum iuxta Flatecheim commissum est 5. Kal. Febr. Hettilo 1080.
episcopus Hildinesheimensis obiit. *Sedit in episcopatu annis* 25. . . . . *dies* . . . Cui successit Udo, nobilis eius canonicus.

1080. ind. 2. Apud Brixinam Noricam 30 episcoporum magnaeque partis optima- 1080.
tum regni conventus contra Hildibrandum habetur. Bellum iuxta Elstret committitur Idibus Octobris; in quo Roudolfus rex, qui et dux, occiditur.

1081. ind. 3. Heinricus rex Romam obsedit. Bellum inter Liupoldum marchio- 1081.
nem, et Counradum fratrem ducis Boemiae 4. Id. Maii. Item bellum inter Suevos et Baioarios iuxta Danubium, loco qui vocatur Hohstetin[77], 3. Idus Aug. Heinricus rex 77
natus est, iunior filius[b].

1082. ind. 4. Herimannus regnum invadit, *et a Sigefrido Mogontino ordinatur.* 1082.

1083. ind. 5. Roma capta est *et Hildebrandus papa expulsus* ab Heinrico rege, 1083.
et pestilentia magna facta est. Herimannus, qui regnum invaserat, orientalem Franciam hostiliter ingreditur.

1084. ind. 6. Heinricus imperator de Italia revertitur, et Augusta ab eo obside- 1084.
tur et capitur. Herimannus Babenbergensis episcopus obiit, qui ab episcopio expulsus est. Sigefridus archiepiscopus obiit in Thuringia, et apud Hasungun sepelitur, pro quo Wezelinus constituitur.

1085. ind. 7. Synodus Mogontiae apud sanctum Albanum habetur. Obierunt Gre- 1085.
gorius papa, qui et Hildibrandus, Tietmarus Wormatiae episcopus, Herimannus Palatinus comes. Heinricus rex Saxoniam vastat.

a) *manu seculi XII. inserta, littera obliqua expressimus.* b) *vox pene tota abscisa.* 77) Höchstädt.

1086. 1086. ind. 8. *Saxones cum Suevis Werceburch obsederunt, ad cuius liberationem imperator cum magna manu venit et* Bellum iuxta Bleihfelt committitur 3. Id. Aug. *Set rege fugato, Saxones urbem ceperunt.* Herimannus nomen regium deponit, et ipse mox perit. Wirceburch a Saxonibus capta est, et mox ab imperatore acquisita.

1087. 1087. ind. 9. Bertha imperatrix obiit. Pestilentia facta est . . . . . [a].

1088. 1088. ind. 10. Wezil Mogonciacensis archiepiscopus obiit. Bucco Harberstadensis [b] episcopus Gozlariae occiditur.

1089. 1089. ind. 11. *Eggibertus marchio Hildenesheim obsedit, ubi Udonem episcopum diu obsessum cepit* [c]. Bellum iuxta Glicho castellum in Thuringia iuxta Erpesfort situm, inter imperatorem Heinricum et Ecgibertum marchionem in vigilia Domini, die dominica, in quo Burchardus Losannae episcopus occisus est. Obierunt episcopi, Sigewinus Coloniensis, Ottho Radisponensis. Constituuntur episcopi, Herimannus Coloniensis, Routhardus Mogontiacensis, Emehardus Wirceburgensis, 8. Kal. Augusti.

1090. 1090. ind. 12. Imperator Italiam petiit. Herimannus Mettensis episcopus, Liudolfus dux, et Bertolfus dux, filius Roudolfi, obierunt. Eggibertus marchyo occisus est. Domnus Athelbero, vicesimus post beatum Burchardum sacrosanctae Wirceburgensis aecclesiae episcopus 3. Kal. Iulii constitutus, vixit in episcopatu annos 45, menses 3, dies 7; obiit 2. Nonas Octobris.

1091 1091. ind. 13. Mahthilt de Longobardia Heinrico regi rebellat. *Visi sunt per regiones multas vermiculi nimis ignoti* [d].

1092. 1092. ind. 14. Conradus comes a Fresonibus occisus est cum aliis multis 12. Kal. Aug. Et pestilentia [e] magna hominum et pecorum facta est.

1093. 1093. ind. 15. Magnus dux Saxonum Sclavos rebellantes, 14 urbibus captis, subegit. 5. *Kal. Aug. circa vesperam* eclypsis solis facta est 3. hora diei, et draco visus est. Fratislaus dux Boemiae in venatu de equo cadens, subitanea morte discessit. . . . . *per totum . . . . aquilon . . . . are.*

1094. 1094. ind. 1. Pestilentia magna facta est.

1095. 1095. ind. 2. Ladizlaus rex Pannoniae, vir piae memoriae, item Liuppoldus marchyo et Heinricus Palatinus comes obierunt.

1096. 1096. ind. 3. Populus innumerabilis, 12 [f] *fere milia* ex diversarum gentium partibus, *duce quodam monacho Petro nomine* armatus Hierosolimam tendens, Iudeos baptizari compulit renuentes immensa cede profligavit. Apud Mogontiam Iudei numero virorum ac mulierum et infantum mille et quatuordecim interfecti sunt, et maxima pars civitatis exusta est. Iudei per diversas provincias christiani facti sunt, et iterum a christianitate recesserunt.

1097. 1097. ind. 4. Imperator de Italia, *ubi iam septem annis manserat*, rediit. Counradus patri suo Heinrico rebellat; et ob hanc iniuriam iuniori filio suo regnum iniungit. *Hoc anno . . totius i . . . . . es cu . . . . . mul . . . . ner . . . . serunt . .*

1098. 1098. ind. 5. Counradus comes de Hohenburch regi rebellat, et idcirco expulsus est. *Cum capta Nicea civitate exercitus christianorum inde discederet, in quo plus quam* 300,000 *armatorum fuerunt, cum tanta plenitudine conduxit* [g] *vitae necessaria Deus, ut de ariete nummus et de bove vix duodecim acciperentur. Sicque ad obsidendam Antiochyam venerunt. Que per novem menses obsessa et capta est . . . . . aliisque commilitonibus suis. Qui etiam post aliquod tempus intra obsessi sunt a paganis; set afflicti fame nimis et siti, in tantum ut multi ex ipsis cruciferis equos* [h] *et asinos comederent, et vix ab humanis dapibus se quidam continerent. Clamaverunt ad Dominum, ne traderet christianos in manus gentilium* [i] . . . . . .

a) *haec manu correctoris scripta iam abscisa sunt.* . . . . . tus . . . . . u. *legi videntur. Restituendum censeo* Heinricus marchio obiit *ex Chronographo Saxone, aut* Adventus sancti Nicolai Barim *ex Annalista.* b) *ita Cod.* c) *ita restituo ope Annalistae Saxonis; in codice haec tantum leguntur:* . . . . . rchio . . . . . ubi Vdo . . . . . u ob . . . . . t. — *Manus saeculi XV. codici inseruit quae apud Chesnium et Leibnitium habentur:* Marchio de Brandenburg Hildenseim obsedit et episcopum Udonem in ea cepit. d) *ita restituendum esse videtur, ut in Ekkehardi chronico utroque, Annalista et Chronographo Saxone legitur. Vestigia in codice sunt:* . . . . . st . . . . . mult[i]s . . . . . it. e) pestilestia *cod.* f) XII. *vel potius* XV? *cod.* g) c. v. n. D. ut *ex coniectura restitui, quum scripturae reliquiae ad hanc Ekkehardi potius quam ad Chronographi Saxonis lectionem accederent.* h) e. et a. c. *ex Annalista Saxone accepi; in codice legi nequeunt.* i) *supplenda videntur:* bellumque inire cum hostibus proponunt *et reliqua quae apud Annalistam Saxonem usque* et benedicentes Deum *leguntur.*

1099. ind. 6. Imperator Radisponae pascha celebravit; ubi isdem diebus magna mortalitas facta est; in qua Rabbodo Palatinus comes cum aliis innumerabilibus moritur. Counradus Traiectensis episcopus 4. feria paschae a negotiatore Fresico crudeliter occiditur. Obierunt episcopi, Oudalricus Eichstadensis, Herimannus Coloniensis, pro quo Fridericus constituitur. Urbanus papa qui et Otto obiit; *Paschalis succedit.* Hierosolima a christianis capitur. Godefrido duce exercitum regente et in [a] . . . . . *milia Maurorum occiderunt, et thesauros regis Babilonie occupaverunt. Filius imperatoris Heynricus levatur in regem* [b] *Aquisgrani, Counrado rege cum inimicis patris sui in Ytalia consistente et consentiente.* 1099.

1100. ind. 7. Hiemps dura, et fames magna. Udo marchio et plures Saxonum, barbaros qui et Liuttici vocantur invasit, et honorifice triumphavit. Athela marchya, Romam pergens, mortua est. Godefridus dux obiit apud Hierosolymam; *et non longe a sancto sepulchro conditus iacet*, qui exercitum christianorum regebat; pro quo frater eius *Baldewinus* constituitur [c]. 1100.

1101. ind. 8. Imperator natalem Domini apud Mogontiam celebravit. Ubi multi principes convenerunt, et consilium imperatori dederunt, ut Romam mitteret nuntios propter unitatem aecclesiae, et papam constitueret secundum electionem Romanorum et omnium aecclesiarum. Comes Heinricus gratiam imperatoris acquisivit, et ipse imperator marchyam Fresonum sibi tradidit. Qui statim illuc pergens cum uxore sua, ipse interfectus est, et illa vix evasit [d]. 1101.

1102. ind. 9. Imperator natalem Domini Mogontiae celebravit, ubi Heinricus comes de Lintburch [78] dux effectus est. 1102.

1103. ind. 10. Imperator natalem Domini Mogontie celebravit, ubi principes convenerunt. Et in epyphania Domini Emehardus Wirceburgensis episcopus apud sanctum Martinum missam cantavit; et inter missarum sollempnia, quando episcopus populum monebat, imperator quasi corde compunctus Deo promittebat pro delictis suis Hierosolymam pergere, sicque optimates regni decipiebat. Cumque principes ad eius curiam sepe convenirent, nihil de re publica agebant, praeter quod sua ibi consummarent; propterea secum ficta fide versabantur, et adversus eum conspirabant. Sicque omnes regni principes decipiebat, ut nihil rerum veritatis in re publica ageret, nisi quod suis temporibus cuncta vilescerent. Multae urbes et oppida eius bello sunt destructae, et aecclesiarum Dei erat raptor, scilicet causa reconciliandi principes, illarum praedia distribuendo. Quid mul a? nemo umquam talia in antiquis voluminibus repperit scripta, qualia inaudita perpetrarat facinora; et nisi mira Dei clementia eum sufferret, et ad poenitentiam distulisset, terra eum vivum, sicut Dathan, obsorbuisset. 1103.

1104. ind. 9 [e]. Erat in Radisbona in natali Domini imperatoris curia, ubi comes Sigehardus quoddam iudicium super clientes iniuste iudicavit; ex qua causa ab eis est occisus. Unde orta est maxima persecutio imperatori a cognatis illius et a cunctis principibus regni; quia si vellet ei subvenire, nequaquam esset interfectus. Cum vero ob id factum non paucos habere sentiret adversarios, circumquaque ab insidiis eorum vallatus, aptum evadendi coepit inquirere locum. Tandem discessit, et ut sanctum pascha celebraret cum suis Mogontiacum venit. Sancto igitur pascha inibi solempniter peracto, Leodium venit. Quo venire debuerunt comes Herimannus et Magedeburgensis aecclesiae praepositus vocabulo Hartwigus, comitis Eggelberti filius, episcopus ibi constituendus. Cumque simul in via essent directi, ipsi suaque omnia a Teoderico comite de Saxonia sunt captivitate detenti, et ne ad curiam pervenirent impediti. Talia autem ab imperatore comperta, nimis indignatus, circa festum sancti Andreae congregato exercitu et filio suo comitante, venit usque Fridislare; nam abinde debuit in Saxoniam pergere. Ibi nocte quadam filius quosdam de patris sui familiaribus, Herimannum scilicet et alios assumens, quod est 2. Id. Decembr. clam abscessit, et Baioariam ire contendit. Comperto igitur discidio filii a patre a Thiepaldo marchione, supra nominati comitis Sigehardi nepote, gaudens cum cunctis regionis illius primatibus obviam venit, et honorifice suscepit, optimumque duxit, ut natalem Domini Radispone celebrarent. Post nata- 1104.

a) *hic complures lineae legi nequeunt. cf. Chronographum et Annal. Saxonem.* b) in r. *restitui, locus vacat.*
c) *hinc inde eadem quidem manus, sed paulo iam mutata.* d) . . . . . chus abbas . . . . . *in margine.*
e) *in margine aliqua olim legebantur.*
78) Limburg.

1104. lem vero Domini nuncios Romam direxit, querens consilium ab apostolico propter iuramentum, quod patri iuraverat, numquam se regnum sine eius licentia et consensu invasurum. Apostolicus autem ut audivit inter patrem et filium discidium, sperans haec a Deo evenisse, mandavit ei apostolicam benedictionem per Gebehardum Constantiensem episcopum, de tali commisso sibi promittens absolutionem in iudicio futuro, si vellet iustus rex, gubernator esse aecclesiae, quae per negligentiam patris sui deturbata est multo tempore. Mox ut apostolicae consolacionis verba percepit et banni solationem[a] a praedicto episcopo, castellum, quod vocatur Nuorenberc, obsedit et suae ditioni subegit. At pater mane comperto se privatum filio, nimio dolore constringitur, et Mogontiae natalem Domini celebraturus revertitur. Obiit Ioannes Spirensis episcopus.

1105. 1105. *Rex*[b] *Halverstad venit, et canonicos, quos Fridericus episcopus iniuste expulerat, locis et rebus suis restituit; ceterique canonici banno solvuntur, eo quod regis Heinrici anathematizati episcopo consenserant. Inde rex adiit Hildenesheim. Cumque urbi appropinquaret, Udo episcopus cum paucis abiit. Canonici banno solvuntur; ordinati sicut et ordinator ab officio suspenduntur. Post vero episcopus canonicorum consilio revocatus rediit, et banno solutus gratiam regis optinuit. Eo . . . . Northuson, iuvene rege praesidente, Rothardus Mogontinus archiepiscopus, et Givehardus Constantiensis episcopus s . . . . . multis capitulis recitatis, symoniacos a sancta aecclesia eliminandos esse censuerunt. Ieiunium quatuor temporum . . . . . .*

79 . . . . . Statim post epiphaniam legatos direxit[79] Bawariam, Coloniensem videlicet et Treverensem archiepiscopos, et ducem Fridericum, et Erlolfum cancellarium, si quo modo possent reconciliare eum. Filius vero respondens, fatetur, nulla ratione ei communicare posse, nisi prius purgaretur excommunicationis noxa, qua diu tenebatur sedis apostolicae censura. Nunciis vero reversis, iter suum multa comitante caterva direxit Turingiam, ad locum qui dicitur Erphesfurt, ubi decenter a Ruthardo Mogontinae sedis archiepiscopo suscipitur, et ibidem diem palmarum, et sanctum pascha in Quidelenburc caelebravit. Eo siquidem tempore advenit patriarcha de Aquileia, eos si fieri posset complacandi gratia, dicens, non audere sibi communicare, nisi se vellet Deo reum recognoscere, et omni regno humiliare, insuper et Romanae sedi in omnibus obedire. Timebat enim, ne et ipsum eius astutis sermonibus deciperet, sicuti ceteros antea saepe delusit. Idem patriarcha sanctum pascha Mogontiae celebravit, et post pascha muneribus ab eo susceptis, ad propria remeavit. Post pascha vero filius Goslare venit, et ibi generale colloquium cum Saxoniae principibus habuit, qualiter Dei adiutorio et eorum omnium consilio sua deberet ordinare, et aecclesiam modis omnibus violatam purgare et a scissione ad unionem redintegrare. Affuit etiam supradictus Constantiensis episcopus, domni papae cooperator fidelissimus, qui regem et omnes suos ab excommu-
80 nicationis vinculo solverat, et quendam praesulem nomine Widelonem[80], qui omnium scelerum et immundiciarum quae pater egerat spurcissimus auctor existerat, ex apostolica auctoritate deposuerat, et alium in locum eius, quem rex et clerus eiusdem loci elegit, constituerat. Interim vero visum est eidem Gebehardo apostolicae sedis legato, et Ruothardo pontifici Mogontino, in ebdomada ante pentecosten habere concilium in Turingia, in loco qui dicitur Northusun, et aecclesiam quantum potuissent ad pristinum revocare statum, et antiquam patrum regulam ibi recitare; scilicet invasores episcopos, nec non et eos qui tunc temporis intraverant symoniace, vivos deponere, et sepultos effodere, et ab eis ordinatos manus inposicionem a catholicis recipere, et uxoratos clericos nullum divinum officium celebrare. His ita divina inspirante gratia rite dispositis, rex assumptis Saxonibus et Ruothardo archipraesule Mogontino, qui diu a patre suo erat expulsus, post nativitatem sancti Iohannis baptistae ad Rheni fluminis ripam usque perveniunt. E contra vero pater, qui tunc Mogontiae cum suis mansit, transitum negavit, et os[c] omnes, maxime comitem Palatinum, qui filio transmeandi promiserat apparatum, mercede corrupit, classemque navium ad portum transtulit Mogontinum, manuque militum et civium, ne transiret, prohibuit. At filius, videns se patris potencia praeventum, et se non posse transmeare, Mogontinus antistes Turingiam revertitur; ipse vero Wer-

a) *ita codex.* b) *vox hodie haud legitur.* c) *i. e.* hos.

79) *scilicet* imperator. 80) Mindensem *Annal. Saxo.*

zeburc[a] adivit, et episcopum Erlolfum, quem pater suus ibidem constituit, deposuit, et Ruopertum, eiusdem monasterii praepositum, fecit episcopum. Cumque per dies aliquod inibi moraretur, ad Radisbonam iterum revertitur. Ad vincula vero sancti Petri pater eius collecto exercitu insequitur eum; per Bawariam iter suum direxit, et os omnes, quos poterat, qui filio adherebant, vastando et igne cremando consumit, et sic ad Radisbonam ire contendit, ubi filium esse cognovit. Ut autem filius audivit, patrem ex inproviso urbi appropinquare, vix abcessit, et fluvium qui dicitur Regen cum suis transvadavit. Cum vero uterque eorum paulatim suos congregaret, et dux Boemiae patri in auxilium adveniret, nuncii inter eos diriguntur, si quo modo possent ad pacem reduci. Set cum nulla spes recuperande pacis vel concordie foret, et pars suae multitudinis pugnare non auderet, et filio nullo modo posset resistere, nocte cum paucis fidelissimis elabitur, et per Boemiam Saxoniamque cum magna difficultate saltuum et fluminum transcurrens revertitur Mogontiam, si forte transvadandi portum, ut antea, prohibere valeret. Statim filius cum suis patrem insequitur, et Spirae venit ad Rhenum, praefectumque Spirensem mercede conduxit, et in vigilia omnium sanctorum navium apparatum sibi accommodavit, et manu militum, ne quis obsistere posset donec portum transmearet, obtinuit. In die autem omnium sanctorum abbatem Hirsowecensem[81] sublimavit in episcopum Spirensem. Ut autem compertum est patri, filium Spire ad Renum venisse, continuo illuc de Mogontia[b] properans, sibi transitum praepedire iam sperans, illum cum suis transvadasse nimium stupefactus audivit, et mox eadem die nimio perculsus timore rediens, ieiunus et nimis fatigatus Mogontiam venit. Altera vero die abbatem de sancto Albano, nomine Theodericum, Spire dirigit ad eum, obtestans eum per Deum, ut recordaretur se patrem eius esse, et ne tam pertinaciter eum a regno vellet repellere. Ille audire distulit, set hoc ille[c] mandavit, ut ab urbe vellet citus digredi, ne occuparetur ab inimicis. At ille quantocius urbem egressus, ad castellum Hamersten venit, ibique aliquandiu commoratur. Filius vero Mogontiam venit, legatos Turingiam post episcopum mittit, et eum gloriose sanctae aecclesiae, a qua depulsus fuerat a patre, restituit. Post haec pater videns multitudinem principum ex omni regno Mogontiam confluere, et apostolici nuncios *debere*[d] interesse, et pro certo sciens, quia filius generale colloquium ibi vellet habere, cogitans si forte posset aliqua racione eorum voluntatem interrumpere, praemisit Palatinum Sigefridum et comitem Willehelmum, qui adhuc conducti mercede secum remanserant, si forte potuissent condictum placitum filii impedire; ipsumque post eos praedixit esse clam venturum. Cumque ad silvam, quae vocatur San[82], advenissent, et filium cum magno exercitu alia parte reperissent, eique minime resistere potuissent, media nocte fugam inierunt. Ipse autem eos insecutus, ad Confluentiam venit. Ibi patrem ex alia parte fluminis invenit. Cumque ambo inibi convenissent, pater nuncios misit ad filium, rogans ea quae pacis sunt. Filius vero trans flumen ad patrem veniens, se pedibus filii sui advolvit, et quia filius et sanguis eius esset recordari vellet, *premonuit*[e]. At contra filius patris genibus advolutus, rogabat, ut apostolico et omni regno vellet obedire; quod si nollet coelestem Deum patrem habere, et sibi terreno patri penitus ibi in praesentiarum vellet renunciare, promisit, set minime complevit. Cumque talia et his similia de statu aecclesiae et de salute animae eius sermocinaretur per totum diem, vespertino tempore uterque eorum ad hospicium redierunt. Pater quidem incumbentibus noctis tenebris temptabat aufugere; set vallatus undique ab inimicis, nequaquam poterat. Mane vero patre assumpto ad castellum Pinguiam venerunt, et ibi illa nocte pernoctaverunt, et altera die quasi invitum in Bekelenheim[83] deduxit castellum, et in vigilia natalis Domini Spirensi episcopo diligenter custodiendum commisit. Non balneatus, et intonsus, et ab omni Dei servitio privatus, ibi per omnes sacros dies permansit. Sicque filius natalem Domini celebraturus Mogontiam revertitur. *Heinricus*[f] *imperator Leodii moratus somnium relatu dignum vidit. Putabat se quasi in viridario proceris arboribus consito deambulare, quarum quae eminentior videbatur, ad terram corruens unam arborum oppressit et terrae secum prostravit. Deinde ceterae arbores paulatim lapsae sunt. Quod postea rei exitus comprobavit. Imperator enim non longe post*

1105.

a) wezeburc c. b) mongontia c. c) illi? d) *ita m. 2.; vox primae manus deleta est.* e) uellet ::::: monuit 1. *voce erasa.* f) Heinricus *usque* eminentior *supplevi ex Annalista Saxone; in codice tam deleta sunt.*

81) Hirsauecensem, Hirsaugiensem. 82) in sinistra Rheni, inter Bingen et Bacherach, ubi Soneckerschloss. 83) Gau-Böckelheim, aut Bichelsheim ad Naham?

1105. *octo diebus egrotans, nono moritur, et in aecclesia sancti Lamberti coram altari sanctae Mariae tumulatur. Quinto ab hinc die comes Theodericus de Embike Aquisgrani moritur. Dux Magnus Saxonum moritur, et ducatus Liutgero de Supelingeburg commendatur.*

1106. Romanorum 96ᵘˢ Heinricus rex, patre expulso cepit regnare anno 1106. ind. 13. Imperator vero nimis cepit lacrimare, et mestus esse, et de peccatis suis sibi talia evenisse; timens sibi multo peiora a principibus futura, rogat episcopum Spirensem se praesentari, seseque consilio eius et magnatorum regni cuncta facturum promittit: regalia et castella, que optima et munitissima habebat, filio tradere, ut saltem sibi praedia ad usus necessaria impenderet. Episcopus vero in nativitate sancti Iohannis euangelistae Mogontiam venit; ipse et Wirzeburgensis episcopus sacre unctionis ordinem a Ruothardo archiepiscopo acceperunt, et post missarum sollempnia cuncta, quae a patre audierat, filio et cunctis principibus enarravit. Cumque regni principes hoc audissent, condixerant convenire ad Ingelenheim 2. Kalendarum Ian. Ibique imperator est praesentatus. Regnum filio tradidit, atque omnium pedibus provolutus, praecipue cardenali legato apostolicae sedis, veniam[a] et absolutionem banni precabatur, confitens se multo tempore anathematizatum esse a papa Hildibrando, et iniuste super eum constituisse Wichertum papam, et suis temporibus rem publicam nimis esse turbatam; et cuncta, quae sibi obiecerant, confessus est, excepto quod idola non adoraret. Cardenalis autem, qui inopinatę ad haec facta convenerat, dicens, se nullo modo tam magnam personam suscipere, propter quem tanta mala in toto regno sunt perpetrata, nisi ipsemet apostolicus adveniret. Deposito vero patre, filius Mogontiam cum regni principibus revertitur, et propter regalia Werinherum comitem Hamersten misit et nequissimum Volcmarum, qui fuit consiliarius patris et omnium scelerum conscius; et in vigilia epiphaniae ea attulit, et a Ruothardo archiepiscopo et omni clero et populo honorifice suscipiuntur; et ea coram principibus filio tradidit, ita dicens: „Si non iustus regni gubernator extitisset et aecclesiarum Dei defensator, ut ei sicut patri suo evenisset.“ Imperator autem, ut vidit, sibi denegatam esse veniam, cogitans secum, quomodo excitaret vindictam erga rem publicam, Coloniam venit cum paucis qui secum remanserant; civibus illis omnia quae ei acciderant flebiliter enarravit. Deinde venit Leodio, ibique honorifice ab episcopo et civibus est susceptus et consolatus. Convocavit ad se ducem Heinricum et alios plures optimates; eorum pedibus se advolvit, petivitque ab eis auxilium, eventumque suum eis per omnia enarravit. Illi vero ut audierunt eius querimoniam, misericordia moti super eum, fidele[b] sibi adiutorium promiserunt, optimumque duxerunt, ut pascha Domini cum eis ibidem caelebraret[c]. Filius autem ut hoc audivit, nunciavit regni principibus ibidem convenire et placitum cum patre habiturum; movit exercitum magnum, venit ad Aquasgrani, praemisitque quosdam de exercitu ad flumen qui vocatur Mosa, pontum[d] sibi optinere. Hoc vero audientes qui patri auxilium promiserunt, scilicet filius ducis, ex altera parte fluminis convenerunt. Instigante diabolo in coena Domini magna caedes facta est inter eos; multi etiam per emersionem fluminis perierunt. Rex vero ut comperit hoc factum, timuit ne inimici irruerent super eum. Declinavit inde, et ad castellum Bunna venit, ibique sanctum pascha, prout potuit, caelebravit. Deinde vero visum est ei apud Wangionem civitatem placitum habere pentecosten; ibique Heinricum ducem rebus publicis privavit. Pater autem cum gaudio magno Leodio pascha Domini cum suis caelebravit, et post sanctum pascha iterum Coloniam revertitur; civesque illi cum iuramento urbem sibi custodire promiserunt, ac deinde, sicut docti fuerant ab eo, intus et foris se optime munire ceperunt. Rex vero, ut vidit versutiam patris, et antiquam exercere maliciam adversus rem publicam[e], magnum congregavit exercitum de omni regno, et post festivitatem sanctorum Petri et Pauli ad partes Confluentiae venit; ibique collecto exercitu, Coloniam venit, eamque obsedit. Colonienses vero ut boni milites stabant inperterriti, fortiter ei resistentes, et strennuissime, qualiter numquam antea est visum, decertantes, et quidam genus hominum, qui vocantur Gelduni, quos dux Heinricus eis in auxilium miserat, viri bellatores et strennui et nimis docti ad praelia. Idcirco ceciderunt multi vulnerati, et regis exercitus minime eis poterat prae-

a) b) *ita codex distinguit.* c) *ita manus prior; altera* cęlebrarent. d) *i. e.* pontem. e) *ita codex distinguit.*

valere. Cumque per tres ebdomadas ibi resideret, et nulla spes sibi acquirendi esset, 1106.
amovit exercitum ad Aquasgrani. Erat enim estas magna, et prae nimio fetore non poterat exercitus amplius sustinere laborem. Contigit autem interim imperatorem Leodio egrotasse; et perductus usque ad mortem, Kalendis Augusti diem ultimum clausit. Gladium et diadema, quae adhuc secum habebat, filio suo misit cum Erkenbaldo, fidelissimo camerario suo, et Burchardo episcopo de Monestere, quem tunc vinctum tenebat; mandavitque ei, ut omnibus veniam daret et indulgeret, qui secum in angustiis suis permanerent; et rogans eum etiam Spire iuxta parentes suos sepelire. Rex vero statim convocavit ad se principes regni, et querit ab eis consilium, quid de patris exequiis esset facturus. Erat enim humatus, sicut regem decebat, si aput Deum meruisset, aput sanctum Lantbertum Leodio, honorifice, ab episcopo, qui semper sibi extitit fidelis in omnibus. Tunc principes regni sibi dederunt consilium, ut praeciperet eum effodi, ne esset in eadem sentencia, qua pater, si ullas sibi faceret exequias; et in aedem non consecratam illum poneret, et Romam nuncios mitteret, et ab apostolico banni solucionem, si fieri posset, sibi impetraret. Sicque factum est, ut praediximus, et in quandam Mosae insulam est positus, nullumque divinum officium ulterius super eum est factum, nisi Ierosolimitanus quidam monachus casu venit, et sibi die noctuque, usque dum ibi stabat, indesinenter psalmodiam[a] cantabat. Pro dolor! quod umquam talis persona ita meruit tractari a filio suo et a regni principibus, et nisi adesset ulcio divina, nequaquam in extremis suis ei sic eveniret. Post haec placuit regi, ut patrem suum Spiram deferret, et praecepit de aliquibus familiaribus suis maxime Erkanbaldo, qui semper in angustiis suis sibi adherebat, ut sibi illuc praeberet famulatum. Cumque 3. Non. Sept. illuc allatus esset, solito more defunctorum exequiis honorifice a clero et populo suscipitur et in basilicam sanctae Mariae, quam summo studio construxerat, portabatur. Idcirco episcopus interdixit ullum divinum ibi celebrare officium, donec purgarentur ab hoc facto. Et sic extra monasterium fecit corpus statui in capella nondum consecrata. Unde factus est tumultus et planctus magnus in populo, quia dilexit locum et populum prae omnibus. Post haec multo tempore inhumatum corpus ab incolis ibi frequentabatur. Leodicensis vero episcopus, cum aliis qui regi rebellaverant, cum viderent se esse destitutos morte imperatoris, Aquasgrani ad dedicionem venerunt; excepto duce Heinrico, qui in rebellione permansit. His expletis, rex cum magna ira reversus est Coloniam, praecepitque per omnes civitates Regno[b] adiacentes congregare exercitum, ut sibi in adiutorium navigio venirent, ut se vindicaret in eis. Colonienses hoc audientes, nimis inde stupefacti et perterriti, et undique ab inimicis vallati, et in nullo spem habentes, promiserunt se regi daturos sex milia thalentorum argenti. Rex vero, dolens quod multi cecidissent in obsidione, diu denegavit; tandem Deo inspirante concessit; et sic exercitus elabitur, et unusquisque cum gaudio ad propria revertitur.

1107. ind. 14. *Papa ex synodi sententia apud Trecas Routhardum Mogontinensem episcopum ab officio suspendit, eo quod Udonem Hildenesheimensem sine aecclesiae consensu restituit, et quia Reynhardum contra iura canonum Halverstadensi aecclesiae ordinavit. Similis sententia de Givehardo Constantiensi datur*[c]*, quia his consensit qui Godescalcum Mindensi aecclesiae loco episcopi intruserunt, et quia Heynricum Magedeburgensem ordinavit. Omnibus ibi ecclesiis apostolicus libertatem, ut ex praecepto canonum praelatos sibi eligant, quos dignos viderint, restituit.* 1107

Rex Heinricus obviam papae Radisponam venit, set papa non veniente, ibidem natalem Domini caelebravit; pascha vero Mogonciae caelebravit, indeque obviam papae in confinio Lotharingiae et Franciae; per triduumque legatis invicem missis, infecto, pro quo venerant, negocio discesserunt; et rex Mettis in pentecoste fuit. Inde Saxoniam veniens, invenit ibi ducem Boemiae patria pulsum, quem reduci iussit in ducatum per comitem Wicbertum. His diebus, cum rex esset Goslariae, tonitrium cum fragore super eum dormientem veniens, nocte excitatum perterruit, fulmenque secutum umbonem clipei ad caput ipsius positi, partemque gladii iuxta latus eius iacentis liquefecit, ipso illeso permanente. Deinde circa festivitatem omnium sanctorum cum exercitu Flandriam

a) spalmodiam *c.* b) *i. e.* Rheno. c) d *iam abcisum est.*

1107 petiit, et pacto cum comite illius provintiae Rouperto confirmato, Aquisgrani venit, ibique natalem Domini celebravit.

1108. 1108. ind. 15. Rex de Ungaria contra regem conspirare cepit. Quod cum audisset rex, collecto exercitu, circa festivitatem sancti Michahelis bello eum petit. Eodem anno rex Palatinum comitem Sifridum retrusit in custodiam.

1109. 1109. ind. 1. *Eclypsis solis facta est* 2. *Kal. Iun. Plures fulmine perierunt.* Heinricus rex natalem Domini Mogontiae celebravit, et post pentecosten regem de Boulena bello petit, eumque nimis coartat. Eodem anno desponsavit filiam regis de Anglica terra. Routhardus archiepiscopus obiit [a].

ANNALIUM HILDESHEIMENSIUM CONTINUATIO PADERBORNENSIS. A. 1109 — 1137.

1109. 1109. Archiepiscopus Coloniae Fridericus, Bruno Treverensis, cancellarius Adelbertus, comes Herimannus de Winceburch, aliique principes satis clari, Romam cum pompa non parva vadunt, inter domnum apostolicum et regem concordiam facturi. Domnus apostolicus omni paternitate, omni mansuetudine eum se excepturum spondet, si ipse se ut regem catholicum, ut aecclesiae filium et defensorem, ut iusticiae amatorem, sanctae Romanae sedi exhiberet.

1110. 1110. ind. 2. Non. Martii synodus gloriosa in Lateranensi aecclesia praesidente domno papa Paschali celebratur. Praedicti legati Leodium ad regem veniunt, responsum papae referentes. Ibi rex Anglici regis filiam sponsam suscepit, quam in pascha apud Traiectum regio more dotavit. Expeditio in Italiam ab universis occidentis principibus Traiecti collaudatur. Circa 5. Non. Iun. stella adulta iam nocte apparuit, radios admodum longos versus austrum de se effundens. Eclypsis lunae facta est 2. Non. Mai [b]. Slavi regionem Albianorum irrumpunt, multisque occisis et captis redeunt. Inde dux Liutgerus permotus, terram Slavorum hostiliter invadit, regionem praedabundus perambulat, novem urbes munitiores et opulentiores capit, obsidibusque ab ipsis acceptis victor redit. Circa assumptionem sanctae Mariae rex regio apparatu Italiam ingreditur. Omnes civitates munitae, omnia castella regi subduntur.

1111. 1111. ind. 3. Rex natalem Domini apud Florentiam celebrat. Quo peracto, 2. Idus Februarii Rome ab apostolico honorifice excipitur. Datis autem utrimque obsidibus, in aecclesia beati Petri considet, super negociis aecclesiasticis tractaturi. Dum haec aguntur, factiones quorundam tumultus in aecclesiae gradibus oritur. Vulnerantur plures, quidam trucidantur. Quo audito, a rege concilium disturbatur; apostolicus cum cardinalibus regiae custodiae deputatur. Romani trans pontem ultra Tyberim diffugiunt. Eadem nocte tota civitas Lateranensis tumultu bellico concutitur. Orto mane, erectis signis Lateranensis unanimiter regem ex improviso invadunt. Cubicularii vero regis arma corripiunt, multitudini viriliter resistunt. Rex vero et acies sua iam adaucta, quae prius rara, venientes audacter invadit, occursantes multos obtruncat, ceteros fugat; plenaque victoria potitus, adducto secum apostolico cum cardinalibus, versus Albam civitatem tendit; castra in campis urbi adiacentibus figit, ubi per totam quadragesimam moratur. His ita gestis, regis optimates quidam, communicato consilio, papam, qui adhuc in custodia regia detinebatur, adeunt, monent, orant, ut super regis negocio mitius agat, iniuriae, si quam adversus regem habeat, obliviscatur, fedus cum rege ineat; regis sibi fidelitatem et oboedientiam proponunt; omnimodo sollicitant, ut quae pacis et concordiae sunt, cum primoribus regni disponere dignetur. Rex ipse pedibus eius humiliter profusus, veniam postulat, oboedientiam spondet, dummodo ei in regia potestate iure antecessorum suorum catholicorum regum uti concedat. Sicque sepius domnum papam, ut animi rigorem aliquantisper temperaret, attemptavit. Tandem papa vincitur et cedit, et sic Romam honorifice redire permittitur. Igitur cum cardinalibus ceterisque personis ad tale negocium dignis de consecratione regis tractat. Statuta autem die, scilicet Idus Aprilis, in aeclesia beati Petri regem imperatorem consecrat. Cumque usque ad communicandum missae sollempnitas esset celebrata, apostolicus dato silentio regem sic

a) *hinc alia manus, eadem, quae adnotationes littera obliqua expressas adiecerat. Annalista Saxo.*

b) Mai *reliqua abscisa.* Maii *) Polonia.

alloquitur: *Hoc corpus domini nostri Iesu Christi, natum ex Maria virgine, passum* 1111.
pro salute generis humani, sit confirmatio verae pacis et concordiae inter me et te. Et communicantes, invicem osculati sunt. Post haec imperator apostolicum regiis muneribus donat, a quo tamquam filius a patre salutatus dimittitur. Pentecosten Verone celebrat. 7. Id. Augusti cum frequentissimo episcoporum aliorumque principum conventu patrem suum regio more Spire sepelit.

In assumptione sanctae Mariae apud Mogontiam Adelbertus, omnium cancellariorum qui ante eum fuerant in aula regis celeberrimus, praesente imperatore et consentiente, unanimi aecclesiae electione Mogontinus archiepiscopus constituitur. Palatinus comes Sifridus solutus, honori suo restituitur.

1112. Imperator natalem Domini Goslariae celebrat. Dissensio Liutgeri et mar- 1112.
chionis Roudolfi cum imperatore. Unde principum sententia utrique dampnantur. Ducatus Ottoni de Ballenstad committitur, marchia Elperico. Imperator Saltwidele obsidet, ipsi non longe, cum imperatore pugnaturi, cum exercitu manent. Set bellica tandem rabie dissipata, praedicti principes gratia imperatoris utuntur. Adelbertus Mogonciensis electus regiae custodiae mancipatur.

1113. Reynhardus episcopus Halberstadensis, et Wicbertus, infidelitatis apud impera- 1113.
torem secundo denotantur. Imperator absente episcopo Halverstad venit; Horneburch obsidet. Episcopus vero et Palatinus comes Sifridus, Wicbertus et comes Lothowicus, cum imperatore pugnaturi castris haud longe fixis manent; set deditione urbis facta, ipsique episcopo die statuta, ut se, si posset, de obiectis excusaret, bellicus ille tumultus solutus est. Imperator vero versus Rhenum vadit. Dum haec aguntur, Wicbertus ab amicis imperatoris capitur. Sifridus Palatinus comes occiditur. Quae res imperatori non modicam laeticiam contulit. Imperator Wormacie pascha celebrat. Eo adducitur episcopus Mogontinus; Triveles imperatori redditur; denuo custodiae mancipatur. Post pascha imperator Goslariam regreditur; Reynhardus episcopus interventu principum gratiam imperatoris obtinet; Horneburch concrematur.

1114. Imperator natalem Domini Bavenberg celebrat. Altera die post epiphaniam 1114.
collectis totius regni principibus, nuptias filiae regis Anglici cum ingenti gloria consummat, quales ante eum nemo regum longo ex tempore disposuit. Ibi Lothowicus, qui se putabat bene in gratia imperatoris esse, iussu eius comprehenditur et custodiae mancipatur. Quae res multos principum contra regem exacuit. Udo Hildesheimensis episcopus obiit.

1115. Imperator natalem Domini Goslariae celebrat. Duci Liutgero, episcopo 1115.
Halverstadensi, Palatino comiti Fritherico, marchioni Roudolfo, ut curiae huic intersint, edicit. Non veniunt; in praesidio interim Walbike commorantur. Imperator Bruneswich occupat, Halverstad devastat. Orlagemunden ab amicis eius obsidione vallatur. Contra quos dux Liutgerus et principes praedicti, adiunctis sibi Fritherico comite Westfaliae, Heynrico fratre suo, Heinrico de Lindburch, Herimanno de Cavelage, tendunt. Imperator vero eis in loco qui dicitur Welpesholt[80] occurrit. Ibique 3. Idus Februarii 80
acriter cum eo congrediuntur, et victoria plena[a] potiuntur. In nativitate sanctae Mariae Theodericus, sanctae Romanae aecclesiae cardinalis presbyter, cum frequenti Saxoniae principum conventu Goslariam venit, et quaedam de aecclesiasticis negociis utilia disseruit. Paucis diebus interiectis, idem ante festum omnium sanctorum Frideslar convenit, quae ad honorem regni et utilitatem sunt, tractaturi. Sub eodem tempore imperator Mogontiam venit, cum subito eiusdem urbis familia, tam nobiles, tam ministeriales, ipsum adeunt, orant, ad omne servitium suum fidelissimos se amodo promittunt, dum episcopum, quem iam triennio captum tenuit, eis reddat. Tandem precibus eorum victus, tum etiam quasi vi pro temporis articulo coactus, episcopum eis reddidit.

1116. Theodericus cardinalis moritur, Coloniae sepelitur, astantibus episcopis 14 1116.
cum Liutgero duce multisque aliis principibus. In nativitate sancti Stephani Mogontinus electus ab Ottone venerabili Bavenbergensi episcopo ordinatur. Magna aeris inequalitas facta est. Circa natalem Domini luna clare fulgente, alia orta est ab occidente. Qua diu cum naturali luna congressa, modo assultus, modo fugam utrisque simulantibus,

a) plus *reliqua abscisa sunt.*

80) prope Mansfeld.

1116. obscurissima tandem nube tectae sunt; qua recedente, naturalis luna sola fulgebat. Similis quoque conflictus in stellis visus est.

1117. 1117. In octava sancti Iohannis euangelistae late per orbem terribili et inaudito hactenus terremotu terra concutitur. Maxime vero in Ytalia minax hoc periculum per 81 multos dies continue desevit, adeo ut montium collisione et subversione Aedissae[81] fluminis meatus per aliquot dies obstrueretur. Verona civitas Italiae nobilissima, edificiis concussis, multis quoque mortalibus obrutis, corruit. Similiter in Parma et in Venetia aliisque urbibus, oppidis, et castellis, non pauca hominum milia interierunt. Unstrot fluvius, alvei sui profundo scisso, ex toto absortus est terrae motu. Repleto autem ipso hyatu, licet post multa horarum spacia, solito fluebat lapsu. Abbas Corbeiensis Erkembaldus[a] pluresque de Saxonia Iherosolymam vadunt. Paucis ante natalem Domini diebus coelum post solis occasum igneo colore late resplenduit, nec longe post quasi radius solis late emicuit, luna quoque prodigiale intuentibus signum edidit.

1118. 1118. Domnus papa Paschalis feliciter ad Dominum migravit. Successor ei eligitur Iohannes, ipsius antea cancellarius, qui et Gelasius dictus est. Imperator vero alium 82 surrogat, Bacarensem[82] scilicet episcopum, quem Gregorium vocaverunt. Quo facto, Iohannes electus apostolicus Beneventum secedit; imperatorem cum ydolo suo, — hoc enim nomine, quem ipse substituit, vocatus est, — omnesque huic parti consentientes excommunicavit. Mogontini archiepiscopi milites, comesque Heremannus praesidium ducis Friderici in Oppenheim diruunt, concremant, multique igni absumpti sunt. Baldewinus rex Iherosolimitanus post multos pro christiana religione labores moritur, et iuxta fratrem suum Godefridum sepelitur. Iherosolimitani alium Baldewinum, nepotem suum, in locum eius substituunt.

1119. 1119. Domnus apostolicus Gelasius synodum in Francia celebraturus, apud Cluniacum moritur, ibique sepelitur. Cui archiepiscopus Viennae, vir religiosus, succedit, Kalistus nomine. Imperator et principes regni in festivitate sancti Iohannis baptistae conveniunt, et in concordiam redeunt, ita tamen, ut omnis causa quae hactenus aecclesiam disturbaverat et inter eos fomitem discordiae ministraverat, in praesentiam domni apostolici Kalisti differretur. Multi mortalium a lupis devorantur. Calistus papa synodum Remis circa festum sancti Lucae celebrat, cui Adelbertus Mogontinus archiepiscopus, pluresque episcopi Germaniae interfuerunt. Imperator non longe cum suis consistit,
Leg. II. 74. auditurus super synodalibus decretis; sed nichil quod ad reconciliationem pertineret, actum est; immo imperator anathematizatus est.

1120. 1120. Dux Liutgerus, Fridericus Palatinus comes, Roudolfus, et plures alii imperatori reconciliantur Goslariae. Fames valida: modius siliginis duobus solidis venit.

1121. 1121. Dux Liutgerus, comes Herimannus[b] de Winceburch, numerosa et forti manu Monasterium vadunt pro restituendo Theoderico episcopo. In qua restitutione incaute sancti Pauli templum nobiliter constructum incendio conflagrant cum omni fere urbis loco. Praedictus dux omnes fere urbis defensores, tam nobiles quam ministeriales, captos abducit. His actis, Dulmene urbem munitam in deditionem accepit. Circa festum sancti Michahelis in sede episcopali Werciburch imperator et totius regni principes con-
Leg. II. 74. veniunt, et in concordiam redeunt, iudicio et consilio domni apostolici causam imperatoris determinandam reservantes.

1122. 1122. In festo natalis Domini vehementes turbines ventorum innumera edificia et arbores a radicibus subruerunt, et inundatio aquarum ex ymbrium distillatione, supra quam cuiquam mortalium credibile sit, evenit; multisque mortalibus summersis, his qui evaserant, diuturni doloris causa extitit. Circa festum sanctae Mariae Spire conventus principum fit. Ibi episcopus Ostiensis, vir religiosus, sanctae Romanae aecclesiae legatus, consulente papa Calisto, imperatorem banno absolvit. Imperator vero, ut aecclesiasticae iusticiae satisfaceret, investituras aecclesiasticarum dignitatum sancto Petro remisit; ita dumtaxat, ut libera electione praecedente, et canonum gravitate conservata, imperialis
Leg. II. 75. autoritas[c], quod sui iuris est, in constituendis episcopis sive abbatibus vel abbatissis non amitteret; et si in constituendis his dignitatibus discordia, ut saepe fit, oboriretur, imperialis potestas consilio sapientum contrairet.

a) Erk b) H. c: c) autoritatis c.

81) Etsch? 82) i. e. Bracarensem.

1123. Adelbero Bremensis archiepiscopus canonice electus pro reposcenda pallii dignitate Romam vadit; ibi a domno apostolico Calisto honorifice suscipitur, in archiepiscopum ab eo consecratur, habitaque synodo canonico et iudiciario ordine pallium obtinuit, negligentia duorum antecessorum suorum amissum et in Danos translatum. 1123.

1124. Eclypsis lunae facta est Kal. Februarii. Magnae molis grando cecidit 9. Kal. Augusti. Eclypsis solis facta est 3. Idus Augusti. Magna fames accidit. Calistus papa obiit, cui Honorius successit. 1124.

1125. Imperator Traiecti infra ebdomadam pentecosten obiit; corpus eius Spiram defertur. In festo sancti Bartholomei omnes totius imperii principes Mogontiae conveniunt, omnes unanimiter ducem Liutgerum in regem eligentes. 1125.

1126. Novus rex natalem Domini apud Argentinam celebrat, dehinc ad patriam redit. Rotgerus Parthenopolitanus episcopus obiit, cui Northbertus succedit. Rex, rapta acie admodum parva, in Boemiam pro restituendo Ottone, qui iniuste privatum se honore praedictae provinciae querebatur, tendit, incaute quidem. Tria enim milia, non plus, secum assumpsit; hostium vero 20 milia aut amplius erant. Ducenti vero expeditiores regem praecedebant, ad praecidendas indagines silvae, quae Boemiam a Saxonia disterminant, dispositi. Cumque hi per invia et abrupta silvae quasi repentes laborarent, tum nivium magnitudine, tum indaginum incisione fatigati, hostium insidiis ex improviso circumveniuntur. Obtruncantur ibi plerique terrae meliores, viri fortes et nobiles, domi militiaque clari. Rex expeditionem movet super Fridericum ducem Sueviae vel Alsaciae; set eo in munitiora terrae se recipiente, rex infecto negocio redit. Treveris apud sanctum Eucharium reperitur[a] corpus sancti Matthiae apostoli subtus altare Iohannis baptistae. Quo digne locato, deinceps ab omni populo Teutonico maxima devotione colitur. 1126.

1127. Rex Norinberch urbem munitissimam obsidione premit; set nil relatu dignum actum est ibi, set sine effectu cum dampno suorum inde rediit. Heynricus Patherbrunnensis episcopus obiit, cui Bernhardus succedit. 1127.

1128. Circa festum sancti Iohannis baptistae rex expeditionem contra Counradum fratrem Friderici ducis movit, obseditque urbem Spire; acceptisque obsidibus, circa festum sancti Martini discessit. 1128.

1129. Post pentecosten rex urbem Spire iterum obsidione vallat, quia fidem, quam superiori anno dederant, infregerunt. 1129.

1130. Rex natalem Domini cum multa frequentia principum circa urbem Spire in tentoriis celebrat. Tandem Spirenses videntes constantiam regis, fame coacti, sese cum ipsa urbe regi tradiderunt in festo sanctorum Innocentum. Honorius papa obiit, cui Innocentius successit. Burkardus de Lucca[83] occiditur; unde rex contristatus et iratus, Winceburch, castrum Herimanni comitis, cui huius cedis consilium et iussum imponebatur, obsidione circumdat. 1130. 83

1131. Rex natalem Domini Gandersem celebrat. Herimannus consilio principum cum praedicto castro regis se potestati tradit. Quem rex custodiae deputat; castrum vero everti solo tenus imperat. 1131.

1132. Vehementissima vis ventorum innumera edificia subvertit. Eclipsis lunae facta est 5. Non. Marcii[b] Translatio sancti Godehardi facta est. Circa assumptionem sanctae Mariae profectio regis in Italiam pro consecratione sua ab apostolico apud Romam in cesarem. In quo itinere cum ad urbem Augustanam venisset, eam pacifice ingressus est. Set quorundam civium factione seditio contra regis homines exorta est; et hac de causa repentino igne, ut in tali tumultu fieri solet, ivitas fere tota conflagravit, et multi tam gladiis quam flammis perierunt. 1132.

1133. Rex natalem Domini in Longobardia apud villam, Medicinam[84] dictam, celebrat. Per Italiam pleraque loca munita sibi resistentia capit. Tandem 2. Kal. Maii Romam cum summo favore ingreditur; ibique 2. Non. Iunii, quo tunc dies dominica extitit, Lateranis in basilica sancti Iohannis baptistae a domno apostolico Innocentio in imperatorem consecratur. Bernhardus Patherbrunnensis episcopus, qui tunc cum rege aderat, usum rationalis in celebrationibus missarum, constitutis temporibus, et dedica- 1133. 84

a) *vox ex Ann. Saxone a Chesnio inserta; locus iam arrasus.* b) Ma::: *c.*

83) Loccum. 84) Monza?

1133. tionibus aecclesiarum, seu ordinationibus aecclesiasticorum graduum, in proprio tantum episcopatu sibi suisque successoribus a praedicto papa Innocentio promeruit. Posthaec imperator cum suis [a] in reditu cum ad locum quendam venisset, qui propter situs angustiam Clus [85], quasi praeclusus vocatur — quippe ex una parte excelsissimo monte adiacente, ex altera parte profundissimo flumine currente, via in medio, quatuor seu quinque itinerantium simul spacio, patente — et cum ibidem transitus imperatori ab incolis negaretur, ipse miro eventu et perspicuo Dei auxilio eundem locum celeriter irrumpendo, fugatis hostibus cum suis pertransiit, et urbem in supercilio ipsius excelsissimi [b] montis positam repentino assultu cepit, et principem eiusdem urbis captivum secum abduxit. Duo circuli, maior et minor, circa solem apparuerunt 3. Kal. Iulii circa horam terciam; minor circulus ambiens principale templum Patherbrunnensis sedis, et maior circumdans civitatem, ibidem consistentibus videbatur. Ipsa die hora 9. ipsum templum cum omni fere civitate, proh dolor! incendio conflagravit. Eclypsis solis facta est 4. Non. Augusti circa horam sextam, in tantum, ut stellae in coelo apparerent. Magna inaequalitas aeris et pluviarum inundatio per totum tempus messis subsecuta est. Rex Danorum pluribus advenis Teutonicis terram suam incolentibus truncationes membrorum facit. Hac de causa imperator super eum expeditionem movere intendit.

1134. 1134. Imperator pascha Halverstad peragit. Ibi rex Danorum veniens, sese in potestatem imperatoris tradit, obsidesque dat, iuramentum facit, se successoresque suos nonnisi permissu imperatoris successorumque suorum regnum adepturum; et pulchro spectaculo, nullis retro temporibus audito, ipso sancto die paschae idem rex Danorum, regio more coronatus, coram coronato de more imperatore gladium ipsius portat. Et sic in gratia imperatoris repatriavit. Northertus Magedeburgensis archiepiscopus obiit, cui Conradus successit.

1135. 1135. Dominica ante mediam quadragesimam, scilicet 16. Kal. Aprilis, frequens principum fere totius regni conventus fit apud Bavenberg, imperatore praesente. Ibi Dei gratia aspirante, Fridericus dux Suevorum comitantibus principibus in concordiam cum imperatore sociatur. In festo pentecosten apud Magadeburgum primum principes regni coram imperatore firmissimam pacem domi forisque ad 10 annos iuraverunt. In festo sancti Michahelis, in loco qui dicitur Mulenhusen, Conradus, frater Friderici ducis, imperatori reconciliatur.

1136. 1136. Irruptio Slavorum in partes Saxoniae. Contra quos Adelbertus marchio exercitum movens, terram eorum non semel hostiliter invasit et depopulatus est. Circa assumptionem sanctae Mariae expeditio imperatoris in Ytaliam.

1137 1137. Imperator natalem Domini, similiter et pascha, in Italia celebrat, pentecosten vero apud Barum cum generali Italicorum principum. Ibi Bruno Coloniensis archiepiscopus obiit; cui Hugo decanus sancti Petri successit, qui et ipse post paucos dies ibidem obiit. Ibi ambo conditi iacent. Princeps Apuliae Rozir nomine, ob cuius insolentiam maxime imperator Italiam intraverat, statuit castrum satis munitum in ipso latere civitatis Barae; in quod castrum multitudinem praedonum collocaverat, qui terra marique, quicquid attingere poterant, inauditis miseriis et calamitatibus regiones opprimebant. Simili modo per totam fere Italiam fecerat. Pentecoste celebrato imperator castrum cum exercitu circumdat; quod nimio sudore expugnans, igni tradit soloque coequat. Praedones comprehensi, suspensi sunt circa turrim exustam, numero quingenti vel eo amplius. Quo terrore omnis civitas, omnis munitio, regiae se potestati tradit. Exin imperator in Calabriam transivit. Ibi legati Graecorum ad eum magnifice veniunt, quos ipse magnificentius suscepit ac dimisit. Adelbertus Mogontinus archiepiscopus obiit; post cuius obitum civitas una cum principali templo igne concremata est. Marchyo Adelbertus, collecta valida manu, hyemali tempore terram Slavorum praedabundus perambulat. Imperator, rebus in Italia compositis, in ipso reditu 2. Non. Decembris obiit; corpusque eius delatum in patriam, sepelitur regio more in hereditate paterna, in loco qui dicitur Lutheron.

a) : : : : uis *codex*; cum suis *ex Annal. Saxone restitui.* b) excelsimimi *c.*

85) Clausen ad fluvium Eysack, infra Brixinam Tyrolensem.

ANNALES FULDENSES ANTIQUI.

Annales isti, quorum iam supra T. I. 95 et II. 237. specimina edidimus, annalibus vel notis Lindisfarnensibus, quos et in annales Iuvavenses et Corbeienses derivatos diximus, superstructi et Karolo Magno rege[1] inde ab anno 786. exarati sunt. Antiquissimum eorum exemplum codex olim Fuldensis iam Casselanus Bedae de temporum ratione exhibet exeunte saeculo VIII et ineunte IX. una manu usque ad obitum Karoli scriptus, quem VV. Cll. Rommel et Schubart beneficio manibus tero. Alterum Vindobonae Catal. hist. prof. Nro. 654. signatum quantum propter evanidam scripturam fieri poterat exscripsi, et ope schedarum Gentilottii a Kopitario nostro evolutarum cum codicibus reliquis collatum paulo integrius dare licuit, quum Kopitario teste hodie liber plane corruptus sit, ita ut nihil legi queat; exhibet annales usque ad obitum Karoli, tunc manu saeculi IX. ineuntis continuatione annorum 816—822 donatos. Eundem textum additis annis 832 et 833. in codice regio Monacensi Bedae inter sancti Emmerammi Ratisponenses G. XXV. mbr. sec. IX. indefesso rei nostrae fautori Föringero debemus[2]. Annus 838. in codice Casselano manu eius temporis additur.

PARS PRIOR A. 651—814.

CODEX CASSELANUS.	CODEX VINDOBONENSIS.	CODEX MONACENSIS.
651. Aidan episcopus obiit.		651. Aidan episcopus obiit.
658. Finan moritur.		658. Finan moritur.
663. eclipsis quasi 10. Haracliae.		
664. Colmani obiit.		664. Colman obiit.
669. Constantinus annis 16.		
671. Egfrid regnare cepit.		670. Aecfrid regnare coepit.
686. Iustinus annis 19.		
695. Leo annis 3.		
698. Tiberius annis 6.		
704. Osraed regnavit.		
720. Ređbat rex Fresonum[a].		
735. Beda presbiter obiit.		735. Beda presbiter obiit.
742. Karolus rex Francorum.	742. Karolus rex Francorum[3],	742. Karlus rex Francorum[3].
744. initium monasterii Fuldae.	744. initium monasterii Fuldae.	744. initium[4] monasterii Fuldae.
754. passio beati Bonifatii martiris.	754. Bonifatii martiris passio.	754. Bonifatii martiris *passio*[b].
764. hîc hiemps dura.		764. hiemps dura.
768. Pipinus rex obiit.	768. Pippinus rex obiit.	768. Pipinus.
772. Karlmannus.	772. Karlmannus.	772. Karlomannus.

a) anno 721. *quaedam erasa sunt.* b) *quae littera obliqua exprimuntur iam abscisa codicis margine supplevi.*

1) Karoli nativitas et anno non suo adsignatus Karolomanni obitus annales postea scribi incoptos docent. 2) mendose exscripti sunt in Sanftelii catalogo, cuius speciem quandam exprimit Höfler de papis Germanicis p. 277 sqq. 3) natus est. Bonifatii, et Wirzburgenses, qui haec exscripserunt, et Fuldenses. 4) cf. Ann. Hersfeldenses, S. notam in margine Annalium

775. depositio Desiderii, regis Langobardorum.
776. conversio Saxonum.
779. obitus Sturmi abbatis.

786. Lul episcopus obiit. Hartrat et ceteri exiliati sunt.

790. depositio Desiloni ducis.
792. initium ecclesiae sancti Bonifatii. Quando Karolus fuit in Avarorum gente. Obitus Engilramni episcopi.
793. malum Pippini et sociorum eius.
794. 4. Id. Aug. obitus Fastrade reginae.
795. Karolus rex sedit ad Aeresburg.
799. Leo papa fuit in Francia.
801. Karolus rex a Romanis est appellatus Augustus.
802. Ratger mira concordia est fratrum electus ad abbatem.
804. item Leo papa fuit in Francia.
814. Karolus imperator obiit.

838. Pipinus rex Aequitaniae, filius Hludowici imperatoris, obiit.

775. depositio Desiderii regis Langobardorum.
776. conversio Saxonum.
779. Sturmi abbas obiit.

784. ...erietil...
785. Lul obiit. Hartrat et ceteri exiliantur.

790. depositio Desiloni ducis.
791. Karlus fuit in Avarorum gente; quando Engilhramnus obiit. Initium ecclesie sancti Bonifacii.

794. 4. Id. Aug. obitus Fastrate regine.
795. quando sedebat ad Eresburg rex Karolus.
798. Leo papa fuit in Francia.
801. Karolus rex a Romanis est appellatus Augustus.
802. Ratger abbas electus est.
804. iterum Leo papa fuit in Francia.
814. Karolus imperator bonus obiit.

PARS ALTERA.

816. Baugolfus abbas obiit.
818. Eigil abbas.
819. dedicatio ecclesie sancti Bonifatii.
821. dedicatio ecclesie Michilinstat in Odtonwald.
822. Eigil obiit. Hrabanus abbas.

775. depositio Disideri regis Longobardorum.
776. conversio Saxorum[a].
779. Sturmi abbas et presbiter *obiit.*

786. Lul obiit. Hic Hartrat et *ceteri exiliati sunt.*
788. depositio Desiloni du*cis.*
790. depositio Dessiloni ducis[b].
791. *obitus* Engilhramni. Initium ecclesiae Fuld*ensis*[c]. 792. Karlus fuit in Avarorum *gente.*
793. malum Pippini et socio*rum eius.*
794. 4. Idus Augusti obiit Fastrat *regina.*
795. Karlus sedebat apud *Eresburg.*
799. Leo papa fuit in Francia.
801. Karlus Augustus appellatus est.
802. Ratger electus est abbas.
804. iterum Leo in Francia.
814. Karlus imperator obiit.

816. Baugolfus abba obiit.
818. Eigil *abba.*
819. ded*icatio ecclesie sancti Bonifatii*[d].
821. dedicatio *ecclesie* Michi*linstat*[d].
822. Eigil ab*ba obiit.* Hra*banus abba.*
832. Hlu*odowicus* ad u..... ad f.....[e]
833. Gregorius papa fuit in Francia, et depositus est Hluodowicus imperator.

a) *ita c.* b) *anno 790 manu minori haec adiciuntur* c) fu.....*codex; an* sancti Bonifatii.? d) S. S. I. 95. e) *an* Hluodowicus inperator advenit ad (contra?) filios?

ANNALES SANCTI BONIFACII.

Annales sancti Bonifacii in itinere Batavo ex codice olim Fuldensi, iam inter Scaligeri libros in bibliotheca universitatis Lugdunensis adservato, exscripsi. Est membranaceus seculi XI. atque praeter catalogum paparum usque ad Gregorium VII. et abbatum Fuldensium[1] *usque ad Ruothardum „felicis memoriae“ adnotationes annalibus antiquis Fuldensibus et Hersfeldensibus decerptas, atque annis* **910—973** *excepto anno* **955** *Lobiensibus simillimas, continuatione tamen annorum* **976—1024** *auctas, exhibet. Nonnulla annis* **998—1020** *iniuria temporis deleta restituere conatus, littera obliqua expressi.*

Annales sancti Bonifacii brevissimos ex codice membranaceo seculi X. cyclos paschales annorum **931 — 1044** *praebente, olim Fuldensi, iam in bibliotheca universitatis Basileensis, exscripsi.*

ANNALES SANCTI BONIFACII.

716 [a]. Karolus filius Pipini regnare cepit.
737. Beda nobilis presbyter obiit.
738. Inicium Herolvesfeld.
739. Karolus pugnavit contra Sarracenos.
740. Karolus Saxoniam secundo intravit.
741. Karolus obiit. Leo imperator obiit. Constantinus filius eius regnare cepit.
742. Karlomannus et Pipinus regnare coeperunt.
744. Inicium Fuldensis monasterii.
745. Karlomannus Romam perrexit.
751. Burghardus primus episcopus Wirciburgensis consecratur.
755. Bonifacius episcopus martyrizatur.
768. Pipinus rex obiit; Karlus et Karolomannus filii eius regnare coeperunt.
779 [b]. Sturmi abbas primus Fuldensis obiit.
786. Lul archiepiscopus obiit, et sanguis e celo fluxit.
790. Basilica sancti Bonifacii Fuldae fundatur.
793. Coniuratio Pippini contra patrem Karolum.
796. 6. Kal. Ianuarii Adrianus papa obiit.
797. Leo papa excecatur et lingua absciditur.
Karolus in imperatorem a Leone consecratur.
803. 5. Kal. Februarii Karolus obiit. Pons Mogonciacensis flagravit.
818. Stephanus papa obiit.
819. Kal. Novembris Fuldense monasterium dedicatur.
820. 8. Id. Decembris Ratgerus abbas Fuldensis obiit.
824. Paschalis papa obiit.
826. Eigil Fuldensis abbas 14. Kal. Iulii obiit.
827. Eugenius papa obiit.

a) *a. 716—768 manu saeculi XI. exarati sunt.* b) *anni 779—830 et alia nonnulla nullius momenti manu secunda saeculi XI. addita sunt.*

1) Sturmi abbas. Baugulfus. Ratgerus. Eigil. Rabanus. Hatto. Diodo. Sigehardus. Hoggi. Helfridus. Haigo. Hildeberdus. Hadamarus. Hatto. Wernherus. Branthoh. Hatto. Erchenbaldus. Branthoh. Bobbo. Richardus. Sigewardus. Ruohingus. Sigefridus. Wideradus. *Ruothardus felicis memoriae.*

830. Valentinus papa obiit.
910 a. Gens Ungarorum primo Germaniam vastat.
911. Luodowicus rex obiit. Cuonradus successit.
918. Cuonradus rex obiit. Heinricus successit.
2 937. Ungri tertio venerunt [2].
938. Heinrichus rex obiit. Otto filius eius successit.
941. Otto rex apud Quidelinoburg de insidiis liberatur
943. Stella cometes apparuit, et fames subsecuta est.
951. Lyodulfus surrexit adversus patrem cum Conrado duce.
955. Bellum Ungrorum cum christianis, et in ipso anno bellum cum Sclavis, et Heinrichus dux obiit.
956. Lyodulfus rex in Italia obiit.
961. Otto iunior consors paterni regni efficitur.
962. Otto senior Romam venit et imperator efficitur.
965. Bruno archiepiscopus obiit.
968. Otto iunior iussu patris sui Romae consors imperii effectus est.
973. Domnus Otto imperator obiit, et filium suum Ottonem in regno reliquit.
976. Gero Coloniensis archiepiscopus obiit.
978. Otto secundus cum exercitu Galliam intravit.
3 984 [3]. Otto secundus obiit; filius eius successit.
4 998 [4]. *Gode*hardus abbas ordinatur.
1002. *Otto* imperator obiit. Heinrichus successit.
1011. Willigisus archiepiscopus obiit. *De*dicatio aecclesiae Amorbachensis.
5 1015 [5] *He*inrichus imperator efficitur.
1017. *Ra*do abbas in Babenberg efficitur.
1018. *R*ichardus Fuldae praeficitur.
6 1019. *Me*ginhardus episcopus [6] ordinatur.
1020. *Ra*do abbas obiit; Heinrichus *succedit*.
7 1021 [7]. Ercanbaldus obiit; Aribo succedit.
1024. Heinrichus imperator obiit; Cuonradus succedit.

ANNALES SANCTI BONIFACII BREVISSIMI.

ANNI DOMINI.

936. Obiit Heinrichus rex, et Otto filius eius regnare coepit. Hoc sequente anno
937 Fulda exusta est.
8 937. Obiit Hildibertus archiepiscopus [8], et Fridericus episcopus [8] electus est.
950. Obiit Heriman comes.
954. Willehelm episcopus [8] electus est.
9 956. Obiit Hadamar [b] abbas [9] in 8. Kal. Iun. Hatto BB. electus est [9] in 5. Kal. Aug.
968. Hatto episcopus [8] electus est. B. Wernerus abbas [9] electus est.
970 c. Ruodbertus episcopus [8] electus est.
973. Obiit Otto imperator, et Otto filius eius imperare coepit.
10 Obiit Uodalricus [d] bonae memoriae episcopus [10].
1011 e. Obiit Willigisus archiepiscopus [8]; Erkanbaldus archiepiscopus [8] electus est.

a) *quae sequntur manu tertia quartave addita sunt.* b) hadam *codex.* c) *aliud atramentum, secunda manu.* d) Yod *codex.* e) *alia manus et aliud atramentum.*

2) *Ungri tertio venerunt* et in Ann. Lobiensibus SS. T. II. p. 210 codex autographus in bibl. Babenbergensi adservatus habet, ut a. 1833. vidi; item a. 924 vere *Peronae* legit. 3) a. 983. 4) a. 996. 5) a. 1014. 6) Wirzburgensis. 7) a. 1020. 8) Moguntinus. 9) Fuldensis; codex in superiori ora paginae habet: Hadam. III. ann. abb. 10) Augustanus.

ANNALES PRAGENSES.

Codex bibliothecae regiae Babenbergensis membranaceus, signatus B. IV. 6. manu Beneventana tabulas annorum Domini, indictionum, summorum pontificum et imperatorum, et annales breves Cavenses exhibet infra loco suo edendos, quibus initio seculi XIII. manu Germanica, Andreae fortasse episcopi Pragensis vel Vincentii canonici, comitis eius anno 1217 in fuga Romana, annales Pragenses inscripti sunt. Quos quidem tunc ex codice antiquiori desumtos esse, adnotationum ratio indicat, quarum cum annalibus Corbeiensibus[1] et fontibus Cosmae[2] monachique Sassawensis[3] necessitudo, partem primam decimo seculo adsignat. Locos nonnullos iam obscuros ope tertii continuatoris Cosmae, annalium exscriptoris[4], restitui, cuius vitia a V. doctissimo Francisco Palacky reprehensa[5], in transscribendis annalibus antiquis commissa esse videntur, atque una cum aliis annorum erroribus ope „Historiae Bohemiae" facile emendari possunt.

894. Hoc anno baptizatus est Borivoi, primus christianus in Boemia, cum uxore sua Ludmila, ex qua natus est Wratiszlaus, pater sancti Wenceslai.
901. Alnolfus imperator obiit.
910. Ludowicus pugnavit contra Ungaros.
911. Ludowicus rex obiit, cui Corandus successit.
912. Ungari Franciam vastaverunt.
915. Bellum fuit in Hersburch.
919. Conradus rex obiit, cui Henricus successit.
929. Sanctus Wenceslaus martirizatus est. Consecratio ecclesie sancti Viti a Tutone episcopo Ratisponensi, per Boleszaum fratricidam.
931. Translatio sancti Wenceslai de Boleszau in Pragam.
933. Ungarorum exercitus a Henrico interfectus est.
934. Henricus rex Danos subiecit.
935. Henricus rex obiit.
939. Sol visus est minutus.
941. Comete apparuerunt.
945. Legati Grecorum ad regem Ottonem cum muneribus venerunt.
950. Bellum magnum factum est inter Bavaros et Ungaros.
966. Hoc anno constitutus est Pragensis episcopatus. Dethmarus primus Pragensis episcopus.
968. Sanctus Adalbertus secundus Pragensis episcopus.
973. Otto primus imperator obiit.
981. Siaunic[6], pater sancti Adalberti, obiit. 6
984. Otto primus cesar Rome extitit.
987. Strezslaua, mater sancti Adalberti, obiit.
990. Professio sancti Adalberti. Henicis[7] perdita est. 7
995. Lubic[8] perdita est. 8
997. Sanctus Adalbertus martirizatus est.
998. Tyadagus tertius episcopus successit.

1) cf. a. 915. 933. 934. 2) cf. a. 894. 929 etc. 3) cf. a. 990. 4) apud Pelzel et Dobrowsky SS. Boh. I. 363 sqq. 5) Würdigung der alten Böhmischen Geschichtschreiber p. 95. 96. 6) Zlaunik Cosmae. 7) Nemci monachi Sassawiensis, fortasse Nimtsch in Silesia. 8) Libic castrum ad confluentem Albiae et Cidlinae, ubi fratres sancti Adalberti perierunt.

999. [Silvester II.] Iste fuit Gilbertus, tempore cuius impletus est annus millesimus ab incarnatione Domini.
1017. Tyadagus episcopus obiit. Cui successit Meschardus.
1024. Mechardus quartus episcopus obiit. Cui Izo successit quintus.
1030. Izo episcopus obiit. Severus sextus successit.
1031. Severus episcopus ordinatus est.
1036. Odaldricus dux obiit. Cui Bretislaus filius eius successit.
1037. Boleszaus dux cecus obiit.
1038. Laromyr[1] dux cecus obiit.
1039. Sanctus Adalbertus translatus est de Polonia in Boemiam per Brecizlaum ducem.
1042. Teutonici vastaverunt Boemiam.
1044. Brecislaus fecit plagam super Ungaros.
1053. Domnus Procopius, felicis memorie abbas Zazavensis, viam universe carnis ingressus est.
1054. Brecizlaus dux obiit, cui Spitigneus successit.
1059. Spitigneus vastavit Moraviam.
1060. Spitigneus dux obiit, cui Wratizlaus successit.
1066. Severus episcopus obiit, cui Gebehardus septimus successit.
1069. Gebehardus episcopus ordinatus est.
1074. Gebehardus episcopus Romam adiit, pulsus a sede sua; set restituitur a Gregorio papa.
1087. Otto dux Moravie obiit.
1088. Wratizlaus unctus est in regem.
1090. Gebehardus episcopus obiit, cui Cosmas successit.
1091. Monasterium Pragense sancti Viti incendio corruit.
1094. Wratizlaus rex obiit; cui Conrandus[2] successit et obiit. Bretizlaus intronizatur.
1095. Cosmas ordinatur.
1096. Mortalitas hominum facta est. Iudei baptizati sunt.
1097. Cosmas episcopus obiit, cui Hermannus nonus successit.
1100. Hermannus episcopus ordinatus est. Geto ep . . . .
1106. Henricus caesar obiit.
1107. Broynoi dux de solio pellitur. Zuatopluk intronizatur.
1117. Terre motus fuit per multa loca.
1118. Borivoy dux recepit ducatum.
1122. Hermannus episcopus obiit. Meinnardus successit decimus.
1124. Borivoy dux obiit.
1125. Wladizlaus dux obiit. Zobezlaus successit.
1126. Otto dux Moravie interfectus est.
1130. Meinnardus episcopus Pribislaua perrexit Hierosolimam.
1133. Sol visus est minutus.
1134. Meinnardus episcopus obiit. Iohannes 11[us] successit, et hoc anno ordinatus est 9. Kal. Maii.
1139. Iohannes episcopus obiit. Silvester Procopiensis abbas eligitur, non tamen ordinatus mansit, et postea reversus est in abbatiam.
1142. Bellum actum est inter Boemos et Moravos.
3 1143. Legatus apostolicus destruxit convivia sacerdotum[3].
1147. Wladizlaus dux Hierosolimam perrexit, contra paganos pugnaturus.
1148. Otto episcopus 12[us] obiit. Daniel successit 13[us].
1149. Daniel episcopus ordinatur. Tungdalus visionem vidit.
1157. Spitigneus dux obiit. Wladizlaus dux cesari Poloniam subegit.
1158. Wladizlaus factus est rex, Mediolanum adiit.
1160. Hoc anno Mediolano Daniel praesul redit.

1) i. e. Iaromir. 2) i. e. Counradus. 3) coniugia?

1164. Wladislaus rex terram *Hunorum*[a] intravit, regem Grecorum ex ea perturbavit, Ungarorum optimates pacificavit.

1168. Teobaldus dux et Daniel episcopus in Ytalia obierunt. Cui Fridricus 14[us] successit.

1172. Wladislaus rex cum cesare Poloniam intravit.

1174. Sobeslaus a vinculis dimittitur, et dux constituitur.

1175. Oldaricus dux super Sobezlaum, profectus est Mediolanum.

1176. Sobezlaus dux vastavit incendio Austriam.

1177. Nimia siccitas attenuavit fruges. Oldaricus dux a fratre[b] suo capitur; ipse[c] a perfidis Boemis de solio pellitur. Fridericus, filius regis Wladislai, intronizatur.

1180. Fridericus episcopus obiit. Valentinus 15[us] successit.

1182. Valentinus episcopus obiit. Henricus 16[us] successit, qui in episcopatu ducatum optinuit postea.

1183. Conradus, dux Moravie, Pragam obsedit.

1184. Boemi cum Moravis bellum commiserunt.

1185. Wencezlaus dux Pragam coactus obsedit, et spe fraudatus recessit.

1186. Eclypsis solis feria quinta; mortalitas hominum facta est.

1187. Hoc anno capta est terra Ierosolimitana a Sarracenis.

1189. Romanus imperator contra paganos pugnaturus, ultra mare viam tenuit, et ibi naufragio vitam finivit, et in Anthyochia quiescit. Quem etiam multi nobiles Boemi cum duce Theobaldo secuti, inopinata morte sunt preventi.

Fridericus dux obiit. Conradus, Moravie laudabilis dux, successit. Teobaldus recepit provincias. Hoc anno Fridericus imperator in Saretico fluvio submersus est.

1190. *Dux* Conradus cum *filio* imperatoris in *Apuliam* est profectus, ubi *famosissimum* de se *referens* triumphum, *heu* inmatura morte *est* praeventus.

Ossa*que de*lata sunt Prage *sua* tumulata.

Qui*que gem*ant flentes *super hunc* et corde do*lentes*
Ach! ach! *Conrade* dux *crebro commemo*rande,
Vi*vas in* Christo, mundo trans*latus* ab isto!

1191. Wencezlaus dux in solio consedit *dux*; vix in tribus mensibus possedit.

1192. Wencezlaus dux de solio pellitur. Premizl dux efficitur. Civitas Pragensis obsidione circundatur, nec capitur. Tandem post tres menses, ipso duce Wencezlao permittente, per internuntium imperatoris in manus domni episcopi traditur.

1193. Hoc anno intrante Martio domnus episcopus ad imperatoris curiam regreditur, et inde intrante Augusto cum magna gloria et honore in Boemiam cum ducello Spitigneo revertitur, gestans ab imperatore sibi tradita vexilla ducatus; non tamen omittens nomen et dignitatem sui episcopatus.

1216[d]. Hoc anno Andreas episcopus Pragensis opposuit se Ottakro regi Boemie et magnatibus eius pro libertate Pragensis aecclesie, et exilium petiit 7. Kalend. Novembr.

1217. Hoc anno facto interdicto, Andreas Pragensis episcopus venit Romam cum uno monacho de Ebra, et uno clerico Vincentio nomine, canonico sancti Antonii, 12. Kal. Aprilis ad prosequendas iniurias ecclesie Pragensis.

1218. Otto imperator obiit, depositus et excommunicatus.

1220[e]. Hoc anno capta fuit Damiata, civitas Egipti, a christianis.

a) *vocem supplevi ex Continuatore Cosmae.* b) f. Sobieslao *Cont. Cosmae.* c) ipse Sobieslaus *Cont. Cosmae.* d) *Quae sequuntur alia manu, sed coaeva, adiecta sunt.* e) *alia rursus manu.*

ANNALIUM IUVAVENSIUM SUPPLEMENTUM.

Quum anno 1826 *de codice annalium Iuvavensium per litteras frustra quaesivissem, anno* 1833 *Wirzeburgi praesens in bibliotheca*

universitatis scrutatus, autographum, scilicet codicem Bedae de ratione temporum, inveni; indeque in augmentum editionis nostrae SS. T. I. p. **87—89** *decerpta iam cum lectoribus nostris communicamus. Ex quibus inter alia constat, anni initium etiam in narratione annorum* **800.** *et* **801.** *a nativitate Domini computari. Subiicimus annales breves, notas scilicet historicas, codici Bedae de temporibus membranaceo saeculi VIII. aut IX. ineuntis in bibliotheca olim Hartmanni Schedel, iam in regia Monacensi inter codices latinos sub Nro.* **246.** *adservato fol.* **104.** *insertas, atque a Boehmero nostro exscriptas; quas Fredegarii praecipue continuationi et annalibus Laureshamensibus inniti, atque a.* **725.** *chronici Moissiacensis similitudinem referre, lectores facile advertent.*

ANNALIUM IUVAVENSIUM MAIORUM SUPPLEMENTUM.

ANNI INCARNATIONIS DOMINICAE.

742. Natus est Carolus.

743. Bellum Francorum et Baioariorum.

763. Hiemps magna.

768. Pippinus obiit; Carolus rex factus est 7. Idus Octobris.

774. Pabia capta. Translatio sancti Hrodperhti [a].

782. In Carisiago.

785. Arn episcopus ordinatur 3. Id. Iun.

788. Tassilo tonsus est. Domnus [b] rex Carolus celebravit pascham in Inglimhaim, et captus Tassilo dux.

791. Adalwinus [c] episcopus ordinatus est. Carolus in Pannonia. — Ad [d] Wormatiam; domnus rex in Hunia.

796. Depositio Adriani papae. Huni se dederunt, et Zotan baptizatus.

801. Carolus imperium suscepit Romanum in Roma, et a Leone papa secundo iuniore consecratus imperator, die nativitatis Domini. Carolus imperator synodum examinationis episcoporum et clericorum fecit in Aquis palatio mense Novembrio, et alium mense Aprilio Ita*licorum* fac*tum est* [e].

802. Iterum tertium synodum fecit mense Martio [f].

805. Hoc anno baptizatus est Caganus vocatus Abraham **11.** Kal. Octobris *etc.*

806. A Niceno synodo anni **483.** Hoc anno *etc. usque* Theodonis villa, ubi nata*lem Domini transegit* [g].

814. Karolus *etc.* Walh tonsus est [h].

976 [i]. . . g . . [k] et iterum *etc.*

ANNALIUM IUVAVENSIUM MINORUM SUPPLEMENTUM.

753. Stephanus papa venit in Franciam. Griffo occisus est; inde sunt anni **64** anno **816** [l].

786. Hartrat partibus Austriae consilium malum fecit *etc.*

791. Karolus perrexit cum hoste in Pannoniam; sunt anni **27** anno nativitatis Domini **816.**

792. Felix haeresis convincitur in Reganespurc. Sunt anni **25** anno **816.**

793. Synodus magna ad Francorum vadum *etc.*

a) *In altera margine:* dedicata *etc. ut p.* **87.** b) *haec in altera margine.* c) *haec minime anno* **790** *adscripta sunt.* d) *haec in altera margine.* e) *haec nonnisi contectura assequi licet.* f) *annis* **803** *et* **804** *post* Carolus *addendum est* imperator. g) *ita conticio.* — die **2.** Id. Febr. *minime codex habet.* h) *annus obitus Heilramni vere* **825** *est in codice.* i) *huic anno adscribenda sunt, quae p.* **88** *anno* **975** *adsignantur.* k) Ungarii? l) *a.* **768** Pippinus obiit *et a.* **774** Papia capta *desunt in c.*

801. Karolus imperator factus est; primum synodum examinationis fuit in Aquis.
804. Alchuinus obiit. Karolus Saxones expulit de terra eorum [a].

ANNALES BREVES.

Anno ab incarnatione Christi 721. iactavit Eodo Sarracenos de terra sua.
725. Sarraceni Augustidunum civitate distruxerunt 4. feria, 11. Kal. Septembris.
731. Carolus vastavit duas vices ultra Ligere, et Raganfredus moritur.
732. Carolus pugnavit contra Sarracenos, die sabbati, apud Pectavis civitatem.
734. Carolus migravit in Frisia, delevitque eam usque ad internitionem.
739 [b]. Papa Gregorius, Romanae ecclesiae episcopus, clave venerandi sepulchri sancti Petri et vincula eiusdem cum muneribus magnis et infinitis legationem ad Carolum principem misit, quo pacto patrato, ut a partibus imperatoris secederit et Romano consulto [c] praefato principi Carolo sanciret. Ipse autem princeps magnifico honore ipsam legationem recepit, munera preciosa contulit, atque cum suis nuntiis remisit Romae.
737. Carolus pugnavit contra Sarracenos in Gotia, in loco qui dicitur Birra.
741. Carolus obiit; filii eius principatum illius dividunt inter se, Carolomannus Austria, Alamania atque Toringia sortitur, Pippinus Burgundiam, Neaustria atque Provintiam accepit.

a) 814. Walh tonsus est *desunt*. b) *numerus anni deest*. c) *i. e.* consulato.

ANNALES AUGUSTANI.

Exscripsi eos ex codice bibliothecae regiae Monacensis inter Mss. Latina Numero 2. *insignito, membranaceo in fol. maiori, anno* 1135 *exarato, ubi in primis paginis leguntur. Compositi sunt a canonicis ecclesiae cathedralis Augustanae*[1], *et prout notitiarum ratio, continuus annorum ordo, et a.* **1095.** *mentio de indictionum ordinibus iniecta indicat, cyclis antiquis per decursum saeculi X. et XI. adiecti; inde ab a.* **1041.** *et praecipue a.* **1065.** *narratio amplior fit, ita ut posterior operis pars inter maiores annales referenda sit. Auctores diversi quidem sed eodem fere spiritu animati, per tempora discordiae inter Imperium et Ecclesiam saevientis, pro Heinrico IV. contra Saxones, Ruodolfum, Hermannum et Kuonradum*[2] *antireges senserunt, servata quidem quamdiu superstes esset Gregorii VII. reverentia*[3], *sed decreto de continentia clericorum vituperato*[4], *et successoribus eius Desiderio et Urbano minime agnitis, quorum loco Wigbertum pro papa legitimo habuerunt*[5]. *Durabat igitur Augustae persuasio, legitimis regni et ecclesiae principibus, vel papa regeve iuramenta disrumpente, fidem esse servandam; nec grato oculo discordiae et rebellionis promotores, papae, episcopi, abbates, duces, visebantur*[6]. *Cui quidem animo honor suus manet, etiamsi fortium virorum nomina, ut hic invida fortuna accidit, oblivione indebita premantur. Anterior annalium pars usque ad a.* **1050.** *ab Hermanno Contracto deflorata, totum vero opus, resectis mutatis addi-*

1) cf. e. g. annos 1065. 1080. 1084. 1086. 1101. 2) a. 1075. 1080. 1081. 1085. 1086. 1097. 3) a. 1080. 4) a. 1075. 5) a. 1087. 6) a. 1076. 1088.

tisque nonnullis, chronico SS. Udalrici et Afrae insertum est, unde saeculo XVI. ineunte a Matthaeo Marescalco de Pappenheim canonico Augustensi decerptum Marq. Freherus Rerum Germanicarum Scriptoribus T. I. inseruit; sed nec ibi nec in Struviana Freheri editione textum genuinum legi, utriusque cum nostra collatio evidentissime monstrabit.

ANNO DOMINI

973. Otto imperator augustus obiit, et filius eius Otto in regnum successit.

974. Sanctus Oudalricus episcopus obiit; Heinricus successit [a].

975. Inter principes discordia facta est. Et cometa exarsit.

976. Luna obscurata est.

978. Imperator cum suis versus est in fugam in expeditione Galliae.

982. In publico bello Calabriae Heinricus episcopus heu! occisus est, ante profectionem suam praedio suo Gisenhusa canonicis in oblationem tradito. Etich episcopus est ordinatus.

983. Otto imperator Romae obiit, eiusque filius Otto in regnum successit.

986. Otto iuvenis rex ab Heinrico duce captus, sed a populo est ereptus.

988. Etich episcopus obiit.

989. Liutoldus episcopus ordinatur.

990. Imperator Romam in epiphania ivit, et anniversarium patris sui celebravit.

991. Magna sterilitas terrae ab inundatione pluviae.

992. Fames magna per tres annos.

993. Hiemps dura, ita ut arbores multae aridae fierent. Liutoldus episcopus Romam ivit, et per papam Iohannem beati Oudalrici sanctitas probatur. Solennitas conlaudatur et sancitur.

994. Augustae templum corruit a seipso.

995. Liutoldus episcopus templum a fundamento construxit, Adelheida imperatrice cooperante. Luna in sanguinem versa est.

996. Liutoldus episcopus beatae [b] memoriae 6. Kal. Augusti obiit; Gebehardus est episcopus constitutus.

1000. Romae Gregorius V., qui et Brun, papa obiit; eique Sylvester secundus, qui et Gerbertus, papa 143[us] successit.

1001. Otto imperator Italiam lustrat. Gebehardus episcopus 7. Idus Iulii obiit.

1002. Otto imperator anno regni 19. in Italia obiit, et Aquisgrani sepultus est. Pro quo Heinricus, dux Baiorae, rex efficitur. Sigefridus episcopus ordinatur.

1003. Heinricus rex sibi rebelles vastavit. Argentina despoliatur.

1004. Heinricus Italiam, Boemanos, Bolanos petens, subiugavit.

1005. Romae Gerbertus papa obiit. Iohannes papa XVI. papa 144[us] ordinatur. Fames magna facta est.

1006. Iohannes papa obiit, et alius Iohannes XVII, qui et Fasanus, papa 145[us] ordinatur.

1007. Heinricus rex, constructo Babenbergensi episcopatu, Eberhardum [c] primum episcopum constituit. Sigefridus, Augustensis episcopus, vota multorum complens obiit. Brun episcopus ordinatur.

1008. Liutolfus Treverensis archiepiscopus obiit, eique Megingaudus successit.

1009. Romae [d] Fasanus papa obiit. Sergius III. papa 146[us] efficitur.

1011. Willigisus Mogontiensis archiepisconus obiit; eique Erchinbaldus successit.

1012. Herimannus dux Alamanniae moritur, et pro eo Ernest dux efficitur.

1013. Romae Sergius papa obiit; Benedictus octavus papa 147[us] [e] ordinatur.

1014. Heinricus rex Romae a Benedicto papa imperiali benedictione coronatur.

1015. Megingaudus Trevirensis episcopus obiit, cui Poppo successit.

1018. Constantiae Lantperto episcopo mortuo, Routhardus successit.

a) s. comes de Geisenhausen *FREHER*. b) b. *c.* c) eghardum *c.* d) R. *c.* e) CXL. : : : *c.*

1019. Pugna apud Ulmam.

1020. Benedictus papa Babenberc veniens, ecclesiam sancti Stephani dedicavit. Werenharius, Argentinae episcopus, cum Welf comite Burgundiones [a] devicit.

1021. Terrae motus 4. Idus Maii factus est. Heribertus Coloniensis episcopus obiit; Piligrimus successit. Erkanboldo Mogontiensi archiepiscopo defuncto, Aribo successit.

1022. Heinricus imperator Italiam petens, Troiam expugnavit, alias urbes subdidit. Pestilentia in exercitu multos occidit. Routhardus Constantiensis episcopus obiit; Heimo successit.

1023. Gebehardus Ratisponensis episcopus mirabiliter obiit; item Gebehardus successit.

1024. Romae papa Benedictus obiit, et frater eius Iohannes XVIII. ex laico papa 148us efficitur. Heinricus imperator obiit, et Babenberc sepelitur. Kounradus rex eligitur.

1025. Ernist dux et Welf comes Kounrado regi cum multis rebellant.

1026. Kounradus rex Italiam petiit. Heimo Constantiensis episcopus obiit; Warmannus successit. Brun, Augustensis episcopus, et Welf comes [b] mutuo praedas et incendia exercent.

1027. Kounradus rex a Iohanne papa in die paschae imperator coronatur; eique reverso Welf comes et alii ad deditionem venientes, custodiae deputantur.

1028. Heinricus puer, filius Kounradi imperatoris, in die paschali Aquisgrani a Piligrimo archiepiscopo rex unctus est. Werenharius Argentinae episcopus Constantinopolim legatus obiit [c].

1029. Brun beatae memoriae [d] Augustensis episcopus, qui ecclesiae canonicorumque possessionibus copiose augmentatis, 8. Kalendas Maii obiit. Eique Eberhardus successit, qui constituit, defuncti fratris annonam usque ad anniversarium diem pro anima eius donari.

1030. Kounradus imperator Pannoniam petiit. Welf comes obiit.

1031. Pax cum Stephano rege Ungariorum facta est. Aribo Mogontinus episcopus obiit, cui Bardo successit.

1032. Kounradus imperator Bolanos petiit. Roudolfus rex Burgundionum obiit; cuius regnum Oudo invasit.

1033. Imperator hieme Burgundiam petiit. Item aestate Oudonis provintiam, donec ipse [e] peteret, vastavit. Romae papa Iohannes obiit, et pro eo Benedictus IX., qui et Theophylactus, papa 149us ordinatur. Eclypsis solis 3. Kalendas Iulii.

1034. Imperator iterum Burgundiam petens subicit. Warmannus episcopus Constantiensis obiit, et Eberhardus successit. Meginhardo Wirzburgensi episcopo Brun successit.

1035. In Italia milites minores contra dominos coniurant. Imperator paganos qui Liutici dicuntur petiit. Synodus apud Triburiam.

1036. Piligrinus Coloniensis episcopus obiit, eique Herimannus successit. Gebehardo Ratisponensi episcopo defuncto, item Gebehardus successit. Heinricus rex Danorum regis filiam duxit uxorem. Imperator Italiam petiit.

1037. Imperator in Italia Heribertum, Mediolanensem episcopum, in custodiam misit; aliosque episcopos exilio relegavit, manumque coniuratorum coercuit. Oudo occisus est.

1038. Civitas Parmensis ab exercitu incenditur. Imperatore de Ultraromanis partibus redeunte, pestilentia exercitum invasit, in qua Heinrici regis uxor cum multis periit. Stephano rege Ungariorum mortuo, pro eo Petrus regnat.

1039. Kounradus imperator apud Traiectum 3. Non. Iunii subito moritur, et Spirae sepelitur. Heinricus, filius eius, pro eo regnat. Reginbaldus Spirensis episcopus obiit.

1040. Heinricus rex Boemiam petens, plurimis suorum in silva amissis, rediit. Eberhardus Babenbergensis episcopus obiit, cui Suitgerus successit.

1041. Heinricus rex, vastata Boemia, ducem illius ad deditionem coegit. Ungarii, fugato Petro, Obonem regem faciunt. Petrus profugus, regem Heinricum adit. Huius astipulatione et industria plurimi eo tempore in artibus, in aedificiis, in auctoribus, in omni genere doctrinae pollebant. Studium ubique famosissimum.

a) burgund c. b) c. bauariae dominus *F.* c) o. Guilhelmus successit. *F.* d) b. m. c. e) i. paoem p. *F*

1042. 1042. Obo fines Boioariae invasit, magnaque exercitus eius parte ab Adalperto marchione deleta, refugit. Heinricus rex Pannoniam petens, septentrionales Danubii partes vastat. Poppo patriarcha obiit[a], cui Eberhardus, Augustensis canonicus, successit.

1043. 1043. Gisila imperatrix obiit. Heinricus rex iterum Pannoniam ingressus, suscepto ab Obone pacto rediit, magnamque in regno suo pacificationem fecit, et Agnetem sibi uxorem copulavit. Liupaldus marchio obiit.

1044. 1044. Heinricus rex, in Pannonia commissa pugna victor, Obonem fugavit et Petrum regno restituit. Obo, a Petro captus, decollatur. Romae Benedictus papa ob scelera a Romanis pulsus est. Heribertus Mediolanensis archiepiscopus obiit; Guido successit. Gebehardus Ravennas episcopus obiit.

1045. 1045. Heinricus rex a Petro rege Ungariorum invitatus, muneribus donatur. Quo itinere Brun Wirzeburgensis episcopus letaliter corruens obiit, eique Adalbero successit. Gotefridus dux regi ad deditionem veniens, in custodiam mittitur. Liutici rebellantes subiciuntur. Guntharius heremita mortuus, Bragae sepelitur.

1046. 1046. Romam Benedictus papa reversus, ob avariciam sponte abdicato honore, Gra-
7 tianum pro se papam elegit. Heinricus rex Phladirtingam[7] petiit. Widgero Ravennas episcopatus aufertur. Ungarii, Petro excaecato, Andream regem constituunt. Rex Italiam petens, Gratianum papam deposuit.

1047. 1047. Natale Domini Suitgerus, Babenbergensis episcopus, papa 151[us] ordinatur, Clemens appellatus; Heinricum regem cum regina imperiali benedictione coronavit. Eberhardus Constantiensis episcopus Romae obiit, cui Theodericus successit. Hunfridus Ravennae, Herrandus Argentinae, Theodoricus Virduni, episcopi ordinantur. Imperator secum avecto corpore sancti Guidonis Augustam veniens, in extremis Eberhardum episcopum repperit; quo defuncto, exequiis eius honorifice in vigilia ascensionis dominicae celebratis, in ipsa sequenti die ascensionis Domini Heinricum Augustensis ecclesiae constituit episcopum. Poppo Treverensis episcopus obiit; Eberhardus successit. Clemens papa obiit, et Pabenbere sepelitur. Imperator Phladirtingam suorum dampno petiit.

1048. 1048. Sanguis Domini, ut ferebant, Mantuae invenitur. Poppo Brixensis[8] episcopus
8 papa 152[us b] ordinatus, et Damasus vocatus, post paucos dies obiit. Heinricus imperator et Heinricus Galliae rex convenientes, pactum inter se confirmant. Terrae motus 3. Idus Octobris in nocte fit.

1049. 1049. Eberhardo patriarcha mortuo, Gotebaldus successit. Brun Tullae Leuchorum episcopus, papa 153[us] ordinatus, Leo IX. vocatus est. Imperator Balduvinum petens, Phlandros devastavit. Domnus papa sinodum Remis, aliam Mogontiae collegit.

1050. 1050. Ungarii Baioariae fines invadunt. Domnus papa Ultraromanas partes ex parte subiecit. Imperatori filius, Heinricus postea dictus, nascitur, prius Kounradus nominatus.

1051. 1051. Bardo Mogontiensis archiepiscopus sanctus obiit, eique Liubaldus successit. Imperator Pannoniam ingrediens vastat, et exercitu fame laborante, vix rediit.

1052. 1052. In Italia Bonefacius marchio, insidiis transfixus sagittis, moritur. Imperator terminos Ungariorum cum exercitu nullo effectu petiit. Bresburc frustra obsessa, non capitur. Imperatori filius nascitur.

1053. 1053. Imperator cum papa natalem Domini Wormatiae egit, papa autem purificationem sanctae Mariae Augustae. Exercitus a papa contra Nortmannos ductus, ab ipsis victus et trucidatus est. Ipse vero papa apud Beneventum demoratur. Imperator filium Heinricum, regem electum, ducem Baioariae praefecit.

1054. 1054. Domnus papa Leo paschali tempore Romam reversus, ibique defunctus, post mortem miraculis claruisse fertur. Imperator Phlantriam adiit atque vastavit. Herimannus Contractus, in membris singulis debilitatus, nostri miraculum secli, cunctis in acumine ingenii praeminebat, cantica mirae modulationis et dulcedinis plura composuit, vocis etiam fere carens officio. Gebehardus, Eichstetensis praesul, papa 154[us] eligitur.

1055. 1055. Imperatore Italiam lustrante, filius eius moritur. Praedictus Gebehardus papa ordinatus, Victor appellatur. Augustae pugna cum Babenbergensibus[c]. Imperatore

a) o. Aquilegiae F. b) CLIII. c. c) pab. corr. bab. c.

7) Vlaerdingen ad ostium Mosae infra Rotterdam. 8) Brixen in Tyroli.

ab Italia reverso, Gebehardus Ratisponensis episcopus reus maiestatis arguitur, et in custodiam deputatur. 1055.

1056. Hiemps lenissima. Rex Babyloniae moritur. Sepulchrum Domini Hierosolymis obstruitur, patriarcha eiecto, multi christiani trucidantur. Domnus papa Cisalpinis partibus moratur. Exercitus Saxonum a Wandalis trucidatur. Herimanno Coloniae episcopo mortuo, Anno successit. Rege Graecorum mortuo, mulier quaedam successit in regnum, cuius legati fedus ab imperatore Heinrico poscunt. Idem imperator 3. Non. Octobr. defunctus, anno aetatis suae 41. in die natalis sui, hoc est 5. Kalend. Novemb. Spirae a papa sepelitur, filio eius in regnum succedente. 1056.

1057. Multorum factiones contra imperatoris filium exortae, divinitus sedantur. Ierosolima pacificatur. Papa Cisalpinis partibus reversus, Nortmannos ceterosque rebelles pacificat. Dein non longo tempore exacto, vitam terminavit in Aricia; cuius corpus a suis asportatum, a Ravennatibus vi deripitur, in Ravennaque sepelitur. Fridericus, domni papae Leonis cancellarius, monachicae vitae in Casino deserviens, a Romanis revocatur, et papa 155us electus, Stephanus nominatur*. 1057.

1058. Papa Stephanus obiit. Quidam Bonifacius, non communi consilio electus, respuitur. Benedictus autem episcopus papa 156us constituitur, Nicolaus nominatus. Gunzo Eichstetensis episcopus ordinatur. Imperatrix cum rege puero pentecosten Augustae egit. Otto dux[a] obiit. 1058.

1059. Roudolfus dux Alamannorum constituitur. Seditio inter Heinricum Augustae episcopum et Dietpaldum comitem, pro comitatu ad altare sanctae Mariae per cartae firmitatem tradito. Ratpoto, filius eiusdem comitis, Mantichinga inuadit; sed Pawarii, qui eius sequaces erant, ab Augustensibus plurimi occiduntur, plerique etiam vulnerantur. Dehinc a comite Mantichinga aliique vici concremantur. Regina cum puero rege in festivitate omnium sanctorum Augustam veniens, invasores Augustae ad pactionem compulit. 1059.

1060. Kounradus Spirensis episcopus moritur; cui successit Einhardus, Augustensis praepositus. Liupaldus Mogontiensis episcopus obiit, Sigefridus successit. Willehalmus Noricus aliique in corrigendis Antiphonarii et Gradualis cantibus multum laborabant, licet apud tardos et hebetes parum proficerent. Fames et mortalitas magna. Waltolf Paduensis episcopus, prius Augustensis canonicus, constituitur. Gebehardus Ratisponensis episcopus obiit. 1060.

1061. Otto Ratisponensis episcopus efficitur. Nicolaus papa moritur. Quidam Lucanus episcopus a quibusdam Romanis et Nortmannis electus et ordinatus, a nostratibus respuitur. Parmensis autem episcopus a quibusdam papa constituitur, archiepiscopis et ceteris episcopis non consentientibus. Sed postea Lucanus episcopus sine sinodo pridem depositus, restituitur ab episcopis, et papa 157us ordinatus, Alexander appellatur[b]. 1061.

1062. Parmensi episcopo Romam intrare volenti Romani repugnantes, ex magna parte sequaces episcopi trucidantur, partim in fluvium dimersi moriuntur; ipse tamen non receptus, sine effectu Parmam rediit. Heinricus rex puer ab Annone Coloniae episcopo, et ab Ottone Bawariorum duce, imperatrici Agneti surripitur. Qui eodem anno Augustam veniens, Heinricum, eiusdem civitatis episcopum, ad pactionem vocavit; sed ipse Augustam venire renuens, Ratisponam advenit. 1062.

1063. Post vernale aequinoctium, id est[c] 12. Kalend. Aprilis, frigoris et nivis inmensae importunitas. Gotebaldus patriarcha obiit, Rabengerus successit. Mortuo Bel rege Ungarorum, Heinricus rex puer Pannoniam cum exercitu ingrediens, reginam cum filio pridem expulsam regno restituit, paucisque repugnantibus devictis, provinciam eandem sibi subiugavit. Heinricus episcopus Augustensis, a familiaribus regis multis afflictus iniuriis, deinde longa aegritudinis fatigatus molestia, 3. Nonas Septembris obiit; cui succ- cessit Embrico, pridem Moguntiae praepositus, vir ad id temporis admodum religiosus atque laudabilis. 1063.

1064. Heinricus rex purificationem sanctae Mariae Augustae celebravit. Ecclesia sancti Oudalrici et sanctae Afrae a fundamento incipitur. Sanctorum corpora multa inveniuntur. Corpus etiam martiris sanctae Afrae, igneae combustionis adhuc signa 1064.

*) nominatus c. a) suevorum F. b) appellatus c. c) id̄ c.

1064. retinens, in sarcofago lapideo decenter formato repperitur. Aliud etiam corpusculum in plumbeo invenitur. Lapis etiam superpositus sanctae Eunomiae sepulchro dum forte a lathomis caederetur, miri odoris emisit fraglantiam. Waltolf Paduensis episcopus moritur.

1065. 1065. In Italia terrae motus magnus resurrectione Domini 6. Kalend. Aprilis. Rex Heinricus in pentecoste Augustae moratur. Prope Ierosolimam a Sarracenis plurimi christianorum trucidantur, alii captivantur. Gunthere Pabinbergensis episcopus, inde reversus, moritur. Augustae dedicatur ecclesia matricularis[10] ab Embricone sedis eiusdem episcopo, et a Gunzone Eichstetensi episcopo et a Routhardo Tarvisensi episcopo; qui et eodem anno moritur. A diebus beatae memoriae Brunonis episcopi usque ad fedissimam civilis discordiae tempestatem in congregatione Augustensi illustres extiterant personae, canonicae institutionis sectatores, fratrum amatores, patriae decus, tempora ornantes; quorum gloriae dignissima memoria posteris eorum virtutis eximiae proponit incitamenta.

1066. 1066. Hiemps lenissima. In Geminis invisa stella visa est comata[a], aliquot noctibus mira velocitate retrograda, Anglorum occisionis, et calamitatis quae post 8 annos per Roudolfum et Herimannum exorta est inter Teutonicos, praenuntia. Quae in primis in hanc formam radios clare in orientem mittens, tandem ita obscurata est, ut videri non posset. In sabbato paschae Eberhardus Trevirensis episcopus moritur. Kouno Coloniae praepositus, accepto a rege episcopatu, a civibus respuitur, capitur, praecipitatur et trucidatur. Nuptiae regis Heinrici efficiuntur.

1067. 1067. Rex Heinricus Augustae ante purificationem sanctae Mariae moratur. Gotefridus dux contra Nortmannos missus, nullo effectu, paucis etiam amissis, rediit. Einhardus, Spirensis episcopus, Romam pergens obiit.

1068. 1068. Inundatio pluviarum. Rex Heinricus in nativitate sanctae Mariae Augustae moratur. Burchardus Halberstatensis episcopus, Liuticiorum provintiam ingressus, incendit, vastavit, avectoque equo, quem pro Deo in Rheda[11] colebant, super eum sedens in Saxoniam rediit.

1069. 1069. Fames valida. Reliquiae sancti Remigii ab episcopo Embricone sunt allatae. Monasterium sancti Stephani perficitur et consecratur. Duringi rebelles superantur.

1070. 1070. Otto dux Bawariorum coniurationis contra regem arguitur. Rex in purificatione sanctae Mariae Augustae moratur. Rumoldo Constantiensi episcopo defuncto, Karolus a rege episcopus constituitur, sed respuitur. Adalbero Wormatiensis episcopus moritur, Adalbert successit. In Nourenperc[b] sanctus Sebaldus primum miraculis claruit.

1071. 1071. Ottone Pawariorum duce ad Liuticios secedente, Welf, gener eius, ducatum suscepit. In quinquagesima rex Augustae moratur. Karolus episcopus abdicato honore deponitur. Ecclesia sanctae Afrae et sancti Oudalrici perfecta ab Embricone episcopo, a Gunzone Eichstetensi, ab Ellenhardo Frisingensi[c] est consecrata. Ecclesia sanctae Gerdrudis consecratur.

1072. 1072. Wicpertus Ravennas constituitur episcopus.

1073. 1073. Alexander papa moritur, Gregorius septimus constituitur. Coniuratio Saxonum et aliorum multorum oritur contra regem.

1074. 1074 Favente Deo, per Embriconem Augustensem pontificem in purificatione sanctae Mariae cum rege idem Saxones et multi coniurationis eiusdem auctores vix pacificantur. Rex Ungariam ingressus, vastat, et omnes seditiones moventes expellit; Salemonem suae ditioni subiecit. Eclypsis lunae.

1075. 1075. Rex in purificatione sanctae Mariae Augustae moratur. Saxonica gens infida et rebellis a rege et a Roudolfo duce prosternitur, fugatur, plurimi ex nostris interficiuntur. Girovagi sub specie religionis discurrentes, maximam ubique seminant discordiam. Papae decretum enorme de continentia clericorum per laicos divulgatur. Embrico episcopus a Longabardis capitur. Gunzo Eichstetensis episcopus obiit, Oudalricus successit. Herimannus Pabenbergensis episcopus propter simoniacam haeresin deponitur;

a) *hic in margine codicis cometa stella picta est.* b) Noulenpero c. c) frisinge c.

10) *i. e.* cathedralis, matriloca. 11) Rhetra, Redariorum caput; cf. Cl. Wedekind Noten I. 172.

Routpertus loco eius constituitur. Saxones domiti in deditionem recipiuntur. Mulierculae plures ex familia ducis Welfonis[a] a daemoniis vexantur. 1075.

1076. Discordia fedissima inter papam et regem, inter episcopos et duces, inter clericos et laicos. Papa propter zelum domus Dei respuitur. Romae legati regis a papae fautoribus male tractantur. Sacerdotes a laicis pro conubiis et ecclesiarum emptione miserabiliter eiciuntur, fas et nefas, promiscua omnia sunt confusa. Papa repudiatus, in loca tuta et in castella secedit munitissima. Colloquium regis et ducum in Oppenheim. Hiemis continua asperitas, et nivium importunitas a Kalendis Novembris usque post Kalendas Aprilis, ita ut arbores arescerent; tanta deinde terrae frugum sterilitas, ut etiam semen deesset. Consilium papae et ducum contra imperatorem. 1076. Leg. II. 49

1077. Rex Heinricus Italiam ingressus, cum omni honore suscipitur a papa in Canusio, primo ex consilio ducum repudiatus. Postea a banno absolvitur, honorifice tractatur. Rege in Italia morante, Roudolfus[b] rex constituitur in Phorcheim, in loco infausto in Pontii Pilati praedio, in media quadragesima[c], a maledictis potius maledicitur quam consecratur, chrismate in eodem die contra ecclesiastica instituta consecrato. In eadem die ad dampnationis suae cumulum in eodem loco, id est Mogontiae, plurimi occiduntur. Rex Heinricus reversus a Pawariis cum omni fide recipitur. Roudolfus in Saxoniam expellitur; fautores eius repugnantes, praedationibus, incendiis, cladibus diversis opprimuntur; sequaces eius vastantur infelices et sacrilegi trucidantur. Laici quidem clericorum et ecclesiarum possessiones diripientes, inter se praedas et mutua exercentes incendia, plures haereditatibus et beneficiis, plures etiam vita privantur. — Embrico praesul beatae memoriae, plenus operibus bonis et elemosinis, sancti Oudalrici et sanctae Afrae, sancti Stephani, sancti Martini, sanctae Gerdrudis ecclesiis a fundamento constructis, aliarum vero aedificiis et claustris restauratis, et tribus adiectis, vocatione felici 3. Kal. Augusti migravit ad Dominum. Rex Heinricus in nativitate sanctae Mariae Augustae moratur. Sigefridus, in scismate electus, Augustae praeponitur episcopus. Heinricus Aquileiae pridem Augustensis canonicus, Wigoldus ex familia ecclesiae episcopus constituitur. 1077. II. 50.

Hoc[d] anno missis ad Gerundam litteris, beati Narcissi episcopi et martiris, primi Augustae praedicatoris, reliquiae sunt acquisitae, cum epistola Berengarii Gerundensis episcopi, et cum omni honore Augustae delatae; cuius corpus sacrum ante paucos annos dicitur integrum atque incorruptum inventum, cilicio indutum, passionis planissima servans stigmata. Nam post sanctae Afrae conversionem ordinato eidem ecclesiae presbitero, in Hispaniam regrediens, cum multos ad Christi fidem converteret, quadam die in Gerunda inter ipsa sacrificiorum misteria a persecutoribus dicitur trucidatus, in confessione Trinitatis tribus vulneribus, id est in gutture, in humero, in sura debilitatus, et ita sepultus. Sed post annos plurimos vivido colore, veneranda canitie, dextra more benedicentis extenta, integer aperto sepulchro dicitur inventus. Narravit etiam praefatus episcopus, cum abbas quidam occulte vellet digitum pedis eius pro reliquiis diripere, eum in conspectu plurimorum pedem eius retraxisse.

1078. Roudolfus de bello 7. Idus Augusti profugus in Saxoniam rediit. Rex autem, Saxonibus victis et trucidatis, Alemanniam invasit, vastavit et incendit; castella satis munita destruxit. Qui prius dotes et alias ecclesiasticas possessiones diripiebant, ipsi inter se mutuis crassantes seditionibus, ultione divina praediis et beneficiis privantur. In bello supradicto cum clericis suis Magadaburgensis archiepiscopus occiditur. Adalpertus, Wormaciensis[e] episcopus, captus in custodiam mittitur. In Popinga[11] plures occiduntur. 1078. 11

1079. Rex Ungariae fines invasit. Legati papae cum patriarcha Heinrico Ratisponam de pace tractaturi veniunt, sed parum proficiunt. Rege cum legatis ad Fritizla[12] cum exercitu veniente, Saxones perfidi regem et legatos cum dolo fallentes cum iuramento 1079. 12

a) W. *voci* ducis *superscriptum. c.* b) R. dux de Reinfelde *F.* c) in XL^a^ in media XLe *c.* d) *Locus hic scriptoris vitio, qui signum anni in codice autographo Augustano haud intellexisse videtur, in fine anni* 1066 *positus, inde movendus erat, auctoritate epistolae Berengarii episcopi Gerundensis in textu laudatae, quae de reliquiis SS. Narcissi, Felicis et aliorum ad Sigihardum abbatem SS. Udalrici et Afrae anno* 1087 *scripta, a nostro exscribitur. Extat apud Bollandum d.* 18. *Martii p.* 624. *Sigehardus abbas post Theodemarum qui annis* 1064—1080 *sedit, annis* 1080—1094 *abbatiae praefuit.* e) W. c. comes de Reinfelde *F.* 11) Bopfingen? 12) Fritzlar.

1079. pactionem fecerunt, et ita bellum dirimitur. — Fridericus[a] dux Alemanniae praeponitur. Nortpertus, Augustensis praepositus, Curiensis ecclesiae praesul constituitur. O miseranda regni facies! Sicut in quodam comico *Omnes sumus geminati* legitur, papae geminati, pontifices geminati, reges geminati, duces sunt geminati! De ieiunio quatuor temporum scisma novum contra decreta pontificum et contra ecclesiasticam consuetudinem exoritur, sed a prudentibus respuitur et refellitur.

1080. 1080. Rex expeditionem in Saxoniam faciens, gentem durissimam et perfidam et periuram 7. Kalend. Februarii sternit, fugat et vastat. Interim autem rege et duce Friderico absente, adversarii et sequaces eorum Retiam invadentes, praedas ac incendia exercent. Ad perpetuum autem exitium suum, sanctae Augustensis ecclesiae 3. Id. Iunii suburbana vastant et concremant, ecclesiam etiam principis apostolorum incendunt. Altmanno episcopo Pataviensi assentiente exemplumque Domini non imitante, qui a Samaritanis non susceptus, cum a discipulis rogaretur iniuriam inmissione de coelo ignis ulcisci, *Non veni*, inquit, *animas perdere sed salvare!* pro nefas et eatenus inaudita ecclesiae contumelia! conversae et Deo sacratae mulieres nubere sunt coactae. Colloquium regis in Brixina. Gregorius VII. ab episcopis transalpinis et cisalpinis praesumptuose repudiatus, excommunicatur. Wicpertus, Ravennas episcopus, minus sapientum consensu Gregorio septimo superponitur[b]. Roudolfus et Welf, duces erroris, cum omnibus sequacibus eorum excommunicantur. Rex Heinricus denuo Saxoniam invadens, vastat, incendit. Roudolfus, auctor seditionis, sine damno exercitus trucidatus occiditur; utrimque praelium Dei nutu dirimitur.

Leg. II. 50.

1081. 1081. Rex Heinricus Italiam proficiscens honorifice suscipitur; toto aestivo tempore illic moratus, rebelles domuit, ecclesiis iniuste subtracta restituit. Interim vero rege absente, dux Welf aliique regis adversarii Herimannum quendam[c] regem sibi fecerunt. Pugna inter ducem Fridericum et Welfonem et Herimannum et fautores eorum apud Hohstat[12]. Herimannus a Suevis rex constitutus, cum marchione Liupaldo et aliis nequitiae eorum fautoribus Augustam invadens, per tres ebdomadas obsedit, suburbana succendit, loca vicina vastat et incendit, nihilque proficiens cum pactione fraudulenta discedit, multis[d] ad depulsionem fautorum illius confluentibus. Ecclesia in Babenperch et monasterium sancti Mauricii in Augusta concremata sunt.

12

1082. 1082. Rege adhuc morante in Italia, in diversis partibus Alemannorum et Pawariorum pugnae, incendia fiebant et praedae. Liupaldus marchio fugatur, pars maxima[*] de sequacibus eius prosternitur et sauciatur. Dux Welf ex insidiis quosdam de familia sanctae Mariae comprehensos occidit, quosdam etiam excecavit. Dietpaldus praesul Strazburgensis obiit.

1083. 1083. Rege in Italia morante, per Sueviam incendia, caedes, praedationes utrimque fiunt; plerique vici cum ecclesiis cremantur. Rex biennio dolis induciisque protractus, Romam invadit et obsidione circumdedit. Romani suasione et seductione circumventi, tandem urbem egressi, bella temptant, sed citius Dei nutu ab exercitu regis partim gladiis, partim equis sternuntur, partim flumine mersi intereunt, et paucis evadentibus alii captivantur, alii truncantur. Saltem rex Romam ingressus, cum omni humilitate et devotione apostolorum limina petens, Wicpertum dudum superpositum in vigilia apostolorum in sede apostolica constituit. — Castrum quoddam in Sibeneich[e] a praedonibus constructum, ab antistite Sigefrido et a duce Friderico et comite Ratpotone, Deo donante, sine dampno suorum 6. Idus Augusti incensum est atque destructum. Plurimi ex adversariis igue sunt consumpti, plures occisi, aliqui in custodiam et in vincula sunt traditi. Magister Heinricus, Augustensis canonicus, cum Wigoldo episcopo[f] expulsus, in coenobio sancti Magni[13] obiit et sepultus est.

1084. 1084. Dolis quorundam fraudulentorum urbs Augusta, civibus nichil timentibus, hostibus angusto introitu clavibus adulterinis aperitur. Victores ingressi, victis praeter miseram animam nil reliqui fecerunt; hostili rapacitate cuncta vastantur et diripiuntur. Claustrum etiam canonicorum irrumpentes despoliaverunt, et in refectoriis ceterisque

a) F. de Stauffen F. b) s. Hoc anno abbas novus, Sighardus nomine, abbas praeficitur huic coenobio sanctae Afrae F. c) H. Lotharingiae comitem F. d) discedit. Multis c. *) maxime c. e) S. iuxta Lycum F. f) antiepiscopo F.

12) Höchstädt ad Danubium. 13) Füssen.

officinis castra habentes, cuncta ad stipendia fratrum pertinentia consumpserunt, et cum meretricibus scortantes sacras aedes polluerunt. In curte episcopali tres ecclesiae, sancti Michaelis, sancti Petri, sancti Laurentii, cum palatio aliisque aedificiis concrematae sunt. Adveniens autem Wigaldus, ornamenta ecclesiastica, calices, turibula, anulos, comminuit, altaris sanctae Mariae tabulam delaminavit, thesaurum quem beatae memoriae episcopus Embrico sub anathemate fratribus reliquit, distribuit; fratrum etiam habitacula undique versum constructa, ipsis eiectis atque dispersis, proterviae suae fautoribus cum aliis ecclesiarum possessionibus accommodavit. — Heinricus patriarcha obiit; Fridericus successit. — In Italia triennio transacto, rex Gregorio septimo fideles cedibus diversisque cladibus comprimens, ditioni suae subiugavit. Romani tandem Gregorium VII. iniuste respuentes, Wicpertum superpositum receperunt et ordinaverunt, Clementis nomine imposito. A quo communi pseudopontificum et Romanorum consilio et electione rex et regina imperiali benedictione coronantur. Igitur reversus imperator Ratisponam, cum omni affectu et honore susceptus, paucis ibi moratur diebus, collectaque multitudine, Augustam ab adversariis possessam profectus, ab hostibus in unum collectis fluvium Licum transvadare prohibetur. Sapienti autem usus consilio, in ripa fluminis castris metatis, quatuordecim diebus sine pugna consedit. Ex altera autem parte hostes in protervia sua perseverantes, quaeque adiacentia vastabant, famis coacti necessitate, ecclesiasticis et civilibus se rapinis vix sustentantes. In nocte vero quae beatae martyris Afrae festum praecedit, ex divino nutu et miseratione subitaneo quodam tremore et metu agitati et mente consternati, et hi qui in castris, et hi qui in urbis praesidio residebant, nemine persequente, fugae tantum sibi sumebant praesidium, ita ut nullus cum proximo suo colloquium haberet vel consilium, per diversa et aspera tantum loca dispersi atque vagantes. Ita urbs, prius fraude sine cede tamen capta, Dei omnipotentia misericorditer est liberata. Imperator vacuam ab hostibus ingrediens civitatem, cum gaudio et laeticia cleri ac populi suscipitur. — Perewardo Trientino praesule defuncto, Adalbero Augustensis canonicus successit. — Imperator in Pawariam remeans, ibique paulisper conversatus, in Franciam secessit, et ecclesiae Mogontiae Werinharium[a] archiepiscopum praefecit. Qui statim ab episcopo B. ordinatus, et a legato Wicperti palliatus. Inde imperator Metensem civitatem aggrediens, episcopum civesque urbis eiusdem sibi rebelles pactione subiugavit. — Vivente adhuc Ottone Constantiensi episcopo, Pertolfus quidam ad episcopatum coactus, prorsus mutus usque ad mortem efficitur. Post autem Gebehardus[b] est subordinatus. Defuncto autem Ottone episcopo, ab imperatore Arnoldus episcopus constitutus, a Wicperto ordinatur episcopus. Gregorius VII. omnes iuratos regis Heinrici a sacramento iuramenti absolvit. 1084.

1085. Sigefridus Augustensis ecclesiae episcopus, et Nortpertus praepositus Curiensis ecclesiae pastor prius electi, a Werinhario[c] Mogontino archiepiscopo sunt ordinati. — Synodus post albas, secunda ebdomada, a legatis Wigberti, a Werinhario archiepiscopo aliisque episcopis, et ab imperatore Mogontiae collecta, episcopos ab imperatore dissidentes dampnavit, deposuit, in quorum locum constituuntur et ordinantur alii. Gregorius VII. persecutionem fugiens, Salerni obiit, et ibi sepelitur. Adversarii imperatoris excommunicantur. Imperator Saxoniam cum exercitu multo ingreditur, pridem rebelles cum pactione suscepit, Herimannum regia negotia usurpantem, et episcopos illi consentientes, et ab illo constitutos, aliosque eorum sequaces de provincia expulit. Sed dum ipse, ut aestimabat, ibi sine fraude commoraretur, Saxones quidam occasione accepta, postpositis pactionibus et iuramentis in eius internecionem conspiraverunt. Ipse vero, licet pertinaciam eorum sedare[d] valeret, sine laesione suorum de provincia in Pauwariam, deinde in Franciam rediit. Fridericus patriarcha occiditur; Oudalricus[e] abbas de sancto Gallo successit. 1085. Leg. II. 55.

1086. Imperator post nativitatem Domini copiosa exercitus multitudine collecta, iterum Saxoniam invadit; sed adversariis in diversa cedentibus, ipse partem provintiae devastat, incendit, resistentesque ad pactionem compulisset, nisi quorundam sequacium suorum fraudulentia clandestina impediisset; qui etiam statim in Pauwariam eo reverso, 1086.

a) W. c. b) G. comes genere clarissimus F. c) W. c. d) s. non v. F. e) comes inserit F.

1086. coniurationis suae assumptis fautoribus, Frisingam, seducto cum dolis episcopo, in paschali sollemnitate capiunt. Deinde Welfone duce Suevisque advocatis, per totam pene provintiam grassantur, et cum quibusdam, quos imperator copiose ditaverat, usque Ratisponam, in qua imperator tunc temporis erat, pervenerant; sed ipse proterviam eorum dissimulans, per prudentiae patientiam eorum temeritatis vicit insaniam. Nam post parvum temporis intervallum Fridericus Alemanniae dux et Ratpoto comes Friderici [a] civitatem, licet frustra, receperunt. Illis enim recedentibus, adversarii adsumpto citius duce cum aliis, eos qui in urbe ad praesidium erant ad deditionem coegerunt, et episcopum cum iuramentis sibi associaverunt. Imperator vero Pauwariam proficiscens, illos quos supra diximus, proterve sibi occursantes invasit, plurimosque ex eis occisos vel vulneribus affectos superavit. Dehinc apud Salzpurc et pene per totam Pauwariam seditiones diversae et pugnae sunt commissae. Imperator vero audiens ducem Friderici cum et episcopum Meginhardum [b] [13] a Suevis et a Saxonibus in Wirzciburc obsessos, in Franciam proficiscitur, et ibi collecta non modica multitudine, pro liberanda ab obsidione civitate in hostes ad bellandum paratos attrociter cum legione sua irruit; exercitus autem sui pars maxima statim, utrum consilio an ignavia, terga turpiter vertit. Hostes vero, hac occasione atrociores, pertinaciter repugnant, peditumque non modicam partem trucidant. Imperator pro vicibus occursantes seque impugnantes repulit, stravit, hastam etiam regiam deauratam ab hostibus abreptam recepit; ita periculi necessitate compulsus, paucis equitibus sauciatis, de bello sine effectu rediit. Fridericus dux et qui in urbis erant praesidio, suorum contumeliam et inimicorum cernentes contumaciam, urbe relicta nimis turbati discesserunt; adversarii propter inimicorum ignaviam quasi victoria potiti, urbem hoste vacuam aggressi, Adalberonem episcopum pridem depositum et expulsum restituunt.

Augustae corvum hoc tempore vidimus album;
Illo candidior nulla columba fuit.

Qui cum nigro domito nutritus corvo, mirabile et vix est credibile, rosis carbonibus vel in lebete fricando se studuit ipse ad similitudinem nigri denigrare.

1087. 1087. Condictum in Oppinheim concilium sine effectu dissolvitur. Augustam ex quibusdam perfidis proditam atque promissam adversarii invadentes, civibus repugnantibus frustrati discesserunt. Abbas quidam de monte Cassino Desiderius, opinione sanctitatis famosissimus, ab imperatoris adversariis seductus, cum Nortmannis, quos cum pecunia corruperat, clandestina calliditate pro arripienda apostolica dignitate Romam ingreditur; sed Romani qui ex parte imperatoris erant, adventus eius causam cognoscentes, ipsum vix evadentem ex urbe effugarunt, monachosque et alios sequaces eius multis contumeliis affecerunt. Ipse vero in immoderata perdurans ambitione, multa dando et plura pollicendo collecta clam gravi multitudine, absente Wigberto in ipsa sacratissima vigilia pentecostes ex insidiis occulto aditu Romam invasit, sancti Petri domum expugnavit, irrupit, statimque violentia quadam ipsa die se inthronizari fecit atque consecrari. Sed miser ille atque maledictus, dum missarum sollemnia celebraret, inter ipsa sacramenta nondum perfecta, fetore turpissimo effusis intestinis, labitur, atque extra ecclesiam semivivus deportatur; post breve autem tempus vitam in quodam castro finivit, gravi languore affectus, nec a Romanis detentus, nec in cenobio proprio receptus. Quidam monachus Otto, mutato nomine Urbanus, vivente adhuc Wigberto, ab adversariis imperatoris papa substituitur.

Post Spirense concilium, male inchoatum, peius terminatum, imperator collecto praegrandi exercitu Saxoniae fines aggressus, quaeque adversariorum caedibus, incendiis ac rapinis attrociter devastat. Cuius violentiae cum hostes conglobati primo molirentur resistere, tandem asperitatem belli formidantes, se pactionem pro imperatoris honore principumque eius consilio facturos in loco et tempore statuto, iuramentis affirmant, si a caedibus ac devastatione eorum quiesceret, ac de provincia excederet. Ergo suorum consilio imperator acquiescens, desiderata concessit, de provincia excessit. Hostes vero

a) frid c. b) meginh c.

13) Wirzburgensem.

ad pristinam revoluti contumaciam, spretis iuramentis pactum irritum faciunt, depulso 1087.
Herimanno Eggipertum regnare disponunt. Ita imperator frustratus[a], dimisso exercitu
in Bawariam revertitur. Translatio sancti Nicolai ad Parum[14]. Nortpertus Curiensis 14
episcopus, pridem Augustensis ecclesiae praepositus, obiit; Uodalricus substituitur.

1088. Pertha imperatrix obiit, et Spirae sepelitur. Urbem Augustam, muris satis 1088.
munitam, a perfidis et infaustissimis hominibus male defensam et proditam, 2. Idus Aprilis
hostes cum scalis nocte satis splendida intrantes, omnia vastant. Episcopus Sigefridus
in deditionem acceptus, in custodiam mittitur; Wigoldus ad chrisma consecrandum ad-
ducitur. In paschali ebdomada muros urbis usque ad fundamentum hostes deponunt,
episcopum abeuntes secum abducunt. Wigaldus urbem destructam, patriam linquens
desolatam, ad Fauces[15] rediit; ibi citius, gravi aegritudine correptus, moritur et sepelitur. 15
— Purchardus Halberstatensis, fomes et nutrimentum discordiae, in seditione quadam
transfixus exspiravit. Antistite Sigefrido adhuc in custodia posito, Werinharius quidam
a ducibus ad suscipiendum Augustensem episcopatum accitus, in itinere morte praeve-
nitur subitanea. Gebehardus Salzpurgensis, in seditionis perdurans pertinacia, languoris
gravissimi vitam finivit molestia; qui suique consentanei cum dicerent, se cum excom-
municato domino suo rege non debere salvo ordine suo communicare, quomodo pote-
rant sane salvo sacerdotio contra eum cum adversariis consiliari et dimicare? His sug-
gestoribus sublatis, omnis fere Saxonia imperatori fidelitate spontaneaque pactione est
subiugata. Werinherus Mogontiensis archiepiscopus obiit. Herimannus[b], regia dignitate
privatus, urbem quandam clam cupiens irrumpere, saxo desuper misso, capite quo
temerarius, coronam imposuerat perculsus, opprimitur. — Eggehardus abbas Augiensis,
pro episcopatu Augustensi evectus, elanguit, rediit, obiit. — Ekkepertus[c], in Saxonia
clam turba congregata non modica, in vigilia nativitatis Domini ex inproviso impera-
toris castra irrupit. Qui vero in castris erant, subito tumultu turbati, aliqui aufugiunt,
aliqui confidenter repugnant; utrimque atrociter confligitur, plures occiduntur, plurimi
sauciantur, episcopus Losannensis interimitur; imperator coniurationis solitae fraudem
suspicatus, cum aliquantis de provincia secessit.

1089. Imperator Praxedem, Rutenorum regis filiam, sibi in matrimonium sociavit. 1089.
Diversis conciliis cum imperatore de pace tractatur, sed a pacis annullatur inimicis;
sicut legitur in psalmis: *Flamma combussit peccatores.* Apud Niveolam[16] beatae Ger- 16
drudis possessiones praedones vastantes, cum vexillis et armis et equis sunt inflammati,
deinde domestici eorum cum natis et pecoribus combusti. Ottone Ratisponense episcopo
defuncto, Gebehardus[d] constituitur.

1090. Post biennium Sigefridus Augustensis episcopus a custodia dimittitur, non 1090.
modica pecunia redemptus. Pertolfus, ducis Roudolfi filius, morte subitanea moritur.
Ekkipertus in seditione perdurans, ex insidiis interimitur. Liutolfus dux Karintea-
norum obiit. In Saxonia clericus quidam, ut putabatur defunctus, raptus ad inferos,
post triduum reversus, sententiam quam de tormentis Gregorii septimi[e] regulorumque
Roudolfi et Herimanni multorumque praetulerat, mortis suae praesagio aliarumque
rerum inditiis affirmabat. — Pace nondum effecta, adversariis ecclesiasticis civilibusque
rapinis incumbentibus, imperator in Italiam cum exercitu proficiscitur, a terrae illius
principibus benigne suscipitur, adversantium urbes, municipia, castella oppugnat, incen-
dit, loca Mantuanorum finibus adiacentia vastavit, toto aestivo tempore Mantuam rebel-
lem obsedit.

1091. Mantuani, longa obsidione coacti, emisso ducis Welfi filio urbem tradunt 1091.
imperatori. Imperator apud Veronam colloquium cum regni optimatibus pro pacis
habuit conditione, sed sine effectu ab his, qui hactenus pacem exosam habebant, dissol-
vitur; quibus ab ecclesiasticis et civilibus[f] quiescere rapinis et ab incendiis et caedibus
abstinere, maximum videbatur infortunium. Sed quid prodest miseris, si totum mun-
dum lucrentur, animae detrimentum faciant? Hac confusione temporum omnes honores,
omnes dignitatum gradus, omnis disciplinae splendor deletus est.

a) frustatus *c.* b) H. pseudo rex *F.* c) E. marchio *F.* d) G. comes de Hohenloe *F.* e) septimo *c.*
f) ciuibus *c.*

14) Bari. 15) Füssen. 16) Nivelle.

1092. 1092. Imperatore in Italia regalibus negotiis occupato, provincia Suevorum cladibus opprimitur; nulla timoris Domini respectio, nulla ministris Domini erat reverentia; gratuito quisque reprobus erat, et ut Salemon loquitur, alius alium per rapinam, per invidiam occidit; omnia commixta sunt; sanguis, homicidium, furtum et fictio, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultuatio, nulla bonorum Domini memoria, animarum inquinatio, nuptiarum inconstantia, mechia, et impudicitia. — Pertolfus ab hostibus imperatoris dux Alemannorum constituitur. Oudalricus episcopus Pataviensis constituitur. In provintia Ungarorum una die, 6. Kal. Iulii, ter terrae motus factus est, urbesque submersae sunt.

1093. 1093. Ex odiis et invidiae fomite conflata usque adeo convaluit discordia, ut quidam perversi seditionis auctores cum Mediolanensibus iuxta euangelica scandalorum praesagia filium imperatoris Kounradum regnare et in patrem diabolico instinctu suggererent, non veriti divinam sententiam: *Necesse est enim ut veniant scandala, vae autem illi per quem venient!* Pawarii quidam protervitate contumaci Augustam invadentes, civibus pro copia temporis confluentibus et prope basilicam sanctae Mariae collectis, in ipsa congressione mente consternati, quidam trucidati, quidam sunt vulnerati, quidam turpissimae fugae arripiunt praesidium. Autumnus pluviosus. Solis eclipsis in meridie in Libra, 8. Kal. Octob. Ubique mortalitas, pestilentiae et fames per loca in Saxonia.

1091. 1094. Imperii miseranda contumelia. Imperator criminibus diversis diffamatur, imperatrix maritum deserens secessit ad hostes. Alemannia aliaeque provintiae pacificantur. Mortalitas convaluit inmoderata, adeo ut villae plures existerent sine cultoribus, et ecclesiae sine sacerdotibus, pestilentia consumpti. Cum[a] scriptum sit: *Ne transgrediaris terminos, quos constituerunt patres tui,* contra veteris novique testamenti instituta quidam operandi licentiam tribuerunt in paschali ebdomade, non considerantes sexagesimae finem, id est quartam feriam universalis resurrectionis et remunerationis significativam, nec septuagesimae terminum in sabbato definitum, et octavam renatorum, et tipum perpetuae laetitiae beatorum. O ambitio quam ceca semper! O quam perdit[b] concessa, qui inconcessa captare molitur!

Abbas quidam Campidonensis Eberhardus, quamvis alios, ut supra notatum est, eadem praesumentes digne sciret interisse, non contentus abbatia satis opulenta, pro usurpando sibi ab imperatoris filio Augustensi episcopatu, adhuc vivente Sigefrido episcopo, Italiam ingressus, morbo consumptus est Italico. Colloquium Suevorum in Augusta circa festum sancti Galli. Mercurius in Libra. O quam praesumptio pessima eorum, qui non aliorum exemplis territi, ambitiose praesumunt, unde contumeliose frustrantur!

1095. 1095. Ordo[c] indictionum 73[d]. Ver ventuosum et siccum. In 3. Kal. Maii Augustae suburbana tota pene cum ecclesiis incendio sunt consumpta. Hiems varia; commoda aestatis et autumni temperies; frugum ubique habundantia. Diversa pro pace et regni restauratione colloquia. Imperatoris filius Kounradus, de Sicilia Nortmanni cuiusdam filiam, coniugem accepit. Defuncto Oudalrico Curiensi episcopo, Wido episcopus, Augustensis ecclesiae canonicus, successit.

1096. 1096. Mira et inaudita expeditio: ex diversis provintiis et nationibus plurimi inevitabili quodam motu mentis conpuncti, ad debellandos ecclesiae persecutores Hierosolimam proficiscuntur, non solum viri bellicosi, sed etiam episcopi, abbates, monachi, clerici, et ex diversis negotiis, adductis vel relictis coniugibus et liberis, coloni et mulieres. Ab his, quia multitudini confidebant, in plerisque urbibus Iudaei coacti baptizabantur, aut interimebantur, aut se ipsos interficiebant; sed crescente sociorum numero, a proposito non parum deviantes, in Ungaria adiacentibusque provinciis liberius incautiusque inchoant agere, praedari, munitiones irrumpere. Quorum insolentiam barbaris non ferentibus, partim gladiis extincti, partim fluminibus inmersi, et diversis cladibus oppressi, mulieres et pueri aut in servitutem redacti, aut miserabiliter sunt affecti. Eclypsis lunae 7. Idus Augusti solito fit maior in noctis initio. Quod licet si circa 14. lunam evenerit naturale habeatur, modo tamen[e] pro prodigio aestimabatur. Nam Ungari de provintia egressi, viatores illos loca adiacentia devastantes et proposito suo contraria

a) consumpti cum . . . . . instituta. Quidam . . . . . ebdomade. Non *etc. c.* b) pordit *c.* c) Ord̄ indict̄ LXXII. *c.* d) *scilicet completus inde a Ch. nato* 73 . 15 = 1095. e) tantum *c.*

agentes invaserunt, et multitudinem innumerabilem tota die praeliando interfecerunt; victoriaque multum cruenta potiti, sunt reversi. Isti autem dispersi, quidam ad patriam, quidam ad loca alia remearunt. Sigefridus, secundus Augustensis episcopus, obiit 2. Non. Decembris. 1096.

1097. Post multa flagitia in regno perpetrata, imperator de Italia rediens, Ratisponam in pentecoste ingressus, cum omni cleri populique suscipitur alacritate. Altwino episcopo defuncto, Anto episcopus Brixinensis ecclesiae constitutus, a filio ducis Welfonis [a] captivatus in custodiam mittitur. Autumnus penè totus pluviosus; inundatio pluviarum et fluminum castra et villas vicinas Alpibus subvertit. Stella non nimis fulgida apparuit, radium unum sublucidum de se protendens, luna prima. 1097.

1098. Nullus religionis splendor. Provintiae quaedam non solum pontificali sed etiam sacerdotali sunt regimine privatae; sua quique quaerentes, non quae Dei sunt assectantes. Multis igitur laboribus affecti Ierosolimitani viatores, quidam in Graeciam cum magno convenientium exercitu provecti, divina favente clementia Constantinopolitano quaeque abstracta restituunt imperio; civitates etiam a Doricis [17] et aliis barbaris, Niceam, Antiochiam, aliasque possessas, superatis, occisis, expulsis adver ariis, ditioni subic nt christianae, sancto Theodoro, Georgio et Demetrio revelantibus sparum, id est clavum, quo dominus noster Iesus Christus in cruce est vulneratus, a sancto Petro dudum Antiochiam allatum. Quidam statura horribili, facie terribili, de Antiochia in monomachum progressus, a quodam milite, Deo iuvante, prosternitur. Capella in honore sancti Aegidii, sanc ae Mariae Magdalenae, aliorumque sanctorum est constructa, et 11. Kal. Augusti consecrata. In nocte quadam sanguinei coloris nubes in parte aquilonari apparuerunt 11. Kal. Octobris. Eclypsis so is in 8. Kal. Ianuarii post meridiem circa lunam 28^am^, vel potius 29^am^; quia luna mensium citius solito, non secundum argumenti rationem, in hoc anno est succensa. 1098. 17

1099. Hierosolima a duce Gotefrido et sequacibus eius est capta; religio christiana per provintias dilatatur; barbari omnes aut extincti aut fugati sunt. Kounradus Traiectinus episcopus in pascha occiditur. Ratpoto Palatinus comes obiit, qui dedit canonicis Augustensibus magnum praedium in Creino. Routhardus Mogontinus archiepisoopus, gratia imperatoris amissa, in Saxoniam profugus secessit. Hiems continua, sterilitas terrae, fames valida. Urbano mortuo, Paschalis substituitur. 1099.

1100. Wigbertus superpo itus moritur. Kounradus imperatoris filius, in Italia regia sibi usurpans negotia, moritur. 1100.

1101. Imperator in nativitate Domini Mogontiae moratur. Hiems varia. Fames valida. In [b] Augusta dissensio inte episcopum et canonicos, canonicae conversionis exterminium, restitutio praediorum canonicorum Gisenhusae et Strubingae et aliorum. Welf dux cum multis Ierosolimam proficiscitur. Hic Constantinopolim praeteriens, dum cum conviatoribus suis multitudine non modica collecta veniret in Romaniam, barbaris ex improviso irruentibus ipse sociique eatenus inauditam perpessi sunt miseriam, partim venenatis barbarorum sagittis interempti, partim fame sitique consumpti, partim variis cladibus afflicti; ipse omni spe destitutus navem ascendens, moribundus Ierosolimam adiit, indeque properans ad insulam Cyprum, Paphum [c] venit, ibique moritur et sepelitur. 1101.

1102. Hiems obscura. Purificatio sanctae Mariae in septuagesima. Ver totum siccum et ventosum. Augustae suburbana cum ecclesia sancti Petri 11. Kal. Maii sunt exusta. Heinricus imperator invadens cum exercitu non multo Phalandriam, Routpertum fugavit, aliosque repugnantes expugnavit, domuit, captivavit. Indeque reversus, nativitatem Domini Mogontiae celebravit. 1102.

1103. Heinricus imperator Mogontiae commoratus, in epiphania regnum per quadriennium cum iuramento pacificari constituit, Saxones rebelles sibi reconciliavit, cunctisque gratia sua carentibus commissa dimisit. Gebehardus, Constantiensis episcopus, a sede sua expellitur. 1103. Leg. II. 60.

Annus 1104. In epiphania canonici Augustenses, possessionibus ad se pertinentibus 1104.

a) W. c. b) *Haec usque* Strubingae *F. anno superiori inter* valida *et* Urbano *inseruit.* c) *vox antecedenti superscripta in c.*

17) *i. e.* Turcis.

1104. diu despoliati, Gisenhusa, Strubinga, Chreina, Reginboldeshusa, cum aliis tam ad oblationem quam ad stipendium eorum pertinentibus, ab imperatore et ab episcopis et regni principibus Ratisponae benigne suscipiuntur, quorum communi suffragio cuncta illis subtracta ab episcopo Herimanno[a] denuo restituuntur. Sigehardus quidam, dum ministris ius a senioribus antiquitus concessum denegare et demere vellet, ab ipsis interficitur. — Imperator in Franciam rediens, in 40ma, in pascha, in ascensione, in pentecosten morabatur in Magontia. Iohannes, Spirensis episcopus, obiit. Heinricus, imperatoris filius, a quibusdam seductus secessit a patre[b]

a) H. c. b) p. et sic successerunt mala F.

ANNALES AUGIENSES BREVISSIMI.

Proponimus eos ex codice bibliothecae Carlsruhanae olim Augiensi Nro. **167.** *fol.* **14. 15.** *ubi in margine cyclorum Dionysii, qui ab a.* **532—1063.** *porriguntur, manu saeculi IX. Scotica scripti sunt. Parvum eorum pretium iam agnovit V. Cl. Franciscus Mone, primus eorum editor in* „Anzeiger für Kunde der teutschen Vorzeit“ *IV.* **16. 17.** *nam ante a.* **814** *vix una notitia anno suo vero adscripta est. Ut tamen antiquarum huiusmodi notitiarum, quantum fieri potest, nihil in opere nostro desideretur, has pariter ac notitias*[1] *codicis Augiensis Nro.* **254.** *fol.* **1.** *a V. Cl. Molter, bibliothecae Carlsruhanae praefecto, iterum benignissime exscriptas, hoc loco sistimus.*

Ab initio mundi usque ad nativitatem Christi anni **5199.** Ab Adam usque ad passionem Christi anni 5227.

541. Tiberius annis 23.

550. Primus Dionisii circulus a Iustino principis anno 6. qui regnavit annis 25.
De hoc pariter[a] Victor Capuanus scripsit.

688. Pipinus primus regnare coepit.

712. Pipinus moritur.

717. Leo imperator factus est.

726. Karolus, filius Pipini, regnum caepit.

730. Karolus pugnavit contra Saracenos in Pictavis.

735. Bedae dormitatio.

739. Karlus[b] moritur Idibus Octobris.

741. Karlomannus et Pipinus regnum caeperunt.

746. Karlomannus Romam perrexit.
Pipinus rex benedictionem regalem accepit.

a) par c. b) *littera* r *obscura.*

1) *sunt hae:* Incipit numerus annorum. Sunt anni ab initio mundi secundum Iheronimum usque ad incarnationem Domini 3957[a].

De nativitate Domini usque ad Hludowici regis annum 18. sunt anni 832.

Insimul iuncti sunt, faciunt annos 4789.

Sunt anni, ut septuaginta interpretibus habetur, ab origine mundi usque ad Christum 5199.

A nativitate Christi usque ad annum 19. Hludowici imperatoris sunt anni 832.

Hos insimul iunge, faciunt annos 6031.

A morte Gotofredi duces Alamannorum sunt anni 123.

A grando et duro hieme[b] numerantur anni 68. usque 18. annum Hludowici regis[c].

De subiugatione Italiae regionis computantur anni 58[d].

a) *ita scribimus; codex autem habet* III.DCCC.XXXII.LII. (*i. e.* Proba). d) L::III *c. exeso* V, *quod restitui.* b) *scilicet anni* 764. c) *alia manus adscripsit:* Pba

750. Leo imperator defecit. Constantinus filius eius regnare coepit.
766. Pipinus moritur.
767. Karolus et Karolomannus eliguntur in regnum.
769. Karolomannus moritur.
771. Karolus in Italiam perrexit[a].
800. 6000 ab initio mundi.
814. Karolus imperator obiit.
817. Aed rex Hiberniae moritur.

a) perxit c.

ANNALES EINSIDLENSES.

Monasterium a S. Meginrado in Heremo constructum, hodie Einsideln in pago Schwytz dicto, complures cyclorum decennovennalium codices antiquos possidet, in loco ipso conscriptos atque annotationibus ornatos, quas a Mabillonio nonnisi defloratas prima iam vice integras sistimus. Annales quos S. Meginradi vocavi, codici bibliothecae Einsidlensis membr. saeculi IX. cyclos annorum 874—1101 *exhibenti diversis saeculi X. manibus inlati, a V. reverendissimo Gallo Morel, bibliothecae Einsidlensi praefecto, nostrum in usum exscripti sunt.*

Annalium quos ab antiquo loci vocabulo Heremi nomine insigniendos duxi, codices duo extant, Nro. 29 *membr. saeculi X. medii, et Nro.* 356 *sec. X. exeuntis vel XI. ineuntis.* 1) *Codex Nro.* 29 *signatus annos incarnationis usque ad a.* 930 *ex cyclis aliis descriptos, decimo nono quovis anno colore rubro insignito, annis* 931—1006 *cyclos ipsos exhibet, annotationibus usque ad a.* 939 *paucis ex Reginonis chronico margini illatis*[1]. *Manus prima anno* 966 *desinit, notae annorum* 977 — 997 *maiori calamo exaratae sunt.* 2) *C. Nro.* 356 *signatus inde ab incarnatione Christi usque ad a.* 939. *plurima ex Orosio*[2], *Beda*[3], *Reginonis chronico*[4] *et annalibus Alamannicis transscripta margini infert, annis* 940—966 *cum codice altero consentit, annisque* 972 — 1057 *continuationem diversis manibus scriptam sistit. Qui annales quum saeculo XI. ab Hermanno Contracto chronico suo illati essent, rursus saeculi XII. scriptor ex Hermanno aliqua*[6] *codici* 356. *inseruit, quae tamen aeque ac priorem annalium partem anno* 710 *anteriorem, ut nullius pretii, resecui. Uterque codex ex antiquiore alio descriptus est, ut annis* 927, 928, 933, 935, 936 *inter se atque cum fonte suo, Reginonis continuatione, collatis patet. Priorem partem usque ad a.* 814 *Viro reverendissimo Gallo*

1) haec sola in Reginone haud leguntur: *Mauritio regnante Avitus et Karileffus abbates extiterunt.* 2) inde decerpta desinunt a. 402. 3) usque ad a. 692: *Ossa S. Augustini a Sardinia Ticini urbem translata sunt.* 4) usque ad a. 939. 5) usque ad a. 909. 6) ad a. 863 locum Hermanni a. 861 *Meginradus Augiae* etc. usque *coenobium*; a. 925 *Sanctus Oudalricus* etc. usque *annis L.*, a. 934 *Constantiae Notingo* usque *ecclesiam*, a. 952 *Fridericus* usque *missi sunt*, a. 955 *Mogontiae* usque *successit*, a. 957 Hermanni ad a. 958 *Alawicus* usque *successit*, a. 960 *Apud* usque *annis XIIII.*, a. 964 *Item Otto* usque *scriptis confirmavit.*

Morel debemus, qui eam flagitantibus nobis describi fecit; reliqua una cum annalibus Einsidlensibus Boehmero nostro socio ipse exscripsi.

Annales Einsidlenses in codice olim N. 63 iam 319 signato membr. in 4°. saeculi X. extant, ubi post epitaphia abbatum et necrologium Einsidlense in margine cyclorum, qui ab a. 608 usque ad a. 1044 protenduntur et saeculo XI. exeunte usque ad a. 1595 producti sunt, scripti habentur; subiectis prima saeculi X. manu Prisciani periegesi, et adligato codice Hrabani de ratione temporis et epitaphiis nonnullis. Opus usque ad a. 919 quadam cum Reginonis chronico affinitate iungitur, notae proxime sequentes annalium S. Meginradi vestigia servant, reliqua genuina et inde ab a. 984 manibus diversis saeculorum X. XI. et posteriorum addita sunt. Liber cultrum bibliopegae expertus, lacunas haud raras obtulit quas, quantum fieri potuit, littera obliqua adhibita explevi.

ANNALES SANCTI MEGINRADI.

918. *Chou*nradus [a] rex obiit.
2 919. Salomon tercius obiit.
3 927. *Purchardus* [b] dux obiit.
1 934. Eberhardus [c.1] venit.
936. Heinrich rex *obiit.*
945. Thiedlandus [d.2].
949. Gregorius [e.3] *venit.*
951. Vigilius obiit.

ANNALES HEREMI.

ANNI DOMINI

1. Anno Cesaris Augusti 42, a morte vero Cleopatrae et Antonii, quando et Aegyptus in provinciam versa est, anno 27., Olimpiadis 193. anno tertio, ab Urbe autem condita anno 752. Iesus Christus filius Dei natus est, 13. die a Magis adoratus, 40. die in templum presentatus, post in Aegyptum deportatus. Herodes in Bethleem pueros occidit. . . . . .

710. Annus durus et fructus deficiens. Cotefridus obiit.

712. Aquae multae, et mors Hiltiberti regis.

713. Pippinus maiordomus obiit.

715. Pugna Francorum, et mors Tagoberti iunioris.

716. Pugna Karoli cum Rathbôto rege Fresonum.

717. Pugna Karoli cum Reginfrido rege, quem apud Vinciacum magno certamine vicit.

718. Karolus Saxones vastavit plaga magna.

719. Occisio Francorum ad Suessionis civitatem, et mors Rathbôti.

720. Pugna Karoli contra Saxones.

721. Eiecit Theudo Sarracenos de Equitania.

722. Magna fertilitas.

723. Duo filii Karoli ligati, Arnoldus, et unus mortuus, et Karolus infirmatus.

730. Lantfridus mortuus est.

731. Beda presbiter moritur, et Reginfridus moritur.

732. Karolus pugnavit contra Sarracenos die sabbati ad Pictavis.

733. Karolus Fresiam vastavit.

735. Hatto ligatus est. Audowinus episcopus obiit.

736. Karolus pugnavit contra Sarracenos in Gozna in die dominico.

741. Karolus moritur, et Thietpaldus interfectus est.

742. Franci in Aquitaniam, et postea in Boaria usque Lech.

743. Karlomannus in Saxoniam.

744. Franci in Boariam. Karlomannus et Pippinus in Saxonia.

745. Karlomannus in Alemanniam, postea in Aquitaniam.

746. Karlomannus ad Romam, et Eberhardus defunctus est.

748. Otbertus interfectus, et Gripho in Saxoniam. Franci in Saxoniam, et Grifo in Boariam.

751. Pipinus rex elevatur. Hildericus, qui falso rex appellabatur, adtonsus est. Zacharias papa defunctus est. Stephanus electus et percussus est. Alter Stephanus consecratus est. Lantfridus moritur.

752. Pippinus in Saxoniam, et Hildigarius episcopus occisus est a Saxonibus. Stephanus papa in Franciam.

753. Bonifacius in Fresia martyrizatur. Waltfredus abba in Italia clarescit. Pippinus rex in Italiam contra Haistolfum regem.

754. Pippinus cum Francis iterum in Italiam.

756. Papa Stephanus obiit.

757. Pippinus in Saxoniam. Superavit Saxones. Tributum singulis annis 300 equos regi daturos promiserunt.

a) *quae hic et infra littera obliqua exprimuntur, in codice iam desiderantur; ceterum alio eiusdem codicis loco in computo Helperici ad a.* 918. Chounradus *et ad a.* 927 . . . . . dux *legi.* b) . . . . r *codex.* c) EB̄ *c.* d) Thied̄ *c. scilicet* venit. e) GREG̃ *c.*

1) primus abbas Einsidlensis. 2) secundus abbas. 3) tertius abbas.

760. Pippinus in Aquitaniam cum exercitu.

761. Pippinus iterum in Wasconiam.

762. Item Pippinus in Aquitaniam.

763. Hiemps grandis et dura

767. Paulus papa obiit.

768. Waifarius occisus est. Pippinus obiit. Karolus et Karlomannus filii eius regnum susceperunt.

769. Karolus rex in Aquitaniam cum exercitu.

771. Karlomannus rex obiit.

772. Karolus cum exercitu in Saxoniam.

773. Karolus in Langobardiam contra Desiderium Langobardorum regem, qui fugiens Papiae se communivit.

774. Papia armis capitur, et Desiderius rex et uxor eius pariter exiliati sunt.

775. Karolus in Saxoniam cum exercitu.

776. Karolus in Italiam, interfecto Rotgaudo; deinde in Saxoniam.

777. Karolus in Saxonia ad Padresprunna placitum habuit, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto Widichindis; et ibidem magna multitudo eorum baptizata est.

778. Karolus in Spaniam, et Saxones in Frantiam.

779. Karolus in Saxoniam.

780. Karolus ad Romam.

781. Pippinus filius Karoli ab Adriano papa baptizatus et a fonte susceptus est; idemque Pippinus ab eodem papa super Italiam in regem unctus est, et Ludowicus frater eius super Aquitaniam; et Gisila filia Karoli Mediolano baptizata est.

782. Duo duces Francorum Adalgisus et Geilo cum multis aliis a Saxonibus occisi sunt. Quod audiens Karolus cum celeritate super Saxones ruit, qui timentes se omnes ei subdiderunt et seditiosos 4500 viros occidendos tradiderunt. Hildigart regina oblit.

783. Karolus iterum in Saxoniam, et magna strage duabus vicibus Saxones prostravit. Berhta regina obiit; post cuius mortem Fastradam sibi reginam in matrimonium Karolus adiungit.

784. Karolus item in Saxoniam.

785. Karolus in Saxoniam. Widichindus ad eum venit ad Adtiniacum villam, et ibidem baptizatus est, et omnis Saxonia Francis subiecta est.

786. Karolus pace undique acquisita Romam pergit. Cruces in vestibus apparuerunt.

787. Karolus de Roma in Baioariam, et dux Dasilo reddidit ei patriam et obsides 12 et filium suum.

788. Dasilo et uxor eius venerunt Ingilheim ad regem, et accusatus est a Baioriis, quod promissam fidem violasset, et in vitam regis consiliasset, et quod dixisset, si decem filios haberet, magis vellet amittere, quam ita ut iuraverat maneret. Ex his et aliis multis ab omnibus diiudicatus est ad mortem. Sed rex misericordia motus, quia consanguineus eius erat, detonsa ei coma in monasterium ire permisit.

789. Karolus cum exercitu ad Sclavos.

790. Karolus cum exercitu ad Wandalos.

791. Karolus Hunos vastavit.

792. Karolo Saxones et Fresones mentiti sunt, et Pippinus tonsa coma, et quidam de Francis occisi et suspensi propter consilium quod fecerunt super Karolum; et fossatum iussit facere.

793. Willehelmus cum Sarracenis ad Narbona, et perdidit multos homines, et unum regem occidit cum multitudine. Fastrada regina obiit.

794. Karolus in Saxoniam; et illi promiserunt fidelitatem, ac postea mentiti sunt.

795. Item Karolus in Saxoniam cum magno exercitu. Zotanus dux de Pannonia venit ad Karolum, seque ipsum dedit et patriam.

796. Item Karolus in Saxoniam, terramque devastavit. Adrianus papa obiit, cui Leo successit. Pippinus cum Langobardis et Boioariis in Wandalos, et ipsi patriam principatumque dederunt.

797. Item Karolus in Saxoniam. Pippinus super Sclavos.

798. Item Karolus in Saxoniam, et multos obsides accepit. Keroldus comes et Baionariae praefectus, ab Avaris *qui et Hunі* occisus est.

799. Leo papa in laetania maiore a Romanis excecatus est, et lingua radicitus abscisa, in custodiam mittitur, qui inde fuga elapsus ad Karolum venit. Britannia Francis subiugata est.

800. Karolus Romam veniens a papa et senatu cum vexillis et crucibus ac reliquiis honorifice susceptus est. vexillus *cod.*

801. Karolus imperator electus primus Francorum augusti nomen promeruit.

802. Elefas, cui nomen Ambulabat, a rege Persarum cum caeteris muneribus imperatori Karolo mittitur. Egino Veronensis episcopus obiit.

803. Missi Nicofori imperatoris a Constantinopoli pro pace facienda inter Francos et Graecos ad imperatorem Karolum in Germaniam venerunt.

804. Leo papa natale Domini Aquis cum imperatore celebravit.

805. Imperator Karolus filium suum Karolum cum exercitu misit in Peomam super Sclavos.

806. Karolus divisit regnum cum testamento inter filios Ludowicum, Pippinum et Karolum. Eclipsis lunae 4. Non. Sept. sole in 13. parte virginis et luna in 16. parte piscium.

807. Eclypsis solis 3. Id. Febr. utroque sidere in 25. parte aquarii. Et in eodem mense 4. Kal. Mart. eclipsis lunae, et in eadem nocte apparuerunt acies in coelo mirae magnitudinis, morante sole in 11. parte piscium, et luna in 11. parte virginis. Iterum 11. Kal. Sept. eclipsis lunae facta est hora noctis tertia, sole posito in quinta parte virginis, et luna in quinta parte piscium.

808. Eardul rex Nortmannorum pulsus regno et patria ad imperatorem Niumaga venit.

809. Mauri Corsicam depraedati sunt. Eclipsis lunae 7. Kal. Ian.

810. Pippinus rex et Leo papa et Routdrut filia imperatoris obierunt. Hoc anno sol et luna bis defecerunt, sol 7. Id. Iun. et 2. Kal. Sept., luna 11. Kal. Iuli. et 19. Kal. Ian. Corsica iterum a Mauris vastata est.

811. Karolus filius imperatoris obiit.

812. Ecclipsis solis Id. Mai.

813. Karolus imperator obiit. Cui Ludowicus filius in imperio successit.

824. Wettinus monacus obiit.

830. Initium basilicae sancti Galli.

833. Francorum dedecus.

838. Puoto diaconus de palatio lapsus est in iudaismum. Ludowicus a suis imperio privatur et privatus custodiae traditur, regnique monarchia Lothario filio eius iniungitur. Et post a filio patri redditur imperium.

839. Ebbo Remorum episcopus generali sinodo deponitur, et cum multis aliis, qui in deiectionem imperatoris conspiraverant, exilio damnatur.

840. Ludowicus imperator obiit. Cuius imperium filius Lotharius arripuit. Eclipsis solis 3. Non . . . .

841. Ludowicus et Karolus indigne ferentes, quod regno patrio per omnia privarentur, exercitum undequaque contrahunt, ac mox fratrem bello aggrediuntur apud Fontaniacum; in qua pugna ita Francorum vires attenuatae sunt ac famosa virtus infirmata, ut non modo ad amplificandos regni terminos, verum etiam nec ad proprios tuendos in posterum sufficerent. Tandem non sine gravi dispendio suorum Karolus et Ludowicus vicerunt.

842. Divisio regni inter fratres.

843. Iudith regina obiit.

847. Hetti episcopus Trevirorum obiit. Cui Tiethgaudus successit.

851. Hirmingardis regina obiit, quae 3 filios Lothario imperatori genuit, Ludowicum, Lotharium et Karolum.

853. Nortmanni Namnetis urbis episcopum et omnem clerum in sabbato sancto paschae, cum baptismum ex more celebrarent, occiderunt. Et inde Turoronicam urbem venientes templum sancti Martini incendio cremant, omnia circumquaque vastantes.

855. Lotharius imperium inter filios divisit, et ipse seculum relinquens in Prumiensi monasterio monachus efficitur.

856. Leo alius papa. Lotharius imperator, Truogo et Rabanus obierunt.

857. Hiltigart Ludowici filia obiit.

860. Karolus Ludowici imperatoris filius duo prelia cum Brittonibus nimis infeliciter gessit. Nam secundo prelio territus noctu, nesciente exercitu, relictis tentoriis et regio papilione clam aufugit; Brittones vero ut exercitum desolatum rege viderunt, subito irruunt, et omnes preter quos fuga servaverat trucidabant, et magnis opibus Francorum ac armis ditati ad propria revertuntur.

861. Fames validissima.

862. Numenevis rex Brittonum obiit.

863. Huni ad fidem convertuntur. Karolus cum immenso exercitu in Brittaniam, sed non ut voluit prevaluit. Sed pace facta et ex utraque parte datis obsidibus, Herispous rex eius ditioni se subdidit. Sanctus Meginradus martyrizatur.

866. Rex Brittonum Herispous obiit, cui Salomon successit. Tertio Karolus cum exercitu super Brittones; sed cum resistere paratos cerneret, pace facta rediit.

867. Exercitus Lotharii in Italia a Ludowico imperatore in auxilium contra Sarracenos adductus, gravi dissinteriae morbo et arenearum morsibus percussus, graviter attritus est. Terrae motus. Nicolaus papa sanctissimus nullo modernorum equiperandus obiit.

868. Gens Vulgarorum ad Christi fidem convertitur. Cuius gentis rex tanta*) perfectione christianitatis nomen suscepit, ut diebus regiis ornamentis indutus coram populo procederet, noctibus vero sacco indutus in ecclesia super pavimentum cilicio substrato in oratione pernoctaret. Et preordinato regno filium suum maiorem regem constituit, ipse vero seculum relinquens et monachus effectus in sancta conversatione diu vixit. Interea vero cum audisset filium suum, quem regem fecerat, longe a se diversum rapinis et maximis flagitiis populum a christianitatis nomine avertere, nimio zelo accensus sacro habitu deposito militiae cingulum resumpsit, et cultu regio indutus cum paucis fidelibus filium insequitur, ac mox sine difficultate cepit, oculosque eruit et in carcerem misit; deinde convocato omni regno filium minorem regem constituit. Int . . . . . si in aliquo deviaret a fide christiana, similia passurum. His itaque peractis ad sancte conversationis habitum revertitur . . . . . collecta predonum manu in . . . . . nente pat . . oculis privavit.

869. Lotharius rex Roma revertens in Placentia obiit.

870. Dividitur regnum Lotharii inter Ludowicum et Karolum. Hic Karolus tres filios habuit, Karolum, Karlomannum et Ludowicum, ex quibus Karolus et Karlomannus infeliciter perierunt.

871. Adrianus papa obiit, cui Iohannes successit. Adalgisus Beneventorum dux suasu Grecorum adversus Ludowicum imperatorem manum levavit, sed non prevaluit.

874. Locustarum inestimabilis multitudo ab oriente in Gallias venerunt terramque devastaverunt.

875. Ludowicus imperator obiit. Karolus vero Romam veniens datisque magnis muneribus imperator creatur.

876. Ludowicus, filius Ludowici superioris imperatoris et frater Karoli, Germanise pius rex, cum Hemma regina obiit, quae ei tres filios genuit, Karlomannum, Ludowicum et Karolum.

877. Karolus imperator obiit, cui filius Ludowicus successit.

878. Ludowicus, filius Karoli imperatoris, obiit, qui tres filios habuit, Ludowicum, Karlomannum et Karolum. Eclipsis lunae mense Octobris 16. die. Item eodem mense die 28. eclipsis solis.

880. Karlomannus rex obiit, qui filium Arnolfum non ex legitima uxore habuit.

881. Karolus filius Ludowici superioris imperator Romae creatur.

882. Ludowicus, filius Ludowici pii regis, obiit.

883. Ludowicus rex frater Karlomanni obiit, cui ipse Karlomannus successit. Eclipsis lunae. Bertulfus Trevirorum episcopus obiit. Iohannes papa obiit, cui Marinus successit.

884. Karlomannus obiit. Marinus papa obiit, cui Hadrianus successit.

885. Hug obcecatur.

886. Hadrianus papa obiit, cui Stephanus successit. Heinricus dux a Nortmannis occisus est.

887. Karolus imperator terrestri regno privatur, Arnolfus inmanissimus rex elevatur.

888. Karolus imperator obiit et sepultus est in Augia. Bellum in Italia inter Widonem et Peringarium.

889. Liutbertus archiepiscopus obiit. Arnulfus in Maraha, terramque devastavit. Aliud bellum inter Widonem et Perengarium. Cozpertus obiit.

890. Nortmannorum 25 milia commisso prelio cum Brittonibus super quadringentos viros occiduntur. Salomon Constantiensis episcopus obiit, cui idem Salomon successit, qui et abbatiam sancti Galli habuit.

891. Arnolfus rex innumerabilem multitudinem Nortmannorum occidit. Hatto Augiensis monasterii abba archiepiscopus Mogontiae ordinatur.

892. Arnulfus cum exercitu in Maraha, terramque devastavit.

893. Eclipsis lunae. Arnulfus in Maraha. Willehelm occisus. Engilscalch obcecatur. Routbertus occiditur. Alemanni in Italiam.

894. Eclipsis lunae. Arnulfus in Italiam cum exercitu.

895. Zundebold, filius Arnolfi, regno Lotharii praeficitur. Wido imperator obiit. Arnolfus in Italiam.

896. Arnolfus cum consensu papae Romam vi cepit, et a Formoso papa imperator consecratur.

897. Arnolfus in Wormatia placitum habuit, ibi ei Zundebolch filius occurrit.

898. Lantbertus imperator filius Widonis obiit. Peringarius Ludowicum de Italia expulit.

899. Arnulfus imperator obiit et in Odingas sepelitur, ubi et pater eius iacet. Ludowicus filius, sub quo omnia bona pace disiuncta sunt, in regem elevatur. Bellum inter Ungaros et christianos in Italia.

900. Zuendebolch occiditur. Ludovicus filius Bosonis in Italiam. Adalhart et Heinrich frater eius et Eberhardus bello occisi sunt.

901. Iterum Ungari in Italiam. Ludovicus filius Posonis imperator Rome creatur.

902. Ipse Ludowicus a Peringario et Baariis in Verona captus et obcecatus est.

903. Bellum Baioariorum cum Ungaris. Adalbertus Conradum bello occidit.

904. Ungari in dolo ad convivium a Baioariis vocati. Chussal dux eorum suique sequaces occisi sunt.

905. Franci et Alemanni ad Tarisiam super Adalbertum.

906. Item Ludowicus super Adalbertum, et captus decollatur.

*) gentis tata c.

907. Baiovarii cum Ungaris congressi multa cede prostrati sunt, paucique christianorum evaserunt, interemptis multis episcopis et Liutpaldo duce, cui filius Arnolfus successit.

908. Ungari in Saxones, et Purkardus dux Turingiorum et Roudolfus episcopus Eginoque caeterique quamplurimi occisi sunt, devastata terra.

909. Ungari in Alemanniam, et cum innumerabili preda hominum animaliumque reversi sunt.

910. Franci Ungaris congressi miserabiliter aut victi aut fugati sunt, et Gebehardus comes occisus est, cuius filii Uto et Heriman postea in Francia clari habentur.

911. Ludowicus rex filius Arnolfi imperatoris obiit, cui Counradus, filius Counradi ab Adalberto occisi, regali iam stirpe deficiente, in regno successit.

912. Iterum Ungari nullo resistente Franciam et Turingiam vastaverunt. Hatto archiepiscopus obiit, cui Herigerus successit. Otto Saxonum dux obiit.

913. Hiemps magna nimis. Ungari ab Alemannis et Baioariis occisi sunt. Otbertus Straspurgensis episcopus occiditur, et Einhardus Spirensis episcopus obcecatur.

914. Salomon episcopus captus est.

915. Ungari totam Alemanniam igne et gladio vastaverunt, sed et totam Thuringiam et Saxoniam pervaserunt.

916.

917. Item Ungari per Alemanniam in Alsatiam, Erchanger et Berahtold decollantur.

Codex Nro. 29.

927. Benno episcopus a Metensibus obcecatur, illiusque facti auctores excommunicantur, et Adelbero nobilis pro eo episcopus constituitur.

928. Heinricus rex Boemos fortiter superavit. Hiems magna nimis. Ruothgerus Trevirorum archiepiscopus obiit, cui Ruodpertus successit.

929. Gisalbertus dux Gerbirgam, Heinrichi regis filiam, duxit uxorem.

930. Otto, filius regis Heinrichi, Ostgid, filiam regis Anglorum, duxit uxorem.

931. Heinrichus rex regem Abodritorum et Nordmannorum efficit christianos, et profectus est in Galliam [a].

932.

933 [b]. Ungari ab exercitu Heinrichi regis occisi sunt, et multi comprehensi.

934. Eberhardus pater et abba monasterii cellae sancti Meginradi conversus Heremum intravit.

935.

936 (935). Heinrichus rex obiit; et Otto filius eius in regnum constituitur.

937. Monasterium sancti Bonifacii et sancti Galli igni consumuntur. Ruodolfus rex et Arnolfus dux obierunt. [Ungari [c] per orientales Franchos et Alemannos multis civitatibus igne et gladio consumtis, iuxta Wormatiam Rheno transito, usque ad mare oceanum regnum Galliae devastaverunt, *et per* Italiam redierunt.]

938. Otto rex in Baioarios ibat, illisque resistentibus rediit. Frater eius Heinrich ab Eberhardo comprehensus est; [illo [d] vero liberato Eberhartum in exilium misit, ac iterum Baioarios invasit cum exercitu; omnes sibi subdidit, nisi tantum Arnolfum filium. Interim magna pars Ungarorum a Saxonibus occisa est.]

918. Counradus rex nativitatem sancti Iohannis Herolvesfelt celebravit.

919. Counradus rex obiit, qui cum mortis suae horam propinquare cerneret, convocatis primoribus Francorum, Heinricum ducem Saxonum, filium Ottonis, super se regem constituere iussit.

920. Heinricus dux consensu Francorum, Alamannorum, Baioariorum, Turingiorum et Saxonum rex eligitur.

921. Apud Frantiam superiorem graves et intestinae discordiae fervent inter Ruotbertum invasorem regni et Karolum regem.

922. Suessionis inter Routbertum tanta pugna commissa est, ut pene ex utraque parte victores esse viderentur. Karolus tamen ori sacrilego Routberti ita lanceam infixit, ut divisa lingua cervicis posteriora penetraret.

923. 6. Idus Novembris sanguis Domini in Augiam venit. Herimannus sanctissimus vir Coloniensis episcopus obiit, cui Wigfridus successit.

924. Karolus et Heinricus reges apud Bonnam pacem inter se fecerunt; qui Karolus eodem anno ab Heriberto comprehensus in custodiam mittitur.

925. Karolus rex in custodia obiit. Witgerus episcopus obiit, cui Benno heremita successit.

926. Purkardus Alemanniae in Italia occiditur. Ungari totam Frantiam, Alsatiam, Galliam et Alemanniam igne et gladio vastaverunt. Herimannus dux constitutus viduam Purkardi duxit uxorem.

Codex Nro. 356.

927. Benno episcopus obcecatur, et Adalbero nobilis episcopus pro eo instituitur.

928. Heinric Peomam invasit. Ottoni, filio Heinrici, filius Willihelmus natus est.

929. Gisalbertus dux Gerburgam, filiam Heinrici regis, duxit uxorem.

930. Otto, filius regis, Edgit, filiam regis Anglorum, duxit uxorem.

931. Heinricus rex regem Abodritorum et regem Danorum efficit christianos.

932.

933 [a]. Ungari per orientales Francos et Alamanniam multis civitatibus igne et gladio consumptis per Italiam redierunt.

934. Heinricus rex Ungaros multa cede prostravit, multos ex eis comprehendit. Eodam anno Sclavos tributarios fecit. Eburhardus ad Heremum venit.

935. Heinricus rex paralisi percutitur.

936. Heinricus rex obiit, cui filius Otto in regnum successit. Hiltibertus archiepiscopus obiit, cui Fridericus successit. Unni archiepiscopus obiit, cui Adalgisus successit.

937. Monasterium sancti Galli et monasterium sancti Bonefacii igne comburuntur. Roudolfus rex Burgundiorum et Arnolfus dux Baioariorum obierunt.

938. Filii ducis Arnolfi regi rebellant. Heinricus, frater regis, ab Eberhardo comprehensus est; illo vero liberato, Eberhardum in exilium misit. Magna pars Ungarorum a Saxonibus occisa est.

C. 29. a) Franciam *Cont. Reginonis.* b) a. 934. *Cont. Reg.* c) *haec in codice adscripta sunt manu* 2. d) *haec manu* 2. *addita.*

C. 356. a) a. 932. *Cont. Reginonis.*

939. [Otto * rex ibat in Lotheringos usque ad Caprimontem. Interea Ludowicus, rex Galliae, invasit Alsatiam. Tunc rex Otto revertens, venit ad Prisacham, et obsedit eam; et Ludowicus discessit. Interim vero Eberhardus dux occisus est, et Gisilbertus dux, in Rhoeno submersus, mortuus est. Postea rex ibat cum exercitu in Lotheringos, et omnes suo subiugavit imperio praeter Metensis episcopum. Necnon et frater eius Heinrichus proiectis armis venit ad eum.]

940. Otto rex in Galliam usque Sequanam. Hugo et Heribertus venerunt ad eum. Et postea Hug, filius Richarti, venit.

942 a. Sidus simile cometae per 14 noctes visum manifestius est; et inmensa mortalitas boum.

946. Otto rex in Galliam inferiorem.

6 947. Mirmidona [6] vulcano consumitur.

948. Liutolfus duxit uxorem.

949. Gregorius venit.

7 950. Otto rex in Peoniam [7].

951. Liutolfus, filius regis, in Italiam.

952. Otto rex una cum filio in Italiam, ac nuptiae regales Papiae.

953. Turbatio regni inter patrem et fi-
8 lium. Fridericus archiepiscopus [8] et Hart-
9 pertus episcopus [9] Romam legationis causa directi b

954. Adalbertus comes occiditur. Ungari per Noricos et Francos in Italiam.

955. Ungari circa flumen Lech a rege Ottone occisi.

956. Liutolfus in Italiam, hostiliter, fugato et filio eius, Papiam intravit.

957. Bellum inter Liutolfum et Adalbertum, victoque Adalberto regnum optinuit, omnesque sibi subiugavit. Et in eodem
10 anno obiit in Plumbia c-10, et Mogontia sepultus est.

958. Eberhardus pater obiit. Cruces in vestibus apparuerunt.

960. Gregorius abba effectus est. Rambertus monachus efficitur.

961. Otto, filius regis, eligitur in regem puer, vivente patre. Ipse autem pater in Italiam ivit.

963. Otto caesar natale Domini Papiae.

964. Item Otto caesar natale Domini Romae.

965. Bruno archiepiscopus obiit. (966 d) Item Otto caesar natalem Domini Papiae,
11 indeque per montem Cenerum [11] et Lug-

939. Otto rex ibat in Lotheringos usque ad Caprimontem. Interea Ludowicus, rex Galliae, invasit Alsatiam. Tunc rex Otto revertens, venit ad Prisacam, et obsedit eam; et Ludowicus discessit. Interim vero Eberhardus dux occisus est, et Gisilbertus dux, in Reno submersus, mortuus est. Postea rex ibat cum exercitu in Lotheringos, et omnes suo subiugavit imperio preter Mettensis episcopum. Necnon et frater eius Heinricus proiectis armis venit ad eum.

940. Otto rex in Galliam usque Sequanam. Hug et Heribertus venerunt ad eum. Et postea Hug, filius Richardi, venit.

942. Sidus simile cometae per 14 noctes manifestius visum est; et immensa mortalitas boum. . .

946. Otto rex in Galliam inferiorem.

947. Mirmidona vulcano consumitur.

948. Liutolfus uxorem duxit. Dedicatio huius aecclesiae. Gregorius venit.

950. Otto rex in Peoniam.

951. Liutolfus filius in Italiam.

952. Otto rex una cum filio in Italiam, ac nuptiae regales Papiae.

953. Turbatio regni inter patrem et filium. Fridericus episcopus et Hartbertus episcopus Romam legationis causa directi sunt.

954. Adalbertus comes occiditur. Ungari per Noricos et Francos in Italiam.

955. Ungari circa flumen Lech a rege Ottone occisi sunt.

956. Liutolfus in Italiam, hostiliter, fugato Peringario et filio eius, Papiam intravit.

957. Bellum inter Liutolfum et Adalbertum, victoque Adalberto regnum optinuit, omnesque sibi subiugavit. Et in eodem anno obiit in Plumbia, et Mogontia sepultus est.

958. Pater Eberhardus obiit. Cruces in vestibus apparuerunt.

960.

961. Otto, filius regis, eligitur in regem adhuc puer, vivente patre; et ipse pater Otto in Italiam ivit.

963. Otto caesar natale Domini Papiae.

964. Item Otto caesar natale Domini Rome.

965. Brun archiepiscopus obiit. (966 d) Item Otto caesar natalem Domini Papiae, indeque per montem Cenerum et Lug-

*) *manu 2. addita.* a) *haec in Reginonis continuatione ad a.* 942, *excepta tamen voce* manifestius, *habentur.* b) *vox sunt fortasse abscisa est.* c) plumbi . . et mogon . . . sepul . . est *c. membrana abscisa.* d) *hunc annum codd.*

6) Mimida? 7) Bohemiam. 8) Mogontiae. 9) Curiae. 10) Plombia esse videtur, castellum olim in diocesi Novariensi ad occidentem lacus Ortani, in quo insula S. Iuliae, Berengarii et Willae castellum. 11) Monte Cenere prope Bellinzonam.

giam [a][12] iter dirigens, Curiam *per*venit in octava epiphaniae. *Pu*rchardus dux Italiam hostiliter ingressus, bellum cum Adalberto iniit; eoque fugato eiusque fratre Widone interfecto, ad imperatorem victor rediit.

972.

973.

976.

977. [a] Burghardus dux iunior obiit.

979. Hoc anno 4. Kal. Novembr. coelum ante mediam noctem usque prope diem excanduit, igneis radiis se ab aquilonali plaga in terram traiicienti*bus*.

982 (983). Otto imperator iunior Romaniae Siciliaeque confinia cum exercitu transcendens, Sarracenos expugnavit. Caetera require in capite lib*ri*.

983 (984). Otto imperator, iunior aetate, maior potestate, Romae defunctus, in introitu paradysi ante portas sancti Petri sepultus est. Cui filius parvulus, scilicet quinquennis, in regnum successit. Require in capite libri. Petrus episcopus Papiae papa effectus est, in fine quoque anni defunctus. Post quem Bonifacius sedem sanctam iniuste usurpavit, eodemque anno vitam interemptus finivit.

986. Obiit Ruodman abba.

987. Cellae beati Meginradi basilica aucta est.

988. Obiit Etich Augustane civitatis episcopus; Tuto episcopus successit. Hilteradus obiit, et obiit Albericus monachus. Obiit Regilo comes.

989. Item obiit Regilo, filius eius, comes.

990. Obiit Uodalrichus abbas monasterii sancti Galli; Gerhart successit. Obiit Hug

giam [a] iter dirigens, Curiam pervenit in octava epiphaniae. Purkardus dux [13] Italiam hostiliter ingrediens, bellum cum Adalberto iniit, eoque fugato eiusque fratre Widone interfecto, ad imperatorem victor rediit. 12 13

972 [a]. Wolfgangus monachus ad Ungaros missus est, qui secundo anno Radesponensis episcopus ordinatus est.

973. Otto magnus imperator obiit, et filius eius Otto successit.

976. Chuonradus episcopus [14] obiit. 14

977. Gamenolfus [14] ordinatus est.

980. Gamenolfus episcopus obiit, et Gebehardus a fratribus electus ordinatus est.

982 (983). Otto imperator iunior Romaniae Siciliaeque confinia cum exercitu transcendens, Sarracenos expugnavit; illisque maxima parte caesis, plurimi quoque suae partis corruerunt. In quibus Uto et Guntharius duces occubuerunt; Heinricus quoque, Augustae civitatis episcopus, et Berehtaldus comes occisi sunt. Eodem anno Otto dux Baioariorum [b] . . . . . .

983 (984). Otto imperator iunior Rome obiit; in introitu paradysi ante portas sancti Petri sepultus est. Cui filius parvulus, scilicet quinquennis, in regnum successit. Quem Heinricus, dux Baioariorum, sub affinitatis tuitione dolo arripiens, secum aliquanto tempore invitum retinuit. Petrus episcopus papa efficitur Papiae, et in fine anni obiit. Cui Bonefacius successit.

986. Routman, Augiensis monasterii abbas, obiit; cui Witegowo successit.

987. Cellae beati Meginradi basilica aucta est. Regilo senior obiit.

988. Etich Augustane civitatis episcopus obiit, cui Touto successit. Hilteradus et Albericus monachi obierunt.

989. Regilo iunior obiit. Diethalm occisus est . . . episcopus effectus est 12. Kal. Octobris [c].

990. Cudalricus monasterii sancti Galli abba obiit; cui Gerhardus successit. Adal-

C. 29.*) luggm c. a) *hinc alia manus minoris litterae.* = C. 356. a) *hinc inde man. divers.* b) *reliqua huius anni abecisa, auxilio Hermanni Contracti ita restituenda esse videntur*: Otto dux Baioariorum et Suevorum obiit, et post eum Chuonradus dux Alamanniae factus est, Heinricusque ducatum Baioariae recepit. c) *in margine.* d) luggm c.

12) Leccia esse videtur in valle Misocco, in itinere Bernhardini; Locarnum, Luganum et Lugagna ad meridiem et occidentem montis Cenerum sita sunt. 13) Alamanniae. 14) Constantiensis.

episcopus. Adalbertus abbas occisus est. Diethalm *occisus est.*

991. Obiit ΘΕΩΦΑΝΟΥ imperatrix. Obiit Landold comes. Obiit Manegold comes. Obiit Erchanbaldus episcopus. Obiit Bernharius monachus.

992. Nascitur Berehtoldus Herimanni filius, qui beati cella Meginradi baptizatus, et abbate Gregorio fonte susceptus est.

993.

994. Hadewig dux obiit.

995. Heinrichus dux Bavariorum obiit. Filius eius Heinrichus successit. Wolfkangus episcopus obiit.

996. Otto rex imperator effectus est. Bruno, Ottonis comitis filius, papa efficitur.

997. Chuonradus dux[16] obiit. Herimannus filius eius in ducatum successit. Obiit Gebehardus episcopus.

bertus Renaugiae abba miserabiliter occisus est. Hug Wirziburgensis episcopus obiit.

991. Θεωφανου imperatrix obiit. Landoldus comes obiit. Manegoltus comes obiit.

992.

993. Dura hiemps.

994. Wolfgangus Radesponensis ecclesiae episcopus obiit; cui Gebehardus successit. Liutpaldus marchio occisus est. Counradus comes occisus est.

995. Gevehardus Constantiensis episcopus obiit, cui Lantbertus monachus successit. Gotefridus et Everhardus fratres obierunt.

996. GREGORIUS divae memoriae abbas obiit. Manegoldus presbiter obiit. Cunzo presbiter obiit.

997. Erkanbertus presbiter et Perenwardus presbiter obierunt. Gisila inclusa obiit. Castrat monachus obiit.

988. 999. 1000.

1001. Hugo, potentissimus marchio, obiit.

1002. Otto eiusdem nominis tertius imperator in Romaniae partibus obiit; et Aquisgrani palatio sepultus est. Eodem anno Heinricus, dux Boiariorum, Mogontie in regem elevatur.

1003. Heinricus rex super Heinricum marchionem sibi resistentem cum exercitu veniens, omnes civitates illius subvertit. Ernist comprehenditur, Brunone fratre regis et eodem Heinrico vix fuga dilapsis.

1004. Heinricus rex in Italiam per Veronam introiens, omnes Longobardorum civitates coepit, Papeiamque sibi reluctantem igne et gladio vastavit; sicque acceptis obsidibus reversus est.

1006. Heinricus[a] rex in regnum Burgundionum veniens, Basileam civitatem suo regno adscivit.

1007. Episcopium in Pabenberg constructum est, et Eberhardus primus episcopus ibi ordinatus est.

1009. Mogontiensis aeclesia cremata est.

1011. Willegisus archiepiscopus obiit; Erchenbaldus, Fuldensis abbas, successit.

1012. Eclesia in episcopio Pabenberg primum consecrata est. Ernist, filius Liupaldi marchionis, dux[16] constitutus est.

1014. Heinricus rex Romae imperator effectus est.

1015. Ernist dux sagitta occisus est, et filius eius parvulus successit.

1018. Heinricus imperator in Burgundiam usque Rodanum fluvium super Roudolfum regem, avunculum suum, in dolo; qui postea sine effectu rediens, Turegum venit, et sedit illic[17] quinque ebdomadibus. Lantpertus Constantiensis episcopus obiit; cui Routhardus successit. Heinricus Wirziburgensis[b] episcopus obiit.

1019. Marahward comes obiit. Roudolfus occisus est.

1021. 4. Idus Maii terrae motus factus est.

1022. Heinrichus Italiam ingressus, usque Beneventam pervenit, multas urbes cepit, et Troiam obsidens 13 ebdomadibus, et cepit eam; inde revertentibus pestilentia et

a) Heinrīr c. b) wrziburgensis c.

15) Alamannorum. 16) Alamanniae. 17) ub die 2. Septembris monasterio Meginratescellae silvam dedit.

mortalitas magna in exercitu facta est. Ruodhardus Constantiensis episcopus, Purchardus abba monasterii sancti Galli, obierunt.

1024. Prun episcopus a fratre suo Heinricho imperatore in exilium missus est. Heinricus imperator obiit; Chuonradus in regnum successit. Berhtoldus comes obiit.

1039. Chuonradus imperator obiit; cui Heinricus filius eius successit.

1057. Heinricus imperator obiit; cui Heinricus, filius eius parvulus, successit.

Anno[a] Domini 1357 in die sancti Iusti factus est terremotus magnus.

ANNALES EINSIDLENSES.

746. Karlomannus, pater Pippini, Rome propter nomen Domini tonsus, in monte Cassino monachus efficitur.

750. Pippinus, filius Karlomanni, in regem elevatus, a sancto Bonefacio unctus est.

753. Pippinus a Stephano papa iterum est unctus, et duo filii eius, Karolus et Karlomannus, ab eodem papa simul cum eo in reges sunt uncti.

768. Pippinus rex defuntus*, Parisius est sepultus.

771. Karlomano rege defuncto, Karolus frater eius monarhiam* tenuit.

801. Karolus rex a Leone papa imperator effectus est.

813. Karolus magnus imperator multis aecclesiasticis[b] institutionibus per diversa concilia eodem anno confirmatis, obiit, qui et Aquis est sepultus.

838. Sanctus Meginradus venit[c].

862. Sanctus Meginradus martyrizatur[d].

895. Arnolfus imperator Romam armis cepit.

901. Arnolfus imperator obiit; cui filius eius Luduwicus sequenti anno in regnum successit.

911. Luduwicus rex obiit; cui Chuonradus deficiente stirpe regali in regnum successit.

919. Chuonradus rex obiit; cui Henricus dux Saxonum in regnum successit.

926. Purchardus dux senior in Italia occisus est.

934. Eberhardus pater venit.

936 (935). Heinricus rex obiit, et Otto filius eius in regnum constituitur.

945. Tietlant pater venit*

949. Pater Gregorius venit.

951. Vigilius scriptor obiit.

955. Ungari circa fluvium Lech a rege Ottone occisi sunt[f].

958. Eberhardus pater obiit. Cruces in vestibus apparuerunt.

960. Gregorius abba effectus est.

961. Otto secundus, vivente patre, adhuc puer in regem eligitur.

972. Ordinatio Wolfkangi episcopi[g].

973. Otto magnus imperator 8. Idus Maii obiit, Ottonem filium suum successorem relinquens[h].

977. Burchardus dux iunior obiit.

982 (983). Otto imperator secundus Sarracenos expugnans, illisque maxima ex parte caesis, sui exercitus plurimos amisit[i].

983 (984). Otto imperator secundus obiit, qui et Rome est positus; cui filius eius Otto quinquennis sequenti anno in regnum successit.

987. Aecclesia cellae beati Meginradi aucta est[k].

996. Gregorius bonae memoriae abbas 6. Id. Novembr. obiit; cui Verendus eodem anno 6. Kal. Ianuarii successit.

1001. Otto tertius imperator obiit 10. Kal. Febr.; cui eodem anno Heinrichus dux Bavariorum in regnum successit.

*) *ita c.* a) *manu saec. XIV.* b) ecclasticis *c.* c) *haec manu alia.* d) *minio, a scriptore cyclorum.* e) *alio atramento, eadem manu.* — *in margine:* Comes Folmarus obiit 8. Id. Dec. *Manus saec. XV. XVI. addit:* De Fryburg. f) *manu saec. XI?* g) *manu singulari coaeva.* h) i) *manu saec. XI?* k) *alio atramento. Hinc inde manus diversae saec. X. et XI.*

1014. Heinricus rex Rome imperator[a] effectus est[b].

1021. Terrae motus 4. Id. Maii[c] factus est magnus.

1024. Heinricus imperator 3. Id. Iulii obiit; cui eodem anno Chuonradus in regnum successit[d].

1026. Verendus bonae memoriae abbas 3. Id. Febr. obiit; cui Embricus eodem anno 9. Kal. Martii successit.

1031. Primi lapides fundamenti aecclesiae istius 6. Id. Maii positi sunt[e].

1039. Chuonradus imperator 2. Non. Iunii obiit; cui eodem anno Heinricus, filius eius, in regnum successit.

Dedicatio huius aecclesiae 3. Id. Octobris. Eodem[f] anno translatio sancti Meginradi de Augia 2. Non. eiusdem mensis[g].

1051. *Em*bricus[h] abba . . Id. Febr. obiit; *cui* Heremannus *eo*dem anno 15. Kal. *Ma*rt. successit.

1056 (1057). *Hei*nricus imperator 3[i] Non. Octobris obiit; *cui* Heinricus, *filius* eius parvu*lus*, in regnum successit.

1065. Herimannus abb*as* obiit; cui Henricus *successit*.

1070. Heinricus abba *obiit*; cui Seligerus *successit*.

1075. Prima pugna Hein*rici* regis cum Saxonibus *sub Ruo*dolfo et Welfhardo[k] *du*cibus adhuc sibi fa*ven*tibus, ubi Ernist m*archio* et Heinrich et Eber*hard* de Nellenburch in*teri*erunt. Sequenti anno *in* Oppinheim placito *habi*to, pariter ab ipso d*efecerunt*. Inde Langobardiam pro*perans*, obedientiam promittens p*apam* placavit; quam dum implere *obli*viscitur, denuo discidium in*ter* ipsum et papam renascitur.

1077. Ruodolfus dux in reg*em* a quibusdam elevatur.

1078. Pugna Heinrici regis *contra* Ruodolfum et Saxones. D*eva*statio W*elf*hardi ducis Noricorum *duca*tus comitis Perhtolfi de *Ce*ringen.

1080. Bellum Heinrici regis cum Saxonibus, in quo Ruodolfus rex occiditur.

1081. Heinricus rex Italiam cum exercitu intrat, aliquos sibi adversos devastat.

1083. *Hein*ricus rex Romanos *rebel*lantes devicit, po*tenti brachi*o Romam armis ce*pit*, *m*ultis tam cede quam *igne* pereuntibus.

1084. *Hein*ricus rex Romanos *in dedi*tionem accepit, Grego*rium pa*pam non iure caeli sed vi *arm*orum expulit, Wigber*tum Ra*vennatem archiepiscopum *loco* illius subrogavit, qui *eum in* die paschae in impera*torem* benedixit.

1090. *Seleg*erus languore pressus, *abba*tis nomen gratis deposu*it*, domnum Ruodulfum eatenus *came*rarium cum consilio fratrum *sibi* successorem instituit.

1096. *Ince*pit iter ad Iherusalem.

1098. *Sp*lendor coruscans *a*paruit in caelo.

1099. *S*elegerus abbas obiit.

1100. Vemps aspera et fames valida.

1101. *R*uodolfus abba obiit, *cu*i Ger successit.

1102. Ludewicus, comes de Montpilicart[l], a servis suis occiditur.

1105. Circa natale Domini *Hein*ricus quintus rex *a pa*tre Heinrico re*ge* quarto se separa*vit*. Sequenti anno 1106. t*andem* circa natale Domi*ni* a filio captus est, *et* eodem anno obiit.

1106. Heinricus rex a filio suo regno privatus est. Cometa aparuit per totam quadragesimam.

1111. Heinricus rex *Ro*mam veniens cum exercitu, honorifice su*sce*ptus est; et eodem di*e or*ta seditione inter *eum et* Pascalem papam *multi* Romanorum cede et . . . .[1] interierunt, et papa *ca*ptus est. Deinde papa dimisso atque plac*ato*, rex idem imperator effectus est.

1114. Rex Heinricus duxit uxorem.

1117. Terrae motus factus est magnus 3. Non. Ian.

a) imp. *reliquis litteris abscisis.* b) *alia manu.* c) *cf. Ann. Heremi; codex* M *reliquis abscisis.* d) e) *alia manu.* f) Eodem — mensis *alia manu.* g) *Cycli annorum* 1045 — 1595. *sec. XI. exeunte scripti sunt, notae per decursum temporis.* h) *In sequentibus plurima abscisa ex coniectura supplenda erant, quae littera obliqua exprimi feci.* i) *numerus abscisus est.* k) welhardo *c.* l) vulneribus? igne? m) W. *c.* 1) Mömpelgard.

1122. *Gero* abbas obiit; cui Werinherus [a] successit. Concilium *fit* Wormaciae, in *quo* inperator reddidit domno apostolico *vir*gam pastoralem et *anu*lum.

1123. Blasianenses intraverunt.

1125. Heinricus imperator obiit; cui [b] Lotharius in regnum successit; et erat maxima fames per totum orbem.

1138. Lotharius rex obiit; cui Chounradus rex successit.

1142. Werinherus abbas obiit. Post discessum huius patris venerandi pro electione successoris rite confirmanda inter fratres et Ruodolfum advocatum familiamque discordia gravis erat et nefanda. Fratres enim regularem normam consecuti, unanimes et concordes in timore Dei sibi patrem elegerunt; seculares autem hoc infringi laborantes, nisi semet interesse consilio, elegendum fore vehementer cum armata manu rennuerunt. Huius ergo intestine seditionis insania convalescente, multi fratrum cum electo suo tanquam lapides sanctuarii per plateas dispersi sunt et fugati, alii vero plagis impositis semivivi, cruentatisque sacri altaris indumentis, heu exanimes, pene morti sunt deputati. Quapropter illis ad Dominum clamantibus in angustia suae tribulationis, per divinam clementiam mox cessavit haec tempestas erumnosae afflictionis. Nam post brevi temporis intervallo apud Constantia*m* coram rege Chuonrado et principibus stabilita fratrum rationabili electione, exact*o*res, in sores et auctores perpetrati sceleris confusi, periculum mortis vix evaseru*nt* optimatum interventione. Electus vero noster Ruodolfus, accepta statim a rege abbatia, coram principibus honorifice sublimatus, tertio die, eodem rege iubente et Herimanno Constantiensis aecclesiae episcopo poscente, a venerabili cardinali Tiedewino, sanctae Ruffinae Romanae aec*clesiae* episcopo, in Sintlozisaugia die palmarum est consecratus. Filii qui nascentur et exurge*nt*, narrent haec praedicta suis posteris multum profutura, si considerant et memoriter teneant, quam benignus et quam bonus Deus his, qui eius mandatorum observare solent instituta. Nos autem segnes atque desides, tanquam pater filium excitandum castigandum flagellandum, aliquando in virga visitabit; sed fidelis Deus non nisi supra id quod possumus a filio iniquitatis nos temptari vel noceri pie procurabit. Ergo patronos nostros invocemus, imploremus, adiutores apud Deum pura continuaque oratione, ut a spiritalibus humanisque nequiciis expediti, iocundemur delectemur iugiter in divine servitutis exultatione.

1143. Caput sancti Iusti martiris Alpirspacenses iussu venerabilis cardinalis Tiedewini et Herimanni Constantiensis aecclesiae episcopi plurimorumque abbatum domno nostro abbati secundo Ruodolfo vix coacti reddiderunt, quod ante triginta fere annos, nobiscum pacifice in dolo diu conversati, furtive abstulerunt.

1152. Chounradus rex obiit; cui Fridericus rex successit.

1155 (1153). Fridericus imperator Rome ab Adriano papa factus est, et Arnoldus hereticus suspensus est.

1160. Imperator Fridericus cepit Criminam [18]. Eodem anno ortum est scisma in ecclesia. Victor enim ab imperatore [c], Alexander vero a Romanis electus est. 18

1162. Fridericus imperator devastavit Mediolanum.

1173 [d]. *Ruodolfus abbas secundus obiit; Wernherus* successit. Huius rei series placuit discretis ut literis fieret certificata, qualiter post obitum prenotati patris in ordinatione alterius lis sit orta et sedata. Post mortem predicti pastoris soli fratres convenerunt, et quendam de fratribus suis vita et moribus gravem elegerunt; quem dum advocato ac ministerialibus presentaverunt, variis contradictionibus, et maxime quod consilio eorum non intererant, infirmam fratrum electionem esse firmaverunt. Deinde advocatus cum amicis ac ministerialibus unanimiter in iram indignationis exarserunt, et econtra quendam de fratribus sancti Galli, scilicet germanum ecclesie nostre advocati [19], procaciter vigolenterque elegerunt, et huic obedire fratribus suaserunt. Qui vero huic nefarie suasioni eorum dum non consenserunt, minis et terroribus et magnis contumeliis affectos, fugientes in monasterio vallaverunt, et pars deterior officinas eorum 19

a) W. *cod.* b) cui L. i. r. s. *alia manu inserta sunt.* c) impo *codex.* d) *annus obscisus est; sed aut* 1171 *aut* 1173 *esse videtur. Hartmannus in Ann. Heremi Ruodolfum exeunte a.* 1172 *obiisse scribit.*

18) i. e. Cremam. 19) Warinum.

ac totam suppelectilem cum vestibus diripuerunt. Nocte autem imminente, cum consultu quorundam religiosorum, fratres vitam servantes, tyrannidem eorum inclinaverunt, et intrusum illum fratres inviti cum laicis ob timorem mentientes sollemniter susceperunt, et in cathedra abbatis sedere eum pertulerunt. Qui sedit annum unum menses quatuor, cum paucis fratribus usurpatam sibi abbatiam devastavit, et instituta patrum, parum utilitatis conferens, ad nihilum provocavit. Fratres vero in fugam conversi, mendicando Fridericum imperatorem sepius adientes, auribus eius fastidium ingerentes, huius rei noticiam intulerunt. Imperator igitur in Kal. Marci feria 4. ieiunio quatuor temporum Secanense[20] cenobium adiens, utramque partem in praesentiam suam vocavit, et perscrutata eorum iusticia, iudiciali sententia principum utrumque respuens, tercium ex eisdem fratribus nomine Wernherum, nobili prosapia genitum iuvenem, diaconatus ordinem habentem, constituit, et remota omni lesione curie libere abire permisit. Qui vero in ipso procinctu in sabbato sex[a] lectionum presbiteratus ordinem et abbatie Turegi suscepit, et feria secunda huius rei noticia nescius hinc proficiscens, altera feria secunda investitus et ordinatus regrediens, devote susceptus omnia feliciter consuma*vit*, et cenobium istud sub ipsius dominio requievit. Res[b] ecclesie quas expositas invenit, ducentis marcis redemit, et expletis viginti annis voluntariam paupertatem elegit. Constitutiones ipsius in victu et vestitu fratrum et aquisitiones temporalium rerum aliâs scriptum invenies. Gazofilatium huius ecclesie non exiguis or*na*tuum thesauris postea . . . . decanus effectus adauxit, scilicet dorsalibus seri*cis* 5, casuculam quoque coer*uleam* rubeo nitentem co*lo*re, haut parvo *auri* decore coornata*m*, esse in choro, et duo que h*a*bentur patronorum sar*co*faga, et brachium sancti Mau*ri*cii et sancte Digne auro et argento et gemmis operuit; dalmaticam 1, subtilia 2, librum a*be*cedarium grandi ade*m*tum dampno, in duo volumina compe*git*.

1178. Alexander qui papatum obtinuit obiit; cui Calistus successit.

1181. Calistus obiit; cui Lucius successit.

1186. Lucius papa obiit; cui Urbanus successit. Eodem anno Heinricus rex cum uxore sua Mediolani coronatur.

1187. Hierusalem a Saladino capta est. Urbanus obiit; cui Gregorius successit, et vixit quatuor menses.

1188. Clemens papa factus est.

1189. Imperator Fridericus ad liberandam Hierosolimam cum expeditione magna per Ungariam transivit in Greciam.

1190. In secundo anno transivit brachium sancti Georgii, et per Romaniam proficiscens, multos Turcos delevit, cepitque civitatem Yconium. Inde vero castra movens, cum iam insidias Turcorum evasisset, heu flumine ::::::::[c] interiit. *Pro* quo Fridericus filius eius, dux Alamannorum, suscepit exercitum; et veniens cum ipso ad obsidionem Acheronis, que iam dudum a christianis obsessa fuit, et ipse morbo preventus moritur; pro quo Chounradus marc*hio* de Monte Ferr*a*no surrexit.

1191. Acharon a christianis capta est, et multitudo maxima paganorum occisa est. Heinricus rex Rome pro patre suo imperator constituitur. Clemens papa obiit. Rex[d] Francie et rex Anglorum cum multis principibus et virtute magna per Apuliam transientes, transfretaverunt et ceperunt civitatem Acharon, et deleverunt 20 milia in ea paganorum.

1192. Wernherus abbas secundus abbatiam resignavit; cui Uolricus[e] abbas succesit. Wernherus[f] abbas secundus advocati fautorumque ipsius non ferens circa multiformes fraud*um* insidias pertinatiam, cunctis eque administratis, fratribus id molestissime ferentibus, abbatiam resignavit; cui, ut ita dixerim, flagellum quoddam iracundiae Dei Uodalricus . . . . . [g]

1206. Uodalricus abbatia privatur, et Berhtolfus substituitur; et idem Uodalricus eodem anno obiit.

1208 (1207). Philippus rex occiditur; Otto in regnum communi consilio eligitur.

a) VI. *c. sabbatum quatuor temporum* sabbatum quodecim lectionum *audire Amalarius in libro de divinis officiis refert* II, 1. b) *hinc inde paulo alia scriptura in loco raso.* c) *locus rasus; suffocatus?* d) *alia manu.* e) Ul. *c.* f) *alia manu.* g) *Continuatio narrationis erasa, adhibitis chemicae artis remediis iam olim lectioni restitui nequivit.*

20) Seckingen?

1209 (1208). Otto Rome efficitur imperator sub Innocentio papa, 3. Non. Octobris.

1210. Wernherus abbas obiit.

1212. Otto imperator a domno papa et principibus excommunicatus deponitur, et Fridericus venit.

1213. Berhtoldus abbas abbatiam resignavit; cui Chuonradus successit.

1216. Rome generale concilium sub Innocentio papa celebratum est; et Otto condemnatur, ac Fridericus in regno confirmatur. Innocentius papa obiit. Honorius papa efficitur.

1218. Otto in excommunicatione moritur.

1220. Fridericus ab Honorio papa imperator consecratus.

1226. Ecclesia ista cum claustrali ambitu et universis officinis 3. Non. Maii atroci conflagravit incend*io*, et tamen ipso anno per industriam abbatis Chuonradi aedificata est, et a Chuonrado Constantiensi episcopo de*dic*ata.

1227. Honorius papa obiit; cui Gregorius papa nonus successit.

1234. Chuonradus abbas abbatiam resignat; cui succedit Anshelmus abbas.

1267. Anshelmus abbas dece*ssit;* cui successit U*olricus* abbas.

1268. Chuonradinus, qui *se pro* rege Romanorum gerebat, a Karolo, qui se *gere*bat pro rege Sici*lie*, iugulatur.

1273 (1274). Comes Ruodolfus de Habsburch in regem Romanorum eligitur.

1277. *Uol*ricus abbas secundus obiit Chumis; cui successit Petrus.

1280. *Pe*trus abbas fulmi*ne* percussus est in ecclesia *que est* in civitate Zuge[a]. Cui successit *H*enricus abbas.

1544. Postulatus abbas Ludowycus Plarer de conventu sancti Galli moritur, et eius loco Ioachim Eychorn, huius loci conventualis, substituitur in abbatem. Hic nimirum abbas Ioachim iuxta Domini dictum fidelem servum se qui cibum tempore suo dedit exhibuit, et irreprehensibilem, pium, modestum, sobrium ac castum tam verbo quam exemplo, uti decebet, se in omni conversatione habuit, neque declinavit a regula apostolica, quam sanctus Paulus episcopis prescripserat. Item fulgebat admodum doctrina non parva, ut communi electione omnium prelatorum totius Helvetie in oppido Rapperschwyl in die conversionis sancti Pauli 1562. loco eorum mitteretur ad concilium Tridentinum. In quo et fuit.

1569. Ioachim pius abbas moritur. Cui Adam successit; erat tunc octava corporis Christi.

a) *alio loco eadem fere crasa sunt, unde* Zuge *restituitur.*

ANNALES FLAVINIACENSES ET LAUSONENSES.

Monasterium Flaviniacense in pago Alsensi et diocesi Augustodunensi circa annum 600. constructum, quingentis post annis Hugonem historicum habuit, qui chronicon inde ab incarnatione Christi ad sua usque tempora perduxit. Cuius inter fontes nescio an referendi sint annales saeculo VIII. et IX. conscripti, quos in itinere Batavo in codice bibl. universitatis Lugdunensis inter Scaligerianos Nro. 28 repertos hic sistimus. Codex est saeculi VIII. exeuntis, atque annotationes in margine cyclorum decennovennalium Bedae exhibet, priori parte usque ad initium saeculi noni eadem manu, altera vero diversis saeculi noni decimique manibus exaratas. Prioris partis plurima

cum annalibus Murbacensibus, Laureshamensibus praecipue et Alamannicis, arcta necessitudine coniuncta, littera obliqua excudi fecimus, resectis quae annum 700. praecedunt imperatorum Romanorum regumque Francorum nominibus. Liber post medium saeculum nonum Lausonam translatus, ibique annotationibus ad episcopatum ipsum referentibus adauctus et per saeculum decimum continuatus, saeculo XIII. ineunte chartularii Lausannensis auctori, Cunoni de Estavaial, innotuisse videtur.

382. Sanctus Martinus episcopus ordinatus est.
407. Sanctus Martinus obiit.
412. Inrupcio Rome.
492. Felix quem dicunt Gramnelenum et uxor sua Ermendrudis construxerunt monasterium in loco Balmensi in honore sancte Dei genitricis Marie anno 14. Chlodovei [a] regis, laudante Protasio Aventicensi vel Lausonensi episcopo.
517. Chlodoveus rex obiit.
533. Anno 15. Chlotarii regis et tempore Chalmegiscli, Aventicensis vel Lausonensis episcopi, Ermendrudis construxit monasterium Balmense.
601. Marius Aventicensis seu Lausonensis obiit.
688. Pippinus maior domus efficitur.
708. Dagobertus annis 5.
710. *Pippinus migravit in Alamania.*
711. *Inundatio aquarum.*
714. *Mors Pipini.* Chilpricus annis 5.
715. Carolus maior domus efficitur.
716. *Contra Ratbodo pugnavit Carolus.*
717. *Contra Francos bellum Vinciacense* prima feria 12. Kal. April.
718. *Vastavit Karolus Saxonia.*
719. *Ratbodus* [b] *obiit.* Theodericus annis 17.
720. *Pugnavit Karolus contra Saxones.*
721. *Iactavit Eodo Sarracenos de* terra sua.
725. Augustodunum [c] 4. feria 11. Kal. Septembris [d].
731 (730). *Karlus vastavit* Equitania. *Ragamfredus obiit.*
732 (731). *Karalus pugnat contra Saracenos.*
735 (732). *Karalus invadit Wasconia.*
737 (736). *Contra Saracenos in Guti.* Fuerunt 7 annis absque rege.
738 (737). *Karalus in Saxonia.*
739 (738). *Karalus in Provincia intravit.*
741 (740). *Teodaldus interficitur.* (741) *Caralus* obiit 11. Kal. Novembris.
742. Carlomannus in Alamannia [e]. (743) Hildiricus regnat annis 9.
744 (745). Pax inter Odilonem et Carlomanno.
745 (746). *Carlomannus* [f] *et Pippinus in Saxonia.*
746 (747). *Carlomannus intravit in Alamannia.*
747 (748). *Carolomannus Romam* perrexit.
748 (749). *Grippo fugit in Saxonia.*
752 (751). *Pippinus* ordinatur in regno.
753 (752). *Filii Carlomanni tunduntur. Papas in Francia venit. Grippho occiditur*
754 (753). *Pippinus et papas* in Italia intrant. *Karlomannus obiit.*
1 755. Manases ordinatur abba [1].
756. *Pippinus* abiit *iterum in* Italia. *Austulfus* [g] *obiit.*
758. *Pipinus* abiit *in Saxonia.*

a) lotharii *corr.* choldovei c b) ratbododus c. c) sĝs d c. d) *scilicet* destructum est a Sarracenis.
e) alamia c. f) Carlus c. g) Aust'us c.

1) Flaviniacensis.

760. *Pipinus* intravit *Equitaniam.*
761. *Item usque Limodias.*
762. *Bituricas* capitur.
764. Sol eglypsin pertulit, 2. feria, 2. Non. Iunii.
765. *Corpora sanctorum venerunt Gurgoni, Naboris, Nazari* a.
767. *Limodia* capitur.
768. *Pippinus obiit* 6. feria 9 b. *Kal. Octobris.*
770. *Berta regina in* Italia.
771. *Carolomannus* c *obiit* 3. feria 3. Non. Decembris.
772. *Karolus in Saxoni.*
773. *Karolus in Italia* perrexit.
774. Italia *capi*tur.
775. *Karolus in Saxonia.*
776. *Karolus in Italia; Rodcâz* occiditur.
777. ⊀ d mare.
778. *Karolus in Spania.*
779. *Karolus in Saxonia.*
781 (780). *Karolus Romam perrexit.*
782 (781). *Karolus in Saxonia.*
783 (782). *Hildigardis obiit* 2. *Kal. Mai.* 4. feria.
784 (783). *Fulradus obiit.*
785 (784). Austradus obiit 2. Id. Dec. 2. feria; Witigindus baptizatur e.
786 (785). Perlaicus obiit I. feria, 16. Kal. Ianuarii. Cruces apparuerunt.
787 (786). Maenasses obiit I. fer. Non. Octobris.
788 (787). Luna eglypsin* pertulit 2. feria, 6. Kal. Martii.
789 (788). Adalbertus in Flaviniaco f ordinatur **.
790 (789). Famis exoritur.
791 (790). In Unia rex ingreditur.
792 (791). Giso obiit 2. fer. 12. Kal. Iun.
793 (792). Zacho abba 2 ordinatur 9. Kal. Mar. 5. feria. 2
794 (793). Senodus Franconisfurit generalis g.
795. Luna bis obscurata est hinit'aq̂ h.
796. Adrianus papa obiit.
797. Siccata fluminum idem maris.
799. Leo papa deicitur.
800. Karolus Romam perrexit.
801. Karolus imperator factus est 6. feria Kal. Ian.
802. mona i iura.
803. Karolus Bavariam perrexit. Luna eglypsin pertulit.
804. Karolus Saxonia; papas in Francia venit.
805. Imperator ad Aquis. Karolus in Bemctium 3. 3
806. Imperator ad Aquis. Karolus in Bem 4. Grimaldus obiit. 4
814. Leod obiit 12. Kal. Novemb. 7. feria
816. Sic reddidit Ludoicus Nova-villa sancto Siquano 5. Annus 3. imperatoris Lodoic. 5
818. Obiit Warimbertus abba 6. 6
826. Obiit Apollonaris abba 6.
829. Obiit Ingelbertus abba 6.
840. Tenebrae factae sunt in universo orbe; et ipso tempore obiit Hludowicus imperator 11. Kal. Iul.

a) g. n. n. *anno 766 adscripta in c.* b) 8. *Ann. Alam. Guelf. Naz.* c) *caromannus c.* d) *fortasse* transcendit, *cuius nota Tironiana est* ⊀. e) uuig bāp. *c.* *) egiyp *c.* f) flā *c.* **) *scil.* abbas. g) ĝ *c.* h) hinitus aqua, *quod quid sibi velit haud intelligo.* i) monachorum? v. Legum T. I. p. 93 sqq.

2) Flaviniacensis. 3) 4) i. e. Behemum. 5) S. Seine monasterium, dioceseos Lingonensis. 6) abbates ut videtur Flaviniacenses, qualem certe Apollinarem novimus; nam quae alia nomina in primo Hugonis Flaviniacensis chronico apud Labbeum I. 790 occurrunt, obscuritate scripturae incerta sunt.

841. Dirum bellum valde inter Hlottarium et Karolum atque Hludowicum exoritur 7. Kal. Iul. 4. feria.
849. Terrae motus fit 12. Kal. Mart. in omni terra.
7 850 a. Hartmannus ordinatur episcopus 7.
8 853. Obiit Warinus comis 8.
855. Hlotthárius imperator obiit.
9 875. Obiit Remigius episcopus 9 5. Kal. Nov.
877. Obiit Karolus imperator.
878. Obiit Hartmannus episcopus; tenuit eppiscopatum annis 28 b.
879. 3. Id. April. obiit Lodoicus rex.
10 881. Hoc anno fuit ordinatus Ieronimus episcopus 10.
888. Hoc anno fuit ordinatus Rodulfus rex primitus.
892. Obiit Ieronimus episcopus, et electus est Boso episcopus.
911. Hoc anno obiit Roudolfus rex, die dominico, 8. Kal. Novembr.
923. Hoc anno captus est Boso in villa Ramsoldingis.
928. Libo episcopus ordinatus est.
932. Bero episcopus ordinatus est.
937. Hoc anno hobiit Rodulfus rex, filius Ruodolfi regis.
947. Mainherius ordinatus est episcopus.
968. Eginolfus ordinatus est episcopus.
985. Heinricus episcopus ordinatus est .

a) *Chartularium Lausannense seculi XIII. annum* 857 *habet; sed in codice annis aut* 849 *aut* 850 *aut* 851 *adsignatur; v. infra a.* 878. b) XXVII. *corr.* XXVIII. *c.* c) *quae sequebatur pagina excisa est.*

7) Lausonensis. 8) qui abbatiam Flaviniacensem tenebat. 9) Lugdunensis. 10) Lausonensis.

ANNALES MONASTERIENSES.

Annales Monasterii sancti Gregorii in Alsatia cyclis Dionysii adscripti a Martenio T. III. Anecdotorum p. 1435 *editi sunt. Prior eorum pars ab incarnatione Domini usque ad a.* 828 *ex annalibus Hersfeldensibus, qui ad monasterium Weissemburgense devenerant, Gestis pontificum Romanorum aliisque fontibus antiquis derivata, a D. de Millian bibliothecario Monasteriensi iterum descripta et historiae Argentoratensi abbatis Grandidier T. I. Pr. p. XXI. inserta est. Quibus subsidiis fulti, opusculum, recisis tamen imperatorum et pontificum Romanorum atque regum Francorum usque ad saeculum octavum catalogis, iterum proponimus.*

528. Beatus Benedictus abbas claruit.
532. Dionisius, Romanus abbas, ciclum inchoat.
543. Sanctus Benedictus migravit ad Dominum.
575. Sanctus Gregorius claruit.
578. Benedictus papa, a quo sanctus Gregorius de monasterio abstractus diaconusque ordinatus Constantinopolim apocrisiarius mittitur, moraliaque scripsit.
592. Sanctus Gregorius ordinatur apostolicus.
596. Angli fiunt christiani.
605. Transitus beati Gregorii papae ad Dominum.

609. Bonifacius papa 4. dedicavit Pantheon. Huius temporis factum est responsorium Gaude Maria, a quodam caeco et ob hoc illuminato.

612. Augustinus Anglorum archiepiscopus migravit ad Dominum. Sanctus Columbanus Luxovio pulsus, Brigantio mansit triennio.

616. Sanctus Ysidorus claruit.

631. Initium Leucopolis coenobii, quod latine Wizenburch dicitur.

633. Hoc anno in primis inceptus est hic locus a monachis inhabitari.

634. Oswaldus [1]. 1

642. Oswaldus occubuit.

660. Circa dominicae incarnationis 660. annum sub Vitaliano papa imperatoreque Constantino, filio Constantini filii Heraclii triumphatoris, sub Hilderico, filio Clodovei, nepote Dagoberti, fratre Clotharii et Theoderici, rege tunc Francorum, Rotharioque Argentinae civitatis episcopo, et duce Bonifacio, quinquagesimo quinto a transitu beati patris nostri Gregorii anno, inceptus est hic locus a monachis inhabitari, sicut eiusdem regis scripta testantur, quae apud nos hactenus inviolata conservantur, quae et hic intermiscere ad comprobandam volentibus scire veritatem videbatur utile. Hildericus [a] etc.

665. Agoldus abbas [2]. 2

693. Walagio abbas.

706. Obiit Hildebertus rex; successit minor Dagobertus filius eius.

708. Sysinnius papa.

709. Constantinus papa.

711. Obiit Dagobertus, successit Hilpericus.

712. Anastasius imperator. Abbas Wolfchisus.

713. Pippinus filius Anchisi, nepos sancti Arnolfi, maior domus.

714. Gregorius papa 2.

717. Bonifacius Anglus praedicat Germaniae gentibus auctoritate Gregorii papae, fitque Magontiaci archiepiscopus.

720. Sanctus Othmarus.

724. Sanctus Pirminius praefuit Augiae.

727. Sanctus Pirminius ex Augia pulsus, Alsaciam venit.

731. Gregorius papa 3.

736. Beda [3] nobilis et praeclarus doctor obiit.

737. Initium [3] Herosveldensis monasterii.

741. Zacharias papa. Pippinus maior domus. Karlus, Pippinus et Karlomannus maiores in domo.

744. Initium [3] Fuldensis monasterii.

745. Heddo abbas, post Argentinae episcopus. Domnus [3] Burchardus ordinatur episcopus in Wirzeburc.

746. Sanctus [3] Wicbertus migravit a saeculo.

752. Pippinus fit imperator.

756. Stephanus papa.

758. Paulus papa.

759. Sanctus Othmarus obiit.

765. Sanctus [3] Bonifacius martyrio coronatur.

767. Stephanus papa.

768. Pippinus obiit, Karolus magnus decessit. Remigius abbas, cui successit Restwinus.

771. Urolfus illi.

772. Adrianus papa.

773. Rachio abbas, postea Argentinae episcopus.

777. Saxones [3] fiunt christiani.

a) *Chartam hanc inter diplomata nostra recensebimus.*

1) rex Berniciae. 2) idem ac Anscaldus dein episcopus Argentoratensis. Auctor Chronici omisit Iustum et Maximinum abbates Monasterienses, dein etiam ad sedem Argentoratensem erectos. *GR.* 3) conf. Ann. Hersfeldenses supra pag. 31 sqq.

796. Leo papa. Postea, ut est fama[3], lingua praecisa excaecatur.
801. Karolus fit imperator.
811. Haito[a] Basileae episcopus Constantinopolim missus.
813. Amalarius Treverensis archiepiscopus Constantinopolim missus.
814. Domnus Karolus imperator mortuus Aquisgrani sepelitur. Domnus Ludovicus successit pius. Hoc[3] anno decretum est, ut omnes monachi cursum cantarent sancti Benedicti.
815. Cothefridus abbas.
817. Stephanus papa. 818. Paschalis papa. 824. Eugenius papa. 827. Valentinus papa. 828. Gregorius papa.

PARS ALTERA.

1065. Passus est beatus Chuonradus Coloniensis presbyter, sed Trevirensis archipraesul electus tantum.
1068. Dedicata est capella ad Mulehac a domino Beringerio episcopo[4], nova facta a domno Abone abbate.
1072. Obiit Berengerus episcopus, successitque ei Burchardus.
1074. Obiit domnus Anno, Coloniensis archiepiscopus.
1078. Bellum inter Henricum et Rodolfum, in quo Rodolfus occisus est.
1083. Gebahardus episcopus Constantiae constituitur.
1084. Obiit domnus Abo abbas 27us, successitque domnus Reginherus.
1087. Obiit domnus Reginherus abbas 28us, successitque 29us domnus Samuel Murbacensis, Wizemburgensis abbas.
1090. Reliquit nos domnus Samuel, successitque domnus Rupertus 30us.
1099. Obiit Rudpertus abbas, successitque domnus Adelpertus[b]. Fames maxima tribus annis. Hierosolyma capta. Obiit Urbanus papa, successit Paschalis papa.
1106. Obiit domnus Burchardus Basiliensis episcopus, successit domnus Rudolfus. Columbaria villa combusta.
1110. Reliquit nos domnus Adelbertus, successitque domnus Eggohardus. Dedicata est ecclesia ad Palgoveo.
1120. Reliquit domnus Eggohardus, successitque domnus Conradus[c].
1122. Obiit domnus Rudolfus Basiliensis episcopus, successitque domnus Bertholfus. Obiit domnus Chonradus abbas, successitque rursum domnus Adelbertus.
1124. Obiit Henricus rex quintus apud Traiectum, sepultusque in Spira civitate; cui successit Lotharius, dux Saxonum, in regno.
1125. Reliquit nos Adelbero abbas secundo, successitque ei domnus Chonradus abbas.
1128. Obiit Eggohardus abbas. Spira diu rebellis tandem aperitur regi Lothario.
1134. Reliquit domnus Bertholfus episcopatum, successitque domnus Adelbero III.
1135. Reliquit nos Chunradus abbas, successitque domnus Egilolfus.
1136. Obiit Adelbero episcopus in Italia.
1137. Basileae Ordliep[d] episcopus.
1145. Fames valida duobus annis.
1147. Eclypsis solis. Iter Ierosolymitanum.
1150. Hiems valida cum fame maxima et inundatione, et defectus omnium fructuum, et ariditas vinearum et nucium, et pestis animalium.
1154. Obiit domnus Egilolfus abbas, cui successit domnus Orthlibus.
1158. Hoc anno reliquit nos domnus Orthlibus, successit Egilolfus.
1162. Concilium Bisuntio. Excidium Horbuarch.
1164. Mortuo Orthliebo episcopo, successit Ludowicus. Hoc anno mortuo Victore, electus est Paschalis.
1169. Obiit Egilolfus abbas secundus, successitque domnus Turingus abbas.
1178. Hoc anno celebratum est concilium Romae ab Alexandro papa, in quo depositi

a) *ita correxi*; Hotto *G.* Haitho *M.* b) *ita correxi*; Despertus *ed.* c) Cooradus *ed.* d) *ita correxi*; Ordiept *ed.*

4) Basileensi.

sunt episcopi schismatici, et ab eis ordinati. Eodem anno resignavit domnus Thuringus abbatiam in manu domini imperatoris in vigilia ascensionis, et successit ei domnus Henricus abbas, qui praepositus fuerat ad sanctum Albanum.

1183. Hoc anno devastatur locus iste incendio circa crepusculum noctis Idus Martii, et diluculo circa Cal. Decembris.

1194. Hic reliquit nos domnus Henricus abbas.

ANNALES METTENSES BREVISSIMI.

Exscripsit eos Cl. Lappenbergius ex codice olim collegii Claromontani, iam inter libros D. Thomas Phillipps in Middlehill in Anglia adservato, qui inter alia Bedam de ratione temporum et Isidori Etymologias complectitur, et ubi post cyclos, nomina imperatorum Romae et Orientis usque ad Iustinianum exhibentes, folio singulari haec scribuntur.

934. Hungri tercio venerunt.

936. Heinricus rex obiit; eodem anno Otto primus augustus statuitur.

954. Hungri quarto venerunt.

962. Obiit Adalbero presul Mettensium.

963. Dominus Deodericus episcopus succedit.

973. Obiit Otto imperator senior.

978. Dissensio inter Ottonem cesarem et Lotharium.

983. Otto medius imperator obiit. Domnus Deodericus presul obiit, et ipso anno Adalbero episcopus successit.

1002. Otto tercius obiit. Eodem anno Heinricus regno successit.

1006. Adalbero secundus episcopus obiit. Eodem anno Deodericus successit. 25. anno eius pontificatus dedicata est basilica sancti Vincentii.

1024*. Heinricus augustus obiit. Eodem anno Cuonradus rex constituitur. Anno septimo eius imperii dedicatum est monasterium sancti Vincentii anno 1030 Domini incarnationis, 25. domni Deoderici episcopi secundi, indict. 13. epact. 14.

1038. Conradus augustus obiit.

*) 1034 c.

ANNALES S. VINCENTII METTENSIS.

Codex autographus in quo annales isti habentur, vel seculo XVIII. medio Mettis in abbatia S. Vincentii adservatus, iam bibliothecae ducali Gothanae illatus est, unde eum favente Cl. Friderico Iacobs accepi. Est membranaceus in folio saeculo XII. medio exaratus et post 16 *folia, picturis Sanctorum plurimis repleta, annos dominicae incarnationis inde a primo usque ad a.* 963 *tribus per paginam columnis, annos* 964 — 1156 *binis columnis, additis indictionibus epactis et concurrentibus, deinde tabulas totam paginam explentes ab a.* 1157 — 1284 *exhibet, quibus scriptoris ipsius manu adnotationes de Iesu Christo et apostolis eius atque imperatorum et paparum nomina aliaque usque ad a.* 1154, *reliqua diversis manibus sibi succe-*

dentibus adiecta sunt. Prior igitur pars ex cyclis antiquioribus descripta et per annos **1143—1154** *a scriptore producta, in paucis*[1] *ad annales Lobienses et Metten es brevissimos accedit. Annales Cl. Waitzius exscripsit.*

Excerptum annalium in codice bibliothecae regiae Hagensis, Nro. **1311.** *inveni, opera G. Gerardi Bruxellensis „ex libro pergameno antiquissimo in quo extant et vitae nonnullae Sanctorum"; quem codicem nostrum esse, collatis singulis notitiis patet. Editio Labbei in Nova Bibl. Mss. T. I.* **344—347** *vitiis compluribus laborat.*

688. Pipinus senior, filius Anchisi, maior domus fit.
694. Iohannes papa.
696. Leo imperat.
697. Iohannes papa.
699. Tiberius imperat. Sisinnius papa.
700. Constantinus papa.
706. Iustinianus iterum imperat.
713. Anastasius imperat.
714. Obiit Pipinus senior.
716. Karolus Martellus maior domus fit. Teodosius imperat.
719. Lotarius rex.
726. Constantinus imperat, filius Leonis.
730. Gregorius papa.
741. Pipinus et Carlomannus, patre mortuo, in honore succedunt.
742. Zacharias papa.
744. Sanctus Grodegangus episcopus Metensis.
747. Karlomannus efficitur monacus.
752. Stephanus papa.
753. Stephanus papa.
756. Paulus papa.
767. Constantinus papa. Obiit Grodegangus episcopus.
768. Stephanus papa. Obiit Pipinus rex.
769. Angelramnus episcopus Metensis.
771. Karlomannus obiit.
772. Adrianus papa.
776. Leo imperat.
781. Constantinus et Hirene imperant.
791. Constantinus solus imperat.
797. Leo papa.
798. Hirene sola imperat.
801. Karolus[a] fit imperator[b]
808. Nichophorus imperat.
814. Karolus obiit. Ludoycus pius succedit.
816. Ludoycus *pius*[c] fit imperator.
819. Gundulfus episcopus Mettensis.
825. Drogo episcopus Mettensis.
840. Ludoycus *pius* obiit; et fit maxima dissensio inter filios eius.
841. Bellum ingens stragesque magna inter filios Ludoyci, in campo quod dicitur Fontenet.
856. Lotharius imperator obiit; cui Lotharius, filius eius, succedit.
858. Adventius episcopus Metensis.
869. Obiit Lotharius, filius Lotharii; cuius regnum invasit Carolus Calvus, frater patris eius.

a) Karo *abscisa.* b) *eadem etiam anno 788 adscripta sunt.* c) *superscriptum.*

1) cf. a. 917. 926. 937. 955. de invasionibus Ungariorum in Lotharingia.

875. Obiit Ludoycus imperator, filius Lotharii; cui successit Carolus Calvus, frater patris.
876. Walo episcopus Metensis.
877. Obiit Karolus *Calvus*[a], filius Ludoyci Pii.
879. Obiit Ludoycus, filius Karoli.
882. Walo episcopus interfectus est a Normannis.
893. Robertus episcopus Mettensis.
887. Obiit Karolus, frater superiorum[b].
888. Arnulfus rex efficitur.
900. Obiit Arnulfus; successit Ludoycus[c], filius eius.
911. Obiit Ludoycus; successit Conradus.
916. Obiit Robertus episcopus Metensis.
917. Wigericus episcopus Metensis. Ungarii primitus regnum Lotharii ingressi sunt.
920. Obiit Conradus, successit Heinricus *primus*[d].
926. Ungarii secundo regnum Lotarii vastaverunt.
927. Benno episcopus Mettensis.
929. Adelbero *primus*[e] episcopus Mettensis.
935. Obiit Heinricus rex.
936. Otto imperator.
937. Ungarii tercio regnum Lotharii depopulati sunt.
955. Ungarii, qui iam quarto regnum Lotarii intraverant, ab Ottone imperatore devincuntur.
964. Deodericus *primus*[f] episcopus Mettensis, *huius loci constructor*[g]. Leo papa.
965. Iohannes papa.
968. *Hoc anno iacta sunt fundamenta huius ecclesie*[h].
970. Translatio sanctae Luciae, *et*[i] *aliarum reliquiarum, quas domnus Deodericus ab Italia in hunc locum transtulit*[k].
972. Obiit Otto imperator.
973. Otto imperator secundus. Benedictus papa.
974. Bonus papa.
975. Bonifacius papa.
976. Benedictus papa.
982. Bellum[l] in Calabria contra Sarracenos ab* Ottone imperatore.
984. Otto tercius imperator. Adelbero *secundus*** episcopus Metensis. Iohannes papa.
996. Gregorius papa.
998. Iohannes papa.
999. Silvester papa *qui*[m] *et Gerbertus.*
1002. Heinricus *secundus*[n] imperator.
1003. Iohannes papa.
1004. Iohannes papa.
1005. Deodericus *secundus*[o] episcopus Metensis.
1009. Sergius papa.
1012. Benedictus papa.
1024. Conradus *qui et Cono*[p] imperator. Iohannes papa.
1030. *Hoc anno dedicata est hec ecclesia,* 2. *Idus Mai*[q].
1033. Benedictus papa.
1038. Bellum ante Bar castrum, ubi Odo comes Francorum interimitur, et Gozelo dux victor extitit.
1040. Heinricus *tercius* imperator.
1046. Silvester papa.
1047. Adelbero *tercius*[r] episcopus Metensis. Virdunum succenditur a duce Godefrido barbato. Gregorius papa.

a) *superscriptum.* b) *excidisse igitur obitum Karolomanni et Ludowici iunioris patet.* c) Loduycus *corr.* Ludoycus *cod.* d) *manu* 2. e) f) *superscriptum.* g) h) i) *manu* 3. k) t. anno episcopatus nono, presentibus Gerardo Tullensi et Wincfrido Virdunensi episcopis. *addit apographum Gerardi in Haga.* l) B *abscisum.* *) ab *fere totum abscisum.* **) *superscriptum.* m) *superscripta.* n) o) *superscripta manu* 2. p) *superscripta.* q) *manu* 3. r) *superscriptum.*

1048. Clemens papa.
1049. Damasus papa.
1050. Leo papa Tullensis.
1055. Victor papa.
1056. Heinricus *quartus*[a] imperator.
1058. Stephanus *Leodiensis*[b] papa.
1059. Benedictus papa.
1060. Nicholaus papa.
1063. Alexander papa.
1066 (1064). Bellum Anglicum.
1069. Obiit Godefridus dux.
1073. Herimannus episcopus Metensis.
1079. Bellum in Saxonia, ubi occiditur Rodulfus rex.
1086. Bellum Satanaci. Victor papa.
1087. Obiit Willelmus, rex Anglorum.
1090. Popo episcopus Mettensis.
1095. *Concil*ium[c] Averne; et monitu Urbani *pape*[d] Ierosolimitanum iter incipit.
1097. Antiochia capitur.
1098. Pascalis papa.
1099. *Ierusal*em[e] capitur.
1104. *Adel*bero[e] quartus episcopus Metensis, postea eiectus.
1106. *Hei*nricus[e] *V*[us] imperator.
1110. *Heinr*icus[e] imperator Pascalem papam intra *basilicam*[f] sancti Petri capit.
1114. *Cas*trum[e] a rege Heinrico expug*natum*[e] *ca*pitur, capto simul comite Rainaldo
1116. *Obiit primus*[e] *Arnulfus abbas*[g].
1118. Gelasius papa.
1119. Calixtus papa.
1120. *Stephanus*[e] *Mettensis episcopus*[h].
1125. Lotarius imperator. Honorius papa.
1130. Innocentius papa.
1136. Obiit Landulfus abbas huius loci, cui successit Isembardus abbas. L[i] . . . . tensis car . . . . . .
1138. Conradus imperator.
1143. Celestinus papa.
1144. Lutius papa.
1145. Eugenius papa.
1146. *Robertus abbas efficitur huius loci*[i]
1147. Iter Ierosolimitanum secundum.
1148. Concilium Remis sub Eugenio papa.
1151. Fames valida.
1152. Fridericus imperator.
1153. Occisio Mettensium. Anastasius papa.
1154. Expeditio regis Friderici[k] in Italia. Adrianus papa.

PARS ALTERA.

1159. Inundatio aquarum. Scisma inter Alexandrum et Victorem.
1161. Dedicatum est oratorium sancte Lucie Idus Iul....
1162. Fames valida.
1163. Obiit Stephanus Mettensis episcopus 3. Kal. Ianuar.
1164. Teodericus Metensis electus.
1165. Obiit piae memoriae abbas Robertus huius loci.
1170. Passus est gloriosissimus martir Thomas Cantuariensis archiepiscopus.
1171. Obiit Teodericus; Fridericus electus.
1173. Bellum iuxta Wirdunum aggreditur. Teodericus electus.

a) b) *superscriptum.* c) Concil *abscisum.* d) pap *abscisum.* e) *initium vocis abscisum est.* f) *vox abscisa.* g) *manu 3.* h) *manu 3. aut alia.* i) *haec erasa sunt.* k) *manu 3. aut alia.* k) r. F. *superscripta.*

1174. Inundationes aquarum.
1176. Fames valida.
1177. Unitas ecclesie Dei reddita.
1179. Concilium Rome sub Alexandro papa. Theodericus Mettensis electus deponitur. Bertramnus episcopus Metensis.
1180. Obiit Alexander papa, successit Lucius.
1181. Obiit Willelmus abbas huius loci, successit Franco.
1184. Obiit Lucius papa, successit Urbanus.
1185. Inundatio aquarum.
1186. Obiit Urbanus papa, successit Gregorius VIII. mense uno. Successit Clemens. Terra Iherosolimitana a Salahadino capta et vastata.
1189. Accaron a christianis obsessa est. Iter tercium Ierosolimitanum. Fridericus imperator cum magno exercitu per Burguriam [2] et Iconium transiit. 2
1190. Obiit Fridericus imperator, et dispersus est exercitus, multique in obsidione Accaron mortui sunt. Successit Henricus filius eius.
1191. 9. Kal. Iulii facta est eclipsis solis. Philippus rex Francorum cum magno exercitu mare transiit. Obiit Clemens papa, successit Celestinus.
1197. Fames valida; hoc anno venit quarta frumenti 12 solidis, et facta est mortalitas maxima Obiit Henricus imperator apud Micenas [a-3], et duo fuerunt electi ad imperium, Philippus frater eius et Otto comes Pictavensis. 3
1198. Obiit Celestinus papa, successit Innocentius.
1200. Obiit abbas Franco. Abbas Drogo efficitur.
1208. Hoc anno II. Kal. Iulii passus est Philippus Romanorum rex Bavenberg, qui prima die sue minutionis [4] a Palatino comite gladio nequiter percussus, occubuit. 4
1210. Abbas Drogo resignavit spontaneus, et in eiusdem abbatiam Warinus successit.
1211. Bertrando Mettensi episcopo successit Conradus Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius.
1215. Concilium Rome sub Innocentio papa. Ibi degradatus est Otto quondam imperator, et exconmunicatus est ab omni concilio.
1216. Obiit Inno entius papa.
1218. Obiit Otto imperator, ab imperio depositus.
1219. Domus de Staples fundata est.
1220. Damiata a christianis capitur. Fridericus imperator ab Honorio papa consecratus est.
1221. Damiata Saracenis redditur.
1222. Suburbium Mettense a comite Campanie, a comite Barrensi et a comite Lucelenburgensi cum omni potestate eorum obsessum est; et confusi recesserunt.
1223. Obiit Philippus rex Francorum; successit Ludowicus filius eius.
1225. Obiit Conradus, Mettensis et Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius et totius Ythalie legatus.
1229. Domus de Staples obsessa est a Iohanne episcopo Mettensi.
1231. Apud sanctum Germanum castrum unum edificatur *a* Iohanne Mettensi episcopo; et monachi a prioratu eiciuntur.
1232. Civitas Mettensis a Iohanne Mettensi episcopo et a duce Lottoringie et a comite Barrensi obsessa est, nec potuerunt praevalere contra civitatem.
1233. Castrum de Florienges, Ennirey [5], Morin . . ., Vireyum, novum castrum ante Mettin, Saney, Gu . . . . a Mettensibus et a comite Barrensi expugn*antur et* . . . . untur. 5
1234. Castrum edificatum a Iohanne episcopo Mettensi apud sanctum Germanum, a Mettensibus et a comite Barrensi expugnatur et redditur.
1238. Obiit domnus Iohannes Mettensis episcopus.
1239. Suscessit Iacobus. Frater ducis Lotharingie Balduinus electus imperator *Constantinopolitanus* transivit per civitatem Mettensem. Imperator Frydericus . . . . . [b] per totam Ytaliam equitavit bona destruendo.

a) *sequentia alia manu addita sunt.* b) *quaedam erasa sunt.*

2) *i. e.* Bulgariam. 3) Messina. 4) *i. e.* minutionis sanguinis. 5) Ennery prope Mettim.

1241. Comes Hanricus Barrensis a Saracenis occiditur. Successit Theobaldus filius eius.
1248. Hoc anno iactata sunt primitus *fundamenta* huius nove ecclesie in crastino beatissimi Nicholai.
1251. Obiit abbas Garinus fundator huius ecclesie. Nicholaus abbas effici*tur*.
1256. Obiit Nicholaus abbas. Successit Gerardus, antea abbas sancti Symphoriani.
1258. Obiit Arnulphus archiepiscopus Trevirensis. Successit Henricus de Fenestranges.
1260. *Obiit* domnus Iacobus Mettensis *episcopus*. Successit Philippus de Flo*renges*.
1264. *Res*inavit[a] coactus *Philip*pus, successit Guillermus.
1269. *Obiit* Guilermus Metensis episcopus; successit Laurentius notarius episcopus.
1270. Ludoycus rex Francie cum maximo exercitu, videlicet Iohanne et Philipo filiis, et cum 5 regibus et plurimis ducibus et comitibus principibusque et militibus innumerabilibus, trans mare navigando obiit cum Iohanne filio suo; cui successit Philipus filius eius.
1271. *Obi*it Gerardus abbas *h*uius loci. Successit *Pe*trus abbas.
1274. Gregorius papa decimus fecit generale consilium apud Lugdunum, et accepit universam proventuum ecclesie decimam per sex annos pro subsidio Terre Sancte.
1276. Depositus est Petrus *quon*dam abbas huius loci; successit Regnerus.
1278. *Hoc an*no mortuus fuit Thieriecus . . . . . rum Condeto[6] anni*ver*[b]. . . . . .
1279. Obiit Laurentius Metensis episcopus, domni pape notarius.
1280. Successit Iohannes episcopus, filius comitis Flandrie[c].

a) . . . sinavit cod. b) *vox dubia, duobus litteris* (iv) *aut casu detersis aut ab ipso scriptore deletis, ita ut fortasse* Aimer. *it legendum.* c) *saeculis* 17. *et* 18. *adiectae sunt notae de motibus terrae ac D.* 1640. *die* 4. *Aprilis hora tertia cum quadrante post mediam noctem, a.* 1682. *d.* 12. *Maii, hora* 2. *mediata tempore matutinorum, et a.* 1755. *die* 1. *Novembris et* 1756. *d.* 18. *Februarii.*

6) Condé esse videtur.

ANNALES MOSOMAGENSES.

In codice bibliothecae regiae Parisiensis Nro. 5371. *membranaceo in folio praeter alia plurima cycli decennovennales cum notitiis in abbatia Mosomagensi conscriptis servantur, quas anno* 1827 *inde exscripsi. Mosomagum sive Mosomum, hodie Mousson, ad Mosam in confinio Germaniae Galliaeque positum, temporum decursu ad alterutrum regnum pertinuisse videtur. Annales, a diversis usque ad saeculum decimum tertium producti, et graves temporum iniurias passi, vix ac ne vix quidem ope Chronici Mosomensis apud Dachery Spicileg T. VII. et coniecturarum restitui potuerunt. Omnia tamen quae certa ratione in codice legi nequeunt, ne lectoribus nostra pro authenticis obtruderemus, littera obliqua destinximus. Sub finem operis nonnulla Gallica lingua scripta nec ad res Germanicas facientia omisi, quorum si cui desiderium moveatur, Bouqueti collectionem, cui haec etiam annalium pars inserenda erit, adeat velim.*

Anni incarnationis Domini nostri Iesu Christi 969. *Hoc anno ordi*natus est *Adalbero Remorum* archiepisco*pus*; *et se*cundo anno ordi*nationis sue* id est 970. ab incarnatio*ne Domini* venit sanctus *Adalbero* ad hanc *Mosomensem* ecclesiam; et anno *tertio* ordinationis *sue*, id est nongentesimus septuagesimus *primus* ab incarnatione *Domini*, *septimo* Idus Novembris *adduxit* domnum Lietar*dum abbatem* cum suis *monachis de* loco qui vocatur *Thin*, quem construxit *Freduidis* Deo devota; *et constitui*t eos in hoc *coenobio*;

et dedit nobis *idem Adalbero* suum alo*dem, videlicet* Marren*gias, Rothila*, Bretenaco, *et castellum* Roserolas, *et Seciam*, Bervili*acum, et Odunt*, Remili*acum magnum* et parvum, *et Arlicurt, et Puiron, et multa alia bona nobis dedit.*

Anni dominicae incarnationis.

972.

973. Obiit Ot*to im*perator primus. *Cui successit* secundus Otto.

983. Obiit Ot*to secundus im*perator. Cui *successit* filius eius Ot*to tercius.*

985. Obiit Hu*go dux Fran*cie. Rober*tus dux ei* successit.

989. Obiit A*dalbero* Remorum archiepiscopus. Cui *succ*e*ssit Ar*nulphus *archiepiscopus, qui* dedit nobis *plur*imum de suis, *bannum* videlicet istius ville *sub rege* Roberto, *et in Flave*io, et altare *de Colredo* in territorio *Remensi*, et piscatio*nem Cari* fluminis.

997. *Obiit Li*etaldus, *primus abbas* istius loci. *Cui succes*sit domnus *Boso, cuius* temporibus *donante* Deo crevit *monasterium* alodiis et *beneficiis* que dedit.

999. Hoc anno su[1] . . . . . horrea et abi[2] . . . . . Victore sah 1

1001. Obiit Ot*to tercius* imperator. *Cui* Henricus secundus successit.

1003. Carum tem*pus*. Modius frumenti 8 libris em*ebatur*.

1005. Decimo *Kal.* Septembris *sol tene*bratus est.

1006. Hoc anno vis*a est in* celo stella *ardens* tanquam facu*la, que* dicitur com*eta*.

1015. *Bellum apu*d Florinas *inter Gode*fridum et *Heinric*um.

1021. Obiit Arnulfus archiepiscopus.

1023. Obiit Godefridus dux.

1024. Obiit Heinricus imperator.

1025. Translatio sancti Victoris martiris in theca argentea.

1026. Obiit Boso abbas.

1027. Obiit Rotbertus rex *Francie*, et successit Heinricus.

1029. Obiit Christianus.

1031. Obiit Iohannes abbas.

1033. Obiit Oebalus Remor*um archiepiscopus*, et successit Wido.

1037. Bellum apud Bar castrum[3]. 3

1039. II. Kal. Septembris sol contenebratus *est:*

1044. Obiit . . . .

1048. . . . lo . . scensis quartus

Bellum apud Toen *inter* duces Godefridum *et Albertum*, in quo interfecto *Alberto*, Godefridus *victor* extitit.

1049. *Dedicatio* aecclesiae *sancti Re*migii a *papa* Leone.

1054. 1055. Sanctus *archi*praesul Remorum *Wido obiit.*

1058. msus a Ge

1060. *Obiit Henricus rex* Francorum; *successit Philippus filius* eius.

1064. Obsidio Mosomi.

1065. Translatio sancti Arnulfi. [*Manu saeculi decimi tertii adiicitur:* A. d. i. 1065. ind. 3. regnante rege Francorum Phillipo adolescente, anno regni eius 6. pontificante Gervasio Remorum archiepiscopo, anno sui archiepiscopatus 10. domno abbate Bernero ceterisque sancte Mosomagensis ecclesie fratribus cum summa devotione facientibus, presente domno Hugone sancte Romane ecclesie cardinali, per manus eius elevatum est corpus sancti Arnulfi martiris de theca priori, et cum devotis laudibus et hymnis repositum est in aliam sub die 9. Kal. Aug. presente ibi ipso repositionis die plurima utriusque sexus et ordinis multitudine, altissonis vocibus Christi gloriam collaudante.]

1066. Hoc anno visa est in coelo stella ardens tanquam facula.

1067. Obiit Gervasius archiepiscopus et Balduinus comes.

1069. Obiit domnus Bernerus abbas.

1077. Annus glatialis.

1) ecclesia ampliata, altare ab archiepiscopo dedicatum est. 2) cf. a. 1025. 3) quo Odo Campaniae comes cecidit.

1078. Hoc anno prope finem sui, scilicet 5. Kal. Ianuar. circa mediam noctem extitit maxima tempestas venti vehementis, pluviarum et grandinis, choruscationis et tonitrui magni, ita ut ventus Mosomi quatuor propugnacula magna deiecerit, et fastigia multa tectorum abstulerit, et ex residuis nullum pluviam ipsam vel grandinem tenere potuerit; et rursum orto mane eadem et terribilior ipsa nocte tempestas fuit.

1084. Heinricus quartus Romae coronatur.

1086. Bellum atrox apud Satanacum [4].

1087. Obiit abbas Gydoinus.

1089. Annus pluvialis.

1092. Incensio Mosomi et devastatio.

1096. Motio christianorum euntium Ierusalem.

1099. Ierusalem a christianis capitur.

1105. Hoc anno visa est stella in celo ardens tamquam facula, que cometes dicitur, Kal. Frebuar.

1106. Obiit Manasses Remensis archiepiscopus, et Heinricus quartus, et abbas Rodulfus. Obiit Philippus rex. Successit Ludovicus.

1112. Hoc anno 12. Kal. Novemb. Mosomense castrum est undique concrematum, officina aecclesiae lapsa, et ex toto incensa ipsa aecclesia cum incendio funditus corruit.

1117. Terraemotus visum est 3. Non. Ianuar.

1118. Hoc anno vigilia Domini ventus mirabilis. Obiit Hugo . . . . .

1120. Hoc anno domnus papa Kalixtus cum cardinalibus Romanis, et totius Galliae, Angliae, Hispaniae, Scotiaeque archiepiscopis et episcopis, abbatibus et clericis, nec non et principibus Francis, Mosomi venit, habiturus colloquium cum imperatore Henrico quinto cisrenensi; qui et ipse cum magistratibus totius imperii sui ad idem colloquium veniens, apud Beureliacum villam [5] sanctae Mariae cum omni exercitu resedit nono Kal. Novembris.

1122. Obiit Haidericus abbas nonus.

1125. Obiit Rodulfus archiepiscopus *et* Heinricus V. inperator.

1128. Plures soles in celo visi sunt 5. Id. Decembr.

1129. Apud Mosomum ecclesia beatae Mariae benedicitur.

1135. *Obiit* Richardus abbas, *et* Ludovicus rex Francorum; cui successit filius eius *Ludovicus*.

1137. Obiit Lotharius imperator.

1138. Obiit Raynaldus, Remorum archiepiscopus.

1147. Motio secunda christianorum.

1152. Bellum apud Tireium inter Stefanum Metensem episcopum et ducem Matheum, in quo dux victor extitit. Obitus Bernardi abbatis Clarevallensis.

1153. Hoc anno Ascalona civitas a christianis Deo praeside capta est. Eodem anno bellum inter Sansonem archiepiscopum Remensem et Guiscardum comitem de Roceio. Et obitus Eugenii pape.

1161. Obiit Sanson archiepiscopus.

1171. [Obiit sanctus Thomas, Cantuarie archiepiscopus].

1175. Heinricus archiepiscopus, frater Ludovici regis Francorum.

1179. Hoc anno in festo omnium sanctorum coronatus est Philippus rex Francie, filius Ludovici pii regis.

1184. Obiit Henricus abbas.

1187. Hoc anno mense Februario 14. Kal. Martii Formarus Trevirorum archiepiscopus a domno papa Urbano Verone ordinatus et consecratus, habuit concilium in ecclesia beate Marie Mosomi cum clero suo, episcopo videlicet Mettensi Bertranno, abbatibus, decanis, presbiteris, clericis Treverensibus, Mettensibus, Tullensibus, Virdunensibus. Eodem anno idem archiepiscopus ibidem ordinationem fecit, crysma consecravit, sororem comitis Ludovici de Chisne, abbatissam de Givine [7], et eius-

a) *haec saeculo XIII. adiecta sunt.*

4) Stenay. 5) 3000 passibus a Mosomo. 7) Givet?

dem loci moniales benedixit. Terra etiam Iherosolimitana a paganis capta est et depopulata. Rex Iherosolimitanus in captivitatem ductus est et plurimi cum ipso christiani, reliqui fere omnes interfecti. Eodem quoque anno Philippus rex Francorum et Fredericus imperator cum plurimis baronum suorum mense Decembri Mosomi sollempne colloquium habuerunt.

1190. Hoc anno Fredericus imperator cum exercitu suo Iherosolimam petiit.

1192. Hoc anno 7. Kal. Iulii Philippus gloriosus rex Francorum cum plurimis baronum suorum Iherosolimam petiit, 13° anno ex quo coronatus est a domno Willermo Remensi archiepiscopo, avunculo suo.

1202. Obiit Wilermus Remorum archiepiscopus.

1207. Obiit Guido archiepiscopus, suscessit Albericus.

1208. Obiit Philippus rex nondum imperator, dolo interfectus a Palatino comite. Cui successit Otto, comes Pictavie, qui postquam consecratus fuit, mandatis Innocentii pape non optemperans, excommunicatus fuit ab eodem, et depositus ab imperatoria dignitate; et substitutus est in imperio Fredericus, rex Apulie.

1212. Factum est incendium abbatie Mosomensis, et cum eadem abbatia incensa est maxima pars castri Mosomensis, videlicet a molendinis eiusdem ville usque ad pontem.

1216. Celebratum est Rome generale concilium sub Innocente papa, in quo convocatis universis tam abbatibus quam ceteris, ordinatum est de Ierosolimitane terre recuperatione. Ipso anno obiit idem Innocens papa, cui suscessit Honorius. Ipso anno Ludovicus iunior transfretavit in Angliam, et dum regem Iohannem infestaret, obiit idem rex Iohannes, non tamen interemptus.

1218? Obiit Albericus Remorum archiepiscopus; suscessit Guillermus.

1223. Obiit Philipus rex; suscessit filius suus Ludovicus.

1226? Obiit sanctus Franciscus, institutor ordinis fratrum minorum.

1226. Lodovincus rex Francorum ad preces venerabilis Honorii pape, instinctu Romani cardinalis sancti Angeli, apostolice sedis legati, profectus est contra hereticos qui tunc temporis vocabantur Albigenses, cum universis baronibus, archiepiscopis, episcopis sibi comitantibus, et in vigilia pentecostes obsedit civitatem de Avignon, ubi et mortuus est comes de sancto Paulo et multi nobiles. Tandem civitate reddita, rex fosseta iussit impleri, et muros dirui, forciores domos solo coequari. Arma et instrumenta bellica sibi retinuit, cives captivos duxit. Insuper circumiacentem provinciam cum 12 civitatibus subiugavit. Ad ultimum yeme instante reversurus ad propria, in castro quod dicitur Montpancies 7. Idus Octobris obiit. Eadem ebdomada feria quinta obiit Guillilmus Remensis archiepiscopus apud sanctum Florum, et comes Namurcensis, pocione venenifera ut dicitur infecti . Regno Francorum successit Lodovincus filius eius anno prima dominica adventus Domini Remis coronatus ab episcopo Suessionensi. Remensi cathedre successit Henricus filius comitis Brene. Eodem anno Engelbertus Colloniensis archiepiscopus interfectus est; et anno revoluto, eodem die quo interfectus est, idem qui interfecit eum rota fractus est. Eodem anno exiit Ferrantius comes Flandrie de custodia domni Ludovinci regis Francorum, quem Philippus avus eius in bello devicit, et incarceravit.

1227. Nonis Martii resignante Renoldo abbate Mosomagensi in conspectu Henrici Remensis archiepiscopi, in capitulo convocatis fratribus eiusdem capituli, dedit idem Henricus libertatem eligendi. Qui ventilatis hinc inde controversiis, tandem in *id* convenerunt, ut duos eligerent sub iuramento, et ipsi duo quinque utiliores et doctiores ex ipsis iterum eligerent, qui scilicet quinque sacro tacto euangelio de gremio ecclesie, si fieri posset, sin autem, exterius sibi abbatem nominarent. Quod et factum est, et omnes dicto *consilio* iuraverunt stare. Dum vero *electores* diu decertassent, demum pet*ierunt* habere consilium domni Remensis. Quod *interdictum* est eis a communi capitulo, *ne abiret* in consuetudinem. Et *abbas tunc* electus *est* in capitulo *domnus Andreas*, et confirm*atus est* ab ar*chiepiscopo*.

1229. Fredericus imperator Romanorum in Ierusale coronatus est, licet a domno papa

Gregorio excommunicatus esset, treugis hinc et inde datis per decennium. Eodem anno tanta fuit inundatio aquarum et pluviarum, quod rivuli fluentes pre nimio
8 impetu fecerunt cauuas[8] in terris ad modum speluncarum. Unde apud Hoium castrum parietes 125 domorum a fluvio ibidem manante merse, et amplius. Eodem anno obiit Henricus comes de Grandiprato.

1230. Factum est bellum inter Henricum comitem Barri et ducem Lothoringie Matheum nepotem eius. Eodem anno insurrexerunt barones Francie adversus regem Ludovicum ob odium comitis Campanie; et non erant auxiliatores regis nisi quatuor principes, scilicet comes Flandrie et comes Sezanie, comes Blesensis et dux Lothoringie. Eodem anno comes . . . . . *guerram* fecit adversus comitem de Marchia. Et convocati sunt abbates nigri ordinis . . . . . *Lug*dunum mandatum domni pape audituri.

12 . . . . . ante . . . . . 5. ante sanctum pasqua . . . . . .

9 . . . . Heinricus comes Barriducis[9] terram Campanie tam igne . . . . . .

. . . . de Vesioloco, in quo ecclesiam sacrosanctam contaminavit, vasa . .

. . . . . subripuit, deinde se transferens cum exercitu ad

. . . . . eas destruxit Sec . . yanno in vigilia beati. . . .

1245. feria quinta post festum beati Petri ad Vincula domnus Egidius miles et dominus de Hyerges personaliter ad ecclesiam istam scilicet Mosomensem accessit, et in presencia totius conventus recognovit se esse hominem ecclesie Mosomensis, et fecisse hominium suum in manibus domni Hugonis tunc temporis abbatis Mosomensis, et tenere se in feudum ab ecclesia predicta homines beate Marie de castellania Mosomensi, transeuntes ultra Mosam et Carum flumina versus Sedene quam diu ibi manent, et versus Bullon, et advocariam de Bieure.

1248. in octaba beati Martini iuxta vilarem Sarnoit convenerunt in simul burienses de Mosomo et burgenses de Bullone, ita quod illi de Bullone devicti fuerunt in conflitu facto inter ipsos, et fere 44 vel circiter interfecti et quamplurimi capti et adducti. Anno vero revoluto in decollatione beati Iohannis obsedit episcopus Leodiensis castrum Mosomum cum magno exercitu, et ibidem per spatium diei fecit moram, et terram in circuitu et villas incendio devastavit, et tamen in fine fugiit cum exercitu suo pre timore, et multi fugiendo in flumine Chari sunt sumersi. Item anno Domini

1259. circa festum sancte crucis in Maio voluit domnus Thomas Remensis archiepiscopus facere fieri firmitatem circa villam suam de Douzi, et muros circa dictam
10 villam inalzari[10] fecit; quo scito a Leodiensi episcopo, illud contradixit; tandem pax fuit inter ipsos de bonorum consilio reformata, ita quod quicquid habebant ipsi ultra ripam Cari, fecerunt commune, et debebant medio participare. Item eodem anno appellaverunt monachi de Mosomo contra Gerardum abbatem suum, et die Iovis ante festum beati Iohannis reddidit baculum pastorale in manus Thome archiepiscopi. Item et hoc tam . . . et postea eodem anno electus est *domnus* Werricus in ecclesia Mosomensi abbas sancti *Arnulfi*.

1267. regnante Ludovico rege Francorum serenissimo, subegit sibi Karolus frater eius comes Andegavie regnum Cicilie, Menfredo, qui dictum regnum sibi vendicare nitebatur, in belli conflictu interfecto. Anno autem sequenti

1268. Conraldus, qui se pro herede dicti regni gerebat, captus est *in* bello, et detentus ab eodem Karolo cum multis baronibus sibi adherentibus; quos idem Karolus *una* cum Conraldo turpiter perimi iussit et destrui.

1289. feria sexta ante Letare Iherusalem domnus Gerardus miles, dominus de Iasce, ad ecclesiam istam Mosomensem personaliter accessit, et in presentia totius conventus recognovit se esse hominem ecclesie beate Marie Mosomensis, et fecit hominium suum in manibus domni Bertramni abbatis tunc temporis Mosomensis, et recognovit se tenere in feodum ab ecclesia Mosomensi predicta villas de Scedens et de Balam, item homines beate Marie Mosomensis transeuntes ultra Mosam et Carum flumina versus Scedens et versus Bullon quam diu ibi manent,

8) caveas? 9) Bar le Duc. 10) *i. e.* extolli.

et advocatiam de Bieure; et iuravit predictus miles coram altari predicte ecclesie supra sancta ewangelia, se servaturum et deffensurum iura et omnia membra totius ecclesie supradicte. Ad hec autem presentes fuerunt fratres Iohannes dictus Martias, Radulphus de ordine minorum de conventu Vindenonensi, domnus Salubricus de Buellon miles, Alardus filius domni Hugonis militis, Hermannus viscedomnus . . . Angoberinus castellanus, Richardinus de Villare, Iohannes de Lembus, Guillielmus, Iohannes dictus monachus de Nenens.

1294. in die inventionis sancte crucis fecit Henricus comes Barriducis festum de adventu domne Alienor, filie domni Osovaldi[11] regis Anglie, uxoris sue, cum magno exercitu comitatuque in honore regni Francie Anglieque et aliorum regionum; in quibus mortuus fuit Henricus dux Bracbantie in hastilidio facto apud Barrum. 11

1298. die dominica post festum beati Vincencii domnus Gerardus miles dictus de Iasce ad ecclesiam istam Mosomensem personaliter accessit, et in presencia tocius conventus recognovit, se esse hominem ecclesie beate Marie Mosomensis; et fecit hominium suum in manibus domni Bertranni abbatis tunc temporis Mosomensis, et recognovit se tenere in feodum ab ecclesia Mosomensi predicta villas *etc.*

1299. die festo cathedre sancti Petri tempore fratris Bertranni Dei pacientis, tunc abbatis monasterii beate Marie Mosomensis, presentibus Iohanne castellano de Mosomo, Iohanne de Lonbu . . armigero, Hainrico de Vlly preposito Mo omensi, maiore ac scabinis ville Mosomensis et quam pluribus aliis, Adam de Sessia, filius quondam Hainrici de Lainmont armigeri, ad presentem nostram ecclesiam Mosomensem personaliter accessit, et in presencia abbatis et tocius conventus ecclesie Mosomensis recognovit, se esse hominem ligium ecclesie predicte de omnibus possessionibus suis, quas dictus Adam tenebat et tenere poterat in villa banno seu territorio de Sessia, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, et iuravit iamdictus Adam coram altari ecclesie Mosomensis predicte, se deffensurum iura dicte ecclesie tam in apice quam in membris.

1305. Obiit domnus Wernerus de Bazeles, abbas huius loci 22do; cui sucesit Petrus de Fimeis.

1329. Factum est bellum inter gentes regis Boemie et gentes comitis Barrensis ante Floramville, et multi fuerunt mortui et capti; et ex parte comitis Barrensis fuerunt mortui domnus Alexander de Baiselles et domnus Ourricus de Landres milites, et fuerunt capti domnus Habrehamis de Breu et domnus Richerus de Afflantia; et ibi fuerunt multi nobiles occisi et capti. Eodem anno captus fuit Iohannes de Asperomonte a domina de Fortepassu, et fuit castellum captum a parentibus predicti Iohannis.

1332. Resinavit baculum pastorale Petrus de Fimeiis in manibus domni Guillermi archiepiscopi; cui sussesit Lanbertus de Espergnemalle, et benedixit eum Guillermus archiepiscopus in ecclesia beate Marie Mosomensis in die sancte epifanie. Eodem anno facta est litis inter regem Bohemie et ducem Brabancie. Eodem anno accepit domnus Conrardus de Seclede villam de Rode sub duce Brabancie.

1335. Fuit crudelis ventus in multis locis, et fecit multa mala maxime in ecclesiis, scilicet in ecclesia beate Marie de Letanne. Eodem anno defunctus est in Prucia Iohannes comes Namurcensis et nobilissimus, homo potens in armis; cui sussescit Guido frater eius. Ipso anno accepit rex de Norwegue et de Suesse sororem eorum in matrimonio.

1336. Obiit Audowardus comes Barrensis, vir fortissimus et potens in armis, et defunctus est in reditu Sancte Terre; cui sussescit Hanricus filius eius. Eodem anno facta est litis inter ducem Bourgondie et multi nobiles contra eum. Ipso anno devicit episcopus Metencis domnum Iohannem de Rodemac in bello, et fuerunt multi nobiles mortui et capti ex parte domni Iohannis.

1362. Fuerunt multi nobiles in Mosomensi castro, scilicet imperator Romanorum, dux Normandie et dalfinus *Karolus* filius regis Francorum, Iohannes de Cron archiepiscopus Remensis, dux de Bauuic et comes de Scamp, comes Salubenen et multi alii nobiles, et habuerunt ibi magnum conloquium; et recesserunt die *sancte* epiphanie.

1368. feria tertia ante ramos Palmarum mense Marcii serenissimus princeps Robertus

11) Eduardi.

dux Bair iniit bellum contra cives Metenses, et diu invicem certaverunt; tandem vero predictus domnus dux Robertus captus fuit a dictis civibus, et in civitatem Metensem captivitatis deductus cum multis suis militibus armatis, et diu in prisionem detentus.

1371. ind. 11. pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domni Gregorii pape undecimi, videlicet feria sexta octabas festi assumpcionis beate Marie virginis, factum fuit bellum in loco qui dicitur Entre Iulet et Tirlemont, inter gentes dux Brabacensis et gentes dux de Iulet, et dux de Guelles, et ibi fuerunt multi capti et mortui. Et ex parte dux Brabacensis fuerunt mortui domnus comes de sancto Paulo, domnus Alardus de Viliari, domnus Ludovicus de Villammont, et multi alii usque ad summam septem centos vel circiter, tam milites quam armigeres. Et fuerunt capti domnus dux Brabacensis, et secum usque ad summam octodecim centos personas de gentibus suis. Et ibi fuit mortuus dux Guellie.

1152. Postea Theobaldus artifex bonus incepit turres ecclesie virginis piissime, ipsa preordinante[a].

a) vox *obscura*

ANNALES SANCTI GERMANI PARISIENSIS.

Abbatiae in suburbio Parisiensi a Childeberto I. rege fundatae annales debemus codici in bibliotheca regia Parisiensi inter libros Sancti Germani a Pratis numero 434, *olim* 547, *signato, membranaceo saec. XI. Continet is cyclos paschales inde ab incarnatione Christi usque ad a.* 1063; *quorum in margine annotationes manu saeculi XI. exeuntis adiectas, animadvertit atque exscriptas nobiscum communicavit V. Cl. Guerard. Scripturae specimen Mabillonius in Arte diplomatica p.* 368. *edidit. Computatio temporis usque ad octavum nonumque saeculum fallit.*

ANNI DOMINI

466. Obiit Childericus, cui successit filius eius Chlodoveus, primus rex Francorum christianus.

500. Obiit Chlodoveus, cui successerunt tres filii eius, scilicet Clotharius, Childebertus, Clodomerus. Childebertus ecclesiam in suburbio Parisius in honore sancti Vincentii edificavit, ubi beatus Germanus corpore quiescit. Temporibus horum vero regum Authurius primus abba coenobii sancti Germani.

535. Obiit Childebertus rex piissimus et Clotharius solus monarchiam optinuit principatus.

546. Droctoveus abba.

550. Obiit Clotharius rex, cui successit filius eius Chilpericus, tribus fratribus eius, videlicet Aritberto, Sigiberto, Childeberto, partes regni sortitis.

551. Transitus sancti Germani Parisiacensium antistitis.

553. Scubilio abba.

560. Obiit Chilpericus rex; cui successit filius eius Clotharius.

565. Desiderius abba.

568. Hoc anno invaserunt Langobardi primitus Italiam. In hoc etiam anno mortuus est Clotharius filius Clodovei; successeruntque filii eius in regnum, primus Aribertus apud Parisium, secundus Guntrannus Aurelianis, tertius Chylpericus Suessionis, in loco patris, quartus Sigibertus apud Mettis.

577. Obiit Tiberius; regnat Mauricius. Childebertus his diebus Hispanos fortiter debellavit ob interfectionem Herminigildi, cui in coniugium Ingundem sororem suam dedit.

598. Obiit Clotharius rex; cui successit filius eius Dagobertus.

599. Gauscio abba

604. Germanus abba.

630. Obiit Dagobertus rex; cui succedit filius eius Clodoveus; cuius tempore Sigofredus abba.

651. Adventus sancti Benedicti in Galliam.

656. Sigo abba.

661. Obiit Clodoveus rex; cui successit filius eius Theodericus.

665. Babô abba.

671. Childerannus abba.

679. Hunfridus abba.

688. Pippinus, Auster maior domus regiae, principatum Francorum suscepit.

691. Obiit Theodericus rex, cui successit filius eius Childebertus tertius. Cuius tempore Guaudremarus abba; cui successit Tedelmarus abba.

711. Obiit Childebertus iunior, rex Francorum.

712. Obiit Pippinus senior; et filius eius, qui dicitur Karolus Martellus, principatum usurpavit.

715. Obiit Dagobertus rex iunior 14. Kalendas Febr. qui regnavit in Francia annis 5. Secundo anno post mortem eius pugnavit primum Karolus Martellus contra Ratbodum ad Coloniam, regnante Theoderico filio suprascripti Dagoberti iunioris. Cuius Karoli tempore Lanfredus abba.

741. Obiit Karolus Martellus; cui succedit Pippinus filius eius, adhuc vivente Lanfredo abbate.

750. Hic deficit progenies Chlodovei regis. Hoc anno unguitur Pipinus in regem a Stephano papa. Sequenti etiam anno corpus beati Germani translatum est in maiorem ecclesiam a porticu oratorii sancti Symphoriani, ubi ducentis annis iacuerat humatum et eo amplius.

765. Obiit Lanfredus abba; cui successit Wicadus abba.

768. Obiit Pippinus rex; cui successit Karolus imperator qui Magnus vocatus est; cuius tempore Rotbertus abbas.

812. Iam erat Hirmino abbas.

817. Obiit Karolus magnus imperator; cui successit Hludovicus Pius imperator; cuius temporibus Heimo abbas.

826. Hilduinus senior abba.

840. Obiit Hludovicus Pius imperator, cui successit Karolus Calvus, tribus fratribus eius plurimam partem regni sibi vindicantibus.

849. Ebroinus episcopus et abba.

859. Hilduinus abbas secundus.

872. Gozlinus abbas.

877. Obiit Karolus Calvus imperator; cui successit filius eius Hludovicus.

879. Obiit Hludovicus filius Karoli Calvi, qui nihil fecit, relinquens filium parvulum Karolum nomine in custodia Odonis principis.

881. Ebolus abba.

888. Odo rex unguitur, fratre eius Rotberto existente comite Parisiensi.

890. Hucboldus abba.

898. Obiit Odo rex; Karolusque iuvenis regnum recepit.

915. Rotbertus comes et abba. Gozmarus decanus.

921. Rotbertus princeps, frater Odonis regis, contra Karolum rebell*avit*, unctusque est in regem. Cuius primo anno Hugo, qui Magnus dictus est, dux Francorum et abbas efficitur.

923. Obiit Rotbertus rex. Remigius decanus.

931. Rodulfus in regem unctus est, annuente Karolo et principibus Francorum, cum Hugone duce et abbate.
934. Gotbertus decanus.
938. Abbo decanus.
940. Odo decanus.
942. Obiit Rodulfus rex, et Hludovicus filius Karoli regnum recepit, Hugone duce et abbate, et Herrico decano coenobii sancti Germani.
950. Rotherius decanus.
954. Obiit Hludovicus rex filius Karoli Simplicis; cui successit Lotharius filius eius, Hugone duce et abbate, Huberto decano.
958. Obiit Hugo Magnus; cui successit Hugo pater Rotberti regis.
962. Albericus decanus.
979. Gualo abba.
981. Obiit Hlotharius rex senex; cui successit Hludovicus filius eius.
987. Obiit Hludovicus rex; cui successit filius eius Karolus, quem traditione Ascelini episcopi Lauduni, Hugo Capetus[a] in carcere trusit, et se cum filio suo Rotberto regem inungere fecit.
990. Albericus abba.
997. Obiit Hugo rex, pater Rotberti regis.
999. Traditio castri Miliduni.
1002. Obiit Henricus dux Burgundionum.
1014. Obiit Morardus abba.
1015. Hoc anno capta est civitas Senonum a gloriosissimo rege Rotberto, regnante anno 29.
1017. Obiit Rainoldus episcopus[1].
1025. Obiit Hugo, Rotberti filius regis.
1030. Obiit Willelmus abba.
1031. Obiit Rotbertus rex Francorum.
1056. Hoc anno, feria 4ª, ante pascha fuit eclypsis lunae, et mediante Augusto mense vespere apparuit cometes fulgurans contra aquilonem; post, circa Kal. Octobris obiit Hanricus imperator.
1059. Hoc anno unctus est in regem Philippus.
1060. Obiit Henricus rex Francorum.
1061. Fungitur Adraldus pater hic vita memorandus.

a) captū *cod.* 1) Parisiensis.

EX ANNALIBUS S. ALBINI ANDEGAVENSIS.

Notitias paucas anno 929. *incipientes ex codice regio Parisiensi Nro.* 2825. *membr. saec. X. exscripsi; reliqua videsis apud Labbeum Bibl. I.* 275.

976. Praelium inter Karolum, fratrem Hlotharii, et Holotharienses. Ottho imperator Parisius venit cum ingenti exercitu.
1032. Gaufridus Martellus Agnetem duxit incesto coniugio.
1043. Hainricus imperator filiam Agnetis duxit uxorem.
1053. Leo Normannos Apuleiam per tirannidem tenentes bello aggressus est.
1095. Urbanus papa venit in Gallias et ecclesiam sancti Nicolai dedicavit 4. Id. Febr.
1096. Iter Ierosolimitanum incipit.
1099. Anno milleno centesimo minus unus.
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.
In fine mensis Iulii Urbanus papa obiit, 4. Kal. Aug.

ANNALES MASCIACENSES.

Editos pridem a Labbeo in Nova Bibl. Mss. T. II. p. 732, ex codice autographo, olim monasterii Masciacensis, qui hodie in bibliotheca universitatis Gebennensis numero 50 signatus adservatur, aestate praeterita iterum exscripsi emendatioresque iam sisto. Scripti sunt ad marginem cyclorum a. 532—1063 in codice Bedae de ratione temporum membr. saec. IX. ineuntis, et annis quidem 732—824 eadem manu, inde ab a. 832 diversis manibus per aetates sibi succedentibus. Idem codex fol. 2—5. annales Petavianos manu saec. IX. ineuntis exaratos exhibet; quos cum nonnisi paucis ab editione nostra T. I. p. 7., cui textum Labbeanum (N. Bibl. II. 733.) littera C. signatum adhibueram, discedere viderem, hic quaecumque alicuius momenti sunt subiicienda censui.

ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS

732. Karolus contra Sarracenos pugnavit Pictavis.
738. Inicium monasterii Masciacensi[1], ab Egone comite. 1
761. Alvernus incensa.
763. Biturice capte.
766. Lemovicas capte.
768. Pippinus mortuus, Karoli[a] pater.
778. Ludovicus nascitur.
813. Karolus moritur.
814. Adventus monachorum in Masciaco.
817. Abbo abbas nascitur.
824. Karolus ex Iudit nascitur.
832.[b] Ludovicus regno privatur et carcere truditur; et praelium fit cum Lanberto et Oddone.
840. Ludovicus imperator obiit 12. Kal. Iul.
841.[c] Eclypsis solis.
842. Fraternum bellum fit in Fontaneto.
843.[d] Bellum in Flaminiaco.
847. Abbo abbas[2] ordinatur. 2
849. Sarraceni baselicam sancti Petri et Pauli devastant.
854. *Tu*ronis[e] a Normannis crematur.
865. Stephanus a Marcomannis occiditur; et Arvernis[f] incenditur.
866. Abbo abbas moritur; et Aurelianis[g] crematur.
867.[h] Abbas Wandalmerus ordinatur; et[i] Biturix eodem anno a paganis vastatur et incenditur.
873. Marcomanni in Masciaco *venerunt*[k].
910. Madalbertus, Bituricensis episcopus, a paganis occiditur.
916. Bituricas incenditur.
918. Adaltrudis moritur.
919. Hoc anno urbs Biturix a Guilelmo nepote fraude intercepta, a suis potenter recipitur concivibus. Guilelmus, famosus dux Aquitanorum, efflavit; et coniunx eius Ingelberga finem vivendi fecit.

a) K. p. *alia manu.* b) *hinc inde eiusdem aevi notae incipiunt, diversis manibus scriptae.* c) *aut* 849. d) *prius anno* 845 *adscripta.* e) *ita Labbeus; tu haud legitur.* f) *arurs codex.* g) *aurl codex; supra lineam legitur:* G B A D h M P h) *hinc alia manus.* i) et — i. *alia manus.* k) *vox dubia.*

1) Massai in agro Bituricensi. 2) Masciacensis.

922. Hoc anno rebellavit Rotbertus contra Karolum regem, seniorem suum, et unctus est super eum rex.
927. Obiit Berno abbas. Et Guilelmus, dux Aquitanorum, hominem exivit.
935. Odo abbas ordinatur.
948. Sic obiit Geruncus, archipraesul Biturigensis. Ipso anno domnus Launo[3] in praefata sede nobiliter ordinatur.
949. Rod̄ f[a]
953. Nevernis hoc anno capitur et incenditur.
954. Lodovicus, rex Francorum, moritur; et Lotharius, filius eius maior, in regno eligitur.
955. Launus, archiepiscopus Biturigensium, hominem exuit.
959. Bellatores Francorum hoc anno monasterio Masciaco latenter voluerunt rapere, eumque de nocte exturbaverunt.
967. 8. Idus Iunii sic obiit Odo abbas bone memoriae, et Ardincus monachus Nonis Septembris.
969. Ugo in praefata sede Biturigensium ordinatur archiepiscopus.
978. Adelardus abbas ordinatur.
985. 4. Kal. Febr. obiit Lotharius rex.
999. Castrum Masciacensi hoc anno destruitur. Abbas Adelardus moritur.
1001. Famis valida. Sunt anni ab origine mundi 6201[b].
1002. Ingo abba ordinatur in Masciaco monasterio.
1013. Dacbertus archiepiscopus obiit; hoc et Stephanus episcopus Adlegardem marterteram suam latenter interficitur, et Rod moritur.

a) Rodulfus? b) VICCI c.

3) Masciacensis.

AD ANNALES PETAVIANOS. MON. T. I. p. 9—18.

Anno 726. legitur in codice Masciacensi: quem idem (*loco* Karolus) dux.

746. Carolomannus intravit Alamanniam; ubi fertur quod multa hominum milia ceciderit. Unde compunctus, regnum reliquid, et monasterium in castro Cassino situm adiit. Petiit autem abbatem loci illius ac fratres, ut, quod vilius excogitare possent, officium ei iniungerent. At illi anserum custodiam mandaverunt ei. Quas cum pasceret, contigit, ut lupus ex inproviso veniens, unam earum raperet. Quod ille cernens et eripere non valens, cum gemitu conversus ad Dominum dixit: *Ecce Domine, cui regnum commiseras! Quomodo*[a] *enim innumeros populos ac regiones provido moderamine regerem, qui paucas anseres servare nequivi?* Cumque amarissime fleret, reumque se creditae substantiae torporis ignavia resoluta fateretur, cogente Deo qui eius compassus est lacrimis, lupus rediit, anserem sanam deposuit, frustratus dilectae praedae usu, avidis faucibus invitus abscessit.
778. *l.* 3. 4. nec non et Gerunda *aeque in hoc ac in reliquis codicibus habetur.*
788. *l.* 1. placitus Anglisha*imo legitur.*
790. *l.* 3. Audegarius episcopus *vocatur.*

Anno 756. anno 5. regnante Pipino rege, obiit Wicterbus episcopus et abba sancti Martini. Fuit autem Baugoarius, genere Heilolvingus; senex et plus quam octogenarius usque ad id tempus licebat[b] et propria manu scribens libros.

Obiit Alchuinus 14. Kalendas Iunii, feria 1. pentecostes, inlucescente die, luna 6, anno incarnationis Domini 804, indicione 12, anno 36. regnante domno Carolo, accidit ei paralisis 8. Idus Maii, feria 5. ad vesperum post solis occasum, luna 25[c].

a) quando *codex.* b) *ita codex; fortasse* legebat *scribendum.* c) *in pagina sequenti numeri annorum* 805—834 *et in altera a.* 835—864 *absque annotationibus habentur.*

ANNALES AUSCIENSES.

Habentur in codice bibliothecae Carpentoratensis Nro 279 in 8vo sec. IX., ubi in margine cyclorum repertos, Cl. Waitzius exscripsit[a]. Adnotationes usque ad a. 844 manu saec. IX. exaratae sunt.

687. Pippinus primus regnum caepit.
716. Karolus, filius Pippini, regnum caepit.
741. Karolus defunctus est; Karoloman[a] et Pippinus regnum caeperunt.
746. Karlomannus Romam perrexit.
768. Pippinus rex obiit 8. Kal. Oct. Karlus et Carloman, filii eius, regnum ceperunt. Karlomannus obiit 2. Non. Octob.
772. Adrianus[b] suscepit Kalendis Februarii.
796. Adrianus papa defunctus est 8. Kalendas Ianuarii.
801 (800). Domnus Karolus imperator factus est.
814 (813). Domnus Karolus imperator obiit. Hludowicus, filius eius, in imperium successit.
815. Leo papa obiit 8. Kal. Iun. Stephanus successit. [A termino quo Longobardi invaserunt Italiam usque ad hunc sunt anni 216**].
817. Stefanus papa obiit 8. Kal. Febr. Pascalis succedit.
824. Pascalis papa obiit. Eugenius succedit.
827. Eugenius papa obiit. Valentinus succedit mens. 1.; quo defuncto, Gregorius.
840. Hludowicus imperator decessit.
844. Gregorius papa obiit. Sergius succedit.
1051.[c] Willelmus comes obiit 8. Kal. Novemb.
1066. Obiit Austindus archiepiscopus.
Anno[d] 1066. incarnationis domini nostri Ihesu Christi obiit sancte memorie domnus Austindus Ausciorum archiepiscopus anno 11° ordinationis sue. Post cuius discessum ad erigendum diu dirute aecclesie statum frater Guillelmus expetitur a populo et eligitur a clero, faventibus conprovincialibus episcopis et comitibus necnon et coeteris principibus Wasconie provincie, ut sit verus servus patris familias et fidelis dispensator in domo Dei; valeat, vigeat, laudaetur, ametur. Amen.
1075. Dedicatio beati Orientii aecclesiae.
1096. Obiit domnus Willelmus archiepiscopus.
1103. Obiit Aimericus comes egregius.
1109.[e] Depositio domni Hugonis abbatis.
1127. Depositio domni Ponzii abbatis.

a) *manus saeculi XI. haec adiecit:* 342. Obiit beatus Nicholaus archiepiscopus. 356. Ordinatio beatissimi O. archiepiscopi confessoris. 364. Obiit beatus Orrentius (Orientius?) 397. Obiit beatus Oriencius archiepiscopus. 418. Ordinatio beati Martini. 444. Obiit Martinus episcopus. 556. Perpetuus archiepiscopus noster, qui fundavit aecclesiam sancti Martini. *) *ita corr.* Karloman *cod.* b) pontifex *manu 2.* **) *haec manu seriori.* c) *hinc inde manu saec. XI.* d) *haec notitia in fine fol. 59*. *legitur.* e) *hinc manu alia.*

ANNALES CASINATES.

Adnotationes in margine cyclorum Bedae saeculo X. et XI. exaratas Gattula in Accessionibus ad hist. Cassinensem T. II. p. 838. *pri-*

mus edidit; easque ex codice ipso iam in tabulario Casinensi sub Numero 3. adservato correctas iterum sistimus.

914. Hoc anno dispersi sunt Saracini de tota Italia, cuius habitatio fuit in Gareliano.

926. Hoc anno defunctus est domnus Radechis abbas.

931. In hoc anno renovatus est altare beati Benedicti ab Eodelperto preposito, et dedicatus ab episcopo de Parma nomine Sigefredus.

934. Hoc anno defunctus est Iohannes abbas 2. Kal. Aprilis feria 2., et in ipso anno apparuerunt signa in coelo de stellis, quod videbatur hominibus aliae cadere, aliae fulgere sicut faculae, 14. die intrante mense Octuber, luna 2.

938. ind. 12, 13. die stante mense Iulio, feria 6. luna 29. obscuratus est sol ab hora tertia usque pene ora 5. Aspiciebamus nos solem, non habebat ullam fortitudinem, nec ad splendorem, nec ad calorem; videbamus vero coelum, et mutatum erat color illius, tamquam libidus; et alii dixerunt, ut viderent solem tamquam dimidium*.

969. Hoc anno sol obscuratus est, et magnus Otto Calabria ingressus est, et accepit coniugem filio suo Ottoni neptem Iohanni Constantinopolitani imperatori qui cognominatus est Cimiski.

986. Hoc anno defunctus est domnus Aligernus venerabilis abbas, id est indictione 14. et Manso in loco eius constitutus[a] est abbate, nobis invitis, hab[b] Aloara principissa cum filio suo, adhuc puer princeps.

992. Hoc anno Landenolfus princeps Capuanus a suis crudeliter interfectus est, et Laydolfus germanus eius princeps constituerunt.

996. Hoc anno Manso abbas a Capuanitis lumine privatus est, et Iohannes abbas de Cappelle hic constituerunt, qui praefuit anno uno, post quem constitutus[c] est domnus Iohannes Beneventanus abbas.

1001. Hoc anno Otto III. imperator obiit in oppido Sutro, cuius corpus stransmonte[d] portatum est, et in Aquisgrani palatio humatum est; atque in loco eius Enricus rex est constitutus a suis, qui erat filius patrui sui.

1005. Hoc anno hunc montem a vi terramotus per quindecim dies et etiam amplius ita exagitatus est, ut hanc ecclesiam in quibusdam locis scinderet, et omnes hunc montem subrui extimaremus.

1007. Hoc anno defunctus est Landolfus princeps Capuanae civitatis, qui habuit in principatu annos novem.

1010. Hoc anno domnus abbas Iohannes defunctus est, cui quorundam malignorum instinctu, Beneventanus quidam diaconus canonicus Iohannes nomine, suus nepos, indigne successit, sed tunc temporis a Beneventanorum et Capuanorum piissimo principe domno Paldulfo, cum utriusque civitatis archiepiscopis, domno Paldulfo et domno Alfano, cuncto quoque clero et universo populo catholico seu tota congregatione sanctissimi Benedicti, turpiter est expulsus, eo quod sine electione iam dictae congregationis contra regulam ordinatus, atque neophitus[1] ab omnibus supradictis gradibus est iudicatus. Hinc universorum votis ac desiderio, et totius congregationis canonica electione ac prece cunctorum, prefati principis filius domnus Atenolfus voluntate abbas est ordinatus.

1042. Hoc anno 5. Idus Ianuarii obscurata est luna per horas quinque, cum esset tertia decima, et facta est tota sanguinea, et cum iam inciperet quasi aurora, rediit lumen illius ex illa parte, unde cepit obscurare, quasi esset vigesima octava, et sic obiit, et non videbatur nubes in celum.

*) dimium *c.* a) constitus *c.* b) *i. e.* ab. c) constitus *c.* d) *i. e.* trans montes.

1) i. e. sacrorum ordinum expers.

ANNALES BENEVENTANI.

Annales in monasterio sanctae Sophiae Beneventi conscripti in tribus codicibus habentur. 1) *Praefixi sunt codici Vaticano, qui olim cardinalis Sirleti fuerat, psalterium, sacramentarium, antiphonarium, rituale ac hymnarium continenti, et a Nicolao Aloisia in Muratorii Antiqq. T. I. in lucem editi.* 2) *Anno* 1724 *Beneventi in capsa stannea muro domus Ioannis de Nicastro archidiaconi Beneventani inclusa repertus est codex, in quo una cum litaniis sanctorum, actis S. Barbati episcopi, Sycundini, septem fratrum et S. Vitaliani annales iidem sed paulo ampliores legebantur, quos Pratillus T. IV. p.* 360 *sqq. prioribus coniunctos edidit.* 3) *Ultimo demum loco Stephanus Borgia in appendice historiae dominii temporalis Romanae ecclesiae in regno Siciliae annales registro sanctae Sophiae Beneventanae in codice Vaticano Nro.* 4939 *praefixos evulgavit, qui a nativitate Christi usque ad a.* 1119 *aliaque manu usque ad a.* 1128 *producti sunt, quorum tamen partem priorem, nomina scilicet imperatorum Romanorum regumque Langobardorum, recidendam duximus. Quos omnes propter utilitatem quam in cognoscendis Germanorum in inferiori Italia rebus conferre possunt, hic repetimus**.

Codd. 1 *et* 2.

ANNI DOMINI

788. mense Augusti 7. Kal. Septembris obiit Arechis, princeps et dux Samnitum atque fundator sanctae Sophiae.

787. *Obiit Roinoaldus, filius Arechi, in pridie Kal. Augusti, et post mensem eius pater Arichis extinctus est, qui fuit dux Langobardorum et nostri monasterii fundator.*

788. *Aio, filius eius.*

790. *Rodualdus et Grimualdus fratres; hic factus est rex Langobardorum*[a].

806. Obiit Grimoaldus princeps, successor domni Arechis[b]; et electus est Grimoaldus thesaurarius princeps in Benevento.

818. Electus est Sico princeps in Benevento, de quo fama fuit venenasse Grimoaldum principem.

830. *Syco princeps in Neapolites.*

832[c]. Obiit Sico princeps, et[d] electus est Sycardus, filius eius, in[e] Benevento.

838. Translatum est corpus sancti Bartholomaei in Benevento.

Codex 3.

ANNI DOMINI

759. Domnus Arichis dux et primus princeps constituitur in Benevento, sedit ann. 30; *qui ad finem optimum et edificandi et dedicandi monasterium perduxit*[a].

788. Obiit domnus Arichis; vixit annis 53. Grimoaldus, filius eius, constituitur.

805. Obitus Grimualdi principis; et Grimoaldus Falco thesaurarius constituitur an. 12. m. 2. regnante imperatore Leone.

818. Obiit Grimoaldus princeps; et constituitur Sico a. 15. m. 2.

831. Ursus eligitur a. 8. m. 7.

Obiit Sico, et Sicardus filius eius constituitur a. 6. m. 10.

838. Corpus sancti Bartholomei translatur de insula Lipari in Salernum 5. Kal. Magi, deinde in Beneventum 8. Kal. Novembris.

*) *Lectio codicis* 2. *quaeque codex* 3. *manu recentiori saeculi XII. exhibet, littera obliqua exprimuntur.*
Codd. 1. et 2. a) *lege* dux Beneventanorum. b) Rodualdi 2. c) DCCCXXXI. 1; *vere a.* 833 *obiit.* d) *haec anno* 832 *adscribuntur in* 1. 2. e) i. b. *desunt* 2. = Cod. 3. a) *Eadem sec. XII. manus anno* 737 *adscripserat:* Gisolfus principatur, qui a fundamentis cenobium sancte Sophie incepit sed preventus morte imperfectum reliquit.

839. Occisus est Sycardus princeps, et electus est Radelchis; et eodem anno dedicatum est oratorium sancti Bartholomaei.

849. Obiit Radelchis princeps, et electus est Radelgarius, filius eius.

854. Obiit Radelgar s princeps, et Adelgis frater eius electus est, filius Radelgarii principis. *Obiit Madelmus abbas.*

861. *Incensum est Ausculum a Saracenis.*

866. Venit Ludowicus rex, et pugnatum cum Sotane rege Ismaelitarum, et vicit eum.

871[a]. Comprehensum est Varum[b. l] ab imperatore *Lugdovico*.

871[c]. Comprehensus est a Beneventanis Ludowicus rex.

875. Graeci ingressi sunt Varum.

878. Electus est princeps Gayderis, filius Radelchis, et occisus est Adelchis princeps, frater eius.

881. Eiectus est de Benevento Gayderis princeps mense Ianuario, et electus est Radelchis iunior.

885. Radelchis iunior expulsus est de Benevento, et electus est Aio[d] princeps.

888. Perditio fuit facta in Varo per Graecos.

891. Obiit Aio[d] princeps mense Octobris, et electus est Ursus puer, filius eius.

892. Intravit Sybbaticius stratigo cum Graecis in Benevento mense Octobris, et in Sipontum de mense Iunii.

893. *Graeci a Salernitis debellati per Weimari principem.*

895. Expulsi sunt Graeci de Benevento per Guidonem marchionem.

898. Radelchis princeps iunior recuperatus in principem.

899. Hungari in Italiam venerunt. *Et Atenolfus in Benevento ingressus, pulso Radelchi.*

900. Beneventani eiecerunt Radelchim principem de principatu, et electus est Atenolfus, cognatus eius, a Capua. *Coronatur in Kalendis Decembr. indict. 3. Atenolfus de Capua.*

839. Obiit Sicardus princeps, et Radelchis constituitur a. 11. m. 10. Oratorium sancti Bartholomei dedicatur.

840. Aio episcopus a. 47.

849. Obiit Radelchis, et constituitur Radelgarius, filius eius, a. 4. m. 2.

854. Obiit Radelgarius, et constituitur Adelgis, germanus frater eius, a. 24. m. 6.

866. Lodoycus rex venit Beneventum et in Apuliam pugnans comprehendit Sotan. *Radelchis princeps filius Adelchis. Criscius prepositus erat, Otto abbas.*

871. Beneventani comprehenderunt regem Lodoycum.

876. Intraverunt Greci in Bari, missi a Leone et Alexio imperatoribus, mense Decembri.

878. Adelgis princeps occisus est a cognatis suis fraude Gayderisii germani eius, et electus princeps a. 2. m. 7. *Hoc tempore erat Criscius prepositus.*

881. Expulsus est Gayderisius, et constitutus est Radelgis, filius predicti Adelgisii, a. 3. m. 6.

885. Expulsus est Radelgis princeps, et surrexit Aio princeps a. 6.

886. Obiit Aio episcopus.

887. Et electus est Petrús episcopus a. 28.

891. Obiit Aio princeps, et Ursus puer, filius eius, est electus mense Octobris, a. 1. m. 6.

892. Simbaticius, stratico Leonis et Alexii imperatorum, ingressus est Beneventum mense Octobri.

893. Et in Sipontum mense Iunio.

895. Greci expulsi sunt de Benevento per Guidonem marchionem.

898. Radelchis princeps iunior reversus est in Beneventum.

899. Ungari Italiam intraverunt.

900. Radelchis princeps iunior expulsus est de Benevento, et constituitur Atenolfus comes Capuanus, cognatus eius. *Romano et Constantinus et Christoforus imperatores sunt simul.*

901. primo anno principatus domni Atenolfi.

a) DCCCLXI. 1. DCCCLXIX. 2. b) varium 2. c) DCCCLXXII. 1. DCCCLXX. 2. d) alo 1. *M. P.*

l) *i. e.* Barium.

902. tertio anno principatus domni Atenolfi electus est Landulphus, filius eius. Iste Landulphus fuit patricius et princeps.

904. *Hungari per omnia loca vastant et incendunt. Et Saraceni per Calabriam.*

910. *Obiit papa Sergius. Anastasius succedit.*

911. Electus est Atenolphus princeps.

912. Obiit Atenolphus princeps.

916. Saraceni eiecti sunt de *tota Gaeta*[a] et Gariliano[b].

919. *Tres imperatores facti sunt in Francia.*

921. Intravit domnus Atenolphus in Sypontum.

922. Intraverunt Hungari secundo in Italiam, mense Februario.

926. Michael, rex Sclavorum, comprehendit Sypontum.

928. *Moritur papa Iohannes in castro iugulatus; et Leo sublimatur.*

938. Sol obscuratus est.

941. Obiit Atenolphus, frater domni Landulfi.

943. Obiit Landulfus antipater, frater eius.

947. Intraverunt tertio Hungari in Italiam.

952. *Saraceni diripiunt sanctuarium sancti Michaelis in Gargano, et depraedantur loca Beneventi.*

954. Translatum est corpus sancti Matthaei in Salernum.

958. Electus est Landolphus episcopus.

960. Obiit Constantinus imperator.

a) *locus vacuus in* 1. b) garilliano 2.

902. secundo anno domni Atenolfi et primo anno domni Landolfi principis filii eius[1] 1 a. 37. m. 8. Sedit solus a. 2. et cum Landolfo filio an. 10.

912. Obiit Atenolfus princeps. Landolfus filius eius cum Atenolfo germano suo et filii eorum principati sunt a. 31. m. 4. *et Constantinus imperator eligitur.*

914. Obiit Petrus episcopus.

915. Iohannes episcopus eun.[d] a. 14. m. 5. Primus annus patriciatus domni Landolfi antipati[2] patricii et principis. Hoc anno ex- 2 pulsi Sarraceni a Gariliano per eundem[e] Landolfum principem.

922. Ungarii Italiam intraverunt iam secundo.

928. Obiit Iohannes episcopus eun.

929. Alius Iohannes episcopus a. 25. m. 3.

936. Atenolfus princeps iunior intravit Sipontum.

937. Ungari iam tertio Italiam intraverunt.

941. Obiit Atenolfus princeps iunior; constituitur Landolfus filius domni Landolfi.

943. Obiit Landolfus princeps antipater patricius, in anno 28. patriciatus eius et 3. anni domni Landolfi filii eius.

944. quarto anno principatus domni Landolfi, hoc anno eligitur Pandolfus Caput - ferreum, filius eius.

947. Ungari Italiam intraverunt 6. anno domni Landolfi et tertio domni Pandolfi filii eius.

949. anno nono domni Landolfi et 5. domni Pandolfi filii eius, in Sipontum venit Iohannes magister militum.

953. *Leo abbas.*

957. anno 17. domni Landolfi et 13. domni Pandolfi, obiit Iohannes episcopus.

958. Electus Landolfus episcopus in Benevento sedit an. 28., anno 45. imperii Constantini et 13. anno Romani et 18. anno Landolfi principis et 13. Pandolfi filii eius.

d) *ita B.* e) eun. *B.*

1) qui sedit a. 37. m. 8. cum Atenolfo I. II. III.

2) ἀνθύπατος i. e. proconsul.

961. Obiit Landulphus princeps; et electus est Landulphus, germanus Pandulphi principis.

964. Obiit Romano imperator, filius Constantini. Otto senior rex Romam venit.

967. Septima die intrantis mensis Septembris venit papa Iohannes in Beneventum.

968. Sol obscuratus est decima die stante mense Decembris. Obiit Landolphus princeps, et electus est Pandulphus, filius eius.

969. *Niciphorus imperator occiditur; et Simiski extollitur.*

970. Papa Iohannes primum consecravit Landulphum archiepiscopum Beneventanum.

970. *Otto Romae Teofanu ducit uxorem. Papa Iohannes.*

973. *Otto magnus moritur, et M . . . . abbas.*

975. *Obiit Simiski, et regnavit Basilius. Et papa Benedictus a Cincio occisus. Donus eligitur, qui paulo post defunctus est.*

981. *Otto iunior venit Beneventum contra Saracenos.*

982. *Otto a Saracenis victus, fugit Salernum et Capuam. Illi Calabriam omnem depraedantur.*

983. Electus est Alphanus archiepiscopus. Obiit Otto rex Romae.

985. Gregorius papa consecravit Alphanum archiepiscopum.

990. Octavo Kalendas Novembris factus est terremotus magnus in Benevento, pro quo ceciderunt multa aedificia, et plures homines mortui sunt.

994. *Matera a Saracenis incensa.*

996. *Obiit papa Iohannes; Gregorius eligitur.*

961. anno 21. domni Landolfi et 17. domni Pandolfi, obiit predictus Landolfus, et electus est Landolfus, frater eiusdem Pandolfi.

963. Obiit Romano imperator. Otto rex Francorum venit Romam anno domni Pandolfi 19. et 2. anno domni Landolfi fratris eius.

967. Iohannes papa XIII. venit Beneventum 7. die intrante Septembri. Cantavit missam in episcopio 10. anno Landolfi episcopi et 23. domni Pandolfi et 6. domni Landolfi fratris eius.

968. Otto rex venit in Italiam et in Beneventum anno 24. domni Pandolfi et 7. domni Landolfi fratris eius.

969. Hoc anno sol obscuratus est mense Decembri 25. anno principatus dicti Pandolfi et octavo domni Landolfi fratris eius; et obiit hic Landolfus.

970. vigesimo sexto anno domni Pandolfi et primo anno domni Landolfi filii eius, primus annus archiepiscopatus Landolfi episcopi.

972. Otto imperator iterum venit Romam, anno 28. domni Pandolfi et 3. domni Landolfi, filii eius.

981. anno 37. domni Pandolfi et 12. domni Landolfi filii eius, obiit Pandolfus mense Martio intrante, 13. anno Landolfi filii eius genitor obiit.

982. Beneventani expulerunt Landolfum filium domni Pandolfi, et constituerunt sibi principem Pandolfum, filium Landolfi, fratris[b] Pandolfi. Otto rex secundus fecit pugnam cum Saracenis in Calabria anno 1. domni Pandolfi. Alfanus invasit archiepiscopatum Aionis archiepiscopi.

983. anno 2. domni Pandolfi, Otto rex obiit Rome, anno imperii 3.

985. Gregorius V. papa consecravit Alfanum archiepiscopum anno 4. domni Pandolfi.

990. anno 9. domni Pandolfi et 3. anno domni Landolfi filii eius. Hoc anno 8. Kal. Novembris fuit terremotus, unde corruerunt turres 15 in Benevento et Vipera, domus multe, et ex eo mortui sunt 150 homines.

a) X. codex. b) fratres B.

997. *Rex Otto venit Beneventum, et fecit praeceptum nostro monasterio de omnibus suis rebus. Postea ivit in monte Gargano.*

998. Otto[a] rex venit[b] Beneventum.

1001. Obiit Alphanus archiepiscopus; *et Otto rex*[c] . . .

1002. *Sarraceni venerunt super Varum die ante Nonis Iunii, sed post . . . . dies pulsi sunt; et postea apprenderunt Asculum, et castrum sancti Angeli, et incenderunt. Et* tertia die intrantis mensis Augusti venerunt Saraceni in Beneventum, et nocte transierunt ad Capuam et ad Neapolim.

1003. Beneventani expulerunt Pandulphum principem, et miserunt vinctum usque Surrentum. *Sylvester papa obiit; et Ioannes sublimatur. Qui paulo post moritur; et alter Ioannes fit papa in die natalis Domini.*

1005. Reversus est Pandulphus de exilio. Electus est Alphanus archiepiscopus.

1007. *Capua iterum a Saracenis infestatur.*

1009. *Saraceni comprenderunt Botuntum et castrum Natii.*

1010. Fuit destructum sepulcrum Domini.

1014. Obiit Pandulphus princeps mense Augusti.

1016. *Saraceni obsiderunt Salernum, et vastaverunt omnia usque Acropolis et Capatium.*

999. anno 18. domni Pandolfi et 12. anno domni Landolfi filii eius, Otto iunior venit Beneventum et ad sanctum Angelum 3. anno imperii sui et regni[e] 15.

1001. anno 20. domni Pandolfi et 14. anno domni Landolfi filii eius, obiit Alfanus archiepiscopus, et electus est Bizantius archipresbyter. Otto rex cum magno exercitu obsedit Beneventum.

1003. anno 22. domni Pandolfi et 16. anno domni Landolfi filii eius, aliquanti Beneventani expulerunt eos, et constituerunt Adelferium de Abellino.

1004. anno primo domni Adelferii de Abellino et Adelferii filii eius, et 23. anno domni Pandolfi et 17. domni Landolfi filii eius.

1005. anno 24. domni Pandolfi et 18. domni Landolfi filii eius, reversi sunt de exilio in Beneventum; et Alfanus electus est in archiepiscopum, et Gregorius in abbatem sanctae Sophie.

1006. anno 25. domni Pandolfi et 19. anno domni Landolfi filii eius, clarissima stella effulsit, et siccitas magna per tres menses fuit.

1009. anno 28. domni Pandolfi et 22. anno domni Landolfi filii eius, magna nix cecidit, ut morerentur aves et in pantano[l] pisces.

1010. anno 29. domni Pandolfi et 23. domni Landolfi filii eius, sepulchrum Domini incensum et destructum est a paganis.

1012. anno 31. domni Pandolfi et 25. domni Landolfi filii eius et 1. anno Pandolfi filii eiusdem Landolfi.

1014. anno 33. domni Pandolfi et 27. domni Landolfi filii eius et 3. anno Pandolfi filii Landolfi, obiit domnus Pandolfus mense Augusto. Heinricus magnus rex venit Romam tempore Benedicti papae.

1015. anno 28. domni Landolfi et 4. domni Pandolfi filii eius. Hoc anno facta est communitas[d] prima.

1016. anno 29. domni Landolfi et 5. anno domni Pandolfi filii eius, factus est princeps in Capua Pandolfus, frater domni Landolfi, mense Februario.

Codd. 1. 2. a) Idem rex O. 2. b) redit 2. c) *scilicet* obsedit Beneventum. = Cod. 3. e) *ita corrige;* regnavit *ed.* d) commun. *ed.* l) aqua palustris.

1017. Mense Maii venerunt Normanni in Apulia, et in mense Iunio fecerunt bellum cum Graecis.

1018. Apparuit stella crinita.

1022 (1120). *Venit rex Heinricus Beneventum pridie Kalendas Martias*[a], *et confirmavit monasterio nostro omnia bona per praeceptum.*

1025. Obiit Heinricus rex.

1029. Inundaverunt aquae fluminis Caloris et Sabbati. *Et fuit magna fames et*[2] *pestilencia in toto principatu.*

1033. Eclypsis solis mense Iunio *valde tenebrosa.*

1034. Obiit Landulphus princeps mense Septembris. In die sancti Petri sol obscuratus est.

1038. Mense Iunio venit Conradus rex in Beneventum, *qui nobis praeceptum fecit de rebus monasterio pertinentibus.* Mense Augusto factus est Landulphus iunior princeps[*].

1017. anno 30. domni Landolfi et 6. anno domni Pandolfi filii eius, Normanni conducti ab Ysmaele pugnaverunt cum Grecis.

1018. anno 31. domni Landolfi et 7. anno domni Pandolfi filii eius, stella cometis apparuit.

1019. anno 32. domni Landolfi et 8. anno domni Pandolfi filii eius, in Kalendis Aprilis fuit tremor terre, et frugum et vini parcitas.

1022. anno 35. domni Landolfi et 11. anno domni Pandolfi filii eius, predictus Heinricus rex venit Beneventum cum papa Benedicto 3. die intrante mense Martio, et descendit usque Troiam, et cepit Pandolfum principem Capuanum.

1025. anno 38. domni Landolfi et 14. anno domni Pandolfi filii eius, Heinricus rex obiit et Chuonradus eligitur.

1028. anno 41. domni Landolfi et 18.[a] anno domni Pandolfi filii eius, Pandolfus princeps Capuanus intravit Neapolim fraude civium.

1029. anno 42. domni Landolfi et 18. anno domni Pandolfi filii eius, facta est inundatio fluminum Caloris et Sabbati[2].

1031. anno 44. domni Landolfi et 20. anno domni Pandolfi filii eius, flumen Sabbati inundavit, et multi pisces mortui sunt.

1033. anno 46. domni Landolfi et 22. anno domni Pandolfi filii eius, mense Iunio in die sancti Petri, facta est eklipsin solis. *Bizanzius abbas.*

1035. anno 24. domni Pandolfi, et obiit domnus Landolfus mense Septembrio.

1036. anno 25. domni Pandolfi, et Pandolfus Capuanus Beneventum obsedit mense Augusto.

1038. anno 27. domni Pandolfi, et domnus Landolfus filius eius factus est princeps mense Augusto, et Chuonradus imperator venit Beneventum in mense Iunio.

1039. anno 28. domni Pandolfi et 1. anno domni Landolfi filii eius mense Septembrio.

1041. anno 30. domni Pandolfi et 3. anno domni Landolfi filii eius, Paldolfus Capuanus[b] reversus est a Constantinopolim.

1042. anno 31. domni Pandolfi et 4. anno domni Landolfi filii eius pascha Domini fuit 11. Kal. Aprilis. Coniuratio secundo. Normanni secundo pugnaverunt cum Grecis.

*) Maias *ed.* a) *haec vox deest.*

a) 19.? b) cap. *ed.* 2) qui Beneventum alluunt.

1044. Fuit terraemotus in coena Domini, hora tertia, mense Aprilis.

1045. Obiit Alphanus archiepiscopus, et electus est Madelfridus.

1048. Venit Heinricus rex, filius Conradi, super Beneventum cum papa Clemente. Et Leo sanctus papa excommunicavit eos.

1048. Fuit fames valida *in omnem terram cum multa desolacione hominum et bestiarum pre siccitate et frigore.*

1049. Mense Aprili descendit Leo papa in Apuliam ad oratorium sancti Angeli.

1050. *Beneventum papae Leoni conceditur; propter quod plurima dissidia commissa sunt.*

1051. Leo papa misit legatos suos Beneventum, qui acceperunt sacramentum [b] a Beneventanis ad *portam civitatis, ingressi die post Idus Iulias* [c].

1053. Descendit Leo papa in Apuliam; ubi facto bello cum Nortmannis, reversus est Beneventum. Ubi postquam ordinavit Uderisium archiepiscopum, reversus est Romam, et obiit 13. Kalendas Maii.

1044. anno 33. domni Pandolfi et 6. anno domni Landolfi filii eius, terremotus fuit mense Aprili in cena Domini.

1045. anno 34. domni Pandolfi et 7. anno domni Landolfi filii eius, obiit Alfanus archiepiscopus.

1047. anno 36. domni Pandolfi et 9. anno domni Landolfi filii eius, Heinricus rex, filius Chuonradi, cum papa Clemente venit supra Beneventum, urbem excommunicavit, suburbium arsit.

1048. anno 37. domni Pandolfi et 11. anno domni Landolfi filii eius, nix magna et fames quinquenna.

1050. anno 39. domni Pandolfi et 13. anno domni Landolfi filii eius, mense Aprili in quadragesima, Leo nonus papa transiens per Beneventum, perrexit montem Garganum. Cui prefatus princeps obedire noluit; ideo Beneventani expulerunt eum ab urbe cum sculdays suis.

1051. anno 40. domni Pandolfi et 14. anno domni Landolfi filii eius, et 3. anno pontificatus domni Leonis noni papae, et 5. anno imperii domni Heinrici III., Beneventani miserunt legationem domno Leoni papae ut veniret. Qui prius misit legatos suos, Dominicum scilicet patriarcam Aquileiensem [1] et Humbertum episcopum cardinalem, et accepto sacramento a populo ad fidelitatem domni papae, mense Aprili reversi sunt Romam cum 20 nobiles et boni homines in obsidatum. Quinto autem die intrante mense Iulio domnus papa per Montem Casinum veniens, ingressus est Beneventum, et 8. die intrante mense Augusto ivit Salernum. Drogo comes occisus est eodem mense et anno.

1052. anno 41. domni Pandolfi et 13. anno domni Landolfi filii eius et 6. anno imperii domni Heinrici III. et 4. anno domni noni Leonis papae, iterum venit idem papa Beneventum, et transiit Alpes. Guaymarius princeps a suis occisus est 2. die intrante mense Iunio.

1053. et 5. anno pontificatus domni Leonis papae et 7. anno imperii domni Heinrici III. mense Septembrio predictus papa regressus est Italiam, et mense Iunio descendit in Apuliam, cupiens loqui cum Argiro duce imperatoris Constantini Mono-

a) *haec postea addita esse patet.* b) *ita corrigo*; saccummattum *c. Aloisia fortasse* Schaccum mattum *scribendum conticit quod Muratorius et Pratillus receperunt.* c) Iuliis 2. 1) Gradensis.

machi; sed Normanni inruentes insperate super milites eius, interfecerunt ex eis et nostratibus ferme 300 milites in loco qui dicitur Astagnum 14. Kal. Iulii. Deinde revertitur Beneventum 9. Kal. Iulii, permansit ibi mensibus 8 et dies 19. Ordinavit ibi Oudalricum archiepiscopum.

1054. Obiit Leo papa.

1054. anno 6. pontificatus domni Landolfi et 8. anno imperii domni Heinrici, idem papa Romam rediit et obiit. Homfrydus comes Normannus cum magno exercitu Beneventum obsedit; ubi non modicum damnum de suis recepit, et sine aliquo effectu in Apuliam reversus est.

1055. Tertia decima die stante mense Iunio factus est magnus sonus in coelo hora tertia.

1055. anno 9. imperii domni Heinrici, Paldolfus princeps regreditur Beneventum mense Ianuario, anno 44. sui principatus et 18. Landolfi filii eius.

1056. anno 45. domni Pandolfi et 18. anno domni Landolfi filii eius et 10. anno imperii domni Heinrici tertii, sonum magnum factum est in celo. Idem imperator obiit mense Iulio.

1057. *Victor papa obiit; et Stephanus eligitur.*

1057. anno 46. domni Pandolfi et 19. domni Landolfi filii eius et 1. anno principatus domni Pandolfi filii supradicti Landolfi, civitas nova Beneventi cremata est in Kal. Iunii. Riccardus princeps cepit Capuam.

1058. Factus est Pandolphus monachus in sancta Sophia.

1059. anno 48. domni Pandolfi et 21. anno domni Landolfi et 3. anno Pandolfi filii eiusdem Landolfi, domnus Pandolfus factus est monachus. Nycolaus papa venit Bene ventum mense Augusto.

1060. anno 22. domni Landolfi et 4. anno domni Pandolfi filii eius, Nycolaus papa obsedit Alipergum.

1061. Mense Februario obsedit Nicolaus papa Alipergum[a], et sequenti mense Iulio obiit. *Et Alexander papa ordinatus est post tres menses.*

1061. anno 23. domni Landolfi et 5. domni Pandolfi filii eius, obiit Nicolaus papa.

1062. Alexander papa ordinatus est; et Riccardus princeps cepit Capuam.

1062. anno 24. domni Landolfi et 6. anno domni Pandolfi filii eius, Alexander papa consecratus est. Ricardus princeps cepit Capuam.

1063. Tertio Nonas Octobris fuerunt grandines magnae sicut ova post coenam. *Concilium celebratur in Varo.*

1063. anno 25. domni Landolfi et 7. anno domni Pandolfi filii eius, 5. die intrante Octobris grando ut lapides cecidit. *Amicus abbas obiit.*

1065. Cecidit resina nimia de mense Novembris.

1066. Sexto decimo Kalendas Maii apparuit stella cometis. Tertio die stante mense Februarii factae sunt tenebrae hora nona, et permanserunt horae tres; postea subse-

1066. anno 28. domni Landolfi et 10. domni Pandolfi filii eius, stella cometis per 30 dies effulsit. Dux Cottefrydus venit in Capanea. Comes Guidelmus de Norman-

a) Alibengam 2.

*) ouldalricum ed.

quuta est pluvia rapida nimium. Dux Gotofredus venit. *Dux Hetruriae cum pontifice Nicolao contra Nortmannum Riccardum, Capuae principem, foederatur*[a]. Et Nortmanni bella crudelissima fecerunt cum Britannis in terra Anglorum et Saxonum.

1068. Obiit Udalricus archiepiscopus.

1072 (1071). Capta est Palermus a Roberto duce. *Varum a Roberto duce, et postea Palermus in Cicilia; et Saraceni plurimi occisi.*

1073 (1072). Undecimo Kalendas Maii obiit Alexander papa, et Gregorius fit papa mense Aprili.

1073. Obiit Pandulfus princeps mense Februarii, et burgum a porta Rufina crematum est mense Augusti. Gregorius VII. papa venit Beneventum.

1074. Electus est domnus Madelmus, et consecratur in abbatia sanctae Sophiae a domno papa Gregorio. Et Milo fit archiepiscopus.

1075. Robertus dux perrexit super Salernum, quod tenebat Gisolfus princeps, cognatus suus; et sedit super eum a mense Magio usque in festum sanctae Luciae, et in ipsa nocte cepit eamdem civitatem. Obiit Milo archiepiscopus.

1076. Roffridus fit archiepiscopus.

1077. Quinto decimo Kalendas Decembris obiit Landulphus princeps, et quarto decimo Kalendas Ianuarii venit super Beneventum Robertus dux, et sedit ibi usque in 6. Idus Aprilis.

1078. Gregorius papa tradidit Roberto ducatum.

1079. Gelavit flumen Calor ita, ut desuper homines calciati transirent *absque periculo.*

1080. Heinricus imperator venit Romam[b]. Et in eodem anno Robertus dux perrexit super civitatem Tiburtinam; et Iordanus princeps fecit pactum cum praedicto Heinrico imperatore. *Corpus sancti Matthaei inventum est Salerni.*

1081. Tertio Nonas Februarii cecidit resina die et nocte, quanta nullus meminit. Heinricus imperator iterum Romam venit. *Viscardus multa loca cepit in Romania; sed postea pulsus est.*

dia cum multo exercitu mare transiens, terram Anglorum intravit, et cum eis pugnavit, et ibi rex effectus est.

1069. anno 31. domni Landolfi et 13. domni Pandolfi filii eius, obiit Oudalricus archiepiscopus.

1072. anno 34. domni Landolfi et 16. domni Pandolfi filii eius, Alexander papa obiit; Gregorius consecratur; Beneventum venit mense Augusto; et suburbium incenditur mense Septembrio.

1073. anno 35. domni Landolfi et 17. domni Pandolfi filii eius et primo anno septimi Gregorii papae, Pandolfus princeps Montisarcli occiditur mense Februario.

1074. anno 36. domni Landolfi et 2. anno septimi Gregorii papae, Milo consecratus est in archiepiscopum Beneventi et domnus Madelmus in abbatem sanctae Sophie.

1075. anno 37. domni Landolfi et 3. anno septimi Gregorii papae, obiit Milo archiepiscopus.

1076. anno 38. domni Landolfi et 4. anno domni septimi Gregorii papae, domnus Roffridus electus est archiepiscopus.

1077. anno 5. domni septimi Gregorii papae, obiit Landolfus princeps, et Ricardus princeps, et Robertus dux obsedit Beneventum a mense Ianuario usque 6. Idus Aprilis.

1079. anno 7. domni septimi Gregorii papae, fluvius Caloris gelu gelatus[a] est, ita ut homines super eum calciati ambularent.

1080. anno 8. domni septimi Gregorii papae, fontes siccati sunt.

1081. anno 9. domni septimi Gregorii papae, resina cecidit 3. Nonis Februarii, et Heinricus rex venit Romam mense Madio.

a) foederatum 2. b) in Italiam 2.

a) gogolatus *ed.*

1082. Electus est imperator Alexius Constantinopoli.[a] *Troia rebellavit a Normanis.*

1083. Heinricus rex venit Romam et obsedit eam. *Cannensis civitas prostrata.*

1084. Heinricus imperator ordinavit Clementem papam Romae, qui erat archiepiscopus Ravennae. Mense Maii perrexit Robertus dux super Romam, et cepit eam fraude Romanorum, et deposuit de arce sancti Angeli Gregorium papam, et cum eo venit Beneventum. Demorati sunt ibi aliquibus diebus; ivit Salernum, et dedicatum est ibi oratorium sancti Matthaei.

1085. Obiit Gregorius papa apud Salernum; obiit Robertus dux trans mare.

1086. Obiit Girardus comes. *Sexto Idus Maii ordinatus est Desiderius, qui et Victor papa dictus est, et in Capua coronatur a concilio.*

1087. Translatum est corpus sancti Nicolai in Varum. Sexto Idus Magi ordinatus est Desiderius, qui et Victor papa dictus est, et obiit 15. Kalendas Octobris.

1088. Mense Martio ordinatus est Urbanus papa, *et venit in Apuliam.*

1089. Pisani et Genuenses Africanam regionem afflixerunt. *Concilium celebratur in Melfe per Urbano pontifice, qui postea in Siciliam transfretavit cum Rogerio. Capuani rebellaverunt.*

1090. *Rogerius Saracenos de Sicilia expellit.*

1091. *Siccitas magna fuit per menses septem.*

1092. *Urbanus papa venit Salernum cum multis cardinalibus.*

1093. *In Troia Urbanus celebravit concilium cum* 200 *episcopis et abbatibus; et post rediit Romam.* Mense Aprilis visae sunt a multis quasi in unum stellae in occidente cadere de coelo.

a) constantinus *ed.*

1082. anno 10. domni septimi Gregorii papae, iterum Heinricus rex venit Romam; et Alexius imperator Constantinopoli eligitur mense Martio.

1083. anno 11. domni septimi Gregorii papae, tertio venit Heinricus rex Romam, et cepit porticum sancti Petri, tertio die mensis Iunii.

1084. anno 12. domni septimi Gregorii papae, ecce iam iterum Heinricus rex rediens, obsedit Romam mense Novembrio, in qua ingressus est mense Martio, et ordinavit ibi papam Guibbertum archiepiscopum Ravennatem, imposito ei nomine Clemens, prefato Gregorio papa in arce sancti Angeli recluso. Post hec Robertus dux congregavit exercitum in Apuliam, et Romam profectus est; in qua fraude aliquantorum civium ingressus, predictum Gregorium papam de captione liberavit, Romanis maximam iniuriam intulit, urbem depredatus est, maximam partem eius incendit, et Beneventum cum papa Gregorio rediit, deinde Salernum; ubi prefatus Gregorius papa post 11. mensem sui adventus obiit 8. Kal. Iunii. Robertus vero dux eo tempore mare transiens, cum Alexio imperatore sepe pugnavit et de ominibus eius cepit, ibique fluxu ventris obiit. Pluvie multe fuerunt per menses 5. Vini habundantia per annos septem.

1087. Corpus sancti Nicolay Barii translatum est. Desiderius Casinensis abbas, Beneventanus civis, electus est in papam, imposito ei nomine Victor; Beneventum venit mense Augusto, sinodum celebravit, et mense Septembrio obiit.

1088. Otto Hostiensis episcopus in papam Urbanum consecratur a cardinalibus apud Terracinum.

1089. Urbanus papa per Beneventum transiens, fecit sinodum Melfim.

1091. Urbanus papa Beneventum venit, sinodum celebravit.

1092. Urbanus per Beneventum transiens, Troie sinodum fecit.

1093. Urbanus papa in Galliam proficiscitur.

1094. Quartadecima die intrantis mensis Ianuarii factus est tremor magnus, et in quarto die *renovatus est cum multa ruina civitatis, et magnus frigor venit cum ventis et nive.*

1094. Terremotus factus est 14. die mense Ianuarii, et 4. die intrante mense Aprili stelle a multis vise sunt de celo occidisse hora matutinali.

1096. Gens christianorum transit mare, dimicatura contra paganos.

1096. Gens Francorum et Langobardorum mare transierunt peregrinando sub ducibus Boamundo, qui Antiochiam cepit et tenuit, et Tancredo, qui post eum princeps in Antiochia est constitutus, et Gotefrido duce.

1097[3]. Alma Hierusalem est reddita christianis. Obiit Datmarus[4].

1097. Christiani Iherusalem obsident et capiunt, atque in ea constituunt regem.

1098. Capua est reddita *Rogerio. Concilium in Varo.* Aestas fuit fervida plus solito, ut pro eo vites cum uvibus arescerent.

1099. Obiit Urbanus papa tertio die stante mense Iulio, et electus est Paschalis, qui et Raynerius cardinalis; inde cessavit schisma.

1099. Urbanus papa obiit, et Rainerius presbiter cardinalis in papam Pascalem consecratur.

1100. Obiit Clemens papa, *intrusus. Obiit Rogerius comes.* Paschalis papa descendit in Apuliam, et fecit synodum in Melphia mense Octobris, et excommunicavit Beneventanam civitatem; et permansit ita excommunicata menses 11, dies 21.

1100. anno 2. domni secundi Pascalis papae, idem papa in Melfi sinodum fecit. Clemens papa obiit. Rogerius comes Sicilie mortuus est.

1101. Rogerius comes Siciliae et Calabriae. Paschalis papa cum duce Rogerio et multitudine militum hominumque innumerabilium venit super Beneventum; quorum timore perterritus Anso, Dathmari filius, fugit 10. Kalendas Octobris indictione 10. Alio vero die triumphans ingressus, urbem suo dominatui subdens.

1101. anno 3. domni secundi Pascalis papae, Anso tyrannus cum filiis et fratribus Benevento expulsi sunt.

1102. Fuit fames valida, ita ut modium frumenti venderetur centum denarios; et mortalitas fuit hominum maxima. *Buamundus a sancta civitate rediit Apuliam.*

1102. anno 4. domni secundi Pascalis papae, idem papa Beneventum sinodum celebravit.

1103. anno 5. domni secundi Pascalis papae, fames valida fuit.

1104. anno 6. domni secundi Pascalis papae, fames et mortalitas fuit.

1105. Apparuit stella cometes decimo die intrante mense Februarii ab occidente. *Paschalis papa ivit in Franciam contra Heinricum.*

1105. anno 7. domni secundi Pascalis papae, nives et inundationes fluminum magne. Stella obscura cum radiis apparuit a parte occidentis 10. die intrante mense Februario.

1106. Obiit Heinricus rex.

1106. anno 8. domni secundi Pascalis papae, Heinricus rex obiit; praefatus papa in Galliam profectus est.

1107. Obiit Roffridus archiepiscopus. Obiit domnus Adelmus abbas, et domnus Benedictus* fit abbas.

1107. anno 9. domni secundi Pascalis papae, Roffridus archiepiscopus et Madelmus abbas ad Dominum migraverunt, et domnus B. eligitur in abbatiam sanctae Sophie. *Bernardus abbas.*

1108. Paschalis papa venit Beneventum,

1108. anno 10. domni secundi Pascalis

*) *lege* Bernardus.

3) a. 1099. 4) Beneventanae urbis praesces ex Leone Ostiensi Cont. IV. c. 19.

et facto synodo mense Octobris, consecravit Landulphum 6. Idus Novembres.

1109. Secundo die intrantis mensis Novembris combustum est thesaurum sanctae Mariae.

1110. Apparuit stella cometis mense Iunio per triginta dies. Filius Heinrici regis venit Romam mense Februario, fraude cepit papam Paschalem et cardinales. Obiit Robertus dux 8. Kalendas Martii, et Boemundus frater eius post eum.

1112. Paschalis papa fecit synodum Romae mense Martio, infringens pactum quod fecerat cum rege, sicut praecedenti anno iuraverat cum cardinalibus, et confirmato decreto pontificum praedecessorum suorum de investiendis pontificibus Germaniae. Duodecimo Kalendas Iulii apud Neapolim mare recessit tantum et aqua quasi *per quadraginta* passus *retro*ducta *est*, ita ut pisces remanserint in sicco; postmodum autem apparuit stella clarissima. Undecimo Kalendas Augusti coeptum est aedificari oratorium sancti Bartholomaei a novo fundamento.

1113. Iordanes comes et Robertus simul cum principe Capuano sumentes arma venerunt super Beneventum 2. Idus Augusti; qui turpiter fugati sunt a Landulpho comite stabuli similiter cum Beneventanis[a].

1114. *Fuit celebratum concilium in Ciparano*[5]. *Pandulphus archiepiscopus deponitur.*

1116. *Troiae concilium convocatur pro treuga Dei.*

1117. *Aliud in Beneventum concilium celebratur; ubi* 113 *archiepiscopi et episcopi cum multis abbatibus de tota Italia convenerunt cum papa Paschali. Qui sequenti anno mortuus est, et Gelasius electus.*

1119. *Obiit papa Gelasius; Callistus substituitur in Gallia.*

papae, idem papa Beneventi sinodum fecit, Landulfum archiepiscopum consecravit.

1109. anno 11. domni secundi Pascalis papae, herarium episcopii crematum est.

1110. anno 12. domni secundi Pascalis papae, stella commetis per 30 dies apparuit. Roggerius dux et Boamundus mortui sunt. Heinricus imperator . . .

1112. anno 14. domni secundi Pascalis papae, mare apud Neapolim recessit[a] quasi passus 200; pisces in sicco remanserunt. Stella clarissima statim apparuit 12. Kal. Iulii.

1113. anno 15. domni secundi Pascalis papae, idem papa Beneventi synodum celebravit.

1117. anno 19. domni secundi Pascalis papae, mense Februario Pascalis papa moritur die 3. Domnus Iohannes cardinalis diaconus et cancellarius in papam Gelasium eligitur, et sequenti mense Martio Caiete consecratur. Interim 5. die ante consecrationem rex Heinricus subito cum paucis Romam venit, legatos suos statim Caiete ad papam mittit, pacem ecclesie promittens; et quia ad suum velle non est responsum, statim consilio fautorum eius Burdinum superimposuit, neminem cardinalium vel Romanorum clericorum secum habens. De l. d. l. castellum Turricule obsedit, per . .

1118. anno 1. domni secundi Gelasii, idem papa in Gallias proficiscitur.

1119. anno 1. domni secundi Calixti papae.

a) *hic codex* 1. *explicit.*

5) Ceprano.

a) cesrecessit *ed.*

1121. *Papa Callistus venit Salernum pro pacificatione Normannorum.*

1123. *Rediit papa Beneventum cum magna leticia.*

1126. *Obiit dux Guilielmus Salerni. Rogerius comes in Apuliam descendit.*

1130. *Rogerius comes, qui multa loca debellaverat, in Salerno rex Italiae honorificatus est a suis; et a Sergio duce Neapolis civitas tradita est. Propter quod bella plurima facta sunt, quae ab aliis describi possunt.*

1120. *Hoc anno obiit domnus Bernardus abbas 5. feria 5. Kal. Augusti, et domnus Iohannes electus est feria 5. in abbatia cum consensu fratrum 19. Kal. Septembris, et consecratus est in monasterio sancte Sophie a domno papa Calixto quinto decimo Kal. Septembris.*

1128. *Hoc anno obiit domnus Iohannes abbas, et electus est domnus Franco in abbatia sancte Sophie et consecratus a domno papa Honorio.*

ANNALES CAVENSES.

Extat in monasterio Santissima Trinita della Cava. in latere montis amoenissimi prope Salernum et Amalfim sito, codex membranaceus permagnus saeculo undecimo littera Langobardica exaratus, qui inter alia cyclos paschales ab a. 534 usque ad a. 1082, et inde ad annum 1538 usque continuatos continet. Margini notae historicae manibus saeculi undecimi medii et sequentium, charactere ut plurimum Langobardico, inde ab anno 1209 Romano intercurrente, adscriptae sunt, quas ab imperito quodam homine exceptas Muratorius Tomo SS. Ital. VII. p. 918 typis mandavit. Cuius editionem cum mense Augusto anni 1822 in ipso monasterio positus et a viris reverendis, quos inter illustrissimum D. Luigi Marincola tabulario ditissimo et bibliothecae praefectum nominare iuvat, summa cum humanitate habitus, cum authentico ipso conferrem, tot et tanta in ea vitia deprehendi, ut alia prorsus operis editione opus esse intelligerem; quam hic demum proponere licet. Opus est bipartitum. Quae annum millesimum tricesimum et quartum praecedunt, aut ex diversis regum Langobardorum, Beneventi, Salerni et Capuae principum, imperatorum Graecorum, Sarracenorum, quales in monasterii Casinensis membranis extant, catalogis rudi arte confecta, aut, quod potius crediderim ex antiquiori quodam cyclorum codice excerpta sunt, omissis scilicet notitiis compluribus, quas in annalibus Cavensibus brevioribus et in annalibus Casinensibus hodieque legimus. Reliqua per singulos annos adscripta, multo maioris habenda sunt. Nec tamen aliquotiens factum negaverim, ut notae

aliquo iam temporis spatio elapso, aut in margine aliis notitiis referta exaratae, a vera temporum computatione paulisper recedant, nonnunquam etiam quae duobus annis contigerant una serie referantur. Anni initium annis **1075** *et* **1294** *in ipso natali Domini ponitur; anno* **1066** *et aliis, secundum calculum Salernitanum, inde a mense Martio numerus communi maior scribitur*[1].

Annales breves ex codice bibliothecae regiae Babenbergensis, quem littera Langobardica exaratum supra pag. **119** *diximus, maiorum ex latere annalium, quibuscum usque ad. a.* **1084** *plurimum congruunt, sistimus.*

ANNUS DOMINICAE INCARNATIONIS

569. Hoc anno egressi sunt Langobardi de Pannonia et ingressi sunt in Italia, et praeerat illorum rex Alboin.
570. Zotto.
571. Clappho.
576. Autari.
578. Tiberius Constantinus.
585. Mauritius. Agilulphus.
590. Arechis.
604. Focas. Hic rogante papa Bonifacio concessit, ut Romana aecclesia esset caput omnium aecclesiarum, quia Constantinopolitana aecclesia antea scribebat se caput omnium aecclesiarum.
611. Adepaldus.
612. Heraclius imperator an. 26.
621. Arioaldus*.
626. Muamêth rex Arabum et pseudophropheta agnoscitur.
631. Rothari.
633. Moritur Muamet princeps et pseudopropheta Arabum, et promovit in principatu suo Abubacharo, cognato suo. Moritur Abbubachar, et Hummarus principatum cepit. Hummarus rex Arabum biennii tempore obsidens Hierosolymam, cepit eam verbo.
638. Heracleonas imperator cum matre sua Martina an. 2.
639. Rodoaldus. Ceperunt Arabes Antiochiam.
640. Constantinus, filius Heraclii, menses 6. Deinde Constantinus, filius eiusdem Constantini, vel secundum alteram chronicam Martina noverca superioris Constantini cum filio Heraclona an. 28. Huius Constantini imperatoris temporibus anno 15. Mauchias rex Arabum Rodum abiens, destruxit Colossum eius post 1360 stabilitatis ipsius annos. Quae cum Iudaeus quidam Emesinus negotiator emisset[a], 900 camelos ex eis aere honeravit.
642. Sarraceni aciem direxerunt in Persida, et ineunt cum eis bellum, potenterque vincentes omnes, sibi Persas subditos reddunt. Hormidas autem, qui Persis imperabat, ad interiores[b] Persas fuga lapsus, dimisit regalia. At vero Sarraceni captivas duxerunt Chosroes filias cum omni regio apparatu, et detulerunt ad Chummarum.
646. Radoaldus.
648. Moritur Hummarus, et statuitur Huthmam cognatus eius, filius Tuphan.
656. Grimoaldus. Moritur Huthman, et statuitur Mauhias.
662. Romoaldus.

*) airoaldus *c*. a) emissus *cod*. b) interiorem *c*.

1) De hoc usu cf. Cl. de Blasio seriem principum qui Langobardorum aetate Salerni imperarunt. Neapoli 1785. fol. pag. 9 seqq.

665. Pertari.

669. Constantinus, filius Constans superioris. Huius tempori anno quinto igne adinvento marino a Callinico architecto Heliopoli Syrie civitate[a], qui profugus ad Romanos venit; et in nono[b] huius imperii anno gens Vulgarorum cum rege suo nomine Asparuch ingressi sunt in terram Romanorum, quae nunc Vulgaria dicta est. Quibus auditis, Constantinus exiit cum multo exercitu contra illos, et terga versus est imperator; quem sequentes Vulgares plurimos occiderunt, et castra metati sunt super Constantinopolim, et ceperunt villas et castella dissipare. Unde vi coactus imperator pacem fecit cum eis, annualis praebere pollicitus pensione[c].

675. Hoc anno Sarraceni ascenderunt Constantinopolim, et septennio expugnaverunt eam, id est a mense Aprile usque in Septembrium, et semper hiemabant Cizicum.

680. Grimoaldus. Moritur Mauhias, et statuitur Hizit, filius eius.

682. Cunipertus. Gisulphus frater eius.

684. Marucham agnoscitur protosimbolum Arabum et Adellam per divisionem, filius Zuber. Moritur Marucham, et elegerunt pro eo Abimelech filium eius, qui interfecit Abdila. Iustinianus minor, filius Constantini.

696. Liudpertus.

697. Leontius.

698. Alipertus.

700. Tyberius, qui et Absimarus.

702. Romuald, filius eius.

707. Iustinianus supradictus cum Tyberio filio recuperatur in imperio, unde fuerat a Leontio eiectus. Moritur Abimelech, et statuitur pro eo filius eius Ubalet.

710. Asprandus.

711. Liudprandus.

713. Philippicus, qui et Bardanius.

714. Anastasius, qui et Arthemius. Moritur Ubalet, et statuitur Sueliman.

717. Theodosius.

718. Leo Surus cum Constantino persecutore.

719. Hummar protosimbolum habetur.

721. Hyzit Arabum dux habetur.

725. Moritur Hizit, et ei successit Hysan, frater eius. Gregorius. Hoc anno inmenso exercitu Sarraceni triennio obsedit Constantinopolim.

730. Moritur Hisan, et statuitur Mauchias, filius eius.

732. Audelachis.

734. Godescalcus.

736. ..ucheliman[d] habetur.

737. Gisulphus, filius supradicti Romoaldi.

740. Constantinus persecutor solus.

741. Hizid Arabum dux habetur.

743. Hilprandus. Marucham habetur. Haistolfus. Muchameth agnoscitur. Rachis.

747. Abrachim habetur.

754. Liudprandus.

755. Alim habetur.

756. Desiderius.

757. Abdellas habetur.

762. Arechis. Iste primus appellatus est princeps.

764. Hoc anno facta est eclipsis solis pridie Nonas Iunias, die Lunis, hora sexta, luna vicesima nona.

765. Banachas dux Arabum abetur.

774. Leo qui et Cazaris. Capta est Papia Carolo rege Francorum. Hoc anno facta est eclipsis solis 10. Kal. Septembris, die Martis, hora nona, luna quinta.

779. Constantinus.

a) heliopoli syderi e civitate *codex*; heliopoli sydoniae civitate *Murat.* b) venit. et I fuI huius imperii anno *codex*; *quod equidem ix* et in VIIII. *aut* et in XVIIII., *corruptum censeo*; *Bulgari anno* 679 *Danubium traiecerunt.* c) mansione *codex.* d) ucheliman *codex, una littera aut duabus initio abscisis.*

787. Hoc anno facta est eclipsis solis Kal. Octobris, die Lunae, ab hora prima in oram quintam.
789. Constantinus cum Yrini, matre sua.
790. Grimoaldus, filius eius.
796. Yrini sola, mater eius.
801. Nyciforus.
807. Grimoaldus.
809. Stauracius.
810. Michahel Coropalati.
812. Leo.
818. Sico.
819. Michahel. Istius tempore Sarraceni Cretam et Siciliam ingressi sunt.
827. Theophilus, filius eius, cum filiis Michaheli et Constantino.
833. Sicardus, filius eius.
840. Michahel porfirogenitus, frater eius.
843. Radelchis. Huius temporibus divisus est principatus, et Sikenolfus factus est princeps.
849. Sico, filius eius, Salerni.
853. Radelgarius, filius eius.
856. Adelchis, frater eius. Ademarius Salerni.
861. Guaiferius Salerni.
866. Basilius, paracimumenius eius.
877. Leo et Alexander cum suprascripto Basilio, patre eorum.
880. Gaideris. Guaimarius, filius eius, Salerni.
882. Radelchis.
885. Aio subdiaconus, frater eius, eiecto fratre.
886. Leo et Alexander soli.
892. Ursus filius Aionis. Sabbaticium patricium e Constantinopolim cepit Benebentum.
893. Georgius patricius.
896. Guido dux et marchio.
897. Guaimarius, filius eius, Salerni.
898. Radelchis.
900. Atenulfus, magnus princeps. Landulfus filius eius.
908. Leo suprascripto cum filio Constantino Porfirogenito.
910. Atenulfus, frater eius.
912. Alexander cum Constantino, nepote suo.
913. Constantinus Porfirogenitus, filius supradicti Leonis, cum Zoi matre sua.
919. Romanus de Eliopolim civitatem cum suprascripto Constantino Porfirogenito. Qui postquam cepit imperium Romanum, dedit iam dicto Constantino Elenam, filiam suam, iugalem.
932. Atenulfus, filius Landolfi.
939. Landulfus, frater eius.
944. Constantinus Porfirogenitus suprascriptus cum filio Romano.
946. Pandolfus, filius eius.
954. *Hoc*[b] *anno corpus beati Mathei apostoli translatum est apud Salernum.*
959. Landolfus, frater eius.
960. Romanus, filius eius, solus cum filio suo Basili puerulo.
963. Nyciforus.
969. Landulfus, filius supradicti Pandolfi. Hoc anno facta est eclipsin solis undecimo Kal. Ianuarii, hora diei inter tertiam et quartam.

ANNALES BREVES.

902. Lodoycus imperavit annis 4.
906. Berengarius imperavit annis 6.
916. Berengarius imperavit annis 4.
921. Ugo imperavit annis 6.
934. Berengarius imperavit annis 8.
947. Lotharius imperavit annis 2.
949. Berengarius cum
951. Aldeberto filio suo imperavit annis 11.
962. Otto primus imperavit annis 6.
968. Otto secundus cum Ottone filio suo imperavit annis 8.

a) *vocem supplevi.* b) *Haec saeculo demum duodecimo aut decimo tertio adiecta sunt.*

970. Iohannes[a] cognomento Simiscli, interfecto Nyciforo, regnat cum Basilio et Constantino pueris.

976. Ioanne defuncto, regnat Basilius et Constantinus.

1034. Solis pars maxima obscurata est in festivitate sancti Petri.

1037. Sexto Kalendas Februarii mons Vesubius eructavit incendium, ita ut usque ad mare discurreret.

1038. Chuonradus imperator ingressus est Capuam vigilia pentecostes, et alia die coronatus est. Adenulfus episcopus reconciliatur. Pandulfus, princeps Capuae, exiliatur. Guaimarius, princeps Salerni, in loco eius subrogatur, et Richerius fit abbas monasterii Casinensis.

1042. Luna decima tertia obscurata est per quinque horas, cum nulla nubes appareret in coelo, quinto Idus Ianuarias.

1045. Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti.

1047. Henricus imperator venit Capuam, et reddidit eam Pandulfo principi iuniori.

1050. Leo papa ordinatus est. Et domnus Adelferius, abbas monasterii sanctae Trinitatis, obiit.

1052. Guaimarius, princeps Salerni, interficitur, et Bonifacius marchio.

1054. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit.

1055. Leo papa obiit, et Victor papa fit. Richerius, abbas Casinensis, defungitur, et Petrus abbas statuitur.

1057. Fridericus fit abbas Casinensis, qui et postmodum Stephanus papa.

1058. Stephanus papa obiit, et Nicolaus papa fit. Et Desiderius, monachus domni Adelferii abbatis sanctae Trinitatis Cavensis, abbas eligitur.

1062. Alexander papa ordinatus est; et Riccardus princeps Capue factus est 12. Kal. Iun.

1067. Stella cometes apparuit. Gotfridus dux cum valido exercitu in Campaniam venit usque Aquinum. Richardus princeps terram Marsorum introivit.

1071. Ecclesia nova sancti Benedicti dedicata est a domno papa Alexandro die Kal. Octobris cum quinque altaribus[b] suis.

1073. Alexander papa defungitur, et Hildeprandus archidiaconus in papam Gregorium ordinatur mense Aprilis.

1075. Termino huius anni, id est ipsa nocte natalis Domini, captus est praedictus papa supra sanctum altare a quibusdam Romanis infidelibus. Set vi et constantia omnium Romanorum eadem die receptus est.

ANNALES BREVES.

996. Otto quartus imperavit annis 5.

999. Silvester secundus sedit annis 4. m. 1. d. 9.

1000. Otto imperator puer Beneventum venit.

1002. Sarraceni venerunt super Capuam.

1005. Eodem anno terre motus ingens per 12 dies.

1014. Henricus rex venit Romam et coronatus est a papa Benedicto. Henricus imperavit annis 10.

1017. Normanni Melo duce ceperunt expugnare Apuliam.

1028. Conradus coronatus est.

1037 6. Kalend. Februar. mons Vesuvius eructavit incendium, ita ut usque ad mare discurreret; et Conradus imperator intravit Capuam et die pentecostes coronatus est, et Pandulfus exiliatus est, et Guaimarius fit princeps, set post septennium occisus est.

ANNALES BREVES.

1048. Henricus imperator imperavit an. 11.

1053. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit.

ANNALES BREVES.

1073. Gregorius septimus sedit annis 12. m. 1. d. 3.

1074. In fine huius anni in ipsa nocte natalis Domini captus est Gregorius papa supra sanctum altare a quibusdam Romanis infidelibus; set vi et constantia omnium Romanorum eadem die receptus est.

a) Ioannes *corr.* Ioanne *c.* b) altariis *corr.* altaribus *c.*

1076. Robbertus dux venit super Salernum pridie Non. Magias, et obsedit eam terra marique, et cepit eam die Idibus Decembris.

1077. Riccardus princeps obsedit Neapolim mense Maio.

1078. Riccardus princeps obiit quinta feria coena Domini, et Iordanus, eius filius, fit princeps, et Neapolis est obsidione soluta.

1079. Leo abbas sanctae Trinitatis obiit, et Petrus abbas statuitur, neptem domni Adelferii abbati eiusdem monasterii.

ANNALES BREVES.

1081. Henricus rex cum magno exercitu venit Romam, sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio, sine effectu reversus est. Robbertus dux, transito mari, Romaniam debellaturus ingreditur.

1083. Henricus rex iterum Romam veniens, porticum sancti Petri per vim cepit, et ex magna parte dextruxit. Archiepiscopum Ravennensem, invasorem apostolicae sedis, absque consilio et voluntate totius Romanae ecclesiae papam constituit.

1084. Henricus rex Romam a Romanis intromissus 12. Kalend. Aprilis, stetit ibi usque 12. Kal. Iunii. Post haec venit Robbertus dux cum ingenti exercitu, et tradita est ei Romam a quibusdam Romanis, et multa ibi mala committens, accepto papa Gregorio, egressus est.

1085. Fames et mortalitas maxima fuit. Gregorius papa aput Salernum moritur. Robbertus dux in Romaniam.

1081. Henricus rex cum magno exercitu venit Romam, sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio, sine effectu reversus est Robertus dux, transito mari, Romaniam debellaturus ingreditur.

1083. Henricus rex iterum Romam veniens, porticum sancti Petri per vim cepit, et ex magna parte destruxit. Archiepiscopum Ravennatem, invasorem apostolice sedis, absque consilio et voluntate totius ecclesie Romane constituit. Gregorius papa apud Salernum moritur.

1084. indictione septima, Henricus rex Romam a Romanis intromissus 12. Kal. Aprilis, stetitque ibi usque ad 12. Kal. Iun. Post haec venit Robertus dux cum ingenti exercitu, et tradita est ei Roma a quibusdam Romanis, et mul ta mala ibi committens, accepto papa Gregorio, egressus est.

1086. Henricus imperavit annis 16.

1086. 13. Kal. Martii incipiente nocte stella clarissima in circulum lunae primae ingressa est. Desiderius abbas Romae in Victorem papam invitus eligitur ab episcopis et cardinalibus Romanis ipso die pentecosten.

1087. Desiderius abbas in papam Victorem ordinatur 7. Idus Maias, quo die sancti Nicolai corpus Varin devenit. Idem Victor aput Casinum omnium fratrum consensu ordinato abbate Oderisio, post tertium diem defungitur 15. Kal. Octobris. Pisani aput Africam debellaverunt et vicerunt Sarracenos.

1088. Oddo, Hostiensis episcopus, in papam Urbanum eligitur 4. Id. Maii.

1091. Iordanus princeps obiit; et Capuani revellaverunt.

1092. Ecclesia sanctae Trinitatis de Cava dedicata est ab Urbano secundo papa Nonis Septembris.

1096. Luna 12ª obscurata est, cum coelum serenum esset, et stella clarissima venit in circulum lunae 8. Id. Augusti. Roggerius, comes Siciliae, cum exercitu valido christianorum et Sarracenorum Sileris fluenta pertransiit; et obsedit Nuceriam 2. Kal. Iulii vigilia pentecostes, et tradita, inde profectus Malfiam, obseditque eam cum Roggerio, dux Apuliae et Calabriae, terra marique. Mox Amalfitani Marinum Sebastos ducem sibi statuunt, reversusque est comes sine effectu iter quo venerat. Gens multa Normannorum atque Italorum mare transierunt. Ecclesiam sancti Pauli dedit Urbanus papa Petro, abbati sanctae Trinitatis de Cava. Antiochia capta est.

1097. Roggerius, comes Sicilie, et Roggerius dux obsederunt Capuam cum magno exercitu, et ceperunt eam, et reddiderant eam Riccardo, filio Iordani.

1098. Hierusalem a christianis capta est. Urbanus papa defungitur, et Pascalis papa fit.

1099. Roggerius dux obsedit Almalfiam, et cepit eam.
1100. Boamundus in proelio captus est a Sarracenis.
1101. Roggerius, comes Siciliae, obiit. Pascalis papa obsedit Beneventum cum valido exercitu Apuliae et Calabriae, et cum Roggerio duce cepit eam.
1103. quando domnus abbas Petrus dimisit ecclesiam sancti Pauli.
1105. Oderisius abbas Casinensis, defungitur, et Gregorius statuitur. Riccardus princeps, filius Iordanis, obbiit. Stella cometis apparuit de mense Februario.
1106. Petrus, abbas sanctae Trinitatis Cavensis, emit casalem in Apulia qui dicitur Frabica mille et centum sclifatis. Robertus, filius Iordanis, invasit Capuam, et ex parte igne eam succendit.
1107. Luna 14ª sanguinea facta est per totam noctem 3. Ydus Ianuarii.

ANNALES BREVES.

1109. *Pascalis[a] papa a Carulo rex captus est, et iterum reconciliatus.*
1111. Hic captus est domnus Paschalis papa ab Henrico Theotonicorum rege. Henricus imperavit annis 15.
1110. *Domnus abbas Petrus sanctae Trinitatis Cavensis emit castrum sancti Adiutoris mille et* 500 *sclifatis de mense Frevuario. Eodem mense Roggerius dux obbiit, et Boamundus obbiit postea octavo die.*
1113. Sarraceni ab Africa venientes, Lucaniam depopulantur, Salernum applicuerunt; auctore Deo Salernitani, Amalfitani et Neapolitani ceperunt eos et interfecerunt in mari.
1118. Obiit domnus papa Paschalis, et Iohannes cancellarius in papam Pelagius hordinatur. Et nono die stante mense Iunio domnus Petrus abbas dum ad capitulum secundum consuetudinem veniret, subito in extasi factus est, ita ut putaretur defunctus esse; et statim Deo ad mentem rediit. Et domnus Constabilis ad ipsum hordinatus est abbas 17° die intrante mense Octobri.
1119. Pelagius papa obiit, et Calixtus papa eligitur.
1120. Tertio Non. Iunii obiit Roggerius princeps; 6. Kal. Iun. unctus est Riccardus, filius eius, in principem; 4. Idus Iunii obiit Riccardus princeps; 4. Nonas Iulii unctus est Iordanus princeps.
1121. Obiit Robbertus, Evulanus comes.
1122. Domnus Petrus venerabilis abbas, constructor atque institutor huius monasterii sanctae Trinitatis, cum eo perenniter regnaturus migravit ad Dominum.
1123. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1123. indictione tertia, temporibus nostri domni Wilielmi, magnifici ducis, atque religiosi abbatis nostri Constabilis, decimo die astantis mensis Octubris, castellum nostrum sancti Angeli in Cilentum firmare cepimus. Gratias Deo et beatae Mariae semper virgini, beato Michaheli archangelo et omnibus sanctis eius. Amen.
1124. Domnus Constabilis, huius monasterii sanctae Trinitatis venerabilis abbas, obiit. Et domnus Symeon venerabilis abbas successit eum.
1125. Domnus Kalixtus papa obiit 19. Kal. Ianuar., cui 3° die successit Honorius.

ANNALES BREVES.

1126. Lotharius imperavit annis 11.
1127. Obiit Wilielmus dux et Iordanus princeps.
1128. *Roggerius[b] comes Sicilie et Calabrie dux.*
1129. Henricus IV. imperator obiit; cui successit Lotterius dux Saxoniae.
1130. Honorius papa II. defungitur; cui successit Innocentius papa II. Quidam vero Romanorum subito duxerunt filium Petri Leonis, qui obiit post octo annos, et ecclesia quievit. Roggerius dux rex efficitur 8. Kal. Ianuarii. Eodem anno dum dux esset, obsedit Salernum terra marique, et cepit eam. Et anno quo factus est rex, obsedit Amalfiam et cepit eam.
1132. Rogerius rex obsedit Barum terra marique, et cepit eam. Eodem anno obsedit Nuceriam, et pugnavit cum principe apud Scifatum flumen, et aufugit.
1134. Cepit idem Capuam, Aversam, Nuceriam.
1135. Idem rex ad obsidendum Neapolim terra marique ivit. Pisani ceperunt Amalfim, set ab eodem Rogerio rege fugati sunt, et plures capti nonnullique perempti.

a) Pascalis *etc.* . . . die. *manu alia et iuniori adiecta.* b) Roggerius *etc.* . . . dux. *manu recenti scripta.*

1137. Lotterius imperator intravit Apuliam cum papa Innocentio, et cepit Salernum cum Pisanis; et constituto duce Raynone, reversus est, et in ipso itinere defunctus; cui successit Conradus, nepos Henrici imperatoris. Eo anno factum est bellum inter regem Rogerium et ducem Raynonem, ubi multa milia hominum regis interierunt inter Ranianum[a] et Casale-novum, et rex aufugit *Salernum*.

1137. Conradus imperavit annis 15.

1138. Mortuo duce Rainone, dum rex Sicilia degeret, Melfia reddita est illi. Post hoc Salernum veniens; mons Besubius magnum eructavit incendium, quod secutus est pulvis tantae densitudinis, ut totum aerem obtenebraret, et totam hanc operuit regionem usque Principatum et Calabriam; et cepit tertio Kalendas Iunii, et paulatim decrescens, per 30 dies totidemque noctes, sicut ventus eundem pulverem agitabat, terram operiebat, qui desiit die apostolorum Petri et Pauli. Post haec Innocentius papa cum exercitu Romanorum Campaniam adveniens, rex aggressus contra; tum fugam papa arripiens captus est a rege cum maxima parte exercitus Romanorum, qui coactus captione non tantum sui set populi Romani, regi vexilla tria tradidit, unum regni Sicilie, aliud ducatus Apuliae, tertium principatus Capuae. Postea rex Barum proficiscens, cum magna difficultate reddita est illi, ubi principem et barones interfecit; et siluit terra in conspectu eius. Et veniens Salernum, filium suum, quem Capuae principem fecerat, etiam Neapoli dominatorem constituit.

1140 *vel* 1141. Domnus Symeon, huius monasterii sanctae Trinitatis venerabilis abbas, obiit, et domnus Falco abbas successit ei.

1143. Innocentius papa II. defungitur, et unanimitate omnium Romanorum, tam clericorum quam laicorum, Guido cardinalis eius loco eligitur. Qui sexto die suae ordinationis obiit, et Girardus cardinalis pro eo est ordinatus in papam Lucium.

1145. Obiit Lucius papa II. 15. Kal. Martii, et ordinatus abbas sancti Anastasii in papam Eugenium.

1146. Octavo Ydus Iunii obiit domnus Falco, nostrae congregationis abbas, et 7. Ydus Iulii Marinus vestararius loco eius successit. In praedicto mense Iunio Rogerius rex Siciliae misit stolium suum, et cepit Neapolim et tenuit eam.

1147. Rex Rogerius stolium suum in Romaniam misit, et Corpho, et Cephaloniam, et Estivam, et Corinthum, omnemque illam maritimam usque ad Malvasiam cepit. Principes etiam et omnes maiores et cunctos Iudeos illius terrae captivos ad Siciliam duxit.

ANNALES BREVES.

1154. Obiit Rogerius rex, et Guilielmus, filius eius, substituitur.

1152. Fredericus imperavit annis 37.

1156. Hic venit Fredericus Romam, et accepit coronam apud sanctum Petrum ab Adriano papa.

1160. Obiit Adrianus papa, et Alexander tercius papa subrogatur, et facta est scisma in ecclesia Dei per 20 annos.

1163. Hoc anno destructum est Mediolanum a Frederico imperatore.

1165. Obiit Guilielmus rex, et filius eius Guilielmus rex efficitur.

1169. Mense Februario terraemotus factus est magnus in Sicilia, et eversa est Cathenensium civitas.

1170. Domnus Marinus, abbas sanctae Trinitatis, obiit 19. Kal. Ianuarii.

1170 *vel* 1171. Domnus Benencasa[b] eligitur abbas sanctae Trinitatis 2. Kal. Februarii.

1178. Sol obscuratus est ex magna parte media die. In hoc anno multitudo Sarracenorum interfecta est in partibus Orientis ab *abitantibus Ierusalem*.

ANNALES BREVES.

1179. In hoc anno synodus facta est in urbe Roma, et condempnata est *ibi incontinen*tia clericorum et usura, ut nullus usuram accipiat, et nullus *concubinam* habeat.

1179. Hoc anno celebratum est concilium ab Alexandro papa in Lateranensi ecclesia.

a) inter raianum *vel* inter rinianum *in codice legere mihi videbar. Quae littera deinceps obliqua imprimuntur, in codice non ita clara apparebant.* b) Beneēa *codex, infra* Benenc̄.

1180. In hoc anno et in sequenti facta est mortalitas magna per totam terram Laboratoriam, ita ut in lecticis mortuorum corpora ponerentur *insepulta*.

1181. Obiit Alexander papa, et Lucius III. papa efficitur. In hoc anno facta est fames magna per totam Italiam.

1185. Rex Wilielmus II. misit storium[a] suum in Romaniam, et apprehendit Durrachium et totum illud ducatum usque Thesalonicam, et ipsa Thesalonica cepit.

1186. Obiit Lucius tercius papa, et Urbanus papa tercius efficitur.

1187. 11°. Kal. Octob. obiit Urbanus III. papa, et nonus[b] Gregorius papa efficitur, et hic[c] 4. Kal. Ianuarii, et Clemens papa efficitur.

1189. Rex Wilielmus II. obiit, et Tancredus comes rex efficitur. Primo anno regni cuius venit Henricus Testa cum Alamannis in Apuliam, et destruxit ibi Cornetum, et venit usque ad Aquam-pudidam et postea reversus est.

1190. Imperator venit usque Neapolim, et obsedit eam, et postea ibi[d] infirmatus rediit in Alamannia.

ANNALES BREVES.

1191. Henricus imperavit annis 6.

1193. Quarto Ydus Ian. obiit Benencasa abbas sanctae Trinitatis.

1194. Hoc anno reversus est imperator Henricus, et misit ante se stolium in Siciliam, et ipse venit per terram super Salernum et obsedit eam, et secundo die obsidionis sue capta est civitas, quintodecimo videlicet Kalendas Octobr. quart die ante festum beati Mathei, et omnes fugerunt viri et mulieres, et civitas depopulata est et dispoliata. Et postea perrexit, et cepit totam Siciliam. Cepit etiam Wilielmum, filium Tancredi, quem fecerant regem, et matrem eius et sorores, et archiepiscopum Salernitanum et fratres eius, et multos alios, et vinctos duxit secum in Alamannia.

1197. Hoc anno mortuus est Henricus imperator in civitate Messana.

1208 *vel* 1209. Domnus Balsamus eligitur abbas sanctae Trinitatis 6. Ydus Mart. et post tertium diem obiit abbas Petrus secundus sancte Trinitatis.

1215. In hoc anno facta est synodus in urbe Roma.

ANNALES BREVES.

1209. Otto imperavit.

1216. Obiit Innocentius papa III. et Honorius tertius papa efficitur.

1217. Hoc anno quinto Idus Apriles comes Altissiodorensis Rome coronatus est in imperatorem Constantinopolitanum a papa Honorio, et in introitu Grecie capitur apud Turarium a Theodoro.

1219. Capta est a christianis civitas Damiate, in festo videlicet sancti Leonardi.

1220. In hoc anno coronatus est domnus Fredericus inperator et domna Constantia uxor eius inperatrix a domno Honorio papa tertio in urbe Roma, in festo videlicet sanctae Caeciliae. Eodem etiam anno recuperavimus castrum sancti Adiutoris, in vigilia scilicet natalis Domini, domno Balsamo venerabili abbate multum proinde laborante; et ipso anno Capuana curia extitit celebrata per ipsum domnum imperatorem.

1229. [Kalendis Iun. depositus est domnus I. abbas Cavensis de abbatia sententialiter[e]].

1232. Octavo Kal. Decemb. obiit Balsamus nostrae congregationis abbas, et domnus Leonardus vestararius abbas eligitur Ydibus Decembris.

1240. Obiit Gregorius papa.

1243. Innocentius papa IV. eligitur.

1245. Hoc anno depositus fuit Fridericus imperator aput Lugdunum per domnum Innocentium papam quartum in concilio generali, et excommunicati sunt omnes adherentes ei.

a) *i. e.* stolium. b) *lege* octavus. c) *scil.* obiit. d) il *cod.; reliquum vocis abscisum.* e) *haec ita scripta:* Kal. Iun. dep. est. d. I. abbscā. dea S. *cf. infra a.* 1266, *unde haec anno* 1229 *perperam adscripta esse apparet.*

1249. In hoc anno destructa est civitas Beneventana, et translatum corpus beati Bartholomaei et alia multa corpora sanctorum et reliquiarum a domno Leonardo abbate in monasterio Cavensi, videlicet 19. Kal. Febr. Et in sequenti anno

1250. mortuus est Fredericus imperator in partibus Apuliae in castello Florentini.

1252. In hoc anno Corradus rex venit de Alamannia, et obedivit ei totum Regnum praeter Neapolim, Capuam et Nuceriam et quasdam alias terras.

1253. In hoc anno omnes terrae, quae rebellatae fuerunt Corrado regi, reversae sunt ad eum praeter Neapolim; unde iratus congregavit totum Regnum, et obsedit eam decimo octavo Iun. a mari et a terra, et circumdata est civitas viriliter, et fecit contra eam multas machinas et exquisita ingenia. Decimo itaque die intrante mense Octubris, cogente eos fame simul et exercitu, reversi sunt ad eum, et praecepit rex, et destruxerunt totum murum eius per circuitum usque ad solum, et multos ex eis exiliavit; similiter fecit Capuae.

1254. In hoc anno mortuus est rex Henricus parvulus in civitate Melfiae, videlicet in mense Decembr. In hoc etiam anno mortuus est rex Conradus, videlicet in mense Madio 21° eiusdem. Septimo Nonas Dec. obiit Innocentius papa IIII. in civitate Neapoli, et secundo die obiit ibidem Stephanus cardinalis; quorum corpora tumulata sunt in maiori ecclesia praedictae civitatis.

1255. Octavo decimo die intrante mense Augusti obiit Leonardus Cavensis abbas; et domnus Thomas, prior magnus claustralis, eligitur abbas.

1258. In hoc anno Manfredus princeps Tarenti, cum esset baiulus regni, vocavit omnes praelatos, et apud Panormum accepit coronam in festo sancti Laurentii.

1259. In hoc anno Trapani a terrae motu destructa est, et civitas Messane igne cremata est. In nocte sancti Francisci plures civitates et castra terrae motu concusse sunt.

1264. Nono Kal. April. obiit Thomas abbas Cavensis, et Iacobus abbas sancti Benedicti de Salerno ex mandato Urbani papae IIII. effectus est abbas Cavensis. Stella cometes apparuit a festo sancti Iacobi usque Kal. Octobris.

1266. Kalendis Iulii depositus est Iacobus abbas Cavensis de abbacia sentencialiter per domnum Radulfum cardinalem, sedis apostolice legatum, et a domno papa Clemente IIII. missus est frater Amicus monachus Casinensis, et a predicto legato aput Melfiam consecratus est abbas in die sancti Iacobi apostoli, et primo Kalendarum Augusti intravit in monasterium Cavense. In hoc anno Carolus comes Provinciae intravit Romam 13. Kal. Iunii, et senator effectus est. Nonis Decembr. Manfridus, qui vocabatur rex, destruxit terram Cavee et depopulavit. In die sancte epyphanie per voluntatem sanctae ecclesiae Carolus coronatus est rex, et venit cum exercitu magno, et in purificatione sanctae Mariae intravit Regnum, et 8. die cepit sanctum Germanum per vim, et expugnavit exercitum Manfridi. Tunc Manfridus fugit de Capua, et rex Carolus persecutus est eum usque Beneventum; et 3. die stante mense Februarii pugnavit cum eo, et cecidit exercitu Manfridi; et mortuus est Manfridus, et totum Regnum obedivit Carolo regi, et omnes homines reversi sunt in terra Cave.

1267. Millesimo ducentesimo sexagesimo septimo, indictione undecima, secundo Februarii, Saraceni Lucerie et multi alii perfidi christiani contra illustrissimum domnum Karolum, filium regis Franciae, regem Siciliae, rebellionis spiritum assumserunt, habentes spem in Conradino, filio regis Conradi, qui de Alamania cum duce Austriae et pluribus Theotonicis recesserat, et venerat Veronam; et ab inde recedens venit Papiam et postea Pisas; et ibi tam Theotonicorum quam Yspanorum et Pisanorum necnon et Italicorum exercitu maximo congregato, cum ipsis se contulit Romam; et ibi stetit per paucos dies cum ipso duce et comite Galvano, et adiuncto sibi domno Henrico filio dompni Ferrantis regis Castellae senatore Urbis, et etiam Romano populo, de ipsa Urbe recedens cum toto dicto exercitu, Regnum cepit invadere et intrare. Quod idem dominus rex Karolus audiens, cum gente sua versus eundem Conradinum et gentem eius iter suum direxit, et cum idem Conradinus callidiose vellet intrare Regnum, seque coniungere Saracenis, venit inter Albam et Pontum et ibi castra sua defixit. Ad quem locum dictus dominus rex

Karolus cum dicta gente sua se conferens, castra metatus est ibi. Cumque uterque exercitus se ad invicem videret, vicesimo tertio Augusti initum est proelium, et demum pluribus ex utraque parte cecidentibus in proelio supradicto, dictus dominus rex Karolus, eum divino auxilio prosequente, et adiuvante fide quam habebat in sancta Romana ecclesia, proelium ipsum vicit, et facta fuit tanta strages hominum Conradini, quod innumerabilis fuit numerus eorumdem, et alii per valles et nemora fugierunt. Quod Romanus populus audiens, eundem dominum regem Karolum elegerunt senatorem eorum. Postmodum vero cum ipse Conrradinus una cum duce Austrie predicto, comite Galvano et filio eiusdem comitis de ipso proelio fugissent, iverunt Austuram, et ipsi volentes per mare evadere, ibi capti fuerunt, et adducti ad dictum domnum regem Karolum, in carcere mancipati. Quibus in sua potestate habitis et detentis, et adductis ad eum apud Genazanum*, ibi dictum comitem Galvanum eiusque filium coram omni populo decapitari iussit. Quofacto idem domnus rex contulit se ad Urbem. Dictus autem dompnus Henricus dum de ipso proelio similiter fugisset, accessit ad quoddam monasterium quod dicitur sancti Salvatoris, et ibi notus captus fuit, et adductus ad ipsum domnum regem Karolum. Qui dominus rex ducens secum captum dictum Conradinum, ducem praedictum et dompnum Henricum, ut ipsos sic captivos videret omnis homo, intravit Regnum et venit Neapolim, ubi idem domnus rex post paucos dies dictum Conradinum et ducem publice decapitari iussit; quorum corpora sepulta fuerunt iuxta sepulcra Iudeorum. Quo facto idem dominus rex ducens secum dictum dompnum Henricum captum, ab ipsa civitate recessit, et ivit ad obsidionem Luceriae supradicte. Genzano.

1268. Hoc anno 23. Ianuarii mortuus est frater Amicus, abbas Cavensis monasterii, Neapoli, et eodem die delatum est corpus eius ad ipsum monasterium, et sequenti die traditum sepulturae. Altero vero die, scilicet in festo conversionis beati Pauli apostoli, congregato collegio ipsius monasterii in unum, unanimi voluntate fratrem Leonem, monachum nutritum et camerarium eiusdem monasterii, elegerunt in abbatem eorum et monasterii supradicti, et post paucos dies idem electus per dominum Radulfum episcopum Albanensem, apostolicae sedis legatum, fuit aput Beneventum vocatus, et ibi confirmatus per eum, et ab eo ibi munus benedictionis accepit 5. Februarii.

1269. In hoc anno mortuus est dominus Clemens papa IIII., et stetit ecclesia per duos annos et menses decem sine pastore. 8

1275. Hoc anno factum est concilium apud Ludunum per quondam dominum papam Gregorium X., in quo concilio affuit abbas Leo secundus.

1281. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo primo, die Lune, 2. stante mense Marcio, civitas Panormitana occidit omnes Francos, quos invenire potuerunt in dicta civitate, et exinde rebellata est tota Sicilia.

1283. Anno dominice incarnationis 1283, die Lune, 9. mensis Iunii, dominus Karolus princeps apud Neapolim pugnavit cum galeis Sicilie, et captus est in ipso proelio cum baronis et pluribus aliis *Francis* et hominibus Regni, et deportati sunt in captivitate in Sicilia.

Hoc anno mortuus est Karolus rex primus in die sancti Epiphanii.

Die Veneris, ultimo mensis Octobris, dominus Carolus, filius regis Caroli primi, exivit de carcere et de manibus quondam Petri et haeredum eius dictus rex Aragonum gentis.

1290. Hoc anno mortuus est Nicolaus papa IV.

1294. Hoc anno eligitur frater Petrus de Môrrone in papam mense Iunii, qui vocatus est Celestinus V., et venit Neapolim. Hoc anno Celestinus papa V. praefuit in papatu mensibus septem, numerando a mense Iunii quo fuit electus usque ad mensem Decembr. sequentis, quo mense apud Neapolim in Castronovo, coram omnibus cardinalibus renunciavit papatui; et eodem mense eligitur in papam domnus Benedictus Gaietanus, qui vocatus est Bonifacius VIII. apud Neapolim.

1295 *vel* 1296. Hoc anno 14. Kal. Septembris mortuus est abbas Leo huius nostrae congregationis, et de gratia non de consuetudine expectaverunt fratres presentes absentes qui commode potuerunt venire, et nono Kal. Septembris concorditer elegerunt fratrem Raynaldum, monachum et praepositum eiusdem monasterii, in abbatem ipsius monasterii, cuius electio per venerabilem patrem dominum L. sancti Angeli diaconum cardinalem, apostolicae sedis legatum, fuit confirmata 4. Idus Septembris in hospitali Montis Virginis, et 14. Kal. Octobris aput Rapollam fuit consecratus in abbatem. Hoc anno dictus domnus Bonifacius papa VIII. devenit ad lites cum duobus cardinalibus de domo Columpnensium de urbe Roma et cum tota domo eorum, et deposuit eos a cardinalatibus suis, et expulit eos de urbe Roma cum tota progenie eorum, et privavit eos castris, terris et villis omnibus, quas intra Romam et extra, ubiubi possidebant easdem. Qui[a] cardinales restituti sunt ad gratiam ecclesie Romane per domnum papam Clementem V. anno primo[b] papatus ipsius.

1298 *vel* 1299. In hoc anno mense Iulii apparuit stella cometes.

1299. Hoc anno per domnum Iohannem[c] Pipinum depopulata est civitas Lucerie Sarracenorum mense Augusti.

1299 *vel* 1300. Hoc anno predictus abbas Raynaldus 3. Kal. Iulii citatus a domno Bonifacio papa octavo ad curiam Romanam pro quibusdam suis enormibus excessibus, de mandato predicti domni summi pontificis renunciavit abbatie predicti monasterii 4. *Idus* Septembris. Et eodem anno quarto [Idus Ianuarii[d]] *venerabilis* frater Robbertus, abbas *monasterii sancti Bene*dicti de Salerno, de *mandato eiusdem* domini nostri summi *pontificis trans*latus est in abbatem monasterii Cavensis.

1301. In hoc anno mense Ianuarii die Iovis, decimo octavo eiusdem mensis, in sero in noctis tenebris arenam parvissimam pluit Dominus super terram, et in eadem nocte ante auroram usque ad diem pluit cinerem mixtam cum sulfure in aliquibus partibus in maxima quantitate, et eodem die Iovis insula Ysscle[1] ardere incepit, ita quod homines habitantes in ipsa insula abinde recesserunt.

1302 *vel* 1303. Hoc anno dictus domnus Bonifacius papa octavus devenit ad lites cum domno rege Francie, ita quod puplice excommunicavit eundem, et revocavit privilegia dicti regis, quod non posset excommunicari; et exinde dictus rex revocavit ad se ambos cardinales *depositos* per eundem domnum papam, et omnes alios laycos qui dicti sunt de Columpna, et fovit eos in tantum, quod misit vicarium[e] suum de Francia, *qui ivit* cum Iacobo layco dicto de Columpna qui vocatur *cardinalis et* fratre ipsorum cardinalium cum maximo comitatu, et ceperunt eundem domnum papam de persona apud Anagniam de mense Septembr. 7. eiusdem, et nono die *eiusdem ipse* domnus papa liberatus est a domno Matheo Rubeo[f] cardinali, et ivit Romam, et mansit ibidem usque ad 29[m] diem dicti mensis et mortuus est. Et 8. mensis Octobr. sequentis electus est in papam frater Nicolaus cardinalis de ordine Predicatorum, qui vocatus est Benedictus, et in sequenti anno mense Iunii diem clausit extremum. Anno autem Domini 1305. mense Iunii, sexto eiusdem, in die videlicet pentecostes, creatus est in papam domnus Bertrandus archiepiscopus Burdellensis, qui vocatus est papa Clemens quintus. Qui domnus papa veniens Provincie, convocari fecit ad se omnes cardinales.

1308 *vel* 1309. Hoc anno mortuus est rex Karolus secundus 4. Madii, et Robertus, filius eius primogenitus, coronatur in Provincia in civitate Avinioni a domno Clemente papa quinto, primo die dominico mensis Augusti.

1311. Hoc anno factum est concilium apud Viennam per dominum Clementem papam quintum; in quo cum praelati de Regno de mandato dicti summi pontificis affuissent, frater Robertus, huius monasterii venerabilis abbas, in ipso itinere apud Marsiliam graviter infirmatus 20. Octobr. diem clausit extremum; unde ipsius monasterii monachi in unum more solito congregati, fratrem Bernardum, priorem sanctae

a) Qui cardinales . . . . ipsius *manu alia ac priora.* b) anno 2ᵖ papatus *codex.* c) Jōm. *codex.* d) idus Ianuarii *verba manu recenti loco lectu difficili superinducta.* e) *vox* vicarium *non adeo certa.* f) matheo pubeo *codex.*

1) Ischia.

Mariae MontisSerrati, concorditer elegerunt; cuius electio per quinque annorum curricula prorogata, per dominum Ioannem papam XXII. tamdem extitit anullata, et de ipsius mandato frater Philippus, abbas sancti Iohannis in Veneris, in abbatem dicti monasterii est translatus.

1315. Hoc anno stella cometes apparuit a festo sancti Thome apostoli usque in epiphania.

CHRONICA SANCTI BENEDICTI.

Damus ea post Camillum Peregrinum[1] *et Pratillum*[2], *correctiora et ampliora ex* 1) *codice Casinensi numero* 353 *insignito, membranaceo in fol. saeculi X. ineuntis, omnium antiquissimo*[3], *adhibitis praeterea* 2) *codice monasterii Cavensis membr. in fol. sec. XI. ineuntis, ubi fol.* 187 *post edicta regum Langobardorum catalogus ducum Beneventanorum et comitum Capuae*[4] *legitur;* 3) *codice Vaticano Nro.* 5001 *membr. sec. XIII. exeuntis vel XIV. ineuntis, qui tum initio tum fol.* 140 *sqq. partem aliquam operis et singularia quaedam de ducibus Beneventanis exhibet*[5]*;* 4) *chronico ducum et principum Beneventi a Peregrino T. I.* 264—267 *ex codice monasterii S. Sophiae Beneventanae edito, quod in pluribus cum codice Vaticano convenit. Quibus in unum congestis, addere placuit Catalogum principum Salerni*[6] *a Pratillo T. V.* 1. *ex apographo codicis membranacei iam exusti, quo et chronicon Cavense legebatur, in lucem prolatum, qui in enumerandis Beneventanis principibus superiores secutus, inde a Siconis tempore exscribendus videbatur, tum Chronicon et catalogum comitum Capuae a Pratillo T. III. p.* 146 *et V.* 84 *ex necrologio S. Benedicti Capuani, annis* 977—986 *a Mauringo sacerdote exarato atque ad saeculum XI. producto decerpta. Ultimo loco chronicon principum Beneventi, Salerni, Capuae et Neapolis circa annum* 948 *et* 949 *compositum ex codicibus* 1) *Palatino Vindobonensi in catal. hist. eccl. Nro.* 147 *membr. sec. XI. calamo Langobardico conscripto et* 2) *Bruxellensi membr. sec. XI. luci dare iuvabit; in utroque codice chronico Isidori Hispalensis adiungitur; at notitias ei insertas ad catalogos antiquos Casinenses referri, lectores facile advertent.*

Ipsa Sancti Benedicti chronica catalogis, ut videtur, circa annum 831 *conscriptis innixa, in Monte Casino circa annum* 872 *composita et ad annos* 913 *et* 926, *immo* 993, *producta sunt, continuationibus demum a monachis Cavensibus, Beneventanis et Salernitanis usque ad undecimi saeculi exitum, quo Normannis regiones istae cesserunt, adiectis.*

In chronologia Langobardorum ducatus Beneventani principum stabilienda Gattulae et Blasi opera praecipue adminiculo erunt.

1) Historia principum Langobardorum Neapoli 1643. 4. 2) in nova editione Historiae Peregrini; sed Pratillus nec codices Casinates nec Cavensem vel Vaticanum evolvit. 3) Archiv V. 134. 4) Archiv V. 256. 5) Archiv V. 133. 6) Chronicon Salernitanum brevissimum a Peregrino T. I. 260. 261. editum et a Pratillo V. 16 repetitum ut nullius pretii omisimus.

CRONICA DE MONASTERIO SANCTISSIMI BENEDICTI

Diebus Iustiniani orthodoxi imperatoris beatus Benedictus *etc.*

Gisolfus quoque, Beneventanorum dux, Suram, Romanorum civitatem, Arpinam, Atinen, atque Arcem pari modo oppida cepit. Qui Gisulfus tempore Iohannis papae sua omni cum virtute Campaniam venit, incendia et depraedationes faciens, multos cepit captivos. Et usque in locum qui Horrea dicitur perveniens, castrametatus est, nullusque ei resistere potuit. Ad hunc pontifex missis sacerdotibus cum apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, ipsumque ducem suo cum exercitu ad propria repedare fecit. Cuius uxor, Scauniperga nomine, in urbe Casinatium in idolorum templo beati apostolorum principis Petri honore beataeque scilicet gloriosae semper virginis Mariae necnon et Michahelis argangeli altaria statuens, igonas et ministeria vel ceteris ac optimis muneribus illustrans, et devota mente succedue memoranda reliquid. In eiusdem vero urbis arcem quo Mello dicitur, ubi decenter beati corpus Benedicti humatum est, isdem Gisulfus armipotens dux cum conscendisset, tum divino tactus amore, beato patri Benedicto cuncta in circuitu montana et planiora conferens, et fixis donariis posteris habenda imperpetuum concessit. Sed propter hostium irruptionem marchas tantum ad incolarum tutamina dimisit; caeterum ob laborum suffragia exercendum vicinis precepit, tam in seminibus quam messium tempora monachis oboedituros.

Libet breviter ut ex maiorum dictis reppertum est me dixisse sufficiat, nunc vero cursim iterandum est huius nostrae cronice succinctio, ut lector facile agnoscere queat, quae tempora vel quis princeps huius patriae extitit, vel pastor loci istius quo deguit; et ex brevi memorabilique calculo langa[a] qui velit extendat pagina, et narrator existat dolorum tempora.

Incipit cronica Langobardorum seu monachorum de monasterio sanctissimi Benedicti.

Gregorius
2
3.
1.
5.
6.
7.
Godelscalcus
2. 3. 4. 5. 6.
Gisolfus
2—17.
Liudprand
2.
3.
4—8.
Arechis
2. 3.
4.
5.
6. 7. 8.
9.
10—14.
15.
16—21.
22.
23—30.
Carolus ad monasterium indictione 11.
Grimoald
2—10.
11.
12—20.
Grimoald storesaiz
2—11.
Sico princeps
2—11.
12.
13—16.
Sichard
2.
3. 4.
5.
6. 7.
Radelchis[b] Siconolfus divisio terre

Ciprianus
Petronax abbas
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9. 10. 11. 12. 13.
14.
15—30.
31.
32.
Optatus abbas
2—6.
7.
8. 9.
Ermeris abbas.
Gratianus abbas
2. 3. 4.
Thomichis abbas
2—6.
Poto abbas.
2—7.
Theodemar abbas
2—9.
10.
11—19.
Gisulfus abbas
2—10.
11.
12—21.
Apollinaris abbas
2—11.
Deusdedit abbas
2—5.
6.
Audpert abbas
2. 3.
Bassacius abbas
2. 3.
4.

a) *ita c.* b) Radelchs *c.*

Radelchis*	Siconolfus*	Reges Saracenorum	Bassacius abbas	
2.	2.	Calfon de Barim.	5.	
3.	3.	2.	6.	
4.	4.	3.	7.	
	Siconolfus tulit aurum de monasterio.			
5.	5.	4.	8.	
6.	6.	5. et menses 5.	9.	
7.	7.	Ali. Saraceni in Aquino.	10.	
Saraceni				
8.	8.	2.	11.	
9.	9.	Aiu	12.	
10.	10.	Ferraci	13.	
11.	11.	2.	14.	
12.	Sico	3. et menses 6.	15.	
13.	2.	Seodan	16.	
		omnia ius renovata fratrum al-		
Radelgari	3.	2.	17. taria	
2.	Ademari	3.	18.	
3.	2.	4.	19.	
4.	3.	5.	Berthari abbas	
Adelchis	4.	6.	2.	
2 — 6.	5 — 9.	7 — 11.	3—7.	
7.	Dauferi*	12.	8.	
8.	2.	13. Hludowicus imp.	9.	
9.	3.	14. 2.	10.	
10.	4.	15. 3. capiens omnes	11.	
		civitas, agitur contra Saracenos.		
11.	5.	16. 4.	12.	
12.	6.	17. 5.	13.	
		et mense 2.		
13.	7.	6.	14.	
14 — 17.	8 — 11.		15—18.	
18.	12.		19.	872.
Beneventani.	Salernitani.	Saraceni. Franci.		

Apostolici viri.

Petrus apostolus sedit in Antiochiae cathedra episcopali annos 5. Hic Petrus ingressus in urbe Roma, sedit in cathedra episcopali annos 25.

Linus *etc.* . . . . .

Iohannes an. 3. m. 2. d. 12. Tempore[b] istius fuit Gisulf dux Beneventi . . .

Zacharias a. 10. m. 3. d. 15. Iste restauravit monasterium sancti Benedicti . . 741.

Sergius a. 3. Sub isto Sergio depraedaverunt Saraceni ecclesiam sancti Petri. 844.

Leo a. 8. m. 3. d. 7. Iste Leo fecit castellum sancti Petri, et renovabit ecclesiam sanctae Mariae et ecclesiam sanctorum quattuor Coronatorum . . . . . 848.

Adrianus Teanensis a. 1. m. 4. d. 1. Iste Adrianus cecavit Georgium de Abentinum, et Mariam superistanam nudam per totam Romam fusticavit . . . . . 884. 885.

Iohannes archiepiscopus Rabennatis ecclesie, invitatus a primatibus Romane urbis, contra instituta canonum agens, Romane ecclesie invasor factus, prefuit in ea annos sedecim; quibus expletis, ab illis occulto Dei iudicio, tamen iusto, vivus depositus est. 914. 928.

Leo[c] papa sedit menses 10. 929.

Stephanus papa sedit. 929—931.

Imperatores Romani.

Augustus regnavit a. 56. *etc.* . . . .

Leon qui et Chazaris a. 5. Iste Leo imperabat[d] Romanis, quando Carolus rex Beneventum venit. Cuius tempore Grimoaldus princeps erat Beneventi.

Constantinus cum Irini, matre sua, a. 10. 780.

*) *nomina hic iterum scribenda duxi.* a) D *obscurum.* b) *Adnotationes, una de Zacharia excepta, manu seriori scriptae sunt.* c) *haec alia manu posteriori adiecta sunt.* d) iperabat c.

790. Constantinus solus a. 7. Sub isto ceperunt Franci dominare Romanos . . . . .

813. Leon a. 7. et occisus est in ecclesia. Iste destruxit sanctas imagines et eiecit Nicforum patriarcha.

820. Michahel alter a. 9. Sarrace i Cretam et Siciliam ingressi sunt . . . . .

913—959. Constantinus filius supradicti Leonis.

Reges Langobardorum.

Alboin *etc.*

744. Rachis rex Langobardorum, dimisso regno ad beati Benedicti limina cum sua uxore Tasia et Rottruda filia, uterque monachico abitu induti; iste hic in Casino, illa in Blombarolia vitam finierunt. Et istius temporibus Carolusmagnus regno dimisso et monachus factus hic habitabit, et postea in Francia legatus pro rei publice a papa missus, ibi vitam finivit; sed a fratre Pipino rege corpus eius in locello aureo misso, atque in Monte Casino directo, ibi quiescit.

749. Aistolfus regnavit annis 5. mensibus 6. Iste possedit[1] Romam et appraehendit Ravenam.

756. Desiderius regnavit annis 18. mensibus 2. diebus 10. Capta est Papia civitas, mense
774. Iunio die Martis. In isto complentur reges 20.

A[b] Zottone[c], primo duce Beneventi, usque ad 15. annum Siconis[d] sunt anni 272[e] temporibus imperatoris Tiberii[f], qui imperavit annis 6.

Gisulfus[g] prior, dux Beneventi, qui[h] devastavit Campaniam, qui praefuit Samnitibus[i] annis 17; ab isto Gisolfo usque ad alium Gisolfum iuniorem sunt anni 53.

A[k] Gisolfo iuniore usque ad 15. annum Siconis principis sunt anni 84.

A[l] beato Benedicto usque ad Gregorium papam sunt anni 78.

A Gregorio papa usque ad 15. annum Siconis sunt anni 206.

[A[m] Gregorio papa usque ad Gisolfum, qui devastavit Campaniam, anni[n] 74.

A[m] beato Benedicto usque ad Gisolfum iuniorem anni[n] 205.

A beato Benedicto usque ad 15. annum Siconis[o] anni 307[p]. *Haec habent codices* 2. 3.]

Temporibus[q] Iustini imperatoris[r] maioris et Iustiniani[s] fuit sanctus Benedictus sub Iohanne papa. Eodem tempore[t] Theodericus[u] rex in Italia[v] praefuit[w].

Duces Beneventi[x].

Zotto[a] sedit annis 20.

Arichis[b] sedit annis 50.

Aio[c] sedit anno 1. mensibus 5. Iste[d] dimicavit[e] cum Sclavis ad Aufidum, et interfecerunt illum per ingenium.

Radoaldus sedit annis 5[f].

Grimoaldus[g] sedit annis 25[h].

Romoald[i], filius eius[k], sedit annis 16.[**] Temporibus[k] istius venit Constans imperator super Beneventum et obsedit eam.

Grimoaldus[l], filius eius, sedit annis 3[m].

Gisulfus[n] maior[o], frater[p] istius Grimoaldi, sedit annis 17[q].

Romoaldus[r], filius istius Gisulfi[s], sedit annis 26[t].

b) *Sequentia ex codd.* 1. 3. 4. c) Zotone 3. d) *annum scilicet* 831. e) CCLXXX. mens. III. d. XV. 4. f) tib. imp. 3. g) gisolfus 3. 4. h) *deest* 3. i) sannitibus 3. k) ab isto G. 4. l) *haec et Catal. Salern. habet.* m) et a 4. n) sunt a. 4. o) *additur:* principis sunt 4. p) CCC. 3. q) *haec et Catal. Salern. habet.* r) *deest* 3. s) Temporibus iustiniani maioris 4. t) tunc temporibus 3. 4. u) et theodericus 3. theodoricus 4. v) r. italiae 4. w) *sequentia usque* Ursus filius praedicti Aionis *desunt* 3. *fol.* 140. *adsunt initio codicis.* *) Anni ducibus Benèventi et principibus 2. a) Anno ab incarnatione Domini quingentesimo sexagesimo octavo principes coeperunt principari in principatu Beneventi, quorum primus vocabatur Zotto 3. Z. primus dux 2. Z. p. d. beneventi 4. b) A. natus in Foro Iulii 2. c) A. filius eius 3. 4. A. filius istius Arechis 2. d) Iste — ingenium *desunt* 3. 4. e) pugnavit 2. f) V. *corr.* VI. 1. V. m. II. *Sal.* g) G. frater eius 2. 4. h) XV. m. X. *Sal.* i) Rodoaldus 2. *) istius 2. **) XV. *m.* XI. *Sal.* k) Temporibus *usque* eam *desunt* 2. 3. 4. l) Alter G. 4. m) duo 2. III. m. II. *Sal.* n) Gisolfus 2. 4. *ita et infra.* o) *deest* 3. 4. p) filius 3. q) 2 *addit:* Iste devastavit Romam et Sora et Yrpinum, et cepit Arci. *Sal. legit* a. XXIV. m. IX. r) Romualdus 3. s) Gisolfi 2. filius eius 3. 4. t) XXV. m. VII. *Sal.* XXVI. Audelaius (Adelays 4.) sedit a. II. Gregorius *etc.* 3. 4. Adilaus sedt a. I. m. IX; qui postea fuit occisus. *c. Salern.*

l) i. e. obsedit.

Gisulfus puerulus, filius istius Romoaldi, dux factus, depositus[a] est Papiam a Lioprando rege[b].

Gregorius, nepos[c] Lioprandi, sedit annis 3.[d]

Godescalcus[e] annis 3.[f]

Gisulfus[g] supradictus puerulus, revocatus in Benevento, dux ibi extitit. Arechis sedit annis 29[h]. Iste primus appellatus est princeps, et fecit duo palatia, unum in Benevento, et alium in Salerno, et sanctam Sofiam aedificavit in Benevento.

Grimoaldus, filius eius, sedit annis 20.[i] Huius temporibus venit Carolus rex Beneventi provinciam.

Alter Grimoaldus[k] sedit annis 11. mense 1. diebus 10.

Sico[l] sedit annis 16.[m] mensibus 2.

Sicardus, filius eius[n], sedit annis 6.[o] mensibus 10. indict. 2.[p]

Radelchis sedit annis 13.[q] Huius temporibus divisum[r] est principatum Beneventanum inter Siconolfum et ipsum. 840.

Radelgarius, filius eius, sedit annis 9.[s] mensibus 3. 853.

Adelchis, frater eius, sedit annis 24. mensibus 6. 856.

Gaideris[t], filius supradicti Radelgarii, sedit annis 2.[u] mensibus 6. diebus 19.[v] 878.

Radelchis[w], filius supradicti Adelchis, sedit annis 3. mensibus 8.[x] diebus 21. 882.

Aio, frater eiusdem Radelchis[y], sedit annis 6. 885.

Codd. Casin. et Cav.

Ursus, filius praedicti Aionis[z], puer decennis[a] sedit anno 1. Cuius tempore Sybbaticius[c] stratigos[d] cum valida manu Graecorum venit Beneventum 3. Idus Iulii, obseditque eam usque 15. Kalendarum Novembriarum diem; quos benigne paciscens, in eam[e] ipse ingressus est eodem die; completis trecentis triginta annis et aliquot[f] mensibus a Zottone primo duce[g] Beneventi, quibus Langobardi primatum tenuere Beneventanae provinciae.

Tribus denique annis novemque mensibus et diebus biginti[h] dominatio Graecorum tenuit Beneventum Samniique provinciam[i].

Cod. Vatic. 5001.

Ursus, filius praedicti Aionis, sedit annum 1. Postea domin*antur in* principatu Beneventi annis 4 Sabbaticius stratigo et Georgius patricius Greci, qui tunc in tempore preherant in Apulia pro parte imperatoris Constantinopolitani.

Guido marchisis tenuit postea praefatum principatum anno 1. mensibus 8.

Radelchis princeps sedit anno 1.

Cod. S. Sophiae Benevent.

Ursus, filius eius, puer decennis sedit anno 1. mensibus 6. 890.

Cuius temporibus Simbatcus stratigos cum valida Graecorum manu venit Beneventum 3. Idus Iulii, et tenuerunt eam annos 3 et menses 9 et dies 20. 891. Oct. 18.

Hoc tempore completi sunt anni 330 et menses 5 a Zotto primo duce Beneventi, quibus Longobardi primatum tenuerunt Beneventanae provinciae.

Post hoc Guido marchense introivit in Beneventum. Sedit anno 1, mensibus 7. 895.

Radelchis iunior iterum sedit annis 2. mensibus 6. 897.

Cod. Casinensis.

Postea vero *Liudo marchio*[k] anno 1 et mensibus octo expletis postquam Graeci Be-

Cod. Cavensis.

Postea vero Wido marchio Beneventum ingressus indicione[k] 14. tenuit eam annis duobus 895.

a) deportatus 2. b) regem 2. c) n. L. r. *desunt* 3. 4. nepus Lioprandi regis 2. d) VII. 3. 4. septe 2. VII. m. IV. *Salern.* e) Godescalchus 4. 5. f) tres, fugiens adventu Liuprandi regis, occisus est, Benevenso dux ibi estitit Arechis annis viginti novem. Iste 2. IV. 4. a. III. m. IV. *Sal.* g) G. sedit a. XIV. 3. G. filius Romualdi sedit a. XVII. et dies X. 4. *Sequitur ante Arechim:* Liuthprandus sedit a. VIII. m. III. 3. Liudprandus filius eius, nepos Liudprandi regis, sedit a. VIII. et m. III. 4. a. XII. m. VII. Leoprand dux fuit per a. III. m. VII. postea Benevento pulsus est. *Sal.* h) XXIX. m. V. 3. A. dux et primus princeps s. a. XXX. 4. *Reliqua desunt* 2. 3. 4.; *ita fere et Sal. qui* a. XXIX. m. II. *legit.* i) XVIII. 3. XIX. mens. VI. 4. XIX. m. VIII. *Sal. Reliqua desunt* 2. 3. 4. *Sal.* k) G. a. Stolesayz a. 3. *Sal.* G. a. thesaurarius a. X. m. I. d. XV. 2. A. G. filius eius s. a. XII. m. I. d. X. 4. a. X. m. IV. *Sal.* l) S. exul de civitate Spoletina sedit a. XII. et m. II. 3. 8. Spoletinus qui comes *Sal.* m) VI. 2. XV. 4. n) Siconi 2. f. e. *desunt* 4. o) III. 2. p) i. II. *desunt* 2. 3. 4. q) XI. 3. XI. mens. X. 4. r) divisus est principatus Beneventano inter Siconolfus et i. 2. s) a. III. m. III. et dies . . 3. a. IV. m. III. 2. a. IV. m. II. 4. t) Gayderis 3. Gayderisius filius Radelgari 4. u) V. 4. v) nono X. 4. w) Radelgichis 2. Alter Radelchis iunior 4. x) VI. 4. *absque diebus.* y) f. eius 4. z) aioni 2. a) decimus anno uno 2. c) sabbaticius 2. d) stratico 2. e) in qua pace facta ingressus est eo die 2. f) aliquod 2. g) primatum 2. h) vigintibus 2. i) prouincia 2. k) l. m. *in loco raso.* k) *ita correxi;* in die *c.*

897. nevento fuerant expulsi, in eadem ingressa est pridie Kalend. Aprilis 14. indict. et postea[a] imperatrix, mulier supradicti marchionis, nominatum Radelchis, fratrem suum, Beneventano principatui restituit, qui fere 12 annis ab eo fuerat expulsus; et postea sedit annis 2 et medium[b]; indictio[c] erat 15.

899. Domnus Atenolfus sedit annos 2. mens...
901 indictione 13. Domnus Landolfus et domnus
| Atenolfus, frater eius, filii supradicti Atenolfi,
910. sederunt annis 10.

Primo anno principatus Grimoaldi, qui post Arechis principem extitit princeps, venit Carolus rex Beneventum. Et a tempore eiusdem Caroli[l] usque ad 13. annum prin-
913. cipatus domni Landolfi principis sunt anni 142., temporibus Adriani papae, qui fuit
931. successor Stephani papae quinti.

Additio codicis Vaticani Nro. 5001.

890. Prius tamen quam ista contingerent, temporibus Gaideris et Radelchis seu Aionis principum, ingens locustarum multitudo invasit Calabriam Apuliamque[d] et Samnium et quasdam partes Italiae. Dehinc postquam iam dictus Ursus puer principari coeperat, stella cometes terribiliter longis effulsit cri-
891. nibus per dies aliquot[e]. Cui quidem Sybaticio successor extitit Georgius patricius; quo Beneventi commorante, post non multum tempus fax terribiliter a parte meridiana longo tractu effulsit. Dehinc post dies octo similiter fax ab oriente emicuit pene usque occidentem, quae postquam desinere coeperat, facta est velud species draconis aut licterae. Deinceps hierat[f] ad obsidendum idem patricius Capuam; eoque ibi consistente, denuo fax a meridiana plaga cucurrit, et post modicum ab aquilone, et post paululum ab oriente, et post aliquot dies ab occidente; quater enim illis diebus effulserat.

891. Subsequenter vero Arnolfus, rex Gallorum, intravit Italiam cum multa multitudine veniens usque Ticinum, cupiensque pertingere Romam; sed idem fame et intemperie aeris compulsus, reversus est ad propria. Eo autem tempore Guido, qui cum Berengario Foru-Iulense duo civilia egerat bella, rex erat Italiae, qui tunc aufugerat in partes Spoleti; qui post paululum vomitum sanguinis ab hac luce subtractus est. Lambertus denique, ipsius Guidonis filius, patri[g] successit in regno.

mens. 6. Quibus expletis, in eadem civitatem ingressa est Ageldruda imperatrix Kal. Aprilis, et egressa est exinde mense Augusti, Papiamque reversa est cum ipso marchionem, et Radelchis, fratrem suum, Benevento principatum restituit. Post istos autem omnes domnus Atenolfus tenuit principatum Beneventi solus annum unum. Quo completo, domnus Landolfus, filius eius, factus est princeps, et iam dicto pater cum filio suo annis 10. mensibus 6.

Domnus Landolfus cum patre suo annis 9. et sine patre suo simul cum domnus Atenolfus fratre suo ann. 32. In ind. 4. domnus Atenolfus, frater eius, factus est princeps nono anno principatus domni Landolfi fratri suo, eodem anno quo defunctus est pater illorum; et tenuit principatum simul cum fratre suo ann. 22. ind. 4.

Additio codicis S. Sophiae Beneventanae.

Domnus Atenolfus ex Capuano gastaldato iam comes cum filio Landulfo, et caeteri deinceps per generationes suas, per numerum principes 13 principatum tenuerunt ann. 277. Atenolfus regnavit ann. 2. et cum Landulfo filio suo regnavit ann. 10. mens. 6. et facti omnes anni regni istius Atenolfi 11. et mens. 6.

Post haec iste Landolfus cum Atenolfo fratre suo, et cum Atenolfo et Landulfo filiis suis regnauerunt ann. 26.

Et postea iste Landulfus iunior regnavit ann. 4. et cum Paldolfo filio suo regnavit ann. 20. et mortuus est.

Et post obitum Landolfi patris sui regnauit iste Pandolfus cum Landolfo fratre suo ann. 7. mens. 6. Et post mortem fratris sui regnavit cum Landolfo filio suo ann. 12. mens. 6. et mortuus est idem Paldolfus de mense Martio, et facti sunt omnes anni principatus eius 36. et mens. 6.

Et postea iste Landulfus IV. post mortem Pandulfi fratris sui regnavit mens. 6. et med. et fuit eiectus de Benevento. Et facti sunt omnes anni principatus 12. mens. 9.

Et Paldolfus nepos[h] domni Paldolfi maioris electus est princeps a Beneventanis; et regnavit ann. 5. mens. 8. Et fecit principem Landolfum filium suum, et regnavit cum eo ann. 22. mens. 2. Et fecit principem Paldolfum nepotem suum, filium domni Landolfi. Et regnaverunt toti tres ann. 33. et eiectus[i] est de Benevento, et mortuus

a) p. i. m. *in loco raso.* b) et m. *in loco raso.* c) ind. *c.* d) ampliamque *cod* e) *hic aliqua fortasse exciderunt.* f) *i. e.* ierat. g) patris *corr.* patri *c.* h) nep... *ed.* i) eius *ed.*
l) scilicet a. 771. quo fratre defuncto solus regnum obtinuit.

*Denique hinc factus est eisdem diebus fere per omne Samnium seu Apulia terrae motus ingens. Subsecuta deinde est sub praephato patricio concrematio ferme mediae civitatis Beneventanae, ab ecclesia sancti Renati sursum usque portam Auream, eodem die[a], iam tertio anno completo postquam obsideri eadem coepta fuerat civitas. Postea quidem multotiens apparuere eadem signa facularum per diversa loca; sed terribilius illud non fuit, quam quod in Apulia apparuerat. Flamma enim longa ardere visa est ab hora secunda pene usque horam diei[a] tertiam. Demum vero secuta est plaga camparum[b], quae cunctas teneras fruges, etiam et frondes arborum in quibusdam locis funditus absumpserunt per Beneventanam provinciam. Modicum autem tempus elapsum, Georgius patricius molestia tactus est corporali; paralisi enim subito dissolutus, diu iacuit mutus, infeliciterque diem clausit extremum. Iterumque ab oriente ad partem meridianam fax solita emicuit, et denuo coelum scindi noctu visum est, et longo tractum[c] eadem scissio mansit. Successor vero eidem Georgio venerat Barsaci patricius; quoque Barim consistente, Guido dux et marchio advenit Apuliam. His quidem diebus Theodorus turmacha[1] Benevento praerat; qui audiens adventum Francorum, nimio timore concutitur; tamen de custodia et vigilibus urbis plurimum manebat solicitus, et quia praedicto Barsaci manum conferre Gallis non praesumebat, ipse Theodorus ad eum miserat, postulans, ut sibi saltem mitteret[e] solacium ad Beneventi moenia conservanda, seu Langobardos capiendos secum morantes, quos valde pavebat. Sed aliter hinc divina providentia quam humana malitia disposuerat. Petitum namque adiutorium iam ei veniebat, sed et Francorum sollercia istud praesenserat, et ad Beneventanorum auxilium avide festinabat; prius autem longe posuit castra. Hoc praeterea Graia turba cognoscens, noctu[f] silerter voluit. Beneventi quidem eius cives veluti proprios servulos tractabant minis, verberibus, angariis diversis, terroribus assiduis, nulli honorem reverentiamque servantes, nulli credentes, nulli umquam veritatem dicentes, nullique fidem custodientes, periuria quoque, seu adulteria puplica vel privata, et diversas fornicationes, et multimoda furta est de mense Augusti. Et facti sunt omnes anni regni domni Paldolfi 38. mens. 8. *891.

Et post mortem domni Paldolfi regnavit Landulfus filius eius cum Paldolfo filio suo ann. 19. mens. 5, et mortuus est idem Landolfus mense Septembris. Sunt autem anni principatus eius 40 et 6 menses. Iul. 13

Et quarto anno post mortem patris sui fecit principem Landolfum filium suum mense Augusti. Regnauit cum eo usque dum venit domnus papa Leo in Beneventum, ann. 13. mense Augusti, indict. 4. anno Domini 1051, et exsiliati sunt.

Postmodum autem reversi sunt in Beneventum, et regnavit domnus Paldolfus ann. 48. et factus est monachus in hoc monasterio S. Sophiae mense Martii, in festivitate sancti Benedicti, et vixit ann. 43.

Landulfus autem filius eius regnavit ann. 39. mens. 3. d... Mense Novembris obiit indict. 1. anno Domini 1077.

Paldolfus filius eius, vivente patre suo et abio, electus est princeps, mense Augusti, indict. 9. anno Domini 1056. Regnavit cum abio suo ann. 3. mens. 7. Et post mortem avii sui regnavit cum genitore suo ann. 17. mens. 5. d. 7. Occisus est autem a Nor- *895.
mannis ad Montem Sarchum 7. die intrante mense Februario, anno Domini 1073. in- 1
dict. 12.

Post cuius obitum supervixit, et regnavit genitor eius solus ann. 3. mens. 11. quae fiunt simul ann. 39. mens. 4. Horum principum temporibus venit domnus Gregorius papa in Beneventum anno Domini 1073, 2. die intrante mense Augusti, primo anno pontificatus sui, indictione 11. die scilicet 5. suae consecrationis, 2. Kalend. Iulii, die dominico, principatus domni Landolfi ann. 36. et domni Paldolfi filii eius 17. Post cuius adventum supervixit idem Paldolfus princeps mens. 6. et d. 6.

Post eius obitum vixit pater eius ann. 3. mens. 11.

Quo moriente mense Novembri, 5. Kalend. Decembris, statim Robertus dux obsedit Beneventum 14. Kalend. Ianuarii usque 6. Idus Aprilis, unde expulsus est cum omnibus suis indict. 1. Obiit idem dux trans mare mense Iulii, 8. indict.

Post cuius principis obitum recta est civitas per Romanam ecclesiam.

Principati sunt in Benevento 177 ann. a

a) die *c.* b) *i. e.* camporum. c) tractum *corr.* tractu *c.* e) micteret *c.* f) evadere *deesse videtur.*

1) turmarcha, τουρμαρχης, turmae praefectus.

895. pro ludo habebat. Si quando vero aliquis violenciatus ad eos proclamare praesumpsisset, pugnis, alapis, taureis fustibusque caesus recedebat plorans, ut clarum fieret, nil in eos esse boni[a], nisi quod Christus odiit quod Sathanas diligit, cuius discipuli sermone et opere comprobantur. Ad ultimum praeterea certius disponebant, universos Beneventi cives et reliquos istius patriae ferreis vinculis necti et eos de sua regione transferre, sicuti olim nequissimus rex eorum Anthiochus dolose agere voluit Hierosolimitis. Ideoque in ipsorum odium fere omnes cultores Apuliae, Samnii, Lucaniae, Campaniae conspiraverunt.

primo Atenolfo usque ad novissimum VI. Landolfum.

Paucis demum elabentibus diebus, idem marchensis, suasus immo impulsus a quibusdam maliloquis et invidis viris, cepit eundem praesulem, qui ei Beneventum ylariter praebuerat, extorremque eum Salerni fecit degere menses per quatuor. De quo ingens moestitia inerat Beneventi, quoniam quasi viduatum ipsius videbatur ovile; dolebantque plurimum eius oves, quia ipse insons dampnatus fuisset. Sed maxime moestificabantur, quod hoc de illo contigerat, quod de nullo antecessorum praesulum; quoniam nullae litterae, nulla aetas meminerat, Beneventi pontificem captum et cathedram eius taliter viduatam. Postea vero idem marchio agnoscens flammam invidentiae adversus eundem ardentem et dolosa commenta, ivit Salernum, et satisfaciens iam dicto praesuli, etiamque lacrimas largiter fundens, poenituit se pro sua temeritate, eundumque revexit Beneventum, honorificeque ipsum suae restituit sedi. Quod autem gaudium, et quae fuerint lacrimarum flumina fusa prae gaudio, quis narrare valet seu describere, cum et pastor ovibus et oves pastori restituerentur*? Deinceps quoque idem marchensis miro illum semper coluit affectu, dignaque habuit veneratione, fidemque ei per omnia adibens indubitabilem; compererat enim veraciter, quantae stabilitatis et veritatis ille vir fuerit erga eum, et quia frustra adversum ipsum processerat susurrantium virulenta fallacia.

896. Isdem ferme diebus Guaimarius, Salerni princeps, Beneventum properabat, cupiens, ut fama sparserat, utcumque etiam ipsam suae subderet ditioni; cuius quidem cives eum oderant et pavebant plurimum propter infamiam suae crudelitatis atque instabilitatis. Veniebat tunc quasi simpliciter ad iam fatum marchensem, veluti ad cognatum, cuius idem principem sororem habebat iugalem. Sed dum Avellinum oppidum adisset, cuius castaldeus tunc erat Adelferius, nepos magni Rofrit, eum ipse noctu cepit, eiusque die altero eruit oculos. Fama namque vulgaverat, quia idem principe iam dicto[b] Adelferium prius capere machinaretur; sed ille insidias anticipasset festinus. Quo acto plurimi gratabantur, maxime quia rumor erat, quod ipse laqueos praephato praesuli tetendisset, et foveam quam cecidit praeparasset. Sed idem praesul benigne de eo condoluit, nitebaturque, ut vel post dampna luminum eriperetur, ne tam misere obiret; marchensis autem hostiliter mox Avellinum perrexit. Quod machinis et diverso oppugnationum apparatu circumdans, tandem recolligit eum, et habunde lacrimans[c], ad propria abire concessit. Interea praedictus marchio Spoletium perrexit, imperatorem Lambertum eiusque matrem imperatricem cernere cupiens; ibant enim Romam ad apostolorum limina cum quibus et idem ire gestiebat.

Paucis quoque post hinc diebus elapsis, Stephanus vicarius apostolorum Formosum papam, praecessorem suum, ex sepulcro abiecerat, irritam faciens cunctam ipsius ordinacionem; cuius corpus post menses undecim inventum est integrum; quod dum hac illucque crebrius iactaretur, etiam sanguis deexiit, tanto iam tempore elapso.

Beneventum interea regimine[d] praephati Petri pontificis gubernabatur, cui eam ipse marchio reliquerat; quam Argiva falanx seu latronum manus assidue incursabat. Tamen prope Beneventi moenia minime accedebant[e], quia sollicita cura ipsius praesulis undique plurimumque insistebat, ne in probis suis civibus dampna inferrent; ideoque etiam cursim misit, ut iam dicta augusta Beneventum adveniret. Inter haec graves valde iugesque fuere imbres; proinde Sabbatum et Calor flumina ultra solitum intumuere, ita ut etiam super pontem Caloris fluvii undae influerent, quod nullam umquam fieri meminit aetas.

a) bonis *corr.* boni *c.* *) restituentur *c.* b) *iam corr.* princeps iam dictum. c) lacrimas *c.* d) regiminie *c.* e) accebant *c.*

Dehinc non prolixum tempus effulsit, et Capuanenses iere Parthenopem praedatum, 896.
utpote quoniam in[a] crebro inter eos lolium pullulat; inter quos erat etiam iam nominatus Adelferius. Quos dum Parthenopenses insequerentur cum Beneventanis et aliquod Agarenses, peremerunt ex eis quosdam, et ceperunt aliquot. Inter quos etiam captus est iam dictus Adelpherius, quamvis ibi viriliter egisset, et Neapolim in vinculis positus; prius enim Avellino eiectus, Capuam ierat. Sed quia supernam sententiam nemo valet effugere, en captus est, qui, ne caperetur, providere satageret; sed Deo tuente, evasit incolumis, quem superius nominatus Guaimarius ceu ab amico Athanasio episcopo ob vindictam omnimodis reposcebat.

Postea vero praefata imperatrix, anno uno et octo mensibus expletis, postquam 897.
Grai Benevento fuerant expulsi, in eadem ingressa est pridie Kalend. Aprilis, et paulo post longe superius nominatum Radelchis, fratrem suum, Beneventano principatu restituit, qui fere duodecim annis ab eo fuerat expulsus.

Comites Capuae[b].

Landolfus senior tenuit Capuam veterem[c] annis[d] 25. mensibus 4, et fecit civita- 815.
tem nobam[e] in monte Trifisco, quam dominavit anno uno et mensibus 8. 840.

Quo defuncto, successit ei Lando filius[f] eius, et dominavit iam dictam[g] civitatem 842.
annis 13. mensibus 9. Quae[g] cum cremata esset ab igne[h], venit cum fratribus suis, 856.
id est[i] Landone, Pandone, Landolfo episcopo et Landenolfo, ad pontem Casulini, et condiderunt ibi civitatem[i] quae nunc est Capua, in qua iam dictus[k] Lando vixit annis 4. mensibus 9, et defunctus est[l]. Qui nono mense antequam moreretur, ad pontem Teudemundi[m] multos virili certamine Neapolites interfecit, cepitque nongentos[n].

Cui successit Lando, filius[o] eius, et tenuit Capuam[p] mensibus 6, et proiectus est 860.
de eadem civitate a Pandon thio[2] suo.

Qui[q] Pando tenuit comitatum Capuanae civitatis anno 1. mensibus[r] 5. 861.

Cui successit[s] in regimine iam fatae[t] civitatis Landolfus episcopus, frater eius, 862.
quam dominavit annis 3 et[u] mensibus 9. Quibus expletis, venit Ludovicus[v] imperator, 866.
stetitque in Capuam[w] mensibus 9, et abiit[x] Barim, super quam sedit annis 4, et cepit Iun.
eam, simulque Seodan[y], regem Saracenorum, cum aliis plurimis. Qui Beneventum re- 871. Febr.
versus, captus est a Beneventanis mense Augusto; sed dimissus ab eis[z] districtus[*] sacra- Aug.25
mentis, recessit a Benevento[a], et infra tres dies ac noctes abiit Berole[b. 3], in qua deguit Sep.17.
mensibus 11. Inter quos postulatus a Landolfo[c] episcopo, iterum venit; et per quos- 872.
dam comites suos, antequam ille Capuam adveniret, multi interfecti sunt Saraceni[d], ita ut de duodecim milibus pauci[e] remanerent; qui a magno exercitu[f] Sarracenorum superum per Salernum residente venerant. Sed audientes mortem proximorum sursum[g], paululum supra eandem civitatem commorantes, reversi sunt in terram suam. Ludovicus imperator hoc audiens, quia volebat ire super eos, reversus est[h] Capuam; in qua uno 873.
anno commoratus, reversus est Franciam; in qua eodem anno defunctus est. Landolfus 875.
autem, comes et praesul, ante adventum iam fati imperatoris et post decessum eius[i] tenuit Capuam annis 12.[k].

Quo recedente[l], Pandenolfus, nepos[m] eius, factus est comes Capuae, et Landolfus, 879.
filius Landonis, factus est[n] episcopus eodem tempore. Sed suggerente adversario christianae fidei, facta[o] est eodem anno divisio eiusdem episcopatus[p] a iam dicto Pandenolfo; qui odii[q] et invidiae accensus ardore, Landenolfum fratrem suum laicum[r] inordinate totondens, direxit Romam, eumque a Iohanne[s] papa multa prece deposcens, episcopum fecit. Qua de re non parva inter parentes utrorumque episcoporum nata est

a) *deletum est.* b) *ex codd. Cas. et Cav.* c) Capua vetere 2. d) anni 2. e) novam 2. f) filio 2. *) d. eidem 2. g) quem 2. h) ignem 2. *) id c. *hic et infra.* i) c. novam 9. 2. k) dicto 2. l) et d. est *desunt* 2. m) ponte teodemundi 2. n) qui—nongentos *in* 1. *in margine, in* 2 *ante:* et dominavit eidem civitatem *legimtur.* o) filio 2. p) capua 2. q) qui ipse 2. r) et mens. 2. s) sudcessit 2. t) r. eidem 2. u) *deest* 2. v) ludoicus 2. w) capua 2. x) habiit 2. y) seodam 2. z) eis qui 2. *) districtis 2. a) beneventu 2. b) habiit berde 2. c) lando 2. d) multis—sarracenis 2. e) ut decem milia pauci 2. f) exercitus 2. g) pr. suorum 2. h) *deest* 2. i) eius d. 2. k) tredecim 2. l) Quoque cedente 2. m) nepus 2. n) comes *usque* factus est *desunt* 2. o) factus 2. p) episcopatui 2. q) hodii 2. r) laycum 2. s) eumque iohannem 2.

2) Italis *zio*, patruelis. 3) Veroli.

879. discordia, ita ut odium fieret plurimo valens[a] tempore. Denique Iohannes papa[b], tali comperto flagitio, advenit Capuam; et[c] ut discordes ad concordiam revocaret[d], divisione[e] facta, utrum[f] constituit in civitate Capua, id est Landenolfum episcopum, Landolfum[g] vero episcopum in sancta Maria cognomento Suricorum[3]; et facta pace[h] inter eos, sed paululum perdurante[i], Romam[k] reversus est ad sedem propriam. Iterumque facta[l] est inter eos[m] divisio, quam[n] non post longum tempus[o] pax secuta est. Denique iam fatus[p] Pandenolfus, completis in comitatu annis 3 et mensibus 8, fecit convivium cunctis[q] parentibus suis, plurimis eos sacramentis[r] alligans, ut non eum quolibet modo[s] nocerent. Sed statim[t] periurantes, ceperunt eum, et diviserunt inter se Capuanum[u]
882. Nov. 1. comitatum; et Landolfus episcopus adeptus est totum episcopatum, id est[v] Kalendis Novembris, indictione prima.

Lando etenim, pater[w] Landolfi episcopi, fuit comes Capuae annis 2 et[x] mensibus 10.

885. Cui successit Landenolfus[y], frater eius, vicem illius retinens[z] anno 1. mensibus[*] 4.

887. Quo vivo decedente[a], mense Ianuario cepit Capuam Atenolfus comes, quam[b] annis
899. 13[c] mirifice regens, postea factus est princeps Beneventi; completisque in principatu
909. annis 10 et[d] mensibus 6, vita privatus, reliquit[e] eam filiis suis domno Landolfo[f] et domno Atenolfo[g], christianissimis principibus[h]. Secundo anno postquam comes Capue
888. factus est domnus Atenolfus, commissum est proelium inter Capuanos et Neapolites in Liburia ad sanctum Cartium; sed ita interfecti sunt Neapolites a Capuanis, ut valde pauci remanerent ex eis, inter quos Neapolites, Graeci et Saraceni fuerunt pro adiutorio eorum. Indictione 6. post dies undecim capitur Berelais a domno Atenolfo. Eadem ebdomada Aio princeps cum quodam patricio Constantinopolitano ex utraque parte certatim pugnantes, ad postremum ille patricius victor effectus est[i].

903. Quarto[4] anno principatus domni Atenolfi gloriosi principis, mense Iunio sexta indictione, facta est maxima strages christianorum a Saracenis ad fluvium Traiectum. Sexto
905. anno eiusdem principatus interfecti sunt a Neapolitis et Sa*racenis triginta*[k] nobiles viri Capu*anites* . . . . . Capua . . . . . .
. . . . . Beneventani
908. simul cum Capuanis . . . . . prope civitatem Bibinem, per indictionem 11. mense Iunio; *et* eodem mense Iunio anno . . . . . .
. . . . . Atenolfi . . principis . . . . . .
. . . . . et taliter . . . . . fixa sunt ind. 3. . . . . .
915. anno principatus *domni* Landolfi et domni Atenolfi[5] . . . . . .
. . . . . Commissum est proelium inter eos *et quen*dam Ursileum *tunc* ypatum patricium; sed victoriam adepti sunt iam dicti principes, et interfectus est supra dictus Ursileo cum aliis plurimis, et capti sunt plurimi, totaque Apulia dominio iam dictorum principum subiugata est.

922. Feb. 4. Quarto die stante mense Februario adventus Ungrorum in Apuliam indictione 10.

Manu saeculi 10. *exeuntis aut* 11. *ineuntis haec adduntur.*

993. Consilium fecerunt Capuani, qualiter interficerent Landenolfus princeps[1], filium Paldolfi eximii principis; quod et fecerunt. Nam quinta feria in alvis paschae dum procederent ad sanctum Marcellum, peractis missarum sollepniis a praesule eiusdem civitatis Aio nomine, egressus praedictus princeps fores ecclesiae, insurrexerunt in eum, pro dolor! cum gladiis et fustibus, interfecerunt eum, atque exutum vestibus nudus in platea eum reliquerunt. Quem rapientes monachi ex monasterio sancti Benedicti, in eodem monasterio ante secretarium eum sepelierunt. Archiepiscopus vero supradictus fugiit in

a) *deest* 2. b) papam 2. c) *deest* 2. d) revocarent 2. e) divisionem 2. f) unum 2. g) alterum landenolfum ep. 2. h) f. est pacem 2. i) perdurantes 2. k) *deest* 2. l) factus. 2. m) eis 2. n) quod 2. o) non multum temporis 2. p) *deest* 2. q) cum his 2. r) sacr. eos obligans 2. s) malum 2. t) *deest* 2. u) com. cap. Landolfus 2. v) i. K. N. i. p. *in margine leguntur* 1. *desunt* 2. w) pater ipsius 2. x) *deest* 2. y) landolfus 2. z) retinentes capuam 2. *) et mens. 2. a) v. d. *in loco raso scripta* 1. b) quem 2. c) *in loco raso* 1. d) *deest* 2. e) reliquid 2. f) dom. landolfi 2. g) dom. atenolfi 2. h) principibus 1. *Quae sequuntur apud* 2. *desunt.* i) *Quae iam sequuntur, ex pagina ultima codicis Casinatis N.* 353 *adiicio.* k) *quae littera obliqua scribuntur vix ac ne vix quidem leguntur.* l) enolfus prin *in loco raso postea scripta sunt.*

3) Capua vetere *PER.* 4) cf. Leo Ost. I. 50. 5) agitur fortasse de expulsione Sarracenorum a Gariliano.

iam dicto monasterio, quem[a] etiam postea ibidem iam dicti Capuanites veneno perimerunt, sepultusque est ante regia secretarii. Sed et omnipotens Deus, quia hunc innocentem peremerunt principem, ostendere est dignatus, quia in suo eum regno recipire est dignatus[b]. Nam quadam die claudus quidam ad eius sepulcrum veniens, obnixe Christum rogare coepit atque intercessione[c] domni Landenolfi principis[d], cuius corpus illic requiescebat, qui etiam a suis sine causa occisus fuerat, ei pristinam sanitatem reddere dignaretur. Mira res; statim super eodem sepulchro soporatus, totam quievit noctem; mane autem facto, ita sanus surrexit, ac si ulla debilitate membrorum umquam habuisse; sed et hoc nobis[e]. 993.

Continuatio codicis Cavensis.

Ipse domnus Landolfus, filius eius, regnavit an. 44. Et Landolfus, filius eius, regnavit an. 22. Pandolfus princeps regnavit an. 38, quem vidimus. Landolfus princeps, filius eius, quod cum eo, quem postea, regnavit an. 14; periit inter Agarenis. Landenolfus, frater eius, an. 10. m. 8. Iste Landenolfus princeps interfectus est a Capuani ad sanctum Marcellum feria quinta paschae, cuius corpus nudus relinquerunt in platea. Monachos de sancto Benedicto coenobium rapuerunt corpus eius, et sepelierunt eum ante secretarium. Per idem tempus ostendit dominus Deus mirabilia super eum. Quidam claudus ad sepulcrum eius veniens, obnixeque Christum deprecans, per intercessione domni Landenolfi principis et martyris, qui sine causa occisus est a suis, cuius corpus illic requiescet, ei sanitatem retderet; qui statim super eodem sepulchrum soporatus, totam quievit noctem. Mane autem facto, sanus surrexit, Deo gratias referens, ac si de ullo devihitate membrorum nunquam habuisset. Nam per eodem tempore venit Ugus marchio cum suos exercituos, et Transmundo magnificus comes; obsederunt Capuam per aliquantis diebus, et postea recesserunt Mefino[5]. Missis direxit suis ad Capuam peragendi placita. Dum omnes fuerunt placito, et homicidia invicem, statimque ipsi Franci apprehenderunt illis pariter. Vinctos perduxerunt eos ante Ugonem marchius in Mefino, ubi aderat. Inquisiti ibi omnes per ordinem de homicidium, quod fecerat. Cumque inquisitim habuisset illos Ugonem marchio cum suis consulibus de morte huius principi, misit eos in Romaniam, et suspendi fecit illos per loca viarum singula. Cumque ipsi Capuani occiderunt suum principem cum gladiis et fustibus, sicut Iudei Dominum, eo quoque die festinos miserunt missos ad Laydolfum frater eius, quo Tianus erat comitem, ut iret ad Capuam, et facerent ipsum principem. Hoc illo audito de morte huius principi, cum gaudio surrexit, et pergit ad Capuam, et fecerunt illum principem, quibus idem domnus Laydolfus princeps egit in ipso principatu ann. septe. In hoc autem venit Otto tertius imperator Capuam, habiit in Gargano ad sanctum Michahelem, et revertit Romam. Ideo direxit suum exercitum cum Ademari marchius Capua et Neapolim, non pro rebellio. Sed tulerunt ex eis stadiis, et receperunt a maioribus Capuae sacramenta fidelia ad eodem imperatorem, et recesserunt cum ipsi obsides. Post dies vero aliquantos iterumque Ademarius cum Alamannis et Francis pergit ad civitatem Neapolim, et Laydolfus princes cum eis simul aderant. Ingressi ergo Neapolim, apprehenderunt ipsum magistrum militem nomine . . . . et duxerunt illum in Capuam. Alio vero die similiter ingeniose et apprehenderunt ipsum Laydolfum principem et Landone de Caiatias, insimul cum eos Capuanos nobiles, et separati miserunt illum in exilium, et Maria principissa, uxor Laydolfi, similiter misit in exilium. Praedictum Laydolfum deposuit ipse imperator de honorem suum in Romam, et exiliatum transmisit illum; nec non et praedicto magistro milite et Gaideriso et Lando de Caiatias, omnes ipsi separatim ad regnum ultra Alpiae. Reliquis ipsi nobilis Capuanis exiliatis in singula loca per arta custodia. Tunc hisdem imperator tradidit Ademari principatum Capuanum, et undecimo die stante mense Martio ingressus est Ademari in Capua, et regnavit in ea mensibus quattuor. 913. 961. 980. 982. 993. 5 999. 1000. Mart. 11.

CHRONICON COMITUM CAPUAE[f].

Incipit chronicon comitum Capue et principum.

Landulph Maticu[6], filius Pald, gastald. Capue a Sycone Benebentano gastaldeus 815.

a) que c. b) ire est dignatus *in loco raso.* c) intercessi c. d) enolfi princ. *in loco raso.* e) *ita desinit codex.* f) *Necrologio sancti Benedicti Capuae praefixum.* 5) Rocca Monfina. 6) magnarum maxillarum. *PRAT.*

factus est. Neapolites bellavit in Mellanu et Casuru, et victore* inde regressus est Ca-
6 pua. Castru et gualdu[6] de illis cepit. Saductos, cognatos suos, cum Agefrit et Toto rebbellantes detrusit, et de rebus suis preceptum fecit eclesie sancti Marctini ad Monteroni, et valneu ibi repstauravit. Vir fortis, et validus nimis, armipotens et callidus.
7 Gastaldeos[7] Ratelgar et Aguenardu, necnon Agarenos Ratelchi Benebentani prostravit a suo castru Sicopole et Capua et Calactu et Sessulu. Comitatus est in Sicopole anni 9.

840. Land, eius filius, comitatus est post eum in castru Sicopole. Cum gastaldeo Aguenardo etiam bellavit in Sarczanu, in Ranisiu, in Acquaru, Ferruzanu, et Limatulu. In Leburia Neapolites prostravit, et iterum ad Sessulu. Maginolfum, Saductorum nepotem, a Tianu proiecit, qui Sicopolu incendit. Ipse Casulinu cum fratribus suis moliri fecit
8 in pantanu[8], ubi ipse nempe etiam comitavit anni 19.

860. Land Cyrrutu, filius eius, episcopiu et turri in Casulinu exstruere cepit. Sed ante anno comitatu pulsus est a Pald filio Maticu, thiu suo, qui comitare bolebat cum Landulph fratre suo in sacra* aula episcopiu.

861. Pald Rapinatu, qui nepoti suo scilicet comitatu furavit, a Neapolitis cum Saductis protelatis victus est in Faraianu. Castru et gualdu in Leburia spoliatur; hiisdem concedit in fedus etiam Ruczanu. A suis propter hoc maledictus et vecsatus, morbo ryptico statim estintus est. Comitavit Casulinu anni duo. Sessulu ab Agarenis aduxta est in partem, et Calactu.

862. Landulph, frater eius, in Capua et Casulinu episcopu et comes. Vir nempe providus, sed lubricus et flagiciosus, et ad mala semper paratus et avilis[b]. Bellavit in Bantru cum Aiulph, gastaldeo Benebentano, et cum suis et Agarenis in Capua et Cimeteriu et Gancellu. Venit Lhoduic imperator, et sedit in Baru anni tribus, et ecsinde a Benebentanis captu in castru trusus est. Landulph ab eo semper sancte acceptus et eshospitatus est, et adiutus est eum[c] contra Agarenos et emulos suos, quos profligavit in Ses-
9 sulu, et Vorolasu[9]. Comitatus est anni 16.

879. Paldelulph, nepos illius, in comitatu supstitutus est ei. Vir armipotens, Agarenos persecutus est usque Sarnu et Nuceria, ut Salernitis opem ferret. Sessulum et Calactum
10 et Calbum[10] reparatus est. Comitavit anni 4.

882. Land, segnis et stupifex, cum germano suo Landinulph post eum comitati sunt. Propter suam desidiam et pertinacem impropitatem divise sunt aule episcopiu in Capua per Landulph et Landinulph, filium Pandinulph, et multa prelia et mala eventa sunt in Capue et in totu comitatu, donec divisio pacta est per dopnum Iohannem apostolicum inter eos cum dapno et iurgio Capuanitum. Comitatus est Land anni 3. Landulph post eum anno 1.

887. Athnulph, gastaldeus Calbensis, post eos a Capuanitis benigne acceptus, comitatu potitus est, postquam Land filios et suos adiuvantes sibi a Capua belligerans dixtulisset, ab Athenasiu duce cum suis Neapolitis adiutus. Fuit miles strenuus et validus, sed ambitiosus et rapax, bona monachorum per universum diripiens. Similiter et totam quassavit Leburiam Neapolitum, a quibus victus est in Acerris. Ipsi vero ab Athnulph ecsinde superati sunt ad sanctum Carczi, nec amplius cum eo pugnati sunt, et Athenasius pacem petit; que data est ei per preceptum Poponi iudicis, concessa Capuanitis pene tota Leburia cum gualdu, castru et piscariu, et auri solida 10 milia. Post hec deiecto Ratelchi a Benebentanis, ipse Athnulph in principem coronatus est per indictione tercia. Comitatus est in Capua anni 13, et principavit in Benebento anni 11.

910. Post eum Landulph, dictus Antipatru, et Athnulph, filii sui, principati sunt in Benebento et Capue anni 28. Horum virili fortitudine pulsi et cesi sunt Agareni a Traiectu et Garellianu per indictione tercia. Qui nempe in partibus Apulie et Calabrie transmearunt, et predati sunt valde. Hiis ad debellandum processit Landulph de Benebento, et contrivit eos cum califu eorum Alliku in Sepuntu et Canusiu. Sed brevi ecsinde non resisterunt eis Langobardi de Benebento, et Agareni dexpoliati sunt Venusiu, sanctu Angelu, Fricxentu, Turacsu, Abillinu, et etiam Benebento, a quo tandem repulsi, victi sunt a Landulph. Hic monasterium nostrum in Capua amplificatus est, et mona-

*) et Victore, inde *ed.* a) S. *ed.* b) *i. e.* habilis. c) cum *ed.*

6) i. e. nemus, germanice *wald.* 7) Capuae veteris. 8) loco palustri, ubi iam Capua sita est.
9) i. e. amphitheatrum Capuanum. *PR.* 10) civitas Calvi. *PR.*

chos ibi sanctissimi Benedicti patris de sacru Monte[11] constituit cum abba suo, et multa ei dona ob reverenciam et dovocionem largitus est eis. 11

Landulph Rufus, filius Landulph Antipatru, principavit cum eo et germano suo Athnulph de Calinulu anni 21. Uungari multas clades patrati sunt in Capuas, Leburia et Benebento, et valde ditati per Marczis[12] regressi sunt, qui illos ecsinde nempe ad desolacionem perducserunt, et aggressos statim perimerunt quasi omnes, ita ut pauci ex iis ad propria repedati sunt. Item cum Agarenis multimode decertavit, qui[a] multa monasteria et loca igne conflagrati sunt; et Capua hii confugerunt. Monacos in ad-Dianu[13] contutavit, quibus predia donatus est in Capuas, in Calacia, in Sicopolu et aliis locis, pro redemcione anime sue et patris sui Landulph et Yvantie ucsore sue. Et item novo monasteriu de Cingula in Alifiis, Caiacia et Capue exstrucxit. Hotto, rex Teutonie, in Italiam ab dopno apostolico vocatus est contra Weringariu, et inde coronatus est Rome imperator. 939. 12 13 962.

Pandulph, Capiferreus nominatus, cum fratre Landulph altero, qui Benebenti principatus est ab illo divisus, anni 7. Fuit Pandulph princeps pius, misericordie et iusticie valde cultor, et monachorum propugnaculum. Cum Iohannes apostolicus a Romanis nequiter fuisset expulsus, et Capua se fugiens asylaret, Pandulph statim cum eo exercitum recollegit, et Romam indeptus est, suos emulos cesus et fugatus est. Propterea eius germanum Iohannem vir apostolicus consecravit in aula archiepiscopum pro uniberso principatu. Hotto[b] imperatorem et filium suum Rufum suscepit, et in principatu Capuanitum et Spulitensium et Marchianorum sublimatus est; et multa precepta optinuit in supsidium. Principavit Capua anni 38. 980.

Landulph Audax, filius Capiferreu, principavit in Capua anni 14. Bellavit cum Landulph, thio suo, Benebentano, contra Grecos et Agarenos in Ordonis[14]; a quibus saucia- 958. 14
tus est, sed victor regressit. Exin pugnavit cum illis in Calabria, et occisus est cum Athnulph germano suo, Ingulph et Vadipert et Gudo de Suessia, nepotibus suis. Fuit vir piissimus et virtutis sectator, dulciloquus et morigerus nimis.

Landnulph germanus cum Alvara, genetrice sua, post eum ab Hotto supstituti sunt in principatu, in quo fuit anni 11; sed a suis nequiter sine causa occisus est fraudolenter, et in nostra eclesia sanctissimi Benedicti patris 11. Kal. Maias tumulatus est per indictione 6. 982. 993

Exaltent sanctum, cui sit sibi gloria tantum;
In celo fugit, quem mors violenta pupugit.

Laedolph Vafer, occiso germano suo sanctissimo Landnolph, principatus est pro eo in Capua anni sex. Sed post a Capuanitis accusatus, ab Hotto altero, Rufi filio, imperatore in Franciam cum aliis facinorosis exulatus est. 993.

Recipiunt factis condigna dona peractis,
Malos disperdit, qui sanctos tam male perdit.

Adilmar ab Hotto sublimatus est in principem; sed a Capuanitis statim depulsus est, et a Benebento sibi vendicarunt Landulph, Santagatensem comitem, qui dominaretur eis apsque dolo[c].

Landolfus de sancta Agatha, filius Landolfi Beneventani, electus est princeps; qui regnavit annis 7 plus minus. 1000.

Pandolfus de Benevento, suus frater, annis 5; cum quo etiam eius nepos Pandolfus Niger, filius Landulfi, et regnavit annis 16 plus vel minus in Capua et in Benevento. 1007. 1008.

Paldolfus, filius Pandolfi, princeps dolosus et improbus, regnavit annis 35; sed pluries a Capuanis expulsus est ob suam insolentiam et iniquitatem, etiam cum filio suo Paldolfo Gualo, qui regnavit post patrem, et Pandulfo Teanensi, qui cum Iohanne filio suo per annos 3 dominati sunt Capuae, et post exiliati sunt in Romaniam cum dedecore suo. 1015.

Landolfus, filius Paldolfi Gualo, regnavit pro eo annis circiter 10. Quibus autem vix completis, a Riczardo Aversae comite depulsus est, et principatum ob suorum nequitiam perdit; et Normanni exinde dominati sunt nobis, etiam per Langobardorum con- 1047. 1058.

a) q. *ed.* b) *l.* Hottonem. c) *usque huc fortasse chronicum suum Mauringus monachus descripsit.* PRAT.

11) scil. Casino. 12) per Marsorum terram. 13) in monasterio S. Angeli, qui ad Arcum Dianae vocabatur, nunc *S. Angeli in Formis. PR.* 14) Ordona *PR.*

silium, quod multa patrabant facinora inter se corde divulsi, et suarum gentium et patriae suae inimici et aversi. Hoc utique in euangelio promitur: *Regnum intra se divisum desolabitur, et cadet quantocius in terram eversum!*

CATALOGUS PRINCIPUM CAPUAE[a]

Atenulfus magnus qui de comite factus est princeps.

Landulfus I. eius filius cum patre suo.

Atenulfus II. eius frater post mortem patris cum eo.

Atenulfus III. et Landulfus II. filii Landulfi cum patre.

Landulfus III. et Pandulfus Capiteferreus eius frater simul; qui Capuam postea tenuit, et frater tenuit Beneventum pro divisione.

Landulfus IV. qui postea fuit occisus ab Agarenis in Calabria, et Paldulfus, qui fuit princeps Salerni cum patre, et mortuus est ibi post patrem suum.

Landenulfus etiam filius Capiteferrei qui fuit occisus ab iniquis civibus suis per malam voluntatem Laydulfi eius fratris minoris, mortua Alvara matre sua valde sancta et pia principissa, et sepultus in ecclesia nostra in atrio tribune cum hasta et gladio suo.

Laydulfus factus est princeps post mortem fratris, sed post annos sex exiliatus est ab Otto imperatore Francorum.

Adimarius nepos Alvare princeps factus est in eius locum, sed post paucos menses pro malignitate sua a Capuanis expulsus est; et electus Landulfus V. de sancta Agata comes, filius principis Beneventani.

Pandulfus III. eius filius simul cum patruo suo, principe Beneventano, et Pandulfo IV. filio Paldulfi de sancta Agata.

Paldulfus V. de Tiano cum filio suo Ioanne; sed postea exiliati sunt simul in Romaniam.

Landulfus VI. qui postquam regnavit per annos 12, a principe Normannorum Riccardo de Aversa expulsus est; nec amplius Langobardi in Capua dominati sunt, sed Normanni.

Riccardus comes de Aversa, primus princeps Normannus, qui fuit filius Asclittini comitis.

Iordanes I. filius Riccardi, simul cum patre suo princeps Capuanus II. et postea dux Cagetanus; et regnavit etiam cum filio suo Riccardo Calbo.

Riccardus II. Calbus, filius Iordani, qui per annos aliquot a comitibus Langobardis expulsus, Aversanus princeps factus est, et postea Capuam iterum habuit, et regnavit cum Roberto fratre suo saginaro.

Robertus II. simul cum fratre Riccardo, qui postea solus regnavit.

Riccardus III. eius filius qui dicebatur Rombulus.

Iordanes II. frater Riccardi et Roberti, post eorum mortem regnavit.

Robertus II. filius Iordani II. sedit usque ad Rogerium regem Siciliae, qui dexpoliavit eum, et fecit principem Anfusum eius filium in anno 1136.

Post eum fuit Vilielmus filius Rogerii regis, et inde Robertus filius eius, qui post annos tres mortuus est, et factus est princeps Capue Arricus usque ad annum 1172; ex quo tempore nullus fuit postea princeps Capuanus, sed stetit sub regibus suis.

CATALOGUS PRINCIPUM SALERNI[b].

Syco Spoletinus, qui comes per annos 15. menses 8.

Sycard eius filius per annos 7. menses 9. Ipse eius fratrem Syconulfum exulavit in Tarentino castro; qui postea cum aliorum ausilio principatum Salerni optinet anno 840. in mense Madio indicione 4.

Syconolfus primus Salerni princeps, qui ab augusto Ludgoico postea confirmatur in suo principatu, regnavit per an. 10. mens. 9.

Syco eius filius puer, qui regnavit an. 1. mens. 6. sub tutela Petri comitis, viri illustris de Salerno. Inde in Franciam ab augusto Ludgoico perductus est. Et in eius

a) *ex eodem Necrologio S. Benedicti Capuae.* b) *ex codice olim Cavensi. Initium, scilicet nomina ducum Beneventi inde a Zottone usque ad Siconem vide supra pag. 199 sqq.*

loco supstitutus est filius Petri prefati comitis Adimarius, qui postea, ne principatum suum amicteret, Syconem principem de Francia revertentem venenare fecit.

Adimarius princeps per an. 9. et mens. 9.

Dauferius Beneventanus, qui regnavit vix dies 18, et ab eius thio Guaiferio statim deiectus est a suo principatu.

Guaiferius Balbus, filius Daiferi exulis Beneventani, principatum usurpavit per an. 10. mens. 4. Ab eodem augusto Ludgoico carceri mancipatur. Sedit an. 16. mens. 3. et monachus factus est.

Weimarius eius filius per an. 23. mens. 6.

Weimarius alter, Gybbosus dictus, eius filius per an. 42. mens. 3.

Gesulfus filius Gybbosi per an. 45. mens. 3. qui principare quoque fecit Priscum, comitem suum tesaurarium et magistrum palatii; et postea Paldulfum, filium Pandulfi 974.
Capuae principis eius atfinis, quem adoptavit in filium et principem Salerni. 975.

Paldulfus prefatus, Pandulfi Capue principis filius, post mortem Gesulfi principavit 978.
cum patre per an. 2. mens. 7. sub tutela Ioannis, filii Lambert comitis eius atfinis. Postea Manso, Malfitani ducis filius, eum depellere conatus est; sed pacificati ab Octone augusto principatum simul tenuerunt per an. 2. mens. 7.

Manso cum Ioanne regnavit an. 3. mens. 2, et pulsus est a Ioanne altero, filio Ioannis Lamberti comitis.

Ioannes, cognomine Maledictus, filius Ioannis per an. 11.

Wido eius filius an. 3. mens. 6. cum patre suo Ioanne, antequam in igne damnatus periisset.

Weimarius princeps eius frater, benignus et clemens, per an. 43. mens. 9.

Weimarius alter eius filius per an. 34. dies 17. optinui principatum Capuae a 1037.
Chuonrado, imperatore Theotonico, et ducatum Malfitanum et Surrenti. Sed ab eisdem postea occisus est.

Ioannes eius filius regnavit cum patre an. 4. mens. 9; qui ducatum Surrenti tenuit secum, postquam patrem espulerunt ab illo.

Wido alter, Weimarii frater, per menses 2, et ipse erat thius Gesulfi principis.

Gesulfus, filius Weimarii, annis 34 nondum completis, a suo principatu per Robertum Viscardum ducem cognatum suum impie dexpoliatus est anno 1072, postquam in Salerno civitate dominati sunt Langobardi per anos 227.

CHRONICON DUCUM BENEVENTI, SALERNI, CAPUAE ET NEAPOLIS[a].

Anno Domini 518. ind. 10. Iustinus maior an. 9. m. 2... Temporibus Iustini maioris et 518.
Iustiniani imperatorum fuit sanctus Benedictus abbas sub Iohanne papa. Tunc temporibus Theodericus rex in Italia preerat. Et a beato Benedicto usque ad Gregorium papam anni sunt 78 583. ind. 1. Mauricius a. 20. m. 3. Huius primo anno prima indicione 583.
in Benevento primus dux factus est Zotto, qui sedit annis 20. Et 21° eius anno 5. indicione factus est Archis dux Beneventi, qui sedit an. 50. 610. ind. 13. Eraclius a. 30. 610.
m. 2. Huius 22. anno 5. indicione Aio, Arichis[b] filius, dux Beneventi an. 1. m. 5. Et 23. eiusdem anno, 6. ind. Rodoaldus dux Beneventi ann. 5. Item in 29. ipsius anno 11. ind. Grimoaldo, Rodoaldi filius, an. 25. 640. ind. 13. Constantinus, filius eius, m. 4. 610.
Eodem anno Eraclonas, frater eius, m. 6. 641. ind. 14. Constans an. 27. Huius 21. 641.
anno 4. ind. Basilius Neapolitanus, ab ipso ordinatus, an. 5. Et 22. eiusdem anno 5. ind.
Romoald, filius Grimoaldi, dux Beneventi an. 16. Item in 27. ipsius anno 10. ind.
Theofilactus dux Neapolim an. 4. 668. ind. 11. Constantinus, filius eius, an. 17. Huius 668.
quarto an. ind. 14. Cosma dux Neapolim an. 11 Et sexto eiusdem anno prima indictio
Andreas dux Neapolim ann. 5. Et 11. ipsius[c] anno sexta indictio Cesarius dux Neapolim ann. septem. Eodem anno Grimoald, Rodoaldi filius, dux Beneventi an. 3. Item
quarto decimo anno nona indictio Gisolphus, filius eius, dux Beneventi an. 17. 685.
ind. 13. Iustinianus an. 10. Huius primo anno 13. ind. Stephanus dux Neapolis ann. 3. 685.
Et quarto ipsius anno 1. ind. Bonellus[d] dux Neapolis an. 9. 695. ind. 8. Leontius an. tres. 695.

a) ex codd. Vindobonensi et Bruxellensi. b) *ita correxi:* aloarichis 1. 2. c) eius 2. d) donellus 2.

698. Huius secundo anno 9. ind. Theodosius dux Neapolis an. 10. 698. ind. 11. Absimarus I. qui et Tiberius, an. 7. Huius primo anno 11. ind. Romoald, Gisolphi filius,
705. an. 26. 705. ind. 3. Iustinianus iterum an. sex. Huius secundo anno quarta ind. Cesa-
711. rius dux Neapolim an. sex. 711. ind. 9. Philippicus, qui et Bardanius, an. duo. Huius
713. primo anno 9. ind. Iohannes dux Neapolim an. 8. 713. ind. 11. Anastasius, qui et Arthemius, an. 11. 715. ind. 13. Theodosius an. 1. 716. ind. 14. Leo solus an. 3, et
719. cum Constantino filio suo an. 22. 719. ind. 11. Constantinus Caballinus, Leoni filius, an. 57. Huius primo anno secunda ind. Theodorus dux Neapolim an. 11. Et in quinto ipsius anno sexta ind. Gisolphus, Romoaldi filius, an. 1. et Andelais an. 2. Et sexto eiusdem anno septima ind. Gregorius dux Beneventi an. 7. Et 12. ipsius anno 13. ind. Georgius dux Neapolim an. 10. Item 13. ipsius anno 14. ind. Godescalcus dux Beneventi an. 3. Et 16. ipsius anno 2. ind. Gisolphus iterum, Romoaldi filius, dux Beneventi an. 17. Iterum in ipsius 22. anno 8. ind. Gregorius dux Neapolim an. 15. dies 15. Et 33. eiusdem anno 4. ind. Liudprand dux Beneventi an. 8. mens. 2. Et 37. ipsius anno 8. ind. Stephanus dux Neapolim an. 12. Item in 41. illius anno 12. ind. Arichis dux Beneventi
29. menses sex. Et eiusdem quadragesimonono anno 5. ind. Gregorius dux Neapolim an. 27. mens. 6. 776. ind. 14. Leo et Constantinus an. 22. Huius tertiodecimo anno 11.
776. ind. Grimoald, Arichis filius, primus princeps Beneventi an. 18. mens. 10. Et 19. eiusdem anno secunda ind. Stephanus dux Neapolim m. 6. Item in vicesimo ipsius anno
798. tertia ind. Theophilactus dux Neapolim an. 6. m. 6. 798. ind. 6. Hirinus[a] ann. quin-
803. que Huius quarto anno nona ind. Antimus dux Neapolim an. 17. m. 3.[b] 803. ind. 11. Nuciforus et Stauracius ann. 9. Huius quinto anno 15. ind. Grimoald princeps Bene-
812. venti an. undecim mens. 1. dies 10. 812. ind. 5. Michahel et Theofilactus an. 2. 814. ind. 7. Leo et Constantinus an. 8. Huius quinto anno 11. ind. fuit Extradus in Neapolim an. 3. m. 1. Et eodem anno Sico princeps Beneventi an. 15. m. 2. Item
822. in 8. ipsius anno 14. ind. Stephanus dux Neapolim an. 10. m. 10. 822. ind. 15. Michahel et Theophilus an. 21. Huius 11. anno 10. ind. Bonus dux Neapolim an. 2. Et 12. eiusdem anno 11. ind. Sicardus princeps Beneventi an. 5. m. 10. Et 13. eiusdem anno 12. ind. Leo dux Neapolim m. 7. Et 14. ipsius anno 13. ind. Andreas dux Neapolim an. 5. m. 5. Item in 18. anno 2. ind. Radelchis princeps Beneventi an. 11. m. 10. Et eiusdem
19. anno 3. ind. Sikenolphus primus princeps Salernitanus an. 10. Eodem anno Contardus in Neapolim dies quindecim. Iterum 19. anno tertia ind. Sergius dux Neapolim
843. an. 25. m. 3. 843. ind. 6. Michahel, filius eius, an. 25. Huius 8. anno 13. ind. Sico princeps Salernitanus an. 8. Et nono eiusdem anno 14. ind. Radelgari princeps Beneventi an. 3. et mens. 3. Et 12. ipsius anno 2. ind. Adelchis princeps Beneventi an. 24. m. 6.
Item 16. illius[c] anno 6. ind. Ademarius princeps Salernitanus an. 3. Iterum in 20. ipsius anno 10. ind. Guaiferius princeps Salernitanorum an. 16. Et eiusdem 22. anno 12. ind.
869. Gregorius dux Neapolim an. 5. mens. 7. 869. ind. 1. Basilius an. 11. Huius tertio[d] an. 3. ind. Sergius dux Neapolim an. 7. m. 6. Et eiusdem 11. anno 11. ind. Atanasius episcopus et dux Neapolim an. 20. mens.[e] 3. dies 29. Item eodem anno Gaiderissi, Radelgari filius, an. 2. mens.[f] 6. dies 29. Eodem anno Guaimarius princeps Salernitano-
879. rum an. 16. 879. ind. 12. Leo et Alexander an. 30. Huius 3. anno 14. ind. Radelchis princeps Beneventi, Adelchis filius, an. 3. et m. 6. Et sexto eiusdem anno secunda ind. Aio, frater eius, princeps Beneventi an. 6. Item duodecimo ipsius anno 8. indic. Ursus, filius eius, princeps Beneventi annum unum. Et eiusdem 13. anno 9. ind. Greci Beneventum ceperunt an. 3. et mens. 9. Iterum quintodecimo illorum anno undecima ind. Waimarius princeps Salernitanorum an. 54. Et 17. ipsius anno 13. ind. Franci Beneventum ceperunt, annum 1. mens. 9. dies 10. Et eiusdem 19. anno 15. ind. Radelchis iterum princeps Beneventanorum an. 3. m. 6. Item 20. ipsius anno 1. ind. Gregorius dux Neapolim an. 16. m. 10. dies 10. Iterum 22. ipsius anno 3. ind. Athenolfus[g] et Landol-
909. fus princeps Beneventi an. 10. m. 6. 909. ind. 12. Constantinus an. . .[1] Huius secundo
910. an. 13. ind. Landolfus[h] et Athenolfus principes Beneventanorum an. 34. Et 7. tertia ind. Iohanes dux Neapolim an. 4. m. 7. dies 12. Et eiusdem undecimo anno 7. ind. Mari-

a) hyrinus 2. b) XVIII. m. VI. 2. c) ipsius 2. d) anno 3. i. S. d. N. a. 7. m. 6. Et e. 11. anno *desunt* 2. e) f) et m. 2. g) athenolphus 2. *ita et infra.* h) landolphus 2. i) septem m. VIIII. *corr.* VII. 2.
1) obiit a. 969.

nus dux Neapolim an. 8.[1] m. 9. dies quindecim. Item vicesimo ipsius anno prima ind. 919.
Iohannes dux Neapolim. an. 37. Et vicesimoquinto ipsius anno 6. ind. Athenolfus prin- 928.
ceps Beneventi an. 11. et 26. eiusdem an. 6. ind. Gisolphus princeps Salernitanus[2] an... 933.
Iterum 32. ipsius anno 13. ind. Landolfus[a] princeps Beneventi[3] an. Et 36. eiusdem 939.
anno secunda ind. Pandolfus[b] princeps Beneventi an. 6.[4] *Explicit.*[c] 943.

a) landulphus 2. b) pandulfus 2. c) *deest* 2.

2) obiit an. 974. 3) obiit a. 962. 4) annus sextus eius in annos 948 et 949 incidit; sed ultimus regni eius annus 38. anno 980 incepit.

REGUM ET IMPERATORUM CATALOGI.

Chronica regum Francorum usque ad Conradum II. imperatorem post Lambecium et Kollarium Analect. Vindob. I. 600 *ex codice bibliothecae Palatinae Vindobonensis in catalogo hist. profanae Nro.* 332 *membr. saec. XI. ineuntis fol.* 136 *iterum proponimus. Tabulae genealogicae, prior Karolorum ex codice Musaei Britannici inter Arundelianos Nro.* 390 *saec. X. a Cl. Lappenberg descripta, altera Karolorum et Ottonum ex codice olim monasterii Steynvelt membr. saec. XII. qui praeterea Einhardum, Theganum, Vitam Hludowici Pii, Widukindum et alia minoris momenti continet, prodeunt. Catalogos regum Italiae descripsimus ex codicis tribus legum Langobardorum scilicet* 1) *Cavensi saec. XI. ineuntis fol.* 186 *usque ad Arduinum,* 2) *Mediolanensi bibliothecae Ambrosianae O.* 53, *olim monasterii Susa di Savoia, membr. legum Langobardorum saec. XI. ineuntis usque ad a.* 1013. 3) *Mediolanensi bibl. Ambrosianae O.* 55 *membr. saec. XI. ineuntis usque ad a.* 1027, *tum ex duobus codicibus chronicae Isidori, scilicet* 4) *bibliothecae Palatinae Vindobonensis membr. saec. XI. medii usque ad a.* 1056 *et* 1106 *et* 5) *c. bibliothecae Vaticanae Nro.* 1361 *membr saec. XII. Lothario imperante scripto, qui quodammodo ad Ambrosianos codices accedit. Quibus excerpta ex Petri Diaconi serie chronologica Romanorum regum, consulum et imperatorum, quam Casini in codice Nro.* 257 *saec. XII. fol.* 1—11 *evolvi, addere placuit. Quos inter qui primum locum tenent catalogi codicum Ambrosianorum, in monasterio Susa di Savoia exarati, ex iisdem a Muratorio T. II. p.* 204 *Anecdotorum et SS. Ital. T. IV.* 147—149 *antea editi fuerunt, sed hic multo correctiores prodeunt, scripti quidem idiomate vulgari, sed ad chronologiam regum saeculi X. valde utiles. Ultimo loco chronica brevia Nemausense et Luxoviense ex codicibus Nemausensi Nro.* 13710 *membr. saec. XII. fol.* 218 *et Montispessulan. Nro.* 51. *membr. saec. XI. a Cl. Waitz descripta subiicimus. Quorum quidem prolixius, Luxoviense scilicet, narrationem ex fontibus maximam partem notissimis, Fredegario, Gestis regum Francorum, Vita S. Columbani, Einhardi Vita Karoli et Annalibus atque*

Annalibus Laurissensibus haustam, erroneo calculo illigat, additis paucis de rebus coenobii Luxoviensis, quorum fides penes lectorem esto; auctor Heinrici II. et Conradi II. imperatorum tempore vixit.

CRONICA REGUM FRANCORUM.

Arnulfus primus fuit tempore Aeraclii imperatoris, et Iohannes papa Romanam regebat aecclesiam. Usque ad tempus Narsis patricii imperatores Constantinopolitani tenuerunt Italiam. Iustinus imperator perdidit eam, deinde Alboin invasit eam, et Longobardorum reges tenuerunt eam usque ad Aistulphum. Istius tempore Pippinus rex, pater magni Caroli intravit Italiam, et appraehaendit magnam partem Italiae. Eo mortuo Karolus imperator filius eius venit Italiam, et appraehaendit Desiderium regem Longobardorum, et totam Italiam sibi subiugavit. Tempore istius Caroli Nikyforus imperator erat Constantinopoli, et Leo papa erat Romae. Postea fuit Michael imperator gener Nicofori. Arnulfus dux genuit Angisum ducem, Angisus dux genuit Pippinum ducem, Pippinus genuit Karolum ducem. Iste in carro fuit natus. Karolus genuit Pippinum, qui unctus fuit in rege; Pippinus rex genuit Karolum magnum imperatorem; Karolus genuit Lodowicum pium imperatorem. Post istius mortem Karolus patruus suus fuit imperator. Deinde tercius Karolus imperator creatur, nepos secundi Karoli imperatoris. Ad hultimum totum imperium ad solum Arnulfum, filium Karlomanni regis, delatum est; in quo Arnulfo imperatore generosa nobilium regum hac imperatorum genealogia, incipiens a sancto Arnulfo, finem habuit. Eiusdem Arnulfi tempore ipsiusque iussu atque consensu Gallorum populi elegerunt Odonem ducem sibi in regem. Hic divisio facta est inter Teutones Francos et Latinos Francos. Arnulfus imperator Lothoringiam[a] dedit filio, nomine Szuentpoldo, ex pellice genito. Mortuo Arnulfo, Lodovicus puer, eius filius, imperavit quattuor annos, cui Conradus, deficiente saepedicta imperatoria stirpe nobili Francorum, quamvis non de eodem stemate ortus, feliciter successit. Conradus praevidens sibi extremam imminere horam, iussit evocare Heinricum ducem Saxoniae, cui et sceptrum dedit, et diadema capiti eius imposuit. Qui Heinricus[b] duos filios habuit, Ottonem primum imperatorem et Inricum ducem Baiovariae. Otto imperator generavit secundum Ottonem imperatorem, cui coniuncta est Stephanu nobilissima Graecorum, ex qua sibi genitus est tercius Otto imperator. Quo evocato de vallo lacrimarum ad syderea regna, Heinricus dux Baiovariae, pronepos Heinrici regis patris Ottonis primi et ducis Heinrici, Deo opitulante indeptus est imperium. Conradus dux, qui fuit ex progenię Conradi regis praedicti, accepit filiam Ottonis primi imperatoris, ex qua natus fuit Otto dux. Otto dux habuit filios duos; unus nomine Cono et alter Hezil. Ex isto Hezil natus fuit Cono, qui modo rex est.

a) lothoringiam c.

b) hinricus c.

TABULAE KAROLORUM ET OTTONUM.

I. *Tabula Karolorum ex cod. Londinensi.*



a) *Wala, abbas Corbeiensis.* b) *haec Ludowici, haud vero Zuendeboldi, uxor scribi videtur.*

II. *Tabulae ex codice Steynveltensi.*

1.



a) Tassilodus *c.* b) pius *c.*

2.

Heinricum respice, de cuius fluxit semine Theodericus pater Mathildis reginae ex stirpe Widichindi magni ducis Saxoniae, cuius fratres fuerunt, Widichint, Immit, Reginbern[a]. Si vis ad plenum noscere nobilitatem totius Saxoniae, Italiae, Germaniae, Galliae, et Normanniae, Baiuvariae, Sueviae, Hungariae, Rusciae et Polemie, adscriptam formam istam diligenter adtende.*



Heinricus huius nominis rege V. imperatore IV. sine prole defuncto, Lotharius, qui et Leodegarius, dux Saxoniae, a proceribus sublimatur in regnum; quem unxit in regem Fridericus archiepiscopus Coloniensis cum episcopis Adalberto Maguntino, Adalberone Leodiense et aliis multis anno dominicae incarnationis 1125. 3. Kal. Septembris Aquis.

a) Regi ben *c.* b) rex *c.* c) gerbrich *c.* *) *cf. Alberici chron. a.* 921. *apud quem ad finem ita:* Hungariae, Boemiae, Tusciae et Poloniae.

REGUM ITALIAE ET IMPERATORUM CATALOGI.

1. *ex codice Cavensi.*

Pipinus senior rex anni vinginti septe.
Carolus rex anni viginti et septe.
Pipinus et Carolusmagnus regibus anni decem.
Pipinus rex anni decem et septem.
Carolus et Carolusmagnis regibus anni quattuor.
Carolus imperator anni 30 et novem. Imperium eius anni 7.
Pipinus in Italia imperator anni viginti quattuor.
Ludovicus imperator anni viginti quinque.
Lutharius imperator anni triginta.
Ludovicus imperator anni viginti otto.
Carolus imperator anni sex.
Carolus imperator anni 8.
Guido imperator anni sex.
Lambertus imperator anni quattuor.
Ludoycus imperator anni tres.
Berengarius imperator anni viginti tres.

926. Ubo imperator anni viginti.
Lotherius imperator anni
Berengarius imperator anni.
Domnus Otto imperator anni tredecim.

973. Otto imperator filio eius. Hoc tumulatus est Romam. Iste Otto fecit battalia cum Agarenis in Apulea et perdidit ea.

Otto tertius, filius Ottoni, et nepus supradicto Octoni, anni Obiit Romam, et corpus eius deportatus est a suis in Totonicum regnum a quo venerat.

1002. Ardoynus, factus est rex in Italia, et regnavit anni non pleniter duo. Et pugnavit in Italia cum exercitu Henrici regis, qui fuit dux de Baioaria. Iste Henricus post discessum superscripti Ottoni factus rex Totonicorum, et post perditione exercitui eius,
1004. ipse per semedipsum venit in Italia, et omnes Lambardi mentiti sunt Arduini regis, et subdiderunt se Henrici regis. Et ipse applicuit usque urbem Papiâ, et igne cremavit eam; et sic reversus est in Totonicum regnum suum.

2. *ex codice Ambrosiano O. 53.*

926. In nomine Domini. Ugo rex et Lautharius, filio eius, regnavit insimul annos 20.
947. Post vero ipsius Ugoni decessum ipse Lautharius, filio eius, regnavit annos 3. Deinde
961. regnaverunt *Berengarius*[a] et Adalbertus, filio eius, insimul annos 11. Deinde venit primus Otto in Italia, et prevavit regnum eorum Berengarius et Adelbertus, et fuit
962. cauronatus ad inperator esse, et inperavit annos 12.[b] ante quam eius filius Oto
967. fuiset inperator. Post quam ipse secundus Otto fuit coronatus ad inperator esse, inperaverunt[c] ipsi ambo insimul annos 6. mensibus 3. diebus 6. Post autem ipsius
973. primus Otto decessum, predictus filius secundus Otto inperavit[d] annos 10. Et fuit
983. intervallo post ipsius decessum antequam tercius Otto fuiset coronatus ad esse inpe-
996. Mai. rator, annos 12. Inperavit ipse tercius Otto annos 5. *et*[e] *mense* 8. Post ipsius de-
1002. Ian. 23 cessum regnavit Ardoinus rex anos 2. *et menses* 2.[f] Deinde venit Anricus rex, et
1004. inperavit regnum eidem Ardoinus; fuit coronatus ad rege in[g] Papia tercio die ante festi-
Mai 14. vitate sancte Xiri, qui fuit in medio Madio; et abet modo regnato 9 anno et dies
1013. Mai 21. novem: 12. Kal. Iunias est odie, et percurrit indicio 11.

Per omne tempus mudant[h] indicciones octavo Kalendas Octuber, oc est setimo die exiente mense Setember. Anno incarnacione domini nostri Iesu Christi est millesimo duodecimo. Ugo intrabit rex, et percurrit indiccione octava. Lautharius intrabit, et percurrit indiccione 4. Berengarius, et percurrit indiccione 6. quando intrabit rex. Quando intrabit Otto rex, percurrit indiccione 7. Otto, filius item Ottoni, percurrit indiccione 3. Quando intrabit rex tercius Otto, percurrit indiccione 15. Quando intrabit rex Ardoinus, et percurrit indiccione 1. Quando intrabit rex Anricus, percurrit indiccione 11. Quando fuit Lotharius, fuit intervalle, egoque[i] non intrabit rex, et fuit incarnacione domini nostri Iesu Christi 965.[k] Et quando Berengarius migravit, erat 965.[l]

3. *ex codice Ambrosiano O. 55.*

947. Apr. 10 Die sabati, quod est decimo die mensis Apreliis et fuit in eo die secundum[m] pasce, civitate Arlenda[1] migravit ab ac die[n] Ugo rex, abead regnatum annos 20[o] expletos et menses 9 et dies 3; et filio eius Lautharius abead regnatum cum ipso ienitori suo
931. anno 16 et dies 6. Post decesum ipsius Ugoni regnavit ipse Lotharius annos 3 exple-
950. Nov. 22 tos et menses 7 et dies 2; obitavit[p] dies Veneris, que est decimo Calendas December, civitate Taurinensum[q]; erat tunc in die onora, fuitque tunc regnum sine rege eo tempore

a) *vox ab ipso scriptore adiecta.* b) et mensibus III. et diebus VI. *adiecta.* c) inperauerunt ipsi ambo insimul annos::::: VI. *ab ipso scriptore correctum,* inperavit anos XXI. mensibus III. diebus VI. d) i. annos X. *Et ab ipso scriptore correctum,* i. cum patre annis VI. mensibus III. diebus 6. e) et m. VIII. *adiecta.* f) annos II. et dimedio *a scriptore correctum, ut supra legitur.* g) LX. *c.* h) *i. e.* mutant. i) *i. e.* eoque. k) nogentesimo LX. V. *c.* l) nogentesimo anno LX. V. *c.* m) *corrige* sanctum. n) *hic scriptor inserit:* Rodulfus rex regnavit annos V. Deinde venit in Italia domnus; *vere autem non Rodulfus sed Hugo rex die sabbati* 10. *die Aprilis, sabbato ante pascha obiit, quum pascha isto tempore nonnisi annis* 885, 947, 958, 969, 980 *die* 11. *Aprilis celebratum sit, quorum nullo Rodulfus rex, sed Hugo obiit.* o) *corr.* XXI. *falso.* p) obit auit *c.* obiit autem? q) taurirensum *c.*

1) Arelate?

dies 24. Et in viesimo quarto die qui fuit die di dominico[a] 15. die Decembris, inter basilica sancti Michaeli qui dicitur maiore, fuerunt electi et coronati Berengarius et Adalbertus filio eius regibus[b], et regnaverunt in pace annos 12; et viscerunt[c. 2] se post- quam coronam acceperant annis 24 et menses 4 et dies 5. Oto imperator regnavit annis 11 et mens. 4. Item Oto filio eius regnavit post decesum genitori suo annis 10, et abebat regnatum cum ipso genitori suo annis 6. Defuncto secundo Oto, fuit unc regnum sine regem annos 13; et tunc tercius Oto imperator regnavit annos 5 et menses 9. Die Veneris, quod est decimo Kal. Februarius, in finibus Romani, ad locus qui vocatur Paterne, apiit[d] ipse Oto imperator indic. 15. fuit unc regnum sine regem 24[e] dies. Die qui fuit dominico, et fuit 15. die mensis Februarii, in civitate Papia inter basilica sancti Michaeli fuit coronatus Ardoinus rex, et regnante annos duos et menses 2.; et in die dominico, qui fuit die mense Madio, inter basilica sancti Michaeli qui dicitur maiore fuit electus Henrichus, et coronatus in secundo die qui fuit die[f] Lune 12.[g] *didies mensis Madii coronatus*, civitate Papia ab ingne combusta fuit, *et*[h] *regnavit annos* 10. *minus menses* 2,[i] et in festivitate cathedra sancti Petri 8[vo]. Kal. Martias *fuit*[k] *coronatus ad imperator, et* imperavit annos 11 et menses 5 minus *et*[l] dies 4[or], et fuit unc regnum sine rege annos 2 et menses 7 .et dies 4; et tunc fuit coronatus Chunradus in Roma 8. Kal. Iunius, et percurrit indic. 11. et anni incarnacione Domini millesimo vicesimo octavo.

950. Dec. 15
962.
975. Apr. 20
973.
983.
996.
1002. Ian. 23. Feb. 15.
1004. Mai 12.
1014. Feb. 22.
1024. Iul. 13.
1027. Mai 26. ind. 10.

4. *ex codice Vindobonensi hist. eccl.* 147.

Initium Caroli in Longobardia anni Domini ab incarnatione 770. regnavit annos 36. Pipinus, filius eius, in primo anno sui regni anni Domini ab incarnatione 790. regnavit annos 34. Lodoicus, filius eiusdem, primo anno sui regni anni Domini ab incarnatione 813. regnavit annos 8. Lotharius, filius eiusdem Caroli, primo anno sui regni erant ab incarnatione anni Domini 822. regnavit annos 28. Lodoigus, filius Lotharii, in primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 850. regnavit annos 26. Benengarius primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 877. regnavit annos 39. Ugo primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 921. regnavit annos 27. Lotharius, filius eius, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 948. regnavit annos 2. Beringarius rex cum Adalberto filio suo primo anni sui regni erant ab incarnatione Domini anni 950. regnavit annos 11. Octo primus imperator primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 961. regnavit annos 11 et mens. 3. Octo, filius eius, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 972. regnavit annos 11. Octo, filius Octonis, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 983. regnavit annos 12, in Italia 5. anni Domini 994; permansit vacuum regnum annos 12. Enrigus primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini 1014. regnavit annos 10 et mens. 6; permansit vacuum regnum annos duos. Cuneradus imperator primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini anni 1027. regnavit annos 30. Enrigus, filius eius, primo anno sui regni erant ab incarnatione Domini 1056. regnavit annos 52.[m]

5. *ex codice Vaticano* 1361.

Agelmundus regnavit super Longobardos annis 33, et ipse fuit primus eorum rex. Lamissio regnavit post hoc, ipse fuit secundus rex. Tercius eorum rex fuit Lethu, et regnavit ferme annos 40. Quartus regnavit Ildoech. Quintus Godeoc. Sextus Clapho.[n] Septimus Tato. Octavus Wacho. Nonus Waltari, et ipse regnavit annos 7. Decimus Audoin, qui non post multo tempore Longobardos in Pannoniam duxit. Habitaverunt autem in Pannonia annos 42. De qua egressi sunt mense Aprili, per indicionem I. alia die post sanctum pascha, cuius festivitatis eo anno iuxta calculi rationem in ipsis Calendis Aprilibus fuit, cum iam a Domini incarnatione anni 568 essent evoluti[3].

Alboin regnavit annos 4 et menses 6, et ipse duxit Longobardos in Italiam. Autari regnavit annos 25. Agilulphus regnavit annos 25. Arioalth regnavit annos 15. Ro-

a) *recte.* b) rebus *corr.* regibus. c) *i. e.* vixerunt. d) *i. e.* obiit. e) XXIIII. *corr.* XXIII. f) di *corr.* die. g) XII. d. m. M. c. *adiecta.* h) et r. a. X. m. m. II. *addita.* i) *an* III? k) f. c. a. i. et *adiecta.* l) *adiectum.* m) *numerus manu recentiori adiectus; igitur Heinrico IV. rege tabula confecta est.* n) sclapho *c.*

2) scil. Adelbertus; nam Berengarius a. 966 obiit. 3) Haec ex Pauli hist. Lang. II. 7.

thari[a] regnavit annos 16. menses 4. Rodoalt[a] regnavit annos 5. dies 7. Aripertus regnavit annos 12. Ansprandus regnavit annos 3. menses 8. Leuprandus regnavit annos 33. Aldeprandus eius nepos regnavit annos 6. Ratchi[a] filius Pemmonis regnavit annos 5. Aistulfus frater eius regnavit annos 8. Desiderius cum filio suo Adalgis, regnaverunt annos 18. Indic. 13. mense Febr. amisit suum regnum.

Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 742. Karolus natus est. Anno ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi 767. Karolus rex factus est, in anno nativitatis suae 26, et fuit rex in Francia ante quam Italiam subiugasset annos 7. Anno Domini 774. Karolus Italiam subiugavit, in anno 34. nativitatis suae; tenuit Italiam annos 40. Anno Domini 814. obiit Karolus imperator, et a nativitatis suae vixit ad obitum suum annos 73; ipse Karolus regnavit annos 40.

Lodoicus, filius eius, regnavit annos 8.

Lotharius regnavit annos 28.

Loduicus, filius eius, regnavit annos 26; obiit ipse in solempnitate sancti Ypoliti.

Karolus de Francia regnavit annos 2.

Karolomannus, filius[b] Lodovici de Baioaria, regnavit annos 2.

Karolus, frater illius Carolimanni, ante quam coronatus fuiset annos 2, et postea quam coronatus fuisset regnavit[c] annos 7, et fuit mortuus indic. 6.

Berengarius rex post mortem Caroli regnum sortitus est Italicum. Dum regnasset anno 1, contentio orta est inter Guidonem et ipsum Berengarium, pugnamque inierunt. Tunc Guido fugato Berengario obtinuit regnum annos 3; obiit per indic. 10. Adeptus vero regnum Lambertus, filius eius, regnavit in eo feliciter annos 9; obiit indic. 4. Tunc Berengarius introivit in regnum, et regnavit cum illo partim annos 28. Postea vero coronam accipiens imperator effectus, regnavit annos 8. Eodem anno Rodulfus introivit in regnum; et mox orto bello inter eos, Berengarius fuga lapsus est Veronam. Rodulfus vero regnavit annos 2. Tunc Veronenses Berengarium interfecerunt. Rodulfus vero per Alpes Penninas[d] fuga lapsus, Burgundiam petiit. Erat namque indicio 14. annus dominicae incarnationis 926.

Ugo rex, antequam filius eius Lotharius nasceretur, regnavit annos 5. Postea cum filio suo regnavit usque ad annum 22; quando obiit erat indicio 6. annus dominicae incarnationis 949.

Lotharius, eius filius, post obitum patris regnavit annos 2. Obiit indic. 8. anno Domini 950.

Berengarius rex cum filio suo Adalberto regnavit annos 11. Tunc Otto rex eiecit eos de regno indic. 4. anno Domini 961.

Dehinc predictus Otto Romam ingressus atque imperator ibidem effectus, omnem Italiam suo subiugavit imperio; regnavit annos 11. mens. 3; obiit anno Domini 972. indic. 15.

Otto, filius Ottonis, regnavit annos 11. obiit anno Domini 986. indic. 11.

Anno Domini 988. indic. 15. Otto, filius Ottonis et nepos Ottonis, post mortem patris sui regnavit in Saxonia annos 12, et postea in Italia annos 5; obiit anno 1002. indic. 15.

Anno Domini 1014. indic. 12. 16. Kal. Mar. post obitum autem Ottonis tercii fuerant anni 12, usque quo Anricus Romam veniens eodem anno 5. Kal. Mar. coronatus, regnavit annos 10. mens. 4. die 15; obiit 17. Kal. Aug. anno Domini 1025. indic. 8.

Post obitum autem eiusdem Enrici imperatoris fuerunt anni 2. mens. 8. usque quo anno Domini 1027. indic. 10. Conradus Romae coronatus est ipsa Domini resurrectionis die, 7. Kal. April. indic. 10; et imperavit annos 16.

Henricus imperavit annos 12, anno dominicae incarnationis 1048. indic. 1.

Henricus IV. imperavit annos 16, anno dominicae incarnationis 1085. indic. 8.

Henricus quartus imperavit annos 15, 1110. indic. 4. A quo captus est Pascalis papa secundus, in ecclesia sancti Petri una cum magna turba nobilium Romanorum.

Lotharius tercius imperavit annos —. Hic coronatus est in imperatorem a domno papa Innocentio II. cum uxore sua Rigiza, in ecclesia Lateranensi 1125. indic. 3.[e]

a) *codex miniatoris vitio:* Lothari, Lodoalt, Latchi. b) filius filius *c.* c) *codex miniatoris vitio* Greg. d) alpes apenninas *c.* e) *eo tempore coronatio regis Lotharii facta est, Romana a.* 1133. *d. Iun. 4. indictione* 11.

6. *ex Petri Diaconi chronologica Romanorum regum, consulum et imperatorum serie.*

Catalogus regum, consulum, dictatorum, tribunorum, patriciorum ac imperatorum gentis Troiane.

Uranus.

Saturnus *etc.* . . . . . .

Otto *pius*[a] *Saxo* ann. 12. *Hic de Ungaris, Saxonibus et Saracenis triumphavit.*

Otto *sanguinarius* ann. 22. *Hic de Saracenis triumphavit, et corpus sancti Bartholomei apostoli a Benevento ad urbem Romam transtulit.*

Otto *mirabilia mundi* ann. 6. Hic Saracenos de Ytalia delevit.

Heynricus ann. 23. *Hic de Grecis, Guaranis, Alanisque triumphavit.*

Chonradus ann. 16. Hic regnum Burgundionum destruxit.

Heynricus ann. 13.

Heynricus ann. 43. *menses* 8. *dies* 12. *Hic Rodulfum, imperii insidiatorem, cum suis gladio trucidavit.*

Heinricus ann.

Lotharius ann. 12. m. Hic Danos et Leuticos sub Romano imperio redegit.

Chonradus

Hemmanuel. Hic Alteburgam, cognatam Chonradi imperatoris, duxit uxorem.

Fredericus. Hic perrexit ad debellandos Saracenos.

Heynricus. Hic accepit filiam regis Roggerii in uxorem.

Romani pontifices.

Petrus apostolus *etc.* . . .

. . . Gregorius (II.) Hic Romanum imperium ad Francos transtulit.

. . . Adrianus (I.) Hic regnum Langobardorum ad Francos transtulit.

. . . Iohannes (XIII.) a. 8. m. 3. Tusculanensis, filius Alberici. Hic Romanum imperium transtulit ad Cimbros.

. . . Innocentius (II.)

Archimandritae monasterii Casinensis.

Sanctus Benedictus *etc.*

. . . Bassacius ann. 19. Hic ordinem in Liguriam, Burgundia et Germania corrigit.

. . . Atenulfus ann. 11. Hic ordinem in Alemanniam corrigit.

. . . Guibaldus m. 1. d. 11.

CHRONICON NEMAUSENSE[1].

Karolus magnus imperator regnavit annis 47; obiit anno etatis sue 72, anno incarnationis Domini 815, quinto Kal. Febroarii. Lodovicus, filius eius, regnavit annis 17. Karolomannus regnavit ann. 6. Hic venit Narbonam. Anno incarnationis Domini 858. 858. Normanni Nemausum et Arelatem depredaverunt. Karolus de Baveria regnavit ann. 4. Oddo annis 10. Anno 925. Ungari vastaverunt terram istam. Karolus filius 925. Lodoici annis 35. Post cuius obitum fuerunt anni 7 sine legitimo rege, in quibus regnavit Rodulfus. Deinde Ludoicus filius Karoli ann. 18. Lotharius filius eius ann. 2. 987. Post hunc Ugo annis 10. Rotbertus, filius eius, ann. 44. Haenricus, filius eius, ann. 12.[b] 1108. Philippus, filius eius, ann. 45.[c]

CHRONICON LUXOVIENSE BREVE.

Ab Adam usque ad deluvium generationes 10, anni vero *etc.* (*fol.* 89—100). Huc usque ex ystoria beati Idatii usque ad 8. Leonis augusti posui, et usque ad primum Antimi imperatoris annum, quo in tempore post Hilarium Romanae aecclesiae 47. Simplicius sedem tenebat; nunc vero per reges Francorum, in quorum terra et regno consistimus, qui iam tempore Theodosii, filii Archadii et Valentiniani, Constantii et Placidiae filii, anno 18. imperii eorum, olympiade 306, anno ab incarnatione Domini 446, indictione 14. in Francorum terra regnare coeperunt computare per gesta eorum incipimus, et a primo eorum rege Chlodione nomine exordium sumimus, qui regnavit ab anno 18. Theodosii, filii Archadii, usque ad tertium annum Leonis augusti annis 20. Deinde Childericus, filius Merovei, expulso Egidio duce Romanorum de regno atque interfecto, regnum invadit quarto anno Leonis et Maioriani. Anno ab incarnatione Domini 466, olympiade 311, indictione 4, regnavit Childericus

a) *quae hinc inde littera obliqua expressi, manibus diversis saeculi XII. adiecta sunt.* b) *lege* 29. c) *obiit anno regni* 48; *pagina sequenti nomina episcoporum Nemausensium a Girberto usque ad Aldebertum, fol.* 219. *notitiae annorum* 1096—1177 *habentur.*

1) Editum antea a Menard *histoire de la ville de Nismes.*

filius Merovei annis 24, qui genuit filium ex Basine, Thoringorum regina, Chlodoveum nomine. Hic fuit rex magnus et vir bellicosissimus, sed in primis gentilis; post vero factus est Christi cultor optimus. Anno ab incarnatione Domini[a] 490, indictione 13. Chlodoveus, filius Childerici, tempore Anastasii imperatoris regnare orsus, olympiade 317, regnavit annis 30. Baptizatus est autem a sancto Remigio, Remorum episcopo, anno 15. regni sui cum omni exercitu Francorum. Hic habuit filium ex concubina, Theodericum nomine, strenuum atque utilem, qui regnavit post annis 23. Nec non et alios habuit tres filios ex regina sua, Crohdohilde nomine, Chlodomirem, Childebertum et Chlotharium, qui post eum regnaverunt. Anno ab incarnatione Domini 518, ind. 12, Chlodoveus decessit, regnavit annis 30. *A* transitu sancti Martini usque ad obitum eius anni 112. Colliguntur omnes anni a Gaio Iulio Caesare usque ad primum annum regni Chlodovei regis 5. 6.[b] Et a Bruto primo Romanorum consule anni mille....[b] Ab Urbe vero condita usque ad Chlodoveum anni 1240. Et a secundo anno Darii regis Persarum, sub quo rursus templum edificatum est, anni 1008. Ab olympiade prima anni 1264. A Salamone et prima aedificatione templi anni 1420. Et a captivitate Troiae usque ad ipsum anni 1670. A Moyse et egressu Israhelis ex Aegypto anni 1999. Ab Abraham anni 2504. A diluvio usque ad Abraham anni 942. Ab Adam usque ad diluvium anni 2242. Fiunt igitur omnes anni a conditione mundi usque ad primum annum regni Chlodovei regis Francorum 5688. Haec deinceps. Anno[c] ab incarn. Domini 519, olimpiade 324, indictione 12. Theodericus[d], filius Chlodovei, cum fratribus suis regnat annis 23. Deinde post ipsum Theodebertus, filius eius. Anno ab incarnatione Domini 540, olympiade 329, ind. 3. suscepit regnum, regnavit annis 14. Post quem Theodevaldus, filius Theodeberti, anno ab incarn. Domini 546, olymp. 330, indictione 3. regnare coepit, et regnavit annis 7. Regnum eius Chlotharius recepit. Mortuisque cunctis fratribus et nepotibus suis, regibus magnis, solus obtinuit regnum per annos 36, habuitque filios 7. Sed hi quatuor post ipsum regnaverunt, Sigibertus, Chilpericus, Cherebertus et Guntrannus. Anno ab incarnatione Domini 532, olymp. 327, ind. 10. Chlotharius, filius Chlodovei, regnavit tempore Iustiniani imperatoris annis 51. Obiit autem anno ab incarnatione Domini 582, ind. 15, etatis vero suae anno 95. Post quem 4 filii eius regnum ipsius aequaliter diviserunt: Chilpericus regnum patris sui sortitus est, Sigibertus vero regnum Theoderici patrui sui accepit; et regnaverunt tempore Iustini imperatoris. Anno ab incarn. Domini 583. olymp. 340, ind. 11. Sigibertus regnat annis 14. Cuius tempore beatus Columbanus, Scotigena, duce Christo Gallias ingressus, ad eum venit anno ab incarn. Domini 595, ind. 13., recepitque eum praedictus rex anno 13. regni sui, precaturque eum, ut infra terminos regni sui resideat.[1] Quod et fecit, devenitque in locum Vosagi, antiquitus Anagrates nuncupatum. Hic cum suis resedit anno ab incarn. Domini 596, ind. 14. Sed Sigiberto non amplius quam 14 annis regno amministrato, filius eius Childebertus in sceptra regni resedit cum matre Brunichilde anno 15. Chilperici et Guntranni patrui sui. Anno vero ab incarn. Domini 596. ind. 14. regnavit annis 20. Hoc enim tempore apud Constantinopolim mortuo Iustino imperatore anno 18. imperii sui, post eum Tiberius Constantinus[e] imperator est factus. Sed hoc non post multos annos mortuo, Mauricius in imperium resedit. Hic beatum Gregorium Romanae aecclesiae papam praefecit, qui sedit annis 13. mensibus 6. dies bis quinos. His[2] quoque diebus beatus Columbanus apud Burgundiam in Vosago construxit nobile monasterium quod vocatur Luxovium, priscis temporibus sic nuncupatum. Et bene nomini huic congruit Luxovium, id est *lux ovium*. Nam tempore Sigiberti, hoc est anno ab incarn. Domini 595[f], ab eodem rege receptus est, anno vero 596, id est ultimo anno regni eius, Anagrates ingressus, ibidem habitare coepit. Postea vero tempore Childeberti filii Sigiberti Luxovium construxit monasterium; *sed nescio quo anno hoc coeperit, quia ipsum minime invenire potui.* In quo loco multorum adunavit greges monachorum, et cum ipsis ibidem per multorum spatia stetit temporum usque ad annum 8. Theoderici filii Childeberti, qui eum inde a Deo maledictus expulit. Anno 623, ind. 6, anno vicesimo post incolatum heremi[3] illius iter aggressus Italiam petiit, Bobium monasterium construxit[4], ubi feliciter et requievit. Chilpericus quoque, frater Sigeberti, ex Fredegunda his temporibus genuit filium, quem vocavit Chlotharium. Hic fuit magnus rex, qui et ipse genuit Dagobertum. Mortuus est Chilpericus anno ab incarn. Domini 605, ind. 8, anno 8. Childeberti filii Sigiberti. Regnavit annis 23. Anno ab incarn. Domini 602[g] ind. 1. decessit Guntrannus rex, 5. Kal. Aprilis[5], Cabilone requiescit in pace. Regnavit annis 31. Regnum eius Childebertus recepit, quod tenuit 4 annis. Nam antea rex Austrasiorum, tunc rex factus est Burgundionum. Decessit et ipse anno ab incarn. Domini 615, ind. 3, olymp. 318. Cuius regnum filii eius, Theodericus et Theodebertus, receperunt. Anno[6] ab incarn. Domini 616, ind. 4. Theodebertus[h] regnum Austrasiorum, Theodericus sortitus regnum Burgundionum cum avia Brunichilde regnavit annis 10. *Huius anno 7. apud Luxovium Columbanus quidam nomine ex his quos secum beatus Columbanus adduxerat anno 622, ind. 10. migravit ad Dominum 2. Kal. Iunii, in eodem loco corpore tumulatus.* Anno 623, ind. 11. beatus Columbanus[7] de Luxovio expulsus, ad Chlotharium filium[i] Chilperici venit. Anno 624, ind. 12, anno vero regni sui 19. recepit eum praedictus rex cum omni honore. Mortuo deinde Theoderico et Theodeberto, regnum eorum Chlotharius recepit anno ab incarnat. Domini 626, ind. 14, anno regni sui 21. sicut ei beatus Columbanus ante praedixerat, solusque[8] trium regnorum monarchiam potitus, regnavit postea annis 24. Hic[9] namque pro amore beati Columbani Luxovium magnis opibus ditatum, beatum Eustasium ibidem praefecit abbatem anno 627, ind. 15, imperii vero sui primo. Obiit autem anno 649, ind. 7. Regnavit simul annis 44. Anno 650. ab incarn. Domini ind. 8. Dagobertus, filius eius, monarchiam in totis tribus regnis sagaciter accepit. *Huius tempore beatus Waldebertus Luxovium regebat, in quo erant 600 monachi. Hic idem rex Luxovium magnis honoribus extulit, et ipso primum de fisco palatii per ecclesias sanctorum distribui iussit.* Obiit anno ab incarn. Domini 673, ind. 12. Regnavit simul annis 34. Anno ab incarn. Domini 674. ind. 12. Chlodoveus, filius Dagoberti, regnum post obitum patris recepit, habuitque filios tres, Chlotharium, Theodericum et Childericum, qui post eum regnaverunt. Decessit Chlodoveus anno 699, ind. 12, regni vero sui post annos 16 exactos reliquit regnum filio suo Chlothario. Anno ab incarn. Domini 700, ind. 13. Chlotharius regnavit annis 4. Deinde[10] post ipsum Theodericus subrogatur in regnum anno 703,

a) *in margine eadem manu:* Huius tempore fundatum fuit cenobium istud. b) D.. VI, *lacuna in codice.* c) .nno c. d) .heodericus c. e) Constantantinus *cod. syllaba* tan *novam lineam incipiente* c. f) VI. *corr* V. *cod.* g) DC:::II. c. h) s. Theudebertus c. i) filii c.

1) ex Vita S. Columbani c. 12. 2) ex Vita S. Columbani c. 17 sqq. 3) ex Vita S. Columb. c. 38. 4) cf. Fredegarii cap. 36. 5) cf. Fredegarii chron. c. 14. 6) cf. Fred. c. 16. 7) ex Vita S. Columb. c. 48. 8) ibid. c. 58. 9) cf. c. 61. Quae sequuntur ex Gestis regum Francorum fluxerunt.

ind. 1. Sed hunc post paucum tempus de regno cum Ebroino maiore domus expulso, Childericum*) regem Austrasiorum, fratrem eius minorem, in toto sublimaverunt Francorum regno, sub quo beatus Leodegarius maior domus efficitur. Mortuo deinde Childerico, Theodericus, frater eius, iterum in regno statuitur, et Ebroinus apostata post monachicum habitum iterum maior domus efficitur, qui beatum Leodegarium cum multis Francorum proceribus interficit. Et cum Ermenfredo cuidam Franco insidias pararet, ab illo interficitur, et in Austrum hoc facto fugiens, a Pippino duce excipitur, sicque Ermenfredus evasit. Erant enim tunc Franci ei invisi. Pipinus itaque, dux Austrasiorum, contra Theodericum regem aciem dirigit, atque eum vicit. Iste est Pipinus, ex quo Karolus magnus descendit. Mortuo Theoderico anno ab incarn. Domini 723, ind. 5, filius eius Chlodoveus post eum regnavit annis duobus. Deinde post ipsum Childebertus, frater eius, regnavit annis 15, anno ab incarn. Domini 725[a], ind. 8. Sub quo Grimoaldus, Pipini principis filius iunior, maior domus effectus est. Habuitque Pipinus filios tres, Drogonem et Grimoaldum, et ex alia coniuge alium Karolum nomine, qui fuit postea avus Karoli regis magni. Obtinuit autem principatum sub supradictos reges annis 27. Post Childebertum regnavit Dagobertus filius eius annis 5, anno incarn. dominicae 740, ind. 8. Sub quo Karolus, filius Pipini, maior domus efficitur, qui genuit filios duos, Karlomannum et Pipinum. Obiit autem anno 745, ind. 12. Anno[11] 747, ind. 14. Karlomannus et Pipinus pugnaverunt contra Saxones. Anno 748, ind. 5. Karlomannus confessus est Pipino germano suo, quod vellet seculum derelinquere. Anno ab incarnatione Domini 750, ind. 2. Karlomannus apud Cassinum monasterium monachus effectus est. Anno ab incarnatione Domini 752, ind. 5. Zacharias papa clarus habetur. Pipinus, filius Karoli maioris domus, cum fratre Karlomanno regnavit 4 annis. Post eum vero solus tenuit regnum annis 17. Ipse namque genuit filium[b] quem vocavit Karolum. Hic fuit rex magnus. *Anno ab incarn. Domini 755, ind. 8, anno vero imperii domni Pipini regis 15. facta est eclypsis solis 2. Non. Iunii in 18. parte Geminorum hora diei quasi sexta.* Hae due eclypsis factae sunt tempore domni Pipini regis. Obiit autem anno 766, ind. 4. Regnavit annis 21. Regnavit Karolus, filius eius, pro eo anno ab incarn. Domini 769. et a passione 735, ind. 12, ab Urbe condita millesimo quingentesimo vicesimo, anno a mundi conditione quinquies millesimo nongentesimo septuagesimo tertio. Aera octingentesima sexta Karolus magnus, filius Pipini regis, regnare coepit, olympiade 387, et regnavit annis 45[c]. *Cuius anno 21. et ab incarnatione Domini 787. facta*[12] *est eclypsis solis 15. Kal. Octobris in prima parte Librae hora diei quasi secunda. Item anno 807, imperii vero Karoli 7. anno similiter facta est eclypsis solis 3. Idus Februarii in 16. parte Aquarii hora diei quasi sexta. Item anno eius imperii 10. anno ab incarnatione Domini 810. fuit eclypsis solis 2. Kal. Decembris in vicesima parte Sagittarii. Item anno 812. fuit eclypsis solis Idus Mai hora diei quasi 7. in 19. parte Tauri.* Anno regni eius 35. et ab incarn. Domini 801, imperii vero eius anno 1, a conditione mundi sexies millesimo. Hic finiuntur anni. Descriptio[13] regis Karoli quae facta est anno ab incarn. Domini 811, anno regni eius in Francia 43, in Italia 36, imperii autem eius 11, indictione 4. Decessit[14] septuagenarius anno ab incarn. Domini 814, ind. 7, 5. Kalend. Febroarii; regnavit annis 45[d]. Cuius regnum Ludowicus filius eius recepit. *Hic Ansegisum abbatem*[e] *Luxovio praefecit.* Colliguntur omnes anni a Chlodoveo rege usque ad Karolum 277. A Gaio Iulio Caesare anni 843. Ab olympiade prima anni mille quingenti quadraginta unus. A Salomone et prima aedificatione templi anni mille sexcenti nonaginta septem. Et a[f] captivitate Troiae anni mille 947. A Moyse et egresso Israhelis ex Aegypto anni 2276. Ab Abrahaim et regno Nini usque ad primum annum Karoli 2781. Et a diluvio usque ad Abraham anni 942, ab Adam usque ad diluvium anni 2242. Fiunt omnes anni a conditione mundi usque ad Karolum magnum 5965. Et ab egressu beati Columbani in Vosago, hoc est in Anagrates, 14. anno Sigiberti regis anno incarn. Domini 596. usque ad Karolum anni 171. *Et a Karolo rege magno usque ad annum incarn. Domini* 1023, *ind. 6, qui est annus 22. domni imperatoris Heinrici senioris sunt anni 256; cuius tempore regnabant hi duo reges, Rodulfus videlicet rex Burgundionum et Rotbertus rex Francorum.* Anno ab incarn. Domini 936, ind. 9. Otto primus regnare orsus regnavit in Saxonia. Cuius regni anno 13. et Lhudowici Francorum regis, quem Hugo comes regno privavit, anno ab incarn. Domini 918, ind. 6, 7. Idus Iunii provintialem synodum[15] sub eodem factam est, in qua ipse interfuit, qui Hugonem comitem cum[g] sibi faventibus ibidem per auctoritatem Agapiti papae, qui tunc sedem apostolicam regebat, omnes damnavit. Fiunt omnes anni a Karolo Magno, id est a primo anno regni Ottonis[h], usque ad primum annum regni Ottonis primi 169. Anno ab incarn. Domini 815, ind. 8. Lhudowicus cognomento Pius regnare orsus est. Obiit 12. Kal. Iulii. Cuius regni anno 13, ind. 5. concilium apud Aquis palatium factum est. Regnavit annis 65. Post quem Karolus, filius eius, anno ab incarn. Domini 880, ind. 13. ex regina Iudith *nomine*[i] natus coepit regnare, regnavit annis . . . . Huius Karoli anno 9, ab incarn. vero Domini 888, ind. 6. Rodulfus rex Burgundiae, Chonradi regis pater, coepit regnare. Huius regis annus 22. fuit annus ab incarn. Domini 911, ind. 15.

Anno ab incar. Domini 1024. mense Iulio, id est 3. Idus Iulii, monarches Heinricus imperator et cesar augustus terrena reliquit, et ad caelestia ut credimus ascendit, sanctisque regibus consociatus exultat coram Deo cum ipsis. Qui regnavit ab anno 1002 incarn. Domini usque in annum 1024, scilicet annis 23. mensibus 6. imperii vero sui obiit postquam tenuerat anno 10. Cui successit statim in regno Choenradus rex, eodem anno ab incarn. Domini 1024. ind. 7; regnavit annis 15; obiit autem ab incarn. Domini 1039. indictione 7.

*) childe....m *c.* a) DCCXCV. *c.* b) fili . . . *c.* c) XLVII. *corr.* XLV. *c.* d) XLVI. *corr.* XLV. *c.* e) *vox in c. truncata.* f) E . *c.* g) *vox deest in c.* h) *lege* eius. i) n..... *c.*

11) cf. Ann. Laur. a. 744, 745, 746. 12) cf. Ann. Laur. a. 787. cod. 6 13) ex Einhardi Vita Karoli c. 33. 14) ib. c. 31. 15) scil. Ingelheimensis.

CHRONICON CASINENSE.

Prima iam vice integrum prodit ex codice tabularii Casinensis, a Iohanne I. abbate coenobii conditori oblato, Nro. 353 *membr. saec. X. ineuntis, unde mutilum antea a Peregrinio p.* 97. *sub nomine „Historiola ignoti Cassinensis“ transscriptum, collectionibus Muratorii SS. T. II.* 264. *quoque et Pratilli T. I.* 179 *seqq. insertum fuerat. Auctor Casinensis sub abbatibus Bassacio et Berthario monachus*[1]*, plurima quae praesens expertus fuerat calamo commisit, rudi quidem et scribendi minus perito, sed cui haud pauca scitu dignissima debeamus Opus incepisse videtur Bari civitate nondum a Hludowico II. imp. recuperata, inceptum*[2] *a divisione ducatus Beneventani usque ad a.* 867 *perduxit, quare eum a Iohanne Casinensi annis* 915—934 *abbate diversum puto, licet Leo Ostiensis in praefatione historiae et Petrus Diaconus de Viribus illustribus c.* 15. „*chronica Iohannis abbatis qui primus in Capua nova monasterium nostrum construxit*“ *et Iohannis abbatis „chronicum de persecutionibus huius coenobii et de miraculis hic factis“ laudantes, codicem nostrum intellexerint. Libro*[3] *Leonem in concinnanda historia usum esse, iam Peregrinius observavit, sed eum veram codicis lectionem presso pede secutum fuisse, non nisi nostra editione evulgata patebit.*

Capitum divisionem a Peregrinio institutam, licet capitibus 3, 4, 11, 12, 15, 19, 20, 21, 23, 24, 25, 26, 27, 32, 33 *in codice minime distinctis, servandam duximus.*

1. Quidam ex nostris scire volentes, quot anni essent a tempore sanctissimi Benedicti patris usque nunc, nos quoque amore ducti, quantum potuimus sub calculandi aestimatione collegimus. Ab anno incarnationis Domini quingentesimo vicesimo anno sub Iustiniano inperatore, sunt anni a diebus eiusdem beatissimi Benedicti usque ad Petronacem abbatem centum octoginta et unum. Et a Petronace abbate usque nunc[a] annum domni Berthari abbatis, qui est Deo praesule in coenobio tertius decimus pastor, dinumerantur circiter anni . . . . . [b], quod est annus dominicae incarnationis . . . . [b].

2. Paululum aliquid et de Langobardorum gente, quomodo in Italiam properarit, commemorandum. Narsis quoque patricius pro[c] Gothorum gente, quae Italiam invaserat, Langobardos foederatos elegit, et cum Graecis suis pariter ac Romanis ab eisdem finibus, hoc est Romanorum terminos, pepulit Gothos. Qui[4] Narsis Nea olim residens, legatos ad Langobardorum gentem dirigit, mandans ut paupertina Pannoniae rura desererent, et ad Italiam cunctam, refertam divitiis, possidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est emittit, quatenus eorum ad veniendum animos possit inlicere. Langobardi vero laeta nuntia, et quae ipsi praeoptabant, gratanter suscipiunt, deque futuris commodis anim s attollunt. Tunc Langobardi sedes proprias, hoc est Pannoniam, amicis suis Hunnis contribuunt, eo scilicet ordine, ut, si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Igitur Langobardi, relicta Pannonia, cum uxoribus et natis omnibus et suppel-

a) *ita codex*; hunc *Peregr.* b) *locus vacat.* c) *i. e.* causa Gothorum gentis.

1) c. 19 sqq. 2) c. 7. 3) scilicet capp. 4, capitibus I. 25—29, 31, 33, 35, 36, 38 inserta 5, 6, 7, 8, 9, 10, 12, 14, 18, 19, 20, 22, 26, 27, sunt. 4) Haec ex Pauli hist Lang. II. 5, 7. 28, 30, 33 maximam partem verbatim Leonis fluxerunt.

Annales Augustani.

nē fecit. & Agnetē sibi uxorē copulauit. Leupaldus mag
cho obī. Nō xl mo Heinricus rex in pannonia cōmissa pug
na uictor obonē fugauit. & petrū regno restituit. Obo

Chronicon Casinense.

Dequacordo cassinēsi alia; nec nisi quę
ppriā cōperta uidi; posthoc occasionē accep
quę eiusq; occasionis gr̄a cassinū fecit;
Erat comes erat gastaldio ut minus
esset alliū gr̄a cassinū hoc bellum parat

Annales Cavenses.

Hoc anno stella cometes
apparuit a festo sci athomi apli.
usq; epiphaniam.

G. H. Pertz scr.

Andreae presbyteri cod Sangallensis.

Narsis patricius romanor̄ bella strenue administrauit et ossē depulsis
tunc iam romam contra eū pugnat ad iustinianū imperatorē
alios alios q; ipse augustus et sophia uxor ei mandans a qa

C. Grandi scripsit

Annales Pragenses & Cavenses.

A ag clxxxix
G ag cxc
F ag cxci
D ag cxcii
C ag cxciii

vii Sclā ung. & pagani pugnauerunt ubi uterque ii
viii ubi multi ex utraq; parte ceciderunt. Eodem anno
ix Celestinus ii sedit an. vi. ō. vi. d.
x Wenceslaus rex uelut apostata primū regnum
xi [illegible] anni

Cartaginenses. Eodē anno
Laudabilis dux sclā Tedbald uocat. primus
Heinricus imperat. Wenceslaus rex
annis sui solio depositus nichil utilitatis posset.

hoc anno uandalorum regnū ēpōs ab imperatore cons

ō ccxvii
ā ccxviii
ē cxcix
ō cxcx
ā cxcxi

hoc anno quinto kl̄s apl̄s. Constantinus hērano fō fabio. ānus ēgō epc uenit roma.
ibidemque Rome consulē et imperatorē
Constantinopolitanū ascīpho anno xm
imperiū grecie capit. apud ravennā. ānos - h ānō capitalis dolgunta cunctas egressa ā xpiānis
deus

Otto imper. obiit de
sepult. 7 sepultus.

H. J. Jacobi scr.

Flodoardi Annales.

Cod Montispessulani.

Anno Dcccc L. Rex ludouuicus ad Ottonem
regē pficiscitur trans mosellā. consiliū quaerens
& auxiliū abeo de pace fundamentum se & hugo
nē. Qui priusquā se mitterent in ducē Chonradū
cū lotharingis ibi. adid exquendū. Qui duxe

G. Waitz scripsit

Cod Parisiensis.

Audito denique quod hi quicūq; ortū
erant laudunū captū habererent ertbel
ad uros haganon is qui inibi erant dis
persi essent. & unū de fratrib; eius ibi

O. Holder scripsit

Mon. Germ. SS. T. III. Tab. II.

St. v. J. C. Schmahl Hannover

lectile Italiam properant possessuri. Habitaverunt autem in Pannonia annis quadraginta duobus, de qua egressi sunt mense Aprilis per indictionem primam,[a] alio quidem die post sanctum pascha, cuius festivitas eo anno iuxta calculi rationem[a] in ipsis Kalendis Aprilibus fuit, cum iam a Domini incarnatione anni quingenti sexaginta et octo essent evoluti. 568. Apr. 2.

3. Post hoc dominantes Italiam, Beneventum properantes[b], introeunt ad habitandum. Horum autem princeps militiae caelestis exercitus Michahel extitit archangelus. Neapolites ad fidem Christi perducti. Alzechus Vulgar suis cum hominibus ad habitandum suscipitur. Graecorum Romanorumque Langobardi gentes superantes, totam simul Beneventi possiderunt patriam.

4. *Omne quippe regnum,* ut ait Dominus, *in se ipsum divisum desolabitur; et quod quis serens seminaverit, hoc et metet.* Propterea divisus Israheliticus populus, in omnem ventilatus est mundum; sic et haec Langobardorum gens dissidentes mentibus, etiam suos interfecere principes. Ob id patriae facta divisio; Beneventanorum principatus duobus equidem partibus efficit divisus. A quibus vicissim Franci Sarracenique unus contra alterum evocati; post tandem fraus Saracenorum Barim noctu capiens, post demum Tarantum obsidentes introeunt, totumque paene in integrum postmodum regnum igne ferroque vastantes, demoliti sunt, et ad solum usque perductum circiter per annos ferme triginta. 839. 842.

5. Langobardi vero dum nimia suis pro factis pericula sustinerent, ob hoc nimium afflicti necessitatemque compulsi, Franciam legatos dirigunt, atque gloriosi imperatoris Hludowici implorant augusti clementiam, ut patria sua cum gente veniens, eos omnino a Saracenis quantocius eriperet. Qui beniens[c], hoc decretum suae reliquid patriae: 866.

6. *Constitutio promotionis exercitus observationis partibus Beneventi, sub indictione quinta decima. Quicumque de mobilibus widrigild suum habere potest, pergat in hoste. Qui vero medium widrigild habet, duos iuncti in unum qualitatem instruant, ut bene ire possint. Pauperes vero personae ad custodiam maritimam vel patriae pergant; ita videlicet, ut qui plus quam decem solidos habet de mobilibus, ad eandem custodiam vadant. Qui vero non plus quam decem solidos habet de mobilibus, nil ei requiratur. Si pater quoque unum filium habuerit, et ipse filius utilior patre est, instructus a patre pergat. Nam si pater utilior est, ipse pergat. Si vero duos filios habuerit, quicumque ex eis utilior fuerit, ipse pergat; alius autem cum patre remaneat. Quod si plures filios habuerit, utiliores omnes pergant; tantum unus remaneat, qui inutilior fuerit. De fratribus indivisis iuxta capitularem domini et genitoris nostri volumus, ut si duos fuerint, ambo pergant. Si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat; ceteri pergant. Si quoque plures omnes utiliores apparuerint, pergant; unus inutilior remaneat. De qua condicione volumus, ut neque per praeceptum, neque per advocationem, aut quamcumque occasionem excusatus sit, aut comes aut gastaldus vel ministri eorum ullum excusatum habeant; praeter quod comes in unoquoque comitatu unum relinquat qui eundem locum custodiat, et duos cum uxore sua. Episcopi ergo nullum laicum relinquant. Quicumque enim contra hanc institutionem remanere praesumpserit, proprium eius a missis, quod[d] subter ordinatum habemus, praesentaliter ad nostrum opus recipere iussimus, et illum foras eicere. Omnibus enim notum esse volumus, quia iam a prioribus nostris iuxta hanc institutionem tultae fuerunt, sed pro misericordia recuperare meruerunt; nunc autem certissime scitote, cuiuscumque proprietas tulta fuerit, vix a nobis promerebitur recuperatione. A flubio Pado usque Trebia sit missus Iotselmus. Inter Padum et Ticinum Eriulfus. Inter Ticinum et Adda Erembertus. Inter Adda et Addiza Landebertus. Ab Addiza usque Forum Iulii Teodoldus. Petrus et Arthemius episcopi, iunctis secum missis episcoporum et comitum, Pisa, Luca. Pistoris et Lunis Teutmundus; Florentia, Volterra et Aritio Rodselmus; Clusio et Sena Andreas. In ministerio Witonis Rimmo et Iohannes episcopus de Forcona. In ministerio Verengari Hiselmundus episcopus. In litore Itulico, Ermefridus, Macedo, et Vulfericus. Hi volumus ut populum eiciant, et custodiam praevideant, et populum in castella residere faciant, etiam et cum pace. Nam si missus aliquis ausus fuerit praetermittere, quin ominibus[e] [4] remanserint, praesentaliter proprium tollant, et eum foris eiciant. Et si inventus fuerit ipse missus, proprium suum perdat. Et si*

a) primam — rationem *in margine, eadem vero manu scripta sunt; minime ut Peregrinius opinatur posteriori, quam Iohanni abbati Casinati, chronici comitum Capuae auctori, tribuit.* b) *in margine scriptum.* c) *i. e.* veniens. d) *lege* secundum quod s. o. h. e) *ita correxi* qui nominibus. 4) i. e. homines.

866. *comes aliquem excusatum, aut bassallum suum, praeter quod superius diximus, dimiserit, honorem suum perdat. Similiter eorum ministri, si aliquem dimiserint, et proprium et ministerium perdant. Quod si comes aut bassi nostri aliqua infirmitate detenti remanserint, aut aliquem excusatum retinuerint, aut abbates vel abbatissae si plenissime homines suos non direxerint, ipsi suos honores perdant, et eorum bassalli et proprium et beneficium amittant. De episcopis autem cuiuscumque bassallus remanserint, et proprium et beneficium perdant. Si quoque episcopus absque manifesta infirmitate remanserit, pro tali neglegentia ita emendet, ut in ipsa marcha resideat, quousque alia vice exercitus illuc pergat. Et ut certissime sciatis, quia hanc expeditionem, in quantum Dominus largire dignatus fuerit*[a], *plenissime explere volumus, constituimus, ut episcopus, comes, aut bassus noster, si in infirmitate incerta detentus fuerit, episcopus quippe per suum missum, quem meliorem habet, comes vero et bassi nostri per se ipsos hoc sub sacramentum affirment, quod pro nulla occasione remansissent, nisi quod pro certissima infirmitate hoc agere non potuissent. Omnes enim volumus, ut omni hostili apparatu secum deferant, ut cum nos hoc prospexerimus*[b] *et inbreviare fecerimus, non neglegentes appareant, sed gratiam quoque nostram habere mereantur. Vestimenta autem habeant ad annum unum, victualia vero quousque novum fructum ipsa patria habere poterit. Fagidis*[5] *enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitae incurrat periculum. Et quia etiam temporis congruentia imminet quadragesimale, in quo studenda sunt praecepta Dei, constituimus, ut quicumque ecclesiam Dei fregerit, adulteria et incendia fecerit, vitae incurrat periculum. Quicumque caballum, bovem, friskingas, vestes, arma, vel alia mobilia tollere ausus fuerit, triplici lege componat, et liberum*[c] *armiscara, id est sella ad suum dorsum, ante nos a suis senioribus dirigatur, et usque ad nostram indulgentiam sustineat. Servi vero flagellentur et tundantur, et illorum domini, quae ipsi tulerunt, restituant. Quod si clamor ad seniores venerit, et ipsi talia non emendaverint, tunc horum seniores ipsam compositionem faciant, et eadem armiscara, quamdiu nobis placuerit, sufficere compellantur. Et hoc constituimus, ut ex utraque parte iustitia servetur. Videlicet nostri sicut circavicini, quae necessaria sunt, emenda. Vicini autem nullatenus carius quam suis circavicinis vendere praesumant. Qui vero homicidia indiscrete et praesumptiose fecerit, vitae incurrat periculum. Iter enim erit nostrum per Ravennam, exin mediante mense Martio in Piscaria, et omnis exercitus Italicus nobiscum. Tuscani autem, cum populo qui de ultra veniunt, per Romam veniant ad Pontem-curvum, inde Capuam, et per Beneventum descendant nobis obviam Luceria octavo Kalendas Aprilis.*

7. His igitur praelibatis et hac lege sancita, dictus domnus imperator Hludowicus augustus cum uxore sua pariter gloriosa, Angelberga augusta, Benevento[d] properantes,
Iun. Iunio mense ad monasterium veniunt sanctissimi Benedicti patris; ubi a venerabili Berthario abbate cum sacerdotali officio, lampadibus ac tymiamatibus, nec non et fratrum laudibus, honorifice susceptus est. Ascendens autem montem, ubi dicti almi patris pii Benedicti sacrum corpus humatum est, pari gloria ibidem susceptus, aliquid ibidem sancto et Benedicto conferens munere, dictum omne coenobium conspiciens, laudabiliter ammi-
6 ratus descendit. Inibi Capuanorum frustrata calliditate, post dies aliquot possidens[6] opti-
7 nuit Capuam, ingreditur Salerno, navigans Malfim[7], Puteolim utitur lavacris, et per
8 Neapolim Sessulanam[8] adiit urbem; dehinc castrametatur Caudim. Mense autem Decem-
Dec. brio, Dei omnipotentis opitulante gratia, ingressus est Beneventum, anno quidem septimo
867. decimo augustalis imperii sui. Et ecce congreditur cum Saracenis, tropeum primitus bellicans sumpsit ex eis victoriae, ac demum omnia illorum capiens castra, solae tantum
9 illius[e] civitates remanserunt, Barim[9] scilicet nec non atque Tarantum. Nam omnium quidem eorum gloria, munitissima capta est urbs Materia, quaeque igne ferroque ad
Aug. nichilum redacta est; Aug sto autem mense reversus est Beneventum. In cuius obsequium dum essent ibidem Berthari abba; nam illuc in sanctam Sophiam inchoatum fuerat oratorium a decessore suo reverentissimo viro Bassacio, quod omne studium per-

a) In q. d. l. d. fuerit et ut c. s. q. h. expeditionem plenissime explere volumus *c. Ego sententias transponendas duxi.* b) propspexerimus *c.* c) *lege* liber cum *a.* d) benenuento *c.* e) *i. e.* illis.

5) i. e. faidis. 6) i. e. obsidens. 7) i. e. Amalfim. 8) Sessola. 9) haec itaque ante mensem Februarium anni 871 scripta sunt.

fecit, et in honorem sancti construxit Benedicti; dedicata est autem a Stephano Teanensis sedis episcopo, et ab Angelari levitae studio opus perficitur.

8. Si forte nosse cupis quis lector futurus eris, quam ob causam Beneventanorum regionem Saraceni dominassent, occasio videlicet exstitit talis. Sichard Beneventanorum princeps a suis interfectus, Radelchis zetarius[10] palatii ei successit in principatum. Tunc apud Tarantum morabatur Siconolfus armipotens, bonae memoriae Siconis magni principis filius. Interea his temporibus Capuanites plurima perpetrantes flagitia, etiam suos maiores sibi occiserunt parentes, illorumque omnia diripientes, semedipsos sublime in spectaculum constituerunt mundi. Ob hoc verebantur adire Beneventum, principisque sui Radelchisi oboedire praeceptis. Nam novis fraudum iniere machinis[a], seque Tarantum contulerunt ad Siconolfum, praedicti principis filium, et cum caeteris sibi socios et in flagitiis pariter consimiles dictum sibi constituerunt Siconolfum principem. Qui nec multo post introiens Salernum, magnaque pars Beneventi regio secuta est eum. Contra quem Radelchis principis libor exarsit, et eum disperdere nitebatur e terra. Quatenus alterutrum per tempora longa dimicaverint, quanta per hos gessta fuerint vicissim mala, nulla sustinere valet pagina, nullus doctoris explanare sensus; sed neque scribentis potest esse omnino facultas. Nam eo tempore dictus Radelchis princeps per Barensem Pandonem gastaldium in auxilium sibi transmarinos invitabit[b] Saracenos, qui diu erga Barim residentes, intempesta videlicet noctis hora more solito nominatam rapuerunt civitatem; quae urbs iuxta Graecorum stilum *Βαρην*, — brachia gravis sive fortis interpretatur — vocabulum ex eo olim promeruit, ob delinquentium facinora ab hac gravis vel fortis Saracenorum vastatio ut in nos utique sic nimium saeviret. Horum iniquorum primus venientum vocabatur Kalfon rex, obsitis siquidem vestimentis et calciamentis, saltem nec tara[11] bene succintis, sed solis harundinibus manu gestantes. Cum his quoque Radelchis totam devastavit Siconolfi regionem, Capuamque primariam[12] universam redegit in cinerem; exinde hinc omnia corruunt pariter in peius. Hoc in tempore bellum inter utrosque factum est in Cannis.

839. 10 841. 11 12

9. His diebus Saraceni egressi Romam, horatorium totum devastaverunt beatissimorum principis apostolorum Petri beatique ecclesiam Pauli, multosque ibidem peremerunt Saxones aliosque quamplurimos utriusque sexus et aetatis. Fundensemque capientes urbem, vicinaque depraedantes loca, Septembrio quoque mense secus Gaietam castrametati sunt. Contra quos pervenit Francorum exercitus, sed superatus a Saracenis quarto Nobemrii Idus, iniit fugam; quos persequentes Saraceni illorumque omnia capientes, tandem ad sanctum devenerunt Andream, cuiusque cellam igne cremaverunt. Quique dum pervenissent ad cellam praesulis[13] beatissimi Apolinaris cognomento Albianum, e vicino sanctum beatissimi confessoris Christi conspexerunt montem; quo ilico pergere satagebant, sed tardior quippe eos transire hora vitabat. Igitur tanta tunc et caeli serenitas et terrae siccitas, ut flubium pede quisque volens pertransire posset. Beatissimi vero Benedicti patris monachi tam vicinam sibi mortem cernentes, protinus vicissim pacem dederunt, obsecrantes misericordem Dominum, ut illorum propitius in pace animas susciperet, quas in velocitatem mortis continuo expectabant migrare. Ilico universi nudis plantis, et cinere sperso capite, cum laetaniis ad patronem suum se contulerunt, Benedictum beatum. Dum nimius esset pavor et formidolosa expectatio, et copiosa fieret ad omnipotentem Dominum exoratio, per visum Bassacio patri paruit praedecessor eius Apollinarius abbas: *Quid,* inquiens, *habetis? quare moerorem patimini?* Et Bassacius ad haec: *Imminet imquam mors, pater, et non verendum? — Nolite,* inquid, ait, *timere; Benedictus pius pater vestram obtinuit salutem; deprecamini igitur sedule Dominum cum laetaniis et missarum sollemniis; Dominus cito exaudiat voces clamantium ad se: denique et nos vobiscum in ecclesiis stantes, caelorum cum civibus communiter pro vobis Iesum Christum dominum exorare non desistimus.* Cumque a somno surrexisset Bassacius pastor, et hoc fratribus indicassed, in commune omnes excelsa voce Deum benedixerunt, qui salvat misericorditer sperantes in se. Tum subito inmanis facta

846. Aug. Quomodo Sarraceni ecclesiam beati Petri apostoli depredati sunt, et cellas beati Benedicti igne cremaverunt.

a) chinis *manu recentiori scriptum videtur.* b) *i. q.* invitavit.

10) cubiculi interioris palatii custos, cubicularius. 11) fascia? 12) i. e. veterem. 13) Ravennatis.

est pluvia, coruscationes, et tonitrua tam vehementia, ita siquidem ut etiam Carnellus[14] fluvius ultra terminos excrescens redundaret, et quem pridie adversarii transire poterant pede, sequenti videlicet die divina coherciti repulsione, neque ripam attingere valebant fluvii. Nitebantur quolibet fluvium transmeare modo, sed dum nullus adesset eis ad coenovium transmeandi aditus, sicut est illorum dira barbaries, digitos corrodentes manuum, fremebantque seu stridebant dentibus, huc illucque furibundi discurrentes. Et ut non abesset illorum assuetus facinus, cellas beatissimorum martirum Stephani seu Georgeii igne cremaverunt, et per duos Leones[15] ad castra remearunt. Post dies aliquot suos subnervantes equos, navigare coeperunt; qui dum proprius[a] suae adessent provinciae, ita ut etiam iam vicinos cernerent montes, nautico plausu laudem suo more dederunt. Mox inter eos una paruit navicula, quae duos ferebat homines, unius velut speciem clerici, alterius velut monachi habitus habentis. Qui dixerunt ad eos: *Unde venitis, vel quo itis?* At illi responderunt dicentes: *A Petro revertimur; Roma omne illius devastabimus*[b] *oratorium, populum cum regione depraedata; Francos superabimus, cellasque Benedicti igne cremavimus*[c]*; et vos,* inquiunt, *quinam estis?* Aiunt illi: *Qui nos quoque sumus, modo visuri eritis.* Ilico facta est tempestas valida et procella vehemens; omnes igitur naves confractae sunt, cunctique adversarii peremti; nullus umquam ex eis penitus remansit, qui ceteris talia nuntiaret. Sequenti itaque tempore Leo venerabilis papa oratorium ambiens beati Petri muris firmissimis et excelsis, ne umquam talis Romae ulterius aliquando ebentus[d] eveniret.

834. Thesaurum sancti Benedicti quod abstulit Siconolfus.

10. Per idem tempus Siconolfus princeps pro Spanis[16] tribuendum de beatissimi Benedicti coenobio thesaurum abstulit perplurimum. Si quidem vice prima baziam[17] argenteam unam, vaucas[18] par I, in gemmis et smaragdis spora[19] par I, suricamque[20] sericam de silfori[21] cum auro et gemmis. In alia igitur vice centum triginta in vasis auro libras. Tertia itaque vice trecenti sexaginta quinque argento libras, et tredecim milia solidos auro figuratos. Quarta videlicet vice vatias[22] duos pensantes libras triginta, et fundatos[23] duplices septem. Quinta nichilhominus vice matiatos[24] solidos ac praedolatos quattuordecim abstulit milia. Et post haec in agrifis[25] batiam unam, et scaptonem[26] unum Constantinopolitano deaurate fabrofacte vasa opere. Porro insequenti vice sexta per Landonem comitem et Aldemarium gastaldeum vim ex coenobio sustulit isdem Siconolfus praedolati solidos duo milia, et sui principis coronam Siconis genitorisque, de auro ac gemmis smaragdinis ornatam. Et hoc neque sibi profuit, animamque iugulavit suam; sed neque quod fallere monachos promittendo nisus est, ei neque profuit nichilominus seu patriae; sed videlicet abhinc nullum ei amplius evenit triumphum victoriae.

11. His diebus inter utrosque principes factum est in Cancellos[27] bellum perexecrabilem.

12. Aliquantis interim elapsis temporibus, Massar dux, Benevento residens in auxilium Radelchisi principis, beatissimae Dei genitricis in Cingla Mariae monasterium devastabit, catellumque postmodum sancti qui cognominatur Viti[28] coepit. Telesinium[e] possidens castrum, Sitim humiliabit, totamque devastabit Apuliam, et caetera nichilominus loca. Quandoque pervenit secus almi Benedicti monasterium, cuius adeo ita divinitus mens immutata est, et dum unus eius canis vellet in pratis unam comprehendere aucam, per semedipsum cum flagello concurrit, et eandem de ore captoris expulit abem[f]. Cumque ante ianuas assisteret monasterii, protinus portas claudere iussit, ne subsequentes introire magaritae[29] praesumerent. His expositis, pertransiit Aquinum[30], ac deprae-

a) *i. e.* propius. b) *i. e.* deuastavimus. c) cremauimus *c.* d) *i. e.* eventus. e) *ita aut* telesimum *c.* f) *i. e.* avem.

14) idem qui Liris et Garilianus. *PRATILL.* 15) terminus Casinensis ditionis ex Leone Ostiensi I. 5. 16) Hispanis, i. e. Sarracenis; sed cf. Prudentii Ann. a. 844. SS. I. 440. 17) nostrum *becken* esse videtur, Anglorum *basin.* 18) i. q. bauca, vas. 19) i. q. sporones, nostris *sporen.* 20) pannus sericus. 21) Adelung vocem a σιλφη *blatta* derivatam opinatur. 22) i. q. batia, bazia. 23) vas aureum vel argenteum. 24) an purgatos? Leo I. 26. *mazatos* dicit. 25) anagrifis, anaglyphis, ut Leo legit. 26) vas quoddam esse videtur. 27) prope Furculas Caudinas. 28) prope Aeserniam *PR.* 29) i. e. apostatae, infideles, Sarraceni. 30) Aquino.

davit Arcem[31] vicinaque loca. Novembrio autem mense post dies octo reversus est Beneventum. 31

13. Mortuo itaque Siconolfo apud Salernum, Sico, filius eius, specietenus ei succesit in principatum. Isque post aliquantulum Franciam puerulus transducitur. 839.

14. Mense Iunio generalis per totam Beneventi regionem terraemotus factus est magnus[32], ita ut Iserniensem funditus urbem obrueret, multumque perimeret populum; ad ultimum etiam et praesulem extinxit eiusdem civitatis. Pari ruina aedificiorum extitit apud sanctum Vincentium[33], similique vim fuit terremoti ad Benedicti beati coenobium, sed nec unus quidem lapidis suo de loco labsus est. Quod dum Massaro nuntiatum fuisset, et ruinosam depraedaret Iserniam, ait enim: *Dominus omnium illuc iratus est, et ego pêramplius desaebiam? Non utique ibo!* 848. 32 33

15. Telesis nova secus primariam in planitiem sui cognominis construitur.

16. Inter haec tempora, breviter ut superius dictum est, infra Capuanites filii Landolfi gastaldii, hoc est Lando comes, Landolfus episcopus, Pando marepahis, Pandinolfus gastaldius, huius patriae insignes habebantur. Sed ob scelera commorantium crebro eorum urbs incendio cremabatur. Non poenitentiae remedium, neque divinam postulantes misericordiam aut emendationem facinorum, sed quodam tandem reperto consilio, ad Casolini pontem construunt civitatem; quamque ludo *secundam* vocitabant *Romam*. Nam sicut qui effugerit a facie leonis et incurrerit in ursum, sic ab istis remota civitas ipsa ab igne, pari in ultione corruit in abyssum. Qua gloria sperabatur erigi, carmen indicat istud:

Quae primum senio marcebat tempore longo,
Cernitur, en, amplis consurgere moenibus urbem!
Illa senatorum pollebat fulta caterbis,
Nomine sed Capua vocitatur et ista secunda.
Providus in cunctis patriae populique iuvamen,
Lando comes studio sollerti hanc condidit urbem.
Aurea porta vocatur, fert quia lucis honorem.

Arma, salus, virtus perpetua, Christus in urbe
Hac maneat, populo tempus in omne suo;
Pellat et hinc hostem saevum fraudemque malignum,
Civibus et praestet pacis honore frui!

17. Hoc videlicet tempore Tarantum fame obsessa, a Saracenis capitur. 856.

18. Per idem tempus Bassacius abbas, rogatus a primatibus patriae, adiit Franciam, obsecrans gloriosum imperatorem Hludowicum; qui* veniens Barim, et in quantum** possibilitas fuit totis viribus cum Saracenis dimicabit. Post complures autem dies venit Beneventum. Igitur sabbato vigilia sanctum pentecosten infra Beneventanam urbem interempti Saraceni, Radelchisi principatum gerens, Massari capitur, ad imperatorem adductus capite plectitur. Hludowicus exin repedavit in patriam. 848.

19. His temporibus Bassacius abbas defunctus est, expletis in regimine annis decem et novem; cuius quale quantumque fuit sursum deorsumque in ecclesiis studium, et ipsi vidimus qui scribimus, et carmina illius nobis descripta resonant. Huic successit in regimine Berthari sacerdos, eius discipulus, moribus et vita strenuus, et omni bonitate conspicuus. Castelli sursum monitionem ipse ambiens, calicem ad honorem Dei officium operatus est, civitatem iuso[34] fieri voluit, et inchoabit. Et quomodo totis viribus contra Saracenos in Gaietam dimicabit, nostra plenissime comperit aetas. Quomodo autem suos dilexit commissos, et quatenus pro ipsis decertavit, praecepta indicant coenobio facta imperatorum. 856. 34

20. Eo tempore Ademari princeps erat apud Salernum. Teanensis ecclesiae praesul Lupoald obiit. Hilarius levita, beati Benedicti monachus, ad episcopale[a] decus eligitur. 854. 860.

*) q. o. g. i. H. c. **) qua tum c. a) episcale c.

31) Arce. 32) cf. vitam Leonis IV. cap. 12. ubi indictioni X. terraemotus adscribitur. Leo Ostiensis annum 847 scribit. 33) ad Vulturnum. 34) i. e. deorsum, civitatem S. Germani.

21. Bone memorie Aloara, Landonis coniux comitis, una cum Surano medico eiusque interventu tam benefactrix erat monachorum, ut Madium totum mensem stipendia praeveret, ac aleret fratres.

22. Lampert filius Widonis, et Ildepert comites nisi sunt manus erigere contra Hludowicum imperatorem; sed relata illorum fraude, persecutus est eos Hludowicus usque Marsim. At illi demum ante faciem eius fugerunt Benevento apud Adelchisum principem. Hildepert vero pertransiens, abiit Barim, libentissime quidem a Seodane rege susceptus est, et habitavit ibi tempore quo voluit. Hludowicus ergo imperator persequens eos, devenit in Hiserniam, quam cum infidelem sibi comperisset, bellando cepit; ac deinde pertransiens Aliphem, post plura bella urbs capta est. Per Telesiam igitur devenit ad civitatem quae dicitur sanctae Agathae, et urbem expugnare coepit; quae dum valde esset munita, multis diebus obsedit eam; erat etenim tunc aestivum tempus.
Ephes. 5. *Nemo umquam*, ut apostolus ait, *carnem suam odio habet, sed nutrit et fobet eam.* Tandem Berthari abba condoluit super Hisembardum, consanguineum sibi et gastaldium obsessae civitatis, et intervenit pro eo apud imperatorem augustum; cuius et promeruit
35 gratiam, et pactum dedit[35] civitati, ac illius iuri protinus urbs mancipata est. Adelchis princeps ad pedes prostratus clementissimi imperatoris, et suam obtinuit veniam et fugacibus comitibus; ab hinc tandem Hludowichus rediit Franciam. Hoc in tempore Magenolfus clericus Ingenam, neptem imperatricis, accepit coniugem.

23. Ademari iunctus cum Neapolitis nitebatur quiddam dolose erga suos; ob hoc
860. oculi eius evulsi, spernitur a principatu, et Waiferi Salerni factus est princeps. Nam dictus Ademari Suram, Erpinum, Vicum Album et Atinen tradidit Francis, id est Widoni comiti. In his locis praeerat Landolfus gastaldius; quae dum amississet loca, praenimia est tristitia defunctus.

24. Iuvamine Landonis comitis et fere sacerdotis Teano monasterium construitur famulabus Dei.

25. Defuncto igitur aput Capuanam urbem Lando comes, Pando germanus eius ei successit in comitatu; qui iunctus cum Landolfo episcopo, venerabilem Aloaram, cognatam suam, de Capua excutientes; quae exul cum natis et facultatibus propriis aput Salernum habitatura devenit. Per idem tempus Neapolites audacter super Capuanos venire in bellum conati sunt, eo siquidem die quo beati Michaelis est festivitas. Huius Lan-
36 gobardi auxilio freti, exierunt adversus Querites[36], et tanta in illis caeda bachati sunt, ut plurimi ex eis gladio fuissent peremti multique capti, nonnulli in fluvio se proicientes; residui vero perpauci vulnerati in urbem[a] reversi sunt suam. Caesarius autem, magistri militis filius, capitur, Capuaque adductus, ferro in compedibus habetur. Secunda Neapolitis haec ruina extitit similis, quo olim in Gargano cum beato Michehelo archangelo agere temptaverunt. Quod ex utroque latere Seudan audiens, factum irrisit, dicens: *Stuppa cum tomentis pariter iuncta, fecerunt bellum.*

26. Eo autem tempore in Aquini villam Rodoald gastaldius secus Pontem Cur-
37 vum[37] construxit castellum. Hoc facto subduxit se a iure Capuanorum; qui vehementer ob hoc affligebatur a Capuanis. His diebus Magenolfus, de quo supra paululum diximus, pergebat Franciam, ut sibi ab imperatore glorioso petere, quo vivere loco seu et habitare posset. Cui Rodoald legatarium quendam Ursum transmisit presbiterum, ut reversus veniret, ac pariter commorarentur, suoque praesidio iuvaret eum a persequentibus se. Regressus ergo Magenolfus de itinere coepto, et in Pontem introibit Curvum; nec multo post profectus est Salernum, sumptaque coniuge, omni cum suppellectile ac familia rediit in castrum. Neque diu latuit misterium iniquitatis; nam quodam die cum suis cepit Rodoaldum, eumque in custodiam retrusit, duos quoque filios eius in turrem proiecit, omnemque facultatem ipsius abstulit, thesaurum, peculia, mancipia, servos, populum, castrum, villam et omnia subiugavit sibi. Rurem[b] populum et indisciplinatum, quem invenit, docuit more palatii esse prudentissimum; et qui prius non noverant nisi caepe et alei, nunc ab eis censum principales exquiruntur solidi, etiam et in hostili armati proficiscuntur exercitu. Rodoald offertus dum beato Benedicto fuisset, vix a vene-

a) urbe *c.* b) *i. e.* rusticum.

35) sciiicet imperator. 36) i. e. Quirites. 37) Pontecorvo.

rabili viro Berthari abbate et a monachis liberatus est, ut Esepus[a] doctor fabularum, ait: *Hoc patiatur, qui fortiorem sibi induxerit in domum suam!*

27. Dum in Eublogimenopolis[38] urbis moenia struerentur, vir quidam tunc ibi erat 38
suis cum sociis in constructionem civitatis. Is quondam prae nimia infirmitate linguae perdiderat officium, et per annos circiter septem nullum omnimodo valuit proferre sermonem. Quadam itaque nocte lassus ab opere manuum, dum fratres in oratorio beatissimi Benedicti Deo laudes peragerent, idem mutus ad columnae pedem cum aliis residens, obdormivit; quem beatus Benedictus per visum baculo capite percutiens, increpans ait: *Huc properasti,* inquid, *ad dormiendum? Evigila ergo, et tribus vicibus expue in terram!* Qui cum hoc fecisset, surgens a somno, beneficium sibi collatum coepit omnibus effari, et ita perfecte loqui, ut ante septennium nec minus solitus erat. At omnes Deo laudem pariter dederunt.

28. Interim gladius dominicae indignationis huc illucque discurrens, in deliquentium cervicibus grassabatur; nam egressus de vagina sua, omnes terminos per circuitum devastabat. Ille impiissimus atque crudelissimus latro, *quem Dominus percutiat gladio oris sui, et destruat illustratione adventus sui!* ille pestifer Seodan, quodam tempore egressus a Barim, totam devastabit Capuam, Cantias, Leborem, et suo nequissimo throno posuit in campo de Neapolim. Nullus omnino praeteribat dies, quod ad quingentos et eo amplius interficeret homines, et hoc partis[b] Dei esse dicebat, ut illud compleretur euangelicum: *Omnis qui interficit vos, arbitratur se obsequium praestare Deo.* Nam sevus ille tyrannus super cadavera mortuorum sedens, edebat tamquam unus putridus canis. Tandem quasi e gravi somno evigilantes, sed gravati atque praepediti nimiis miseriis Wandelpert, et Maielpotus gastaldius, et Garard comes[39], cum plurimis 39
aliis nobilibus, properaverunt Beneventum, ut communi consilio ulciscerent se de Saracenis. Salubre quidem fuit consilium, sed inutilis ordo eius. Non uno agmine, non una eademque intentione per cohortes incedebant; sed divisi ab alterutro inhordinate proficiscebant. Igitur propinquaverunt secus Saracenos ad Arium; quod hi cernentes, se protinus straverunt in terram; iamque sol ad occasum tendebat. Hi vero qui a Benevento venerunt, sicuti fuerant lassi et nimium equidem fatigati sitientesque valde, continuo in aciem introierunt. Ilico Saraceni subito erecti, ut erant in uno agmine conglobati, repente irruerunt super eos; hi vero terga vertentes, fugere coeperunt, plurimi interempti a gladiis, nonnulli cadentes, in alterutrum inpingentes, praefocabantur; alii in fossatis sepibus et cavernis terrae, inlesi a gladiis, sed prae siti mortui inveniebantur. Saraceni autem victores effecti, coeptum peregerunt iter.

Thessal. II, 2. 865. Ioh. 16.

29. Inter Capuam, Teanum, nec non Aliphem auditur esse mons quidam, in quo dicitur adesse angelica virtus, ad instar beati Michahelis archangeli in monte Gargano, ita stillari aquam, et iugiter effodi criptam, et patere basilicam, atque ibidem divina crebro fieri prodigia. Ex hortatum autem Landolfi praesulis Hilari, Teanensis ecclesiae episcopus, dedicabit illuc sanctorum altaria, et peramplius ex tunc fiunt multorum sanitatum signa et prodigia, ad gloriam et laudem nominis Iesu Christi.

30. Mos etenim est apud monachos utrorumque coenobiorum, videlicet sanctorum Vincentium martiris et beati confessoris Benedicti, diebus sanctae quadragesimae vicissim sibi rogum exhibere caritatis gratia. Dum hoc quadam die apud sanctum Vincentium fratres spiritaliter agerent, et illuc de sancto ob hoc Benedicto fratres adessent, die Veneris tamquam pernicitatem volucri repente super eos Seodan rex Saracenorum cum suis satellitibus venit. Monachi vero, quamquam nudi, tamen incolumes ad suum confugerunt castellum. Adest illius misericordia, qui suis fidelibus ait: *Pater meus usque nunc operatur, et ego operor, ego inquam, vobiscum sum omnibus diebus, et ex obibus meis nemo*[c] *potest rapere de manu patris mei; quia ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum!* Sed neque minus in hoc quam dudum suo fideli concessit Dominus Benedicto, quia et si res tradita fuisset gentibus, animas tamen custodiret. Saraceni vero omne demolierunt monasterium, confringentes omnia, frumenta

a) *i. e.* Aesopus. b) pars *c.* c) nepo *c.*

38) *Eulogimenopolis id est Benedicti civitatis* Leo I. 33. v. supra c. 19. 39) Marsorum. Leo I. 35. cf. infra Erchemperti c. 29.

et legumina in flumine proicientes. Et dum huc illucque foderent, plurimum absconsum reppererunt thesaurum, coronas videlicet, ministeria sacra, et quotquot valuit esse ecclesiasticus honor. Nefandissimus autem Seodan rex in sacris calicibus bibebat, et cum turibulis aureis incensum sibi fieri iubebat. Post diem autem tertium veloci cursu properavit cum suis ministris usque ad portas Capuane civitatis, plaustra onusta, animalia, homines plurimos capiens; atque eo die rediens, secus Teanum castra metatus est. Verentes autem beatissimi Benedicti monachi et illius vicinum adventum et suorum periculum, per Ragenaldum diaconem, ipsius ut mitigari potuissent ferocitatem, prima vice pro pactu contulerunt ei.

31. Pando Capuanitis gastaldius contra Waiferium principem cum suis hominibus exivit in bellum; mox quidem ipse prius corruit, dehinc qui fuerunt cum eo, victoriamque adeptus est Waiferius princeps. Per haec tempora Seodan cum omni suo exercitu per dies quadraginta debellabat Consiam urbem, et nimium obsedit eam tempore multo; quamque Dominus suo praesidio eripuit, et Seodan cum suis turpiter ab ea recessit. Et iamdictus Pando annis duobus et mensibus ..... Capuam retinens, atque
862. defunctus[a], suo eam filio reliquit Pandinolfo per indictionem undecimam. Pandinolfus, Pandonis dicti filius, Capuana in urbe factus est gastaldius retinens eam menses 9. Quemque non post multum Landolfus episcopus sua seclusit ab urbe; et sua cum facultate veniens, habitavit in Sessam eadem indictione.

32. Landolfus autem extitit suis civibus non solum episcopus, sed et comes et iudex, non solum praesul, verum etiam gastaldius, neque tantum pontifex, quin velut miles super cunctos praeerat[b].

867. Hoc factum est tertio anno principatus domni Radelgarii indictione 15.

33. Item benefactor noster, id est omnium contrarius hostis, Seodan venit in Benafrum; postquam eorum coeperat civitatem, et postquam omnem devastavit villam, et in circuitu eius tamquam rex potens in medio resedit terrae, initium siquidem tunc erat quadragesimae sanctae. Eo autem die sanctam dominicam more solito Berthari abbas suum exhortabat divinis praeceptis beatissimum gregem. Cuius vicinitatem cum certo fratres comperissent, concito gresu ad sanctum conscenderunt Benedictum. Sequenti die Mercoris nefandus ipsius regis exercitus secus sancti Benedicti pervenit monasterium, haud non longe quasi stadia dua. Hoc est dum vellent Saraceni per montes descendere Atinen, hic qui eos deducebat, descendit cum eis in vallem Rotundam, de hinc in Rapidum; cumque in planitiis devenissent, praedari coeperunt. In sancti aecclesiam dum introissent Heliae, parum aliquod damnum ibidem facientes, per Circlarius in Ortum domnicum, et per Pascarium in Fontanam Lucii, ab hinc Peolem, ibidemque senem ante cancellos interfecerunt, qui eorum fallitus est viam. Cesam Constantii, Olibetum, Matronolam loca perscrutantes, omnes iumentas et vaccas monasterii auferentes, ad socios in Benafrum iam sero reversi sunt. Hic finis in his fuit, Deo propellente partibus beati Benedicti, tam Seodan regis quamque omnium satellitum eius.

a) atque de *supplevi; locus obscurus in c.* b) *Quae sequuntur posteriori manu in margine addita sunt; ea ex Chronico S. Benedicti, supra pag.* 205. *ex eodem codice N.* 353 *iterum edito fluxisse, iam Peregrinius adnotaverat, qui et hunc locum et chronica comitum Capuae Iohanni abbati Casinensi, Leone Ostiensi I.* 52. *teste e nobilium Capuanorum familia prognato adscribit. Eundem Iohannem et de persecutoribus eiusdem coenobii et de miraculis inibi factis chronicam succinctam sed valde necessariam edidisse, Petrus Diaconus de Viris illustribus c.* 15. (*Fabr. bibl. eccl. p.* 173.) *adfirmat. Pergit igitur:*

879. per annos duodecim. Quo defuncto, Pandenolfus, nepos eius, factus est gastaldeus;
882. qui tribus annis et octo mensibus in ea residens, a parentibus suis captus est; et Lando, frater Landolfi episcopi, factus est gastaldeus, residens annis duobus et mensibus decem. Cui successit Landenolfus, frater eius, gastaldeus Capuae anno uno, mensibus quatuor. Per indictionem quintam mense Ianuario coepit Capuam Atenolfus
885. comes, quam tenuit annis decem; quibus expletis princeps Beneventi factus est, do-
887. minans eam annis decem, mensibus sex.
911.

ANDREAE PRESBYTERI BERGOMATIS CHRONICON.

Liber ex codice saeculi IX. a viro quodam docto, qui se Hermannum Philomuson vocari voluit, in Menkenii SS. T. I. 89 sqq. editus, atque a Muratorio in Antiqq. T. I. repetitus, iam ope codicis Vadiani in bibliotheca civitatis Sangallensis Numero A C. 23 signati[1] *membranacei in 4°. saec. IX. quem in usum nostrum V. Cl. atque reverendissimus Carolus Greith summa cum diligentia vertit, prima vice sanus integerque prodit; sanus qualem auctor edere poterat, sermone Langobardis per totam Italiam proprio usus immo fere abusus; integer quantum ex codice unico coniicere licet, quum media in pagina stilus scribendi finem dederit. Opus tribus partibus litterarum forma et atramento diversis constare, diversis igitur temporibus exaratum esse, Cl. Greith monuit; prior pars in obitu Bernardi regis desinit, secunda usque ad annum 876 pertingit, tertia paucis lineis constat. Auctor non solum nomen suum et ordinem sed et aevum ipse prodidit, dum se funeri Hludowici II. imperatoris adfuisse et corpus eius feretro impositum inde a fluvio Olio usque ad Adduam, igitur per fines dioceseos Bergomensis, comitatum fuisse scribit. Unde recte eum Bergomatem dixeris*[2]*, et ab Andrea vel Agnello Ravennate diversum. Primum operis caput ad verbum fere ex Pauli historia Langobardorum fluxit; quae proxime sequuntur, auctor* „in quantum per seriem litterarum seu per antiquos homines potuit veraciter scire[3]“ *addidit, eaque ad genuinos saeculi octavi nonique fontes trutinanda patet; ultima quae ipse expertus calamo commisit, magnam sibi fidem rite conciliant.*

1) Codicem eundem esse, quo „Philomusos“ usus est, nemini dubium erit, qui ingenium superioris aevi editorum novit; et lacunae editionis prioris, editorem ea quae veritati adversari viderentur omittenda censuisse, comprobant. Codici Cl. Greith referente haec insunt:

„1. *Admonitiones S. Basilii epi. de virtutibus animae characteribus scriptae Carolinis minusculis saec. X., quibus ad finem adiunguntur veteres aliquot hymni in Epiphaniam, S. Laurentium mar. et S. Gallum confessorem una cum neumis musicalibus. Sequitur*

2. *Vita Sci. Findani confessoris, ab H. Canisio publici iuris facta, in qua linguae Iricae antiquae scrutatoribus commemorandi sunt aliquot loci ex libro 2. de miraculis S. Fintani e. g. c.* 1.

„*Findanus cum recludi voluisset et instantibus precibus pro hoc domini voluntatem scire laboraret vox huiuscemodi ad eum delapsa est:* licet tibi isket clui o dia anathes et in dabdane;“ *et cap.* 4.

Tale oraculum aure percepit propria lingua prolatum:

obsecra xpm et patricium nom. civitatis.
Ataich criſt ocus patriç artmache. Farna feiltâm nakîsel teilcbruchir tart doit teilco il farkŷsel. *et ex hoc edacitatis vitium minime sensit.*“

3. *Fragmentum ex actibus apostolorum* 321 *folia integra continens saecul. X.*

4. *Admonitio S. Pauli qualiter demonstraverat ei Dominus videre bonum et malum. Quae nonnisi est visio de gaudiis beatorum et de poenis inferni characteribus scripta carolinis maiusculis saec. X.* 13 *contin. folia.*

5. *Liber magni Aurelii Cassiodori senatoris de anima, a capit. V—XVIII. mancus.*

6. *Fragmentum chronici Langobardorum ab Andraea presbytero conscripti,* 8 *folia vel* 16 *paginas continet, quarum singula* 28 *lineas complectitur, membrana crassa scripturam refert Langobardicam saec. IX. ut ex facsimili litteris apposito videre est atque ex coniunctione litterarum e et r, e et s, r et i, nec non ex abbreviaturis syllabarum, initialium forma etc. satis liquet.*“

2) c. 14. 3) c. 2.

1. Narsis patritius Romanorum bella sustinuit[b], et eos semper defendit. Invidia Romani contra eum pertulit, ad Iustinianum[4] imperatorem acusaverunt; qui et ipse augustus et Sophia, uxor eius, mandans ei, quia eunuchus erat, ut ad se veniret et lana in genitio per pensione dividere. Narsis vero patritius sic ei mandans, non tantum[c] se lana dividere, sed etiam talem telam orditurum, quale ipsa dum viveret deponere non possit. Legatos Narsis ad Langobardos mittens et pomorum genera vel reliqua dignitate transmittens, ut animos eorum amabilis facerent, quatenus in Italia venirent et plena eas absque pugna perciperent. Langobardi mox ut audiunt, gavisi sunt gaudio. Pannonia vero amicis suis Avarorum gens comendaverunt; quam[d] possessam habebant per annos 42, cum uxoribus et natis et omnia quae habebant exientes de Panonia mense Aprile, per indictione prima, alia die post pasca Domini qui fuit Kalendis Aprilis, cum iam Domini incarnatione anni quingenti sexaginta octo essent evoluti. Igitur Langobardi introierunt Italia per Foroiulanorum terminum. Alboin nepoti sui Gisolfi Foroiuli concessit et reliquos nobiles Langobardos. His diebus Langobardi Italia invaserunt, Vincentiam Veronamque et reliquas Venetiarum civitates cepit, et per tres annos Ticino possedit[5]. Interim Alboin invasit omnia usque ad Tuscia preter Romam et Ravennam. Ticinensis vero per tres annos se continentes, per obsides quas dederunt[6], iam videntes suorum fortia circa se subiugata, Langubardi se tradiderunt. Pauca vero de multa dicam. Rex Alboin postquam in Italia tres annos et sex menses regnavit, insidiae suae coniuge interemptus est. Langobardi ex communi consilio Cleb nobilissimum in urbe Ticinensium sibi regem constituerunt; regnavit anno uno mensibus sex; a puero de suo obsequio gladio iugulatus est. Post cuius mortem Langobardi per annos decem regem non habuerunt, sed sub[e] potestatem ducibus fuerunt. Post autem annos decem elegerunt Autari, Clefoni filius. Autari vero duxit uxorem Teudelinda nomine, filia Garibaldi Baioariorum rex sancta et nobilissima; ipsa edificavit ecclesia sancti Iohanni sita Moditia. Rex Autari aput Ticinum, venenum ut tradunt accepto, moritur, postquam sex regnaverat annos. Langobardi ex communi consilio suae regine Teudelindae licentiam tribuerunt, quali ipsa suo sociare voluisset coniugio, tali et illi regem constituissent. Quid multa? Accepit Agilulf ducem Taurinensium; et regnavit annos viginti quinque, et mortuus est. Et regnavit pro eo filio suo Adalovald annos decem, de regno eiectus est. Eius regnum successit Arioald, et regnavit annos duodecim, et mortuus est. Regnavit pro eo Rothari, qui edictum Langubardorum conposuit; reliqua eius dignitatem et fortia, et bella quas gessit, nonne haec scripta sunt in coronica Langubardorum ut supra? Regnavit Rothari annos sexdecim, et mortuus est; Rodoaldi filio suo regnum reliquid. Rodoald vero dum uxore cuiusdam stuprasset, ab eodem interfectus est, postquam quinque regnaverat annis septemque diebus. Huic successit in regno Aripert; regnavit annis novem, et mortuus est. Reliquid regnum duobus filii sui, Pertarit et Gudiperti. Inter ipsis fratres malis nominibus[f] discordia facientes in tantum, ut alterium regnum invaderent. Grimoald Beneventanorum suorum ducem per fraudulenter missum eorum mandatum veniens, Gudiperto gladio interemit, expleto anno post mortem patris et sex mensibus. Pertarit fuga aripuit, Grimoald regnum accepit. Multa quidem eius historiole continent, sed pauca in hac adbreviationem conscribam. Hic in edicto Langubardorum novem[g] conposuit capitula; regnavit annos novem, et mortuus est. Reliquid regnum Garibaldi, filio suo. Pertarit vero, unde iam diximus, qui fuga lapsus erat, egressus de Galia navem ascendit, ad Britaniam insolam ad regnum Saxonum transmeare; et dum pelago navigasset, divinus nuncius eidem ad ripam clamans, et dixit: *Revertere, Pertarit, in terra tua, quia tertia die est hodie, quod Grimoald defunctus est.* Quid plura? Reversus est, et gratanter a Langubardis susceptus, et ad regna gubernacula eum constituerunt mense tertio post mortem Grimoaldi. Regnavit Pertarit annos decem et septem, et mortuus est. Cuniperti, suum filium, regnum reliquid. Multa quidem eius istoriole scripta invenimus. Contra Halahis tirrannum fatigatione

a) *capitum divisionem, cuius in codice vestigia haud comparent, instituendam censui.* b) sustituit c. c) tam c. d) q c. e) su c. f) hominbus c. g) alia *et* aliqua *Pauli codices.*

4) Iustinum. 5) *i. e.* obsederunt. 6) loco *obsidentibus* apud Paulum II. 27. Andreas noster per peram *obsidibus* legisse videtur.

55

sustentus; sed Cunipert triumphum victoriae cum exultatione Dei, Italia regnavit post mortem patris annos duodecim. In campo Coronate, ubi bellum contra Alahis gessit, in honore beati Georgii martyris monasterium construxit. Reliquid regnum Liutperti, filio suo. Surrexit contra eum Aripert, et vivum comprehendit, et non post multos dies in balneo vita privavit. Regnavit Aripert annos 12, in flumen Ticinum ab aquis negatus est. Ansprand eius regnum aripuit; regnavit menses tres. Reliquid regnum Liutprandi, filio suo. Fuit autem Liutprand multe sapientie, clemens, pudicus, orator, pervigil, elemosinis largus; legem quidem Langubardorum ampliavit, et [a] in edicti corpore conscribere iussit. Regnavit annis triginta et uno septemque mensibus, et mortuus est.

2. Haec autem superscripta summationem cui incredibile apparet, relegat [b] tota historia Langubardorum [7]; omnia haec ibi veraciter invenit, in quantum hic scripta sunt; et plures multa illuc invenitur de nobilitatem eorum vel victoriae, et de bella quas gesserunt. Hanc autem adbreviationem superscripta, in quantum potui, exerpsi [c] ego Andreas, licet indignus, presbyter de historiae Langubardorum; et quorum hic super continent eorum historiae minime ad nostram pervenit notitiam, sed in quantum per seriem litterarum seu per antiquos homines potui veraciter scire, hic scrivere delectatis sum. 7

3. Defuncto itaque Liutprand, Ratchis electus a Langubardis rex elevatus est; regnavit annos quinque, et posuit in edicto capituli octo. Hoc quoque defuncto, Aistolfi, germano suo, regnum reliquid. Eorumque factis retinere non possumus; sed quantum audivimus, audaces uterque fuerunt, et suorum tempore Langubardi a nulla gens terruerunt. Regnavit annos octo, et posuit in edicto capitula tredecim, et mortuus est. Desiderii regnum reliquid. Qui cum regnasset annos tres, suus filius, Adelchis nomine, ex consensu Langubardorum sub se regem constituit; sub quorum tempore in aliquantum pax fuit. Quidam et etiam filiam suam, Berterad nomine, Karoli, Pipini filius, Francorum rex, coniugio sociavit; alia vero filia, Liupergam nomine, sociavit Taxiloni Baioariorum rex; et pax firmissima ex utraque partis firmaverunt, sed minime conservaverunt. Causa autem discordiae ista fuit. Habebat Carolus suus germanus maior se Karlemannus nomine, ferebundus et pessimus; contra Carolum iracundus surrexit, eum iurare fecit, ut ipsam Berterad ultra non haberet coniuge. Quid multa? Remisit eam Ticino, unde dudum eam duxerat. Mater vero eorum haec separatio audiens, Carlemanni filii sui blasphemiam intulit, oculorum cecitate perculsus est, cum periculo vita finivit.

4. His temporibus ecclesiae Romanae Leo [8] papa regebat, et oppressiones a Langubardis multa patiebat; ex sede propria exiens Francia, repedavit cum multis sapientissimis ars litterarum, maxime cantores. Francorum gens haec audiens, magno gavisi sunt gaudio. Karolus [9] cum suis obviam eius adventum pedibus venerunt, ei obtimum consedere locum fecerunt civitatem quae dicitur Metis [d]. Qui ibidem per annos tres resedentes, tanta quidem dignitatem cantores ibi fecerunt, ut per totam Franciam Italiamque pene multae civitates ornamentum ecclesiae usque hodie consonant. Papa vero probata gens Francorum astuti et nobiles, consilium eorum dedit, ut super Langubardos venirent, Italiam possiderent; ipse vero ad suam sede Romane ecclesie remeavit. 753. 8 9

5. Karulus siquidem vero, adnitentibus suis, oblitus est tantorum benignitatis, quod ei Desiderius rex tribuit. Congregata multorum Francorum exercitum, ex iussu apostolici sacramenta irrita facta sunt; Italia contra Langobardos veniens, divino iudicio terror in Langubardus inruit, absque grave pugna Italiam invasit, anno Desiderii 18. et Adelchis 15. indictione 12. cum iam 205 anni essent evoluti, postquam Langubardi Italia ingressi sunt. Desiderio vero eodem tempore mortuus est. Adelchis, eius filius, navium praeparans, ultra mare egressus est. Tantaque tribulatio fuit in Italia; alii gladio interempti, alii fame perculsi, aliis bestiis occisi, ut vix pauci remanerent in vicos vel in civitates. 773. 774.

a) et i. e. c. c. i. *non leguntur apud Paulum.* b) relega *c.* c) *ante* ego *vox* de *deleta est.* d) meties *c.*

7) Pauli Diaconi, unde verbatim excerpta sunt. 8) Stephanus III. De sequentibus cf. Pauli hist. episcoporum Mettensium Mon. Germ. II. 268; tum monachum Engolismensem I. 170. 171 et monachum Sangallensem II. 735. 9) Pippinus.

774. f Foroiulanorum dux tunc temporis Rotcausus praeerat, et in Vincentia Gaidus; qui audito Francorum devastatione et eius adventum quod in Foroiuli properarent, congregatisque ut poterant, obviam eorum ad ponte qui dicitur Liquentia exierunt, et ibidem magna strages de Francis fecerunt. Karolus vero haec audiens, mandans eorum fidelitatis fidem suscepturos et honoraturos, Rotcausus et Gaidus ducibus cum nobilis Foroiulanorum consilio inito, ut viriliter se contendissent. Erat quidem ex ipsis, cui iam munera Caroli excecaverat cor, tale dedit consilio: *Quid faciemus? Quomodo eorum resistere possumus? Capud non habemus. Regem confortationis nostrae iam devictus est. Eamus eorum fidelitate; bene nobis erit.* Quid dicam? Ut obtabat, fecerunt. Et tamen eorum Carolus servavit honorem.

781. 7. Igitur subiugata et ordinata Italia, ad Romam perrexit; ibidem palatium construxit; deinde terra pacificata et sacramenta data, Pipinus suus filius regendum Italia concessit; ipse vero Karolus post aliquantum tempus Francia reversus est, obsides quoque ducentes secum quicquid Italia maiores nati et nobiliores erant. Post non multum tempus ab eodem Carolus meruerunt, et honorati sunt ab ipso, ad suam reversi sunt
810. patria. Pipinus vero vivente patre defunctus est. Reliquid filium, Bernardum nomine, cui Karolus Italia concessit; qui cum esset penuriae famis Italia praeuccupata, subito ut Bernardo regnum accepit, dignitatem ubertatemque advenit, et sic fuit dum ipse regnavit. Karolus autem qui cum sex annos in Francia, et postquam in Italia ingressus
811. est 41 annos regnasset, defunctus est in pace senesque aetatis et plenus dierum, qui per eum nomen Francorum longe lateque percrebuit, sicut est nunc usque ad hodiernum diem. Reliquid sedem suam in Francia Hludowici, filio suo. Iste incipit vocare imperator ex Francorum genus.

8. Coniux vero eiusdem Hludowici, Hermengarda nomine, inimicitia contra Bernardo, Langubardorum regem, orta est, mandans ei, quasi pacis gratia ad se venire. Ille ab ipsis nobiles legatarii sacramenta fidem suscepit, Francia iturus est. Qui mox ut illa potuit, sicut audivimus, nesciente imperatore, oculi Bernardi evulsit; ab ipso do-
818. lore defunctus est, postquam quinque regnaverat annos, duo sub Carolo, tres sub Hludowicus.

9. Erat[a] quidem Hludowicus imperator multae sapientiae, consilio prudens, misericors et pacis amator; habebat tranquillitas magna ex omniumque parte pacis gratia; diligebat lectores, cantores, et cunctis servientibus Deo ministrantibus ecclesiae. Habuit filios tres, id est Lothario et Hludowicus de Ermengarda, et Carolus de Iuditta quae post morte Ermengardi in coniugio suscepit. Quidam praedicto imperator Hludowicus suum filium Lothario sub se sedem imperialis constituit, vivente patre.

10. Habuit Lotharius filius, Hludowicus nomine, cui avius suus Hludowicus Italiam concessit, Hludowici filii sui Baioaria, Caroli Aquitania. Honor autem maior, id est imperialis, crescebat cottidie Lotharii; cui inimici homines consilium dederunt, quatenus Iudittam, nuvercam suam, genitori suo tollerent et in Italia abducerent; sicuti fecerunt. In civitate Dartonensis in custodia miserunt. Quis potest dicere furore, quam pater eius vehementer iratus fuisset? sed totam fortia Lotharius ad se retentam habebat.

11. Igitur non post multos dies dum se recognoscens Lotharius, quod malum egisset consilium, nubercam suam remittens genitori suo, et ira inflammatus contra illos qui ei tam pravum consilium dederunt, alios occidit, alios in exilio misit. Tunc temporis ecclesiae Mediolanensis Angelbertus archiepiscopus regebat. Volebat imperator dicere, quod ille in ipso consilium fuisset, et venientes nobiles eum in gratia miserunt; sed dum ante imperatore ducerent, ille vero tantum caput inclinavit et verba salutatoria dixit; ad pedes vero noluit venire propter reverentiae honorem ecclesiarum. Tunc imperator dixit: *Sic contenis te, quasi sanctus Ambrosius sis!* Archiepiscopus respondit: *Nec ego sanctus Ambrosius, nec tu dominus Deus.* Imperator vero subiunxit ei: *Ite ad genitorem meum, cuius odium me fecistis habere; reducite me ad pristinam gratiam!* Ille autem haec audiens, perrexit in Franciam. Hludowicus imperator honorifice eum suscepit. Dum ad mensam uterque reficerent, causa exurgens imperator et dixit: *Bone archiepiscope, quid debet facere homo de inimicum suum?* Ille respondit: *Dominus dixit*

[a] *hinc alia manus, charactere crassiore quidem maioreque praecedentibus sed Langobardico.* GREITH.

in euangelio: Diligite inimicos vestros, et benefacite his qui vos oderunt. Imperator dixit: *Et si haec non fecero?* Archiepiscopus respondit: *Si non feceris, non habebis vitam aeternam, si in ipso odio mortuus fueris.* Imperator vero iratus dixit: *Si me vindicabo de adversario meo, non habebo vitam aeternam?* et statim subiunxit: *Vide Angelbertus, quomodo haec verba defendas!* Et constituto posito usque in mane. Mane autem facto, coligit imperator sapientes, prout si subito poterant, conflictum habentes de hac verba contra archiepiscopus. Archiepiscopus eorum praesentia dixit: *Scitis, quia sumus omnes fratres in Christo?* Illi autem respondentes dixerunt: *Scimus, quia unum patrem vocamus in coelis.* Ille autem dixit: *Ergo si scitis, quod fratres sumus, sive liber et servus, sive pater et filius. Apostolus Iohannes dixit: Qui odit fratrem suum, omicida est, et omnis omicida non habet vitam eternam in se manentem. Si ergo odiosus omicida reputabitur, quomodo vitam eternam possessurus erit?* Illi autem convicti, ad haec verba consenserunt. Imperator vero manum in terra ponens, veniam petivit, et gratiam filii sui reddidit. Imperavit ipse tam solus quam simul cum filio annos 27, et ipso Lothario sub eodem patre annos 21. Indictione tertia sic fuit sol obscuratus in hoc mundo, et stellas in celo apparebant, 3. Nonas Magias, ora nona, in laetanias[a] Domini, quasia media ora. Facta est tribulatio magna. Cumque hoc populus intenderent, multi extimabant, quod iam amplius hoc seculum non staret; sed dum haec angustia contemplarent, refulsit sol et quasi tremidus in antea umbraculam fugire cepit. Ipsa vero nocte sequenti prope matutino facta est lux quasi in die. Haec signa in celo conperta, doctores in suorum monitiones dixerunt: *Estote, fratres, parati; quia adimpletum est quod in euangelio Dominus dixit: „cum haec signa videritis, scitote, quia prope est dies Domini magnus et manifestus!“* Sequenti autem mense Iunio Hludowicus imperator defunctus est, suosque dies finivit in pace.

Matth. 5, 44.

Ep. I. 3, 15.

840.

Luc. 21, 31.

12. Post cuius mortem discordia inter ipsis tres germanis surrexit, Hludowicus et Carolus ex una parte, Lotharius ex altera. Cumque nulla parte locum dantes, iungentes se ubi nuncupatur Funtanense, acies hinc et inde ex utraque partis constructe, facta est strages magna, maxime nobiles Aquitanorum. Tantique[10] ibi viri fortes per contentiones malas et improvidentia debellati sunt, quanti potuissent per bonam concordiam et salubre consilium multa milia sternere contradictorum paganorum; unde sic discipata est nobilitas Aquitanorum, quae etiam Nortemanni eorum possedant terrae, nec est qui eorum fortia resistat. Imperavit Lotharius post mortem patris sui tam solus quam simul cum Hludowicus filio suo annos 15, et mortuus est. Reliquid tres filios, id est iam dicto Hludowico, qui sub eo imperavit in Italia annos sex, Lothario in Francia, Karolus in Provintia. Sed Carolus non post multos dies defunctus est. Lotharius ex sede propria exiens, in Italia veniens pacis gratiae videndum germanum suum, ubi cum ipso locutus est finibus Beneventana pago Venosiana; sed dum iret et reverteret, multa devastantes pauperorum domibus, blasphemia multa incurrit. Revertenti autem, in itinere via egrotare cepit, subito in civitate Placentina defunctus est, et ibi corpus eius conditum; suisque hominibus a multis simili modo contigerunt.

841.

10

855.

863.

869.

13. Pauca quidem sane dum per gestis filiorum regum seriem apices conponam, animus meus ad reliquis factis percurrit. Multa fatigatio Langobardi et oppressio a Sclavorum gens sustinuit, usque dum imperator Foroiulanorum Ebherardo principem constituit. Eo defuncto, Unhroch filio suo principatum suscepit. De Burgundia vero surrexit quidam dictus Hupert nomine, qui aliquanto tempore domno imperatori Hludowici se fidelissimo esse dicebat; postmodum cum Burgundionibus adiunctus, suorum fines rebellare disponebat, oblitus est tantorum beneficiorum quae ei imperator tribuit, et sacramenta quas dederat irrita fecit. Domnus Hludovicus haec audiens, Cunrath cum reliquis fidelibus suis dirixit, et eodem Hupert in campo comprehendit et occidit; et multi quidem da eius pars interempti sunt. Igitur antequam haec rebellatio facta fuisset, tanta quidem nivem Italia cecidit, ut per centum dies in planis locis teneret; et fuit gelus gravissimus, multa semina mortua fuerunt, vitae[b] pene omnibus in planis locis siccaverunt, et vinum intra vascula glaciavit, ut aetiam per foramen spinarum nihil exibat, donec rumperetur ipsa glacia cum fuste ab ante ipsa spina. Hoc fuit tempus domni

864.

a) latanias *c.* b) *i. e.* vites.

10) ex Paulo Diac VI, 23.

859. Hludowici imperatoris anno 10. indictione octava. His itaque sub brevitate rei veritas
860. transcurris, adventum primi ordinis, sicut cepimus, exsequamur. At vero domnus Hludowicus augustus multa quidem oppressionem a Sarracinorum gens in finibus Beneven-
867. tanis sustinuit, et eorum semper resistit; Amelmasser eorum princeps cum multi Sarracini ibi consistentibus occidit; reliqui in castro qui dicitur Bari se fortiter munierunt, ubi domnus imperator per quinque annos eos cum Franci et Langobardi et ceteris nacionum suorum fideliuṁ possidens[a], simul etiam cum sua iuge[b] Angelberga nomine et multi eorum similiter. Circa haec tempora in Vulgarorum gens divina aspiracio accensa est, quatenus christiani fierent et Christum dominum colerent, quoniam tantus amor caritatis in eorum regem pervenit, ut per se ipse ad aecclesiam beati Petri Roma veniset, et ibi dona obtulit, et a domno papa Nicholaus catholica fide munitus, divinitatis scientiae instructus, baptizatus et fide sancta confirmatus, recepit doctores ab eodem domno apostolico, suam reversus est patriam.

14. Igitur dum domnus Hludowicus cum suis Bari custodirent, nuncii venerunt de finibus Calabriae dicentes: *Domine imperator, vestri esse volumus, et per vestram defensionem salvi fore confidimus. Gens Sarracinorum venerunt, terra nostra dissipaverunt, civitates desolaverunt, aecclesias suffuderunt; tantum ad vos petimus, ut des nos caput confortacionis, qui nos adiuvent et confortent. Sacramenta vobis damus, tributa solvimus.* Tunc domnus imperator misericordia motus, non gaudens cupiditatis eorum promissa, sed de illorum dolens malitia, elegit strenuis et nobilissimis viris, Hotone de finibus Bergomensis, Oschis et Gariardus episcopis, et confortavit eos domnus imperator et dixit: *Ite in pace fideles Christi, angelus Domini bonus comitetur vobiscum, ut et ego videam vos et labores quam vobis inpono merear!* Tunc simul cum ipsis missis perrexerunt, et unde egerunt firmitatis sacramenta receperunt, et adunantes secum magis ac magis fideles populus. Cumque venerunt in quendam valle, ubi ipsis Sarracini, fidentes absque ullo timore, annonam metentes, simul cum captivi quas habebant, tunc christiani inruentes super illos, et Sarracini quanti ibi invenerunt occiderunt, et captivi liberaverunt. Ut haec audivit eorum principe, Cincimo nomine, de civitate Aman-
11 tea[11] obviam eorum exiit, praeparatus viriliter. Et exinde Franci comperti sunt, et iungentes se hii ex una parte et illi ex altera, facta est strages magna Sarracinorum, qui fuga petiens; christiani vero post eos, interficientes usque ad portam civitatis. Oto vero et praedicti episcopi et suorum secutores triumphatores reversi sunt ad domno imperatore. Imperator vero magnum gavisus est gaudium, honorem dignitatis eorum tribuit.

15. Cincimo vero de suis et patriae suae adiutorium colligentes multitudo Sarracini, iter pergentes, Bari secum euntes, multa dispendia adiutorium soldani. Erat eorum nunciatum, quod christiani celebrarent magnum diem festum, sicut erat, hoc est nativitas domini nostri Iesu Christi, dicentes: *Deum suum colunt die illa; neque pugnaturi neque arma levaturi sunt. Eamus super illos, comprehendamus eos omnes in simplicitate sua!* Hoc consilium domno imperatori nunciatum est. Tunc moniti, ut gallotinnio[c] matutinis et summo diluculo episcopis et sacerdotibus missarum sollemnia celebrarent, et populus communionem vel benedictionem acciperent, sicuti et fecerunt. Et exierunt querentes Sarracini, et illis querentes Franci iuncti sunt in loco . . . . Factus est sonitus magF. Ioh. 6.17. nus clangore buccine, innita[d] equorum, strepitus populorum. Cumque prope se coniungerent, fideles Christi oraverunt dicentes: *Domine Iesu Christe, tu dixisti: „Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet, et ego in eum;“ ergo si tu nobisvum, quid contra nos?* Statim commissum est praelium. Cumque forti intencione pugnantes, arma celestis confortavit christianos; pagani vero terga vertentes fugire ceperunt. Christiani autem post eos cedentes, non cessabant, donec multitudo paganorum interficerent, et stipendia quicquid soldani pergebat tullerint. Soldanus haec audiens, me-
871. Febr. tus magnus tristare cepit. Sequenti mense Februario, quinto expleto anno quod Bari possessas habebat, domnus imperator comprehendit soldanus, et reliqui Sarracini ibi consistentibns interemit, anno 21. indictione 4. Sarracini vero in suorum terra haec audiens, elegentes se fortissimi viri, sicut audivimus viginti milia hominum, dicentes:

a) *i. e.* obsidens. b) *i. e.* coniuge. c) *i. e.* gallicinio. d) *i. e.* hinnitus.

11) in Calabria.

Grandis ignominiam de occisorum nostrorum consonant; eamus illuc! Cumque navigio 871.
praepararent, ascenderunt et navigaverunt, et exierunt in finibus Beneventana. Tunc dixerunt per suorum audatiae elationis: *Quid nobis fiducie habere debemus in navibus nostris? Dissipemus eas, quia Franci adversum nos nihil possunt, et sic praevaluerint adversum nos, sine ullo metu in regnum nostrum pergere possunt!* Et dictis factis, Franci querere ceperunt. Nunciatum id est domno imperatori, qui statim mittens principibus suis Hunroch, Agefrid et Boso, cum electa manu Francorum et Langobardorum vel ceterorum nationes. Iungentes se in loco ad sanctum Martinum, ad strada scilicet prope Capua ad Vulturno, acies hinc et inde, utraque partis forti intenciones pugnantes, Dei adiuvante misericordia Sarracini devicti et debellati sunt multitudo innumerabiles; quia quod gladius non interemit, in fluvio Vulturno negati sunt, reliqui fuga vis[a] evaderunt. Sic Dei iudicio complacuit; qui venerant exaltati, facti sunt humiliati.

16. Ad haec victoria patrata, domnus imperator in Beneventi palatio sedebat. Tunc Adelchis principatum Beneventanorum regebat, cui imperator se et omnia credebat, et dilectione caritatis inter se diliebat[*]. Anticus hostis, qui semper contra dilectionem inimicitiam querit, exsurgentes per malos homines, inter se occulte dicentes: *Quid grabati*[b] *sumus sub potestatem Francorum?* Taliter Beneventani per fraudem uno consilio ingerunt, ut rederent[c] malum pro bonum; quatenus ubicumque fidelissimi imperatores invenissent, ibi custodirent, et ad imperatorem non dimisissent redirent. Erant enim Franci separati per castellas vel civitates, fidentes absque ullo terrore, credentes fide Beneventanorum. Fuit autem iste contrarius discessionis dies 35; Idus Augusti usque ad Aug. 13.
quintodecimum Kalendas Octobres indictione 5. Sed Deus, qui domno imperatore ad regni gubernacula imperialis ordinaverat, cum ipso erat, sicut legitur: *Cor regis in manu Dei est.* Prov. 21, 1.
Et taliter fideles suos ad eum venire fecit. Caelestis timor autem super Beneventanos inruit; vix illorum fuit, ut pacifice potuissent illos dimitterent. Qui letabundi a domno imperatore reversi sunt. Eodem anno evoluto, multa signa monstrata sunt. Vinum quomodo vindemiatum et intra vascula[d] misso, statim turbulentus, qui dicitur versio, fuit. In ipsa pascha Domini per arbores vel folia et reliqua loca parebat 872.
quasi terra pluvisset; sequenti autem 4. Nonas Magi pruina cecidit, multe vites in planis locis seu in vallibus palmites cum uva siccaverunt, similiter et silves[e] tenerrimum cum sua folia aride facte sunt. Sequenti autem mense Augusto multarum locustarum advenit de Vicentina partibus in finibus Bresiana[f], deinde in Cremonensis finibus; inde vero perrexerunt in Laudensis partibus, sive etiam in Mediolanensis. Erant enim unates pergentibus, sicut Salamon dixit: *Locustas regem non habent, set per turmas ascendunt.* Prov. 30, 27.
Devastaverunt enim multas granas minutas, id est milio vel panico. Completi anno centesimo ex co[g] Francorum gens Italia ingressi sunt, anno domni Hludovici imperatoris 23. et mens. 4. indictione 6. finita. Ingrediente 7. indictione, hoc est anni[h] incarnationis domini nostri Iesu Christi octogenti septuaginta tres transacti, imperator vero veniens de finibus Beneventana post multa victoria super Sarracini facta. 873.

17. Igitur post annum, hoc est indictione 8. stella cometis in caelo comparuit, 875.
similitudo radientibus longinque caude per totum mense Iunium, mane et vespere. Deinde in mense Iulio Sarracini venerunt, et civitate Cummaclo[13] igne cremaverunt. Se- Iun. 13
quenti autem mense Augusto Hludowicus imperator defunctus est, pridie Idus Augusti, in finibus Bresiana. Antonius vero, Bresciane episcopus, tulit corpus eius, et posuit eum Aug. 12.
in sepulchro in ecclesia sanctae Mariae, ubi corpus sancti Filastrici quiescit. Anspertus Mediolanensis archiepiscopus mandans ei per archidiaconum suum, ut reddat corpus illud; ille autem noluit. Tunc mandans Garibaldi Bergomensis episcopus et Benedicti Cremonensis episcopus cum suorum sacerdotes et cuncto clero venire, sicut ipse archiepiscopus faciebat. Episcopis vero ita fecerunt et illuc perrexerunt; trahentes eum a terra et mirifice condientes, dies quinto post transitum in pharetro posuerunt, cum omni honore, hymnis Deo psallentibus, in Mediolanum perduxerunt. Veritatem in Christo loquor: ibi fui et partem aliquam portavi, et cum portantibus ambulavi a flumine qui dicitur Oleo

a) *i. e.* vix. *) *i. e.* diligebat. Antiquus. b) *i. e.* gravati. c) *i. e.* redderent. d) uescula *c.* e) *i. e.* silvae. f) *i. e.* Brixianis. g) *i. e.* quo. h) anñ *c.*?

13) Comacchio.

875. usque ad flumen Adua[14]. Adductus igitur in civitate cum magno honore et lacrimabili fletu, in ecclesia beati Ambrosii confessoris sepelierunt die septimane suae. Qui imperavit annos 32, id[a] est vivente patre annos 12[b], post mortem patris[c] annos 20.

18. Post cuius obitum magna tribulatio in Italia advenit. Colligentes se maiores nati in civitate Ticino simul cum Angelberga suorum regina mense Septembri indictione nona, et pravum agentes consilium, quatenus ad duo mandarent regnum, id est Karoli in Francia et Hludovico in Baioaria; sicut et fecerunt. Tunc Karolus veniens, nesciens de Hludovico. Hludovicus nesciebat quod Karolus venisset, misit filium suum Karolus nomine, propter distantiam homines ceperunt Karoleto nominare. Karolo rex veniens Papiam, Karolito in finibus Mediolanensis. Cuique cum de patruum suum compertum fuisset quod esset in Papia, ceperunt homines qui se Carlito coniunxerunt multa malitia facere; hoc est Beringherio cum reliqua multitudo statim venerunt in finibus Bergomensis, residente in monasterio Fara per aebdomada una, domibus devastantes, adulteria vel incendia facientes. Tunc multi Bergomensis relinquentes domos suas plena vino et anona, tantum cum uxuribus et paramentum in civitate vel in montibus perrexerunt. Karolus rex haec audiens, statim prae ipsis malefactores cum multitudo populorum perrexit de finibus Bergomensis in Bresiana, inde in Verona, inde vero in Mantua. Karlito perrexit in Baioaria. Tunc Karloman, germanus eius, obviam veniens Karoli rex barbani[d. 15] sui, ad fluvium qui dicitur Brenta, et pacificis verbis se ad invicem salutaverunt, et pactum usque in mensem Madio firmaverunt. Carlomannus ivit in Baioaria. Karolus rex perrexit ad Dec. 25. Romam, et ad ecclesiam beati Petri dona obtulit ab apostolico Iohanne unctus, et honore imperii coronatus, in Papia reversus est, mense Ianuario, suprascripta indictione nona[e].

876. 19. Cumque idem Karolus imperator de Roma reversus in Papia sederet, audivit
877. quod Karlomannus, Hludovici filius, contra eum veniret; cumque exercitum suum aduнare vellet et cum eo bellum gerere, quidam de suis, in quorum fidelitatem maxime confidebat, ab eo defecti, ad Carlemannum se coniungebat. Quod ille videns, fugam iniit
Oct. 6. et Galliam repedavit, statimque in ipso itinere mortuus est. Carlomannus vero regnum Italie disponens, post non multum tempus ad patrem[f] in Baioariam reversus est. Inter
Dec. haec Hludovicus rex . . . .

a) id — XX. *in margine addita sunt.* b) *ita correxi;* VI::: *aut* XI::: *c.* c) matris *c.* d) *ita correxi;* barbam *c.* e) *hinc manus tertia.* f) ad patrem *minime.*

14) scilicet per fines episcopatus Bergomensis, unde Andream Bergomensem presbyterum fuisse efficitur. 15) *i. e.* patrui.

CHRONICON BRIXIENSE.

Libellus a Iohanne Brunaccio Muratorio transmissus, prima vice in Antiquitatibus Italiae T. IV. p. 943 prodiit. Conscriptum esse anno 883 Karolo Crasso imperante a monacho monasterii Brixiani ad Leones, iam Muratorius animadvertit, cuius nos editionem, sublatis tamen vitiis nonnullis, repetimus.

Si vis scire quot anni sunt, ex quo Franci, id est Karolus rex Francorum, Italiam apprehendit, multiplica 15 per 7[a], id est septies quindeni[b] faciunt 105; adde regulares 3, qui cadunt 12. indictione in mense Iulio, quo[c] Karolus Desiderium regem Langobardo-

a) *ita correxi;* XVII. *Mur.* b) XV deni *Mur.* c) *vocem supplevi.*

rum comprehendit; adde et indictionem cuiuslibet anni, ut puta praesenti anno 1, faciunt 108: tot sunt anni ex quo Franci Italiam ceperunt. Et* si vis scire quot 883.
anni sunt ex quo Langobardi Italiam ceperunt, multiplica 15 per 20, id est vicies quindeni faciunt 300; adde regulares 12, qui cadunt 3. indictione, qua* factus est Albuinus rex Langobardorum dominus Italiae; adde quoque et indictionem cuius volueris anni, ut puta praesenti anni 1. fiunt simul 313: tot sunt ergo anni ex quo Langobardi Italiam ceperunt, anni Domini incarnationis 570, indictione suprascripta. Et* quando Langobardi egressi sunt de Pannonia ut venirent in Italiam feria 2. de albas, tunc fuit pascha nostrum Kalendis Aprilis annos ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 568. indictione 1; tertia vero indictione ceperunt Italiam anno incarnationis Domini 570, et regnavit annos 3 et menses 6. Perdiderunt autem regnum Italiae Langobardi post annos 202. Clepho regnavit annos 2 et menses 6. Iudices Langobardorum iudicaverunt Italiam sine rege annis 12. Authari regnavit annos 7. Agilwad regnavit 25. Adelwad filio eius regnavit 10. Arioald regnavit annos 10. Rothari regnavit annos 16. Rodoaldo regnavit menses 6. Aripert regnavit annos 9. Grimoald annos 9. Bertari regnavit annos 16. Cuningpert regnavit annos 13. Liutpert regnavit annos 2. Aripert regnavit annos 12. Ansprand regnavit menses 3. Liutprand regnavit 31 et menses 7. Hilprand regnavit menses 7 Ratchis regnavit annos 4 et menses 9. Aistulphus regnavit annos 7. Desiderius regnavit annos 17 et menses 4. Karolus regnavit annos 40. Ludowicus regnavit annos 20. Lotharius regnavit 16 annos. Hludowicus regnavit annos 26.

Anno autem regni sui 18.[b] perrexit Beneventum et occupavit eam, seu etiam com- 866.
prehendit Seldanum regem paganorum, et princeps christianorum nomine Dalferi[b*], et Adelchis, qui eam possidebant.

Anno ab incarnatione Domini nostri 871. indictione 4. captus est ipse imperator 871.
a Beneventanis; comprehensus est ab ipsis sero tempore, et fecerunt eum sacramentum facere una cum coniuge et filia sua.

Karolus regnavit annos 2. Fuit autem valde pius, suo autem tempore magnam pacem, 875.
quia unusquisque gaudebat de bonis suis. Karolus regnavit annos 2. Karlomanno an- 877. 880.
nos 2. Karolus minor nunc 3. agit annum per indictionem 1. anno Domini 883. 883.

Quando autem Karolus, filius Hludowici regis Baioariae, in Italiam ingressus est, hoc Mart. Aug.
est 7. Kal. Novembris secunda feria, anni incarnationis Domini nostri Iesu Christi 878[c], indictione 13.

Anno incarnationis Domini nostri Iesu Christi 740. et post ingressum in Italiam 749.
Langobardorum anno 181. accepit regnum Langobardicae gentis vir gloriosissimus Aistulfus rex in mense Iulio indictione 2. Non longe post ipse Aistulfus rex obiit, gubernavitque palacium Ticinense Ratchis, gloriosus germanus eius, dudum rex tunc autem Christi famulus, a Decembrio usque Martium. In mense vero Martio suscepit regnum 756.
Langobardorum vir gloriosissimus Desiderius rex anno incarnationis Domini 757. indic- 757.
tione 10. Hic ipse excellentissimus rex comprehensum virum Anselmum, abbatem Nonantulensem, in exilium direxit, fuitque in exilium toto tempore quo ipse regnum tenuit.
Anno dominicae incarnationis 758. indictione 11. ceptum est monasterio domini Sal- 758.
vatoris, locus qui dicitur Leones, a praefato gloriosissimus Desiderius rex; sed et ecclesia ad honorem domini Salvatoris et beatae semper virginis Mariae et beati archangeli Michaelis aedificata est ab ipso praefatus rex antequam regnum cepisset. Non longe post introitum regni et inchoationem huius coenobii, Domino cooperante et praenominato excellentissimo rege, translatum est a civitate Beneventum de Cassino castro quaedam corporis partem beatissimi atque excellentissimi confessoris Benedicti abbatis, et ab urbe Roma corpora beatorum martyrum Vitalis et Martialis, et in eodem sacrosanctum conditum est coenobio. Praefuit autem ipso tempore in ipso coenobio, hoc est Leone, Ermoald abbas, quod[d] ipse praefatus rex ex Beneventum monasterio secum adduxit seu et alii 11; ex quibus unum nomine Lampertum papa constituit; Domino auxiliante usque ad perfectum ductum est. Regnavit itaque excellentissimus Desiderius rex annos 18. Porro in 18. anno regni eius superveniens Karolus rex Italiae in mense Iulio indictione 12. anno incarnationis Domini 774. et datum est ab ipso Karolo nostro monasterio. 774. Iul.

*) etc. *M.* a) *vox supplenda erat, deest in editis.* b) *lege* XVII. b*) Oalferi *M.* c) *lege* DCCCLXXVIIII. d) *i. e.* quem.

774. Karolus igitur cum gubernasset regnum Francorum et Langobardorum necnon et Romanorum postquam Italiam cepit annos 40, in ipso 40. anno necdum expleto ab hac luce 5. Februarii subtractus est anno incarnationis Domini 814[a] indictione 7. Regnavit-
814. que Ludowicus filius eius pro eo.
840. Anno[b] autem incarnationis Domini nostri Iesu Christi 840. indictione 3. sol quasi hora nona obscuratus est tamquam in nocte, et stellae apparuerunt in coelo, id est 3. Nonas Maii 4. feria in letaniis. Eodem anno Hludowicus imperator maior moritur.
843. Item anno incarnationis Domini 843[c]. et indictione 6. fuit fames valida in mense Maio etc.

a) DCCCXIII *Mur.* b) *hae lineae apud Muratorium in capite operis leguntur, ubi eas haud recte positas fuisse vel vox autem indicat.* c) *ita correxi;* DCCCIII. *Mur.*

ERCHEMPERTI HISTORIA LANGOBARDORUM.

Erchempert, natione Langobardus[1]*, ut Leo Ostiensis*[2] *refert patre Adelgario, Pilano castro comitatus Teanensis, ut videtur, oriundus*[3]*,*
881. *10. Kalendas Septembris anno* 881 *ibi a Pandonulfo eiusque sociis Neapolitibus captus et omnibus bonis a pueritia acquisitis exutus, atque ut ipse scribit pedester ante equorum capita usque ad urbem Capuanam exul evectus est. Deinde Capuae commoratus, et sancti*
886. *Benedicti regulam professus*[4]*, in itinere*[5] *a Monte Casino Capuam iterum a Graecis captus et cum sociis, quos inter praeceptorem commemorat, male habitus, deinde vero per Neapolim Capuam reversus ibique cellae cuidam sancti Benedicti praepositus est. Anno sequenti quum Atenolfus possessiones sancti Benedicti infra urbem Capuanam sitas fratribus exulantibus auferri praecepisset, ab Angelario abbate Casinensi et episcopo Romam ad Stephanum V. papam missus est, a quo benedictionem fratribus privilegium coenobii sui et litteras ad Atenolfum exhortatorias attulit. Quibus monasterio possessiones reddi impetravit, sed iram Atenolfi incurrit, atque cella ab*
5 *abbate tradita vi privatus est*[5]*. Licet autem nec alia Atenolfi facta approbaret, sed dominandi habendique cupiditatem et severum eius in filios sancti Benedicti imperium abhorreret, tantus tamen patriae et gentis amor Erchempertum tenuit, ut victoriam ad sanctum Car-*
888. *tium ab Atenolfo de Graecis reportatam, qua Bardorum imperium stabilitum est, celebrandam sibi sumeret. Amicis igitur flagitantibus, ut historiam Langobardorum in ducatu Beneventano degentium inde ab ortu praecipueque a tempore Adelgisi principis conderet,*
6 *opus aggressus est, et non solum ut modeste praefatur*[6] *Marcum et Lucam euangelistas imitatus, magis quae auditu percepit, quam*
7 *quae ipse vidit, sed tempus etiam suum descripsit*[7]*. Fecit id posteritatis ad exemplum, et ex opere ipso virum iustum piumque, patriae*

1) c. 6. 74. et. 2) lib. I. 47. 3) c. 44. 4) c. 61. 5) c. 69. 6) c. 1. 22. 7) cf. c. 21. 31. et secundam historiae partem.

amantissimum, miserias eius dissidio principum ortas ex intimo corde lugentem, tum gloriae eius pacis et securitatis studiosissimum agnoscas[8]. *Substitit in historia anni* 889; *fortasse morte praeventus, quum se res Widonis et Berengarii additurum in fine operis promisisset*[9]. *Liber a compluribus saeculorum X. XI. et XII. ineuntis scriptoribus in subsidium vocatus, in uno tantum codice, Salerni circa annum* 1300 *exarato*[10], *ad nostra usque tempora devenit. Adservatur iste* 1) *in bibliotheca Vaticana Nro.* 5001. *signatus, et verus omnium tam codicum recentiorum, quales Romae et in inferiori Italia extant, quam editionum fons agnoscitur. Nam antequam Romam afferretur, anno* 1560 *a Marino Freccia exceptus est, cuius deinde exemplar complures viri litterati exscripserunt*[11]. *Est membranaceus in* 4°. *littera Langobardica exaratus, sed radendo corrigendoque, Frecciae ut videtur manu, certe saeculo XVI. ita foedatus, ut legendi discernendique magnam mihi interdum difficultatem obiiceret. Quare haud raro scriptoris* (1) *et correctoris* 2) *manus distingui eo magis necesse fuit, quod haec in editiones anteriores omnes derivata sit. Sed prima etiam manus tam scribendorum vocabulorum quam textus ipsius ratione a vera lectione, qualem ex prioribus capitibus et locis ex Erchemperto derivatis divinari licet, tantum recedit, ut reliquis praeterea subsidiis uti oportuerit. Adhibuimus igitur:* 3) *Chronicon Salernitanum infra edendum, quod in eodem codice extat sed eodem modo depravatum est.* 4) *Leonis Ostiensis librum I, cuius capitibus* 9—47, *nostri capita* 2, 3, 9, 11, 14, 16, 17, 19, 20, 23, 29, 33, 35, 37, 39, 44, 46—48, 61, 65, 66, 69 *exscripta habentur.* 5) *Iohannis chronicon Sancti Vincentii ad Vulturnum, unde antiqua capitum* 3, 20, 29, 32—36, 38, 39 *lectio haud raro agnoscitur.*

Quibus inter se collatis, quum scribendi rationem, qualem in codice Vaticano saeculi XIII. exeuntis offendimus, a sermone chronicorum antiquiorum Casinensium praecipue in usu litterae c, quae[12] *tum loco t, g, p, s, tum plane superflua ponitur aut omittitur, recedere vidissem, in ea re codicis auctoritatem relinquendam esse censui, reliquis quam fideliter fieri poterat servatis.*

Editiones anteriores, ope apographorum codicis Vaticani institutae, hae fuerunt: A) Carracciolii inter antiquos chronologos quatuor Neapoli a. 1626 *a Muratorio SS. V. p.* 15 *repetita; B) Camilli Peregrini, ope lectionum nonnullarum codicis Vaticani ab Holstenio subministratarum correcta, in historia principum Langobardorum Neapoli* 1643. *T. I. unde a Burmanno in Thesauro IX. P. I, Ec-*

7) c. 1. 8) c. 74. 9) c. 82. 10) cf. Annales nostros T. V. p. 131—133. 11) v. Peregrini praefationem ad Erchempertum. 12) *codex saepius scribit* Racchis (Ratchis), gencium, conticuum (contiguum), corructum (corruptum), dissencio (dissensio), scitus (situs), abscente (absente), procintu (procinctu), selus (scelus), silicet, defunto, cunti; *litteram* h *interdum omittit in* aut (haud), yems, ystoria, ausi (hausi), alitus, exalaverat, veatur (vehatur), traens (trahens), *scribit in* harena, *hac* (ac), *habiit, habeuntibns, hedificare, his* (is), *hovile, honestatus*; ubi et nos id servavimus. *Praeterea* b *et* v *commutantur in* valbus (balbus), *Vari* (Bari), velvis (beluis), improvitas, praevito, bassis (vassis) fribolum; b *et* g in Liguria (Liburia), b *et* s in assumitur (absumitur); d *omittitur in* animavertat, aiuvandum, quemamodum; *commutantur* s *et* x in estremitas, iusta, iuxit (iussit), exitare (haesitare); ph (f) *et* v in *Vari* (Phari); o *et* a *in* Longobardi; i *et* e *in* declevis et congemescit; i *et* g *in* agebat (aiebat), gurgium; u *et* o *in* commutio; u *omittitur in* Agustus. *Scribitur etiam semel* frebis *pro* febris. Sed omnia ea haud constanter.

cardo SS. I. 49, Muratorio SS. II. 237. et Pratillo I. 46 sqq. iterum expressa atque in SS. Gallicis Bouqueti T. V. 324, VI. 205, VII. 155 excerpta est.

Adnotationes editorum anteriorum, praecipue Pratilli, paucas tantum servandas duximus. Excerpta ex Gestis Romanorum pontificum de regibus Liutprando, Hilprando, Ratchiso, Aistulfo et Desiderio, auctoritate capitis 1. *Erchemperti perperam invocata, eidem ab editoribus nonnullis tributa, Pauli Diaconi historiae Langobardorum subiicienda statuimus.*

1. Langobardorum[a] seriem, egressum situmque regni, hoc est originem eorum, vel quomodo de Scandanavia insula egressi ad Pannoniam, iterum a Pannonia Italiam transmigraverint regnumque susceperint, Paulus, vir valde peritus, compendiosa licet brevitate set prudenti composuit ratione, extendens nichilominus a Gammara et duobus liberis
13 eius hystoriam Ratchis pene usque regnum. In his autem non frustra exclusit aetas[13] loquendi, quoniam in eis Langobardorum desiit regnum; mos etenim hystoriographi doctoris est, maxime de sua stirpe disputantis, ea tantummodo retexere quae ad laudis cumulum pertinere noscuntur. Ultimo autem compulsus[b] a compluribus ego Erchem-
14 pert quasi ab[14] ortu[c] praecipueque ab Adelgiso[d], insigni sagacique viro, hystoriolam condere Langobardorum Beneventum degentium, de quibus quia his diebus nil dignum ac laudabile repperitur quod veraci valeat stilo exarari, idcirco non regnum[e] eorum set excidium, non felicitatem set miseriam, non triumphum[f] set perniciem, non quemadmodum profecerint set qualiter defecerint[g], non quomodo alios superaverint set quomodo superati ab aliis ac devicti fuerint, ex intimo corde ducens alta suspiria, ad posteritatis exemplum succincto licet et inerti prosequar calamo[h]. Hac quoque flagitatione devictus, non tantum ea quae oculis, set magis quae auribus[i] hausi narrare me fateor, imitans ex parte dumtaxat Marci Lucaeque euangelistarum praeconiis, qui auditus potius quam visus euangelia descripserunt.

774. 781. 2.[k] Igitur capta ac subiugata Carlo Italia, Pipinum filium suum illuc[l] regem constituit, cumque illo stipatus innumerabili exercituum agmine crebrius Beneventum adiit capessendam. Quo tempore Arichis, gener iam fati Desiderii, vir christianissimus et valde illustris atque in rebus bellicis strenuissimus, Beneventum ducatum regebat. Qui audiens eos super se adventare, Neapolitis, qui a Langobardis diutina oppressione fatigati
15 erant, pacem cessit, eisque diaria[15] in Liburia[16. m] et Cimiterio[17] per incolas sancita[n] dispensione misericordiae vice distribuit, titubans, ut conici valet, ne ab eorum versu-
787 tiis Franci aditum introeundi Beneventum repperirent. Super Beneventum autem Gallico exercitu perveniente[o], praedictus Arichis viribus quibus valuit primo fortiter restitit, postremo autem, acriter praeliantibus, universa ad instar locustarum radice tenus corrodentibus, magis civium saluti quam liberorum affectibus consulens, geminas[p] soboles vice pigneris iam dicto tradidit caesari, hoc est Grimoaldum et Adelchisam, simulque cunctum thesaurum suum; ex quibus Adelchisa multa cum prece proprio restituta suo[q] genitori, Grimoaldum vero secum remeans detulit Aquis[r], collata Arichis pace sub foedere pensionis.

a) longobardorum *plerumque codex.* b) *add.* sum 2. c) abort:::: c. abortivus A. ab ortu B. d) algelgiso *c.* e) regen:um *c.* f) triumplum *cod.* g) deferint *cod.* h) calomo *cod.* i) aribus *corr.* auribus *c.* k) *capitum divisionem codex ante caput* 44. *haud agnoscit.* l) *Ita aut* illis 1. *habere videtur;* illic 2. m) illiguria *c. qui constanter* liguria *scribit.* n) sancita:: *c.* o) *deest* 1. *manu* 2. p) *ita* 1. (I. 12); gemina *c.* q) su:: *c.* fuit 2. r) a que *c.*

13) non sine causa aetas provecta Paulum a finienda historia prohibuit. 14) Sequentia interpretes vexarunt. Peregrinus et Pratillus intelligunt, Erchempertum ab „Algelgiso" Langobardo, quem eundem fortasse qui cap. 68 occurrit fuisse credunt, excitatum historiam scripsisse; sed tunc quid voces *quasi ab ortu* significent haud video. Igitur alia ratione explicanda sunt; Erchempertus dicit, se a compluribus compulsum esse, ut historiam Langobardorum in ducatu Beneventi degentium inde ab ortu principatus, praecipueque ab Adelgiso principe, scriberet. Quod ita esse, opus ipsum indicat; incipit enim ab Arichis duce et inde ab Adelgiso ampliori sermone procedit. 15) pensiones. 16) Leburia, terra di Lavoro. 17) ager Nolanus.

3. Nanctus itaque hanc occasionem, et ut ita dicam Francorum territus metu[a], inter 877.
Lucaniam[19] et Nuceriam[20] urbem munitissimam et praecelsam in modum tutissimi
castri idem Arichis opere mirifico exstruxit[21], que[b] propter mare contiguum, quod salum 21
appellatur, et ob rivum qui dicitur Lirinus[22] ex duobus corruptum vocabulis Salernum 22
appellatur[c], esset scilicet futurum praesidium principibus superadventante exercitu Beneventum. [Hic[d] Arichis primus Beneventi principem se appellari iussit, cum usque ad istum qui Benevento praefuerant duces appellarentur; nam et ab episcopis ungi se fecit, et coronam sibi imposuit, atque in suis cartis: *scriptum in sacratissimo nostro palatio*, in finem scribi praecepit.] Infra Beneventi autem moenia templum Domino opulentissimum ac decentissimum condidit, quod Graeco vocabulo Agian Sophian, id est sanctam sapientiam, nominavit; ditatumque amplissimis praediis et variis opibus sanctimonialium[e] coenobium statuens, idque sub iure beati Benedicti in perpetuum tradidit permanendum. Pari etiam modo in territorio Alifano[f] Deo amabili viro ecclesiam in honorem domini Salvatoris construxit, et monasterium puellarum instituit, atque ditioni sanctissimi Vincentii martiris subdidit.

4. Defuncto dehinc Arichiso, consilio habito Beneventanorum magnates[g] legatos ad Karlum destinarunt, multis eum flagitantes precibus, ut iam fatum Grimoaldum, quem a genitore obsidem iam pridem[h] susceperat, sibi praeesse concedere dignaretur. Quorum petitionibus rex annuens, illic continuo praedictum contulit virum, simulque ius regendi principatus largitus est, set prius eum sacramento huiusmodi vinxit, ut Langobardorum mentum tonderi faceret, cartas vero nummosque sui nominis caracteribus superscribi semper iuberet[i]. Accepta denique licentia repedandi, a Beneventi civibus magno cum gaudio exceptus est. In suos[k] aureos eiusque nomine aliquamdiu figurari placuit, scedas vero similiter aliquanto iussit exarari tempore, reliqua autem pro nichilo duxit observanda; mox rebellionis iurgium initiavit.

5. Hac etiam tempestate idem Grimoalt neptem augusti Achivorum[l] in coniugium sumpsit, nomine Wantiam; set nescitur, quam ob rem ad fructum minime pervenit. In tantum enim odium primus eorum avidus prorupit amor, ut sumta occasione Francorum circumquaque se repugnancium, more Hebreico sponte eam a se sequestraret; dato ei libello repudii, ad proprios lares eam vi transvexit. Hoc quidem callide licet egerit, efferitatem tamen supradictarum barbararum gentium sedare minime quivit; nam tellures Teatensium et urbes a dominio[m] Beneventanorum tunc subtractae sunt usque in praesens, nec non et Nuceriae urbs tunc capta est, set celeriter a fato Grimoaldo acquisita est, apprehenso in ea Guinichiso duce Spolitensium cum omnibus bellatoribus 802.
inibi repertis.

6. Frequenter autem Karlus cum cunctis liberis, quos iam reges constituerat, et cum immenso bellatorum agmine Beneventum praeliaturus aggreditur; set Deo decertante pro nobis, sub cuius adhuc regimine fovebamur, innumerabilibus de suis peste perditis, cum paucis nonnunquam inglorius revertebatur. Unde factum est, ut Pipino regnante in Ticino et Grimoaldo praesidente in Benevento, frequentissimum bellum vexaret Beneventanos, ita ut nec ad momentum pax interfuerit illis viventibus. Erat enim uterque iuvenili aetate nitentes et ad commotiones[n] et bella declivi[23]. Pipinus autem fultus 23
suorum praesidio bellatorum, iugi continuoque praelio exagitabat eum; Grimoalt vero et civitatibus munitis et primoribus quam plurimis constipatus, pravipendens ac despectui ducens illius persecutionem, in nullo cedebat ei. Aiebat[p] itaque per legatos suos Pipinus: *Volo quidem, et ita potenter disponere conor, ut sicuti Arichis genitor illius subiectus fuit quondam Desiderio regi*[q] *Italiae, ita sit mihi et Grimoalt!* Quibus econtra Grimoalt asserebat:

a) met : : *c.* b) *ita* 1. *scripsisse videtur*; munivit et nova frabica reparavit, quae civitas 2. *) corruct:: *c.* c) *ita* 1?; appellatum, quam civitatem sic idem princeps fortificavit ut 2. d) Hic *usque* praecepit *ex* 4. (I. 9.), *qui ea ex Herchemperto laudat, adsumta, in codice desunt.* e) *ita* 4.; sanctimonial *c.* f) *ita restituendum videtur*, predicto alfano 2. aliphano 5. g) magnantes *c.* h) *ita correxi*; pridie *c.* i) iuberet muros Salerni Acherentine et Consiae funditus everteret Accepta. *edd. ex* 3. k) suo *c.* l) aoivorum *c.* m) *ita* 2. dominis 1? n) comutiones *c.* o) *ita emendavi*; fultorum *c.* p) Agebat *c.* q) regis 1.

19) Paestum. 20) Nocera. 21) Arichis Salernum iam ante adventum Karoli munierat; cf. Mon. G. SS. I. 118. 168. 169. 22) ab occidente Salerni. 23) i. e. declives.

Liber et ingenuus sum natus utroque parente;
Semper ero liber, credo, tuente Deo!

807. 7. Et hoc quidem ita de hac luce subtracto, Grimoalt alter suscepit iura Beneventi tuenda, thesaurarius[a] videlicet divae memoriae Grimoaldi prioris, vir quoque sat mitis et adeo suavis, ut non solum cum Gallis, verum etiam cum universis circumquaque
808. gentibus constitutis pacis inierit foedus, et Neapolitis supra memoratis gratiam pacemque donavit. Set quia antiquus hostis semper invidet pacatis et piis viris, atque bella et discordiae semina in eis serere molitur, Dauferium quendam, virum spectabilem, suae artis malicie ignivit, et cum nonnullis filiis Belial horrendum fecit inire consilium adversus principem fatum, hoc modo depositis quippe in itinere insidiis, ut dum per
24 pontem proficisceretur Veterrimae urbis[24] ad praedictam urbem Salernum properans, impulsus a menbris Satanae profundum, fluctibus[b] marinis immergeretur, esset beluis in pastum. Set revelante sibi occultorum cognitore Deo, suis ad se accersitis, iam dictum incolumis pertransiit pontem; eos autem, qui suae salutis hostis fuerant, cepit et
816. vinculis iniecit. Dauferius vero quia tunc non aderat illic, hoc agnito, fugam arripuit et Neapolitis susceptus est.

8. Quo comperto, Grimoalt non segniter egit, set confestim iter Neapolim agre-
25 ditur, exercitumque post se accelerare iubet. At ubi iuxta memoratam perapplicuit[*25] urbem[c], iuventutis populus eiusdem civitatis armis evectus, obvius illi audacter eminus exivit in praelium; quod ille ut intellexit, protinus itinera eorum revertendi prius irretire molitus est, et ita demum in eos insurgere voluit. Tantam denique hostium stragem coepto bello mari terraque fecit, ut fretum adiacens vix per septem et eo amplius dies cruore occisorum purgaretur; in terra vero tumuli nunc usque interfectorum conspiciuntur cadaverum, et ut ab eisdem incolis referentibus compertus sum, quinque milia fere hominum eadem tunc in acie occubuere. Idem enim Dauferius una cum magistro militum qui tunc inibi regnabat, soli elapsi, fugibundi moenia illius urbis tandem ingressi, nec ibi siquidem requiem capiunt; nam egressae coniuges virorum peremptorum gladiis, insequebantur illos, dicentes: *Reddite nobis o caduci viri proditori,*[d] *quos nequiter interfecistis! Quare*, inquit[e], *adversus eos praelium insurgere conati estis, quem pro certo invictum scitis?* Grimoalt vero acrius eos insecutus est usque ad portam que dicitur Capuana, ita ut proprio conto eam percuteret; nec erat quispiam qui resisteret. Clausis tantum obseratisque foribus, qui remanserant infra muros se tutaverunt. Reverso igitur Grimoaldo ad castra cum suo exercitu incolume, altera die pro fatigio sumpto et pro interemptis affinibus, iam dictus perfuga dux dedit in exenium octo milia aureos supradicto principi, et memoratum Dauferium ad pristinam reduxit gratiam. Statim denique ob solitam misericordiam praedicto viro donationem de rebus suis praecepto firmavit, gratiam vero familiaritatemque primam non denegavit. Interea Rade-
26 chis comes Consinus, Sico Agerentinus castaldeus, quem Grimoalt dudum proselitum[26] receperat honoribus plurimis deferens, sub dolo insurgentes in eum, cum iam extremum
817. spiritum traheret, gladio eum peremerunt.

9. Interfecto igitur eo innocenter, praedictus Radechis Siconem loco illius principem subrogavit. Ipse vero non multum post tempus cuncta viriliter mundana metu gehennae abdicans, ad beati se contulit Benedicti suffragia, catenaque cervice tenus vinctus, eius coenobium Christo militaturus adiit, se reum quoque clamitans et impium, se male agisse ac crudeliter vociferans, sicque monachicum scema[f] sumens, in tanta se districtione corporis animique coram oculis internis arbitris in eodem monasterio coartivit, ut nulli scrupulum adsit, omnium facinorum suorum veniam adipisci meruisse. Circuibat ille saepe diabolus girans septa sacri monasterii, et voce perspicua et multis audientibus clamitabat inquiens:

Heu, Benedicte, mihi! Cur me undique rodis? Inique,
Me prius hinc pulso, nunc mea membra lucras!

818. 10. Suscepto itaque Sico principatu, foedus cum Francis innovavit, Beneventanos

a) thesarius c. b) fructibus c. *) peramplicuit c. c) u. continuo multe i. 2. d) *i. e.* proditores; ppitori c. e) *i. e.* inquiunt. f) sema c.

24) Vietri prope Salernum. 25) i. e. circumcirca applicuit. 26) i. e. advenam.

bestiali efferitate persequitur, atque se superstite filium suum, Sicardum nomine, heredem principatu effecit, virum satis lubricum, inquietum et petulantem[a], animique elatione tumidum. Per idem tempus Neapolitis, quorum superius mentionem feci, bellum 821.
a Sicone[b] creberrimum motum est, et civitate valide obsessa tellure pontoque ac fortiter iaculis et scorpionibus oppugnata, pene capta esset, si defuisset ingenium. Nam iuxta ora maris muro[c] arietibus et machinis funditus eliso, iam cum catervatim populus ingredi urbem niteretur, dux iam dictae civitatis, data mox obside genitrice sua ac duobus propriis liberis, magnopere eum callida arte exflagitans per nuncios misit[d] ita: *Tua est urbs cum universis quae infra se retinet; placeat ergo pietati tuae, ne inter praedam detur; crastina autem die cum trofaeo victoriae gloriosissime ingredere, possessurus*[e] *nos omniaque nostra!* His ergo suggestionibus fidem accommodans, diem sustinuit venturum. Subsequenti vero nocte interrupta urbs muro firmissimo solidata[f] est, et crepusculo quo se suamque tradere pollicitus est civitatem, arma bellica suscipiens, contra eum se erexit ingenti certamine. Oppressi igitur durius a genitore et filio per sedecim continuos annos cives praefatae urbis, cum iam ad extremitatem maximam pervenisset, ad Francorum se contulere praesidium. Hiis denique diebus praeerat illis caesar Lodoguicus cognomento Almus, filius Karli superioris augusti, qui Lutharium natum suum consortem dum regni asciret, ab eo una cum socia sua captus ac custodiae[g] mancipatus est, set ab optimatibus[h] suis ereptus, ad pristinam sublimatus est 831.
gloriam; quibus annitentibus, obsidio ab illis aliquandiu sublevata est.

11. Circa haec tempora gens Agarenorum a Babylonia et Africa ad instar examinis apum manu cum valida egrediens, Siciliam properavit, omnia circumquaque devastans; tandem civitatem insignem Panormum nomine captam, nunc usque commora- 832.
tur, plurimasque in eadem insula urbes et oppida dirruens, iam pene tota illarum gentium ditioni substrata congemiscit. Inter haec moritur Lodoguicus, qui secundus in 840.
Gallia augustali praeerat imperio, Lutharius supradictus illius regni heres[i] effectus est, atque ab hoc Francorum divisum est regnum, quoniam Lutharius Aquensem et Italicum, Lodoguicus autem Baioarium, Karlus vero, ex alia ortus genitrice, Aquitaneum regebat imperium.

12. Set ut retro vertam sermonem, mortuo Sicone, Sicardus monarchiam solum 833.
optinuit, qui iam cum patre saepius memorato per aliquot feliciter imperaverat annos; coepitque populum sibi commissum ex levitate animi beluina voracitate insequi ac crudeliter laniare. Inter haec, ut Asverus Aman, ita iste praetulit caeteris Rofridum quendam, filium Dauferii cognomento Prophetae, cuius consilii sub versione multa sacrilega ac blasima[k] patrabat. Fuit autem idem vir in mundanis rebus prudens, et nimium versutus, et ultra quam credi potest callidus; adeo enim circumvenit praestigiis suis fallacibus supradictum[l] virum, ut illo absente et dissentiente nil unquam[m] exercere vel ad momentum[n] auderet[o]; sicque ab eo deceptus et inlaqueatus est, ut germanum 834.
suum, Siconolfum nomine, gratis perpetuo dampnaret exilio, cunctosque Beneventanae gentis proceres aut custodiis aut morti indiderit; ad hoc nimirum tendens, ut dum relictus ac destitutus solacio esset optimatum, citra suam suorumque sanguinis effusionem facillime interimeretur. Quamobrem et Maionem cognatum suum tonderi iussit et monasterium retrudi, Alfanum[27] denique, quo nemo fidelior eo tempore fuit, virum 27
illustrem et fortissimum robore, laqueo suspendi fecit. Tuncque factum est ingens periurium in Benevento, ex quo conicitur iram Dei primum fore provocatam ad perdendam terram.

13. Talia eo tractante, divina actum est dispensatione, ut dum alium innocenter conaretur extinguere, praevenientem interim langorem ipse caelitus spiritu pariter et carne perculsus interierit. Prius enim quam obiret, ut cumulus suae perditionis iustius augeretur, pro amore pecuniae spectabilem et Deo dignum virum sanctitate conspicuum, Deusdedit nomine, beatissimi Benedicti vicarium[28], a pastorali[p] monasterio monachorum 28
seculari[q] magis potentia quam congrua ratione deposuit ac custodiae mancipavit; cuius-

a) petulante *c.* b) sicione *c.* c) muros *c.* d) sit *c.* e) possessuros *1.* f) solida *c.* g) acustodie *c.* h) ab timatibus *c.* i) heredes *1.* k) blasmia *1.* blasma *2.* l) supraditum *c.* m) inquam *2.* n) momentum *1.* o) afferre auderet *2.* p) apostorali *c.* q) secularis *1.*

27) abbatem. 28) i. e. abbatem Montis Casini.

que nunc usque cineres, quo[a] recubat humatus, nonnullos febre detentos variisque langoribus oppressos ex fide poscentes creberrime curare noscuntur. Quid enim dicam de huius viri nequitiis, quando quidem distractis ecclesiarum coenobiorumque praediis, nobilibus ac mediocrum rebus violenter ablatis, secundum subputacionem dierum anni embolismi[29] curtis[30] opulentissimas aggregavit. Hoc quoque misero ita obeunte, paulo post a filii vel Adelferio[b] nomine, Sicardus supradictus princeps gladio perimitur; Deo iuste retribuente, qui plerumque reddit iniquitatem patris in filios carnem solummodo feriens ulciscitur; ut quia Sico, genitor suus, Grimoaldum, seniorem suum, indebite occideret, ulciscente Deo, filius illius a subditis interficeretur. Et isto hoc modo decedente, percussor non diu laetatus est. Nam parvo post tempore a Sicone notho, cognomento Albo, praedictus homicida extinctus est, scilicet ut iuxta verbum Domini, qui gladio corpus proximi transverberavit, iusto valde iudicio talionem, hoc est similem ultionem[c], in se ipso expertulit.

14. Decedente itaque Sikardo ab hac luce corporea, Radelgisus principatus regimen suscepit, thesaurarius[d] praefati viri, in cuius electione omnis ut ita dicam Beneventi provincia consensit, vir autem blandus ac bonis moribus pollens. At ubi isdem primatum promeruit, Siconolfus, quem superius exulem praemisi, a custodia carceris elapsus fugere latibulum coepit, et ab Urso, comite Consino cognatoque suo, aliquandiu latuit occultatus. Quo etiam tempore liberi Dauferii Balbi[e], videlicet Romoalt, Arichis et Grimoalt, nec non et Guaiferius, Beneventi moenia relinquentes, Salernum invasere, Siconulfumque quo latebram fovebat repertum, seniorem sibi unanimiter constituerunt; factaque tunc talis dissensio, qualis nunquam fuit in Beneventum ex eo quo Langobardi in ea ingressi sunt. Ante adventum itaque Siconolfi in Salernum missus est Adelmarius a supradicto Radelgiso principe, ut filios Dauferii ad suam fidelitatem converteret; qui illuc abiens, astu doloso principem* deseruit et se illis sociavit[f], eosque ignivit deterius.

15. Eodem quoque tempore Landolfus iam Capuae praeerat gastaldeus, vir quippe ad bella promtissimus debellator. Hic autem vetustam exercens inimicitiam cum quibusdam de genere Seductorum, animo et gente crudelibus viperis, interfici fecit ex primis eorum septem viros, uni eorumque manibus abscidi; reliqui praesidium fugae sumentes, Benevento adeunt Radelgisum, adfinem suum. Landulfus autem Sicopolim ingressus, a Radelgisi dominatione se subducens Siconolfo sociatus est, ac primum cum Neapolitis pacis coniunxit foedera. Fretus itaque Siconolfus huius ac liberorum eius auxilio, totam Calabriam suo subdidit famulatui maximamque partem Apuliae; dein adversus Beneventum praeliis insurgere nititur, plurimasque urbes et nonnulla oppida ab eius dominio auferens suoque iuri[g] subiecit; et quia erat vir bellicosissimus, partimque metu, pene cunctum populum eum ambiens sequebatur. Prius enim quam Siconolfus Salernum optineret, a praedicto Adelmario[h] Radelgisus invitatus et a suis stratoribus fraude suasus, Salernum quasi capturus adventavit. Quo dum pervenisset, castrametari grandi cum audacia placuit, set subito velud turbae civitate isdem vir cum fatis Dauferii filiis egressus, eos inaudita caede mactaverunt, bonaque eorum cuncta diripientes ditati sunt; et Radelgisus vix cum paucis inglorius fugiens evasit, nec ultra ausus est Salerni metas gressibus attingere.

16. Hiis quoque diebus Pando quidam[i] Barim regebat, qui iussis optemperans Radelgisi, Saracenorum phalangas in adiutorium accitas iuxta murum urbis et oram[k] maris locavit commorandas. Hii autem, ut sunt natura callidi et prudentiores aliis in malum, subtilius contemplantes munitionem loci, intempesta noctis christicolis quiescentibus per abdita loca penetrant urbem, populumque insontem partim gladiis trucidarunt partim captivitati[l] indiderunt. Supradictum vero proditorem gentis et patriae, variis multisque suppliciis debachantes, postremo, ut vere dignum fuit, marinis sugillarunt gurgitibus. Quo comperto Radelgis, quia eos urbe nullatenus evellere quibat, coepit tamen quasi familiares amicos excolere et ad suum adiutorium sensim provocare;

a) quos c. b) adelferio nomine nomine c. c) ulcicionem c. d) thesausararius c. e) balui c. *) principe c. f) illisociavit c. g) iuris c. h) aldemario c. cf. c. 14. i) quidem *corr.* quidam c. k) ora c. l) captu *caeteris erasis* c.

29) anni embolismalis, 380 dies excedentis. 30) i. e. curtes.

ac primum castrum Cananense[a] una cum Urso filio suo illis destinavit oppugnandum. 848.
Confestim igitur intimatur hoc Siconolfo; perstatim mora seposita eos debellaturus properavit, atque super eos audacter irruens, cunctos qui fugere nequiverant armis stravit, tantoque victoriae potitus est trophaeo, ut ex innumerabili[b] acie paganorum vix pauci elapsi essent, qui urbe residuis casum[c] pereuntium explicarent. Rex vero eorum, Calfo nomine, solus cum dedecore fugiens, equo in itinere iam fesso amnisso, tandem valde lassus plantis propriis urbem introgressus est.

17. Interea Siconolfus Beneventum crebris praeliis graviter affligebat, atque ut dici solet *mala arbor, modo malus infigendus est cuneus*, contra Agarenos Radelgisi Libicos Hismaelitas Hispanos accivit, hisque invicem intestino et extero altercantibus bello, ultramarina loca captivis nostrae gentis diversi[d] sexus et aetatis fulciebantur. Qua- 813.
dam vero die convenere utraeque acies in Furculas Caudinas[e], commissumque est belli certamen, ac primo impetu Radelgisi pars victrix existens, Siconolfi exercitum totum in fugam vertit. Siconolfus autem in loco tutissimo tunc constitutus, cum paucis suorum mox super Beneventanos triumphantes ac suos[f] insequentes virili irruit animo, et non minima caede prostravit; patrataque victoria, plurimos eorum gladiis extinxit[g], nonnullos cepit, reliquos vero in fugam compulit. Fretus itaque frequentissimis victoriis, omnes urbes et castella a Radelgisi abstrahens iure excepto Siponto, Beneventum circumdedit oppugnandum; cumque telis et lue famis non mediocriter coartaretur, mandatum ilico est Guidoni, ut properaret urbem. Erat autem idem Guido dux Spolitensium, Siconolfi cognatus, pro cupiditate tamen pecuniarum, quibus maxime Francorum subicitur genus, postposito vinculo parentali in adiutorium ilico profectus est Radelgisi, atque per nuncios suggessit Siconolfo obsidente urbem, ut obsessione[h] relicta ad propria remearet, adiciens inter caetera: *Permitte*[i] *me loqui cum Radelgiso, quia tuae magis parti favebo.* Recessit igitur Siconolfus a loco illo; Guido interim applicuit, et accepta a Radelgiso unam sellam pro septuaginta milibus nummis aureis, dirrupit quodcumque pollicitus fuerat suo cognato, et alienatus ab eo via qua venerat rediit.

18. Post haec praedictus Guido suasit Siconolfo, ut datis quinquaginta milia nummis aureis pro adunatione provinciae Beneventanae, *Et optinere te*, inquid, *faciam eam hinc et inde, quasi palmo meciaris eam!* Cuius tunc consilio consenciens[j] Romam adiit, aureos tribuit, sacramenta dedit, iusiurandum suscepit, nichil proficiens inanis abscessit. Erat autem adhuc inter Siconolfum et Radelgisum frequentissima pugnae concertatio et cotidiana litium seditio, unde et ex diversa parte quibus via iustitiae displicebat alternatim ab uno in alterum confugiebant, fiebantque crebra par[k] rapinae incestaeque fornicationes. Erant siquidem universi erranei et ad malum prompti, quasi bestiae sine pastore oberrantes in saltum. Set cum iugiter civili bello invicem inter se lacerarentur, essetque omnium pernicies et ut ita dicam animae et cordis extrema perditio, maxime quia Saraceni Benevento degentes, quorum rex erat Massari, infra extraque omnia funditus devastavit[l], ita ut etiam optimates illius pro nichilo ducerent atque ut ineptos servulos taureis duriter flagellarent[m].

19. His quoque diebus mortuo iam dicto Luthario, regnum Gallicum pentifarie[n] 855.
divisum est, quoniam Lodoguicus et Karlus, germani eius, Baioariam et Aquitaniam regebant, primogenitus eius filius Lodoguicus nomine Italiam, secundus Lutharius Aquis, tertius Carlictus Provinciam tuebantur. Huic ergo Lodoguico augusto suppliciter relatum est per Landonem[o] comitem Capuanum, filium[p] Landolfi supradicti viri, et per Ademarium iam fatum virum[q]. Qui licet erat admodum parvuli[r], pro Dei tamen zelo eorum humilibus precibus aures accommodans, etiam consensum[s] praebuit; et celeriter veniens, universos prophanae gentis hostes[t] ab urbe vi distrahi ac[u] framea necari fecit; et prae- 849.
sentibus omnibus Langobardis, inter duos praedictos viros totam provinciam Beneventanam

a) *in margine manu sec. XV. vel XVI. scriptum est* civitas fuit, set nunc est destructa, prope barolum et hodie locus dicitur prior ad canne. b) numerabili *c.* c) urbem *r.* casu *c.* d) diversis *c.* e) furculas caudinas *c.* f) suo *c.* g) extinexit *c.* h) obsessione *c.* i) permicte *c.* j) consencient *c.* k) pariter? l) devastaverunt? m) flagarent *c.* n) *ita* 9. (I. 29.) pentifari *c.* o) est. pandonem *c. cf. c.* 21. p) filii *c.* q) virum necnon per venerabilem abbatem Bassacium, ut ad has partes venire eosque a nefandorum Saracenorum devastatione eripere tantisque calamitatibus finem dignaretur imponere *pergit Leo I.* 29. r) parvulus? s) consensensum *c.* t) hoste *c.* u) distrai hac *c.*

aequitatis discrimine sub iureiurando dispertivit. Hoc autem facto, non diu supervixit Siconolfus, set debitum mortis munus exolvens, filium suum adhuc lactantem ministerii sui reliquid heredem. Cui superstes parum qui extitit Radelgis. Quo migrato, Radelgarius filius eius in principatum loco eius electus est, vir plane fortis viribus et animo pius, ac corpore cunctis gratus.

20. Per idem tempus Agareni Barim incolentes, coeperunt devastantes stirpitus depraedare totam Apuliam Calabriamque, ac pedetentim[*] Salernum ac Beneventum depopulare initiarunt[a]. Tunc iterum sugestum est lamentabili supplicatione iam saepe dicto piissimo augusto per Bassacium[b] venerabilem virum, beati Benedicti vicarium, et per
852. Iacobum sancti Vincentii abbatem, ut properare quantocius dignaretur, et suo adventu eriperet quos ante iam misericorditer redemerat: *Et simus*, inquiunt, *fidissimi famulis illius, constituatque nos subesse cuilibet ultimo suorum!* Qui sine mora veniens, cum incredibili multitudine Barim perrexit, set pro[c] omnibus obliti Capuani suam ultroneam sponsionem[d], urbibus se recondentes, Landulfum tantum antistitem vice sua illuc destinarunt. Videns autem supradictus caesar et illorum fallacium et se nil proficere, sine emolumento[e] recedens abiit, concesso principato Salernitano Ademario, fortissimo et
854. illustre viro, Siconolfi filium exulem fecit. Interea obiit Radelgarius Benevento; cui successit germanus eius nomine Adelchis, vir quippe mitissimus et amabilis cunctis[f], tantaque mansuetudinis, ut etiam ab exteris diligeretur. Set, quod peius, provincia in multis divisa ad exitium magis quam ad salutem de die in diem a dominatoribus dubebatur.

843. 21. Subtracto vero ex hac luce Landulfo Capuano comite, ut post tergum[g] redeam, quatuor reliquid liberos, Landonem videlicet iam fatum virum, Pandonem, Landonolfum et Landolfum futurum pontificem, viros singularis prudencia virtutisque[h] efficacia valde compotes[i]; ex quibus Lando Capuam, Pando marepahissatum[k], Landonolfus Teanum regebat, Landulfus vero adhuc iuvenis[l] palatinis[m] excubabat obsequiis. Hic autem novissimus, ut[*] post in patulo claruit, cum adhuc viscere gestaretur genitricis, eadem mater, cum se quadam die sopori iuxta viri dorsum dedisset, facem igneam peperisse visum experta est. Quae fax cum humi solo cecidisset, in maximum ignis globum aucta est, visaque est totius Beneventi confinium concremare, sicque cum sompno pariter et visio[n] elapsa est. Quae nimium perterrita, proprio mox coniugi moesta curavit indicare[o]; cuius visionis finem genitor ut audivit, in paucis[p] sillabarum dictionibus futura eius dira opera complexus est, dicens:

Heu me, dulcis amans, quae nos tunc fata[q] secuntur,
Augurium saevum monstrat tua visio dira!
Hac tuus hic ortus[r] tegitur qui clausus in alvo,
Diliget haut ullum[s] spernet qui sanguine caros,
Postremo cives viperino devoret[t] ore,
Ac velud ignis edax rectorum pectora buret.

Quod ille, in extasi mentis licet, praedixerit, nos quoque propriis intuiti sumus optuti-
31 bus, qui innumerabiles insontes homines illius facto conspeximus pro igne[31] gladiis corruisse. Ignis itaque ille ipsum humani[u] generis sanguinem, qui postea eo operante fundendus erat, sub quadam ymaginis specie portendebat; quod ne cui incredibile hoc aut ymaginarie forte confictum videatur, tot mihi testes sunt quot pene homines versantur in urbe. Huius enim actio finisque exitus in subsequenti propalabitur.

22. Horum denique genitor cum iam diei ultimae appropinquaret, ut a referentibus audivi, vocatis liberis suis hoc in edictum illis tradidit, ne unquam, quantum ad se pertineret[v], sinerent Beneventum cum Salerno pacisci: *quia non erit*, inquid, *vobis profuturum*[w]. Cuius monitum filii audientes, opere pariter patrarunt, atque suis heredibus in ius perpetuum sicut a patre susceperant reliquerunt. Magnum sanum[x] hereditarium[y]

*) pedetentim *c.* a) intrarunt **5.** b) bassicium *c.* c) prae **5.** d) sposionem *c.* e) emo:lumento **1.** f) Adelgis omni bonitate deformis, sed quod peius est *etc.* **5.** g) postergum *c.* h) viros tutisque *c.* i) compotens *c.* k) marepahissatum *c.* marepahis Suram *ed.* l) *ita emendavi*; indolis *c.* tenerae indolis *ed.* m) palatis *c.* *) et *c.* n) viso *c.* o) indagare *c.* p) *ita corrigo*; in pacis **1.** in facis **2.** infatis *ed.* q) fatta *c.* r) orcus *c.* s) *ita cum editis lego*; aut illum *c.* t) duret **1.** devoret **2.** u) humanum *c.* v) pertinerent *c.* w) profuturum *c.* x) consilium? y) M. sane hereditarium scelus *s. ed.*

31) cf. versum ultimum.

suae reliquerunt soboli, adversus divinum dumtaxat praeceptum gerentes quod ait Iesus discipulis suis: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.* Accepto itaque iure regnandi, modo[a] Siconolfo obsecuntur, parvipendunt imperiis eius, set prae omnibus Landonolfus contrarius illi semper et ingratus extitit, adeo ut etiam filio illius natam suam necessitate ductus arraret. Hoc autem tempore Paulinus, Deo dignus et carus vir, Capuae praesul, ab hac carnea subtractus est faece, atque Landone supradicto viro viriliter decertante, Landolfum, fratrem suum, episcopum ordinavit; set incongruam vicissitudinem filiis eius post patris intulit obitum, quos velud durissimos hostes vario ac perpetuo multavit exilio. Ioh. 14.

23. Mortuo itaque Siconolfo, ut unusquisque quod sibi habile videretur ageret, filium 851.
eius adhuc anno carentem[b] loco eius subrogarunt[c]. Tunc coeperunt praedicti fratres concives suos, partim ambitu partim metu agitati, ferina persequi ingluvie et custodiis mancipare; quamobrem et a Pandulfo consanguineo suo Suessulam ingenio auferentes, suae ambitioni nexerunt, ipsum et liberos illius extorres fecerunt, de quibus dehinc unum gladio[d], alium igne perdiderunt, duosque superstites iugi continuoque dampnarunt exilio. Suessulam autem postea a Landulfo Landonis filio captam, annitente sibi Sergio magistro militum, quia socer erat illius, nunc usque retinet[32] eam. 32.

24. Hac tempestate, casu an iudicio superno actum sit, tota urbs Sicopolis igne 856.
cremata est, ita ut ne una domus remaneret inusta praeter episcopalis aula. Qua reperta occasione, Landulfus praesul et Landonolfus, germanus eius, consilio inierunt, ut deserta angusti montis cohabitatione, ad plana et praeclara campestria descenderent ad commanendum: *Non sumus*, inquiunt, *caprearum hovile, ut in saxorum cavernis tueamur, ad humiliaque denique descendamus, ut altos nos et inhumiles circumspicientibus praebeamus!* Quibus tunc adsensum Lando minime praebuit, quia delirum ac frivolum erat, inter tot procellas urbem munitissimam deserentes ut suillo coeno locarent.

25. Hiis invicem ita altercantibus, duo praedicti viri coeperunt haedificare murum
supra pontem qui vulgo Casilinum dicitur[33]; quorum opera ut perspexit Lando, inchoa- 33.
vit ac mirifice perfecit haedificandam urbem. Ut autem munita est et habitari coepta,
supervenit Guido iam dicto cum universis Tuscis, et obsedit eam hinc et inde graviter- 858.
que angustiavit, quia nolebant subici Ademario iam fato viro ob improbitatem Landolfi praesulis et Landonolfi, quoniam illum prae caeteris affectu favebat fraterno, aliis quasi exteris spretis. Dum enim valide intus affligerentur cotidiana pugna, et foris sata delerentur, tandem robore et violentia devicti colla subdiderunt famulatui, excepto Landonolfus; quamobrem Suram, cuncta oppida confinia a Landonolfo domino subtracta et Guidoni sunt tradita, sicut promissum fuerat. Quo facto in tantam animi tristitiam corruit praedictus vir, ut in proximo spiritum exhalaverit.

26. Per idem tempus veterem inimicitiam vindicare volens Ademarius, filium[e] Marini Malfitani, cognatum videlicet Pandonis, dolo cepit, et Sergio magistro militum, cum quo foedus inierat, exulem tradidit; qua pro causa ab eodem Sergio etiam Marinus fraude captus est. Hinc etenim aeternum iurgium inter Ademarium et Pandonem ortum est; unde factum est, ut inscio Landone Landulfus episcopus et Pando suaserint Guaiferio filio Dauferii Balbi, et fecerunt apprehendere Ademarium principem, et Guaiferium sponte[f] sibi seniorem elegerunt, iurantes ei gravi sacramento. Set ocius ad con- 861.
sueta vitia defluentes, et huic statim post excessum Landonis, soceri illius, mentiti.

27. Mortuo denique Landonolfo, non multum post Lando[g] dira paralisi percutitur, 859.
lectum per annum integrum fessus detinebatur. Hoc agnito, Sergius magister militum praesidiis illectus Ademarii, ut priora replicem, dirrupit iuramentum quod cum Landone pactum fuerat, et adversus filium illius bellum excitavit. Nam octavo Ydus Maias Mai 8.
quo beati Michahelis archangeli sollempnia nos sollempniter celebramus, quo etiam die priscis temporibus a Beneventanorum populis Neapolites fortiter caesos legimus, hac ergo die, nullum honorem dans Deo, misit duos liberos suos Gregorium magistrum militum et Caesarium, nec non et Landulfum generum suum Suessulanum, cum quibus

a) nullo modo *ed.* b) carente *c.* c) subrogarent *c.* d) gladium *l.* e) filius *c.* f) spontem *c.* g) Landonem *c.*

32) Landolfus quo anno obierit, ignoratur. 33) scilicet Capuam recentem.

Neapolitum et Malfitanorum exercitum tam pedestrem quam et equitum pene ad septem milia viros misit, dans ei in praeceptum, ut Capuam obsideret. Quibus audacter occurrit ceu leo fervidus Lando iunior, repperitque eos transvadatos pontem Teodemundi suos acriter expugnantes; totis viris super eos irruit, atque cuneum eorum scindens gladiis ventilavit, captumque Caesarium et ferme octingentos alios, reliquos in fugam vertit; sicque triumphans reversus est. Pando autem, illius avunculus, Ademarii metuens adventum, ad monumentum quondam Trasarici interim observabat excubias. Post haec Pando, erepto Marino vinculis, Caesarium cum universis libertati [a] restituit.

860. 28. Hiis quoque diebus Lando senior, crescente interim langore, ad extrema perductus est, vocatisque duobus fratribus suis, Pando scilicet et Landolfo antistite [b], Landonem filium suum eis supplici prece commendare studuit, atque in manus eorum tradidit dicens: *Teste Deo sanctaque eius ecclesia vobis eum commendo, ut eodem in iudicio futuro iudicemini, quo eo in praesenti abusi fueritis!* sicque humanum faciens obiit. Quo migrato, non diu ad iuramentum perstitit fraternum; nam subdole pro cupiditate castaldatus et Landonem et ceteros fratres urbe repulerunt, et a Guaiferio alienati sunt, cui sacramenta recentia dederant, praecipueque Landolfus per euangelia missarumque sollempnia nec non et per manus sacratas suas ille non semel iuraverat. Hoc facto, Lando Caiaziae ingressus est, capto in ea Aioaldo, qui á praedictis viris eam ad custodiendum fuerat directus. Eodem igitur tempore Landolfus [c], frater Landonis, Casam
34 Irtam [d. 34] cepit; set superveniens Pando, cepit eum cum quadraginta primoribus, quibus redditis, castrum Caiaziae recepit, et receptis filiis Landonis a Guaiferio et Landolfo
36 fratre eorum in Suessulam [35]. Quibus exterminatis, [e. 36] minime quievit eorum rabies, set coeperunt eos persequi iugiter etiam terminos Suessulam expugnantes. Hos siquidem Guaiferius princeps non segniter [f] adiuvabat, et multotiens locum cedebat eis, nolens frustra [g] christicolum fundere cruorem. Set Landolfus praesul non hoc religionis gratia set imbecillitati deputans, vi suum germanum contra christum Domini pugnare cogebat. Fretus ergo filiorum trium, Maionis, et Maienolfi, nec non et Radelgisi filii Adelgisi Beneventani principis, eum adversus iam dictum principem suum misit; set iusto Dei iudicio, a quo omnis potestas et ordinatio consistit, ipse primus occubuit; nonnulli [h] ex eis capti, reliqui autem fugati sunt.

862. 29. Inter haec Saugdan [i], nequissimus ac sceleratissimus rex Hismahelitum, totam terram Beneventanam igne gladiis et captivitate crudeliter devastabat, ita ut non remaneret in ea halitus [k]. Quamobrem et Gallorum exercitus crebrius adveniens [l] eorum efferitatem opprimendam, set nil proficiens, via qua venerat repedabat. Unde factum est, ut Adelgisum Beneventi principem, coactata pensione et obsidibus, pacem eo [m] firmaret. Quo tempore Maielpotus [n] Telesinus et Guandelepert Bovianensis [o] castaldei multa cum prece conduxerunt Lambertum ducem Spolitensium, et Garardum comitem [p], et obviantes eidem Saugdan, cum de Capuae depopulatione reverteretur, in Arvium [q] tellure irruerunt super eum. Set exurgens iam dictus vir, et super Beneventanos et Francos fortiter se iniecit, ac dirruptis cuneis, plurimos eorum interemit, nonnullos cepit et crudeliter extinxit; Garardus vero comes, Maielpotus, et Guandelpertus, supra dicti viri, eadem in acie tunc occubuere. Qua de re audaciam ex illo die potiorem sumens, Beneventum eiusque confinia funditus delevit, ita ut nullus locus praeter urbes praecipuas eius efferitati [r] evaderet. Quibus diebus [s] et castrum Benafranum [t] cepit, et coenobium sancti Vincentii martiris depraedavit, et pro haedificiis non combustis tres milia aureos
37 accepit. Hoc facto, et a vicario beati Benedicti totidem nummos accepit [37].

862. 30. Mortuo denique Pandone, Landolfus episcopus solus superstes remansit. Qui Pandonolfum, nepotem suum, vice patris sui Pandonis comitem in Capuam constituit, qui vulneratus ex praelio quo genitor occubuerat semivivus evaserat. Hic autem in familiaritate sua habebat Dauferium cognatum [u] Maionis; cuius versutias metuens Lan-

a) libertatis 1. b) antiste c. c) landonlfus c. d) cesam irtam c. e) ex tminatis c. f) signiter c. g) fustra c. h) nonnullis c. i) Saugolan c. *sed cf.* c. 29. Saogdam 5. k) alitus c. habitus 5. l) a. ob e. 5. m) p. cum eo f. 5. n) Magelpertus 5. o) boviansis c. p) Gersudum comitem Marsorum 5. q) Barium B. r) feritatem 5. s) d. Telesium, Aliphas, Sepinium, Bovianum et Hiserniam, castrum quoque Benafranum cepit funditusque delevit. Monasterium vero *etc.* 5. t) bifranum c. u) c. suum M. c.

34) Caserta. 35) Castello di Sessola. 36) i. e. electis. 37) cf. Chron. Casin. c. 30.

dulfus praesul, monuit Pandonulfum, ut dato ei adiutorio, alibi eum ad commanendum destinaret, qui nolens illius consilio acquiescere, clam egressi tres germani ex urbe Potensi, cum eodem Dauferio castella invasere. Nam Pandonulfus Suessulam, Landulfus autem Casam Irtam, Landonolfus Caiaziae[a] ab illius genitore castrum iam dudum quassatum intraverunt, et coeperunt depraedare omnia in circuitu. Quos Landulfus ingenio decepit, simulque Guaiferium et Adelgisum principes delusit, nec non et Landonis filios nepotes suos, quos iam pridie extorres[b] fecerat a solo proprio, dolo evocavit, fratrumque suorum confinia depraedare fecitque succendi. Dumque cotidie Capuae ruina excresceret, hortatus est idem vir filios Pandonis cum filiis Landonis[c], nexo foedere utrique urbem introirent ad commanendum. At illi[d] ex diverso in unum coeuntes, sacramento iuncti sunt, adieruntque urbem; quos statim[e] praedictus vir arte sua fefellit et periurare fecit, illisque divisis, mentitus est. Qua pro causa etiam Pandonulfus ad imperialem celsitudinem misit; epistolis ac iussionibus ablatis, in urbe memorata non est ingressus, quousque veniret Lodoguicus piissimus augustus, a multis per varia tempora invitatus.

31. Fuit autem idem Landolfus, ut pollicitus inseram, ex natura prudens, set ex consuetudine callidus, lubricus nimium et petulans, ambitiosior omni homine, elatus supra quam credi potest, monachorum quoque infestor et praedator[f], de quibus in tribunal tumidus sedens solitus erat dicere circumstantibus: *Quotiens monachum visu cerno, semper mihi futura dies auspicia tristia*[g] *subministrat*, iusto valde iudicio Dei, ut ab hiis incommoda tolleraret, quos velud nefandissimos hostes execrabat et persequebatur, a quibus etiam in futuro torquendus erat. Principis sui quoque derisor et periurus, nepotumque suorum perosor, quippe qui neminem dilexit praeter suae carnis incentiva, pacem nunquam, nec in die obitus sui, amplexatus est. Sic ubi foederata sensit, totus se strenue iniciens, zizaniorum semina sevit; quod si cui incredibile videtur, animadvertat, quot vicibus Guaiferium fefellit, cui per ter iuravit ipsumque ipse sibi principem instituit. Multo enim libentius cupiebat captivari animas hominum innocentium, quam vel parem eum habere, non dico seniorem, contra praeceptum apostoli gerens, qui ait: *Subditi*, inquid, *estote omni dicioni, sive regi tanquam praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis;* et alibi: *Non praeest potestas nisi a Deo, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* His[h] igitur, postposita ecclesiastica dogma iuraque episcopalia, semiviros[38] solummodo dilexit eosque cunctis praetulit, implevit nichilominus prophecia Ysayae dicentis: *Effoeminati dominabuntur eis.* Huius enim ego facta viri minuatim explicare si voluero, facilius ut reor tempus absumitur[i], quam fandi sermo terminetur; tamen si quis medullitus nosse desiderat, versus a memet constructos[k] requirat. Ante diem vero exitus sui Capuam trium fratrum suorum filiis ita divisit, ut omni tempore inter eos gladius rixae nunquam omnimodo abesset; ut fateor si quis corde non percipit, oculis videat.

c. 21. Petr. 1. 2. Rom. 13. 38 c. 3.

32. Invitatus itaque Lodoguicus caesar, ut praedixi[l], in commune a Beneventanis, Capuanis cunctisque cummarcanis ad tuitionem perditae patriae — a Guaiferio minime hoc, quia pro Ademari[m] captione execrabatur — Beneventi fines per Suram ingreditur, atque prius monasterio Benedicti beati applicuit. Quo ad eum legati de diversis urbibus venerunt; inter quos Landulfus iam dictus et nepotes sui ex diverso venerunt. Susceptis igitur augustis, hoc est vir et coniux, a Berthario venerabili abbate officiosissime, Landulfus ad solitam vergens fallaciam, Capuanos quos caesari praesentaverat fugere compulit; ipse solus cum eo remansit, quasi satisfaciens, se nil culpabile penes eum gessisse. Praedictus itaque augustus Landulfum[n] tunc pro nichilo ducens, Capuam adiit, obsessamque tribus hinc inde mensibus[o] funditus[p] delevit, et cum civibus illius quodcumque placitum dare nollet, Lamberto comiti illius se tradiderunt; putantes se facere rectius, pessime corruerunt. Unde postea pro nichilo ducti, omni fere mense diversis iudicibus dabantur in praedam. Hoc quoque ita peracto[q], Guaiferio omni sine sponsione prius Salernum, et sic demum ab Adelchiso Beneventum exceptus est. 866.

a) scaiazie 1. b) extorrens c. c) *ita* B, Pandonis c. d) ille c. e) quo statim c. f) predor 1. g) tristicia c. h) *i. e.* Is. Hiis c. i) assumitur c. k) constructus c. l) predixit 1. m) ademario 1. n) landulfus c. o) *deest in c. sed restituendum ex* 4. (I. c. 36.) *et* 5. (402.) p) fundi c. q) *ita* 5. pacto c.

38) i. e. eunuchos.

867. 33. Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus Barim perrexit, atque cum saepe dicto Saugdane[a] augustalis exercitus pugnam commisit, a quibus et superatus aufugiit, ammissa non modica parte bellatorum. Dehinc omnia eorum circumquaque sata comburens, Materiam adiit, quam et sine mora igne cepitque. Tunc venit Venusiam, castrametatusque in ea coepitque renovare, et Barim hinc et inde graviter expugnans demolitus est; positoque praesidio pugnatorum in Canusia, vicissim eos cornibus ventilabat. Quo terrore perculsi[b], multi ad augustalem confugientes clementiam, dari sibi petebant dextras; quibus tunc solitam misericordiam non[c] denegat. Post haec itum
39 est Oream[39] urbem sicque itidem reversus est Beneventum, atque annitente sibi dextera superna, cum iam ad extremitatem maximam pervenissent Saraceni, misso exercitu
871. Febr. Barim cepit, capto in ea Saugdan effero rege cum aliis nonnullis satellitibus suis. Deinde Tarentum obsidere iussit.

34. Quibus ita patratis[d], ut superius promissa promam[e], videns diabolus suos eliminari Christoque universa restaurari[f], principia recolens et dampna inferni dolens, suo instincto coeperunt Galli graviter Beneventanos persequi ac crudeliter vexare. Qua de re et Adelgisus princeps adversus Lodoguicum augustum erectus, cum suis Beneventi infra moenia degentem ac secure quiescentem astu[g] doloso[h] sanctissimum virum, salvatorem scilicet Beneventanae provinciae, cepit et custodiis mancipavit; bonaque eius diripiens ditatus est, cunctosque viros exercitales spoliavit et fugere compulit, et de exuviis[i]
Zach. 13. eorum onustatus est; impletusque est sermo Domini ex prophetia sumptus[k]: *Percute*, inquid, *pastorem, et dispergentur oves gregis.* Consistente itaque augusto in custodia, excitavit Deus spiritum Hismaelitum, eosque ab Africa regione protinus evexit, ut ulciscerentur augusti obprobrium, sicuti filii Dei passionem Vespasianus et Titus ulti sunt.
2. Chron. c. 2. Set defensio Domini dilata[l] est in annos 42, iuxta prophetiam Elisaei, qui 42 pueros, a quibus illusus est, duobus ursis dedit in commestionem; huius autem contemptum nec in 40 distulit dies; ex quo datum intelligi, qualis quantusve vir iste fuerit, qui tam cito defensus est.

35. Absolutus[m] autem, Domino iubente, caesar insons, statim Saraceni Salernum applicuerunt quasi 30 milia; quam graviter obsidentes, hinc et inde cuncta forinsecus[n] stirpitus[o] deleverunt[p], occisis in ea innumerabilibus colonis; et depopulati sunt ex parte Neapolim, Beneventum et Capuam. Quo tempore ambo Lamberti comites, augusti furorem metuentes, Beneventum recesserunt, et ab Adelgiso honorifice suscepti sunt; quorum auxilio fretus, super Saracenorum scaram[q] irruit et viriliter stravit, occisis ex eis pene tribus milibus viris. Quibus etiam diebus Capuam iuxta Suessulam mille ex
872. eis peremerunt. Cumque in hac obsidione prope terminaretur annus, misso exercitu iam dictus augustus per sugestionem Landulfi praesulis — hoc enim solummodo memorabile bonum gessit a die ortus sui — et perdidit[r] ex prophanis in Capua ferme novem
873. milia viros. Post haec per semetipsum dignatus est advenire[s] Capuam; cuius advento cognito, Saraceni Salernum relinquentes, Calabriam adeunt, eamque intra se divisam repperientes, funditus depopularunt, ita ut deserta sit veluti in diluvio. Prius enim quam fugam arriperet nefanda gens, huiusmodi signum de coelo Deus multis ostendit: faculam igneam permaximam praepete[t] cur[illegible] in medio navium iecit, quam mox secuta est tempestas, quae cunctas liburnas frustatim dirrupit. Guaiferius vero pro sua obsessione primum Petrum cognatum suum et Guaimarium filium suum legatos ad iam fatum augustum misit; quos ille consilio Landulfi retinuit et exilio destinavit. Cuius eciam postea duos filios obsides suscepit et Langobardiam misit.

36. Per idem tempus iam dictus caesar Landulfum in familiaritatem asciscens[u], tertium in regno suo constituit; qua electione illectus[v], archiepiscopatum totius Beneventi omni aviditate, et ut Capua metropolis fieret, quaesivit; set non Domino sinente, ad profectum minime pervenit. Lodoguicus autem volens Beneventum acquirere, set minime valuit, ad propria recessit, coniugem natamque suam Capuam relinquens; qua

a) saudagne *c.* b) proculsi *c.* c) *deest in codice;* non negavit 5. d) *ita* 5. paratis *c.* e) pronam *c.* f) restauri *c.* g) actu 5. h) *ita* 2. 5. : : : : : 1. i) *ita* 5. ex : : : : : *c.* k) suptus *c.* l) dilatata *c.* m) *ita correxi;* A solo *c. cf.* 5. n) fori : : cus *c.* o) stirpatus 1. p) delauerunt *c.* q) sacram *c* r) peremit 5. s) aduenire *c.* t) *ita* 3. p̄bē *c.* u) ascicens 1. alcicens 2. alliciens A. B. v) inmettus *c.*

39) Uria, Orea.

occasione reperta, idem Landulfus Guaiferium principem, cui noviter iuraverat, appre- 874.
hendi fecit et in custodia detrudi[a]. Set quia non ea contigit illis quae putabant, dimissus est, et filios Landonis, Landonem scilicet et Landonulfum[b], cognatos suos, pro se obsides dedit; quos secum remeans augusta detulit, Ravennam exilio reliquit. Proles autem ipsius augustae Capuae remansit, illaque abeunte, non multum post genitor illius, divae memoriae Lodoguicus, diem clausit extremum, sicque fili Guaiferii et Landonis 875.
absoluti sunt. Qui dum ad proprium solum repedassent[c], filios Pandonis extra urbem suam exules invenerunt, sociatique sunt illis, quorum nexionem[d] Landulfus ut intellexit, doluit, Guaiferium principem mox evocavit ad solatium suum; qui sine mora veniens, utrosque fratres subdidit famulatui illius.

37. Cur autem iam dicto augusto supradictum opprobrium Domino permittente Beneventani inferre quiverint, de multis duo inferam. Primum quia veniens quodam tempore Romam, ut duos episcopos condempnatos ad pristinam reduceret dignitatem, et dum nollet ei consentire[e] Nicolaus papa, vir Deo plenus, secundum antiquum morem obviam ei venit candidatum sacerdotalem agmen; at ille, spreto timore Dei, fustibus clerum caedi fecit, cruces vero omniaque sacrata ministeria pedibus calciari, Romamque pene miliari spatio depraedatus[f] est, vicariumque Petri beati quasi vile mancipium ab officio sui ministerii, nisi Dominus restitisset, privare voluit. Secundo quia capta Bari et Saugdan, omnium hominum flagitiosissimo[g], non iuxta voluntatem Domini eum protinus, ut dignum erat, crudeliter interfici fecerit; oblitus videlicet, quid Samuel coram Saule de Agath pinguissimo rege Amalechitarum egerit, quomodo eum in frusta discerpi fecerit; quemammodum etiam quidam propheta Samaria regi de quodam scelerato viro dixerit: *Quia dimisisti*, inquit, *virum morte dignum, erit anima tua pro anima illius.* 1. Reg. 15. 1. Chron. 20.

38. Dimisso igitur Adelgis Lodoguico caesare, thesaurum omne retinuit, et Saugdan et Annosum, nec non et Abadelbachi. Receptis[h] etenim viribus, Saraceni in Tarentum, quos pene captos reliquerat augustus[i], ceperunt pedetemptim Barim et Canense[k] territorium depraedare; quibus ter occurrit Adelgis in finibus Apuliae. Quibus nil praevalens, invictus et intriumphator[l] abscessit. Quo tempore Utmagnus[m. 40], quia Saugdan 876.
exul fuerat, ab Africa cum Annoso veniens, Tarentum intravit, rex effectus est, egressusque, Beneventum graviter depraedavit et Talesam et Alipham; tantaque victoria adeptus est, ut Saugdanem iam saepe dictum potestatem ab Adelgiso recolligeret; nam Annosum et Abadelbach ante apocrisarios[n] miserat. Hoc audientes qui Barim residebant, Gregorium, baiulum imperiale Graecorum, qui tunc in Odronto[o. 41] degebat, cum multis exercitibus asciverunt, et Barim introduxerunt ob Saracenorum metum; qui statim apprehensum gastaldeum illiusque primores Constantinopolim misit, ut quibus iureiurandum fidem dederat. 40 41

39. Interea ipsi Graeci crebrius legatos cum scedis[p] Benevento, Salerno et Capua dirigebant, ut ab his auxiliarentur contra Saracenos; set hi[q] uno animo eorum sperne- bant flagitationes. Tunc Salernum, Neapolim, Gaietam et Amalfim pacem habentes cum Saracenis, navalibus Romam graviter angustiabant depopulacionibus[r]. Set cum Carlus filius Iudittae sceptrum[s] insigne Romam suscepisset, Lambertum ducem et Guidonem, 875.
germanum illi[t], Iohannis papae in adiutorium dedit, cum quibus[u] Capuam et Neapolim 876.
profectus est. Guaiferius in cunctis optemperans[v], et foedus dirrupit et multos ex eis [42] 42
peremit. Sergius vero magister militum, consilio Adelgisi et Lamberti deceptus, noluit 877.
se ab illis alienare, qui statim anathematizatus est, et cum Guaiferio belliierare coepit. Unde contigit, ut ipso octavo die anathematis 22[w] Neapolites milites apprehensos decollari fecit; sic enim monuerat papa. Quo[x] etiam anathemate multatus idem Sergius,

a) retrudi 4. b) Landolfum 3. c) repedasset c. d) nescione c. noxionem 3. e) consentiret 1. f) depraedata c. g) flagissimo c. h) *ita* 5. reptis c. i) augustum c. k) cumense 5. l) triumphator 5. m) Atmanus 3. Athmannus 5. n) antea pocrisarios 1. o) Idronto 3. Ydronto 5. p) sedis c. q) *ita* 4. 5. in 1. r) pacem habentes. cum saracenis navalibus, romam g. a. depopulacio c., pacem habentes cum Saracenis, navalibus Romam gravi angustiabant depopulacio 3., *cui Leo Ostiensis* I. c. 40 *suffragatur;* pacem h. cum Saracenis navalibus, Romam gravis coangustabat depopulatio 5. s) septrum c. t) illius 3. 5. u) q. idem apostolicus Neapolim Salernumque p. est 4. v) papae o. 3. w) XXV. 3. 5. x) quod c.

40) an Othman, Osman? 41) Otranto. 42) i. e. Saracenis.

non multo post a proprio germano captus est, et Romam mittitur[*] suffosis oculis, ibique miserabiliter vitam finivit; ipse autem frater eius in loco illius se ipsum principem instituit. Adelgis vero dum castrum Trebentensem[a] obsidens[b] caperet, ad propriam
878. remeans urbem a generibus[43], nepotibus et amicis[c] extinctus est, et in loco eius Gaideris, filius Radelgari[d], nepos extincti, ordinatus est; eiectusque[e] est Cailo et Dauferius, generi[f] illius. Hic etiam principare voluit, cuius cupiditate socerum suum peremit. Hic quoque susceptus est ab Athanasio, episcopo et magistro militum.

879. 40. Hiis quoque diebus Landulfus iam fatus praesul percussus interiit; qua die suae correctionis ab omnibus presbyteris sancti Benedicti cavallos expectabat, ut in baratrum non absque equis rueret. Videntes autem nepotes illius depositionem, in unum collati diviserant inter se sub iureiurando Capuam aequa distributione. Pandonulfus
44 urbem Tianensem et Casam Irtam, Lando Berelais[44] et Suessam, alter Lando Calinum et Caiaziae, Atenolfus coepit haedificare castrum in Calvo, Landulfum autem adolescentulum Landoni filium alii sacramento, nonnulli assensu unanimiter[g] pontificem constituerunt. Set segnitie proprii genitoris, qua naturaliter torpet, detentus, non est mox sacratus, sacramentum autem fraternum non diu extitit illaesum; nam a quarto Ydus Martii usque 7. Ydus Madii vix perduravit. Cupiditate etenim extorti, filii Pandonis Lande-
45 nulfum et Atenulfum fratres[45] suos, filios videlicet Landonulfi, dolo ceperunt et custodiae indiderunt, rapto ab eis Caiaziae castro, quod eis sacramento sponte ipsi in sorte cessarunt.

41. Set, ut coepta breviter persequar, filii Landonulfi iuncti cum filiis Landonis, ad auxilium Guaiferii principis se contulerunt, a quo aliquando et tutati sunt. Similiter Pandonulfus ad eundem Guaiferium legatos cum chirographis variis misit; set ab eo minime receptus est, favens supradictis[h] fratribus. Cernens autem praedictus vir omnino se destitutum, Gaiderisum principem et Gregorium, augustorum baiulum, qui tunc cum dicto Guaiferio Nolam ad colloquendum in unum convenerant, ad Beneventum properabant, legatis invitabat[i], ut qui via primum veniret eum ad adiuvandum, et esset illi subditus. Quibus ex diverso sine mora per Caiaziam Sicopolimque adventantibus, ab occasu iuxta urbem Capuanam resederunt; Guaiferius autem econtra ab ortu solis adveniens, Berelais, hoc est amphitheatrum, perapplicuit[i*] cum suis, et vallata est civitas hostibus.

42. Inter haec Pandonulfus rennuit subdi Gaideriso, sicut promiserat, renitente maxime Landone filio Landonolfi, cognato eiusdem Gaideris; qua de re et dictus baiolus et idem Gaideris alienati sunt ab eo. Mox alii per urbem Capuanam, nonnulli lintris[k] fluvium[l] transierunt partem[m] ad alteram, Guaiferio sociati sunt; et recollectis Landonulfo et Atenolfo fratribus iunctis[n], volentes Pandonulfum subdere Guaiferio; set non quiverunt, eo quod nolebat fratrueles suos recipere intra urbem; idcirco Guaiferio respuebatur. Cognoscentes autem supradicti viri versutias Pandonolfi, reversi sunt ad propria; Guaiferius autem tunc remansit Capua urbe. Hac quippe tempestate pene omnes Capuani illustres et omne vulgus cum uxoribus et liberis omnique[o] cum supellectili[p] urbe egredientes, alii filiis[q] Landonis, nonnulli autem ex eis filiis[q] Landonulfi adhaeserunt, factaque est inter eos valida concertatio et pessima desolatio. Nam Guaiferius hostiliter iuxta murum urbis residens, obsidebat eam; ultra fluvium vero cum Francis Lamberti comitis Landonem constituit.

880. 43. Alio quoque anno superveniens iam fatus Guaiferius princeps cum Amelfitanis tempore messionis, et obsedit dictam[r] urbem undique; factaque pace inter se fratres sub sacramento, ita dumtaxat ut neuter eorum triticum de agris prius recolligeret in urbibus suis, quam ab apostolica autoritate anathema mitteretur super eos; ut ingressis dictam in urbem, nullus eorum super alios auderet insurgere. Guaiferio igitur reverso ad solum proprium, ilico Pandonulfus sacramento oblitus, periurus effectus est; nam Romam ut spoponderat minime missos destinavit, et contra animam suam agens, triti-

*) mictitur *c.* a) Trivensem 5.; *in margine codicis nostri legitur:* civitas est et vocatur Triventum et de novo hodie est ei... coïcatum. b) obsidē *c.* c) amicis in via non longe ab urbe interfectus est anno principatus sui mediante vigesimo quinto, et 5. d) radelgari:: *c.* e) electusque *c.* 3. f) gener 3. g) unamiter *c.* h) supradict' *c.* i) *ita* 3, legatos invitabant *c.* i*) peramplicuit. k) luntris *c.* l) fluvi' *c.* m) parte *c.* n) iunct' *c.* o) omnique cum omni *s. c.* p) suplectili *c.* q) filii *c.* 3. r) dictum *c.*

43) i. e. generis. 44) regionem Capuae veteris. 45) fratrueles.

cum omne recepit; quem statim ultio divina subsecuta est; nam coelitus ignis immissus est et pene mediam [a] funditus consumpsit memoratam civitatem.

44. Per idem tempus Athanasius praesul Neapolis magister militum praeerat; qui, ut praemisimus, exulato fratre proprio cum Saracenis pacem iniens, ac primum infra portum aequoreum et urbis murum collocans, omnem terram Beneventanam simulque Romanam necnon et partem Spoletii dirruentes, cunctaque monasteria et ecclesias omnesque urbes et oppida, vicos, montes et colles insulasque depraedarunt. A quibus etiam sanctissimi Benedicti coenobia decentissima, toto orbe veneranda, et sancti Vincentii martiris monasterium igne exusta sunt, aliaque innumerabilia, excepta Suessula, quam veraciter christianorum fraude miserabiliter suffossa est. Huic igitur sociatus est Pandonulfus, cuius amminiculo fretus, acrius coepit persequi fratrueles suos; ac primo tempore labores eorum hinc et inde vastans abstulit, atque cum Neapolitibus, Caietanis ac Saracenis unitus, biduo super castrum Pilense irruens expugnavit; nichilque proficiens, inanis abscessit. Sequenti vero anno generaliter motionem faciens cum suis, Neapolitibus, et Saracenis, super colossum [46], quo filii Landonis degebant, insedit, prius tamen illos qui residebant in termis iuxta arenam pecuniata deposuit et Capuam remisit; illis vero, videlicet filiis [b] Landonis, in amphiteatro [c] circumseptis, pacem cessit, accipiens ab eis Liburiam sub sacramento. Qua etiam vice memoratus Pandonulfus denuo super Pilanum castrum [47] cum Neapolitibus improvise irruens, fraude cepit, ab eis qui interius morabantur traditum; ubi et ego captus sum et omnibus bonis a pueritia acquisitis [d] exutus. Ipse pedester ante equorum capita usque ad urbem Capuanam exul evectus sum, decimo Kal. Septembris anno Domini 881. 881. 46 47

45. Pandonulfus autem confestim exercitaliter super Calvum profectus est, stipatus agmine Neapolitum, ibique munitionem extruens residebat; set filii Landonolfi cum suis viriliter eis resistentes, subito inde recessit, a filiis Landonis iampridem ablata [e] Suessa, sacramento eis olim largita. Set ut ad priora nunc calamum vertam, apprehensus Atenolfus a suprafato viro, Lando germanus eius non segniter egit; nam mox Calvense castrum, propter quod captus est idem Atenulfus, cum suis coepit haedificare. Pars autem nobilium parata erat ad praelium, et pars vulgi vallis et parietibus construebat, sicque consumatus est. Post biennium ferme igne consumptum, ab eodem Landone reparatum est memoratum castrum, quo abiens cum universis suis et casis datis per singulos concives oppidi de ministerio suo, et vasis vinariis, victualium quoque et vinum, omni vigilantia desudans ad pristinum statum dictum oppidum erexit.

46. Et hoc in superiori parte non est praetereundum annectere, quod in p incipio rixae, cum idem Pandonulfus fratrueles suos persequebatur bestiali efferitate, Landulfum electum filium Landonis, de quo supra mentionem fecimus, cui sedem sancti Stephani episcopalem ipse sub iureiurando tradiderat, a claustro [f] episcopii expellens et humili loco [g], in cellula scilicet ministeriorum, degere constituit, et sibi in zetula [48] episcopali mansionem exhiberi iussit; quod et factum est. Hoc cernens fatus [h] Dei electus, metuens dicti viri versucias, egressus ex urbe, episcopalem ad sedem propriam beati protomartiris properavit, quo possit quietam ducere vitam. Interea occasione reperta, Landonulfum germanum suum coniugatum clericum fecit [49], mittensque Romam Iohanni papae, episcopum fieri exposcit; in quo et exauditus est. c. 40. 48 49

47. Hac pro insania et fraterna civilique expugnatione enixius flagitati, Bertar sagacissimus abbas monasterii supradicti sanctissimi Benedicti, et Leo venerabilis praesul Teanensis [i], Urbem profecti sunt, adieruntque dictum pontificem, obsecrantes eum suppliciter, ut tam grave piaculum non ageret, unde ruina terrae et sanguinis effusio procul dubio fieret. Cui etiam dictus abbas expresse inquid: *Certe* [k] *si hoc exercuerit* [l] *tua potestas, talem ignem illuc accendis ad te usque pertingentem.* Praevalens tamen voluntas pontificis, Landonulfum episcopum ordinavit. Hoc ideo factum est, quia Pandonulfus prius se subdiderat dicto papae, in cuius vocamine et cartae exaratae et nummi figurati sunt. Iuxta praesciencia dicti abbatis talis itaque ignis exortus est, ut [m] omnis

a) media c. b) filii c. c) amphiteaatro c. d) exquisitis c. e) ablatam c. f) caustro c. g) humilico c. h) factus 1. i) teneanensis c. k) carte c. l) exercueruit 1. m) et c.

46) Capuae veteris amphitheatrum. PRATILL. 47) in comitatu Theanensi haud longe a castro Conca, in monte *Piano*. PRATILL. 48) mansiuncula. 49) scil. Pandonulfus.

Beneventana tellus et ipsa Romana a Saracenis funditus depopulata sit. Qua pro causa dictus papa bis venit Capuam. Ac primo dum resedisset iuxta urbem in loco qui Antenianus dicitur, omnes Langobardi hostiliter illum adeunt; nam ex una parte Athanasius episcopus cum Pandonulfo aderant, ex alia vero parte utriusque fratrueles[a] cum Gaiderisio et Guaimario[b] principibus habentibus Graecis[c] advenerant, et cotidie praesente papa utraeque acies in procinctu prosiliebant. Qua honoratus intentione, Landonulfum[d] ...pridem electum consecravit episcopum in ecclesia beati Petri Capuam, cunctumque episcopatum inter ambos aequa sortione dividi praecepit; ecclesia vero in qua consecratio celebrata est, paulo post a Saracenis, a Pandonolfo advocatis et ab Athanasio missis, igne media exusta est.

48. Circa haec tempora Guaiferius princeps monachus effectus est; langore depressus gravi, diem clausit extremum. Et quia ob incursione Hismaelitarum corpus illius ad coenobium Benedicti patris ferri non valuit, Teanensi[e] in castro eius in ecclesia humatum est, donec coelitus requie praestita sanctum ad locum vehatur. Per idem tempus Iserniam, Suessulam uno mense, castrum etiam Bovianum eodem anno, capta et combusta sunt. Quo tempore suasus Gaideris, a Landone cognato suo alienatus, Pandonolfo[f] sociatus est, filiamque ipsius suo tradidit filio; set in proximo a contribulibus
882. dicti[g] Landonis captus ac custodiae mancipatus est, eiusque in loco Radelgis, filius Adelgisi, princeps est constitutus[h]. Qui tribus vix annis imperans, a Beneventanis eiectus,
885. et Aio, frater eius, loco illius[i] subrogatus est. Gaideris vero Francis traditus in custodia, fuga lapsus pervenit urbem Barensem, quo morabantur Graeci; a quibus missus[k] est urbem ad regiam Basilio pio augusto, a qub honoratus ditatusque donis imperialibus, Oream urbem accepit ad convivendum.

883. 49. Hac tempestate Pandonolfi nimietatem non ferens Athanasius, relinquens eum, filiis Landonolfi et Landonis copulatus est in societatem. Hiis diebus idem praesul missis[l] apocrisariis Siciliam, Saracenis ad radicem montis Vesuvii[m] residentibus Suchaymum regem[n] exposcit, illisque veniens praefecit. Set iusto Dei iudicio primo omnium super eum insurgens, coepit Neapolim graviter affligere, et devorare[o] omnia exterius, ac puellas equos et arma[p] vi expetere. Hac turbine exactus, et ut apostolicum anathema, quo erat innodatus, a se et urbe sua expelleret, Guaimarium principem omnesque Campanos ex urbibus et oppidis cunctosque maritimos suum in adiutorium advocavit, et Saracenos ab eodem loco vi pepulit. Illi autem abeuntes, Agropolim[q] castrametati sunt. Hoc facto non multo post praedictus praesul una cum filiis Landonis et filiis Landonolfi super Capuam, Pandonolfum capturus, advenit, dictamque urbem, hinc et inde obsidens, affligebat. Qua necessitate compulsus, Pandonolfus Radelgisum principem cognatumque suum in auxilium invitavit. His[r] autem, segnitie seposita, mox Aionem[s] germanum suum advocans, in comitatu suo Capuam, qua residebat, expugnatam[t] audacter ingressus est. Post haec Aio cum Beneventanis et Capuanis egrediens, cum filiis Landonolfi Amalfitanos habentibus certamen iniit; et aliquandiu pugnatum est iuxta portam urbis. Cumque neutra[u] pars alteri cederet, utraeque acies ad sua reversa sunt.

50. Repedante itaque Radelgiso ad propria, Athanasius ad solita recurrens arma, simulavit universos fratrueles pacisci; cohortatus est videlicet eos, ut dato sacramento ad alterutrum, omnes ingrederentur urbem comuniter habitaturi. Set Pandonolfus ab eodem praesule sacramentum accipiens, ne ullas[v] contra eum moliretur insidias, tunc omnes fratres in unum adunati Capuam adierunt, dato prius amphitheatro eidem Athanasio[w], et ille Guaiferio ad cohabitandum tradidit ad perpetuum Capuanorum iurgium. Cum vero adessent universi, ut diximus, omnes iurarunt, ut pacifici et sine ulla molestia dicti viri intrarent ad commorandum. Pandonolfus autem recepit eos ovans cum clericis veste amictis candida; mox autem ingressi intro, apprehenderunt Pandonolfum
c. 16. et Landonolfum fratrem eius, quem supra episcopum descripsimus, cum omnibus consentaneis, sequacibus et fautoribus suis, et hii duo missi sunt Neapolim; post haec et[w] uxores, filii et filiae missae sunt illuc.

a) fratrenles c. b) guaimaimario c. c) crecis 1. d) Landonulfum ecclesiae Capuanae praeesse constituit, Landulfum vero pridem *etc. legendum videtur; cf. Leon. Ost. I.* 42. e) teanensis 1. f) Pandonolfus c. g) dicti di 1. h) constitus c. i) ilius *c.* k) misus c. l) missi c. 3. m) besubii c. n) regem c. o) devora c. p) arva 3. q) *in marg. manu rec.:* castrum in principatu Salerni. r) aione *c.* s) expugnatém c. t) ne ultra *c.* 3. u) ulla *c.* v) athasio c. w) et ut c. *) *l. c.* is.

51. Inter haec Saraceni totam supradictam terram crudeliter laniabant, ita ut desolata terra cultoribus, sentibus[a] et vepribus repleta fatiscat. Guaiferius autem colosso residens, suasus ab Athanasio, immo et Athanasius ab illo coactus, bellum coepit inferre[b] dictis fratribus, atque cum Saracenis nimium eos affligebat et acrius insequebatur. Tunc nutu Dei, a quo omne procedit bonum, quendam Agarenum ab Africa evocans, regia de stirpe generi sui procreatum[c], Agropolim, inde Garilianum, quo residebant agmina Hismaelitica, misit, atque omnium illorum mentem accendens, eius hortatus universi Saraceni tam de Gariliano quam de Agropoli comuniter collecti, Calabriam, qua residebat Graecorum exercitus super Saracenos in sancta Severina commorantes, properarunt; ubi et omnes Graiorum gladiis extincti sunt. Dehinc Amanteum castrum[d] captum est. Deinde et dictae beatae Severinae oppidum apprehensum est. 881.

52. Basilio serenissimo augusto hiis diebus defuncto, duo filii eius in imperio sunt electi, id est[e] Leo primogenitus et Alexander subsequens; tertius vero, Stephanus nomine, archiepiscopatum eiusdem urbis — eiecto[f] Focio, qui olim a Nicolao primae sedis pontifice ob invasionem episcopatus Ignatii adhuc superstitis perpetuo anathemate fuerat multatus, et a Iohanne papa, ut ita dicam ignaro, ad pristinum gradum resuscitatus — regendum suscepit. 886.

53. Interea Athanasius solita fraude cupiens supradictos fratres sequestrare ab invicem, hinc Landoni seniori, filio videlicet Landonis singularis et praestantissimi viri, neptem suam adhuc lactantem in coniugium cessit, ob hoc, ut filia feminarum illaquearet eum; adscitoque eum, monuit serpentino ore, ut confratrueles suos caperet vel[g], quod magis ambiebat, occideret[h]; scilicet ut inter se rixantes aut omnino interirent aut deficerent, et ille Capuam caperet. Et quoniam Lando, licet segniciae torpore naturaliter frueretur, immobilis et constans persistebat re inchoata, hoc advertens Athanasius doluit, protinus consilium repperit sibi adcommodantissimum tunc, set non in longum perniciosius. Competenti etenim festinatione inter ista Atenolfum ascivit, eique secrecius[i] infit: *Ex omni gente Langobardorum*[k] *Capuam elegi mihi habilem, et e Capuam gentem vestram, et ex omnibus fratribus tuis te solummodo praetuli, consentientem mihi et in cunctis optemperantem*[l], *virum iudustrium. Idcirco si meis verbis aures tuas adcommodaveris, in cunctis prosperaveris.* At ille cuncta se patrare respondit imperata; cui ille: *Cape filios Landonis, et esto tu solus imperans Capuam, sicut avus tuus*[m] *singulariter imperasse dignoscitur.* Ille vero hoc fratrum[n] consilio distulit, qui reversus rem venenose insitam[o] propriis innuit fratribus. At illi obstupefacti, signo se crucis Christi munierunt dicentes: *Ante moriamur aut exulemus, quam super fratres nostros iuste aut iniuste insurgamus unquam; donec enim erit*[49] *in naribus nostris, non insidiabimur sanguini nostro.* Mox etenim iuncti[p] filii Landonolfi, munierunt se horribili et pene inaudito sacramento cum filiis Landonis clanculo sub gravi anathematis interdictione; statimque Atenolfo abiens, Athanasio retulit, voluntatem fratrum suorum ratam fore fratruelibus[q] suis, et in nullo penitus moveri. At ille durius hoc accipiens, extus[50] factus est illis. 884. 49 50

54. Eodem tempore Guaimarius, supradictus princeps, cum nimium affligeretur ab Athanasio episcopo cum Saracenis, essetque ex toto depopulata tellus ipsius, ita ut capi possit nisi divina pietas restitisset, ad Graecorum se contulit suffragium; a quibus nobiliter est adiutus. Nam et auro et frumento adiutus est, et auxiliatoribus stipatus, qui custodirent urbem et populum eius; quod actenus servatur, ut dictum est. Aio autem, princeps Beneventi, et ante principatum et postea partim imbecillis partim roboreus[r] extitit.

55. Ut autem post tergum redeam, habeuntibus Saracenis Calabriam illicque[r] pereuntibus, Decivilis dux Caietae centum pene quinquaginta[s] ex eis secum retinuit, ut sine sacerdotali officio non remaneret; ad instar Iudaycorum regum, qui diviso inter se bifarie regno, ut fertur, Levitae ex maxima parte Ierusolimam, quo inerat

a) *ita correxi*; uestibus *c.* sterpibus *et* serpibus *Mur.* b) inferret *c.* c) procratum *c.* d) *in margine manu recenti:* in Calabria. e) idē *c.* f) electo *c.* 3. g) ut *c.* h) ut q. m. s. occidere *c.* i) secrecius *c.* k) longibardorum *c.* l) optemrantem *c.* m) sicontuus tuus *s.* impetrasse *c.* n) fratrem *c.* o) insitam *c.* p) iucti *c.* q) fratulibus *c.* r) illicque 2. *) *ita* 3. robereus *c.* s) quinquagita *c.*

49) *scilicet* halitus. 50) i. e. alienus; *hostis*, ut editi.

templum toto orbe authenticum, congregati sunt. De quo numero ex parte fati[a] fere ad centum viginti Saraceni urbem Teanensem audenter adierunt, sicuti prius agere conspexerant, quando prope duo milia quingenti erant; super quos Lando, ceu leo, audacter cum suis irruens, usque ad ultimam internicionem protrivit eos, ita ut de tanto numero non amplius quam quinque evaderent, ceteris interfectis[b], ni fallor, centum quindecim.

56. Athanasius autem cernens se delusum ab utrorumque responsionibus fratrum, tristior effectus est solito, set ocius invenit consilium habile sibi; missis siquidem legatis, trecentos Graecos suum in auxilium ascivit, Chasano[c] eos praeeunte. Tunc callide pace facta cum Capuanis, mox quando vindemia legitur, cum esset Capua valide afflicta et a foris depopulata, omnes certatim egressi sunt, tam primores quam et mediocres, ad vindemiandum. Ille vero, sugerente hoc vel maxime Guaiferio Collossense, ex abditis Graecos Neapolites una cum theatralibus viris[d], et depraedavit totam Capuam, apprehensis in ea multis et praestantissimis viris peculiisque non modicis. Ab illo igitur tempore omnia circumquaque devastans, Liburiam vindicabat sibi. Nam et Saracenos Agropolitanos, qui nuper de illius magnatibus iuxta rivulum Lanii[e] non procul a Suessula[f], qua ille nefandum perpetraverat scelus, ferme ducentos peremerunt viros, clam evocavit et Capuam misit; ubi tunc egredientes Capuani, valde resisterunt eis; ob hoc et absque praeda ad castra repedarunt. Lando autem senior tunc apoplexia percussus interiit.

885. 57. Dictus itaque vir, prout mente conceperat, novis et inauditis machinis insurgebat adversus Capuanos, adeo ut tempore quadragesimali, cum omnis plebs christicola et praeterita defleret mala et poscit a Deo ut flenda minime committat[g] ipso mediante[h], festo dominico subsequente crepusculo, collectis Graecis Materensibus, Aegipciis et Neapolitibus, conscio[i] Guaiferio duce, praeeunte Chasano urbem Capuanam temptavit invadere. Atque ascensis muro acsi trecentis viris armatis diversorum generibus telorum; set omnes in Domino adiuvante, alii sponte ex eo dissilierunt, quidam cervice tenus imis iacti sunt, nonnulli vero gladio occubuerunt. De nostris unus solummodo Onericus nomine, et ut fertur a suis, extinctus est. Bellum quippe hoc narratum in muro arbiter ludex non per[k] belligerantes et armipotentes egit viros, set per[k] quatuor impubes mirifice gessit ad laudem nominis sui. Confractis itaque viribus, quod conceperat minime cessavit; nam et Salernum per Saracenos prius, et postea per Graecos, multotiens capere molitus est, set non est permissus a Domino.

58. Eodem quoque tempore Guido, filius Guidonis senioris, super Saracenos in Gariliano[l] castrametatos[m], ut retro redeam, hostiliter irruens, castra eorum dirrupta[n] depraedavit, et aliquantos eorum gladiis interfecit; reliqui montis per opaca ut aqua diffusi sunt. His autem Capuam appropians[o], ultra transvadavit, et ad pontem qui Teudemundi vocatur castrametatus[p], resedit aliquandiu, et ablato ex Liburia frumento et aliis victualiis, Capuani refocillati sunt. Cum eodem duce non sunt foederati; set cum retroverteretur urbemque transiret, metu coacti subdiderunt se illi. Ipso ad sua remeante, erexit saepefatus Athanasius viriliter contra eos, tulitque illis, adiutus auxilio Graecorum, omnia a foris sata, quaeque videbantur possidere a parte Capuae nec non et superius, illaque replicata sunt. Post reditum supradicti ducis per Chasanum multipliciter patrata sunt, quae a me strictim sunt dicta.

886. 59. Post haec sugestum est eidem duci, ut veniret quantocius et liberaret confidentes ipsi; sin[q] autem, omnino perdicioni subirent. Qui mox veniens Capuam, Aionem principem a Benevento ad se venientem consilio Capuanorum cepit, et sub custodia Beneventum duci fecit; in qua[r] introiens, ordinavit eam. Inde proficiscens[s], Sepontum ingressus est, Aionem foris reliquid in castris. Cum autem cognovissent Sepontini Aionem seniorem suum captum, supradictum ducem unanimiter irruentes, clauserunt quodam in templo, captis eius optimatibus. Hac illacque tunc missum[t]

a) *i. e.* praefati. — facti *c.* b) *ita* 3, infectis *c.* c) chasanos 1. d) immisit *vel tale quid.* e) *in margine manus recenti:* inde dicitur terra lanie. f) assuessula *c.* g) commictat *c.* h) mediante festo. dominico *c.* i) consio *c.* k) *deest c. adest* 3. l) gariliano: *c.* m) castrametatus 2. n) dirructa *c.* o) approprians *c.* 3. p) castrametus *c.* q) confidentes. ipse sin *c.* r) quam 3. s) *ita* 3, proficiens *c.* t) missus 3.

est, et adductus est Aio redditusque[a] est[b] suis; alio vero die sacramento dato, vix cum dedecore elapsus est.

60. Dehinc Chasano Constantinopolim abeunte, quidam strutigo augustalis Iohannem candidatum, quem lingua Pelasgica[c] Ianniccio vocant, cum trecentis belligeratoribus direxit Athanasio episcopo, cum quo idem vir Capuam hinc et inde praedavit; atque hoc praesidio[d] istorum Pandonolfum ex vinculis ereptum libertati restituit, et a Magiperto receptus est Suessam. Qui iunctus est Graecis, et universa animalia Capuae ablata sunt. Qua de re Lando, filius Landonolfi, et Landolfus episcopus adierunt dictum ducem in Spolecium, petentes ab eo auxilium. Landolfus praesul a Spolecio reversus est, Lando autem cum eodem duce per Sepontum Capuam advenit; qui per aliquot dies Atellae residens, Capuam frumento implevit. Accepto nuncio, repente Romam profectus est, Capuanos reliquid in manibus dicti praesulis. Is autem statim super sanctum Heremum Graecos et Neapolitanos direxit; quem diu obsidentes, eos qui in sublimibus[e] residebant cepit, et deinde Capuam ex utraque parte graviter[e] affligebant, ita ut quasi obsessa videretur. Nam iuxta Sicopolim Graeci cum Neapolitibus et Pandonolfo residentes, omnia circumquaque stirpitus[f] devorabant; unde contigit, ut octoginta ex eis Calinulum advenientes[g], super Teanum latenter irruperunt. Quibus ex diverso Lando cum Teanensibus et Atenolfus cum aliquantis Capuanis occurrerunt iuxta sanctam Scolasticam prope castrum Teani; a quibus et victi sunt.

61. Per idem tempus monasterium beati Benedicti a Saracenis prius dirrutum[h] anno Domini 884[i], ab Angelario venerabili abbate coeptum est rehaedificari iuso[k-51] anno 886. mense Augusti. A quo[l] reversi dum Capuam repeteremus, a Graecis capti exutique sumus et exequitati[m]; ablatisque equis et spoliis et ministris cunctis, homines argento redempti sunt; equos recollegimus 5. Ego autem solus cum praeceptore pedestre remansi; a Capuanis delati sumus in urbem, inde Neapolim pertranseuntes nichilque proficientes, infructuosi[n] remeavimus Capuam. Dehinc tria plaustra onerata victualiis multisque opulentiis iuxta Anglenam, quo prius capti sumus nos, apprehensa et depraedata sunt. 880. 51

62. Hiis ita crudeliter gestis, Atenolfus Spolecium pergens, dato pretio Suabilum, gastaldeum Marsorum, cum aliis sociis vassisque[p], quasi ad trecentos armatos, secum advexit; cum quibus et consilium iniit, ut gastaldatum Capuanum illi firmarent. Set ingredientes Capuam, cum hoc adimplere nequivissent, dicti Franci, resistente ac contradicente praecipue Landone germano eius, quem dudum ipse cum ceteris fratribus gastaldeum in his quae[q] ad eos pertinebant instituerat, ab eodem Atenolfo absoluti, via qua venerant repedarunt. Tunc dictus Atenolfus consilio habito cum suis, Sadi cognatum suum ad Athanasium saepius dictum subdole misit, poscens ab eo auxilium, ut adiuvaretur singulariter fieri comes in Capua. Hoc autem audiens, gavisus est, et spopondit se in omnibus illum[r] auxiliaturum; cumque hoc a plurimis et maxime terque quaterque Landoni fuisset relatum, ille solita segnitie et torpore detentus, parvipendens pro nichilo ducebat huiusmodi nuncium.

63. Exin memoratus Lando febris[s] ardore succensus, Teanum habiit, curandus a langore quo detinebatur. Atenolfus interim a re coepta[t] nec gressumque neque mentem ammovit, set promtus et fervidus existens parturire quod iamdudum corde conceperat, ob hoc Neapolim ire anxiabat festinus. Hoc ergo cum ad aures Landonis pervenisset, ilico Alcisum et Adelfridum Capuam misit, ut dictum virum suo hortatu coepto itinere deviaret, et adiecit: *Ego autem, missa audita et comestione finita, subsequar vos.* Illi enim abientes, fatum virum invenientes retinere nequiverunt; erat enim dies dominicus. Deinde Lando proficiscens, eum minime repperit; iam enim abierat. Quo facto[u], sustinuit Lando redditum eius, illique revertenti dixit Lando et caeteri fratres: *Quid egisti illuc, quo isti?* Quibus ille respondit verba bona verbaque consolatoria et

a) reditusque c. b) est a suis c. c) pelastica c. d) *ita correxi*; perfidiam c. *) sullimibus c. e) glaviter c. f) stripitus c. g) adventes c. h) dirructum c. i) DCCCLXXXXIIII. 1. k) de iusso 3. l) Herchempertus cum aliis septem fratribus a Teano Capuam tendens iuxta Anglenam omnes a Graecis exequitati et expoliati pariter sunt 4. m) exequietati 1. n) infrutuosi c. o) spolencium c. p) bassisque c. q) hisque c. r) illi 3. s) frebis c., *ita et hodie Neapolitice* la frebbe *dicunt*. t) arepta c. u) fatto c.

51) i. e. *giuso*, infra.

deceptionibus plena. Hiis auditis et nimium creduli, acquieverunt credentes ei. Proinde Lando advertens fraternum dolum, set sompno sopitus et neglegencia depressus, non intelligens telum latens quo iaculabatur, donec transfigeretur fibrae iecoris eius, Teanum reddiit sanaturus, ad quem Landonolfus frater suus invisere veniens, Landonolfus solus urbem relictus est.

64. Cernens autem hoc Atenolfus, et videns sibi tempus adesset congruum, prius simulavit se cum coniuge et liberis e[a] civitate egredi et Calvum quasi habitaturus[b] adire. Inter ista cum iuvenulis et pecunia ambitiosis paciscens, dato sacramento et promissis multis muneribus, dirrumpens iusiurandum quod cum filiis Landonis ter iuraverat, cum sompni tempus advenisset sabbatum post epyphaniam[c], hoc est 7. Ydus
887. Ianuarii, advocatis sodalibus[d] suis, super filios Landonis irruit bellaturus. Filii autem Landonis non segniter se praeparaverunt adversus huiusmodi conamen, set fugientibus eis his in quibus confidebant, concussi sunt valide. Maxime ex hoc turbabantur, quia putabant, quod Lando cum omnibus germanis suis in hoc adesset discidio. Videntes autem hii, destituti essent ab omnibus, cesserunt Atenolfo, et egredientes noctu ex urbe, Teanum advenerunt, Landonolfus, Pando et nepos eorum Guaiferius, clamitantibus eis a tergo de civitate: *Nolite ire Teanum, quia certissime capiemini!* At illi Teanum appropiantes[e], haesitare[f] coeperunt, ne forsan a Landone tenerentur astricti; nunciato itaque adventu suo, officiosissime sunt suscepti.

65. Atenolfus gastaldatum Capuanum singulariter suscipiens, continuo se comitem appellari iussit, moxque filium suum Athanasio obsidem direxit, sicut sacramento[g] pollicitus fuerat, Liburiam et Capuam sub iureiurando illo concessit. Athanasius vero retinuit illius sobolem, quousque pactum illi a Guidone duce repromissum susciperet dictus Atenulfus, acceptoque foedere Gallico, reddidit illi filium suum, et custodita est pax inter utrumque anno uno et mensibus tribus. Per idem tempus missis legatis idem Atenolfus Romam, Maione venerabili abbate et Dauferio diacono, ut subderetur Stephano pio papae, essetque illi proprius famulus; et promisit reddere Caietanos, quos pridem callide ceperat, adiuvaretque eum contra Saracenos Gariliano residentes. Quae postea cuncta oblitus, ex his quae promiserat nichil omnino adimplevit.

66. His quoque diebus Theophilactus stratigo a Bari Teanum hostiliter advenit hyemis tempore, Saracenos temptans impugnare; nichilque proficiens, infructuosus abscessit; abiensque Neapolim, Marinum gastaldum castri[h] sanctae Agathae[i] Aioni rebellem percepit[k], et Apuliam rediens nonnullas munitiones eiusdem Aionis vi apprehendit. Unde occasione accepta, idem Aio adversus augustale dominium rebellionis iurgium initiavit, quod suo in loco inseretur[l].

67. Ante hoc sane tempus Guaimarius princeps Constantinopolim ad augustorum vestigia confisus accessit; a quibus benigne susceptus est, et patritius ab eis factus, cum honore ad propria remissus est. Cum autem adhuc illo moraretur, Athanasius dolorem conceptum[m] in opus erumpens, Graecos et Neapolites seu omnes Capuanos
52 generaliter movens super Abellanum[52] misit castrum, quo tunc praeerat Landolfus Suessulanus. Mox autem ut illic supervenit exercitus, fraude illorum qui intro erant[n] captum est, apprehenso in eo Landolfo et filio eius iuniore nurumque illius, uxore[o] videlicet Landonis, qui cum Guaimario profectus[p] fuerat.

53 68. His ita decursis, suasus Lando ab Algegiso[53] aliisque Capuanis, una cum Guaiferio quandam tractoriam plaustro vehentem[q] intromissus, Capuanam urbem ingressus est, atque ad episcopalem abiit aulam; ubi pauci ex suis[r] congregati sunt, Atenolfo accelerante. Tunc commissum est praelium, mortuoque Valane illustri viro, dissolutum est cor eorum qui in parte Landonis erant, et coeperunt illum relinquere et Atenolfo sociari. Tunc, licet fincte, pacis osculum sibi mutuo fratres optulerunt, quod in arca cordis minime retinebant. Lando autem post ista cum Guaiferio ad propria remeantes, reliqui consantanei illorum capti sunt et vinculis innexi; inter quos et Landolfus

a) et c. b) habitarus c. c) sabbato pre epyphaniā 3. d) solalibus c. e) apropriantes c. f) exitare c. g) si cō-sacramento c. h) castris c. i) *in margine manu recenti:* castrum nobile est in capitinata prope esculum. k) *ita* 3, praecepit c. l) inferetur 3. m) dolore conceptus 3. n) introyerant 3. o) uxorem 3. p) prophectus c. q) vehementem 1. r) paucis ex ui c.

52) Avellino. 53) i. e. Adelgiso.

praesul captus est et custodiae trusus. Post non multum tempus per singulos dies omnes absoluti sunt.

69. In diebus illis quando Atenolfus gastaldatus regendi iura adeptus est, omnia quaeque Benedictus infra urbem Capuanam possedit, fratribus exulantibus auferri praecepit. Qua de re missus ab Angelario venerabili abbate ego ipse vestigia apostolorum*), adii Stephanum summum pontificem, postulaturus pro rebus nostris ablatis; a quo et benedictionem fratribus detuli et privilegium nostri coenobii, et supradicto viro litteras[a] exhortatorias attuli. Dominicalis res ablata reddita est, mea[b] autem ex toto subtracta; in proximo etiam cellam mihi ab abbate traditam, concepto dolore, vi abstulit.

70. Interea cum Atenolfus iam memoratus Capuanos cepisset, advertens Athanasius Capuam fortiter concussam, coepit occasionem quaerere adversus Atenolfum, et obsides ab eo seu et pacem innovare. Decurrentibus inter alterutros missis, Maio[c] supradictus abbas et Ausencius Neapolim profecti sunt, quos Athanasius ad ampliteatrum ire praecepit, simulque Atenolfum illuc adesse voluit, quatenus firmato foedere una cum Guaiferio consule, filium suum cum aliquantis e Capua obsidem mitteret. Hoc autem faciens, insidias tetendit latenter cum Graecis et suis ad capiendum eos[d]. Set quia, ut conicitur, adhuc non erat completa malitia, quae post paululum divinitus punienda est, facta morula; set et filium suum infra urbem clausit, supradictos viros misit arenam; egressusque statim Graiorum cuneus, supradictos apprehendit viros cum aliis, et depraedavit totam Capuam graviter; moxque sine delatione cunctum equitatum et pedestrem exercitum mittens, omnia sata Capuae succidi exterminarique fecit funditus.

71. Praesciens[e] autem Deus dicti viri malitiam et volens praestare Capuanis misericordiam in tam crudeli impiaque persecutione, permisit eundem Athanasium in tantam elationem prorumpere, ut etiam Beneventi fines bis terque praedari faceret. Aio autem tunc Bari degens, impugnabat Graecos impugnantes se; qui hoc audiens, ilico segnitie deposita, ferme cum tribus milibus bellatoribus clanculo veniens castrum in Abellinum; ubi autem intellexit, Graecos cum Neapolitibus residere super Capuam radicitusque eam devastare, ilico recto itinere super eos audacter adventare studuit. Set quidam naturaliter zizaniorum sator Dauferius, Dauferii nostri genitor, urbe Beneventi egressus subdole acsi secuturus principem, ex diverso Capuam cursim[f] properavit et dicto exercitui adventum indicavit Aionis. At illi relicta Capua, praecipites[g] Neapolim reversi sunt; Aio autem iter quod coeperat peregit, illisque minime repertis, Liburiam ingressus est, cum quo et Atenolfus abiit; et exusta tota pene Liburia ac depraedata, populisque et bestiis ablatis, puteisque saxo oppilatis, amphiteatrum profectus est. Quo residens per aliquot dies, machinis et diversis telis fortiter expugnavit illud[h]. Indeque[i] habiens, super castrum sanctae Agathae insedit, atque Marinum gastaldum sibi rebellem in fide ad se remeantem suscipiens, abscessit; aliquandiu Benevento commorans, per Sepontum Barim reversus est. 888.

72. Atenolfus autem Aioni se subdens per sacramentum, ab eodem in adiutorium sui centum viginti ferme bellatores viros suscepit, cum quibus graviter totam Liburiam depraedavit. Set quia nonnunquam desperatio periculum gignere solet, generaliter moti Materenses e Calvo[k] et aliquanti Capuani[l] cum dictis Apuliensibus iuncti, Liburiam circumeuntes, Suessulam depraedarunt, et reverti coeperunt. Quibus occurrit Graecorum Neapolitumque exercitus iuxta rivulum Lanii, atque in unum mixti, supervalebat[m] pars Atenolfi partem Gragicam; set superveniens scara theatralis a tergo et in medio, circumsepti, devicti sunt, partim capti, partimque gladiis extincti sunt. Hac de causa audaciam sumens Athanasius, bellum coepit expetere; unde Atenolfus non segnis redditus, continuo cum suis Atellam abiit, dumque praelium non invenisset, reversus est ad sua.

73. Cum non multo post, instigante inimico humano generi, collecto Athanasius multitudine exercitu mixto Graecorum, Neapolitensium e Hismaelitarum, equitantium et pedestrium, misitque illos adversus Capuam pugnaturos. Quibus occurrit Atenolfus

*) *ita distinguit* ç. a) licteras *c.* b) *ita corrigo;* me *c.* c) missis maio *c.* d) suos *c.* e) praescens 3. f) *ita* 3; cursum *c.* g) precipientes *c.* h) illi *c.* i) idemque 3. k) ecalvo *c.* l) capuanis *c.* m) supervale valebat *c.*

ultra rivulum Lanii iuxta sanctum Carcium[53], habens in comitatu suo auxiliatores ab Aione missos necnon et Saracenos. Saraceni vero ex utraque parte iuncti steterunt, nulli eorum praebentes auxilium. Atenolfus talia cernens, acrius super inimicos suos insurgens, ac primo impetu potenti virtute superans, protrivit eos usque ad ultimam perniciem, occisis ex eis plurimis multisque captis, reliquos oppido fugere compulit, victorque triumphans ad castra honustatus ac laetus cum suis omnibus repedavit; de suis autem praeter unum ammisit Alderico nomine, et ipsum a suis, ut fertur, occisum. Ab hoc sane die coepit iam quasi potens esse Atenolfus, et Athanasius impotens. Hinc inchoavit omnia sata eorum, qui in colossum[a] morabantur diripere, cunctaque bona eorum vehiculis diversis ad urbem trahi.

74. Hoc quoque quod narro omnes audiant aures, prout Dominus saepe parabolice sequacibus suis dicebat: *Qui habet aures audiendi, audiat*, ut omnis pavescat homo, stupeat et ad Deum revertatur vel sero[b], ne si[c] obstinatus animo remanserit, contingat illi illud quod Dathan et Abiron superbientibus advenit, necnon et Chorae cum fautoribus suis evenisse dinoscitur. Guaiferius enim praefectus harenarum, qui pene omnia mala quae facta sunt in diebus eius ipse opere suo gessit fecitque patrare, cuius praestigio Romana tellus depopulata est, Beneventana regio funditus desolata est, ab hoc et inicium et finem[d] accepit; idcirco Dei iudicio hoc modo illius scelus[e] facinorosus finis explevit. Nam subito superna[g] inspirante gratia, a quo bonum omne procedit, in[f] illum excitati illi, a quibus ipse putabatur salvari, mutata mente in eum surgentes apprehenderunt, bonaque ipsius diripientes vincxerunt, revertentes nichilominus ad solum, de quo nunquam diabolice abscisi sunt, ipsumque proconsulem despicabilem Capuam, Atenolfo consencientes[*], remiserunt, pane tribulationis et aqua angustiae suggillaturum. Hoc facto, universi qui a propria sede olim fuerant superbe exulati, ad sua obedienter reversi sunt, factumque gaudium magnum, pax et securitas; coeperuntque praeesse[g] qui subesse soliti erant, et qui per trecentos et eo amplius annos[h] imperaverant legibus, praeesse coeperunt his qui cum Saracenis vicerant per aliquod soles Tunc coepit cohors Bardica[54] triumphans regnare super eos, quos semper armis subegerant.

75. Interea videns Athanasius se in omnibus superatum, pudore obiectae[i] pacis expetiit foedus; quod adeptus est, praebitoque[k] iureiurando, pacti sunt ad invicem. Primum tamen sacramentum sistebat roboreum vel[l] mensem aut tempus annotinum; istud autem nec ad diem duravit duodecimum. Denique Hismaelitae hac illacque discurrentes, invitantur[m] ab omnibus, omnia devorant, universa consumunt, et contra Neapolim unanimiter consurgunt. Aequo valde exámine ipsumque supernum iaculatus est solium, ab his procul dubio percelleretur, cum quibus christicolum genus pene omne protriverat; prout Iohannes dicit in Apocalipsis, immo et Dominus per Iohannem, de Babilone: *Quantumcumque ministravit vobis, ministrate illi; in poculo quo miscuit, miscite illi duplum.* Haec autem audientes, nolite cor apponere, quod Deus hoc meritis alicuius praelati fecerit, set sua misericordia et miseriis hominum egerit nanctus, ut ipse per psalmistam dicit: *Invoca me in die tribulationis tuae, eripiam te et magnificabis me.* Nam peccatori dicit: *Quare tu enarras iustitias meas* etc. quousque ait: *Haec fecisti et tacui, existimasti iniquitatem; in quo ergo ero tibi similis?* In una tamen re moveor, quod cum dicat apostolus: *Nonne qui praedat et ipse praedaverit?* Quid ergo ero de his qui praedant proximos et proximas, traduntque prostibulo[n]? itane praedabuntur deinde? Sicuti enim Neapolites vastantur, qui vastarunt, ita et nos forsan devorabimur, qui nunc devorantes sumus. Beati ergo, qui Domino custodiente immunes ab hac saeculi procella existunt, ubi omne malum et nullum sine Domino bonum regnat, et in aeterna numerantur vita, qua omnis felicitas et beatitudo perempnis floret in saecula saeculorum. Amen.

76. Aio denique a Benevento per Sepontum Barim profectus, super quam Constantinum augustorum aulicum[o] et patritium insidentem repperit, rebelles imperatorum

a) Colosso 2. b) fero c. c) *vox deest in c.* d) finis c. e) selus c. f) *in loco raso.* *) consenciente c. g) *ita* 3, esse c. h) anno imperaverat 1. i) obiecte 1. obiecto 2. k) praevitoque c. praevintoque 3. l) ut c. m) invitantentur c. n) prostribulo c. o) aulicet c. vaiulus 3.

53) San Carzio in agro Aversano. 54) i. e. Langobardica.

Matth. 13.

Ps. 49.

Iesai 33.

viriliter impugnantem; adversus quem dictus Aio, fultus auxilio Hismaelitarum et vallatus agmine pedestrium Apuliensium, audacter insurgens, primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit. Dehinc[a] Constantino[b], qui cum tribus milibus equis in tuto consistebat in loco[c], valide contritus, vix cum aliquantis urbem ingredi valuit Barim; reliquos aut gladiis aut tradidit captivitati. Ipse autem Graecorum obsitus vallo, infra urbem occultatur[d], sustinens sufragium Atenolfi, quem pridem protexerat, et non invenit; nam et Gallos et Agarenos promissis aureis saepius mixtim invitans[e], optinere nequivit.

77. Atenolfus ergo cum Athanasio pacem interim custodita fere bis senis[f] diebus, scisso foedere utraque pars ad praedam prorupit. Set Capuani[g] praevalidiores effecti, per se et cum Saracenis graviter Neapolim circumquaque vastantes lacerant, ut ignis consumantes omnia, aequo Dei iudicio, ut qui Saracenis innumerabiles christicolas gladiis et captivitatibus tradidit bonisque eorum ditatus est, non immerito ab his flagelletur, rodatur et depraedetur, ut Salomon ait: *Quis medebitur incantatori a serpente semel percusso?* Eccles. 12.

78. Interea Atenolfus post episcopi captionem cunctumque clerum sacramento revinctum[h] ad nova se contulit et recentia iura legis. Nam monachos beati Benedicti pro rebus perditis iurare[i] compulit, quibus cessum fuerat ab omnibus retro principibus cunctisque augustis Gallicis, sacramentum per se nulli homini dandum nisi per scariones[56]; se autem in huiusmodi negotio sapientiorem ac potiorem[57] ostendens prioribus. 57

79. Defuncto autem Lamberto, filio Guidonis senioris, filio suo Spoletium reliquit; quo etiam decedente, Guido iunior Spoletium et Camerinum suscipiens, cum Saracenis in Sepino castrametatis pacem fecit, obsidibus datis et acceptis; cuius etiam tempore supradicta coenobia, urbes et oppida omnia a Saracenis capta et exusta sunt. Regiam ad urbem legationem dirigens, contra ius faciens, pecuniam accepit. Quamobrem a Carlo tercio augusto captus est, et nisi fugam arripuisset, capite plecteretur. Unum 883. quippe illius narro factum haut[k] indissimile, quod in Gariliano gestum est. Denique cum a Seponto idem dux Atenolfo comitante Capuam pergeret, in loco qui Caudi 887. dicitur Arranem Hismaelitam, tirannum crudelissimum, cum trecentis pene sequacibus suis peremit. Cognoscens autem Guido Carlum augustum seminecem iacere, cupiditate regnandi devictus deceptusque a contribulibus suis, relinquens Beneventanam provinciam sibi subactam[l] et Spolitentium ducatum, abiit Galliam regnaturus. Beneventi quidem tellus a Graecis capitur, Spoletium depraedatur ab Agarenis, ipse autem manet invisus et inauditus. Cum vero paruerit et auditus fuerit, quid dixerit[m] vel quid egerit, scire volentibus per ordinem narrabo.

80. Interea Aione obsesso infra urbem Barim a Graecis atque auxilium exflagitan- 888. tem a Gallis et suis, Atenolfus titubans Athanasii minas, legatos suos ad Constantinum patricium destinavit, quo residebat super dictam urbem, et foedus cum eo statuens pacis, vires resistendi Aionis astu doloso avertit[n]. His et huiuscemodi[o] argumentorum decipulis dictus Aio cernens se delusum, doluit; tandem necessitate cohartans cum memorato patricio pacem faciens, urbem remisit et ad propria remeavit, Atenolfo et Maioni abbati, qui supra fata[o] legatione functus fuerat, haut[p] frustra minitans. Eadem tempestate dum idem Atenolfus Dauferium[q], nostrum dyaconem, recte disponeret Tarantum et inde regiam ad urbem transmitteret[r], ipsumque questum esse adversus eum de inopia; oborta alterutrum contentione, ad invicem sequestrati sunt, et Atenolfo incubante Capuam, Dauferius Teanum commoraturus properavit. Paulo post concordia composita, ad eum a quo se separaverat regressus est.

81. Per idem tempus Graeci navaliter a Constantinopolim ad Regium tellurem adventantes, ex diverso et Hismaelitae ab Africa et Sicilia properantes, utrique iuncxerunt se inter Messanam, urbem Siciliae, et Regium; et confligentes[s] parumper mutuo, victi sunt Graeci, tantoque metu territi sunt reliqui Achivi qui remanserunt, ut tam viri quam foeminae et parvuli, relictis utriusque civitatibus cum omnibus, subsidium

a) *ita* 1? 3, deinde 2. b) a const. 2. 3. c) const. locum 3. d) occulatur *c.* e) *ita* 2. 3. : : : nutans *c.* f) bis bonis *c. quod correxi; v. supra cap.* 75. g) capuam 2. h) reuictum *c.* i) iure *c.* k) aut *c.* l) subacta *c.* m) erit *c.* dixerit B. n) utuertit 1. advertit 2. o) huiusscemodi *c.* o) s. facta 1. funtus *c.* p) aut *c.* q) dauferius *c.* r) transmicteret *c.* s) confringentes *c.*

56) i. q. scaritos, milites. 57) ironice dicta.

adepti sunt, nemine contrahens* bella. Set ut talia permiserit divina aequitas illi belluinae genti[a], econtra narrabo brevius. Achivi autem ut habitudinis similes sunt, ita animo aequales sunt bestiis, vocabulo christiani, set moribus tristiores Agarenis. Hii videlicet et per se fidelium omnes praedabant, et Saracenis emebant, et ex his alios venales oceani litora farciebant, alios vero in famulos et famulas[b] reservabant. Talia et his similia animadvertens Deus, tradidit illos in opprobrium et in devorationem, ut pereant et recogitent et intelligant, quia in operibus suis diris Deum iaculati sunt. Acta sunt haec in arto spatio maris, quod dirimit Regium[c] a Sicilia, qui locus olim tellus erat, set moderno tempore a Phari[d] aequore occupatus est. Haec itaque gesta sunt anno Domini 888[e] mense Octubris.

82. Hoc etiam anno revertens Guido ad Italiam, quo principare cupit set optinere nequivit, in Italia iuxta civitatem Brecianam cum Berengario et ipso duce conflixit[f]; in quo nimirum conflicto utriusque partis acies crudeliter caesa est. Spolia autem caesorum a Berengario recollecta sunt. Pacti sunt tamen ad invicem usque in epyphania,
889. qui celebrantur[g] 8. Ydus Ianuarii. Cum autem uterque se iunxerit ad pactum vel ad bellandum, quod deinceps egerint, praesenti opusculo inseram.

*) constrahens c. a) gentis c. b) famulis c. c) regnum A. B. d) avari c. e) DCCC LXXX. c. f) *ita correxi*; conflictis c. g) celebratur 2.

LIUDPRANDI OPERA.

Liudprandus et contracto vocabulo Liuzo, Liuso, Langobardus,
1 *patria ut nonnullis visum est Ticinensis[1], haud infimo loco natus erat, cuius scilicet pater et vitricus Hugonis et Berengarii regum*
2 *legationes ad imperatores Constantinopolitanos susceperunt[2]. Patre, viro probo et eloquente, circa annum 927 defuncto, parvulus relictus ut ipse narrat, a vitrico „viro gravitate ornato et sapientia pleno“*
3 *receptus[3] et litteras Latinas Graecasque edoctus est. Eruditionis pueritiae tempore coeptae testimonia sunt scriptores Romanorum in scriptis eius laudati, Terentius, Cicero, Virgilius, Horatius, Iuvenalis, Vegetius et Boethius, quibus sacrarum scripturarum et Patrum notitia accessit. Anno 931 felicis ingenii puer ob vocis dulcedinem*
4 *Hugoni regi commendatus[4], in aulam accessit, et gratia regis potitus, postea clero adscriptus est, atque diaconus in ecclesia Ticinensi*
5 *constitutus[5]. Hugone anno 945 fugato, vitricus magna pecunia oblata iuveni locum in aula Berengarii marchionis, moxque regis, mercatus est, ita ut secretorum conscius, litterarum regiarum signa-*
6 *tor constitueretur[6]. Annis 948—950 vitrici expensis Berengarii lega-*

1) loci in testimonium adducti haud sufficiunt; nam III. 1. vox „patria“ urbem simpliciter significat, et III. 2. sanctum Syrum „egregium patrem nostrum“ vocare potuit, quod ipse diaconus Ticinensis esset. De ficta eius origine Hispana, lectioni depravatae lib. V. c. 1. Abderahaman *rex noster* (loco *vester*) superstructa, atque de chronico et adversariis sub eius nomine venditis, improbo Hispanorum Hieronymi Higuerae et Laurentii Ramirez de Prado impostorum foetu, hic dicere supervacuum foret. 2) III. 22. 23. V. 14. 3) III. 25. 4) IV. 1. 5) Legatio et initium Antapodoseos. 6) V. 30.

tus ad Constantinum Porphyrogenitum missus, quae pro Berengario egit libro sexto Antapodoseos descripsit. Quo in itinere Graecorum mores et instituta perspexit, et linguae quoque et auctorum Graecorum notitiam haud mediocrem sibi comparavit, quam et in scriptis suis, verbis et sententiis Graecis integris insertis atque dicendi genere apud Byzantinos usitato florido et verboso, ostentavit, et in negotiis Ottonis imperatoris gerendis utilem sibi postea expertus est. In patriam redux Berengarii et Willae, incertum qua de causa, odium vehemens incurrit, atque pro bene gestis male habitus, Italia relicta ad Ottonem I. regem confugit. A quo susceptus, complures annos in exilio peregit, cuius aerumnas tamen aegerrime nonunquam tulit[7], *ita ut nihil iam mali praeter mortem aut membrorum detruncationem sibi relictum esse, omnia vero bona speranda sibi, conquereretur. Germanorum tunc linguam didicit, negotiis imperii in expeditione Italica gerendis utilissimam. In aula Ottonis vere anni* 956 *familiaritas ei intercessit cum Recemundo episcopo Illiberitano, Abderahamenis regis legato, qui inde a festo epiphaniae usque ad Palmarum diem Francofurti moratus*[8], *precibus suis, ut Liudprandus de rebus sui temporis scribendis cogitaret, assecutus est*[9]. *Sed nonnisi biennio post, ideoque vere anni* 958, *noster Francofurti positus*[10] *Antapodoseos sive Retributionis suae, qua scilicet amicis bona, Berengario et Willae mala sibi illata retribueret, scribendae initium fecit, neque opus uno calamo exegit. Priores tres libri, quibus a gravissimis viris audita se referre dicit, historiam inde ab anno* 893 *usque ad initium anni* 931 *perducunt; quorum quidem primum Francofurti anno* 958 *incepit, secundum et tertium*[11] *aeque ante Constantini Porphyrogeniti obitum anno* 959, *et tertium*[12] *in peregrinatione positus in Paxo insula*[13] *aggressus est. Librum quartum Berengario adhuc saeviente*[14] *ideoque ante annum* 961 *conscripsit, ultimum libri quinti caput una cum libro sexto Ottone imperante*[15] *post mensem Februarium anni* 962 *in Italia, ubi patronum suum comitabatur, adiecit. Nec tamen librum sextum absolvit; nam quum certe opus ad tempora exilii sui producendum proposuisset*[16], *et libri sexti capita quinquaginta et amplius scribenda spatio rubricis tot inserendis vacuo relicto indicasset, in capite nono substitit. Cuius rei causa ingruens negotiorum moles, et novus rerum ordo, quum Berengario fracto, odio satisfactum esset et Antapodosis haud amplius requireretur, fuisse videtur. Nam hieme insequenti*[17] *rota*

7) VI. 1. 8) postea mense Iunio Cordubam venit; tunc Abderahaman cum Iohanne Gorziensi, Ottonis legato, de defectione Conradi qui Liudolfo seducto Ungaros per media regna depopulandos transduxerat, collocutus, ea ut *nunc* acta memoravit, ideo Recemundum potius anno 955 quam 956 Conrado iam defuncto reversum fuisse credideris; sed quum diplomata Ottonem annis 956 et 958 Francofurti et in vicinia moratum ostendant, et Liudprandus aulae regiae inhaesisse videatur, annos eos praehabui. 9) ita iam Henschenius suspicatus, propter vitiosam editorum iectionem *Raimundo* rem conficere nequivit. Tota Antapodosis Recemundo dicata est, ut praefationes librorum et allocutio *pater egregie* IV. 27. testantur. 10) III. 1. 11) III. 26. 12) III. 1. 13) causa itineris ignoratur; fortasse Graecorum animos de foedere contra Berengarium iciendo tentaturus ab Ottone missus erat, sed Constantinopolim haud pervenit. 14) IV. 7. 15) VI. 4. *domini nostri tunc regis, nunc imperatoris, nuntium*; eodem tempore caput ultimum libri quinti exaratum esse, codex authenticus ostendit. 16) II. 73. III. 20. fin. IV. 13. IV. 15. V. 30. 17) ita apparet; nam statim post coronationem praefatione libri VI. teste

Fortunae revoluta, fidei et servitiorum Ottoni navatorum praemium tulit, cathedrae Cremonensi praelatus; et deinceps gravissimis imperii negotiis admotus, praecipuas in rebus Italicis et Graecis agendis partes suscepit. Et primum quidem aestate anni **964** *cum Landohardo Mindensi episcopo legatus ad Iohannem XII. papam missus, tum Urbe imperatori reddita, concilio contra pontificem habito* 18 *adstitit*[18], *et orationem Ottonis Italis interpretatus est*[19], *atque Leoni VIII. eligendo et Benedicto deponendo haud dubie interfuisse credendus est. Quarum rerum historiam inde ab anno* **960** 20 *usque ad diem* 23. *Iunii anni* **964** *ipse praesens et medias inter res*[20] 21 *anno* **964** *vel initio anni sequentis, Leone VIII. superstite*[21], *composuit, opus ab Antapodosi diversum, maturiore ingenio, stylo graviore et magis composito qui tamen Liudprandum totus referat, animo* 22 *scriptum non adversarii sed spectatoris*[22]. *Servatur in eodem codice autographo quem manibus terimus, libris Antapodoseos praefixum, sed in media sententia deficiens, quum tamen spatium superesset. Circa idem tempus corpus S. Hymerii, Ameriensis episcopi, Cremonam transtulisse videtur, cuius rei historiam succinctam ex veteri codice* 23 *Ughellius edidit*[23], *et* 6. *Kal. Martii a.* **965** *terras quasdam ecclesiae*

Fortunae rota nondum revoluta erat, et aestate anni 963 episcopum Cremonensem se dicit; igitur Ottonem, qui autumno et hieme anni Papiae rebus Langobardiae ordinandis institit, tunc exulem promovisse opinor. 18) Hist. Ottonis c. 10. „potuissemus." 19) Hist. Ottonis c. 11. 20) Hist. Ott. 18. de Iohannis XII. interitu „*a suis cognatis et familiaribus qui praesentes erant, persaepe sub attestatione audivimus*". 21) ib. 6. *Leonem nunc in eadem sede beati Petri apostolorum vicarium.* Leo a. 963 d. 6. Dec. consecratus, mense Martio a. 965 obiit. 22) ideo ibi de se ipso in persona tertia loquitur. 23) „Fuit in diebus Othonis maioris clarissimi imperatoris quidam Cremonensis episcopus bonae memoriae Liuzo, intimus summista regius, in consilio providus, amore divino denique repletus, ut tanti patris Hymerii inventor et portitor fieret almus. Qui cum frequenter ingrediens et exiens a facie regia, fideliter agens erga praecepta imperialia, Romanis inesset partibus, venit ad eum Americensis episcopus, quem malevola turbatio invidiosaque accusatio fecerat expertem a conspectu regio, qui sic est orsus fari voce lugubri. „Pater charissime, quem imperator in secundo regni culmine dicavit, deprecor mihi subvenire, quoniam quadam accusatione damnatus nugecula ac iniuste acri percussus sententia, imperiali sum privatus gratia. Nunc ergo adiuva me, meam condolens obiectionem, recompensabo enim te quovis munere." Cui ille: „Si felix, inquit, sanctorum corporibus me habendo aliquod felicem feceris, te reddam benevolentiae pristinae regis." Ad haec ille: „Non audeo, inquit, in hoc tuis satisfacere rogationibus; condita enim sunt sanctorum corpora sacris altaribus, sed est mihi unus arca in lignea positus, quem illius loci incolae summo venerantur honore, Hymerius nomine, si hunc tibi inferre valerem ratione aliqua, et ad tuam posses transferre patriam, te fore laetandum scio tanto patre beato." His vero relatis sermonibus, ad Ameriae oppidum venere protinus, et alma calliditate ingressi sunt ecclesiam, quasi nocturna celebraturi mysteria. Prostrati namque in oratione, diutius multis vacabant votis et precibus, quo suis sanctis faverent petitionibus; vix expletis orationibus, totus ille contremuit locus in quo iacebat S. Hymerius. At praesules quamvis tremefacti, tamen[a] spe credula propius sunt aggressi. Interea custodibus gravi somno dormientibus, adierunt episcopi ad sancti Hymerii sepulchrum. Qui dum coeperunt arcam frangere, beatum corpus conantes extrahere, expergefactus quidam ex custodibus coepit clamare: „Surgite fratres, surgite velociter, nobis beati Hymerii corpus furatur." Quo Liuzo praesul egregius audito, custodi occurrens, illico ei dat munera, et petiit silentium; ille vero accepto munere suoque viso episcopo, tacens contulit presidium. Tunc pontificis corpus tollentes celebre, adoraverunt tanto gavisi munere. Condentes vero sanctissima membra vase purissimo, clam omnibus exierunt ab oppido. Rediens autem praelibatus antistes Cremonam, secum optata obtulit gaudia. Qui propriam ingressus urbem advocans plebem, cunctis beatissimi Hymerii corpus ostendit. Prostrati etenim in oratione populus, obnixe laudabant Dominum, qui talem illis patronum dederat. Cumque in sancti patris laudes persisterent, plurimi petierunt ecclesiam, et in honorem eius mysteria celebravere. Tunc reconditum est sacrosanctum corpus scrinio decorato decentius post sanctae Dei genitricis altare, quod illo tempore conditum erat in australi

a) tam *ed.*

Cremonensis pro aliis commutavit[24]. *Eodem anno statim post Leonis VIII. obitum una cum Otgero Spirensi episcopo legatus pro eligendo papa iterum Romam missus est*[25]. *Quo munere amplissimo functus, utrum in Germaniam indeque Cremonam redierit, an imperatoris in Italia adventum praestolatus sit, haud comperimus. Anno* 966 *d.* 8. *Novembris bona quaedam ecclesiae Cremonensis cum Wifredo comite commutavit*[26]. *Anno* 967 *synodo Ravennati ad quam Otto imperator Iohannem papam et proceres plurimos convocaverat interfuit, ubi e. g. die Aprilis* 7. *iudicio Iohannis papae et Ottonis I. pro Petro archiepiscopo Ravennate lato adfuit*[27], *die eiusdem mensis* 25. *decreto contra Heroldum archiepiscopum Salisburgensem subscripsit*[28], *et die* 29. *in decreto Ottonis pro Rodaldo patriarcha Aquileiensi memoratur*[29]. *Eodem anno synodo Romanae et die natalis Domini coronationi Ottonis II. haud dubie interfuit, quum paucis diebus post die* 3. *Ianuarii a.* 968 *bullae de constitutione episcopatus Misnensis subscripserit*[30]. *Paulo post Ottoni II. uxorem Theophanu impetraturus in Graeciam profectus est. Die* 4. *Iunii Urbem regiam intravit*[31], *sed negotio minime perfecto, die* 2. *Octobris inde recessit, et itinere per Graeciam emenso, die* 7. *Ianuarii anni* 969 *ab insula Coripho Italiae vela dedit. Post reditum de negotio peracto ad imperatores Ottones et Adelheidem imperatricem retulit, bullaeque de constitutione archiepiscopatus Magdeburgensis iam iterum legatus Constantinopolim destinatus subscripsit. Eodem anno d.* 26. *Maii Romae decreto de constitutione archiepiscopatus Beneventani consensit*[32]. *Anno* 970 *die* 22. *Martii Ferrariae, Ottone praesente, liti inter Petrum archiepiscopum Ravennatem et comitatum Ferrariensem decidendae interfuit*[33]. *Anno* 971 *si auctori Translationis Sancti Hymerii credimus*[34], *iterum „imperiali servitio coactus Constantinopolim directus", Cremonam amplius haud est reversus. Supremum igitur diem aut in Graecia, aut adducta iam Theophanu, in Italia prioribus mensibus anni* 972, *obiisse videtur. Certe Iulio mense eiusdem anni de terris inter Adduam et Olium, quas Liudprandus antea detinuerat, inter ecclesias Bergomensem et Aquileiensem iterum contractum est*[35], *sed quum ibi „domnus Liuso" non vero „quondam" Liuso episcopus Cremonensis ecclesiae scribatur, et hunc terminum supergressus esse censeri posset; haud vero longe, quum iam die* 28. *Martii anni* 973 *successori eius in ecclesia Cremonensi, Oldeberto episcopo, privilegia ecclesiae eiusdem ab Ottone I. confirmata sint.*

parte illius ecclesiae, ubi permansit diutius non in altari positus, quia deerat condendi locus, sed amen ut sanctus semper in annum colebatur. Laudabilis autem praefatus pontifex tanto patre gaudens, animadvertebat qualiter sancti conderet sacrum, sed tamen non fuit hoc illi datum, quia imperiali servitio coactus Constantinopolim directus, illuc amplius haud est reversus". 24) Murat. SS. II. 420. 421. 25) Cont. Reginonis a. 965. 26) Mur. l. c. 421. 27) Fantuzzi Mon. Ravenn. II. 28. 28) Iuvavia 183. 29) Ughelli Ital. V. 45. 30) Harzh. Conc. II. 634—637. 31) Libellus de legatione. Liudprandi subscriptionem bullae anni 968 de constitutione archiepiscopatus Magdeburgensis ap. Harzheim Concil. Germ. post reditum eius insertam esse oportet. 32) Ughelli VIII. 63. 33) Hier. Rubei Hist. Ravenn. p. 262. 34) eum nonnisi de legatione huius anni intelligendum, ex superioribus patet; nec absimile videri potest, Liudprandum legationem alteram, sibi pridem iniunctam, una cum Gerone archiepiscopo Coloniensi suscepisse, quem cum duobus episcopis, ducibus et comitibus missum Hugo Flaviniac. apud Labbeum Bibl. Mss. I. 166. memorat. 35) die 20. Iulii. Lupi C. D. Bergom. II. 302.

Obiit igitur intra quinquagesimum et sexagesimum aetatis annum, vir ingenio, eruditione, eloquentia, loco, historiae sui temporis scribendae velut natus. Unum erat quod veritati officere potuisset, vehemens partium studium et odium Berengarii; cui tamen minus quam speraretur obnoxius fuit, quod regni Berengarii et Willae nonnisi principia et extrema attigit; et iudicium universum de saevitia et tyrannide eorum latum a scriptoribus fidei minime suspectae, Hrotsuitha et Widukindo, confirmatur. Neque in laudibus benefactoris sui Ottonis I., patris eius Heinrici, tum Mathil-
35 *dis, Heinrici ducis, Brunonis et Liudolfi veritatem*[35] *excessit. Idem de historia Iohannis XII., Leonis VIII. et Benedicti antipapae dixeris, nisi eorum numero adscribi velis, qui cum Baronio vera prae gratis aspernantur. Mores haud omnino castos nec compositos effrenata nonnunquam scribendi licentia et ioci iuveniles arguunt. Oratio acris, copiosa, variata, nunc brevis nunc verbosa et*
36 *tumida, faceta, ironica*[36]*, haud raro tamen nimis involuta, et subobscura; posteriora tamen opera, historiam Ottonis et libellum de legatione Constantinopolitana, ab ea quoque parte magis laudaveris. In Antapodosi enim, prioribus praecipue libris, ubi aliorum narrationibus innititur et temporis ordinem haud raro*
37 *neglexit, ex documentis authenticis illustrandus et emendandus*[37] *est; in reliquis ipse, spectator egregius, primum sibi locum vin-*
38 *dicat*[38]*. Cum igitur ea tantum scripserit quae ipse in peregrina-*
39 *tionibus*[39] *suis atque in aula Hugonis, Lamberti, Berengarii, Ottonis, Iohannis XII, Leonis VIII, Iohannis XIII, Constantini Porphyrogeniti et Nicephori aut viderat aut a viris fide dignis audierat, libri eius inter primarios saeculi decimi fontes referantur*
40 *necesse est*[40]*.*

Scripsit sermone in universum puro, at Graecae linguae peritiam vocibus sententiisque textui Latino immixtis ostendere nisus, Latina paulo negligentius utitur; vocibus scilicet significatione non
41 *sua adhibitis*[41]*, orthographia neglecta*[42]*, formis verborum mendosis*[43]
42 *et syntaxi*[44] *minus recta usus.*

35) e. g. IV. 14—16. 25. 36) e. g. IV. 28. in nece Giselberti, V. 15 in clade Rusiorum describenda. 37) in historia expeditionis Arnolfi ex Ann. Fuldensibus; sed etiam ubi erravit, Sergio papae tribuens quae Stephano VI. debebantur, fidei dignos testes consuluit „Hoc namque a religiosissimis Romanae urbis viris persaepe audivi“ I. 31. 38) erravit tamen IV. 16. Otgit Adelstani fratris filiam vocans. 39) e. g. Merseburgi *ζωγραφιαν* victoriae Heinrici de Hungariis vidit. II. 31. 40) Iniqua Muratorii aliorumque de veracitate Liudprandi iudicia strenue refutavit Cl. Martini in commentatione de Liudprando historico *Denkschriften der Königlichen Akademie der Wissenschaften zu München für die Jahre* 1808 *u.* 1809. *München* 1811. 41) leviter *loco* faciliter II. 50. singulosque pilos II. 49. *loco* singulaque pila. 42) foere III. 29. l. fere, paroentes III. 26. *l.* parentes (a parēre) *ipsius Liutprandi manu O inserto*, ex improvisu, fortuitu IV. 25. lurica, monisse, VI. *l.* lorica et munivisse; infurtunia VI. 1; *immo* da deum omnipotentem VII. 13. *l.* de deo omnipotenti, *quod hominem Italum prodit.* 43) phaleribus II. 31. *l.* phaleris, cubiculos *l.* cubicula V. 22. *verbis deponentibus aut forma activa aut significatione passiva usurpatis*, depopulabat I. 38. depopulare II. 51; confabularent III. 25. vaticinare IV. 7. execrare IV. 13. *passiva significatione* depopulari II. 24. III. 24. V. 9. hortatur II. 21. testaretur II. 29. queritur II. 31. sciscitatus II. 62. III. 26. ulcisci V. 6. perscrutari I. 14. V. 18; *econtra* aestuari *loco* aestuare I. 17. 44) noceo aliquem IV. 27. da Deum omnipotentem VII. 13. *Plusquamperfectum pro Perfecto* responderant I. 11. deguerat IV. 3. *pro Imperfecto Coni.* cupie-

Fol 1r.

Incipit liber primus.

Reuerendo tocuiq; sctarum pleno Domno Reremundo
liberriano ecte epo Luitprandus ticinensis ecte suus
nonmerito Leuitessalte. Biennio ingenu paruitate
petitionē tuā paverkēme distuli quarotius europe
ma imperatoq; regūq; facta sicut si gronaudtrudubus
seductionecertasponere compellebas.

Fol 49 responso isdē romanos ppē eū adstitit. pedeq; pulsans ērelpe
reuxit. & miser miser. noli. tunge
ειπεν. Αθ ΑΙΕ. καὶ τὰ λεπτορε. ΙΙΗ. φοβοῦ. égure ípen. áthlie. ke tale
pose Quaconsurgens padnumaone dūle onus immanitatem
conspicere nō habuit ultra spm. ΕΖΕΠΑΙΣ CONTO. ΧΕ. ΤΑΝΤΕΣ.
v stupebant aqē omns de aī
περὶ τοῦ ρουδνοῦ τάυτα δκοyδάντες ecplussonto de pantes peri tu roma
hoc audientes
nu rdinu aculamus Undefactū ut ap̄ceteris quāq; pp claro p̄senti hoc
facinore nō multo postaleone mp̄re tanto donarēt honore.
opos pasma aī plin
οπτωc τάντα τὰ πλοια. u. uc oms naues.
tuis essent unmanub; eāq; ussiomb. oboedirent.

Fol 82 aut q ēt eunuchi zauer quod mento illū domina amarq
quēp̄ria p̄ria p̄carare animaconstaret.

Perdrēpus taxis hungarioq. rex magno cū exercitu nataliam
uenit. Cuberengarius nō exp̄priape se dexectarū acpauperum col
cunia
libertāe gaudiosus; Corbin. Fusinasse.

Fol 1 Regnante in nomine sementib; in trial. a. Qui ueritus facteamus
tyrannidē exercentib; berengario atq; adalberto. uōis sūmus
pontifex & uniuersalis papa. anus tunc aecta suppradictoq; berengarii
atq; adalberti sententiā erat experta; nuntios scae romanae aecte

Cod reg Bruxellensis, olim Spanheimensis

tardanē ministraret huiusmodi adap̄sero responsa suscep.
Si regiū salūtē mihi dederis faciā uestra obsonia huius
patres superuacuando ētente. Qtep̄ audiens. Nō deceat
inquit talē sup nos regnare regē qui cē dragmus ulo
sibi obsonii ppararet. Iuq; factū ē uniuersi cē desepe
rare. additoq; auxiliū elugerent. (eqpter eo gratiamob; destruam
XVII. Francorū ingressus nō paruūdo p̄ur baruli legationib; nō nullis
tā ex ut a beoregno berengarii ure urbando p̄misso quāq; Fran

Cod reg Bruxellensis, olim Gemblacensis

p̄sentē dō ēē desinit. fabulo in curgeti plurimū mutant
sedm graecā; meptiā hicinseram. que talis ē. Zeys. hac ea
erysan. peri afrodision tespeuono gen. dolomus ente. sp̄mo-
ysia ke tote tyresian eurōy prion. ezetesan. oyrue garon-
toys. amfoteraic. fioreodi. meta morfoon. epiduna. homa
epaxesen. oyros oyn katates ene. apes kanito. kai ea obus
thisa epuesen. autontesele. epipleto autopolus pxeretion.
kosa. eklogen. mantika. dagem. Ille ē uiter peatio. Iuppiter

nommerrus Leuterfate. Biennio ingenu paruitate
pertranõē tuã pacer ferme diſtulit quatenus europę
me imperatoꝝq; regũq; facta ſicut ſi quis audiens dubius
ſedulitate certus ponere compellebat.

Fol. 49 reſponſo ſde romanos ꝑ eũ adſtare pedeq; pulſans ſurge
reuert. ꝑ miſer. nuſq; noli timere
ELITEN. ΔΘ ΑΙΕ. kdi. TA ΔΕΠΟΡΕ. ΙΙΙ. ΦΟΒΟΥ. égure ípen. árblie ke tale
poſte Quo conſurgens ꝑ admiratione dũle omis immanitatem
conſpicere nõ habuit ultra ſpm. ΕΙΖΕΠΑΙΟΟΝΤΟ. ΧΙ. ΠΔΝΤΕΟ..
ꝑ ſuppebant aũē omis de aũ
ΠΕΡΙ. ΤΟΥ. ΡΟΥΔΝΟΥ ΤΑΥΤΑ ΔΚΟΥΟΔΟΥΤΕΟ. ecplaſſonto de pantes peri tu roma
hõe audientes
nutrita aculame. Vnde factũ ut nũq; ꝑ ceteros quãq; ꝑ daro p̃ſentia hoc
facinore nõ malto poſt aleone impio tanto donarẽt honore.
oppoſ pama aũ plau.
OTTWC. ΘΔΝΤΑ. TA. ΠΛΟΙΔ. i. ut omis naues.
ſuis eſſent in manib; eiq; ubiq; obedirent.

Fol. 82 aut q̃ eũ eunuchi zauer quod mente illũ domina amare
quẽ ꝓpria pena portare arma conſtaret.

Perendẽ pus taxis hungarioꝝ rex magno cũ exercitu in Italiam
uenit. Cui berengarius nõ exp̃ pia ſe de ex ecta rũ ac pauperum col
cunctã
lib er ſcẽ gaire ſuq; Corbin. ſtruxiſſe.

Fol. 1 Regnante ihũ in nõie ſempiternũ; in trib. a ſeculis uerus ſit eamus
Gyrannidẽ exercentib. berengario atq; adalberto. uobis ſumtus
pontifex uniuerſalis papa cuius tunc aetate ſuppradictoꝝ berengarii
atq; adalberti ſeuitiã erat experta; nuntios ſcae romanae aecte

Cod. reg. Bruxellensis, olim Spanheimensis

tudinẽ miniſtraret huiuſmodi adapiſcor responſa ſuſcep.
S regiũ ſalutẽ mihi dedit ſpes facia uoti tria obſonat huius
partes ſuperuacuo etenim. Quid ſi audiens. Nõ decet
inquit talẽ ſup nos regnare regẽ qdecim dapibus ubi
ſibi obſonia ꝑparat. Sicq; factũ est uanum dolẽ deſpe
ratum. oblatione auriq; elugetine. (equis eo gitationib; aeſtuans
XVII. Francorũ iuuenis nõ paruum dubitabat ſi legationib; nõ nullis
ita ex tra hoc regno berengario iure uitando p̃miſſo quãq; fran

Cod. reg. Bruxellensis, olim Gemblacensis

p̃ſentẽ diẽ een deſint fabule ũ curęri plurimũ uacat
ſedm greca; ineptia hiciſeram. que talis. Zeyſ. hai. era
eryſan. peri afrodiſion teſpeiona xen. edomaſ. en te. ſenno
yſſia. ke tote tyreſian euroy pion. ezeteſan. oytoc. garen
toyſ. amfoteraic fioreodu. metamorfoon epidiara. konta.
epaie ſen. oytoſ oyn hatateſ. enaſ apef hanato. hai. era. obuſ
thiſa epuroſen. auton teaſde epamfato auto poloſ. peeeteon.
koſa. edegen. mantika. degan. Hec ẽ interpetho. Iuppiter.

Monum. Germ. SS. III. Tab. III ad pag. 268. *J. H. Pertz ſcripſit.*

Libri Liudprandi quonam fato in Germaniam devenerint, haud plane constat. Libellum de legatione Treviris in bibliotheca cathedrali repertum Browerus descripsit et Welsero transmisit, qui eum cum Canisio communicavit; eum igitur aut ab Ottonibus aut ab Adelheida imperatrice, cuius ad dotem abbatia sancti Maximini in suburbano Trevirensi pertinebat, eo transmissum opinari licet. Antapodosis quoque et historia Ottonis, uno codice conscriptae, statim in Germaniam pervenerunt, sed quonam modo plane incertum. Nam apographa saeculo decimo et undecimo inde in Germania facta, Spanheimense ac Gemblacense, et Otterburgense saeculi duodecimi, autographum primum in diocesi Moguntina aut Trevirensi adservatum, inde vero Frisingam delatum fuisse, innuere videri possent; cui quidem sententiae confirmandae adduci posset, quod Otto, Frisingensis episcopus, in chronico suo quamplurimum Reginone, minime vero Liudprando usus est. Sed Otto fortasse scriptorem ab Ekkehardo defloratum verecundia Romanae ecclesiae negligendum duxit, et eius aevo codicem in bibliotheca Frisingensi reconditum fuisse, inscriptio saeculi XII. vel XI. testatur. Igitur nec eorum sententiae adversor, qui librum ab Abrahamo episcopo Frisingensi, Liudprandi aequali, atque in conventibus Romano anni 969 aliisque socio, quem bonorum librorum studiosum libri iussu eius scripti comprobant, Frisingensi bibliothecae fortasse illatum fuisse opinantur. Una cum reliquis libris Frisingensibus nostro aevo bibliothecae regiae Monacensi illatum ibi a. 1833 lustravi et iam Serenissimi Bawariae Regis Ministro V. Excellentissimo L. B. de Giese consentiente, procurante autem V. Ill. Ludowico comite de Kielmansegge Serenissimi Hannoverae Regis in aula Monacensi legato, manibus tero. Signavi eum numero primo.

1) *C. reg. Monacensis optimo iure inter Cimelia ditissimae bibliothecae II. 2. d. reconditus, olim Frisingensis N.* 188, *libros duos saeculo XV. una ligatura compactos amplectitur; inde a fol.* 86—198 *Reginonem, cuius supra Monum. I.* 542. *mentionem fecimus, et fol.* 1—85 *Liudprandum. Uterque prima fronte inscribitur* Liber sancte Marie sanctique Corbiniani frisingensis[45]. *Liudprandus, de quo uno hic sermo est, in folio minori et paulo latiori vel quarto maiori, saeculo decimo medio scriptus, quaternionibus novem et semis (fol.* 8—85*) Antapodosin exhibet, quibus praefixa septem folia (*1—7*) historiam Ottonis servaverunt. Prima Antapodoseos pagina vacua relicta, ultimas* 10¼ *lineas historiae Ottonis excepit, quibus spatium aliud non vacabat; reliquae* 15¾ *lineae et nunc vacant. Antapodosis in membrana Itala, atramento nigricante, manu Itala, igitur a socio quodam Liudprandi, scripta, ab ipso tamen innumeris locis atramento plurimum subfusco correcta, completa, explicata atque ad finem de-*

rat Hist. Ott. I. *Imperfectum pro Perfecto et pro Plusquamperfecto* inponerent . . suffocarent III. 43. inescaret et caperet (*loco Plusq.*) IV. 3. viderent (*l. Plusq.*) H. Ott. 10. prorumperet 11. *Perfectum loco Imperfecti* reppererint IV. 11. *l.* repperirent. *Praesens pro Perfecto* velle *l.* voluisse III. 14. *Coniunctivus pro Indicativo post* quod IV. 26. *Indicativus pro Infinitivo* instabat H. Ott. 6. *Infinitivus post* ut II. 55. ut suos . . . reddidisse . . . tenuisse . . . liberasse. *Praepositio omissa* II. 39. Tuscia rediens. 45) „frisinge“ in Reginone.

mum perducta est. Lineae in universum 27 per paginam, raro 25 *aut* 28, *sed in ultima pagina lineae* 30. *Tres operis libri, primus, quintus et sextus, fortasse et reliqui, ita compositi sunt, ut initio spatium indici capitulorum excipiendo vacuum remaneret, quod procedente demum libro repletum nonnisi cum ipso absolveretur; quod et atramento et scriptura diversis et spatio vacuo in fine argumenti librorum primi et sexti comprobatur. Liudprandi manui omnia fere Graeca una cum explicatione, quibus quidem spatium a scriba relictum erat, sed et alia plurima debentur, quae in Annalibus nostris T. VII. p.* 293 *indicavi, inter cetera glossae vocibus superscriptae aut marginales, in editione quoque nostra in margine positae; tum caput ultimum libri quinti et liber sextus integer. Orthographia Liudprandi in vocibus* Sarraceni, pulchritudo, sed *et aliis, a scriptoris* Saraceni, pulcritudo, set, *constanter differt. Unde facies codicis singularis, quam tabula adiecta exprimendam curavi, ita ut nigricante atramento exarata scribam, fusca Liudprandi manum ostendant. Codice vero ita comparato, haud mirum erit, textum quoque ibi legi optimum, paucissimis scribendi vitiis, quibus nullus auctor plane exemtus est, relictis. Quod eo magis et in historiam Ottonis cadit, quod ipsa tota auctoris manu scripta est, immo maiore cura et sedulitate, ita ut scripturam in universum paulo elegantiorem*
46 *et magis compositam, sed iisdem cuiusque litterae et vocum ductibus*[46] *repetitis, aspicias; biennium vel triennium inter librum sextum et historiam Ottonis intercidisse supra notavimus. Quod ultimum est, reliqui omnes codices a nostro descendunt, ita ut vel aperta et singularia eorum vitia et defectus quomodo male intellecto nostro orta sint intelligatur. Cuius rei plurima exempla in annotationibus criticis adduxi.*

Talem codicem nactus, eum ad litteram exprimendum censui, quod summa diligentia factum, et paucissimis tantum in locis, ubi
47 *auctorem lapsu calami male scripsisse*[47] *constabat, addita tamen codicis lectione, ab ea recessum est. Ad Monacensem proxime accedit*

2) *C. regius Bruxellensis membr. in* 4°. *saec. X. exeunte in Germania exaratus, qui saeculo XV.* Codex sancti martini in spanheym *inscriptus est. Eum anno* 1826 *integrum in usus nostros converti, atque e Monacensi descriptum in Annalibus nostris T. VII. p.* 396 *probavi. Scripturae specimen habes in tabula adiecta. Idem codex, quantum collatis locis iudicare licet, Trithemio Spanheimensi ad manus fuisse videtur. Exciderunt iam quaterniones II. et IIII. cum Lib. I.* 1—13, *et II.* 3—34 *fere integris, atque pagina qua finis l. V. c.* 32. *tum* 33. *et argumentum libri VI. continebatur; et ordo quaternionum Frisingensium VI. et VIII. quondam turbatus effecit, ut locus integer inde ab argumento cap.* 31 *libri IV.* De Friderico *usque ad verba capitis* 24. *eiusdem libri* Hanc igitur Constantini, *medio in capite V.* 9. *ante* solus impetum sustineret *inserta habeantur. Cete-*

46) id vocum *restituti* fol. 7. lin. 9. et *stituta* fol. 43. l. 11. collatio extra dubitationem ponit.

47) Sententiae Graecae constanter ita scribuntur, ut primum vocabula Graeca, tum imposita eis pronunciatio Latina, tum vero interpretatio Latina legatur; quod quum primis paginis aliquotiens negligatur, in editione tamen ex sententia auctoris ibi quoque instituendum censui.

rum nonnisi in his duobus codicibus ultimum libri VI. caput integrum extat.

3) *C. Musaei Britannici inter Harleianos N.* 2688 *in fol. membrana et scriptura saeculi XIII. Italis, ex codice manasse videtur singulis quaternionibus manco, qui tamen et ipse ex Frisingensi derivatus esset. Lib. I.* 42 *textum singularem exhibet, II.* 6. *et* 26—40, 45—66. *III.* 26—*IV.* 6. *IV.* 9—14. *fere integra desiderantur, sed lacunis haud indicatis. Desinit lib. V.* 18 *in verbis* se regi seminudum ostenderet. *Textum capite I.* 42 *eundem et lacunas easdem II.* 6. *atque II.* 45—66 *exhibent, ideoque ad eandem classem referendi sunt codices complures in Austria a me evoluti:*

3[a]) *C. bibl. Palatinae Vindobonensis inter hist. prof. N.* 338. *membr. saec. XII. cuius lectiones aliquot in Muratorii SS. II. B.* 1089 *sqq. allatae sunt; desinit in capite III.* 37. „primogenitum Domino Amen.

3[b]) *C. bibl. Claustroneoburgensis membr. saec. XII. in capite III.* 37. *una linea anterius desinit in syllabis* vocabulo Con.

3[c]) *C. bibl. Zwettlensis membr. saec. XII. aeque ac*

3[c*]) *C. bibl. Palat. Vindobonensis inter hist. prof. N.* 178. *membr. saec. XIII. cuius paucas lectiones Muratorius l. c.* 1081 *affert, desinit cap. III.* 32 *in voce* suscipito.

3[d]) *Eiusdem classis fuisse videtur codex, cuius excerpta legimus in chronico Farfensi apud Muratorium SS. II. B. p.* 415—417 *et p.* 455. *Quum enim auctor iste, qui annis primis saeculi XII. scripsit, nonnisi excerpta capitum Lib. I.* 1, 3, 5, 27, 30, 31, 37. *II.* 1, 9, 15, 17, 20, 32, 37, 41, 42, 44, 47, 48, 60. *III.* 13—17 *proponat, atque ex consilio operis reliqua etiam ad Italiam facientia, si ei ad manus fuissent, praecipue pag.* 475, 476, *ubi iam Hugonem abbatem sequitur, excerpturus fuisset, codicem eius aeque ac Austriacos omnes in prima libri III. parte substitisse, opinari licet. Quod si ita fuit, superstitibus adhuc capitibus II.* 26—40 *et* 45—66. *codex descriptus est. Libro I. c.* 37 *Lambertum cum codicibus* 1, 2, 3. *recte* nimis bellicosum regem *vocat.*

Patet igitur, codicem iam deperditum, unde codices Austriaci et Itali 3) 3[a]) 3[b]) 3[c]) 3[c*]) 3[d]) *derivati sunt, saeculo X. aut XI. scriptum fuisse; eum fortasse saeculo X. medio adsignandum, infra pag.* 274 *l.* 53 *monebitur.*

4) *C. Musaei Britannici inter Harleianos N.* 3685 *chart. in fol. saec. XVI. olim Peutingerianus; aeque ac codices* 1. *et* 2. *Historiam Ottonis libris Antapodoseos praemittit, illa integra, haec, cuius finis lectu difficilior, iam initio capitis VI.* 10 *desinit.*

5) *C. Harleianus N.* 3713 *membr. saec. XI. in* 4°. *ex Germania oriundus, ut nota saeculi XIII.* Everwicus de stegrauen *et alia saeculi XVI.* Marie Wolters *et* Wicbolde *ostendunt; et ipse ex Frisingensi male intellecto fluxit, ut in Annalibus nostris probavi. Quaternio cum lib. III.* 25—44. *excidit; lib. VI. desinit in vocibus* spatariorum candidatorum. *Cui Historia Ottonis pro libro septimo subiecta, ita finit:* non iam rome. set in exilium destinamus. *Lectiones huius co-*

dicis enotavit quondam P. Scriverius, cuius notae in bibliotheca Heidelbergensi adservantur; equidem eum a. 1827 evolvi. Quocum plurimum consentit, vitiis tamen adauctis,

5[a]) C. olim Gemblacensis, iam in bibl. regia Bruxellensi adservatus, membr. saec. XI. quem auctori vitae sancti Gerardi abbatis Broniensis[48], Ekkehardo Uraugiensi, Sigeberto Gemblacensi et Alberico Trium fontium monacho ad manus fuisse, lectionibus inde desumtis, haud improbabiliter coniicimus. Descriptum fuisse ex Harleiano quaternione nondum amisso vel alio eiusdem classis, eaedem lacunae et lectiones indicant. Scriba tamen nonnullis locis aut iam depravatis aut perperam ab eo intellectis levi coniectura mederi styloque etiam succurrere conatus est. Fluxit inde aut ex apographo eius

5[a']) editio princeps Guilielmi Parvi a. 1514 in folio, typis Ascensianis, omnibus lacunis et depravatis codicis Gemblacensis lectionibus conspicua, quibus editor coniectura sua subvenire nonnumquam haud infeliciter, saepius vero, ut pro singulari Liudprandi scribendi ratione haud aliter expectari poterat, adversa fortuna tentavit.

6) C. regius Parisiensis Nro. 5922 membr. saec. XII. in Germania exaratus, saeculo XV. „liber sancte Marie virginis in Otterburg Maguntine diocesis“ Gregorii Turonensis historiae eccl. libros tres priores cum initio quarti, tum Reginonis chronicon absque continuationibus praebet, cui Antapodoseos lib. I. c. 5—11. VI. 5. usque arbores subvehuntur, VI. 8. 9. et Historiae Ottonis cap. 15. inde ab His dictis usque cap. 20. ob elemosinam adnexa sunt. Quae quidem aeque ac

7) C. Bruxellensis chart. in fol. saec. XVI. olim Antonii Cauci archiepiscopi Coriphensis, et

8) C. Ambrosianus chart. saec. XVI. qui iisdem verbis ac editiones desinit, ita comparata erant, ut iis in nova editione omnino nos carere posse intelligerem.

Liudprandi historiae undecimo et duodecimo saeculo ab historicis in usus suos conversae sunt, ab auctore vitae sancti Gerardi Broniensis, Ekkehardo Uraugiensi, chronologo Farfensi, et Sigeberto Gemblacensi; saeculo XIII. ab Alberico Trium fontium monacho, saeculo XIV ab Henrico de Hervordia, saeculo XV. a Trithemio abbate Spanheimensi. Editionem principem ut supra memoravimus anno 1514 vulgatam, Hervagius in editione Basileensi a. 1532 repetiit, adhibito tamen paucis in locis codice bonae notae, cuius lectiones in textu ab inde remanserunt. Nam librum Basileensem universi postea editores, Iustus Reuberus in SS. a. 1584 et 1619, Laurentius Ramirez de Prado in editione Operum Liudprandi Antverpiensi a. 1640, Chesnius T. III. SS. Francicorum a. 1641, Ioannes in nova editione Scriptorum Reuberi a. 1726, et Muratorius annis 1723 et 1726 SS. Ital. T. II. expresserunt, nisi quod Muratorium, allatis Tom. II. B. aliquot codicum Vindobonensium

48) Mabill. Acta SS. O. S. B. Saec. V. p. 264. 265. sententiae nonnullae capitum libri IV. 24. 14. et 29. afferuntur.

3_a et $3c^*$ lectionibus, tertias quodammodo operi curas admovisse dicere possis.

Iam tria post saecula nova editio ad normam autographi instituta, quantum a reliquis differat, quanto historiae commodo iam prodeat, penes lectores iudicium esto. Amplissima lectionum segete, quam, antequam autographum ad manus venisset, ex codicibus Bruxellensibus, Londinensibus et Austriacis collegeram, recisa, eas tantum afferre placuit, unde diversas codicum classes agnoscere datur. Idem in corruptissimis editionum lectionibus observavi. Auro enim purissimo decocto, scoriam relinquere delectat.

Legationis libellum a Canisio una cum chronicis Victoris Tunnunensis et Ioannis Biclariensis Ingolstadii a. 1600 in 4° primum evulgatum, indeque a Baronio ad a. 968, Muratorio SS. II. et Niebuhrio meo T. XI. SS. Byzant. repetitum, iam edita Antapodosi et Historia Ottonis Liudprandi scribendi rationem et textuum corruptionem experti, intactum relinquere, licet codice unico Trevirensi deperdito, nefas duximus, atque opere suscepto praeter spem factum est, ut locis nonnullis magni momenti sanatum lectoribus proponere liceat. Legationem „livore et odio plenam verum sic quoque ad rerum cognitionem utilissimam“ Niebuhrius praedicat; et Liudprandi in ea animum vigoris et eloquentiae sibi paratae apicem attigisse, rerum earum studiosi iudicabunt.

LIUDPRANDI ANTAPODOSIS.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, incipit liber ἀνταποδόσεως antapodóseos, id est[a] retributionis, regum atque principum partis Europae, a Liudprando Ticinensis eclesiae diacone ἐν τῇ ἐχμαλοσία ἀυτοῦ en ti echmalosia autû, id est in peregrinatione eius[b], ad Recemundum, Hispaniae provintiae Liberritanae ecclesiae episcopum, editus.

1.[c] Prohoemium.
2. De castello Fraxineto[d] et situ eius.
3. Qualiter Saraceni Fraxinetum prius adepti sint.
4. Qualiter invidia Provincialium et ipsis invitantibus Saraceni Provinciam devastaverint.
5. Quis imperator tum Grecis praeerat, qui Bulgariis, Bagoariis, Francis, Saxonibus, Suevis, Italicis, reges praeerant, vel quis Rome papa habebatur.
6. Cur Leo imperator sit Porphyrogenitus dictus.
7. De domo Porphyra, quis eam edificaverit.
8. De genealogia Basillii, et qualiter imperator Michahel in palatio eum receperit.
9. De infirmitate Michahelis[e] imperatoris, et qualiter a Basilio sit interfectus, et ipse imperator effectus.
10. De eo quod Basilius in somnis dominum nostrum Iesum Christum se interpellantem pro morte Michahelis[e] vidit, et de elimosina quam isdem Basilius fecit.
11. Qualiter Leo imperator a suis sit noctu captus, et non agnitus custodie[f] traditus atque flagellatus, et qualiter custos carceris eum dimiserit, et quod ipse imperator se non flagellantes[g] flagellaverit, et flagellantes honoraverit.
12. De optimo ludo quem isdem Leo imperator fecit, de dormientibus et nummis aureis.

a) *vox* retributionis *supra* antapodoseos legitur, *sed eam additis* id est *ei postponendam duxi; ita in sequentibus quoque feci.* b) euius 1. c) *argumentum deest* 3. d) fraxaneto *corr.* fraxineto *constanter* 1. e) mihahelis 1. f) custidie 1. g) *vox bis scripta in* 1.

13. Cur Arnulfus rex clusas fregerit, et Hungarios[a] exire permiserit.
14. De Widone et Berengario, qui iuramento amicitiam firmaverunt quam non observaverunt, et quod huiusmodi amicitia servari non possit.
15. De Berengario in Italia post mortem Karoli rege constituto.
16. Qualiter Wido culpa dapiferi sui a Francis sit repudiatus.
17. De reditu Widonis in Italia.
18. De pugna inter Widonem atque Berengarium.
19. De alia iterum inter eos pugna et Berengarii fuga.
20. De filio Arnulfi Zentebaldo, quem in Italiam pro Berengarii[b] auxilio misit.
21. Qualiter in duello Langobardus Bagoarium occiderit.
22. De Arnulfo rege, qui invitante Berengario in Italiam venit.
23. Quod isdem Arnulfus Pergamum ceperit, et comitem Ambrosium suspenderit.
24. De Mediolanensibus et Papiensibus, qui ad Arnulfum venerunt.
25. De fuga Widonis ob Arnulfum.
26. Exhortatoria locutio Arnulfi ad pugnam.
27. Qualiter Roma Leoniana sit capta.
28. Quod Arnulfus propter Formosum papam multos Romanorum decollare praecepit.
29. Cur esset inimicitia inter Formosum et Romanos.
30. De Sergio papa, qui Formosum de sepulcro iussit extrahere mortuumque deponere.
31. De corpore Formosi a Sergio in flumen proiecto, atque a piscatoribus invento, et ab imaginibus sanctorum salutato.
32. Qualiter Arnulfus castrum vocabulo Firmum obsederit, et a Widonis uxore mortiferum potum acceperit.
33. De malicia quam Arnulfi homines fecerant.
34. De reditu Arnulfi et prosecutione Widonis.
35. Quod Italici de Arnulfo non curabant, et de Anscario marchione qui in Eporegia latitavit.
36. De turpi morte Arnulfi regis.
37. De morte Widonis regis, et electione Lamberti eius filii, qui est rex constitutus.
38. De expulsione Lamberti et revocatione Berengarii.
39. De Maginfredo comite, qui decollatus est a Lamberto ob rebellionem.
40. De Adelberto marchione atque Ildeprando comite, qui contra Lambertum venerant ut pugnarent.
41. De eo quod Lambertus rex noctu super Adelbertum atque Ildeprandum irruit[d], illorum milites occidit, eosque vivos cepit.
42. Qualiter Lambertus in Marinco[e] ab Hugone Maginfredi filio sit ob vindictam patris occisus.
43. Quod Berengarius post Lamberti mortem bene regnum obtinuit.
44. Laus Lamberti[f] regis.

INCIPIT LIBER PRIMUS.

1. Reverendo tociusque sanctitatis pleno, domno Recemundo[g], Liberritanae eclesiae episcopo, Liudprandus[h], Ticinensis eclesiae, suis non meritis, levites, salutem. Biennio ingenii parvitate petitionem tuam, pater karissime, distuli, qua totius Europae me imperatorum regumque facta, sicut is, qui non auditu dubius sed visione certus, ponere compellebas. Hae siquidem res animum, ne id inciperem, deterruere meum, copia cuius sum poenitus expers dicendi, detrectatorum invidia, qui supercilio tumentes, lectionis
1 desides, ac secundum eruditi viri sententiam Boetii[1] philosophye vestis particulam habentes totamque se habere putantes, haec mihi sunt insultantes dicturi: *Tanta decesso-*

a) hungarius *corr.* hungarios 1. b) berengari 1. c) *numerus omissus, et in quatuor sequentibus littera* X. *omissa* 1. d) iruit 1. e) marico 1. f) lantberti *constanter scribit* 5a. g) regemundo 5. 5a. h) liuprandus 3. *Hinc et lectione oppido cap. tertio, codicem* 3. *ex codice* 1. *nondum omni parte correcto fluxisse, indicari videtur.*

1) de consol. phil. lib. I.

res nostri scriptitarunt, quod multo amplius lectores quam lectiones deficient. Illudque comicum garrient: *Nichil dicetur, quod non fuerit dictum prius.* Quorum latratibus hoc respondeo, quia phylosophy ydropicorum more, qui quo amplius bibunt eo ardentius sitiunt, quo sepius legunt eo avidius nova queque perquirunt. Quod si perplexa faceti Tullii lectione fatigantur, talibus saltem neniis animentur. Nam, ni fallor, sicut obtutus, nisi alicuius interpositione substantiae, solis radiis reverberatus obtunditur, ne pure ut est videatur, ita plane mens achademicorum, peripatheticorum, stoicorumque doctrinarum iugi meditatione infirmatur, si non aut utili comoediarum risu aut heroum delectabili historia refocilatur. Quod si priscorum ritus execrabilis paganorum, non solum inquam non proficuus verum auditu ipso non parum nocuus, tomis memorandus inscribitur, quid istorum imperatorum bella, Iullii, Pompeii, Hannibalis, fratrisque eius Asdrubalis, ac Scipionis Africani[a], insignum imperatorum, laudibus coequanda silebitur? cum praesertim in his sit domini nostri Iesu Christi, dum sancte vixerint, bonitas recitanda, tum si quid deliquerint, salubris ab eodem correctio memoranda? Nec moveat quempiam, si enervorum facta regum principumve effeminatorum huic libellulo inseruero. Una est enim iusta Dei omnipotentis, Patris scilicet Filii et Spiritus sancti, virtus, quae hos iuste suis pro sceleribus comprimit, illos dignis pro meritis extollit. Haec inquam est vera domini nostri Iesu Christi sanctis promissio: *Observa et audi vocem meam, et inimicus ero inimicis tuis, et afligentes te afligam, et praecedet te angelus meus.* Per Salemonem quoque sapientia, quae Christus est, clamat: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Quod cottidie fieri[e], etiam qui stertit, animadvertit. Ut autem evidens ex innumeris subdatur exemplum, me tacente loquetur[d] opidum vocabulo Fraxinetum[2], quod in Italicorum Provintialiumque confinio stare manifestum est.

Ter. Eun. prol. 41.

Exod. 23.

Sap. 5.

(1*.)

2

2. Cuius ut cunctis liquido pateat situs, quemadmodum temet latere minime reor, immo melius scire, sicut ab ipsis qui vestri sunt tributarii regis, Abderahamem scilicet, potestis conicere, mari uno ex latere cingitur, caeteris densissima spinarum silva munitur. Quam si ingressus quispiam fuerit, ita sentium curvitate tenetur[c], acutissima rectitudine perforatur, ut neque progressionis neque reditus, nisi magno cum labore, habeat facultatem.

3. Sed oculto, et quoniam secus esse non potest iusto Dei iuditio, 20 tantum Saraceni lintre parvula ex Hispania egressi, nolentes istuc vento delati sunt. Qui pirate noctu egressi, villamque clam ingressi, christicolas, pro dolor, iugulant, locumque sibi proprium vendicant, montemque Maurum villulae coherentem contra vicinas gentes refugium parant; spineam silvam hoc pacto maiorem et spissiorem sua pro tuitione fatientes, ut si quis ex ea vel ramum incideret, mucronis percussione hominem exiret: sicque factum est, ut omnis praeter unius angustissimae viae aditus demeretur. Loci igitur asperitate confisi, vicinas gentes clam circumquaque perlustrant. Accersitum quam plures in Hispaniam nuntios dirigunt, locum laudant, vicinasque gentes nichili se habere promittunt. Centum denique tantummodo secum mox[f] Saracenos reducunt, qui veram rei huius caperent assertionem.

sqq. c.

4. Interea Provincialium, quae illis gens erat vicinior, invidia coepit inter sese dissidere, alius alium iugulare, substantiam rapere, et quicquid mali excogitari poterat facere. Sed quia pars partem, ut invidia et dolor postularant, satis sibi facere non poterant, hos quos praediximus Saracenos, non minus callidos quam perfidos, in auxilium rogat; cumque his una proximum conterit. Nec iuvat solummodo proximum[g] trucidare, verum terram fructiferam in solitudinem reddere. Sed videamus, quid iusta[3] secundum quendam profuerit invidia, quam ita describens ait:

3

Iustius invidia nichil est, que protinus ipsum
Auctorem rodit excruciatque animum.

Quae dum decipere conatur, decipitur; dum extinguere molitur, extinguitur. Quid igi-

a) *decst, loco vacuo* 3. c) *decst* 5. 5a. d) loquitur 3. e) t. et a. 5. 5a. 5a*. f) opido *corr.* mox 1. oppido *codd.* 3. g) proximum — feliciter regnat (*capite* 5) *manu secunda, Liudprandi.* 1. *) *ita capita editionum anteriorum indicavi.*

2) Frainet, haud procul a Freius. 3) *i. e.* iuxta.

tur? Saraceni cum suis hoc viribus minime possent, alteram alterius auxilio partis debellantes, suasque copias ex Hispania semper augentes, quos primo defendere videbantur modis omnibus insecuntur. Seviunt itaque, exterminant, nil reliqui faciunt.
Deut. 32. Trepidare iam vicinae caeterae gentes, quoniam secundum prophetam horum unus persequebatur mille, et luo fugarunt decem milia. Et quare? Quia Deus suus vendidit eos et Dominus conclusit illos.

(2.) 886—912 5. Hac itaque tempestate Leo Porphyrogenitus, Basilii imperatoris filius, Constantini huius pater qui nunc usque superest et feliciter regnat [3], Constantinopolitane civita-
883—927 tis regebat imperium. Simeon fortis bellator Bulgariis praeerat, christianus, sed vicinis Grecis valde inimicus. Ungariorum gens, cuius omnes poene nationes experte sunt sevitiam, quae miserante Deo sanctissimi [a] atque invictissimi regis OTTONIS potentia, ut latius dicturi sumus, mutire [b] non audet exterrita, nobis omnibus tunc temporis habebatur [c] ignota. Quibusdam namque difficillimis separata a nobis erat interpositionibus, quas clusas [d] nominat vulgus, ut neque ad meridianam neque ad occidentalem
887. Dec. | 900. Aug. plagam exeundi habuerit facultatem. Per idem tempus Arnulfus rex potentissimus, defunctо Karolo praenomine Calvo [4], Bagoariis, Suevis, Francis Teutonicis [e], Lotharingis,
892—893 audacibusque principabatur [f] Saxonibus. Cui Centebaldus, Maravanorum dux, viriliter
888—894 repugnabat. Berengarius et Wido imperatores ob regnum Italicum conflictabantur.
891. Sept. 19. | 896. Apr. Formosus Portuensis civitatis episcopus, Romane sedis summus et universalis papa habebatur. Sed nunc, quid sub unoquoque horum gestum sit, prout brevius possumus explicemus.

886—912 6. Leo igitur, Grecorum piissimus imperator, cuius supra fecimus mentionem, Constantini scilicet huius Porphyrogeniti pater, undique pace habita sancte et iuste Grecorum regebat imperium. Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo que Porphyra dicitur, natum apello. Et quoniam res processit in medium, quid de huius Porphyrogeniti genesi audivimus, proferamus.

7. Constantinus imperator augustus, ex cuius nomine Constantinopolis est sortita
*) articulus. vocabulum civitas, *τὸν· οἶκον τοῦτον*, ton icon touton, id est domum istam, edificare iussit, cui Porphyra nomen inposuit; voluitque successuram nobilitatis suae subolem istic in lucem prodire, quatinus, qui suo ex stemate nascerentur, luculenta hac apellatione Porphyrogeniti dicerentur. Unde et hunc Constantinum, Leonis imperatoris filium, ex eius sanguine nonnulli dicunt originem ducere. Veritas autem rei huius ita se habet.

8. Basilius imperator augustus, avus huius, Macedonia humili fuerat prosapia oriun-
*) articulus. dus, descenditque Constantinopolim *τῆς πτοχείας*, tis [*] ptochias, quod est paupertatis, iugo, ut cuidam serviret igúmeno, id est abbati. Igitur imperator Michahel qui tunc tempo-
*) articulus. ris erat, cum orationis gratia ad monasterium istud, in quo hic ministrabat, descenderet, vidit hunc forma praeter ceteros egregia, accitumque *τον· ηγούμενον*, ton igúmenon, id est abbatem, rogavit, ut se donaret hoc puero; quem susscipiens in palatio, cubicularii donavit officio. Tante denique post paululum potestatis est factus, ut alter ab omnibus imperator sit apellatus.

9. Verum quia omnipotens Deus servos suos iusta visitat vult quacumque censura, hunc imperatorem Michahelem sanae mentis ad tempus non esse permiserat, ut quo hunc gravius premeret in infimis, eo misericordius remuneraret in summis. Nam, ut fertur, huius tempore passionis familiares etiam capitis iusserat damnare sententia. Quos tamen ad sese rediens hoc pacto requirebat, ut nisi quos iugulare iusserat redderentur, pari ipsi qui hoc effecerant sententia damnarentur. Hoc igitur terrore quos damnare iusserat, servabantur. Sed cum hoc sepius et iterum Basilio faceret, huiusmodi a sibi obsequentibus, pro nefas, accepit consilium: *Ne forte insana regis iussio aliquando ex industria a te non diligentibus, immo odio habentibus, impleatur, eum tu potius occidito, atque imperialia sceptra suscipito.* Quod sine dilatione, cum terrore compulsus, tum et regnandi cupiditate deceptus, complevit. Hoc itaque interfecto, factus est imperator Basilius.

a) sanctisimi 1. b) mutrire 1. mittere 3. muttire 5. muttire *corr.* mutire 5a. c) hababatur *corr.* habebatur 1. d) clusuras 1; *sed infra* cap. 13. clusas. e) f. t. *vocis cohaerentis in* 1. *nec distinguendae.* f) principatur 1.

3) obiit a. 959. 4) Crasso.

10. Denique parvo transacto tempore, huic dominus noster Iesus Christus per visionem apparuit, domini huius imperatoris, cuius hic necis auctor extiterat, dexteram tenens, eumque ita conveniens: *ινα τι ἐσφαζες τὸν δεσπότην[a] σου βασιλεα? inati esfases ton despotin su basilea*, quod est: *ut quid interfecisti dominum tuum imperatorem?* Expergefactus itaque, tanti se reum novit esse reatus; moxque ad sese rediens, quid super hoc faceret, cogitabat. Confortatus itaque hac Domini nostri per prophetam salubri et vere acceptabili promissione, quia *in quacumque die peccator ingemuerit, salvus erit*, cum lacrimis et gemitibus se peccatorem, se reum, se sanguinis innocentis effusorem esse confiteba tur. Bono autem consilio accepto, amicos sibi de mamona iniquitatis effecerat, ut quos hic temporalibus subsidiis consolaretur, eorum precibus ab aeterno gehenne incendio liberaretur. Fabricavit autem praecioso et mirabili opere iusta palatium, orientem versus, aecclesiam quam Nean, hoc est nouam, vocant, in honore[b] summi et celestis militie principis, archangeli Michahelis, qui Grece archistratigos apellatur. 883–912 cf. Ezech. 33. 12.

11. Nunc autem non pigeat libellulo huic res duas, quas eiusdem Basilii filius, moratus Leo imperator augustus, memoria risuque dignas egit, inserere. Constantinopolitana urbs, quae prius Bizantium, nova nunc dicitur Roma, inter ferocissimas gentes est constituta. Habet quippe ab aquilone Hungarios, Pizenacos, Chazaros, Rusios quos alio nos nomine Nordmannos apellamus, atque Bulgarios nimium sibi vicinos; ab oriente Bagdas; inter orientem et meridiem Egipti Babiloniaeque[c] incolas; a meridie vero Africam habet et nominatam illam nimium vicinam sibique contrariam insulam Crete. Caetere vero quae sunt sub eodem climate nationes, Armeni scilicet, Perses, Chaldei, Avasgi, huic deserviunt. Incolae denique civitatis huius, sicut memoratas gentes divitiis, ita etiam sapientia superexellunt. Moris quippe eorum est, ne a vicinis gentibus obprimantur, singulis quibusque noctibus per totius civitatis bivium, trivium, quadruviumque armatos milites causa custodiendae civitatis, qui eam invigilent, ponere. Fitque, ut si post crepusculum quemquam deambulantem aliquô custodes offenderint, captus protinus verberibusque cesus, custodia pervigili, compedibus in carcere strictus, usque in crastinum ad publicum producendus servetur. Hoc denique pacto non solum ab hostibus, verum etiam a latronibus inlesa civitas custoditur. Leo itaque imperator augustus vigilum fidem constantiamque probare volens, solus post crepusculum e palatio descendens, ad primam pervenit custodiam. Quem ut vigiles fugientem et quasi metu se declinantem viderunt, comprehensum, quis esset quove pergeret, interrogarunt. Qui, e multis unum se esse et lupanar petere, dixit. Cui mox: *Cesum te acriter*, inquiunt, *compedibusque strictum usque in crastinum reservabimus.* Quibus respondit: *μη ἀδελφοὶ μη, mi adelfi mi*, quod interpretatur: *nequaquam, fratres, nequaquam; accipite quod porto, permittite ire quo volo.*« Qui duodecim acceptis aureis, eum protinus dimiserunt. Inde vero transiens, ad secundam venit custodiam. Quo quemadmodum et in prima captus, datisque 20 aureis est dimissus. Ad tertiam deinde dum venisset, est captus: verum non ut primo ac secundo datis aureis est dimissus; sed ablatis omnibus, compedibusque graviter strictus, pugnis flagrisque diu verberatus, custodia usque in crastinum producendus servatur. His itaque discedentibus, custodem imperator ad sese carceris vocans: *φιλε μου, file mu*, quod est *amice mi*, inquit, *Leonem imperatorem nostin? Qui*, infit, *nosscere possim, quem vidisse me non meminerim? Ad publicum sane, raro quamquam, dum procedit, a longe, quia propter nequeo, cum intueor, mirabile quiddam et non hominem videre videor. Darè autem te operam, quo hinc inlesus exeas, quam id percontari, tibi commodius est. Non aeque vos, σε εις[d] την[e] φιλακην και αυτον εις τὸ[e] χρυσοτρίκλινον, se is tin filakìn kè autòn is tò chrisotriclinon, te in carcere, et illum in aureum triclinium, fortuna fovet. Parva sunt haec, graviora addantur vincula, ne sit spatium de imperatore meditandi.* Cui: *Desine*, inquit, *desine; ipse enim sum Leo imperator augustus, qui de palatii dignitate non bono omine prodii.* Carceris autem custos, sperans, non vera esse quae dixerat: *Egon'*, inquit, *hominem inpurum, bona sua cum meretricibus abligurrientem, imperatorem credam? Quoniam temet tu neglexisti, pro te ego dispitiam mathesin. Mars trigonus, Satur-*

(3.)

*) articulus.

a) *ινα τι εσφαζες τον δες desunt* 5. 5a. *εσφαζες deest* 3. 3a. *etc.* b) hononore 1. c) babilioniaeque 1.
d) *σι* 1.

886–912 *nus Venerem respicit, Iuppiter quadratus, Mercurius tibi iratus, Sol rotundus, Luna in saltu est, mala Fortuna te premit.* Imperator vero: *Ut*, inquit, *vera probes esse quae dico, dum matutinale dederint signum, ante enim non ausi sumus, mecum ad palatium potiori quam ego descenderim omine venito. Si me ut imperatorem non istic recipi videris, occidito. Non minoris quippe criminis erit, me imperatorem dixisse si non sum, quam aliquem occidisse. Si vero te ob id mali quicquam pati formidas, haec fatiat mihi Deus et haec addat, si non potius praemium quam pro hac re sumes supplitium* Igitur credulus carceris custos effectus, dato, ut imperator dixerat, matutinali signo, eum ad palatium usque comitatur. Cumque eodem venisset, mirabiliter sicut a se noscentibus susceptus, comitem suum exanimatum admiratione nimia reddidit. Sane dum dignitates omnes huic occurrere[a], laudes reddere, adorare, soccos detrahere, alia atque alia pro se quemquam facere contemplaretur, emori ei tunc atque vivere satius esset. Cui imperator: *Contemplare*, inquit, *nunc mathesin, et si vere quo huc adveneris omine dixeris, veram te augurandi scientiam habere probabis. Prius tamen quaeso, quid morbi sit, proferas, quod te tam pallidum reddidit.* Cui: *Parcarum*[b], infit, *optima Cloto iam nere desinit; Lachesis vero in torquendo laborare amplius non cupit, sevissima autem harum Atropos articulos iam in condilum*[5] *solam*[c] *imperii tui sententiam expectat, ut fila contrahens rumpat. Palliditatis autem vultus mei causa est, animam a capite descendisse, secumque in inferiorem corporis partem sanguinem perduxisse.* Subridens igitur imperator: *Recipe*, inquit, *animam, recipe, et cum hac bisbinas aureorum libras adsume; nulli vero de me, nisi aufugisse, respondeas.* His ita gestis, imperator vigiles, qui se captum dimiserant, quique caesum custodiae manciparant, venire praecepit. Quibus et ait: *Vigilantibus vobis custodiamque civitati praebentibus, numquid fures aliquando adulterosque offenditis?* Qui eum praetio accepto dimiserant, nil se vidisse responderant[d]; qui vero caesum illum custodiae manciparant, ita responderant[e]: *Praecepit δεσπότια σῦ η αγια, despotia su i agia,* id est *dominatio tua sancta, ut si vigiles post crepusculum quemquam aliquô deambulantem offenderent, captum protinus verberibusque caesum custodiae traderent. Tuis itaque, dominator sanctissime*[f], *iussionibus nos parentes, hac, quae praesentem praecessit diem, nocte quendam lupanaria percurrentem cepimus, flagellavimus, carcerique impositum imperio tuo sancto producendum servavimus.* Quibus imperator: *Cito*, inquit, *ut in medium producatur, potestas imperii mei etiam atque etiam imperat.* Nec mora, vinctus ut ducatur, percurrunt. Quem dum aufugisse audirent, semivivi ad palatium sunt reversi. Quod cum nuntiassent imperatori, mox imperator se exutum nimisque iis cesum ostendens: *δεῦτε, deute*, id est *venite*, inquit, *μη διλιασεται, mi diliasete, nolite formidare; ipse ego sum quem flagellastis, quemque e carcere nunc aufugisse confiditis. Scio enim et vere credo, quod non imperatorem sed imperatoris inimicum tundere cogitastis. Hos qui me non ut imperatorem, sed ut latronem viteque meae insidiatorem dimisêre, mortetenus verberatos urbe expelli, bonisque omnibus privari, mea non solum cupit verum etiam iubet auctoritas. Vos autem meis non solum sed horum etiam perversorum divitiis dono.* Quod quam prudenter egerit, paternitas tua in hoc animadvertere poterit, quoniam caeteri extunc civitatem diligentissime custodire, hunc etiam absentem quasi praesentem sperare. Sicque factum est, ut et imperator amplius de palatio noctu non descenderet, et sui omnia fideliter custodirent.

(4.) 12. Alium quem ipse egit ludum, silentio tegi absurdum esse diiudico. Constantinopolitanum palatium ob imperatoris salutem multorum praesidiis militum custoditur. Custodientibus vero victus censusque cottidianus non parvus inpenditur[g]. Contigit itaque, 12 post corporis refectionem in ipso diei fervore una in domo quiescere. Mos denique imperatoris erat, cunctis quiescentibus totum perreptare palatium. Qui cum
6 eodem, die quadam quo 12 memorati loethoeo[6] sese dederant, pervenisset, ligno modico, ut non incallidus, ostii pessulo proiecto ingrediendi sibi aditum praebuit. Undecim vero dormientibus, ut ars artem falleret duodecimus pervigil stertere ceu dormiens ceperat,

a) occurre 1. b) parcar carum 1. *in duabus lineis.* c) articulis iam inconditum solam 5. 5a. d) *ita* 1. e) *ita* 1. f) sanctisime 1. g) C. v. v. c. c. n. p. i. *desunt* 5. 5a. 5a* *adsunt in edit. Hervag*

5) i. e. articulos forficis iam in manu curvata (*κόνδυλος*) tenens. 6) *i. e.* somno.

contractisque in faciem brachiis, totum quod imperator faceret diligentissime considera- 886—912
bat. Ingressus igitur imperator, dum obdormire cunctos perspiceret, aureorum numismatorum libram pectori uniuscuiusque apposuit[a]; moxque clam regressus, ostium, ut prius fuerat, clausit. Eo autem hoc egit, quatinus exitati[6] et de lucro gratularentur, ac 6
qualiter hoc accideret non mediocriter mirarentur. Denique discedente imperatore, qui vigil solus extiterat surrexit, dormientiumque nummos aureos sibi adsumpsit atque reposuit; postea vero quieti sese dedit. Imperator igitur pro hoc ludo sollicitus, post nonam horam 12 hos quos nominavimus ad se venire praecepit, eosque ita convenit: *Si forte vestrum quempiam somnii visio deterruit aut hilarem reddidit, ut in medium proferat, mea iubet auctoritas; nec minus etiam si quid novitatis expergefactus quisquam vidit, ut detegat, imperat.* Hi itaque, quemadmodum nihil viderant, nil se vidisse responderant[b]. Magis autem super hoc admirati, *conticuere intentique ora tenebant*[7]. 7
Sperans igitur imperator, hos non rei inscitia sed calliditate aliqua reticere, suscensus[c] est ut qui magis, cepitque nonnulla terribilia reticentibus comminari. Quod qui omnium conscius erat ut audivit, huiusmodi humillima et supplici voce imperatorem convenit: φιλανθροπε βασιλεν, *filanthrope vasileu*, id est *humanissime imperator, hi quid viderint, nescio; ego tamen delectabile, atque utinam quod persaepe mihi contingeret, somnium vidi. Undecim his conservis meis hodie vere sed*[d] *non oportune dormientibus, visus sum, quasi non dormiens, vigilare. Ecce autem magnitudo imperii tui quasi occulte ostium reserans, clanculumque ingressa, libram auri adposuit supra pectus omnium nostrum. Cumque imperium tuum quasi repedare, sotiosque hac in visione cernerem dormitare, continuo ceu letus exurgens, undecim dormientium aureorum numismatorum libras tuli, meoque in marsupio, in quo una erat, apposui, quatinus ob transgressionem decalogi, ne solum essent* 11, *verum ad memoriam apostolorum mea una adhibita essent et ipse* 12. *Visio haec, imperator auguste, bonum sit, usque modo me non deterruit, sed hilarem reddidit. O utinam interpretatio alia imperio tuo non placeat. Nam et me* μαντην και ονιροπολον, *mantin ke oniropolon*, id est *divinum et somnii venditorem, esse liquido patet.* His auditis, magno est imperator cachinno inflatus; verum prudentiam huius atque sollicitudinem plus admiratus, protinus infit: *Antehac* σε ουτε μαντην ουτε ονιροπολον, *se*[e] *ute mantin ute oniropolon*, id est *te neque divinum neque somnii venditorem esse, audivi. Hanc vero rem nunc ita aperte dixti, ut nihil circuitionis usus esses. Sed quia vigilandi facultatem sive auspicandi scientiam habere non posses, nisi divino tibi esset munere datum, seu verum sit, ut speramus, immo credimus, seu falsum,* καθως ο Λουκιανος, *cathos o lukianos*, id est *sicut Lucianus de quodam dicit, quod dormiens multa reppererit, atque a gallo exitatus nihil invenerit, tu tamen quicquid videris, quicquid senseris, quicquid etiam inveneris, tuum sit.* His auditis, quanta caeteri sint confusione repleti, quantoque hic sit gaudio plenus, eorum quisque in se personas suscipiens, animadvertere poterit.

13. Arnulfus interea, earum quae sub arcturo sunt gentium rex fortissimus, cum (5.)
Centebaldum Maravanorum ducem, quem supra memoravimus, sibi viriliter repugnantem 892.
debellare nequiret, depulsis his, pro dolor, munitissimis interpositionibus, quas vulgo clusas nominari praediximus, Hungariorum[f] gentem, cupidam, audacem, omnipotentis Dei ignaram, scelerum omnium non insciam, caedis et rapinarum solummodo avidam, in auxilium convocat; si tamen auxilium dici potest, quod paulo post, eo moriente, cum genti suae, tum caeteris in meridie occasuque degentibus nationibus, grave periculum, immo exitium fuit. Quid igitur? Centebaldus vincitur, subiugatur, fit tributarius; sed non solus. O cecam regnandi Arnulfi regis cupiditatem! o infelicem amarumque diem! Unius homuntii deiectio fit totius Europae contricio. Quot mulieribus viduitatem, patribus orbitatem, virginibus corruptionem, sacerdotibus populisque Dei captivitatem, eclesiis desolationem, terris inhabitantibus solitudinem[g], ceca ambitio paras! Legistin', obsecro, ipsius Veritatis verba dicentis: *Quid prodest homini, si totum mundum lucretur, anime vero suae detrimentum*[h] *patiatur; aut quam dabit homo cummutationem pro anima sua?* Matth. 16.

a) adposuit *corr.* apposuit 1. b) *ita* 1. c) succensus *corr.* suscensus 1. d) set *corr.* sed 1. e) *deest* 1.
f) hungariorum 1. g) solitududinem 1. h) detrimendum 1.

6) i. e. excitati. 7) Virg. Aen. II. 1.

892. Quod si te veri iudicis non terruit severitas, ipsa saltem furorem tuum humanitatis temperaret communitas. Eras enim inter homines homo, si dignitate sublimis, non tamen natura dissimilis. Flebilis hec miserabilisque conditio, cum illa bestiarum serpentium seu alitum genera quae intollerabilis feritas ac loetale virus ab hominibus separata esse facit, ut sunt basilisci, reguli [a], vel rinocerotes, seu gripes, quae etiam aspectu ipso cunctis pernitiosa esse videntur, inter sese tamen pro origine ipsius affectionisque consortio pacata et innoxia perseverant; homo autem, ad imaginem similitudinemque Dei formatus, legis Dei conscius, rationis capax, non solum proximum non amare iuvat, sed et odisse plurimum valeat. Videamus igitur, quid Iohannes, non quilibet, sed virgo ille egregius, secreti celestis conscius, cui Christus in cruce matrem Virginem virgini commendavit, super talibus dixerat: *Qui odit fratrem suum, homicida est; et scitis, quia omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem* [b]. Sed redeamus ad rem. Devicto namque Centebaldo Maravanorum duce [c], Arnulfus pace habita regno potitur. Hungarii interim observato exitu, contemplatique regionem, cordibus malum, quod post in propatulo aparuit [d], machinabantur.

1 Ioh. 3.

893.

(6.) 888. Ian. 13. 14. Dum haec aguntur, rex Gallie Karolus, qui cognominatus est Calvus [8], praesentem moriendo mutavit vitam. Cui dum viveret, nobiles duo ex Italia praepotentes [e] principes serviebant, quorum Wido alter, alter dictus est Berengarius. Hi sane tanto sunt amicitiarum foedere glutinati [f], ut hoc sibi iureiurando promitterent, quod si regi Karolo superstites forent, alterius alter ordinationi coniveret [g], scilicet ut Wido quam Romanam dicunt Franciam, Berengarius optineret Italiam. Sed cum nonnulla sint incerta et instabilia amicitiarum genera, quae diversis modis humanum genus dilectionis societate conectunt, ut quosdam praecedens commendatio postmodum amicitiae facit inire commertia, alios negociationis seu militiae vel artis ac studii similitudo, quae etiam, sicut ex diversis, vel lucri, vel libidinis, vel necessitudinum variarum [h] sotietatibus adquiruntur, ita intercedente qualibet divortii occasione solvuntur: hoc tamen est, hoc inquam amicitiae genus, quod multis experimentis est saepissime comprobatum, nullo modo eos qui amicitiarum foedus coniurationis iniere principio, indiruptam quivisse servare concordiam. Sane quidem callidissimus ille humano generi inimicus, ut homines praevaricatores sui faciat sacramenti, celerius sagatiusque ad inrumpendam amicitiam laborat. Quod si a minus recte sapientibus de vero amicitiarum genere percontamur, respondebimus, concordiam veramque amicitiam [i] nisi inter emendatos mores eiusdemque virtutis et propositi [k] viros stare non posse.

15. Contigit itaque, utrumque, Widonem scilicet atque Berengarium, Karoli regis funeri deesse. Cuius tamen interitum Wido ut audivit, Romam profectus, absque Francorum consilio totius Franciae unctionem suscepit imperii. Franci itaque Oddonem, quoniam Wido aberat, regem constituunt. Berengarius vero Widonis consilio, quemadmodum ei iureiurando promiserat, Italici regni suscepit imperium. Wido autem Franciam petit.

887 ex. 888 in.

888. Ian. 13.

16. Cumque Burgundionum regna transiens, Franciam quam Romanam dicunt ingredi vellet, Francorum nuntii ei occurrunt, se redire nuntiantes, eo quod longa expectatione fatigati, dum sine rege diu esse non possent, Oddonem cunctis petentibus elegerunt. Fertur autem hac occasione Francos Widonem regem sibi non adsumpsisse. Nam dum ad Metensem venturus esset urbem, quae potentissima in regno Lotharii claret, praemisit dapiferum suum, qui alimenta illi more regio praepararet. Metensis vero episcopus [9] dum cibaria ei multa secundum Francorum consuetudinem ministraret, huiusmodi a dapifero responsa suscepit: *Si equum saltem mihi dederis, faciam ut tercia obsonii* [l] *huius parte sit rex Wido contentus.* Quod episcopus audiens: *Non decet,* inquit, *talem super nos regnare regem, qui decem dragmis vile sibi obsonium praeparat.* Sicque factum est, ut Widonem desererent, Oddonem autem eligerent.

9

17. Francorum igitur non parum Wido perturbatus legationibus, nonnullis coepit cogitationibus aestuari, tam ex Italico regno Berengario iureiurando promisso, quam ex

a) *hac voce incipit* 2. b) neatem 1. c) dulce *corr.* duce 1. d) *i. e.* apparuit. e) praepositentes *corr.* praepotentes 1. f) conglutinati 5. 5a. 5a*. g) *i. e.* conniueret 1. h) uarium 1. i) amicitiam 1. k) propositi 1. l) obsonat 1. 2.

8) Crassus. 9) tunc Ruodbertus.

Francorum praesertim, quod poenitus se non posse sciverat adipisci. Inter utramque 888.
autem hanc aestuationem, quoniam Francorum rex esse nequibat, frangere quod Berengario fecerat iusiurandum deliberat; collectoque prout potuit exercitu — traxerat sane et a Francis quandam affinitatis lineam —, Italiamque concite ingressus, Cammerinos atque Spoletinos fiducialiter ut propinquos adit, Berengarii etiam partibus faventes, ut infidos pecuniarum gratia adquirit; itaque Berengario bellum parat.

18. Copiis denique utraque ex parte collectis, iuxta fluvium Triviam, qui quinque Placentia miliariis extat, civile praeparant bellum. In quo cum partibus ex utrisque caderent multi, Berengarius fugam petiit, triumphum Wido obtinuit.

19. Nec mora, diebus interpositis paucis, multitudine Berengarius collecta, in Brixiae latissimos campos Widoni bellum preparat. Ubi cum maxima strages fieret, fuga sese Berengarius liberavit.

20. Iam vero Berengarius, cum Widoni resistere copiarum paucitate nequiret, (7.)
potentissimum, quem praediximus, Arnulfum[a] regem in auxilium rogat, promittens, se Nov.
suosque eius potentiae servituros, si virtutis suae amminiculo Widonem superaret regnumque sibi Italicum vendicaret. Huius plane tantae promissionis gratia accitus rex Arnul- 889?
fus, filium suum Centebaldum, quem ex concubina genuerat, valido cum exercitu huius in auxilium dirigit, veneruntque pariter omni sub celeritate Papiam. Wido vero ita fluviolum qui Papiam uno ex latere alluit, Vernavola[b] nomine, tam sudibus quam exercitu munierat, quatinus altera alteram, ipso medio discurrente, pars partem oppugnare nequiret.

21. Unus et vigesimus diès iam transierat, cum sicut diximus altera pars alteram nocere non posset; et Bagoariorum unus cottidie agminibus exprobrans Italorum, inbelles eos atque equitandi inscios clamitabat. Ad augmentum etiam dedecoris eos inter prosiliit, hastamque uni de manu excussit, sicque letus in suorum castra repedavit. Hubaldus igitur Bonefatii pater, qui post tempore nostro Camerinorum et Spoletinorum extitit marchio, tantum gentis suae cupiens dedecus vindicare, clipeo accepto, praedicto mox obviam Bagoario tendit. Is autem triumphi praeteriti non solum non immemor, sed eo factus audatior ceu e victoria iam securus, hunc contra properat laetus. Cepitque vertibilem equum modo impetu vehementi dimittere, strictis modo habenis retrahere. Memoratus vero Hubaldus recta se cepit adire. Cumque in eo esset, ut mutuis sese vulneribus figerent, more solito Bagoarius equo versili varios perplexosque per anfractus cepit discurrere, quatinus iis argumentis Hubaldum posset decipere. Verum cum hac arte terga verteret, ut mox rediens Hubaldum ex adverso percuteret, equus cui Hubaldus insederat vehementer calcaribus tunditur, et per scapulas, antequam reverti Bagoarius posset, lancea ad cor usque perforatur. Hubaldus igitur freno Bagoaricum percipiens equum, ipsum in medio fluvioli alveo exutum hominem dereliquit; sicque suorum iniuriae ultor, de triumpho ad suos redit hilarior. Hoc sane factum non mediocrem Bagoariis terrorem, Italicis audatiam contulit. Inito quippe[c] Bagoarii consilio, nonnullisque Centebaldus a Widone argenti acceptis ponderibus, in propria remeavit.

22. Igitur Berengarius dum ubi prospera sibi adversari prospiceret, cum Centebaldo pariter Arnulfi regis adit potentiam, orans ac pollicens, ut si ipsum adiuvaret, se totamque Italiam, ut ante promiserat, dicioni suae supponeret. Tantae siquidem ut praediximus promissionis gratia excitus, copiis collectis non minimis, Italiam adit. Cui 894.
Berengarius, ut promissionis suae fidem daret, credulitatis arrabone clipeum portat.

23. Susceptus itaque a Veronensibus, ad urbem proficiscitur Pergamum. Ubi dum firmissima loci munitione confisi, immo decepti, homines ei occurrere nollent, castra metatus[d] eodem, belli fortitudine urbem cepit, iugulat, trucidat. Civitatis etiam comitem, Ambrosius nomine, cum ense, balteo, armillis, ceterisque pretiosissimis indumentis, Ian.
suspendi ante porte ianuam fecit. Quod[10] factum caeteris omnibus urbibus cunctisque principibus terrorem parvum non attulit; quicumque hoc audierat, utraque auris eius tinniebat.

24. Mediolanenses[11] igitur atque Ticinenses hac fama perterriti, eius non passi sunt

a) arnulfulfum 1. *duabus lineis.* b) uernavolum 5a. 5a*. c) quipe 1. d) castrametatis 1.

10) cf. Ann. Fuldenses a. 894. 11) cf. eosdem.

894. praestolari adventum, verum praemissa legatione, iussioni suae se obtemperaturos promittunt. Ottonem itaque, Saxonum potentissimum ducem, — huius[a] gloriosissimi atque invictissimi regis Ottonis, qui nunc superest et feliciter regnat, avus[b] — Mediolanium defensionis gratia dirigit; recta ipse Ticinum tendit.

(8.) 25. Wido denique huius impetum ferre[c] non valens, Camerinum Spoletumque versus fugere[d] cepit. Quem sine dilatione acriter rex insequitur, urbes et castella omnia sibi resistentia vi debellans. Nullum siquidem fuerat castrum natura etiam ipsa munitum, quod virtuti huius saltem resistere moliretur. Quid autem mirum, cum ipsa civi-
896. tatum omnium regina, magna scilicet Roma, huius impetum ferre nequiverit? Enimvero dum a Romanis ingrediendi urbem huic fidutia negaretur, convocatos ad sese
April. milites ita convenit:

26. *Magnanimi proceres et clari Marte secundo,* Versus.
Arma quibus studium fulvo radiare metallo,
Romulidae sueti vacuis quod condere scriptis;
Sumite nunc animos, vobis furor arma ministret!
Non Pompeius adest, non Iulius ille beatus,
Qui nostros domuit proavos mucrone feroces;
12 *Indolis huius enim summos*[e] *deduxit ad Argos*[12],
13 *Protulit in lucem quem*[13] *sancta Britanica mater.*
His tortâ studium pingues captare siluros
Cannabe[f]*, non clipeos manibus gestare micantes!*

27. His eroes dictis animos accensi, vitam laudis aviditate contempnunt. Clipeis denique cratibusque catervatim operti, muros adire contendunt; plurima etiam bellorum paraverant instrumenta, cum inter agendum, populo considerante, contingit lepusculum clamore eius exterritum urbem versus fugere. Quem dum exercitus, ut adsolet, vehementi impetu sequeretur, Romani putantes se inpugnari, de muro sese proiciunt. Quod populus cernens, sagmatibus sellisque quibus equis insederant iuxta murum proiectis, per eorum acervum murum ascendunt. Pars vero populi quedam, accepta mox trabe quinquaginta pedum procera longitudine, portam quatiunt, et Romam quam Leonianam dicunt, in qua beati Petri apostolorum principis praetiosum corpus quiescit, vi capiunt. Ceteri vero qui trans Tiberim erant, hoc timore conpulsi, huius dominatui colla submittunt.

14 28. Hoc[14] in tempore Formosus papa religiosissimus a Romanis vehementer aflictabatur, cuius et hortatu Romam rex Arnulfus advenerat. In cuius ingressu, ulciscendo papae iniuriam, multos Romanorum principes obviam sibi properantes decollare praecepit.

29. Causa autem simultatis inter Formosum papam et Romanos haec fuit. Formosi decessore defuncto, Sergius quidam Romanae ecclesiae diaconus erat, quem Romanorum pars quaedam papam sibi elegerat. Quaedam vero pars non infima nominatum Formosum, Portuensis civitatis episcopum, pro vera religione divinarumque doctrinarum scientia papam sibi fieri anhelabat. Nam dum in eo esset, ut Sergius apostolorum vicarius ordinari debuisset, ea, quae Formosi favebat partibus, pars Sergium non mediocri cum tumultu et iniuria ab altari expulit, et Formosum papam constituit.

30. Descenditque Sergius in Tusciam, quatinus Adelberti, potentissimi marchionis, auxilio iuvaretur; quod et factum est. Nam Formoso defuncto atque Arnulfo in propria extincto, is qui post Formosi necem constitutus est expellitur, Sergiusque papa per Adelbertum constituitur. Quo constituto, ut inpius doctrinarumque sanctarum ignarus, Formosum e sepulcro extrahere atque in sedem Romani pontificatus sacerdotalibus vestimentis indutum collocare praecepit. Cui et ait: *Cum Portuensis esses episcopus, cur ambitionis spiritu Romanam universalem usurpasti sedem?* His expletis, sacratis mox exutum vestimentis digitisque tribus abscisis, in Tiberim iactare praecepit, cunctosque quos ipse ordinaverat, gradu proprio depositos, iterum ordinavit. Quod quam male

a) huiuus 1. b) *ita* 1. 2. c) fere 1. d) fuge 1. e) sumos 1. f) *hic versus deest* 2.

12) in Graeciam, Constantinopolim. 13) Constantinus M. imperator, sanctae Helenae Britannicae filius. 14) Quae sequuntur, a collectore historiae pontificum Romanorum sub falso Liudprandi nomine vulgatae in Formoso exscripta sunt.

egerit, pater sanctissime, in hoc animadvertere poteris, quoniam et hi, qui a Iuda, 896.
domini nostri Iesu Christi proditore, ante proditionem salutem seu benedictionem apostolicam perceperunt, ea post proditionem propriique corporis suspensionem minime sunt privati, nisi quos improba forte defaedarunt flagitia. Benedictio siquidem quae ministris Christi impenditur, non per eum qui videtur, sed qui non videtur, sacerdotem infunditur. Neque enim qui rigat est aliquid, neque qui plantat, sed, qui incrementum dat, Deus. 1 Cor. 3. 7.

31. Quantae autem esset auctoritatis, quantaeque religionis papa Formosus fuerit, hinc colligere possumus, quoniam dum a piscatoribus postmodum esset inventus atque ad beati Petri apostolorum principis ecclesiam deportatus, sanctorum quedam imagines hunc in loculo positum venerabiliter salutarunt. Hoc namque a religiosissimis Romanae urbis viris persepe audivi. Sed his ommissis ad narrandi ordinem redeamus.

32. Rex Arnulfus desiderii sui compos effectus, persequi Widonem[15] non desiit, profectusque[a] Camerinum, castrum vocabulo et natura Firmum[16], in quo Widonis uxor erat, obsedit. Wido autem in incertis latuit locis. Igitur praefatum castrum, nomine et natura Firmum, vallo circumdatur, omnia bellorum instrumenta, quibus capi possit, parantur[b]. Cumque Widonis uxor magnis undique angustiis premeretur, et evadendi spes illi omnimodis negaretur, causas mortis regiae vipperina cepit calliditate exquirere. Accitum namque ad se quendam Arnulfi regis familiarissimum, magnis eum muneribus rogat, ut se adiuvet. Qui cum se non aliter posse testaretur, nisi civitatem domini sui traderet dicioni, illa etiam atque etiam auri pondera non solum pollicens, verum etiam in praesentiarum tribuens, orat, ut poculo quodam ab ea sibi collato dominum suum regem potaret; quod non mortis periculum daret, sed mentis feritatem mulceret. Quae etiam, suis ut fidem dictis praeberet, ante sui ipsius praesentiam hoc unum suorum potat servorum; qui unius horae spatio conspectui huius adstans, sanus abscessit. Verum veridicam Maronis[17], inquam, illius sententiam in medium proferamus: (9.) Mai. 16

Auri sacra fames quid non mortalia pectora cogis? 17

Sumptum namque loetale poculum festinus regi propinat. Quo accepto, tanta hunc confestim somni virtus invasit, quatinus tocius exercitus strepitus eum triduo evigilare nequiret. Fertur autem, quoniam dum familiares hunc modo strepitu, modo tactu inquietarent, apertis oculis nil sentire, nil loqui posse perfecte. Positus tamen in mentis exessu[18], mugitum reddere, non verba edere, videbatur. Huius quippe rei accio repedare omnes compulit, non pugnare 18

33. Credo autem, Arnulfum regem iusta severi iudicis huiusmodi pestem incurrisse censura. Secundae enim res dum imperium huius ubiubi magni facerent, virtuti suae cuncta tribuit, non debitum omnipotenti Deo honorem reddidit. Sacerdotes Dei vincti trahebantur, sacrae virgines vi obprimebantur, coniugatae violabantur. Neque enim ecclesiae confugientibus poterant esse asylum. In his namque simbolam faciebant, gestus turpis, cantus ludicres, dibachationes. Sed et mulieres eodem publice, pro nefas, prostituebantur.

34. Denique redeuntem regem magna cum valetudine Arnulfum palatim rex Wido persequitur. Cumque Arnulfus Bardonis montem conscenderet, hoc suorum consilio definivit, quatinus Berengarium lumine privaret, sicque securus Italiam obtineret. Cognatorum vero Berengarii unus, qui non parva Arnulfo regi familiaritatis gratia inherebat, huiusmodi consilium ut agnovit, absque mora Berengario patefecit. Qui mox ut sensit, lucerna quam ante Arnulfi regis praesentiam tenuerat alii tradita, fugiit, atque Veronam percitus venit.

35. Omnes extunc Italienses Arnulfum floccipendere, nichili habere. Unde cum Ticinum veniret, non modica horta est in civitate sedicio; tantaque istic exercitus strages facta est, ut cripte civitatis, quas alio nomine cloacas dicunt, horum cadaveribus replerentur. Quod Arnulfus cernens, quoniam per Veronam non potuit, per Hannibalis viam, quam Bardum[19] dicunt, et montem Iovis repedare disponit. Cumque 19

a) profectūque 1. b) paratur 1.

15) Wido ante Romam captam defunctus erat. Sed Liudprandum ea quae annales Fuldenses de primo Arnulfi reditu ex Italia narrant, alteri perperam tribuere, patet.
16) hodie Fermo. 17) Aen. III. 56. 57. 18) i. e. excessu. 19) ubi hodie castellum Bard viae imminere, Eporegia Augustam tendens aspicis.

896. Eporegiam pervenisset, Anscarius marchio istic aderat, cuius et hortatu civitas rebellabat. Verum hoc Arnulfus iureiurando promiserat, numquam se a loco eodem discessurum, quoad praesentiae suae praesentarent Anscarium. Is autem, ut erat homo valde formidolosus, ei omnino similis quo de Maro ait [20]:

Largus opum, lingua melior, sed frigida bello
Dextera,

de castello exiit, et iuxta murum civitatis in cavernis petrarum latuit. Hoc autem eo fecit, quatinus licite possent regi Arnulfo satisfacere, Anscarium in urbe non esse. Itaque iusiurandum rex istud accepit, atque iter quod ceperat abiit.

899. Dec. 8. 36. Profectusque in propria, turpissima valetudine expiravit. Minutis quippe vermibus quos pedunculos aiunt vehementer aflictus, spiritum reddidit. Fertur autem, quod praefati vermes adeo scaturrirent, ut nullis medicorum curis minui possent. Utrum vero pro tam inmenso scelere, Hungariorum scilicet emissione, secundum prophetam Ier. 17. 13. duplici sit contricione attritus, an ex presenti supplicio consequeretur veniam in futuro, soli illius scientiae dimittamus, quo de apostolus dicit: *Nolite ante tempus iudicare,* 1 Cor. 4. 5. *donec veniat Dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a Deo.*

(10.) 896. 37. Iustus igitur Deus uxori Widonis, quae huic paraverat mortem, parat viduitatis dolorem. Sicut enim praefati sumus, dum redeuntem Arnulfum Wido rex e vestigio sequeretur, iusta fluvium defunctus est Tarum. Cuius obitum Berengarius ut audivit, festinus Papiam venit, regnumque potenter accepit. Fideles vero fautoresque Widonis, veriti ne ab eis inlatam Berengarius ulciscerctur iniuriam, et quia semper Italienses geminis uti dominis volunt, quatinus alterum alterius terrore coherceant, Widonis regis defuncti filium, nomine Lambertum, elegantem iuvenem, adhuc ephoebum nimisque bellicosum, regem constituunt. Cepit denique hunc adire populus, Berengarium deserere. Cumque Berengarius Lamberto, magno cum exercitu Papiam tendenti, copiarum paucitate obviare nequiret, Veronam petiit, isticque securus deguit. Non post multum vero temporis Lambertus rex cum esset vir severus, principibus gravis est visus. Unde et legatos Veronam dirigunt, regem Berengarium ad se venire, Lambertum vero expellere petunt.

38. Magimfredus praeterea, praedives Mediolanensis urbis comes, quinquennio huic rebellis extiterat; qui non solum urbem in qua rebellis erat, Mediolanium scilicet, defenderat, verum etiam vicina circumquaque loca Lamberto servientia nimis depopulabat. Quod factum rex non passus est abire inultum [a], psalmographum [b] illud persepe Ps. 74. 3. ruminans: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Nam post paululum capitis hunc iusserat damnare sententia. Quae res terrorem cunctis Italiensibus non minimum adtulit.

898. 39. Denique hoc eodem tempore Adelbertus, illustris Tuscorum marchio, atque Ildeprandus, praepotens comes, huic nisi sunt rebellare. Tantae quippe Adelbertus erat potentiae, ut inter omnes Italiae principes solus ipse cognomento diceretur Dives. Huic erat uxor nomine Berta, Hugonis, nostro post tempore regis, mater; cuius instinctu tam nefaria cepit ipse facinora. Nam collecto exercitu, cum Ildeprando comite constanter Papiam tendere festinat.

(11.) 40. Lambertus interea rex harum rerum inscius, in Marinco, 40 ferme milibus Papia distans, venationibus occupatur. Cumque praefati marchio et comes cum inmenso sed invalido Tuscorum exercitu Bardonis montem transirent, Lamberto regi medio in nemore venanti, ut sese res habuerat, nuntiatur. Is vero, sicut erat animi constans viribusque potens, suos non passus est milites prestolari; sed collectis quos secum habuerat, centum ferme militibus, cursu prepeti eis obviare festinat.

21 41. Iamiam Placentiam venerat, cum hi [c] iusta fluvium Sesterionem ad burgum [21], in quo sanctissimi [d] et praetiosi martyris Domnini corpus positum veneratur, castra metasse nuntiantur. Ignorantes itaque, quid superventura nox pareret, temetolenti post nonnulla inutilia tragodimata, id est cantiones, somno sese dedere, stertere; nauseam alii

a) multum 1. b) spalmographum 1. c) h 1. d) sanctisimi 1.

20) Aen. XI. 638. 21) Borgo San Donnino; fluvius hodie Stirone.

sumptus intemperantia facere. Rex igitur, cum animi ferox tum ingenio callens, in ipso eos noctis conticinio opprimit, dormientes ferit, oscitantes jugulat. Ventum denique ad ipsos est, qui huius ductores exercitus erant. Cumque iis non ex multitudine alius, sed rex ipse praeclari huius facinoris nuntius esset, non dico pugnandi, verum fugiendi terror ipse abstulit facultatem. Verum Ildeprandus fuga lapsus, Adelbertum intra animalium praesepe latitantem dereliquit. Qui dum repertus esset atque ante regis praesentiam ductus, eum ilico ita convenit: *Sibillino spiritu uxorem tuam Bertam prophetasse credimus, quae te scientia sua regem aut asinum facturam promisit. Verum quia regem noluit, aut, ut magis credendum est, non potuit, asinum, ne mentiretur, effecit, dum te cum Arcadiae pecuaribus ad praesepe declinare coegit!* Preterea hoc cum isto nonnulli capiuntur, vinciuntur, Papiam ducuntur, custodie mancipantur. 888.

42. His ita gestis, rex iterum Lambertus praefato in loco Marinco venationibus occupatur, quoad omnium principum decreto, quid super captis agendum esset, deliberaretur. Sed o utinam venatio haec feras, non caperet reges! Aiunt sane, hunc, dum, sicut moris est, apros efreni[a] sectaretur equo, cecidisse collumque fregisse. Verum[b] assertioni huic fidem prebere, non absurdum esse non dico. Est enim alia mortis huius, quae mihi verisimilior videtur, atque omnibus a populis narratur, assertio. Maginfredus Mediolanensis urbis comes, cuius paulo superius fecimus mentionem, dum pro scelere in rem publicam atque in regem commisso capitis iuditio damnaretur, unicum possessionis suae vicarium, Hugonem filium, dereliquit. Quem dum Lambertus rex cum forma egregia tum nonnullos superare videret audatia, animi sui non parvum pro patris morte dolorem collatis nisus est beneficiis mulcere quamplurimis. Unde et eum praeter ceteros familiaritatis privilegio dederat. Factum est autem, dum Lambertus rex nominato in loco Marinco venaretur[c], — est enim eodem mirae magnitudinis et amoenitatis lucus adeo venationibus aptus — huc illucque cunctis, ut moris est, discurrentibus, hoc cum uno scilicet Hugone ipsum solummodo in nemore remansisse. Cumque rex aprum in transitu praestolaretur, diuque multum remorante longa expectatione lassaretur, paululum sese quieti dedit, vigiliae custodiam huic infido, quasi fido, committens. Igitur absentibus cunctis, Hugonis mens custodis, immo proditoris atque carnificis, collatorum beneficiorum immemor plurium, patris mortem animo cepit revolvere. Non consideravit genitorem suum iustam incurrisse necem; iusiurandum, regi quod fecerat, violare non metuit; vicarium se Iudae, domini nostri Iesu Christi proditoris, apellari non erubuit; et quod est gravius, sempiternum suplicium subiturum sese non timuit; verum conamine toto virium, ligno non modico dormienti collum fregit. Gladio[d] quippe ferire timuit, ne peccati huius auctorem res eum manifesta probaret. Eo namque mens perversa ita egit, ut non gladii cicatrix, sed ligni manifesta collisio, hunc repperientibus fidem darent equo cecidisse, collique fraccione hominem exivisse. Latuitque per annos res quam plurimos. Sed dum processu temporis Berengarius rex, nullo sibi resistente, regnum viriliter obtineret, ipse reatus proprii, sicut fuerat auctor, extitit proditor, implevitque[e] illud quod rex et propheta canit: *Quoniam laudatur peccator in desideriis animae suae, et iniqua gerens benedicitur.* Sed et aliud fecisse minime potuit propter haec ipsius Veritatis verba dicentis: *Nichil opertum, quod non reveletur, et occultum, quod non in publicum veniat.* (12.) Oct Nov. Ps. 10. 3. Math. 10. 26.

a) *i. e.* effreni. b) 3. 3a. 3b. *etc. sequentia usque* collum fregit, *ita efferunt*: — Verum quia secundum beati Iob sententiam terminus eius praeteriri non potuit, illum dominicum sermonem quo dicitur „*et inimici hominis domestici eius*“ adimplevit. Nam dum quendam Magimfridum, illius Magimfridi praepotentis ut diximus Mediolanensis urbis comitis, quem paulo superius regia iussione pro rebellione hominem exuisse asseruimus, filium, paternis beneficiis donatum, nimia familiaritate, cum pro fidelitatis firmitate tum paternae necis oblivione, rex sibi a secretis[*] fecisset, eumque venationis causa, si venatio dici potest, qua rex non aper capitur, secum ad praefatum locum ire iussisset, accidit, ut ceteris venatoribus aprum in medio nemore persequentibus, indago[*] ferini enfractus, regis eiusdemque Magimfridi custodia per divortia tutari debuisset. Qua vero custodia dum nimia rex expectatione fatigatus, commissa Magimfridi obtutibus vigilia, se e quieti dedisset, Magimfridus non paternae necis sed caeterarum quae rex ei intulerat inmemor beneficiorum, ne effusione sanguinis agnosceretur occisio regis, ligno quam mox non modico accepto, dormientis heroi cervicem nefario ictu confregit. *) ad secretem 3. *) undago 3. Mich. 7. 6.

c) uenerarentur 1. d) Gladio — in publicum veniat *desunt in codicibus* 3. e) impletque 1.

898. 43. His ita gestis, rex Berengarius ampliori pristina dignitate regia honoratur; Adelbertus marchio et ceteri ad propria destinantur.

44. Iuvat autem, pater karissime, tanti huius obitum regis et deflendo scribere et scribendo deflere. Inerat namque illi honesta morum probitas, sancta et formidolosa severitas, et quem iuventus ornabat in corpore splendida, mentis canities decoraverat sancta. Plane plus ipse rei publicae, quam res publica decoris ei contulerat. Quod si non cita mors hunc raperet, is esset, qui post Romanorum potentiam totum sibi orbem viriliter subiugaret.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SECUNDI.

1. De eo quod post mortem Arnulfi Hlodoicus filius eius rex constituitur.
2. Hungarii audita nece Arnulfi Bagoariam petunt.
3. Hulodoicus bellum Hungariis parat iuxta Lemannum.
4. Hungarii positis insidiis Hulodoici milites vincunt.
5. Fugiens Hulodoicus; Hungarii Francorum Saxonum et Suevorum terram depraedantur.
6. De rebellione Adelberti comitis, et qualiter decipiente Hattone archiepiscopo sit decollatus.
7. Exploratores regressi quod consilium dederint.
8. Quare Hungarii territi ab Italiae ingressu sint reversi.
9. Qualiter Hungarii reparato exercitu venerint et Italici eis occurrerint.
10. Cur rex Berengarius ad bellum non ierit, vel cur Hungari Italos fugerint.
11. Fugientes pagani christianis pacem petunt, quam non adquirunt.
12. De proludio pugnae, in quo vincerunt Hungarii postquam fugerunt.
13. De eo quod propter defatigatos [a] equos super fluvium Brentam pagani christianos praestolarentur, eisque pacem quaererent [b], quam non dederunt.
14. Quod consilium Hungarii ob desperationem invenerint, et quid dixerint.
15. Quomodo Hungarii positis insidiis super christianos irruunt [c] et vincunt.
16. Quod victoriam non pro eorum fortitudine, sed pro christianorum peccato habuerint.
17. Quod eo tempore Hulodoicus rex Francorum moritur, et Chunradus pro eo ordinatur.
18. Qui sub eo principes erant, inter quos et Heinricus Saxonum dux erat.
19. De eo quod Heinricus et caeteri principes Chunrado rebellaverint regi, et ab eo victi fuerint, et quia Arnaldus in Hungariam fugerit [d].
20. Chuonradus rex moriens principes omnes de pace, et ut Heinricum regem constituant, exhortatur, cui et regalia ornamenta transmittit.
21. Chuonrado rege mortuo, Arnaldus ab Hungaria redit atque Heinrico regi bellum parat.
22. Heinricus Arnaldi animum prudentissima locutione mitigat.
23. Arnaldus suorum exhortatione militum Heinrici fit miles regis.
24. Audita Hungarii morte Chuonradi, Saxoniam ingrediuntur.
25. Rex Heinricus, quamquam infirmus, eis occurrit.
26. Qualiter ad pugnam suos exhortatus sit milites.
27. De bono voto Heinrici regis.
28. De nuntio qui Hungarios in Meresburg esse nuntiabat.
29. Hungarii sciscitatis captivis de bello, exploratores mittunt.
30. De pugna cum Hungariis commissa.
31. De bono consilio Heinrici regis et victoria eius, et ubi sit ipsa depicta victoria.
32. De Hulodoico quodam, quem Italici super se regnare invitant.
33. Quod Adelbertus marchio hoc effecerit, qui gener regis Berengarii erat.
34. De eodem Adelberto, qui primo fuit bonus et postmodum factus est malus.
35. Quod Hulodoicus regis Berengarii terrore iuraverit et reversus sit.

a) defetigatos 1. b) quererent 1. c) irrunt 1. d) fugerint 1.

36. Quod Adelbertus, Tusciae provinciae potens marchio, instinctu Bertae uxoris sue Berengarium deserit, et propter Hulodoicum, ut veniat, mittit.
37. Hulodoicus ab Italiensibus suscipitur, et Veronam Berengarius fugit, a qua et expulsus a Hulodoico est.
38. Hulodoicus Luccam proficiscitur et decenter ab Adelberto suscipitur.
39. Hulodoicus ob Adelberti potentiam invidia tangitur, ob quam ab eius fidelitate Adelbertus separatur.
40. Descriptio Veronensis civitatis et fluminis Athesis et pontis super eum.
41. Quod Hulodoicus Verone degens, a Berengario corruptis civitatis custodibus capitur et lumine privatur.
42. De Hungariis qui eo tempore Italiam laniabant.
43. De Saracenis de Fraxeneto, qui partem Italiae vastabant et usque Aquas pervenerant.
44. De Africanis Saracenis, qui Appuliam, Calabriam, Beneventum occupaverant et Garelianum montem pro munitione habebant.
45. Qua occasione Saraceni ab Africa [a] exierint.
46. Quod Domini hoc factum sit voluntate ob nostram correctionem.
47. Quia Iohannes Ravennas eo tempore papa habebatur.
48. Qualiter per Theodoram meretricem papa sit constitutus [b].
49. De quodam Africano, qui ad papam venit, eique, quomodo cum Africanis pugnare posset, consilium dedit.
50. Quod idem Africanus insidiis positis ceteros occiderit.
51. De consilio Landulfi, Beneventanorum principis.
52. De eo quod papa Constantinopolim directis nuntiis auxiliorum ab imperatore acceperit, et cum Poenis pugnaverit.
53. Quod Greci mox ut veniunt, castrum iuxta montem constituunt.
54. Quod omnes Poeni sint interfecti et capti, et quia visi sunt in bello Petrus et Paulus apostoli gloriosi.
55. Adelbertus Tuscie [c] provinciae marchio moritur, cuius filius Wido pro eo ponitur; mater vero eius a Berengario capitur.
56. Quod [d] suspicati sunt homines Bertam Adelberto filios peperisse.
57 De eo quod multi principes simul cum Lamperto Mediolanense archiepiscopo Berengario rebellarent, et cur hoc facerent.
58. De comite palatii capto, atque Lamperto non oportune commendato.
59. Quod eundem Berengarius requisierit, et cur eum habere non possit.
60. De Rodulfo rege Burgundionum, qui filiam ducis Bruchardi [e] acceperat uxorem, et ab Italicis invitatur, ut ad eos veniat et rex eorum fiat.
61. Qualiter Hungarii, Berengarii regis amici, Odelricum occiderent, Adelbertum vero regis generum et Gislebertum comitem vivos caperent.
62. Qua calliditate Adelbertus marchio Hungarios deluserit, et vili praetio ab eis redemptus aufugerit.
63. De Gisleberto capto flagellato et ante regem ducto, atque ab eo misericorditer dimisso et honorato.
64. De eodem qui ob Rodulfum regem abiit et eum adduxit.
65. De pugna civili inter Berengarium et Rodulfum exhorta.
66. Quod Rodulfus victoriam per Bonefatium cognatum suum obtinuit.
67. Rodulfus consensu Italiensium in Burgundiam redit.
68. De Veronensibus qui Berengarium consiliati sunt occidere.
69. Prudens regis Berengarii allocucio [f] ad Flambertum.
70. De sciffo aureo a rege Flamberto tradito.
71. Quod Flamberti consilio Berengarius rex sit interfectus.
72. De regis sanguine usque in praesens tempus in lapide permanente.
73. De Milone milite qui regem Berengarium vindicavit, et post triduum eius interfectores suspendit.

55 a) affrica 1. b) constitus 1. c) tuscie 1. d) *i. e.* Quot. e) *i. e.* Burchardi. f) allucio 1.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

900. Ian. 21. 1. Postquam vitalis calor Arnulfi regis membra desereus, reddidit corpus exanime, suus ipsius filius Hulodoicus rex cuntis a populis ordinatur. Tanti denique casus viri vicinos Hungarios, sicut nec in toto orbe degentes, latere non potuit. Siquidem loeti dies eius iis fuit omni festivitate iucundior, gazis omnibus praestantior. Quid igitur?

2. Primo namque mortis huius gnatique sui ordinationis anno, permagno collecto exercitu, Maravanorum gentem, quam virtutis eorum amminiculo rex Arnulfus subdiderat, sibi vendicant; Bagoariorum etiam fines occupant castra diruunt, eclesias igne consumunt, populos iugulant, et ut magis magisque timeantur, interfectorum sese sanguine potant.

910. 3. Hulodoicus itaque rex, gentis sue depopulationem huiusque intellegens crudelitatem, suorum omnium animos hac formidine inflammat, ut si quemquam bello eodem, quod cum iis acturus esset, deesse contingeret, laqueo procul dubio vitam finiret. Innumerabilis denique illa gentis [a] pessime multitudo copiis huius maximis obviam properare festinat. Nec videas sitientem animam ardentius haustum laticis gelidae, quam praelii diem gentem hanc crudelem appetere; neque enim hanc aliud quam dimicasse iuvat.

23 Ut autem ex libro, qui de origine huius inscribitur [23], didici, horum matres mox pueris editis ferro acutissimo [b] faciem secant, scilicet ut, antequam lactis nutrimenta percipiant, vulnerum tolerantiam subire cogantur. Dant huic assertioni fidem vulnera quae pro defitientium dolore propinquûm [c] vivorum corporibus infliguntur. Sanguinemque [d] prout

*) articulus. ἄθεοι καὶ ἀσεβοῖς αντι των δακρυων athei ke asevis anti ton dacrion, id est sine Deo et impii pro lacrimis, fundunt. Iamiam rex Hulodoicus collecta multitudine Augustam venerat, quae est in Suevorum, Bagoariorum, seu orientalium Francorum confinio civitas, cum insperata, magis autem non optata, gentis huius nuntiatur vicinitas.

24 Sequenti igitur die secus Lemanni [24] fluminis campos, Martio operi capacitate sui aptos, utraeque acies convenere.

(2.) 4. Prius itaque ac

25 „*Titoni croceum linqueret Aurora cubile* [25]“

Hungariorum gens, necis sitiens, belli avida, hos, videlicet christianos, adhuc opprimit oscitantes; nonnullos namque spicula prius quam clamores evigilarunt, alios vero cubilibus confossos neque strepitus neque vulnera exitarunt [e]; citius enim ab iis spiritus recessit, atque somnus. Gravis itaque hinc indeque oritur pugna, versique terga ceu in fugam Turci, directis acriter boelis, id est sagittis, plurimos sternunt.

Versus

Nubibus omnipotens Heloim cum condere phoebi
Lumina chrisocomi venerandus ceperit atris,
Vertice cumque polus summo clangore remugit,
Fulgura crebra volant throno demissa Tonantis
Ignea: mox trepidant, qui nigrum in candida vertunt;
Conscia tum metuunt scelerum sulcare suorum
Pectora, vulno [f] pariter ruitura superno: —
Haud secus e vacuis volitant concussa pharetris
Spicula, scinduntur validae [g] quîs terga loricae.
Concutit ipsa ruens segetes cum grando superba,
Fit sonitus, clangorque simul per tecta sonorus,
Sic galeae strictis reboant tunc ensibus ictae,
Corpora sicque cadunt mutuis confossa sagittis.

a) *hic quaternio excidit in* 2. *usque cap.* 34. *in.* b) accutissimo 1. c) propiquum 1. d) Sanguinẽ nẽque 1. *duabus lineis, priori vocabulo ultra spatium producto, ita ut scriba totam vocem in prima linea scribere aggressus, spatio deficiente ultimas syllabas lineae sequenti intulerit.* e) alios — exitarunt *in codice prius omissa in fine paginae post* remugit *scripta sunt, remissionis tamen signo adiecto, quo neglecto in* 5. 5a. 5a* *ibi perperam habentur.* f) uulno 1. *pro* vulnere. — vulnereo 3e* *lacuna* 5. 5a. iudicio 5a* *et Hervag.* g) quis terga 3. q. t. *deunt spatio vacuo* 5. 5a. scolades galeaeque 5a* queis tergo *Hervag.*

23) Iordanis c. 24. 24) i. e. Lici. 25) Virg. Georg. I. 447.

Iam septimam descendens Phoebus occupaverat horam, et serenus adhuc Hulodoici 910.
partibus Mars favebat, cum Turci, sicut non incallidi, positis ex adverso insidiis, fugam simulant. Quos dum regis populus, doli ignarus, impetu validissimo sequeretur, omni prodeunt ex parte insidiae, et quasivicti ipsi victores interimunt. Rex ipse e victore se victum esse miratur; fitque illi non opinatus gravior casus. Videres equidem saltus, agros, passim cadaveribus stratos, rivos et flumina sanguine permixta rubere; tunc hinnitus equûm, clangorque tubarum, fugientes etiam atque etiam terrere, persequentes magis magisque hortari.

5. Hungarii praeterea compotes[a] sui effecti, christianorum hac tam inmensa nece propriae non satisfecere nequiciae; sed rabiem ut perfidiae satiarent, Bagoariorum, Suevorum, Francorum, Saxonum omnia deflagrando regna percurrunt. Nec quisquam erat, qui horum praesentiam, nisi labore non parvo naturave munitissimis praestolaretur in locis, factusque est per nonnullos populus hic tributarius annos.

6.[c] Huius tempore Adelbertus quidam, non quilibet sed magnus ille heros, simulta- (3.)
tem non modicam in castello[d] vocabulo Bavemberg contra rem puplicam exercebat. 906.
Sepe etenim rex Hulodoicus congregatis omnibus super eum irruerat. Cui nominatus heros non iuxta castellum, ut a plerisque assolet, sed procul a munitione praeparat bellum. Regis etenim milites priusquam re ipsa huius audatiam mirarentur, regem praeeuntes pugnae proludio hunc extra castrum illicere atque interficere cogitabant. Adelbertus itaque proludii huiusmodi non solum gnarus, verum etiam debriatus, obviam his tam longe a castro processerat, ut non hunc milites eousque ex adversariis esse cognoscerent, quoad eorum cervicibus istius mucro caedis inpaciens deseviret. Igitur cum septennio ferme Adelbertus heros rebellionem huiusmodi exerceret, sciens Hulodoicus istius audatie fortitudinem haudquaquam se nisi tergiversatione quadam posse devincere, Hattonem Magontinae sedis archiepiscopum, quid sibi super hac re faciendum esset, consuluit. Qui, ut erat versutie pollens: *Desine*, ait; *ego te securum iis sollicitudinibus reddam. Ego, ut tete adveniat, providebo; tu, ne redeat, curato.* Hatto itaque animi confidentia, qua nonnullas res ex infortunio secundas effecerat, animatus, Bavemberg quasi Adelbertum adiit conpassurus. Cui et ait: *Si et non aliam vitam praeter instantem putares, tamen iniuste faceres, quod domino tuo rebellis existeres, praesertim cum et quod agis, facias gratis; eo enim quo ferocitate animi vinceris*[26], *quantum* 26
ab omnibus, praecipue a rege diligaris, non intellegis. Consulenti itaque mihi fidem admitte; iusiurandum accipe, quo sine animi vacillatione de castello exire valeas et redire. Si sacerdotii mei promissionibus minime credis, iuramento saltem ne diffidas, quoniam ut te salvum et incolumem de castello hoc eduxero, ita et reducere procurabo. Adelbertus igitur huiusmodi melle dulcioribus elogiis delibutus, immo deceptus, iusiurandum ab Hattone accepit, eumque, ut secum pranderet, protinus invitavit. Hatto vero tergaversationis, quam exercere post paululum cuperat, non inmemor, eodem se haudquaquam pransurum omnimodis interdixit. Nec mora, Hatto de castello egreditur. Cuius dexteram Adelbertus tenens, mox eum prosequitur. Quem cum extra castellum Hatto conspiceret: *Poenitet*, infit, *me, heros egregie, quod secundum tuum consultum, praesertim cum perlongum iter immineat, corpus edulio aliquo non refecerim.* Ignorans denique Adelbertus, quantum incommodi quantumve infortunii haec sententia habeat: *Revertamur*, ait, *domine mi, et ne ieiunii*[b] *maceratione corpus tabescat, cibo saltem paululum recreato.* Conivens itaque eius peticionibus Hatto, per quam eum eduxit[f], repedavit et reducens dextera tenens. Haud mora, cibus sumitur, atque ab eis die eadem usque ad regem properatur. Clamor in castris oritur, fit tumultus non modicus, quoniam quidem Adelbertus regem advenisse[27] nuntiatur. Rex praeterea 27
huius ob adventum non parum exhilaratus, proceres ad se venire atque in iuditio residere praecepit. Quibus et ait: *Iam fere septennio Adelbertus quantas strages dederit, quas nobis turbas egerit, quot rapinarum et incendiorum infortunia nobis intulerit, re ipsa potius quam fama deferente percepimus. Unde et sententiam vestram, pro hoc*

a) c. voti sui 5. 5a. 5a*. b) inm̃sā 1. c) *caput hoc totum excidit in codicibus* 3. d) calstello 1. e) iunii 1. f) e. viam 5. 5a. 5a*.

26) i. e. propter ferocitatem animi, qua te vinci sinis, non intelligis, quantum *etc.* 27) i. e. ad regem venisse.

906. *tam praeclaro facinore quid recompensationis inpraesentiarum accipiat, expectamus* Qui omnium decreto, secundum priscorum instituta regum, maiestatis reus adiudicatus, capite truncatur. Verum dum vinctus traheretur ad mortem, Hattonem intuitus: *Periurii*, infit, *reus eris, si memet necem incurrere*[a] *sinis.* Cui Hatto[b]: *Sanum te*, inquit, *e castro educturum, ita et reducturum promisi; quod me tunc conplesse intellexi, cum te e castello eductum, salvum et incolumem*[*] *quam mox in castellum reduxi.* Tum se istuc advenisse dolens et Hattonis[c] dolum tarde intellexisse suspirans, tam invitus spiculatorem sequitur, quam libenter viveret, si liceret.

(4.) 898. 7. Paucis igitur interpositis annis, cum nullus esset, qui in orientali australive plaga Hungariis resisteret — nam Bulgariorum gentem atque Grecorum tributariam fecerant — ne quid inexpertum his esset, quae sub meridiano atque occidentali degerent climate visere satagunt nationes. Inmenso itaque innumerabilique collecto exercitu, miseram petunt Italiam. Cumque iuxta fluvium Brentam defixis tentoriolis, immo centonibus, triduo exploratoribus directis, terrae situm gentisque multitudinem seu rarita-
28 tem considerarent[28], repedantibus nuntiis huiusmodi responsa suscipiunt: *Planities hec nonnullis plena colonobus, uno, ut cernitis, ex latere montibus asperrimis atque fertilibus, altero mari cingitur Adriatico; opida vero cum nonnulla, cum munitissima. Et gentis quamquam ignoretur inbecillitas aut fortitudo, inmensa tamen conspicitur multitudo. Neque enim tam copiis paucis aggredi hanc hortamur. Verum cum nonnulle sint res, quae nos pugnare compellant, triumphus scilicet assuetus, animi fortitudo, pugnandi scientia, opes praesertim quarum desiderio fatigamur, quae hic tot insunt, quot toto in orbe nec vidimus nec videre speravimus; nobis tamen consultis — neque enim longum arduumve remeandi iter est, quod decem potest et eo minus diebus perfici — revertemur, venturo quatinus verè omnibus gentis nostrae collectis fortissimis redeamus, sitque his cum in fortitudine tum noster in multitudine terror.*

8. Nec mora, his auditis ad propria revertuntur, totamque hiemis asperitatem in fabricandis armis, in acuendis spiculis, in docendis iuvenibus belli notic am, ducunt.

899. 9. Sol necdum Piscis[d] signum deserens, Arietis occupabat, cum inmenso atque innumerabili collecto exercitu Italiam petunt, Aquilegiam, Veronam, munitissimas pertranseunt civitates, et Ticinum, quae nunc alio exellentiori Papia notatur vocabulo, nullis resisten bus veniunt. Rex igitur Berengarius tam praeclarum novumque facinus — antehac enim neque nomen gentis huius audierat — satis mirari non potuit. Italorum igitur, Tuscorum, Volscorum, Camerinorum, Spoletinorum, quosdam libris alios nuntiis directis, omnes tamen in unum venire praecepit, factusque est exercitus triplo Hungariorum validior.

(5.) 10. Cumque sibi rex Berengarius tot adesse copias cerneret, superbiae spiritu inflatus magisque triumphum de hostibus multitudini suae quam Deo tribuens, solus ipse cum paucis quodam in opidulo degens, voluptati operam dabat. Quid igitur? Tantam mox ut Hungarii contemplati sunt multitudinem, animo consternati, quid facerent deliberare non poterant. Praeliari poenitus formidabant, fugere omnino nequibant. Verum inter utramque hanc aestuationem fugere magis qnam praeliari iuvat; persequentibusque christianis, Adduam fluvium natando, ita ut nimia festinatione plurimi necti submergerentur, pertranseunt.

11. Hungarii denique, consilio non malo accepto, interruntiis christianos rogant, quatinus praeda omni cum lucro reddita, ipsi incolumes remeare possent. Quam petitionem christiani funditus abdicantes, his, pro dolor! insultabant, potiusque vincula quis Hungarii vincirentur, quam arma quibus necarentur, exquirunt. Cumque pagani christianorum animos hoc pacto mulcere nequirent, vetus rati melius consilium, cepta sese liberare satagunt fuga, sicque fugiendo in Veronenses latissimos campos perveniunt.

12. Christianorum primi horum iam novissimos insecuntur; fitque eodem pugnae proludium, in quo victoriam habuere pagani. Validiore vero propinquante exercitu, fugae non immemores, ceptum iter percurrunt.

13. Veneruntque christicolae cum idololatribus pariter iuxta fluvium[e] Brentam; equi enim nimium defatigati[f] fugiendi copiam negabant[g] Hungariis. Simul igitur

a) incurre 1. b) hato 1. *) i. [non dico citissime] 9. *tres voces erasae* 1. c) hatonis 1. d) pisscis 1.
e) fluium 1. *saepius.* f) defetigati 1. *saepius.* g) necabant 1.
28) i. e. considerarent.

utraeque acies convenere, memorati tantummodo fluvii alveo separatae. Hungarii deni- 899
que nimio terrore coacti, omnem suppellectilem, captivos, arma omnia, equos, singulis tantum quibuscum remeare possent retentis, dare promittunt; hoc praeterea in honere suae petitionis adiungunt, ut si vita tantum comite datis omnibus illos remeare permitterent, se numquam amplius Italiam ingressuros, filiis suis obsidibus datis, promitterent. Verum heu! christiani superbiae tumore decepti, minis paganos, ceu iam victos, insecuntur, eisque continuo huiusmodi apologiam *απολογειαν*, id est responsionem, remittunt: *Si contraditum nobis, praesertim a contraditis iamque canibus mortuis, munus reciperemus, foedusque aliquod iniremus, „insanos capite non sanus iuraret Orestes“!*

14. Hac igitur Ungarii legatione desperati, collectis in unum fortissimis, tali sese (6.)
mutuo sermone solantur: *Si hac, quae inpraesentiarum cernitur, luce perdita, nichil est quod deterius proveniri possit hominibus, et quia locus praeci nullus, fugiendi spes omnis ablata, colla summittere mori est, quid verendum nobis est, tela inter ipsa ruere, morte mortem inferre? Numquid non fortunae, et non inbecillitati casus deputandus est noster? Viriliter enim pugnando occumbere, non est mori, sed vivere. Hanc famam tantam, hanc κληρονομειαν, clironomian, id est hereditatem, ut a patribus nostris accepimus, nostris etiam relinquamus heredibus. Nobis debemus, nobis saltem credere expertis, qui copiarum paucitate nonnunquam plurimos stravimus. Invalidae plebis sane congregatio plurima ad cedem est tantum exposita. Sed et Mars fugentem* [29] *saepissime perhimit, dimicantem fortiter protegit. Hi enim qui nobis supplicantibus non miserentur, ignorant, neque mente percipiunt, quia vincere quidem bonum est, supervincere nimis invidiosum.* 29

15. Hac itaque ex horatione utcumque animos recreati, tres in partes insidias ponunt, recta ipsi fluvium transeundo hostes in medios ruunt. Christianorum enim plurimi longa propter internuntios expectatione fatigati, per castra, ut cibo recrearentur, descenderant; quos tanta Hungarii celeritate confoderant, ut in gula cibum transfigerent aliis, quibusdam equis fugam negarent ablatis, eoque illos levius perhimebant, quo sine equis eos esse conspexerant. Ad augmentum denique perditionis christianorum non parva inter eos erat discordia. Nonnulli plane Hungariis non solum pugnam non inferebant, sed ut proximi caderent anhelabant, atque ad hoc perversi ipsi perverse fecerant, quatinus dum proximi caderent, soli ipsi quasi liberius regnarent. Qui dum proximorum necessitatibus subvenire neglegunt eorumque necem diligunt, ipsi propriam incurrunt. Fugiunt itaque christiani, seviuntque pagani, et qui prius supplicare muneribus nequibant, supplicantibus postmodum parcere[b] nesciebant. Interfectis denique fugatisque christianis, omnia Hungarii regni loca saeviendo percurrunt. Neque erat, qui eorum praesentiam nisi munitissimis forte praestolaretur in locis. Illorum sane adeo praevaluerat virtus, quatinus eorum pars quedam Bagoariam, Sueviam, Franciam, Saxoniam, quedam vero depopularetur Italiam.

16. Neque enim hoc eorum meruerat virtus, sed verus Domini sermo, terra coeloque durabilior, mutari non poterat, quemadmodum per Hyeremiam prophetam omnibus nationibus in persona domus Israel comminatur dicens: *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo, gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam, nec intelleges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulcrum patens, universi fortes, et comedet segetes tuas, et panem tuum devorabit; filios tuos et filias tuas comedet; gregem tuum et armenta tua comedet; vineam tuam et ficum tuam et conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fidutiam, gladio. Veruntamen in diebus illis, ait dominus Deus, non fatiam vos in consummatione.* Ier. 5. 15-17.

17. Hac igitur eadem tempestate Hulodoicus rex moritur. Chunradus Francorum (7.)
ex genere oriundus, vir strenuus bellorumque exercitio[c] doctus, rex cunctis a populis 911. Nov. 8.
ordinatur.

18. Sub quo potentissimi principes Arnaldus in Bagoaria, Bruchardus in Suevia, Everardus comes potentissimus in Francia, Giselbertus dux in Lotharingia, erant. Quos inter Heinricus, Saxonum et Turingiorum praepotens dux, clarebat.

b) pascere 1. c) exersitio 1.

29) i. e. fugientem.

913. 19. Secundo itaque regni huius susceptionis anno memorati principes huic, prae sertim Heinricus, rebelles extiterant. Quos Chuonradus rex tam sapientiae vigore quam fortitudinis robore superavit suamque ad fidelitatem perduxit. Arnaldus autem eius 917. nimio terrore coactus, cum uxore et filiis ad Hungarios fugit, deguitque eodem, quoad vitalis aura Chuonradi regis rexerat artus.

918. Dec. 23. 20. Septimo denique regni sui anno vocationis suae ad Deum tempus agnovit. Cumque[30] memoratos principes se adire fecisset, Heinrico solummodo non praesente, ita convenit: *Ex corruptione ad incorruptionem, ex mortalitate ad inmortalitatem vocationis meae tempus, ut cernitis, praesto est; proin pacem vos concordiamque sectari, etiam atque etiam rogo. Me hominem exeunte, nulla vos regnandi cupiditas, nulla praesidendi ambitio inflammet. Heinricum, Saxonum et Turingiorum ducem prudentissimum, regem eligite, dominum constituite. Is enim est et scientia pollens, et iustae severitatis censure habundans.* His ita prolatis, propriam coronam non auro, quo poene cuiuscumque ordinis principis pollent, verum gemmis praeciosissimis, non solum inquam ornatam, sed gravatam, sceptrum etiam, cunctaque regalia indumenta, in medium venire praecepit, ac prout valuit huiusmodi verba effudit: *Heredem regiaeque dignitatis vicarium regalibus his ornamentis Heinricum constituo; cui ut oboediatis, non solum consulo, sed exoro.* Quam iussionem interitus, et interitum mox est oboedientia prosecuta. Ipso namque mortem obeunte, memorati principes coronam cunctaque regalia indumenta Heinrico duci contulerunt; atque ut rex Chuonradus dixerat, cuncta per ordinem enarrarunt. Qui regiae dignitatis culmen et prius humiliter declinavit, ac paulo post non ambitiose suscepit. Verum nisi pallida mors, quae pauperum tabernas 31 regumque turres aequo pulsat pede[31], Chuonradum regem tam citissime raperet, is esset, cuius nomen multis mundi nationibus imperaret.

21. Hoc eodem tempore Arnaldus cum uxore et filiis Hungaria rediens, honorifice a Bagoariis atque ab orientalibus suscipitur Francis. Neque enim solum suscipitur, sed ut rex fiat, ab iis vehementer hortatur. Rex Heinricus cum obtemperare suis omnes iussionibus, Arnaldum solummodo resistere cerneret, pervalido collecto exercitu, Bagoa- 921. riam tendit. Quod Arnaldus ut audivit, eius non passus est in Bagoaria praestolari adventum; verum collectis, quibus valuit, copiis, huic obviam[a] properat. Cuperat sane et ipse rex fieri. Cumque in eo esset, ut bellum pariter inire deberent, sicut vir sapiens et Dei timens rex Heinricus cogitans ex utraque parte inrecuperabile posse damnum accidere, Arnaldo[b], quatinus cum solo solus loquatur, denuntiat. Putans igitur Arnaldus, quo singulari se acciret certamine, ad condictum locum solus hora statuta pervenit.

22. Quem sibi obviam properantem rex Heinricus tali est sermone adgressus:

Insanā Domini iussis quid mente resistis?
Quod populus regem me cupit esse, scias,
Imperio Christi, quo constat machina mundi;
Tartarus hunc metuit, hunc Flegeton timuit;
Conterit hic nitidos reges dudumque tremendos
Sublimesque volens; erigit hic miseros,
Quo meritas Domino laudes per secula solvant.
Tune, superbe, reus, perfide, dure, ferox,
Invidiae stimulis sevaque cupidine tactus,
Corpora christicolum perdere valde sitis?
Si regem populus cuperet praeponere temet,
rotinus is essem, qui magis hoc[c] cuperet.

Hoc igitur quadrifario dicendi genere, copioso scilicet, brevi, sicco et florido, rex Heinricus, ut erat animi prudens, Arnaldi animum mulcens, ad suos rediit.

23. Arnaldus vero, cum suis haec omnia retulisset, huiusmodi ab eis audivit ἀπόκρισιν, apocrisin, id est responsionem: *Sapientis illius, immo sapientiae verae sen-* Prov. 8. 15. *tentiam, quae ait:* Per me reges regnant, principes imperant, et prudentes iustitiam

a) ouiam 1. b) arnaldaldo 1. c) oc 1.

30) cf. Reginonis cont. a. 919. ubi nonnulla valde similia, nec tamen eadem, e. g. „*sceptrum ei et coronam ceteraque regiae dignitatis ornamenta — transmisit.*“ 31) Horat. Od. I. 4. 13.

decernunt, *illamque apostoli dicentis*[a] quod omnis ordinatio a Deo est, et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, *quis ambigit? Neque enim in huius electione totius populi posset esse animus unus, si a Trinitate summa, quae Deus unus est, ante mundi constitutionem non esset electus. Si bonus fuerit, diligendus erit, Deusque in eo laudandus; si vero malus, equanimiter tolerandus. Subditorum namque plerumque exigunt merita, quatinus nonnumquam a praelatis graventur, non regantur. Aequum autem iustumque nobis videtur, ut a caeteris non dissentiens, hunc regem eligeres, ipse vero te, ut tam fortunatum et praedivitem virum, hoc pacto bearet, animique tui furorem mulceret, ut quod decessores non habuere tui, tibi concedatur, scilicet quatinus totius Bagoariae pontifices tuae subiaceant dicioni, tueque sit potestati, uno defuncto alterum ordinare.* Conivens igitur Arnaldus suorum hoc optimo bonoque consilio, Heinrici regis miles efficitur, et ab eo, ut iam dictum est, concessis totius Bagoariae pontificibus honoratur. Rom. 13.

24. Per idem tempus dum Chuonradi regis interitum atque Heinrici in regnum successionem audirent Hungarii, tali sese sunt mutuo sermone adgressi[b]: *Rex forte novus novis uti legibus cupit. Copiis igitur collectis non minimis, ascendamus; scrutemurque, debita utrum rex Heinricus velit tributa persolvere. Quod si non, ut credimus, regibus dissentit a ceteris, regnum eius cede atque inmensis depopuletur*[c] *incendiis. Non Bagoariorum, sed Saxonum, ubi rex ipse est, primo fines occupemus; ut, si forte, quod non speramus, congregare exercitum velit, neque de Lotharingia, neque de Francia, neque de Suevia, neque de Bagoaria, ei mature occurrere*[c] *possit. Sed et Saxonum ac Turingiorum*[d] *terra facile depopulatur, quae nec montibus adiuta nec firmissimis oppidis est munita.* (8) 919.

25. Rex Heinricus gravissima valetudine detinetur, et Hungariorum ei adventus proxime nuntiatur. Vix finetenus nuntiantis[e] verba audierat, cum directis per Saxoniam nuntiis, post quatriduum quotquot poterat capitali sententia se adire commendat. Validissimo igitur per quatriduum congregato exercitu, — est enim Saxonum mos[f] laudandus atque immitandus, quatinus annum post unum atque duodecimum nemini militum bello deesse contingat — etsi corporis invalidus viribus, mentis tamen vigore animatus, prout valuit aequum conscendit, atque collectis in unum copiis, huiusmodi eas verbis ad pugnandi rabiem exitavit[32]: 933. 32

26. *Inclita Saxonum Ceu leo frendens*
Bella per innumera Gens erat olim.
Restitit haec Karolo Ense cruento,
Qui sibimet totum Straverat orbem[g]*;*
Fugiit hic victus Victor ubique.
Quod sibi nos rediens Subdidit[h] *omnes,*
Id Domini pietas Gessit, ob hoc quod
Participes voluit Esse salutis.
Nunc mala Turcorum Nescia Christi
Gens, inimica Deo, Gaudet in omnem
Eclesiae populum Ducere ferrum.
Pro dolor, heroes, Heus mage, quod nunc
Subdere nostra volunt Colla tributo!
Sumite nunc animos More virili!
Membra secare praecor Vique ferire!
Sit furor heus ardens, Sancta cupido;
Hec Stigias[i] *referant Munera ad undas,*
Et calidos numerent Igne trientes!

27. Talibus itaque rex exhortationibus ad pugnam suorum accendi animos videns, indicto cunctis silentio, haec iterum divini munere flaminis tactus adiecit: *Priscorum facta regum, sanctorum scripta patrum nobis, quid agere debeamus, insinuant. Non*

a) dicentes 1. b) adgressci 1. c) occurere 1. *) depopopuletur 1. d) turingionum 1. e) nuntiatis 1. f) mox 1. g) *sequentia usque* civitas est difficili *capite* 40. *desunt, lacuna nulla indicata* 3. h) Subbdidit 1. i) stigia 1. stigias 5. 5a. 5a*.

32) i. e. excitavit.

933. *enim est Deo difficile paucis plures sternere, si tamen horum qui id agere cupiunt, fides meretur; fides, inquam, non professionis tantum, sed operis, non solummodo oris, set etiam cordis. Voveamus itaque ac secundum Psalmistam vota reddamus, ego, inquam, ego prius, qui dignitate videor et ordine primus. Simoniaca heresis Deo invisa, et a beatissimo apostolorum principe Petro damnata, quae a decessoribus nostris hactenus est temere custodita, modis omnibus a nostro sit regno expulsa. Conectet invicem unitatis caritas, si quos diaboli divisit calliditas.*

(9.) 28. Rex nonnulla his similia dicere cuperat, cum volipes nuntius Hungarios in Meresburg, quod est in Saxonum, Turingiorum[a], et Sclavorum confinio castrum, esse nuntiabat. Adiecerat etiam, eos non modicam parvulorum ac mulierum habere praedam, virorum vero inmensam fecisse stragem; condixerant enim, a decimo et deinceps anno neminem se superstitem relicturos, quatinus per hoc terrorem non parvum Saxonibus adhiberent. Rex igitur, ut erat animi constans, talibus non terretur; verum magis magisque, ut pro patria pugnare ac laudabiliter debeant occumbere, exhortatur.

29. Vinctos interea Hungarii, si inpugnari debeant, sciscitantur. Cumque ab his non aliter posse fieri testaretur, exploratoribus dilectis[b], si hoc verum esse posset, exquirunt. Profecti denique exploratores, Heinricum regem inmenso cum exercitu iuxta praefatum oppidum Meresburg contemplantur. Denique vix ad suos poterant reppedare, adventum exercitus nuntiare; neque enim his fuerat alius, verum rex ipse, belli nuntius.

30. Haud mora, bellum incipitur, atque ex christianorum parte sancta ac mirabilis vox *Κύριε ελεισον*, kyrie eleison, ex eorum vero turpis et diabolica hui, hui, frequenter auditur.

31. Dederat rex Heinricus suis ante belli inchoationem huiusmodi sapiens ac salubre consilium: *Cum ad Martis ludium*[c] *ceperitis properare, nemo sotium velotiori, quamquam habeat, temptet equo praeire. Verum clipeis altrinsecus operti, primos super scuta sagittarum ictus recipite; deinde cursu rappido impetuque*[d] *vehementissimo super eos irruite, quatinus non prius vobis secundo sagittarum possint ictus emittere, quoad vestrorum sibi armorum sentiant vulnera pervenisse.* Saxones igitur admonitionis huius saluberrimae non inmemores, ordinata aequaliter acie currunt, nec est, qui velociori tardiorem transeat equo; verum clipeis, ut rex dixerat, altrinsecus cooperti, sagittarum super clipeos recipiunt ictus innocuos; deinde, ut vir prudentissimus dixerat, super hos cursu praepeti veniunt, adeo ut eorum prius vita cum gemitu fugeret, quam secundo iaculorum fulmina mitterentur. Fitque divini muneris pietate, ut potius hos fugere quam praeliari iuvet. Velox tunc sonipes piger queritur[33]; falerarum praeterea decor armorumque honor non Hungariis tutelae, sed honeri erant. Abiectis quippe arcubus, dimissis spiculis, faleribus etiam, quo expeditius equi currerent, proiectis, fugae solummodo operam dabant. Verum omnipotens Deus, qui pugnandi eis audatiam tulerat, fugiendi etiam copiam omnino negabat. Caesis igitur fugatisque Hungariis, inmensa captivorum turba dissolvitur, atque in letitiae cantum vox gemitus permutatur. Hunc vero triumphum tam laude quam memoria dignum, ad Meresburg rex in superiori cenaculo domus per *ζογραφεῖαν*, zographian, id est picturam, notare praecepit, adeo ut rem veram potius quam veri similem videas.

(10 900) 32. Dum haec aguntur, Italienses poene omnes Hulodoicum quendam, Burgundionum sanguine genitum, nuntiis directis invitant, ut eos adveniat[e], regnumque Berengario auferat sibique obtineat.

33. Huius vero tam turpis sceleris auctor Adelbertus Eporegiae civitatis marchio erat, cui et idem Berengarius filiam suam, nomine Gislam, coniugio copularat[f]; ex qua et filium genuerat, cui avi sui vocabulum dederat. Iste est, inquam, iste Berengarius ille, cuius inmensitate tyrannidis tota nunc luget Italia, cuiusque lenocinio a quibuscumque gentibus perhimitur, non iuvatur. Sed ut ad rem redeamus, satis nunc dixisse sufficiat.

a) turingionum 1. b) *ita* 1. *i. e. aut* delectis *aut* directis. c) proludium 5. 5a. 5a*. d) impetūque 1. e) adueniad *corr.* adueniat 1. f) coniungio cupularat 1.

33) i. e. vocatur; qui veloci equo utebatur, de eo quasi pigro conqueritur; auctor *queritur* passive usurpat.

34. Preterea idem Adelbertus, quod bonis omnibus cavendum est, nequissimi moris[a] fuit. Nam dum fervente sanguine iuvenilem duceret vitam, mirae humanitatis miraeque[b] sanctitatis fuit, adeo sane ut si ei a venatione redeunti pauper occurreret[c], aliudque ei deesset quod illi praestare nequiret, cornu protinus, quod eius collo fibulis aureis dependebat, sine dilatione concederet, rursumque ab eodem, quanti estimabatur, adquireret. Tam dirae autem postmodum factus est famae, ut huiusmodi vera de eo tam a maioribus quam a pueris cantio diceretur. Et quia sonorius est, greco illud dicamus: *Αδελβέρτος*[d] *κόμις κουρτης, μακροσπάθης, γουνδοπιστις, Adelbertos comis curtis, macrospathis, gundopistis*; quo significatur et dicitur, longo eum[d] uti ense et minima fide. 900.

35. Huius denique aliorumque nonnullorum Italiensium hortatu praefatus Hulodoicus in Italiam venit. Cui mox Berengarius, ut cognovit, obviam tendit. Cumque Hulodoicus Berengario sibi obviam venienti magnas adesse copias, sibi vero cerneret parvas, iureiurando ei hoc terrore compulsus promisit, ut si se tunc dimitteret, aliquibus promissionibus accitus amplius in Italiam non veniret. Fecerat namque sibi Berengarius plurimis conlatis muneribus Adelbertum, Tusscorum praepotentissimum marchionem, sibi valde fidelem, atque ideo Hulodoicus tam facile est expulsus.

36. Modica vero temporis transcursa intercapedine, rex Berengarius nominato Adelberto gravis est visus. Cui rei Berta coniux sua, regis Hugonis, qui nostro post tempore in Italia regnavit mater, non modice fomitem ministrabat. Unde factum est, ut consulto eodem Adelberto marchione, ceteri Italienses principes propter eundem Hulodoicum, ut adveniret, transmitterent. Qui cupiditate regnandi, iurisiurandi oblitus, concitus in Italiam venit.

37. Videns itaque Berengarius, quod Hulodoicus tam ab Italiensium quam a Tuscorum susciperetur principibus, Veronam profectus est. Hulodoicus vero eum cum Italiensibus persequi non desistens, Verona[e] illum etiam expulit, totumque sibi regnum viriliter subiugavit. Oct.

38. His ita gestis, bonum Hulodoico est visum, ut sicut circumcirca videret[f] Italiam, videret et Tusciam. Exiens denique Papia, proficiscitur Lucam, ubi decenter miroque apparatu ab Adelberto suscipitur.

39. Cumque Hulodoicus in domo Adelberti tot militum elegantes adesse copias cerneret, tantam etiam dignitatem totque inpensas[h] prospiceret, invidiae zelo tactus, suis clangulum[34] infit: *Hic rex potius quam marchio poterat appellari; nullo quippe*[i] *mihi inferior, nisi nomine solummodo est.* Que res Adelbertum latere non potuit. Quod Berta, ut erat mulier non incallida, audiens, non solum virum suum ab eius fidelitate ammovit, verum etiam caeteros Italiae principes ei infideles effecit. Unde factum est, ut dum Tuscia rediens Veronam pergeret, degeretque eodem nichil hesitans nichilque mali suspicans, Berengarius dato praetio custodes civitatis corruperit, collectisque viris fortissimis, in ipso noctis conticinio civitatem ingressus fuerit. 34. 905. Iul.

40. Fluvius Athesis, sicut Tiberis Romam, mediam civitatem Veronam percurrit. Super quem ingens marmoreus miri operis miraeque magnitudinis pons est fabricatus. A leva autem parte fluminis, quae est aquilonem versus posita, civitas est difficili arduoque colle munita, adeo ut si ea pars civitatis, quam memoratus fluvius dexteram alluit, ab hostibus capiatur, ea tamen viriliter possit defendi. In huius vero collis summitate praeciosi operis est aeclesia fabricata, in honore beatissimi Petri apostolorum principis consecrata, ubi et propter aeclesiae amoenitatem locique munitionem Hulodoicus manebat. (11.)

41. Berengarius denique, ut praefati sumus, noctu civitatem ingressus, clam Hulodoico suis cum militibus pontem pertransiens, in ipso aurore crepusculo hunc usque advenit. Qui clamore strepituque militum exitatus, sciscitatusque quid esset, in aecclesiam fugiit, nullusque eum, praeter Berengarii militum unum, ubi esset, agnovit. Qui misericordia motus, noluit hunc prodere sed celare. Timens vero isdem, ne ab aliis

a) ....similioris fuit 2. ne quis simili oris fuit 5. nequissimi livoris fuit 5a. *in loco raso;* nequaquam sui similis fuit 5a°. b) mireque 1. *) occureret 1. c) *Αδελβέρτος* 1. d) eo 1. e) ueronam *corr.* uerona 1. f) viderat? g) proficitur 1. h) inpenses 1. i) quipe 1.

34) i. e. clanculum.

905. repertus proderetur vitaque multaretur, Berengarium adit, eumque ita convenit: *Quoniam quidem tanti te Deus habuit, ut tuum proprias in manus traderet hostem, debes et tu eius monita, immo praecepta, magnifacere. Inquit enim:* „Estote misericordes, Luc. 6. sicut et pater vester misericors est. Nolite iudicare, et non iudicabimini; nolite con- 36. dempnare, et non condempnabimini.“ Intellexit itaque Berengarius, ut vir non incallidus, hunc, quo ipse lateret, scium esse, eumque sophystica hac responsione decepit: *Putasne me, insulse, quem Dominus tradidit hominem, immo regem, velle occidere? Numquid et David sanctus regem Saulem a Deo sibi in manus datum non occidere potuit, sed*[a] *noluit?* His sermonibus miles inclinatus, locum ostendit, ad quem confugerat Hulodoicus. Qui captus et ante Berengarii praesentiam ductus, huiusmodi eum 35 Berengarius sermonibus increpavit: *Quousque*[35] *tandem abutere, Hulodoice, patientia nostra? Num infitiari potes, te illo tempore meis praesidiis, mea diligentia circumclusum? commovere etiam te contra me non potuisse? meque misericordia inclinatum,* 36 *quae nulla tibi debebatur, te dimisisse? Sensistine, inquam, te periurii institis*[36] *esse vinctum? Confirmasti sane mihi, te ipsum numquam Italiam ingressurum. Vitam tibi, sicut ei, qui tete mihi prodidit, promiseram, concedo; oculos vero tibi auferre non solum iubeo, sed compello*[b]. His expletis, Hulodoicus lumine privatur, et Berengarius regno potitur.

42. Hungariorum interea rabies, quia per Saxones, Francos, Suevos, Bagoarios nequibant, totam per Italiam nullis resistentibus dilatatur. Verum quia Berengarius firmiter suos milites fideles habere non poterat, amicos sibi Hungarios non mediocriter fecerat.

43. Sed et Saraceni, qui, sicut dixi, Fraxenetum inhabitabant, post labefactionem Provincialium quasdam summas Italiae partes sibi vicinas non mediocriter laniabant; 37 adeo ut depopulatis plurimis urbibus, Aquas[37] venirent, quae est civitas 40 ferme miliariis Papia distans[c]. Quae etiam propter thermas miro in tetragonum modo ad lavandum ibi constitutas vocabulum huiusce sortita est. Tantus enim timor invaserat universos, ut nullus esset, qui horum praesentiam nisi forte tutissimis praestolaretur in locis.

(12.) 44. Eodem tempore Saraceni ab Africa ratibus exeuntes, Calabriam, Appuliam, Beneventum, Romanorum etiam poene omnes civitates ita occupaverunt, ut unamquamque civitatem mediam Romani obtinerent, mediam Africani. In monte quippe Gareliano munitionem constituerant, in quo uxores, parvulos captivos, omnemque suppellectilem satis tuto servabant. Nemo etiam ab occasu, sive ab arcturo, orationis gratia ad beatissimorum apostolorum limina Romam transire poterat, qui ab his aut non caperetur, aut non modico dato praecio dimitteretur. Quamvis enim misera Italia multis Hungariorum et ex Fraxeneto[d] Saracenorum cladibus premeretur, nullis tamen furiis aut pestibus sicut ab Africanis agitabatur.

45. Fertur autem hac occasione ab Africa exivisse, atque Italiam adventasse. Leone atque Alexandro imperatoribus augustis hominem exeuntibus, Romanos, ut latius dicturi 913. sumus, cum Constantino, qui nunc usque superest, Leonis imperatoris filio, Constantinopolitanum regebat imperium. Et sicut fieri adsolet, primo, quo Romanos suscepit imperium, anno, nonnullae ei gentes, praesertim *ἀνατολικαί*, anatolike, hoc est orientales, nisae sunt rebellare. Factum est autem, dum imperator exercitum ad expugnandas eas transmitteret, Appuliam et Calabriam, binas regiones quae ei tunc temporis serviebant, huic[e] rebellasse. Cumque imperator, maximis orientem versus copiis directis, exercitus huc multitudinem destinare non posset, rogavit primo, ut ad sui fidelitatem pristinam sponte redirent. Qui cum recusarent, atque hoc se facturos minime dicerent, ad Africanum mox imperator suscensus dirigit regem, eum praetio rogans, ut se adiuvet, virtutisque eius auxilio Appuliam sibi atque Calabriam subdat. Hac legatione rex Africanus accitus, innumerabiles ratibus copias in Calabriam Appuliamque direxit, binasque has regiones imperatoris dominatui potentissime subdidit. Sed dum processu temporis has

a) set *corr.* sed. 1. *saepius.* b) i. s. c. *desunt* 2. *in paginae fine. tia usque* interfectorum strages *cap.* 66 *desunt in codicibus* 3. c) discans 1. d) fraxeto 1. e) *sequen-*

35) cf. Cic. in Catil. I. 1. 36) i. e. fasciis, vinculis. 37) Acqui, ad Bormidam fluvium sita.

regiones dimitterent, Romam versus aciem giraverunt, montemque Garelianum maxima pro tuitione sibi vendicaverunt, multasque munitissimas civitates debellantes vi ceperunt.

46. Dominus vero noster Iesus Christus, coaeternus et consupstantialis Patri sanctoque Spiritui, cuius misericordia plena est terra, qui neminem hominum vult perire, sed omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ne pereat, quod solus Deus ante mundi constitutionem praevidit, atque post omnem creaturam, quasi dominum ceteris utentem ac dominantem, creavit hominem, quemque in finem temporis per sanguinis sui effusionem[a] verus homo verusque Deus, non duo sed unus, redemit, ad amorem sui propriaeque patrie dilectionem quosdam beneficiis invitat, terroribus alios compellit, non quo sibi, qui nec augmentum bonitate nostra, ut propheta testatur dicens: *quoniam bonorum meorum non eges*, nec detrimentum malitia sumere[b] possit, sed ut nobis prosit. Placuit itaque ei, quia beneficiis noluimus, huiusmodi nos ad tempus castigare terroribus. Sed ne Saraceni diutius insultarent et dicerent: *Ubi est Deus eorum?* convertit Deus corda christicolûm, adeo ut amplior ius pugnandi quam fugiendi prius esset cupido. Ps. 15, 2.

47. Quo tempore venerandae Romane sedis summum Iohannes Ravennas pontificatum tenebat. Hic autem tam nefario scelere contra ius fasque pontificii culmen ita obtinuit. (13.)

48. Theodora scortum impudens, huius Alberici qui nuper hominem exiit avia, quod dictu etiam fedissimum est, Romane civitatis non inviriliter monarchiam obtinebat. Quae duas habuit natas, Marotiam atque Theodoram, sibi non solum coequales verum etiam veneris exercitio[c] promptiores. Harum Marotia ex papa Sergio, cuius supra fecimus mentionem, Iohannem, qui post Iohannis Ravennatis obitum Romanae aecclesie obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio; ex Alberico autem marchione Albericum, qui nostro post tempore eiusdem Romane urbis principatum sibi usurpavit. Per idem tempus Ravennate sedis, secundus qui post Romanum archierean archipraesulatus habebatur, Petrus pontificatum regebat. Qui dum subiectionis offitio debitae iam nominatum Iohannem papam, qui suae minister ecclesiae tunc temporis habebatur, Romam sepius et iterum domno dirigeret apostolico, Theodora, ut testatus sum[d], meretrix satis impudentissima, veneris calore succensa, a huius spetiei decorem vehementer exarsit[e], seque hunc scortari solum non voluit, verum post etiam atque etiam compulit. Hec dum inpudenter aguntur, Bononiensis aeclesiae episcopus moritur, et Iohannes iste loco eius eligitur. Paulo post[37] ante huius diem consecrationis nominatus Ravennas archipraesul mortem obiit, locumque eius Iohannes hic, Theodore instinctu, priori Bononiense deserta aeclesia, ambitionis spiritu inflatus, contra sanctorum instituta patrum sibi usurpavit. Romam quippe adveniens, mox Ravennatae eclesiae ordinatur episcopus. Modicá vero temporis intercapedine, Deo vocante, et qui eum iniuste ordinaverat papa défunctus est. Theodorae autem glycerii[38] mens perversa, ne amasii sui ducentorum miliariorum interpositione, quibus Ravenna sequestratur Roma, rarissimo concubitu potiretur, Ravenate hunc archipraesulatum coegit deserere, Romanumque, pro nefas, summum pontificium usurpare. Hoc igitur sanctorum apostolorum taliter vicario constituto, Poeni, ut praefatus sum, Beneventum Romanasque urbes misere[f] laniabant. 37 38 914. Apr.

49. Accidit[g] interea, Poenorum quendam iuvenem iniuriis lacesscitum Poenos deserere huncque Iohannem papam advenire, seque divino tactum spiramine papam ita convenisse: *Sacerdos magne, si saperes, populum terramque tibi subiectam Poenos tam graviter laniare non sineres. Elige igitur iuvenes nimia quasi mobilitate volipedes, qui me imperatorem, praeceptorem, dominum equanimiter audiant. Horum neminem aliquid praeter singulas parmas singulosque pilos ensesque singulos, ac simplices vestes cum exiguitate obsonii habere permitto.*

50. Sexaginta denique huiusmodi inventis sibique traditis, Penos contra properat, latuitque secus angustas, qua Poenorum iter erat, vias. Cumque circumcirca sepius et iterum Poeni depopulantes redirent, clangore cum maximo ex improvisu atque insperato hi ex insidiis prosilientes[g], eos leviter trucidabant. Clamor ex ore, ictusque simul a

a) effusione 1. b) sumere 1. c) exorcitio 1. d) testatur sua 5a. testatur uita 5a'. e) exarscit 1. f) miserere 1. g) Acidit 1. h) prosilientis 1.

37) Iohannes archiepiscopus in chartis Ravennatibus a. 906 Iul. 15. et 911 Sept. 4. occurrit apud Fantuzzium T. I. 38) *i. e.* dulcis amoris, a γλυκὺς et ἔρως.

manu processerant. Neque enim Poeni, qui quidve esset, prius scire poterant, quam istorum spicula horum corporibus inhererent. Hac denique fama hocque exercitio nonnulli Romanorum acciti*, plurimis Poenos in locis prostraverant; callidoque hoc Africani consilio adtriti, civitates posnitus rupto foedere deserebant, solumque Garelianum montem sibi pro munitione delegerant.

* i. e. provocati.

(14) 51. Iohanne itaque, ut praefati sumus, papa constituto, Landolfus quidam, vir strenuus bellorumque exercitio doctus, Beneventanorum et Capuanorum omnium princeps clarebat. Poenis igitur statum rei publicae non mediocriter labefactantibus, Landolfum hunc principem egregium, quid super re huiusscemodi quam Africani agunt, Iohannes consulit papa. Quod princeps ut audivit, papam per internuntios ita convenit: *Res haec, spiritalis pater, magnis est investiganda consiliis. Mittito denique ad Argorum imperatorem, cuius et ipsi eam quae cis mare est terram, sicut et nostram, depopulare non cessant. Camerinos etiam atque Spoletinos nostrum ad auxilium invitato; iniamus Deo protectore cum his acriter bellum. Si vincimus, non multitudini sed Deo victoria imputetur; si vero vicerint Poeni, peccatis nostris et non inherciae deputetur.*

52. His auditis papa nuntios confestim Constantinopolim dirigit, suppliciter imperatoris amminicula sibi dari deposcens. Imperator vero, ut vir sanctissimus[a] Deique
916. timens, copias absque mora classibus advectas direxit. Cumque per Garelianum flumen conscenderent, adfuit et papa Iohannes, cum Landolfo paritei Beneventanorum principe potentissimo, Camerinis etiam atque Spoletinis. Horrida satis denique inter eos pugna exoritur. Verum dum christianorum partem Poeni praevalere conspicerent, in Gareliani montis summitatem confugiunt, angustasque tantum vias defendere moliuntur.

53. Ex parte vero illa, qua difficilior[b] erat ascensus Poenisque ad fugiendum aptior, Greci castrum die ipsa constituunt; in quo residentes, Poenos, ne fugerent, observabant, cottidieque oppugnantes non mediocriter trucidabant.

51. Grecis igitur Latinisque cottidie conflictantibus, Deo miserante, Poenorum nec unus quidem superfuit, qui non aut gladio trucidaretur, aut vivus continuo caperetur. Visi sunt autem a religiosis fidelibus in eodem bello sanctissimi[c] Petrus et Paulus apostoli, quorum christianos credimus precibus meruisse, quatinus Poeni fugerent, et ipsi victoriam obtinerent.

(15) 55. Hoc in tempore Adelbertus Tuscorum potens marchio moritur, filiusque eius Wido a Berengario rege marchio patris loco constituitur. Berta autem uxor eius cum Widone filio post mariti obitum non minoris facta est quam vir suus potentiae. Quae cum callidítate[d], muneribus, tum hymenei exercitio dulcis, nonnullos sibi fideles effecerat. Unde contigit, ut dum paulo post a Berengario simul cum filio caperetur et Mantue custodie teneretur, suos tamen civitates et castella omnia regi Berengario minime reddidisse, sed firmiter tenuisse, eamque postmodum de custodia simul cum filio liberasse.

56. Haec, ut rumor est, tres ex viro suo genuerat, Widonem quem praediximus, atque Lambertum, qui nunc usque lumine privatus superest, Ermengardam etiam gnatam suam sibi afroditi dulcedine coequalem, quam Adelberto Eporegiae civitatis marchioni, Gisla Berengarii regis filia, Berengarii scilicet regis huius matre, mortua, hymenei consortio copularat. Quae ei filium genuerat nomine Anscarium, qui quantae virtutis quantaeque audatiae fuerit, liber subsequens declarabit.

57. His temporibus isdem Adelbertus, gener regius, Eporegiae civitatis marchio, atque Odelricus palatii comes, qui ex Suevorum sanguine duxerat originem, necnon et Gislebertus praedives comes et strenuus, Lampertus etiam Mediolanensis archiepiscopus, nonnullique alii principes Italiae, Berengario rebelles extiterant. Causa autem rebellionis horum haec fuit. Dum Lampertus defuncto decessore suo Mediolanensis archiepiscopus ordinari debuisset, non parvam ab eo rex Berengarius contra sanctorum instituta patrum pecuniam exigebat, iussitque scribi in tabulis post datam sibi pecuniam, quantum cubicularii, quantum hostiarii, quantum pavonarii, ipsi etiam altilium custodes, accipere deberent. Lampertus igitur archipraesulatus amore vehementer animatus, quaecumque rex poposcerat, quanto cum dolore tribueret, ex hoc intelligere poteris, quod subsequens lectio declarabit.

a) sanctisimus 1 b) dificilior 1. c) sanctisimi 1. d) callidate 1.

58. Odelricum palatii comitem, quem praediximus, vinctum Berengarius tunc tenebat. Cumque Lampertum archipraesulem constitueret, Odelricum ei, donec quid de eo deliberaret ageret, commendavit. Is autem pecuniae multae, quam pro episcopatu erogarat, non inmemor, hoc cum capto cepit de eius infidelitate discutere.

59. Paucis denique interpositis solibus, rex Berengarius, nuntiis directis, Odelricum ad se venire praecepit. Quos hyronica hac responsione convenisse non dubium est: *Sacerdotis officio penitus carere debeo, si iugulandum quempiam in manus alicuius tradidero.* Intellexerant itaque nuntii hunc puplice rebellasse, quem a rege sibi traditum absque eius licentia noverant dimisisse[a]. Qui regressi protinus ad regem, Terentianum illud[40] pro responsione dederunt: *Huic commendes, si quid recte curatum velis.*

60. Quo tempore Rodulfus rex superbissimus Burgundionibus imperabat. Cui in (16.)
augmentum potentiae hoc accessit, ut potentissimi Suevorum ducis Bruchardi filiam, nomine Bertam, sibi coniugio copularet. Igitur Italienses, nuntiis directis, hunc venire, Berengarium vero expellere petunt.

61. Inter agendum autem contigit, Hungarios Veronam his ignorantibus advenisse; 921.
quorum duo reges Dursac et Bugat amicissimi Berengario fuerant. Adelbertus denique marchio atque Odelricus comes palatii, Gislebertus etiam comes, pluresque alii, dum in montanis Brixianae civitatis, quae 50 miliariis Verona distat[b], conventicula ob Berengarii deiectionem haberent, rogavit Berengarius Hungarios, ut si se amarent, super inimicos suos irruerent. Hi vero, ut erant necis avidi, bellandi cupidi, a Berengario mox praeduce accepto, per ignotas vias a tergo hos usque adveniunt; tantaque illos tunc celeritate confodiunt, ut nec induendi quidem sumendive arma spatium habere quirent. Captis igitur cesisque multis, Odelricus palatii comes, qui se non[c] viriliter defenderat, occiditur, Adelbertus autem marchio et Gislebertus vivi capiuntur.

62. Verum Adelbertus, ut erat vir non bellicosus sed sagacitatis[d] nimie, e calliditatis, dum inruere Hungarios undique cerneret, essetque illi fugiendi spes omnis ablata, balteum armillasque aureas omnemque praeciosum abparatum proiecit, vilibusque se militis sui indut vestimentis, ne ab Hungariis qui esset dinosceretur. Captus itaque sciscitatusque, quis esset, militis cuiusdam militem se esse respondit. Rogavitque se ad vicinum castellum, vocabulo Calcinaria, duci, in quo parentes, qui eum redimerent, se habere asserebat. Ductus igitur, quia non agnitus, vilissimo praetio comparatur. Emit autem illum suus ipsius miles, nomine Leo.

63. Gislebertus denique, quia agnitus, flagellatus, vinctus, seminudus, ante regis (17.)
Berengarii praesentiam ducitur. Enimvero dum ante eum sine femoralibus, curta indutus endromade, ductus, regis ad pedes pronus concite caderet, in genitalium ostensione membrorum risu omnes emorirer. Rex autem, pietatis ut erat amator, misericordia quae ei nulla debebatur inclinatus, ei non, ut populus optavit, malum pro malo reddidit; verum confestim lotum obtimisque vestibus indutum, eum abire promisit. Cui et ait: *Iusiurandum a te nullum exigo, fidei tuae te ipsum committo, si male contra me egeris, rationem redditurum Deo.*

64. Hunc denique ad propria redeuntem, regis gener Adelbertus ceterique qui cum eo simul rebelles extiterant, accepti inmemorem benefitii, ob Rodulfum, ut adveniat, dirigunt. Profectus denique eodem Gislebertus, ante 30 dies eum Italiam adventare coegit. Qui susceptus[e] ab omnibus, nil Berengario ex omni[f] regno praeter Veronam 922.
dimisit; tenuitque totum per triennium viriliter regnum. Ian.
|
926
Iul.

65. Cum 12 sibimet horis homo placeat, displiceat, hoc modo diligat[f], illud mox aspernetur[g], qui fieri potest, ut omnibus semper aequanimiter placeat? Igitur infra triennium istud rex Rodulfus quibusdam bonus, aliis gravis est visus. Unde factum est, ut totius regni media pars populi Rodulfum, media Berengarium vellet. Parant itaque civile non modicum bellum; et quoniam Wido, Placentinae civitatis episcopus, Berengarii partibus favebat, 12 longe Placentia miliariis iuxta Florentiolam bellum constituunt[h].

a) dimisse 1. b) dictat 1. c) v. n. 5. 5a. d) sagatitatis 1. e) supsceptus 1. f) i. m. a. q. f. p. ut o. s. ae. p. *desunt* 2. g) asperneretur 1. h) parant 5a.

40) Adelphi III. 3. 19.

Tum quam satis horrida pugna
Oritur civilis et atra,
Heu, quattuor ante Kalendas
Quater[a] Sextilis; at ipse
Radios emergere Phoebus,
Bucina Mars cum strepit alta
Gnato pater ipse perhennem
Fert interitum, genitusque
Perhimit patrem, dolor he[b] quis?
Loetum parat ecce nepoti
Abavus, sternendus ab ipso;
Furiis pulsatus ab atris
Fratrem fodit eminus alter.
Berengarius ruit ipse
Medios rex per citus hostes,
Properans[c] ceu fulgur ab alto,
Cancri grave sidus aristas
Deicit cum falce[d] novellas.
Aliter non ferus et atrox
Miserum rex ipse Rodulfus
Deicit mucrone popellum.

(18.) 66. Dederat rex Rodulfus Waldradam sororem suam, tam forma quam sapientia quae nunc usque superest honesta matrona, coniugem Bonefatio comiti potentissimo, qui 41 nostro post tempore[41] Camerinorum et Spoletinorum extitit marchio. Hic, collecta multitudine, cum Gariardo pariter comite Rodulfo in auxilium venerat, atque, ut erat vir tam callidus quam audax, maluit potius cum suis in insidiis positus rei exitum expectare, quam primum belli impetum sustinere. Iamiam Rodulfi poene omnes milites fugerant, et Berengarii, dato victoriae signo, colligere spolia satagebant, cum Bonefacius atque Gariardus, subito ex insidiis properantes, hos tanto levius quanto inopinatius sautiabant. Pepercerat Gariardus nonnullis, hasta eos et non ferro percutiens; Bonefatius vero nulli parcens, inmensam fecerat stragem. Signum itaque victoriae Bonefacius concrepat, conveniuntque qui ex Rodulfi parte aufugerant, persequentesque Berengaricos, fugam illos inire cogebant. Berengarius vero ad non incognitum Veronae perrexit asilum. Tanta quippe tunc interfectorum strages facta est, ut militum usque hodie permagna raritas habeatur.

67. His ita peractis, regnum sibi rex Rodulfus potentissime subiugavit, Papiamque concite veniens, congregatisque omnibus: *Quoniam*, inquit, *superni muneris largitate mihi contigit devictis hostibus regni solium adipisci, nunc cordi est, vestrae me regnum Italicum fidei commendare, Burgundiamque patriam veterem visere.* Cui mox Italienses: *Si bonum tibi*, inquiunt, *videtur, praesto sumus.*

68. Igitur post Rodulfi regis abscessum, malo Veronenses accepto consilio, vitae 921. insidiari Berengarii moliuntur; quod Berengarium non latuit. Tam sevi autem auctor ac repertor facinoris Flambertus quidam erat, quem sibi, quoniam ex sacrosancto fonte filium eius susceperat, compatrem rex effecerat. Pridie vero quam pateretur, eundem ad se Flambertum venire praecepit. Cui et ait:

(19.) 69. *Si mihi tecum hactenus non et multae et iustae causae[e] amoris essent, quoquo modo, quae de te dicuntur, credi[f] possent. Insidiari te vitae meae aiunt; sed non ego credulus illis. Meminisse autem te volo, quantecumque tibi accessiones et fortunae et dignitatis fuerint, eas te non potuisse nisi meis beneficiis consequi. Unde et hoc animo in nos esse debes, ut dignitas mea in amore atque in fidelitate tua conquiesscat. Neque vero cuiquam salutem ac fortunas suas tantae curae fuisse umquam puto, quanti mihi fuit honos tuus. In quo mea omnia studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem huius civitatis omnem fixi. Unum hoc sic habeto: si a te mihi servatam fidem intellexero, non mihi tam mea salus cara, quam pietas erit in referenda gratia iucunda.*

70. His expletis, aureum non parvi ponderis poculum rex ei porrexit, atque subiunxit: *Amoris salutisque mei causa quod continetur, bibito[g]; quod continet, habeto.* Vere quippe et absque ambiguitate post potum introivit in illum Sathanas; quemadmodum et de Iuda proditore domini nostri Iesu Christi scriptum est: *Quia post bucellam* Ioh. 13. 27. *tunc introivit in illum Sathanas.*

71. Beneficii quippe praeteriti et praesentis immemor, insomnem illam regis in necem populos instigando pertulit noctem. Rex nocte illa, quemadmodum et solitus erat,

a) Quatuor 5. 5a. b) heu quantus 5. 5a. c) Properas *corr.* Properans 1. Properas 2. 5. Properat 5a. d) falfalce 1. e) casę 1. f) que de te d. credi 1. g) libito 1. *pro* libato (?) *vel* bibito.

41) anno 946 ex Chronico Farfensi.

iuxta aeclesiam, non in domo quae defendi posset, sed in tuguriolo quodam manebat 924.
amoenissimo. Sed et custodes nocte eadem non posuerat, nichil suspicans etiam mali.

Se primum quatiens strepit
Gallus, cum vigiles facit
Mortales, solito sonat
Et pulsata Deo canit
Iam tunc aenea machina.
Invitatque docens bene
Loetheum[42] grave spernere,
Laudes huic modo reddere,
Qui vitam tribuit, dedit
Et nobis superam bene
Sanctam querere patriam;
Hic[a] rex eclesiam petit,
Ac laudes Domino canit.
Flambertus properans volat,
Quocum multa simul manus,
Ut regem perhimat bonum.
Rex horum vigil inscius,
Audit dum strepitum, nichil
Formidans, properat citus,
Hoc quid visere sit; videt (20.)
Armatas militum manus.
Flambertum vocat eminus.
Quid turbe est, ait, *en bone*
Vir? quid nunc populus cupit
Armatus referens manus?
Respondit: *Vereare nil.* 42
Te non ut perhimat ruit,
Sed pugnare libens cupit
Hac cum parte, tuum petit
Mox qui tollere spiritum.
Deceptus properat fide
Rex hac, in medios simul,
Tum[a] captus male ducitur;
A tergo hunc ferit impius
Romphea; cadit heu pius,
Felicemque suum Deo
Commendat pie spiritum!

[a] i. e. tunc.

72. Denique quam innocentem sanguinem fuderint quantumque perversi perverse egerint, nobis reticentibus, lapis ante cuiusdam aeclesiae ianuam positus, sanguinem eius transeuntibus cunctis ostendens insinuat. Nullo quippe delibutus aspersusque liquore discedit.

73. Nutrierat sibi rex Berengarius familiariter lauteque iuvenem, immo heroem quendam, Milo nomine, memoria satis ac laude dignum. Cuius si rex fretus consiliis esset, fortunas sibi omnes non tantum adversari sentiret, nisi quia forte hoc divinae praevidentiae consilium fuit, ut aliter fieri non posset. Is sane nocte eadem, qua rex deceptus est Berengarius, adhibitis sibi copiis, nocturnas ei vigiliarum custodias voluit exhibere. Rex vero promissionibus Flamberti deceptus, Milonem se non solum custodire non sivit, verum etiam atque etiam vehementer prohibuit. Milo autem, sicut vir fidelis et rectus, ac beneficii sibi a rege conlati non immemor, quem defendere, quia defuit, non potuit, brevi[a] acriter vindicare curavit. Tercia quippe post regis necem die, Flambertum sibique tam in nefario scelere coniventes, vi captos, suspendio vitam finire praecepit. Fuerunt sane in hoc viro nonnullae perfectaeque virtutes, que Deo propitio suis in locis, vita comite, silentio non tegentur.

[a] i. e. cito.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS ANTAPODOSEOS.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. De titulo huius operis, cur dicatur Antapodosis.
2. Quod defunto Berengario et Rodulfo ab Italia discedente, Hungarii Italiam laniabant.
3. Metrica descriptio de Papiensi lamentabili exustione.
4. Quod Dei gladius non funditus Papiam destruxerit[b], sed misericordia eius mirabiliter ab Hungariis liberarit.
5. Quod beati Siri, eiusdem civitatis patroni, sit meritis liberata.
6. Quod isdem beatus Sirus Papiam veniens, prophetie spiritu eius affluentiam et Aquilegiae casum denuntiarit.
7. Cur Ermengarda[c] post Adelberti viri sui necem tam potens extiterit.
8. Regi Rodulfo a Burgundia regresso, Ermengarda ei post paululum rebellis extitit et cum Italiensibus Papiam tenuerit.

a) Tunc 5a. b) destuxerit l. c) ermenga 1. 2.

42) i. e. somnum.

9. Rodulfus rex cum exercitu Papiam[a] tendit.
10. Quod Ermengarda calliditate sua hoc faceret, ut Rodulfus noctu suos desereret atque ad se transfuga fieret.
11. Quod mane facto re cognita Rodulfi milites Mediolanium fugerint.
12. Italienses ob Hugonem mittunt.
13. Rodulfus igitur in Burgundiam vadit, et Bruchardum[b] socerum suum ad auxilium suum adducit.
14. Qua occasione Bruchardus Mediolanium sit profectus, et cur ibi honorifice susceptus de eius sit morte tractatum.
15. Bruchardus Mediolanio rediens Novariam venit, ubi et ab Italiensibus cum suis omnibus occiditur.
16. Post Bruchardi necem Rodulfus in Burgundiam fugiit, atque Hugo per Tyrrhenum mare in Italiam venit.
17. Italiensium nonnulli ad Pisam ei occurrunt, ubi et Iohannis papae nuntii veniunt, quorum hortatu Papiam pergens rex efficitur.
18. De Widone regis Hugonis fratre, qui Tusciam tunc tenebat, qui Marozotiam scortum Romanam uxorem habebat.
19. De plurimis Hugonis regis virtutibus, quas luxuria foedabat.
20. Quod idem rex Hugo duos filios tunc habuerit.
21. De eo quod rex Hugo Heinricum regem sibi amicum facit.
22. Quem nuntium rex Constantinopolim direxit Romano imperatori.
23. De duobus canibus imperatori directis qui eum laniare voluerunt.
24. Quam ob rem regis Hugonis nuntius ab imperatore sit mirifice susceptus.
25. De leone ferocissimo quem Romanos interfecit.
26. Qualiter Romanos primo delongaris et postmodum pater vasilleos sit constitutus.
27. Focas domesticus cum Simeone Bulgariorum rege pugnans sponte fugiit, cum Romanon patrem vasilleos factum audit.
28. Qualiter Focas Constantinopolim veniens a Romano capitur, et lumine privatur.
29. De Simeone Bulgariorum rege, qui prius monachus et postmodum reus[43] est factus.
30. De Romanos qui filiam suam Helenam Constantino imperatori coniugem dedit.
31. Cur imperatores porphirogeniti dicantur.
32. Qualiter Basilius interfecto domino suo Michahele imperatore imperator sit factus.
33. De eo quod dominus noster Iesus Christus per visionem[c] de morte Michahelis Basilium terruerit.
34. De poenitentia Basilii et aeclesia miro opere ob reatum facta.
35. Qualiter Romanos principes sit allocutus et ex patre vasileos imperator sit factus.
36. Quod Romanos ex humili sit natus prosapia.
37. Romanos filium suum Christophorum imperatorem facit, et iniuste Constantino domino suo eum preponit
38. Qualiter inter imperatorem Romanon et Simeonem pax sit constituta.
39. De Walperto et Gezone Papiensibus, qui seditionem contra regem Hugonem fecerunt.
40. Quod humili sint a rege legatione decepti.
41. Post modicum Walpertus capite truncatur, Gezo lumine privatur.
42. De Ildoino episcopo et Raterio monacho, quorum Ildoinus per Hugonem regem Mediolanii archiepiscopus, Raterius Verone episcopus constituitur.
43. Qualiter Iohannes papa sit captus, custodie traditus, ibique defunctus, et quis post eum fuerit ordinatus, et quod Wido moritur et Lambertus marchio constituitur.

a) papaam 1. b) burchardum 2. c) uisione 1.

43) scilicet apostasiae reus, ad seculum reversus.

14. De munitione in ingressu Romane urbis posita, in qua rex Hugo susscipitur, a qua et turpiter non multo post per Albericum eicitur.
15. Quod divina hoc dispositione sit factum.
16. Qualiter et cur rex Hugo[a] Lambertum fratrem suum coeperit, et consilio Ilosonis fratris sui cum excecaverit, cui et marcam dedit.
17. Rex Hugo iusiurandum a Rodulfo rege accipit, atque Heinricum regem sibi amicum muneribus facit.
18. Arnaldus dux Bagoariorum Milonis comitis et Raterii episcopi hortatu in Italiam properat; cui rex Hugo festinus obviat.
19. De Bagoariis ab Hugonis regis militibus interfectis.
20. Cur Milo Arnaldum deseruerit ac regem Hugonem adierit.
21. Arnaldus expugnata munitione quae Veronae erat in Bagoariam redit.
22. De Verona regi Hugoni reddita, et de Raterio episcopo capto, et libro suo facete satis composito.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER TERCIUS. BIBLOS C.

1. Operis huius titulum, pater sanctissime, satis te mirari non ambigo. Ais forte: Cum virorum illustrium actus exhibeat, cur *Ανταπόδοσις*, antapódosis, ei inseritur titulus? Ad quod respondeo[b]: Intentio huius operis ad hoc respicit, ut Berengarii huius, qui nunc in Italia non regnat sed tyranizat, atque uxoris eius Willae, quae ob inmensitatem tyrannidis secunda Iezabel, et ob rapinarum insacietatem Lámia proprio apellatur vocabulo, actus designet, ostendat, et clamitet. Tanta enim mendatiorum iacula, tanta rapinarum dispendia, tanta impietatis molimina in me et domum meam, cognationem et familiam, gratis exercuere, quanta nec lingua proferre nec calamus praevalet scribere. Sit igitur eis praesens pagina antapodosis, hoc est retributio, dum pro calamitatibus meis *τὴν ἀσεβείαν*, asevian, id est impietatem eorum, praesentibus futurisque mortalibus denudavero. Nec minus etiam sanctissimis et fortunatis viris pro collatis in me beneficiis antapódosis erit. Ex memoratis sane aut memorandis nullus invenitur aut rarus, hoc uno, Berengario[c] scilicet impio, exepto, quorum non beneficiis genitores aut genitus vehementer gratularemur. Denique quod *εν τη εχμαλοσία*, en ti echmalosia, hoc est in captivitate seu peregrinatione, libellulus hic conscriptus dicatur, praesens indicat exulatus. Coeptus quippe in Frankenenvurd, qui est 20 miliariis locus Magontia distans, in Paxú insula [44], nongentis et eo amplius Constantinopólim miliariis distans, usque hodie exaratur. Sed redeamus ad rem.

*articulus.

*i.e.in. *articulus.

11

2. Rege Berengario defuncto atque absente Rodulfo, Hungariorum rabies Salardo praeduce totam per Italiam dilatatur, adeo ut muros Papiensis civitatis vallo circumdarent, ac defixis per girum tentoriis, excundi aditum civibus prohiberent. Qui cum his viribus non resistere possent, peccatis promerentibus, nec munere mulcent. (I.) 921. Mart. 12.

3. Clarus ab infuso discedens sidere Phoebus[d] Versus.
Zodiaci primum solito conscendere sidus
Incipit, et gelidas dissolvere colle pruinas,
Aeolus atque suos binos bis mittere flatus,
Ungrorum[e] furibunda manus cum gaudet in urbem
Flatibus Aeoliis adiuta infundere flammas
Spiritibus validis parvus diffunditur ignis;
Nec iuvat Hungarios solis hos urere flammis,
Undique conveniunt, mortemque inferre minantur,
Confodiunt telis, calidus quos terruit ignis.
Uritur infelix olim formonsa Papia!
Vulcanusque suos attollens flatibus artus,
Ecclesias patriamque simul conscendit in omnem.

a) hogo 1. b) respondeo 1. c) berenga 1. d) poebus 1. e) *hic versus et sequens desunt* 3

44) a meridie Corcyrae, in litore Epiri.

yper-metrus versus.

Extinguntur matres, pueri, innuptaeque puellae[a].
Sancta catervatim moritur catecumina ples[45] tunc,
Presul in urbe sua hac moritur sanctusque sacerdos,
Nomine qui proprio bonus est dictusque Iohannes.
Quod fuerat longo thecis in tempore clausum,
En iacet, hoc aliena manus ne tangeret aurum,
Atque per inmensas dissolvitur igne cloacas.
Uritur infelix olim formonsa Papia!
Cerneret[a] argenti rivos, paterasque micantes,
Corpora maiorum passim conbusta virorum.
Iaspidis hic praecium viridis rutilique topazii
Spernitur, et saphyrus[a] pulcherque berillus;
Institor heu faciem nullus tunc flectit ad aurum.
Uritur infelix olim formonsa Papia!
Lucidus inmensas eripit nec fonte carinas
Ticinus, sentina simul diffunditur igne.
Usta est infelix olim formonsa Papia

[a] scilicet qui adesset.

anno dominicae incarnationis 924, 4. Idus Mart., indictione 12, sexta feria, hora tertia. Quorum memoriam piae recordationis affectu, qui eodem combusti sunt, vos et quicumque legeritis, faciatis, vehementer exoro.

4. Verum piissimi omnipotentisque Domini, cui propheta misericordiam et iuditium concinit, cuiusque misericordia plena est terra, usque ad consummationem gladius non desevit. Nam etsi peccatis promerentibus est exusta, non tamen inimicorum manibus tradita. Impleturque quod rex et propheta cantat: *Numquid in aeternum proiciet Deus?* Ps. 76, 8—10. *aut non apponet, ut complacicior sit adhuc? aut in finem misericordiam suam abscidet, a generatione in generationem? Aut obliviscetur misereri Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?* Habac. 13, 2. Ps. 76, 11. Itemque ei alius propheta dicit: *Cum iratus fueris, misericordiae recordaberis.* Reliquiae igitur quae supererant[b], Hungariis non inviriliter resistebant; adeo ut letabundi canerent cum propheta: *Haec est inmutatio dexterae Excelsi*[46].

(2) 5. Accessit ad hoc magnumque iuvamen praebuit sanctissimi[c] patris nostri doctorisque egregii beati Siri, cuius in praefata urbe requiescunt exuviae[d] intercessio gloriosa. Ac ne eius vaticinium falleretur, praedicta urbs Papia, ut caderet, est inpulsa, verum misericorditer a Domino liberata. Missus equidem praedicationis gratia a beato Hermagora, euuangeliste Marci discipulo, Papiam beatissimus pater, huiusmodi eam propheciae spiritu praesagio honoravit:

6. *Delectare gaudiis, urbs Papia, quia veniet tibi ab externis montibus exultatio. Non vocaberis minima, sed copiosa in finitimis civitatibus.* Et ut hoc eius vaticinium firmius crederetur, Aquilegiae non ignotae civitatis casum hac eadem hora sermone huiusmodi nuntiavit: *Ve tibi, Aquilegia, quia cum impiorum incesseris manus, destrueris, nec ultra reaedificata consurges.* Quod ita esse completum, visibus patens ratio manifestat. Aquilegia namque, praedives atque inmensa olim civitas, ab impiissimo Hunorum rege Attila capitur ac funditus dissipatur, nec ulterius[e], ut in praesentiarum cernitur, elevatur; Papia vero, ut vir sanctissimus dixerat, copiosa et apellatur et cernitur; non solum quippe praecellit vicinas, sed et longe positas opibus civitates. Quid alias memorem, cum insignis ipsa totoque orbe notissima Roma huic inferior esset, si praeciosa beatissimorum apostolorum corpora non haberet? Patet igitur, quod hanc intercessio beatissimi patroni nostri Siri eripuit, qui eam tam veridico ac praecioso praesagio honoravit. Exusta denique Papia, factaque totam per Italiam non modica praeda, Hungarii ad propria revertuntur.

7. Hoc eodem tempore defuncto Adelberto, Eporegiae civitatis marchione, uxor eius Hermengarda, Adelberti praepotentis Tuscie marchionis et Bertae filia, totius Italiae principatum obtinebat. Causa autem potentiae huius hec erat, quoniam, quod dictu

a) carus *inserit* 3. *lacuna in* 5a. ortyx 5a*. onyx *Hervag.* b) supererant 1 c) sanctisimi 1. d) excubiae 1. 2. e) ulte terius 1. *duabus lineis.*

45) i. e. plebs. 46) i. e. excelsi

etiam foedissimum est, carnale cum omnibus, non solum principibus verum etiam ignobilibus, commercium exercebat. 925.

8. Per id[a] tempus rex Rodulfus Burgundia rediens in Italiam venit, defunctoque (3.) Berengario, regnum potenter obtinuit. Post aliquot autem dies Italienses omnes coeperunt inter sese dissidere. Zelo quippe non modico propter Hermengardae pulcritudinem iuxta carnis huius putredinem trahebantur, eo quod ea stuprum aliis praebebat, aliis denegabat. Unde factum est, ut praedives Mediolanensis archiepiscopus nonnullique alii regis Rodulfi partibus faverent; cum Hermengarda vero tot simul rebelles aderant, quod ipsam etiam regni caput Papiam regi non inviriliter prohiberent.

9. Factum est autem, ut rex Rodulfus, collectis copiis, Papiam tenderet. Castra metatus vero miliario ab urbe, eo in loco quo Ticinus simul magnusque ille Padus conveniunt, — in cuius Maro sic laudibus canit[47], 47

Fluviorum rex Heridanus; itemque[48] 48

Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum, —

Hermengarda, ut non incallida, Rodulfo regi huiusmodi noctu per memorati alveum fluvii mandata transmittit: *Si te perdere vellem, iam longo ex tempore extinctus esses. Tui quippe omnes te deserere meque ardenter adire, si meum modo adsit velle, contendunt. In his enim es locis, in quibus captus vinctusque esses, si eorum iamdudum consiliis paruissem.* Talibus rex legationibus non solum credulus verum etiam territus, nuntiis remissis, se acturum quicquid ea consuleret, remandavit. Nec mora, sequenti nocte rex Rodulfus clam custodibus, dimissis omnibus, dimisso tentorio, lecto etiam bene composito, lintrem ingressus suos deseruit, atque ad Hermengardam quantocius properavit.

11. Igitur mane facto, magno cum silentio regis milites tentorium circuibant. Venientibus vero principibus, non parva inter eos admiratio erat, cur insolito rex hora huiusmodi dormitaret. Cumque strepitu, ut spadones quondam Holofernem, evigilare niterentur, nullum, quemadmodum ipse*, omnino dabat responsum. Introeuntibus autem tentorium nichilque repperientibus, raptum hunc alii, interfectum alii clamitabant. Nemo tamen, quod transfuga fieret, ullo modo animadvertere poterat. Verum hac dum admiratione fluctuarent, nuntius venit qui diceret, Rodulfum regem super eos cum adversariis eorum velle irruere. Qui mox animo co sternati, tam celeri coeperunt fuga discedere, ut non hos currere, sed, si videres, diceres transvolare.

* scilicet Holofernes

12. Cumque Mediolanium, tutum scilicet ad locum, pervenissent, consensu Lampertus archiepiscopus omnium Hugoni, potentissimo et sapientissimo Provincialium comiti, mandat, ut in Italiam veniat regnumque Rodulfo auferat sibique potenter obtineat. Erat enim longo ex tempore multis argumentis et ipse periclitans*, si forte regnum posset obtinere Italicum. Hic enim et Berengarii iam nominati regis tempore cum multis in Italiam venerat; sed quia regnandi tempus ei nondum advenerat, a Berengario territus est atque fugatus.

* i. e. temptans.

13. Rodulfus denique cum infidelitate suorum praenominatos adversarios superare (4.) non posset, in Burgundiam profectus, Bruchardo Suevorum duci, cuius sibi filiam coniugio copularat, denuntiat, ut sui in auxilium veniat. Qui collectis copiis, cum Rodulfo confestim in Italiam est profectus. Cumque Eporegiam pervenissent, Rodulfum Bruchardus ita convenit: 926.

14. *Ipse ego ut legationis obtentu Mediolanium proficiscar, non absurdum videtur. Hac enim occasione urbem explorare, atque eorum potero cognosscere voluntatem.* Profectus denique, cum iam Mediolanium pervenisset, priusquam urbem ingrederetur, ad beati ac praeciosi martyris Laurentii ecclesiam orationis gratia declinavit; sed, ut aiunt, non tantum peticionis gratia, quantum alterius rei gratia. Dicunt enim, quia prope civitatem est ecclesia, miro atque praecioso opere fabricata, eum ibidem munitionem constituere velle, qua non solum Mediolanenses sed et plures Italiae principes cohercere decrevisset. Inde vero exiens, cum iuxta murum civitatis equitaret, lingua propria, hoc est Teutonica, suos ita convenit: *Si Italienses omnes uno uti tantummodo calcari, infor-*

a) idem corr. id 1.

47) Virg. Georg. I. 482. 48) Virg. Aen. VIII. 77.

926. *mesque non fecero caballicare equas, non sum Bruchardus; fortitudinem siquidem muri huius seu altitudinem, qua se muniri confidunt, nichili pendo; tactu quippe lanceae meae adversarios de muro mortuos praecipitabo.* Haec autem eo dicebat, quoniam neminem adversariorum suae ibi linguae gnarum esse putabat. Verum suo omine non bono quidam istic aderat, quamquam pannosus despectus, eius tamen loquelae scius, qui horum omnium Lamperto archipraesuli celer factus est nuntius. Qui ut erat ingenio callens, Bruchardum non despexit, sed malo animo eum suscipiens, mirabiliter honoravit; sed et inter cetera hoc quasi ei privilegio amoris concessit, cervum quatinus suo in brolio venaretur[a], quod nulli umquam nisi karissimis magnisque cessit amicis. Lampertus interea Papienses omnes nonnullosque Italiae principes ad Bruchardi necem invitat, eumque tamdiu retinuit, donec omnes qui occidere illum deberent congregatos esse posse speraret.

15. Factum est igitur, ut Bruchardo Mediolanio discedente, Novariam die perve-
April 29. niret eadem. Cumque isthic, nocte transacta, diluculo surgeret Eporegiam tendens, Italicae super eum irruentes subito apparuere phalanges. Quas contra non ut vir bellico-
Iob. 14. 5. sus properat, verum mox fugam inceptat. Et quoniam secundum beati Iob sententiam,
Ps. 32. 17. terminus eius constitutus preteriri non poterat, et quia fallax equus ad salutem, in fossam, quae muros circuit civitatis, equus decidens eum proiecit. Quo et ab irruentibus Ausoniis lanceis confossus, vitam morte commutavit. Sui denique hoc videntes, quoniam alió non poterant, intra ecclesiam sanctissimi confessoris Christi Gaudentii fugiunt. Ausonii itaque, ut ex Bruchardi minis non mediocriter inflamati atque indignati, ecclesiae fores frangunt. omnesque in ea repertos sub ipso etiam altá i confodiunt.

16. Quod Rodulfus ut audivit, Italiam dereliquit, et Burgundiam percitus petiit. Hec itaque dum aguntur, Hugo, Arelatensium seu Provincialium comes, navim conscenderat, et per Tyrenum mare in Italiam festinabat. Deus itaque, qui hunc in Italia regnare cupiebat, prosperis eum flatibus brevi Alpheam, hoc est Pisam, quae est Tusciae
49 provinciae caput, duxerat; de qua sic Maro:[49] *Alpheae ab origine Pisae.*

17. Cumque eodem pervenisset, adfuit Romani papae, Iohannis silicet Ravennatis, nuntius[b]. Adfuerunt etiam poene omnium Italiensium nuntii, qui hunc, ut super ipsos regnaret, modis omnibus invitabant. Is autem, ut erat longo hoc ex tempore cupiens,
Iul. 9. Papiam percitus venit, cunctisque conventibus regnum suscepit. Post paululum Mantuam abiit, ubi et Iohannes papa ei occurrens, foedus cum eo percussit.

18. Quo tempore Berta matre regis ipsius Hugonis mortua, Wido filius eius, quem ex Adelberto genuerat sicut praediximus, Tusciae marcam tenebat[c], qui Maroziam scortum Romanam sibi uxorem acceperat.

(5.) 19. Fuit autem rex Hugo non minoris scientiae quam audatiae, nec infirmioris fortitudinis quam calliditatis; Dei etiam cultor sanctaeque religionis amatorum amator; in pauperum necessitatibus curiosus; erga aeclesias valde sollicitus; religiosos phylosophosque viros non solum amabat, verum etiam fortiter honorabat. Qui etsi tot virtutibus clarebat, mulierum tamen illecebris eas fedabat.

20. Hic ex Francorum genere Teutonicorum uxorem acceperat nomine Aldam, quae filium ei genuerat nomine Lotharium. Habuerat sane tunc temporis ex quadam muliere nobilissima, vocabulo Wandelmoda, filium nomine Hubertum, qui nunc usque superest et Tusciae provintiae princeps potens habetur. Cuius acta, Deo propitio, suis in locis exponentur.

21. Hugone igitur rege constituto, sicut vir prudentissimus, ubiubi terrarum coepit nuntios suos dirigere, multorumque regum seu principum amicitiam quaerere, Heinrici praesertim famosissimi regis, qui, ut supra memoravimus, Bagoariis, Suevis, Lotharingiis, Francis atque Saxonibus imperabat. Hic etiam Sclavorum gentem innumeram subiugavit sibique tributariam fecit; primus etiam hic Danos subiugavit sibique servire coegit; ac per hoc nomen suum multis nationis[d] celebre fecit.

22. Rex igitur Hugo cum reges sibimet ac principes amicos circumcirca adquireret, studuit et Achiviis nomen suum longe a nobis positis notum facere. Imperabat

a) uenenaretur 1. b) nuntios 1. c) tenebant 1. d) i. e. nationibus.

49) Aen. X. 179.

vero his tunc temporis memoria satis et laude dignus Romanós imperator, liberalis, humanus, prudens ac pius; cui cum propter morum pro tatem, tum propter linguae urbanitatem genitorem meum dirigit nuntium.

23. Qui cum eodem pervenisset, inter caetera, quae imperatori Romanō rex Hugo munera miserat[a], huiusmodi duos canes adduxit, quales in eadem non sunt aliquando patria visi. Qui dum ante imperatorem adducti fuissent, nisi multorum brachiis tenerentur, eum protinus morsibus laniarent. Puto enim, quia dum hunc Grecorum more teristro[50] opertum habituque insolito viderunt indutum, non hominem sed monstrum aliquod putaverunt.

24. Denique magno cum honore ab eodem susceptus[b] est imperatore. Nec tam pro rei novitate aut munerum magnitudine, quantum quoniam, dum praefatus genitor Tessalonicam venisset, Sclavorum quidam, qui rebelles Romanō imperatori extiterant terramque eius depopulabant, super eum irruerunt. Verum Dei actum est pietate, ut duo eorum principes vivi, nonnullis mortuis, caperentur. Quos dum praesentaret imperatori, inmensa est affectus laeticia, magnoque ab eo genitor munere datus, ad Hugonem regem, qui se istuc transmiserat[c], rediit laetus. Post reditum vero eius, paucis interpositis solibus, langore correptus, monasterium petiit sanctaeque conversationis habitum sumpsit; in quo post dies 15 mortuus, me parvulo derelicto, migravit ad Dominum. Nunc autem quoniam imperatoris *Ρωμανοῦ*, id est Romani, mentio facta est, quis fuerit qualiterve ad imperii culmen pervenerit, hic non absurdum mihi videtur inserere[d].

25. Imperante Leone, Constantini huius genitore, *Ρωμανος* imperator iste, quamquam (6.)
πτοχός, ptochos, id est pauper, ab omnibus tamen *χρήσιμος*, chrisimos, id est utilis, habebatur. Erat autem ex mediocribus ipsis, qui navali pugna stipendia ab imperatore acceperant. Qui cum sepius et iterum *εις την μαχην*, is tin machin, id est in pugna, nonnulla *χρησιμότατα*, chrisimotata, id est utilia, faceret, a sibi praeposito adeo *ετιμηθη*[e], *ὁπως πρωτοκαραβος*, etimithi opos protocaravos, id est honoratus est, ut primus navium fieri mereretur. Quadam autem nocte, dum exploratum Saracenos abiret, essetque eodem in loco palus atque arundinetum non modicum, contigit leonem ferocissimum ex arundineto prosilire, cervorumque multitudinem in paludem dimergere, unumque eorum capere, sicque[f] ventris rabiem mitigare. *Ρωμανος δὲ τὸν*[g] *αὐτῶν ψόφον ακουων εδειλίασεν σφόδρα*, Romanos de ton auton psofon acuon ediliasen sfodra, id est Romanos autem eorum sonitum audiens, timuit valde. Putavit enim Saracenorum multitudinem esse, qui se conspectum fraude aliqua vellent perhimere. *Ορθρου δὲ βαθεως*, orthru de vatheos, id est mane autem primo exurgens, cum diligentissime cuncta consideraret, conspectis vestigiis, *εὐθέως*, euthéos, id est statim, quid hoc esset, agnovit. Leone itaque in arundineto commorante, *Ρωμανος*, Romanus Grecum ignem, qui nullo praeter aceti liquore extinguitur, undique per arundinetum iactare praecepit. Erat autem in arundineto acervus arundinibus plenus, in quem leo confugiens, illo est ab igne salvatus. Ventus quippe contraria ex parte flans, ignem, ne ad acervum usque perveniret, ammovit. Romanós praeterea post ignis extinctionem uno tantum cum assecula, ensem solum dextra, sinistra autem pallium gestans, locum omnem peragrans lustrat, si forte os ex eo vel signum aliquod repperiret. Iam vero cum in eo esset, ut nichil inveniens repedaret, quid hoc monstri esset, quod acervus ille sit ab igne salvatus, studuit visere. Cumque duo propter[*] assisterent, secumque rebus ex nonnullis confabularent, leo eos tantum audivit, quoniam quidem ob caligantes oculos *παρα τῶ καπνω*, pára to capnō, quod est ob fumum, videre non potuit. Volens igitur leo animi sui furorem, quem ab igne conceperat, in hos evomere, saltu rapidissimo, qua illorum voces audierat, eos inter prosiliit. Romanós vero, non ut suus assecula pavitans, sed ea potius mente consistens, ut etsi fractus caderet orbis, inpavidum ruinae ferirent[51], pallium, quod manu gestabat, leonis inter brachia misit. Quod dum pro homine leo disscerperet, Romanós totis hunc a tergo viribus inter clunium iunturas[h] ense percussit. Qui dissotiatis divi-

[a] articulus.

[*] nomen proprium.

[*] i. e. iuxta.

a) munerā 1. b) suspeptus 1. c) tranmiserat 1. d) *sequentia usque cap.* 41. *scilicet quaternio unus, perierunt* 5. e) ετημιθη 1. f) sique 1. g) *ita scripsi, in codice* Nomen proprium *legitur.* h) *i. e.* iuncturas.

50) velamentum, pallium mulierum. 51) Horat. Od. III. 3. 7.

sisque crucibus[a] quia stare non potuit, poenitus cecidit. Leone igitur interfecto, Romanos seminecem asseculam suum solo stratum eminus vidit, quem et vocare voce praecipua cepit. Sed cum nullum daret omnino responsum, isdem Romanos propter eum adstitit, pedeque pulsans: *ἐγειρε, ειπεν, ἀθλιε καὶ ταλεπορε, μη φοβοῦ, égire ipen áthlie ke talepore mi*[a*] *fobu*, id est *Surge*, dixit, *miser et*[b] *miser, noli timere!* Qui consurgens, prae admiratione, dum leonis immanitatem conspiceret, non habuit ultra spiritum. *Εξεπλισσοντο δὲ πάντες πέρι τοῦ*[*] *Ρωμανοῦ τάυτα ακουσαντες*, exeplissonto de pantes peri tu Romanu tauta acusantes, id est stupebant autem omnes de Romano haec audientes. Unde factum est, ut tam pro caeteris quamque pro praeclaro praesenti hoc facinore non multo post a Leone imperatore tanto donaretur honore, *οπως παντα τα*[*] *πλοια*, opos panta plia, id est ut omnes naves in manibus essent suis, eiusque iussionibus oboedirent.

(7.) 912. 26. Leo denique, Grecorum piisimus imperator, cuius supra fecimus mentionem, corporis humani debitum solvens viamque carnis universae ingrediens, regni sui heredem Alexandrum, fratrem germanum, unicumque suum Constantinum, qui nunc superest et feliciter regnat, parvulum, et ut Greci aiunt *αλαλον*, alalon, id est non loquentem, dereliquid. Quibus ad tuendum palatium tutandamque rem privatam, ut istic
52 moris est, eunuchum officio parakimumenon[52] dedit, Focán vero *δομεστικον μεγαν*, domesticum maiorem, hoc est terrestris ducem exercitus, fecit. Romanón autem, non claro natalium hortu sed cordis magnanimitate, *δελονγαρην*[c] *της πλοῶς*, delongárin tis ploos, hoc est navalis exercitus principem, ordinavit Alexander post modicum defunctus, soli Con-
913. stantino parvulo imperium dereliquit. Denique tempore quo magnus imperator Leo migravit ad Christum, praefatus Focás domesticus, terrestris dux exercitus, contra Simeonem Bulgariorum regem copias duxerat, eique Constantinopolim venire cupienti
919 non inviriliter repugnarat[d]. Romanos vero, ut non incallidus, audito imperatorum, Leonis scilicet atque Alexandri, interitu, haud longe ab urbe collecto classium exercitu fuit, atque in insulam parvam iuxta Constantinopolim, ita ut e palatio[e] videri poene posset, ratibus collectis advenit. Ad palatium autem minime transfretavit, laudes iuxta consuetudinem Porphyrogenito minime decantavit. Que res eunucho parakinumeno cunctisque Constantinupoleos principibus stuporem timoremve parvum non adtulit. Internuntiis itaque, quid hoc monstri sit, quod regem non adierit[f] laudesque debitas non persolverit, siscitatur[g]. Hisque a Romano respondetur, quod propriae vitae timens palatium declinarit; et adiecit, quod si parakinumenos caeteris cum principibus se non adiret, vitamque illi et honorem iureiurando promitteret, mox se ad Cretensium Saracenorum regem conferret, regnumque Argivorum sui auxilii fortitudine debellaret. Quod quam callide dixerit, exitus declarabit. Igitur quod prefati sumus, principes terrore compulsi, ignorantes quod lateret anguis in herba, omnes hunc fiducialiter adeunt, quod mandaverat gratanter cupientes implere. Quos omnes, non malo consilio accepto, proiectos in sentinam ligat; sicque securus ad urbem magno cum comitatu festinat,
53 iis, quos suspectos habuerat, palatium purgat, suae parti paroentes[h. 53] ibi collocat: rectorem, magistros, patricios, logothétim, éparchon, kitonítas, cubiculários, protospathários, spathários, spatharocandidátos, parathalassítin suos facit; caeteros, ut diximus, abdicat. Qui etiam ut coeptum opus firmius patraret, cum Porphyrogeniti matre *Ζοη*, Zoi[i] nomine, veneria est dulcedine iunctus[k]. Tota mox civitas coronatur, et Romanós pater vasilleos ab omnibus apellatur.

(8.) 27. Pugnanti praeterea cum Bulgariis Foca domestico, qui et ipse pater vasilleos ardenter fieri cupiebat, ipso in bello de hostibus iam triumphum tenenti, quid a Romano actum sit nuntiatur. Qui mox animo consternatus nimioque dolore compulsus, victoriae signum quo hostes insequebatur proiecit, terga vertit, fugam suos inire fecit. Reparant itaque Bulgarii Simeonis hortatu animos, et quos prius adverso Marte fugerant, prospero postmodum insecuntur, tantaque tunc Achivorum strages efficitur, ut longo post tempore campus plenus ossibus videretur.

a) *ita* 1. 2. *sed* cruribus *legendum esse videtur.* a*) mi fobu *desunt* 1. b) *deest* 1. c) *ita scribo, in codice latina praecedunt.* d) repugnabat *corr.* repugnarat *c.* e) pulatio 1. f) audierit 1. g) *i. e.* sciscitatur. h) paroentes 1. o *manu secunda.* i) *ita scribo;* Zoi, zoe 1; *littera* i *in loco raso manu secunda.* k) *sequentia usque ad* IV. 6. *cui hoc nomine desunt, nulla lacuna indicata* 3.

52) παρακοιμώμενος praefectus sacri cubiculi. 53) : e. qui parti suae parebant.

28.[a] Omni denique cum festinatione iam nominatus Focas domesticus Constantinopolim redit; palatium ingredi cupit, vi et non arte pater vasilleos fieri satagit. Sed quia *vis consilii expers mole ruit sua*, et ut Flaccus dicit[54], *Dii temperatam provehunt in maius*, a Romano domesticus iste capitur, atque utroque lumine privatur. Bulgariis non minima vis augetur, hisque Grecos depopulandi vicissitudo dupla reponditur.

29. Hunc etenim Simeonem emiargon, id est semigrecum, esse aiebant, eo quod a puericia Bizantii Demostenis rhetoricam Aristotelisque silogismos didicerit. Post haec autem relictis artium studiis, ut aiunt conversationis sanctae habitum sumpsit. Verum paulo post regnandi cupiditate deceptus, ex placida monasterii quiete in seculi procellam transivit, elegitque potius apostatam Iulianum, quam beatissimum Petrum coelestis regni sequi clavigerum. Qui duos filios habuit, unum nomine Baianum, alterum, qui nunc usque superest potenterque Bulgariis principatur, nomine Petrum[55]. Baianum autem adeo foere[a*] magicam didicisse, ut ex homine s bito fieri lupum quamvecumque cerneres feram.

30. Romanos praeterea eodem, quo pater vasilleos constitutus[b] est anno, filiam suam Helenam imperatori parvulo, domino suo, Constantino Porphyrogenito coniugem dedit. Porphyrogenitum autem non in purpura, sed in domo quae Porphyra ut superius scripsimus natum apello. Et quoniam res processit in medium, quid de huius Porphirogeniti genesi audivimus proferre iterum[c] non pigeat, quemadmodum et in priori libro eisdem verbis tytulo 6. 7. 8. 9. 10. scriptum repperies.

31. Constantinus imperator augustus, ex cuius nomine Constantinopolis est sortita vocabulum civitas, *τον οικον τουτον*, ton icon tuton, domum istam, edificare iussit, cui Porphyra nomen imposuit; voluitque successuram nobilitatis suae subolem isthic in lucem prodire, quatinus qui suo ex stemate nascerentur, luculenta hac apellatione Porphyrogeniti dicerentur. Unde et hunc Constantinum, Leonis imperatoris filium, ex eius sanguine nonnulli dicunt originem ducere. *Της γενεσεως δε αυτου η[*] αληθεια αυτη εστιν*, tis geneseos de autu alitia auti estin, id est Generationis autem huius veritas hec est. [*] articulus.

32. Basilius imperator augustus, avus huius, Macedonia humili fuerat prosapia oriundus, descenditque Constantinopolim paupertatis iugo, ut cuidam serviret igumeno, id est abbati. Igitur imperator qui tunc temporis erat, Michahel nomine, cum orationis gratia ad monasterium illud, in quo hic ministrabat, descenderet, vidit hunc praeter forma ceteros egregia, accitumque ton[*] igumenon, rogavit, ut se donaret hoc puero; quem suscipiens in palatio, cubicularii[d] donavit offitio. Tantae denique post paululum potestatis est factus, ut alter ab omnibus imperator sit apellatus. Verum quia omnipotens Deus servos suos iusta visitat vult quacumque censura[e], hunc imperatorem sanae mentis[f] ad tempus non esse permiserat, ut quo hunc gravius premeret in infimis, eo misericordius remuneraret in summis. Nam, ut fertur[*], huius tempore passionis familiares etiam[g] capitis iusserat subire sententiam. Quos tamen ad sese rediens hoc pacto requirebat, ut nisi quos iugulare iusserat redderentur, pari ipsi qui hoc effecerant sententia damnarentur. Hoc igitur terrore quos damnare iusserat, servabantur. Sed cum hoc sepius et iterum Basilio faceret, huiusmodi a sibi obsequentibus, pro nefas, accepit consilium: *Ne forte insana*[h] *regis iussio aliquando ex industria a te non diligentibus, immo hodio habentibus, impleatur, eum tu potius occidito, atque imperialia sceptra suscipito*[i]. Quod sine dilatione, cum terrore compulsus, tum regnandi cupiditate deceptus, complevit. Hoc itaque interfecto, factus est imperator Basilius. [*] articulus.

33. Denique parvo transacto tempore, huic dominus noster Iesus Christus per visionem apparuit, domini huius imperatoris dexteram, cuius hic necis auctor extiterat[k], tenens, eumque ita conveniens: *Basili, ut quid interfecisti dominum tuum hunc Michahelem imperatorem?* Expergefactus itaque, tanti se reum novit esse reatus, moxque ad sese rediens, quod super hoc faceret, cogitabat.

a) *caput hoc et sequens usque ad* silogismos *manu Liudprandi scriptum est in loco vacuo relicto.* a*) *i. e.* fere. b) constitus 1. c) *vox* iterum *et reliqua post* pigeat *secunda manu adiecta sunt* 1. d) cubilarii 1. e) cessura 1. f) mentes 1. *) *ita supra* l. c. 9. Nam infertur 1. g) etia 1. h) insania 1. i) *in hac voce desinit codex bibl. Caesareae Vindobon. Hist. prof. N.* 178. k) extirat 1.

54) Od. III. 4, 65. 55) annis 927—969.

Ezech. 33, 12. 34. Confortatus itaque hac Domini per prophetam salubri et vere acceptabili promissione, quoniam *in quacumque die peccator ingemuerit, salvus erit*, cum lacrimis et gemitibus se peccatorem, se sanguinis innocentis effusorem esse, confitebatur. Bono autem consilio accepto, amicos sibi de mamona iniquitatis effecerat, ut quos hic temporalibus subsidiis consolaretur, eorum praecibus ab aeterno gehennae incendio liberaretur. Fabricavit autem praecioso et mirabili opere iuxta palatium orientem versus ecclesiam in honorem summi et celestis militiae principis [a] et archangeli Michahelis, qui grece archistratigos, hoc est miliciae princeps, apellatur. Ecclesiam autem ipsam nean, hoc est novam, alii vocant, alii vero ennean, quod nostra lingua novennalem sonat, apellant, eo quod ibidem aeclesiasticarum horarum machina novem pulsata ictibus sonet.

(9.) 35. Secundo itaque quo Romanos pater vasilleos constitutus est anno convocatos ad sese principes ita convenit: *Romane dignitatis archontes*, id est *principes, quoniam vobis consultis non solum, inquam, pater vasilleos sum constitutus, verum etiam sanctissimi imperatoris fidelitati glaucópis Helenae*, id est *virides oculos habentis, coniunctione sotiatus, hoc aliquo imperialis ornatus inditio monstrari dignum reor in corpore, quod celebratur a populis ex dignitatis nomine.* Iudicatum denique a populo communique decretum est consilio, ut quia tantae dignitatis erat, et leucolenon, id est alba brachia, Helenan filiam suam imperiali dignitati copularat, rubricatarum pellium caligis, ut isthic imperatorum moris est, uteretur. Sed nec hoc quidem satis ei visum fuit. Equidem post unius anni sinaxin, cum amplioris iam potentie esset, talibus adgreditur eosdem sermonibus principes: *Quoniam communi vestro iuditio est definitum, imperialibus me uti caligis, περιφανέσταται ηρωαις, perifanestati* id est *nobilissimi heroes, vestrae auctoritatis benivolentia quae contulistis, videntur mihimet αγλαα απινα, aglaa apina*, id est *praeciosa dona, diligentius vero consideranti visum est mihi histrionum mimorumve more incedere, qui ut ad risum facile turbas illiciant, variis sese depingunt coloribus. Risum denique aliis non solum, sed mihi etiam ipsi moveo, dum pedibus imperatorem, capite communem imitari videar plebem* [b]. *Nam quae comoedia? mimus quis melior? Igitur aut coronam praebete, aut caligas imperiales, quis ridiculus* [c] *populo videor, auferte.* Hoc plane dicto, magis autem qua cunctis praeerat potestate auctoritate, omnium iudicio coronam recepit, et caligarum decorem minime perdidit. Huius miretur prudentiam nemo, sed laudes referat Deo cordis ex intimo, qui erigit elisos, solvit compeditos, cuius in manu calix vini meri plenus mixto [d] inclinans ex hoc in hoc.

920.

Ps. 145. Ps. 74. 9.

36. Is autem humili fuerat prosapia, ex Armenorum scilicet gente, oriundus, neque solum mente conceperat futurum, se regis in aula esse, nedum imperialia sceptra tenere. Sed quid prophetes Anna dicit? *Dominus pauperem facit, ditat, humiliat, et sublimat, suscitans a terra inopem, et de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus et solium gloriae teneat. Domini enim sunt cardines terrae.* Ei itaque immortali, invisibili, Deo soli honor et gloria per cuncta seculorum secula, amen.

1 Reg. 2. 7.

37. Denique Romanō imperatore constituto, Christofóron, quem ante imperii dignitatem habuerat, imperatorem constituit; post imperii vero sui ordinationem uxor eius ei filium peperit nomine Stefanum. Rursum concepto foetu, alium ei peperit vocabulo Constantinum [e]. Quos omnes imperatores constituens, contra ius fasque se et Christoforon primogenitum domino [f] suo imperatori Constantino Porphyrogenito praeposuit; adeo plane, ut procedentes is tin prolempsin, hoc est ad publicum, ad sanctam Sophyam scilicet, vel ad Vlachernas, seu ad sanctos Apostolos, Romanos cum Christophoro primogenito praecederent, Constantinus Porphyrogenitus et duo caeteri sequerentur. Quod quam indigne iustus iudex pertulerit, ulcio subsequens declaravit. Nam post modicum Christophoros defunctus est. Constantinus itaque Porphyrogenitus cum oracioni tum leccionibus vacans, totum se Domino commendabat, opere manuum victum quaeritans. Sane *την ζογραφίαν*, zografian, id est picturam, perpulchre exercebat.

[a] articulus.

38. Eodem tempore Simeon Bulgarius agros [g] coepit vehementer affligi. Quem Romanos, filii sui Christofori filia filio illius Petro, qui nunc superest, uxore data, ab

a) prinpis 1. b) blebem 1. c) riculū 1. d) mitti *corr.* mixto 1. e) uocabulo con *ultimae codicis Clausteroneoburgensis voces, folio sequenti exciso.* f) *in hac voce desinit codex Vindobon. hist. prof. N.* 338. g) *sic* 1. *fortasse* Argos *legendum.*

incepto furore conpescuit, sibique foedere placito sociavit. Unde et puella mutato nomine est Irini, id est pax, vocata, eo quod per eam inter Bulgarios et Grecos pax sit firmissima constituta[a].

39. His temporibus Walpertus et Gezo, praenomine Heverardus, Papie praepotentes (10.)
iudices erant. Causa autem potentiae Walperti haec erat, quoniam Cumis, ditissimo in loco, filium suum Petrum episcopum fecerat, Rozam vero, gnatam suam, Gilleberto[b] comiti palatii coniugio sotiaverat. Ea tamen tempestate uterque defunctus erat. Ticinensis itaque, quod est Papiensis, populus omnis ad hunc convenerat, causasque omnes et controversias ante eum deliberabat. Participatione denique potentiae huius memoratus Gezo, praenomine Heverardus, quoniam quadam affinitate ei iungebatur, praepotens habebatur. Qui nobilitatem suam pravis moribus deturpabat. Fuit enim ambitiosus nimis, cupidus, invidus, seditiosus, iuris corruptor, praeceptorum Dei immemor; quod Deus non passus est abire inultum; et ne diutius protraham sermonem, Catilinae omnino similis, qui sicut consulem et rei publicae defensorem Marcum Tullium Ciceronem conabatur occidere, ita et hic regem Hugonem morti molitus est tradere. Quadam enim die, dum nichil mali suspicans rex Hugo Papie cum paucis degeret, hic seditione facta voluit super eum irruere; sed Walperto, qui non tam ferocis animi erat, remoranie, tardatus est.

40. Nec minus etiam eos rex Hugo suis rhetoricis et melle dulcioribus elogiis ab incepto furore conpescuit. Dum enim seditionem super se exhortam atque in domo Walperti congregatam[c] esse cognosceret, huiusmodi omnes per internuntios sermone convenit: *Quid est, quod tantopere, viri fortes, tamque insperate contra dominum, immo regem, vestrum commoti estis? Si quippiam quod displiceat actum est, consolidetur. Neque enim sera emendatio reprehendi solet, praesertim si nulla neglegentia praetermissa est.* His auditis, furorem cuncti animi mitigarunt. Solus Gezo in qua prius fuerat protervia manens, operam dabat, quo omnes super regem irruerent eumque morte turpissima cruciarent. Verum disponente Deo, affectus eius pravus effectum habere non potuit. Reversi igitur ad regem nuntii, prout viderant et audierant, enarrarunt.

41. Igitur rex Hugo haec omnia quasi pro nichilo mente subdola ducens, Papia (11.)
egressus, longe alio properare festinat, missisque circumcirca libris[d], milites suos ad se venire praecepit. Quos inter Samson praepotens comes advenerat, qui iam dicto Gezoni inimicissimus erat. Is denique regem ut vidit, eum ita convenit: *Sollicitum te equidem de urbanis rebus contra te tumultuose et moleste his diebus actis intueor; verum si me audis mihique obtemperas, suis ipsi laqueis capientur. Alter enim, qui melius consilium dare possit quam ego, non facile inveniri potest; tibi vero ipsi certe nemo melius dabit. Unum tamen peto, ut dum capti mea opera fuerint, Gezo cum omni sua ypostasi meis tradatur in manibus.* Quem dum dari sibi a rege audivit, adiecit: *Leo, Ticinensis episcopus civitatis, Walperto et Gezoni non habetur amicus; ii sane quocumque possunt et omnimodis adversantur. Scitis denique, moris esse, regi ab aliis locis Papiam tendenti cives forciores extra urbem occurrere. Mandate itaque clam episcopo, ut dum tempore statuto Papiam veneritis, et ipsi nobis extra urbem obviam venerint, portas civitatis omnes serrare faciat, clavesque sibi retineat, quo dum capere eos ceperimus, nec in urbem confugere, nec ab urbe possint auxilium expectare.* Quod et factum est. Nam dum statuto tempore rex Papiam tenderet, et memorati obviam ei exirent, episcopus libenter, ut ei imperatum fuerat, fecit. Rex itaque omnes capere, ut Samson consilium dederat, iussit. Confestim igitur Gezo Samsón traditus, utroque lumine privatur, et lingua, quae in regem blasphemiam dixerat, ei absciditur. O factum bene, si sicut coecus, ita et mutus cunctis extitisset temporibus! Sed ó scelus, quoniam lingua abscisa loquelam non perdidit, secundum Grecorum fabulas, oculorum privatione vitam sibi protelavit, quae multis ad perniciem usque in praesentem diem esse non desiit. Fabulae vero ludum, cur ceci plurimum vivant, secundum Grecorum ineptiam hic inseramus, quae talis est: *Ζευς καὶ Ηρα ηρισαν περι αφροδισιῶν, της πλειονα ἐχει ηδονας ἐν τη συννουσία· και τότε Τιρεσίαν Ἐβρον νιον ἐζήτησαν. Οὗτος γὰρ ἐν ταις αμφοτέραις φύσεσοι*

a) costituta 1. b) *ita* 1. *fortasse* Gisleberto *legendum.* c) congretam 1. d) *ita* 1. *ut et lib.* II. 9.

μεταμορφώθη, ἐπειδὴ δράκοντα ἐπάτησεν. Οὗτος οὖν κατὰ τῆς Ἥρας ἀπεφήνατο, καὶ Ἥρα ὀργισθεῖσα ἐπήρωσεν αὐτὸν, Ζεὺς δὲ ἐχαρίσατο αὐτῷ πολοῖς ἦσαι ἔτεσι, καὶ ὅσα ἔλεγεν μαντικὰ λέγειν, Zeus ke Ira irisan peri afrodision, tis pliona echi idomas en ti synnusía; ke tóte Tiresian Euru yon ezitisan, utos gar en tes amfoteres fysesi metamorfothi epidi draconta epatisen. utos un cata tis Iras apefkýnato, ke Ira orgisthisa epírosen auton, Zeus de echarisato auto polis zise etesi, ke osa elegen mantica legin. Haec est interpretatio. Iuppiter et Iuno contenderunt de amoribus, quis plures haberet libidines in coitu. Et tunc Tiresiam Euri filium quaesiverunt. Iste enim in utrisque naturis transmutatus est, quia draconem calcavit. Hic ergo contra Iunonem pronuntiavit. Et Iuno irata excecavit eum. Iuppiter autem donavit ei multis vivere annis, et quanta diceret, divinando dicere. Sed redeamus ad rem. Gezo, ut praediximus, membris defoedato, substantia illius diripitur. Ceteri complures custodie mancipantur. Walpertus in crastinum capite truncatur, thesaurus eius infinitus diripitur; Cristina uxor illius capitur, et ut thesauros occultos tradat, diversis crucibus laniatur. Crevit extunc non solum Papiae, sed et in omnes Italiae fines regis timor; neque hunc ut reges ceteros floccipendere, verum modis omnibus honorare.

56 42. Eodem tempore Ildoinus, Laudociensis[56] eclesiae episcopus, propria sede expulsus,
928. ad Hugonem regem, cui affinitatis linea iungebatur, in Italiam venit. Qui honorifice ab eo suseptus[a], Veronensem ei episcopatum ad stipendii concessit usum. Factum est autem, ut post paululum Lampertus archiepiscopus moreretur, et hic loco eius Mediolanii episcopus ordinaretur. Venerat autem cum praefato Ilduino monachus quidam, Raterius nomine, qui ob religionem septemque liberalium artium peritiam Verone
932. episcopus constituitur, ubi et Milo, quem supra memoravimus, comes habebatur.
c.
(12.) 43. Wido interea, Tusciae provinciae marchio, cum Marocia uxore sua de Iohannis papae deiectione cepit vehementer tractare, atque hoc propter invidiam, quam Petro fratri papae habebant, quoniam quidem illum papa sicut fratrem proprium honorabat. Contigit itaque Petro Rome degente, Widonem multos habuisse clam milites congregatos. Cumque die quadam papa cum fratre paucisque aliis in Lateranensi palatio esset, Widonis et Marociae super eos milites irruentes, Petrum fratris ipsius ante oculos interfecerunt; eundem vero papam comprehendentes, custodie manciparunt, in qua non multo post est defuntus[b]. Aiunt enim, quod cervical super os eius inponerent, sicque eum
928. pessime suffocarent. Quo mortuo[57], ipsius Marotiae filium Iohannem nomine, quem ex
58 Sergio papa meretrix ipsa genuerat, papam[58] constituunt. Wido vero non multo post moritur, fraterque eius Lambertus ipsi vicarius ordinatur.

932. 44. Marozia, scortum impudens satis, nuntios suos post Widonis mariti sui mortem Hugoni regi dirigit, eumque invitat, ut se adeat Romamque nobilissimam civitatem sibi adsumat. Hoc autem non aliter posse fieri testabatur, nisi eam rex Hugo sibi maritam faceret.

Versus.

Quid Veneris facibus compulsa Marozia saevis?
Coniugis ecce tui spectas tu suavia fratris,
Nubere germanis satagens Herodia duobus,
Immemor en videris praecepti ceca Iohannis,
Qui fratri vetuit fratris violare maritam.
Haec tibi Moseos non praestant carmina vatis,
Qui fratri subolem fratris de nomine iussit
Edere, si primus nequeat sibi gignere natum.
Nostra, tuo peperisse viro te, secula norunt.
Respondes, scio, tu: *Nichil hoc Venus ebria curat*
Advenit optatus ceu bos tibi ductus ad aram
Rex Hugo, Romanam potius commotus[c] ob urbem.
Quid iuvat, obscelerata, virum sic perdere sanctum?
Crimine dum tanto satagis regina videri,
Amittis magnam Domino tu iudice Romam.

a) *i. e.* susceptus. b) *i. e.* defunctus. c) commutus 1.

56) Leodiensis; v. Legum T. I. pag. 565. ad a. 920. 57) mortuis etiam, qui ei successerant, Leone VI. et Stephano VII. 58) Iohannem XI. qui m. Martio a. 931 summum pontificatum adeptus est.

Quod recte esse actum, non solum sensata verum etiam insensata animadvertunt[a]. In ingressu Romanae urbis quaedam est mirі operis mireque fortitudinis constituta munitio; ante cuius ianuam pons est praeciosissimus super Tiberim fabricatus, qui pervius ingredientibus Romam atque egredientibus est; nec est alia, nisi per eum, transeundi via. Hoc tamen, nisi consensu munitionem custodientium, fieri non potest. Munitio vero ipsa, ut caetera desinam, tantae altitudinis est, ut eclesia quae in eius vertice videtur, in honcre summi et celestis miliciae principis archangeli Michahelis fabricata, dicatur „sancti Angeli ecclesia usque ad coelos“. Rex denique, ob munitionis confidentiam relicto longe exercitu, cum paucis Romam advenit. Quo decenter a Romanis susceptus, in praedictam munitionem ad Maroziae meretricis[b] thalamum declinavit. Cuius incesto dum potitus esset concubitu, Romanos quasi iam securus despicere coepit. Habuerat sane Marozia filium nomine Albericum, quem ex Alberico marchione ipsa genuerat. Qui dum matris hortatu Hugoni regi, vitrico scilicet, aquam funderet, ut manus abluеret, ab[c] eo pro correctione in faciem cesus est, eo quod non moderate et pudenter[d] aquam effunderet. Is vero, ut inl tam sibi posset ulcisci iniuriam, congregatis in unum Romanis, huiusmodi eos sermone convenit: *Romanae urbis dignitas ad tantam est stultitiam ducta, ut meretricum etiam imperio paroeat. Quid enim fedius, quidve turpius, quam ut unius mulieris incestu Romana civitas pereat? Romanorum aliquando servi, Burgundiones scilicet, Romanis imperent? Si meam, privigni scilicet sui, faciem cecidit, cum praesertim novus habeatur hospes, quid vobis iam inveteratum facere creditis? An Burgundionum voracitatem et superbiam ignoratis? Ipsam saltem nominis etimologiam[e] dispicite: Burgundiones ideo dictos, quoniam dum Romani, orbe devicto, ex gente hac captivos ducerent multos, constituerunt eis, ut extra urbem domos sibi sustollerent; a quibus et paulo post a Romanis ob superbiam sunt expulsi; et quoniam ipsi domorum congregationem, quae muro non clauditur, burgum*[59] *vocant, Burgundiones*[60] *a Romanis, quod est a burgo expulsi, apellati sunt. Ceterum secundum naturale nomen Galli Allobrogi nuncupantur. Ego tamen secundum[f] mihi traditam fronesin, id est sapientiam, Burgundiones eos quasi gurguliones apello, vel quod ob superbiam toto gutture loquantur, vel quod verius est, edacitati[g], quae per gulam exercetur, nimis indulgeant.* Nec mora, his auditis, Hugonem regem cuncti deserunt, atque eundem Albericum sibi dominum eligunt; et ne spacium quidem milites introducendi suos rex Hugo haberet, munitionem confestim obpugnare

45[h]. Liquet divinae dispensationis hoc consilium esse, ut quod rex Hugo tam turpiter ceperat scelere, eum omnimodis optinere non posse. Tanto quippe est terrore coactus, ut per restim se ipsum ea ex parte qua civitatis muro munitio inhaerebat deponens, eam desereret, atque ad suos confugeret. Expulsus igitur rex Hugo cum praefata Marozia, Romanae urbis Albericus monarchiam tenuit, fratre suo Iohanne summi atque universalis praesulatus sedi praesidente.

46[i]. Aiunt quidam, Bertam, Hugonis regis matrem, Adelberto marchioni viro suo (13.) nullum filium peperisse, sed ab aliis mulieribus clam acceptos, simulato partu, Widonem et Lambertum sibi supposuisse, quatinus post mortem Adelberti, Bertae filii non deessent, quorum adiutorio omnem mariti sui potenciam possideret. Hoc autem mendatium mihi ideo videtur esse inventum, quatinus incestum suum hac occasione rex Hugo tegeret, infamiae ὕβριν, id est turpitudinem, evaderet. Ea tamen quae nunc narranda est, cur hoc dictum sit, veri similior mihi videtur assertio. Lambertus, qui post Widonis fratris sui mortem Tusciae marcam tenebat, vir erat bellicosus et ad quodlibet facinus audax. Quem ob regnum Italicum rex Hugo suspectum nimis habebat. Timebat enim, ne Italienses se desererent, et Lambertum regem constituerent. Boso denique, ex eodem patre regis Hugonis frater, insidiarum laqueos huic paraverat, eo quod ipse marchio Tusciae fieri vehementer anhelabat. Consilio igitur huius[k] rex Hugo Lamberto cominando denuntiat, ne se fratrem suum amplius dicere audeat. Is vero, ut erat animi ferocis atque indisciplinati, non moderate, ut debuit, sed effrenate ita

a) *hic aliud caput incipere codex* 1. *significare videtur.* b) miretricis 1. c) *hic prosequitur* 5. d) *ita* 1. e) etimoligiam 1. f) s. m. t. desunt 5a. 5a*. g) edaciti 1. h) XLVI. 1. i) XLVII. 1. k) hius 1.

59) italice *borgo.* 60) i. e. sine (*ohne* germanice) burgo.

respondit: *Ne inficiari rex possit, me fratrem suum esse, nos uno ex corpore eundemque per aditum in lucem prodiisse, duello cupio*[a] *cunctis cernentibus comprobare.* Quod rex ut audivit, iuvenem quendam, Teudinum nomine, elegit, qui cum eo hanc ob rem
Ps. 118. 137. 91, 16. singularem pugnam commisit. Deus autem, qui iustus est, et rectum est iudicium eius, in quo non est iniquitas, ut amphibologiam dirumperet ac veritatem cunctis ostenderet, fecit, ut Teudinus citissime caderet, et Lampertus victoriam obtineret. Quamobrem rex Hugo non mediocriter est confusus. Consilio autem accepto, eundem Lambertum tenuit et custodiae tradidit. Timuerat enim, ne, si se dimitteret, regnum illi auferret. Hoc igitur capto, Bosoni fratri suo Tusciae marcam contradidit; et non multo post Lambertum lumine privavit.

47. His temporibus Italienses in Burgundiam ob Rodulfum, ut adveniat, mittunt. Quod Hugo rex ut agnovit, nuntiis ad eundem directis, omnem terram quam in Gallia ante regni susceptionem[b] tenuit Rodulfo dedit, atque ab eo iusiurandum, ne aliquando in Italiam veniret, accepit. Nec minus etiam Heinricum, quem supra memoravimus, regem fortissimum, multis collatis muneribus amicum sibi effecerat; cuius ex hoc apud
934. Italos nomen maxime tunc clarebat, quod Danos, nulli ante subiectos, solus ipse debellaret ac tributarios faceret. Est enim gens indomita, sub septemtrione in oceano degens, cuius sevitia multarum saepe gentium nobilitas luxit. Hi aliquando classibus per Rheni fluminis alveum conscendentes, ferro et igni cuncta misere laniarunt; ipsas insuper nobilissimas civitates, Agrippinam quae nunc Colonia vocatur, atque Treuerim longe a Rheno positam, nonnullasque alias in regno Lotharii debellantes vi ceperunt, cunctisque ablatis, ea quae secum deferre non poterant, combusserunt. Thermas
61 etiam Grani palatii atque palatia combusserunt[61]. Verum his omissis, ad narrandi seriem redeamus.

(14.) 935. 48. Arnaldus Bagoariorum et Carentanorum dux, cuius superius fecimus mentionem, cum non multum ab Italia longe distaret, collectis copiis, quatinus Hugoni regnum auferret, advenit. Qui Tridentinam ea ex parte primam Italiae marcam pertransiens, Veronam usque pervenit. In qua a Milone comite atque Raterio episcopo libenter, ut qui eum invitarant, suscipitur. Quod rex Hugo ut audivit, collecto exercitu ei obviam tendit.

62 49. Cumque eodem pervenisset, et caballicatas[62], ut vulgo aiunt, circumcirca dirigeret, Bagoariorum quaedam pars non minima de castro vocabulo Gauseningo egrediens, cum Italiensibus pugnare cepit. A quibus graviter confossa, vix ex ea, vel qui hoc caeteris nuntiaret, evasit. Qua ex re Arnaldus dux non parva est confusione repletus.

50[c]. Unde factum[d] est, ut consilio accepto, Milonem comitem vellet capere atque Italia derelicta secum illum in Bagoariam ducere, quatinus reparato exercitu, cum eo iterum posset redire; quod Milonem non latuit.

51. Qui diversis cogitationibus estuans, quid ageret poenitus ignorabat. Hugonem regem, plane ut meruerat, adire timebat; cum Arnaldo vero in Bagoariam duci, non solum mortem sed infernum putabat. Hac itaque in ambiguitate, quoniam regem Hugonem cito misericordia noverat inclinari, Arnaldum fugere, et ad eum deliberat tendere. Arnaldus vero, prout citius potuit, in Bagoariam est regressus. Munitionem autem, quae in eadem civitate erat, prius oppugnans, fratrem Milonis militesque suos, qui eam defendere conabantur, secum in Bagoariam duxit.

52[e]. Quo discedente[f], Hugoni regi mox civitas redditur, et Raterius eiusdem civitatis episcopus ab eo captus, Papie exilio religatur. In quo faceta satis urbanitate de exilii sui erumna librum componere cepit. Quem si quis legerit, nonnullas ibi hac sub occasione res expolitas inveniet, quae legentium intellectibus non minus placere poterunt quam prodesse.

EXPLICIT LIBER ANTAPODOSEOS III.

a) copio 1. b) suseptionem 1. c) *hic indicem secutus caput* 50. *incipio.* d) factūtū 1. e) *Codex* 1. *iam in voce* Munitionem *caput hoc incipit.* f) discente 1.

61) cf. Ann. Vedastinos, quorum sententia „*palatia quoque regum et villas ... igne cremaverunt*“ plurali *palatia* loco *palatium* ansam fortasse dedit. 62) equitum turmas.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUARTI.

1. De eo quod nunc usque scripserit audita, scripturus amodo[a] visa.
2. Rex Hugo filium suum Lotharium regem constituit, et Romam cum exercitu pergit.
3. Rex Hugo filiam suam Alberico coniugem dat, ut ipsum per eam decipiat.
4. Saraceni de Fraxeneto Aquas veniunt, ubi et commissa pugna omnes pereunt.
5. In Ianuensi civitate fons sanguinis fluxit, quo anno ab Africanis capta est Saracenis.
6. Qua ratione Manasses Arelatensis episcopus propriam aeclesiam deseruisse se dicat et aliam adsumpsisse, et quod invectiva responsione recte se non egisse scripturarum testimoniis comprobetur.
7. Quam uxorem Berengarius acceperit, et de Anscario fratre eius.
8. De Tedbaldo marchione, qui contra Grecos pugnavit, et captos castravit.
9. Quanto ludibrio quaedam mulier suum maritum, ne castraretur, liberavit.
10. Rex Hugo fratrem suum Bosonem, qui consilio uxoris sue ei perfidus extiterat, cepit et custodie tradidit.
11. Qualiter Hugo rex Willam, Bosonis uxorem, ab Italia eiecit, et de balteo, turpi in loco invento.
12. De morte Rodulfi regis, cuius uxorem rex Hugo ducit, suamque filiam suo filio tradit.
13. De Hugone rege, qui uxorem suam ob concubinas hodio habuit.
14. De morte Heinrici regis et ubi sit humatus, et de filiis eius.
15. De prudentia Heinrici regis, qui filium suum Ottonem regem constituit.
16. De filia fratris regis Anglorum, quam rex Otto ante regni susceptionem duxit.
17. De Heinrico, qui perversorum hominum consilio fratri rebellis fit.
18. Metrice invectiva oratio ad Heinricum, et contra diabolum, cuius opera cum fratre pugnare desiderat.
19. De Heverardo, qui Heinricum adhuc regi suo fratri fidelem in castello quodam degentem initio rebellionis suae cepit et in Franciam duxit.
20. Qua ratione Heverardus Gislebertum a regis fidelitate seiunxerit.
21. Gislebertus et Heverardus Heinricum de custodia dimittunt.
22. Qua calliditate Heverardus Heinricum atque Gislebertum in adquirendo regno decipere voluit.
23. De admirabili victoria quam rex Otto orando optinuit, et de Heinrico in brachio[b] vulnerato.
24. Qualiter rex Heinricus sanctam lanceam adquisiverit.
25. Argumentum ex scripturis sanctis, quod huiusmodi victoria sive bellum non fortuitu sed Deo disponente provenerit.
26. De eo quod regem castrum Brisicau[c] obsidentem, consilio Friderici archiepiscopi multi deserunt.
27. De admirabili constantia et responsione regis Ottonis.
28. Quemadmodum, Deo pro rege pugnante, Gislebertus atque Heverardus ab Hutone et Chuonrado ad Andernacha sint occisi.
29. De nuntio qui horum mortem regi nuntiat dum eclesiam peteret.
30. Rex Otto de istorum morte Bertaldo Bagoariorum duci, et quod ei sororem sive sororis suae filiam coniugem dare velit, denuntiat.
31. De Friderico archiepiscopo qui iam dudum regem deseruit et ad Metensem[d] urbem ut congregaret exercitum[e] ivit, ubi de morte eorum audivit.
32. De eodem archiepiscopo capto et custodiae tradito.
33. De Heinrico qui a sorore prohibetur, ne in munitiones contra regem ingrediatur.
34. De eodem qui regis postmodum ad misericordiam venit.

EXPLICIUNT CAPITULA.

a) ämodo 1. *manus tamen secunda lineam duabus lineolis transversis ita delevit, ut in codice* 2. eiamodo *scribi potuerit.* b) brahio 1. c) briuicau 2. d) *littera vocis prima vix distinguitur.* e) exercitū *linea deleta* 1.

INCIPIT LIBER QUARTUS FELICITER.

1. Hactenus quae digesta sunt, sacerdos sanctissime sicut a gravissimis, qui ea creverant[a], viris audivi, exposui; caeterum quae narranda sunt, ita ut qui interfuerim, explicabo. Ea siquidem tempestate tantus eram, quod regis Hugonis gratiam michi vocis dulcedine adquirebam. Is enim euphoniam adeo[b] diligebat, in qua me coequalium puerorum nemo vincere poterat.

[a] i. e. viderant.
[b] i. e. valde.

931. Mai 15. 2. Igitur rex Hugo dum prosperari sibi cuncta prospiceret, filium suum Lotharium, quem ex Alda uxore sua genuerat, cunctis conniventibus, post se regem constituit. Quo constituto, qualiter Romam, ex qua turpiter eiectus fuerat, posset adquirere, cogitabat. Collecta itaque multitudine, proficiscitur Romam. Cuius quamquam loca et provincias circumcirca misere devastaret, eamque ipsam cottidiano impetu inpugnaret, ingrediendi tamen eam effectum non potuit obtinere.

3. Sperans denique, calliditate sua Albericum posse decipere, ei denuntiat, ut filiam suam Aldam, Lotharii regis nati sui germanam, sibi coniugio tollat, sicque pace habita, ut suus ipsius filius securus permaneat. Albericus igitur, ut vir infatuus, filiam eius sibi coniugio iunxit, Romam autem, quam nimis ardebat, non tradidit, seque ei minime credidit. Vere tamen Albericum rex Hugo inescaret et caperet, *τουτω τῶ*[a] *αγκιστρω*, articulus. tuto to agkistro, id est isto hamo, nisi suorum hoc faceret fallatia militum, qui eum aliquando pacem cum ipso habere non cuperant. Si quem enim rex suorum vellet corripere, ad Albericum mox studuit fugere, a quo regis ob metum gratanter susceptus Romae deguerat honoratus.

[a] locus est.

(2.) 4. Dum hec aguntur, Saraceni Fraxenetum inhabitantes, collecta multitudine, Aquas[a], 50 miliariis Papia distans, usque pervenerant. Horum *πρωτωλος*, provolos, id est praedux. Sagittus Saracenus pessimus impiusque extiterat. Deo tamen propitio, pugna commissa *ταλέπορος*, taléporos, id est miser, ipse cum omnibus suis interiit

5. Per idem tempus in Ianuensi urbe, quae est in Alpibus Cotzie, octingentis stadiis Papia distans, supra Africanum mare constituta, fons sanguinis largissime fluxit, subsecuturam cunctis patenter ruinam insinuans. Eodem quippe anno Poeni cum multitudine classium illō perveniunt; civibusque ignorantibus, civitatem ingrediuntur, cunctos, pueris exceptis[a] et mulieribus, trucidantes; cunctosque civitatis et eclesiarum Dei thesauros navibus imponentes, in Africam sunt reversi.

(3.) 6. Hoc in tempore Mannasses, Arelatensis civitatis episcopus, agnita regis Hugonis potentia, a cuius ipse affinitatis[b] lineam sanguine traxerat, deserta sibi commissa aeclesia, ambitionis spiritu, multas violaturus[c] immo laceraturus aeclesias, Italiam petiit. Hugo autem rex regnum securius obtinere sperans, si affinitate sibi coniunctis regni officia largiretur, contra ius fasque Veronensem, Tridentinam atque Mantuanam commendavit, seu quod verius est in escam dedit, aeclesiam. Ac nec his quidem contentus, Tridentinam adeptus est marcam; quo, impellente diabolo, dum mīles esse inciperet, episcopus esse desineret. Libet autem, pater agie, id est sancte, aliquantulum immorarier, suamque ipsius sententiam cur hoc ageret, Deo largiente[d], propria iugulare. *Beatus*, inquit, *Petrus, Antiocena instituta aeclesia, ad Romanam urbem, quae potentiae magnitudine cunctis tunc nationibus imperabat, postmodum transvolavit. Ubi cum Deo disponente sanctam totoque orbe*[e] *venerandam fundaret aeclesiam, discipulo suo beato euuangelistae Marco pristinam, Antiocenam scilicet, commendavit; ita tamen, ut Aquilegensem et ipse primo institueret, atque Alexandrinam cóncite peteret. Quod ita actum esse, neminem qui eorum actus legerit, non nescire cognoscimus.* Sed ut, nobis respondentibus, ó Manasses, vera te super his non sentire cognoscas, nominis tui etimologian parentes tuos videntes[a] fuisse intelleges. Manases quippe obliviosus, seu oblivio Domini, interpretatur. Quid enim verius aut apertius parentes[f] tui hoc nomine vaticinare potuerunt? Ita, inquam, es oblitus tui, ut nec hominem quidem te esse reminiscare. Diabolus quippe scripturas novit, et tamen, ut perversus, perverse eas interpretatur, et cum his utitur, ad pernitiem, non ad salutem. Scisne, hunc, cum temptationum iaculis dominum et redemptorem nostrum Iesum Christum ausu nefario sautiare

[a] i. e. prophetas.

a) exeptis 1. b) afinitatis 1. c) ui uiolaturus *duabus lineis* 1. d) largente 1. e) orbē 1. f) *hic codex* 3. *prosequitur.*

conaretur, his propheticis male usum verbis? *Quoniam angelis suis mandavit de te, et in manibus tollent te, ne umquam offendas ad lapidem pedem tuum?* Hoc sane ita esse scriptum ac de eo dictum, nullus fidelium ambigit. Sed quam fraudulenter vera haec Leviathan ille proferret, ipsius, qui non solum mortalium sed et angelorum sensus exuperat, responsione animadvertere poteris: *Non temptabis, inquit, dominum Deum tuum.* Vides igitur et tu, veris quidem sed fraudulentibus assertionibus uteris; quemadmodum et apostata Iulianus respondisse dicitur christianis, quos aviditate rapinae censu proprio defraudavit: *Nolite, infit magister vester, possidere*[a] *aurum neque argentum.* Et illud: *ευκοπώτερον γαρ εστην καμηλον δια τρυμαλιας ραφίδος εισελθειν η πλουσιον εις την βασιλειαν του θεου, eucopoteron gar estin camilon dia trimalias rafidos iselthin i plúsion is tin basilian tu theu,* quod est: *Facilius est camelum per foramen acus transiri, quam divitem intrare in regnum coelorum.* Et item: *Qui non renuntiat omnibus, quae possidet*[b]*, non potest meus esse discipulus.* Cedo[c] igitur, quid perversius ille, quidve foedius te dixisse credendus[c] est? Quod enim Petrus ad iustitiam, tu transfers ad culpam. Credo[d] equidem, te actus apostolorum non intellexisse, aut quod credibilius est, minime legisse. Ibi plane sic scriptum repperies, quoniam fideles vendebant praedia sua, et ponebant praecium ante pedes apostolorum, quibus erant omnia communia, nec quisquam aliquid suum esse dicebat; dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat. Si igitur, quod in humano censu praeciosius tibique anima tua carius, Petrus aurum, quasi quiddam pestiferum, tangere noluit, qua ratione eum, Antiocena deserta, ad Romanam asseris aeclesiam transvolasse? Si latras, illum, quod omnino falsum est, quaesivisse censum, ego animarum lucrum et comprobo gloriosum martyrium. Predictum quippe sibi[e] a magistro, immo creatore et redemptore suo fuerat, quoniam: *Cum esses iunior, cingebas te. et ambulabas ubi volebas; cum autem senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet, quo*[f] *tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum.* Denique et alio in loco post resurrectionem Petro se, quo iret, interroganti, respondisse Dominus legitur: *Romam, iterum crucifigi.* Venit igitur Petrus, non ambitione inflatus sed martirio animatus, non querens aurum sed animarum lucrum. O felicem, immo beatum, si talem te tua conscientia testaretur. Nec inficiari inquam potes, Veronensem te episcopium minime vendidisse, quod Petro, non cuilibet sed apostolo illo[g], numquam didicimus contigisse. Qua ex re non solum spiritali verum etiam corporali honore, census animatione[63] te privatum esse cognovimus. Haec autem interim ad propositum redeundo dicta suffitiant, quoad largiente Deo suis in locis, qualiter Mediolanensem usurpaveris cathedram, veniamus.

Luc. 4.

Marc. 10. 25. Luc. 14. 33.

cf Acts 2. 35. 4. 35

Ioh. 21. 18. 19.

63

7. Eo[h] tempore Berengarius iste, cuius tyrannide tota nunc[i] luget Italia, Eporegiae civitatis marchio habebatur. Cui rex Hugo neptim suam, nomine Willam, quam ex Willa uxore sua Boso Tusciae provinciae marchio, regis frater, genuerat, coniugem dedit. Anscarius vero, Berengarii frater, quem ex Adelberto Hermengarda regis Hugonis genuerat soror, virium audatia potentiaque clarebat. (4.)

8. Tedbaldus[k] etiam heros quidam, proxima Hugoni regi affinitate coniunctus, Cammerinorum et Spoletinorum marchio erat. Hic in auxilium Beneventani principis contra Grecos, qui eum graviter obpressarant, abiit. Quibus cum bellum inferret, victoria est potitus. Contigit denique multos Grecorum, iamiam non arva sed castra obtinentium, hunc cepisse. Quibus dum virilia amputaret, talia stratigo qui eis praecrat nuntiavit: *Quoniam quidem vestro sancto imperatori spadonibus nil praetiosius esse cognovi, hos studui pauculos sibi verecunde transmittere; plures quantocius, Deo propitio, transmissurus.*

9 Ludibrium autem, immo sapientiam, quam quaedam tunc mulier gessit, hic inseramus. Dum enim die quadam Greci cum ipsius terre hominibus extra castrum quoddam ad pugnam adversus Tedbaldum memoratum exirent, nonnulli ab eodem sunt capti. Quos dum enuchizaret eosque in castellum dirigeret, mulier quaedam, mariti amore succensa, eius pro membris non parum sollicita[l], passis crinibus de castello

a) possidete 1. b) posidet 1. c) credendu 1. d) C. equidem *την πραξην των αποστων* non dixisse 3. e) P. sibi q. sibi a 1. f) q̄ = quod 1. g) *i. e.* illi. h) Eo tempore *ουτος ὁ Υφεγγαριος ουτον τυφαρηδω αλη η ιταλαω τω* eporegie 3. i) nun 1. k) Thiedbaldus 5. l) sollita 1.

63) i. e. quia in censum animatus, census avidior, erat.

exiit furibunda. Quae cum cruentis unguibus ora discerperet, atque ante Tedbaldi tentorium clamosis vocibus fieret: *Quid causae est*, inquit, *mulier, quod tam sonoris vocibus quereris?* Quae — quia stultitiam simulare loco, prudentia summa est, — ita respondit: *Novum hoc inauditumque facinus est, heroes, ut bellum non repugnantibus mulieribus inferatis. Nostrarum nulla ex Amazonarum sanguine prosapiam ducit; Minervae quippe solum operibus deditae, armorum poenitus sumus ignarae.* Cui cum Tedbaldus diceret: *Quis umquam sani capitis heros, praeter Amazonarum temporibus, bellum mulieribus intulit?* ea respondit: *Quod, cedo, crudelius mulieribus bellum inferre, quidve incommodius his potestis*[a] *auferre, quam ut earum viris certetis orchidia*[*] *amputare? in quibus nostri refocilatio corporis, et quod omnium potissimum est, nascturae spes extat prolis? Dum enim eos eunuchizatis, non quod illorum, sed quod nostrum est, tollitis. Num inquam armentorum seu ovium copia, quam mihi dies ante hos abstulistis, vestra me castra adire coegit? Animalium quippe quae mihi fecistis dispendia laudo; iacturam hanc tantam, tam crudelem, tamque inrecuperabilem, modis omnibus horreo, fugio, nolo. Sancti Dei omnes talem a me avertite pestem!* His auditis, nimio sunt omnes cachinno commoti, tantusque in eam populi favor excrevit[b], ut non solum virum suum integrum, sed et cuncta quae sibi ablata fuerant animalia, recipere mereretur. Quae cum his receptis abiret, directo Tedbaldus post eam puero, interrogavit, quid viro suo auferret, si ad pugnam amplius contra se de castelo exiret? *Oculi*, inquit, *sunt illi, nares, manus, et pedes. Si hoc egerit, sibi quae sua sunt auferat; quae mea, suae scilicet ancillulae, derelinquat.* Verum quia favorem populi prima sibi locutione per risum et mariti donum adesse intellexit, hanc postmodum per directum nuntium remandavit.

[*] testiculos.

5.) 10. Per idem tempus regis Hugonis frater Boso, Willa uxore sua cupidissima[c] stimulante, adversus regem nova quaedam et perversa molitus est agere. Quod Hugonem non latuit. Qua ex re captus, custodiae est continuo traditus. Causa denique deiectionis eius haec fuit. Dum Lamberto, quem supra memoravimus, lumine privato, isdem Boso marcam Tusciae obtineret, coniux sua Willa phylargiriae cepit amore flagrare; adeo ut totius Tusciae provinciae nulla nobilium matronarum quantivis se praecii ornamentis excoleret. Haec cum prolem non haberet virilem, quattuor habuit natas, Bertam, Willam, Richildam et Gislam. Harum Willa, Berengarii huius, qui nunc superest, vere marita, hoc effecit, ne genitrix sua omnium esset mulierum nequissima. Ut autem non per longas ambages eius acta ponamus, uno turpissimo descripto, quae et quanta in caeteris fuerit, animadvertere poteris.

11. Vir ipsius Boso mire longitudinis et latitudinis aureum habuerat balteum, qui multarum et praetiosarum splendebat[d] nitore gemmarum. Hunc, cum Boso caperetur, super omnes gazas eius diligenter rex iussit inquiri; sumptisque divitiis, uxorem eius, quasi profanam et sceleris totius auctricem, turpiter de regno Italico praecepit expelli, atque in Burgundiam, de qua oriunda fuerat, duci. Verum cum diligenter omnia perscrutati balteum non reppererint, caetera nuntii reportantes, sunt ad Hugonem reversi. Tum rex: *Revertentes*, inquit, *falerarum eius omnem apparatum, pulvinar etiam, quod equitando premit, evertite*[e]. *Et si nec ibi quidem balteum poteritis*[f] *repperire, vestimentis omnibus eam exuite, ne alicubi super se possit latere; novi enim, quantum callida, quantumque sit cupida.* Igitur illis redeuntibus regisque iussioni paroentibus, cum requisitis omnibus nil invenissent, vestimentis eam omnibus nudaverunt. Hoc denique tam turpe facinus atque inauditum cum avertentibus oculis proborum nemo conspiceret, servorum quidam directo obtutu, purpuream secus natium speroiden vidit dependere corrigiam, quam inpudenter arripiens foediterque trahens, e secretiori corporis parte eam secutus balteus est egressus. Servus itaque isdem non solum inverecundus[g], sed eo ipso turpi facinore hilarior redditus: *Há! há! hé!* ait, *quam peritus obstetricandi miles. Ruffus puer est natus herae; quaeso, ut sit superstes*[*]. *O me fortunatum, immo omnibus feliciorem, si tales saltem duos uxor mea mihi pareret natos, hos quippe Constantinopolim dirigerem nuntios, quoniam quidem, ut institoribus*[h] *narrantibus agnovi,*

a) potestetis 1. b) *sequentia usque ad* in saxoniam *cap.* 14. *desunt nulla lacuna indicata* 3. c) cupudissima 1.
d) spendebat 1. e) euertitite 1. f) poteris 1. g) inverecundis 1. *) cf. Terent. h) institutoribus 1.

huiusmodi libenter imperator nuntios suscipit. Talibus praeterea Willa confusa sermonibus, lacrimis effusis latentem sub corde aperit cunctis dolorem. Servus autem, ut eorum suum est, eius deiectione non solum non inclinatus verum etiam animatus, hec ad exaggerandum doloris vulnus adiecit:

Versus

Willa quid insanis? aurum quod condere caecis
Incipis in membris? pro non audita cupido!
Allectó furiis gemmas in corpore condis[*].
Matribus insolitum tales producere partus,
Hinc tibi nulla decem tulerant fastidia menses.
Alma parens, tales nobis haud desine foetus
Edere, qui nati superent te aetate parentem!
Talia cunctanti collum percusserat unus
Impiger, ac verbis ipsum culparat amaris.

His ita peractis, balteus regi adducitur, eaque in Burgundiam destinatur. Utrum tamen, quae abscondit, aut qui eô inquirere iussit, foedius egerit, michi quidem videtur amphibolum. Liquet tamen, quod uterque nimia sit auri gemmarumque cupidine animatus.

12. Burgundionum praeterea rex Rodulfus mortem obiit; cuius viduam nomine Bertam rex Hugo, Alda, Lotharii regis filii sui matre, defuncta, maritali sibi coniugio sotiarat. Sed et filio suo, regi Lothario, Rodulfi et ipsius Bertae natam nomine Adelegidam, cum forma honestissimam tum morum probitate gratiosam, coniugem tulit. Quod Grecis omnibus non videtur idoneum, scilicet ut, si pater matrem, cum sint duo unum, uxorem accipiat, filius filiam non sine reatu valeat sibi coniugio copulare. (6.) 937. Sept. Dec.

13. Hugo[a] denique multarum concubinarum deceptus inlecebris, praefatam coniugem suam Bertam maritali non solum non coepit amore diligere, verum modis omnibus execrare; quod quam Deus iuste punierit, suis in locis ponere non pigebit. Verum cum nonnullae essent concubinae, tres supra caeteras[b] turpissimo amore ardebat: Pezolam, vilissimorum servorum[c] sanguine cretam, ex qua et natum genuit nomine Boso, quem[d] in Placentina post Widonis obitum[64] episcopum ordinavit eclesia; Rozam deinde, Walperti superius memorati filiam decollati, quae ei mirae pulcritudinis peperit natam; tertiam Stephaniam, genere Romanam, quae et filium peperit nomine Tedbaldum, quem postmodum in Mediolanensi eclesia archidiaconem ea ratione constituit, ut defuncto archiepiscopo, eius ipse vicarius poneretur. Quid autem fuerit, quod effectum Deus haec habere non siverit, vita comite, scribendus ordo nudabit. Sed et populus has ob turpis inpudicitiae facinus dearum nominibus, Pezolam videlicet Venerem, Rozam Iunonem, ob simultatem et perpetuum odium, quoniam quidem ea secundum carnis putredinem hac spetiosior videbatur, Stephaniam vero Sémelen apellabat. Et quoniam non rex solus his abutebatur, earum nati ex incertis patribus originem ducunt. 61

14. Eo in tempore rex Heinricus, in castello quod est in Turingiorum et Saxonum confinio et dicitur Himénleve[65], gravissima valetudine correptus, migravit ad Dominum. Cuius corpus in[e] Saxoniam deportatum, in nobilissimarum ac religiosarum monasterio puellarum, quod in ipsius regis praedio vocabulo Quitelingburg[66] situm liquet, intra eclesiam cum inmensa est veneratione repositum. Ubi et venerabilis eius coniux regnique consors ex eadem gente, nomine Machtild, ultra omnes quas viderim et audierim matronas, pro delictorum expiatione caelebre exequiarum offitium vivamque Deo hostiam offerre non desinit[f. 67]. Haec ante regni susceptionem viro suo filium peperit, quem vocavit OTTONEM, istum, inquam, cuius mundi partes aquilonaris et occidua potentia reguntur, sapientia pacificantur, religione laetantur, iustique iudicii severitate terrentur. Post regiam autem dignitatem duos peperit, unum quem patris nomine vocavit Heinricum, facetia satis ornatum, consiliis providum, vultus nitore gratiosum, oculorum vigilantia placidum; cuius recenti pro funere[68] non mediocres adhuc lacrimas fundimus. (7.) 936. Iul. 2. 65 66 67 68

*) cordis 1. 2. a) Hgo 1. b) ceteras 1. c) suenorum 5a. d) quam 1. e) *hac voce prosequitur* 3. f) desinet *corr.* desinit 1. desinat 2. desinit 5a. 5a* desivit *Hervag.*

64) anno 945 d. Mart. 11. in vivis erat Wido, anno sequente d. 14. Febr. Bosonem episcopum offendimus. Campi hist. di Piacenza I. 488. I. 263. 65) Memleben. 66) Quedlinburg. 67) obiit d. 14. Mart. a. 968. 68) a. 955. Nov. 1.

69 Tercium deinde Bruno nomine[69], quem pater sanctus, quoniam Nordmanni Traiectensem destruxerant omnino eclesiam, ob eiusdem recuperationem eidem voluit militare. Verum ut istorum actus suis in locis latius explicemus, ad propositum redeamus.

15. Quantae fuerit prudentiae quantaeque rex Heinricus scientie, hinc probari potest, quod potissimum ac religiosissimum natorum suorum regem constituit. Imminebat enim, rex prudentissime, obitu tuo totius populi casus, si tantus regiae dignitati non subiret vicarius. Qua ex re in amborum laude hos pangimus versus:

Ipse qui condam superare gentes
Impias bello solitus cruento,
Novimus nunc, rex, dederis popello
Morte tu quantas propria ruinas.
Turba certatim viduata karo
Rege, iam cesset lacrimare, quando
Alter exurgit venerandus orbi,
Filius, patri similis cluenti
Otto rex, gentes dicione magna
Qui premet, pacemque feret beatam.
Quicquid Heinrici periit recessu,
Prestitit claro populis hic ortu,
Blandus et mitis patiensque sanctis,
Pestifer durus[a] rabidusque saevis.
Bella nonnullis tibi sunt gerenda;
Ex quibus nomen referens in astra,
Cuncta calcabis pedibus per orbem,
Quae premit tardus radians Bootes,
Et quibus nomen dedit Hesper almus:
Lucifer rursus vocitatus idem,
Surgit[b] Eoo[c] properans corusco[c].

16. Duxerat idem rex Otto ante regni susceptionem ex Anglorum gente nobilissima
70 regis Hadelstani fratris filiam[70] sibi uxorem, nomine Otgith; ex qua et filium genuit,
71 nomine LIUTOLFUM. Cuius ob recentem iacturam[71] quociens memoriam agimus, lacrimis sinum replemus. O si numquam natus, aut non tam mature defunctus esset!

(8.) 939. 17. Quo in tempore regis eiusdem frater Heinricus quorundam perversorum instinctu eidem est nimium adversatus. Is enim, qui post creationis suae mox clarissimam dignitatem Creatori suo se similem facere voluit, per auditores suos talibus Heinricum contra fratris, immo regis et domini[d], sermonibus instigavit: *Rectumne patrem egisse rere, regia tibi in dignitate genito, non in eadem genitum proponendo? Plane non discretionis hoc censura ponderavit, verum passionis magnitudine aberravit. Ergo age, neque enim tibi deerunt copiae; fratrem deice, regnum accipe; sitque tibi regnandi facultas, cui accidit Deo largiente et in eadem dignitate nativitas.*

18. Versus.

Regnandi tibi quid iuvenum tam dira cupido
Optime Saxigenum? Prohibet Deus,
Haud pater Heinricus; dedit is quia sceptra; monebat
Astripotens bonus ipse Deus pius,
Quo sine nec regnum capitur, nec tempora sistunt.
Quicquid in orbe Deus geritur iubet,
Per quem iura duces cernunt regesque triumphant.
Fraternas acies nunc nunc male
Conflictare cupis, fallax, crudelis, inique?
+ Impie Leviathan Behemoth, paras
Antiquum renovare tua iam fraude duellum?
Crimine pro cuncto poenas lues,
Hoc reprobum numerus culpans quod peccat in aevo

a) duris 5a. b) Surgit scilicet cum eoo 2. Surgit sed cum eoo 5a. *voce s.* (scilicet) *male intellecta.* c) *ultimae syllabae huius vocis superscriptum* sa 1. 2. d) *scil.* fidelitatem.

69) obiit d. 11. Oct. 965. 70) Adelstani sororem. 71) d. 6. Sept. a. 957.

Improbe supplicium referes simul;
Et quaecumque malis debentur flammea cunctis
Vincula, parta tibi misero; neque
Ignivomas herebi iuste dimersus [ad undas*]
Perpetuo tecum arsuros trahes
Christicolas; quia si qua sacro baptismate loti
Debita post traxere, Dei manet
Gratia, quae lapsos erexit sanguine gratis.

19. Tanti huius ac perniciosi facinoris illex Heverardus extitit comes. Huius enim (9.) 938.
primae rebellionis tempore Heinricus fratri suo regi et domino, prout debuerat, ammi-
nicula dederat, nisuque omni adversarios fatigabat. Verum quia incuria non solum
temporalibus rebus, sed aeternis etiam deditis, atque in ipsa internae contemplationis
visione constitutis, lapsum nonnunquam parat, et ut Vegetius Renatus in libro rei
militaris ait[72], quod *necessario amplior securitas gravius solet habere discrimen*, Hein- 72
ricum quodam in opido manentem incautiusque se tuentem, praedictus Heverardus
collecta multitudine obsedit, ac priusquam frater ei rex amminiculari posset, expugnavit,
secumque illum et gazam non parvam in propria transportavit. Rex igitur tantum fra-
tris, immo suum, cupiens dedecus vindicare, praefatum Heverardum sibique conniven-
tes toto cepit conamine persequi.

20. Heverardus sane Gislebertum Lotharingorum ducem a regis fidelitate seiunxerat, cuius adiutorio regi non modice resistebat. Quamquam[a] enim isdem Gislebertus regis sororem haberet uxorem, maluit tamen, suscipiendi regni spe animatus, regi resistere, quam eum, ut debuerat, contra suos emulos adiuvare. Sed cum se nec sic resistere regi posse conspicerent, non incallido[b] secundum hominem, sed fatuo secundum Deum, accepto consilio, huiusmodi Heinricum verbis conveniunt:

21. *Si consiliis nostris te parere nobis iuramento promittis, non solum, quia captus es, te dimittimus; sed quod maius est, si tamen rex velis fieri, nostrum te dominum constituimus.* Haec autem non eo dicebant, ut facerent, sed ut eius auxilio regem facilius debellarent.

22. Habuerat plane rex nonnullas fortissimas copias, Herimannum scilicet Suevo- (10.)
rum ducem, fratremque eius Hutonem, atque Chuonradum cognomine Sapientem. Qui
quamquam Heverardo affinitatis linea iungerentur, maluerunt tamen iuste, si[c] necessitas
incubuisset, iusto cum rege occumbere, quam iniuste cum consanguineo triumphare. Hein-
ricus igitur praemissa iam promissione deceptus, propriis mox collectis copiis, totis viribus 939.
ipsos adiuvare regemque coeperat inpugnare. Verum quia scriptum est: *Mentita est iniqui-* Ps. 26.
tas sibi, libet paululum immorari, et quemadmodum tunc mentita sit sibi iniquitas, ex- 15.
plicare. Haeverardus haud secus Gislebertum a regis fide seiungere valuit, donec regem
eum se facturum promisit. Gislebertus autem Heinricum hac arte decipere voluit, ut
dum suo adiutorio regem devinceret, ipsum deponeret, sibique regni solium obtineret.
Verum Haeverardus longe aliter disposuerat. Voluit enim, si regem posset devincere,
utrosque regno privare sibique usurpare, quemadmodum ex verbis ipsius, quae paulo
antequam moreretur uxori suae dixit, conicere possumus. Quam dum foveret in sinu:
Iucundare, inquit, *in gremio comitis, brevi laetatura in amplexibus regis.* Quod non
ita accidisse et iniquitatem sibi mentitam esse, tempestas indicat praesens.

23. Igitur, ut prefati sumus, huiusmodi promissione animatus immo deceptus, col- (11.)
lecto exercitu, cum Gisleberto pariter atque Heverardo regi preparant bellum. Quos
contra rex properat laetus, non eorum multitudine territus, sed de Dei pietate confisus.
Sed ut scias, quam facile est Deo in paucis plures vincere, et quod quisquam in abun- Ps. 33.
dantia virtutis suae non salvabitur, audi antiquum a Domino renovatum miraculum. 17.
Regis milites supra Rhenum ad locum vocabulo Bierzuni[73] pervenerant, Rhenique 73
alveum transire iam ceperant, ingnorantes, quod Heinricus cum praefatis comitibus
tanta eis vicinitate esset iam proximus. Perpauci denique e navibus egressi, vix equos

*) *ita supplendum cum* 5 a.; ad umbras 3. a) *Hinc lin.* 6. *folii* 64. *usque in finem paginae primae fol.* 65. *Liudprandus ipse scripsit.* b) incalide 1. c) s. n. i. i. c. r. o. q. i. *desunt* 2. 3.

72) lib. III. c. 22. 73) Birthen, cf. Reginonis contin. a. 939. M. G. T. I.

939. ascendere seseque armis indui poterant, cum prenominatorum legiones non nuntiantur properantes, sed intuitu ipso cernuntur presentes. Tali igitur sese sunt mutuo sermone adgressi: *Fluminis huius, ut cernitis, magnitudo socios nostros nobis succurrere, nosque etiam, quamvis volentes, illô redire non sinit; nec clam nobis est, quam ridiculum nostris presertim sit nacionibus, fortes viros se ostibus*[a] *tradere et non resistendo mortem fugere, vitamque sempiternis obpropriis comparare. Quamquam enim evadendi, quae nonnumquam hostibus obest, oblata desperatio et supplicandi sempiternum obproprium pugnandi nobis fiduciam prestent. ea tamen est, quae nos presertim, veritatis scilicet ac iustitiae, causa pugnare compellit. Si enim terrestris domus nostra resistendo iniustitiae dissolvatur, aeternam non manu factam recipiemus in coelis.* His itaque dictis accensi, hostes inter cursu praepeti transeunt. Rex denique tantam suorum constantiam non sine divino instinctu[b] esse considerans, quoniam, fluvio[c] intercedente, corporali praesentia subvenire suis non poterat, recordatus populi Domini, qui repugnantes sibi Amalechitas orationibus Moysi servi Dei devicerat, protinus de equo descendit, seseque cum omni populo lacrimas fundens ante victoriferos clavos manibus domini et salvatoris nostri Iesu Christi adfixos suaeque lanceae inpositos in orationem dedit; quantumque iusti viri, secundum beati[d] sententiam Iacobi, tunc valeret oratio, res manifesta probavit. Eo namque orante, cum ex suis nullus occumberet, hostes sunt omnes in fugam conversi; nonnullique eorum, cur fugerent, poenitus ignorabant, quoniam quidem pre paucitate sese insequentes hostes videre non poterant. Cesis igitur plurimis, Heinricus vehementer in brachio est percussus; et quamquam loricae triplicis fortitudo ad carnem usque ensis aciem non admitteret, pondere tamen percussionis acerbae brachium est adeo in livorem conversum, ut nullis medicorum curis ita mederi posset, ne recurrente anno permagnum dolorem sentiret. Unde et multo post huius facinoris occasione ipsum fassi sunt hominem[e] exivisse. Sed quia lanceae ipsius sanctae memoriam fecimus, hic, qualiter ad eum pervenerit, inseramus.

Iac. 5, 16.

(12) 21. Burgundionum rex Rodulfus, qui nonnullis annis Italicis imperavit, lanceam illam a Samson comite dono accepit. Erat enim exepta[f] caeterarum specie lancearum, novo quodam modo novaque elaborata[g] figura, habens iuxta lumbum medium utrobique fenestras. Hae pro pollicibus perpulcrae duae acies usque ad declivum medium lanceae extenduntur. Hanc igitur Constantini Magni, sanctae filii Helenae, vivificae crucis inventricis, fuisse adfirmant, quae media in spina, quam lumbum superius nominavi, ex clavis, manibus pedibusque domini et redemptoris nostri Iesu Christi adfixis, cruces habet. Heinricus itaque rex, ut erat Dei timens totiusque religionis amator, au ito Rodulfum tam inestimabile donum habere caeleste, nuntiis directis temptavit, si praemiis aliquibus id posset adquirere, sibique adversus visibiles atque invisibiles hostes arma invictissima triumphumque perpetuum praeparare. Quod cum rex Rodulfus modis omnibus se numquam hoc acturum ediceret, rex Heinricus, quia mollire hunc mu eribus non potuit, minis terrere magnopere curavit. Omne quippe regnum eius cede atque incendiis se depopulaturum esse promisit. Quia vero quod petebatur munus erat, quo caelestibus terrea Deus coniunxerat[h], lapis scilicet angularis faciens utraque unum, Rodulfi regis cor emollivit, iustoque regi iusta iuste petenti[i] cominus tradidit. Neque enim pace praesente simultati locus erat. Nam et eo, qui his crucifixus est, a Pilato ad Herodem properante, facti sunt amici in illa die, qui prius inimici erant ad invicem. Quanto autem amore rex Heinricus praefatum inestimabile don m acceperit, cum in nonnullis rebus, tum in hoc praesertim claruit, quod non solum eo dantem se auri argentique muneribus, verum etiam Suevorum provincie parte non minima honoravit. Deus autem, qui, quo quisque quid animo peragat, intuetur, non muneris quantitatis sed bonae voluntatis inspector ac retributor, quanta ob praelibatam rem mercede aeterno in saeculo pium donaverit regem, indiciis quibusdam hoc etiam in tempore prodidit, dum contra se insurgentes hoc victorifero praeeunte signo semper hostes terruit atque fugavit. Hac igitur occasione, immo Dei voluntate, sanctam rex Heinricus rompheam adeptus est; quam filio suo, de quo[k] inpraesentiarum nobis sermo est, decedens cum regno simul

a) *i. e.* hostibus. b) intstinctu 1. c) fluio 1. d) *hic vox* uiri *erasa* 1. e) homiē 1. f) *i. e.* excepta. g) eloborata 1. h) coniuniunxerat 1. i) petententi 1. k) suo unde (5. 5a.) 5a* *Vita S. Gerardi Brunensis c.* 18.

hereditario dereliquit. Qui quanta donum inestimabile veneratione coluerit, victoria non 939.
solum indicat praesens, verum divinorum, ut promturi sumus, admiranda largitio munerum. His itaque perterritis atque fugatis, rex rediit, non tantum de victoria laetus, quantum de divina miseratione magnificus.

25. Libet autem paululum immorari, et quod non fortuitu sed Deo disponente (13.)
haec ita acciderint, enarrare. Quod luce nobis clarius constabit[a], si domini et salvatoris nostri Iesu Christi apparitionem, quae post resurrectionem mulieribus ac discipulis facta est, in medium proferamus. Fidem Petri, dilectionem Iohannis supra pectus magistri in cena recumbentis, Thomas firmiter noverat, eos ad sepulcrum cucurrisse, nichilque praeter linteamina invenisse audierat, angelorum etiam visiones, qui eum vivere assererent, mulieribus apparuisse cognoverat. Sed esto; forte enim mulierum infirmitatem considerans, mulieribus non credebat. Cedo, inquam, sancte Thoma, si duobus discipulis ad castellum Emmaus properantibus, quibus non solum apparuit sed et scripturas, quae de se erant, apperuit[b], immo etiam secundum consuetum morem panem benedixit, fregit, ac dedit, non credis; omnibus tamen condiscipulis, quibus ianuis clausis apparuit, quid fidem non adhibere contendis? Meministine, inquam, eundem Dominum et praeceptorem tuum, cui te commoriturum promittebas, ante passionem haec omnia praedixisse? Ait namque: *Ecce ascendimus Iherosolimam, et consummabuntur omnia,* Luc.18. 31-33.
quae scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, et illudetur, et flagellabitur, et conspuetur, et postquam flagellaverint, occident eum, et die tercia resurget. Cur itaque eum resurrexisse dubitas, cum gentibus traditum, flagellatum, conputum, crucifixum, sicut praedixerat, videas? Haud ab re est, quod Deum tuum manibus propriis tractare contendis. Ipse namque rex noster, qui ante saecula operatus est salutem in medio terrae, qui novit omnia antequam fiant, multos praeviderat hoc errore Ps. 73. 12.
perituros, ut est misericors et clemens: *Infer*, ait, *digitum huc, et mitte manum tuam* Ioh.20. 27.
in latus meum, et noli esse incredulus, sed fidelis. Ἔξανδα δε Θομὰ αγιε, exauda de thoma agie, quod est confitere autem Thoma sancte, et tua dubietate omne nostrum exclude amphibolum. *Dominus*, inquit, *meus et Deus meus.* Ô ambiguum omni laude dignissimum! Ô dubium cunctis saeculis praedicandum! Si tu non dubitares, non ego tam firmiter crederem. Si mulierum credentium, si condiscipulorum fidem hereticis, qui non vero corpore dominum nostrum Iesum Christum resurrexisse latrabant, diceremus, multa nobis argumenta diabolica calliditate opponerent. Sed cum dubitantem Thoman corpus tractasse, vulnerum cicatrices tetigisse, ac mox dubitacione remota Deum et Dominum exclamasse audiunt, qui prius erant multisoni, mox ut pisces videntur insoni; cognoscentes, quia et vera caro est, quae tractari potuit, et Deus, qui clausis ianuis intravit. Et quod Thomas dubitavit, non fors sed divina dispensacio fuit. Sic itaque, sic, rex piissime, insperata ob militum paucitatem victoria divinae consilium providentiae fuit, volens mortalibus indicare, quam carus Deo esset, qui orando tam inmensum cum paucissimis triumphum optinere promeruit. Forte enim, immo certe, et tu prius ignorabas, quam carus Deo existeres; quod post te cognoscere fecit, cum tanta victoria honoravit. Sancti etenim viri quid virtutis habeant, et quanti in conspectu divini examinis consistant, nisi probaverint, ignorant; quod ad Abraham filium immolare cupientis[c] ex verbis angeli dicentis colligere possumus; ait enim: *Ne extendas* Gen. 22. 12.
manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam; nunc cognovi, quod timeas Dominum, id est te ipsum et posteros cognoscere feci. Noverat enim Dominus et ante quam filium immolare vellet, quanta Abraham patriarcha sanctus eum caritate diligeret; sed is qui diligebat, quam perfecte diligeret, non novit, donec per dilecti filii immolationem apertissime claruit. Possumus et hanc ex beati Petri promissione sententiam approbare. *Domine*, inquit, *tecum paratus sum et in carcerem et in mortem ire.* Cui Do- Luc.22. 33. 34.
minus: *Dico tibi*, ait, *Petre, non cantabit in hac nocte gallus, donec ter abneges nosse me.* O sancte Petre, melius quam tu te novit qui fecit te. Tu profiteris, quemadmodum putas, veram fidem; sed qui priusquam fiant omnia novit, ter se negaturum te esse praedixit. Huius quippe sententiae non inmemor, cum te postmodum, an se diligeres[d], interrogaret, magis ipsi credens quam tibi, amorem tuum hac temperata respon-

a) con constabit 1. *duabus lineis.* b) *i. e.* aperuit. c) *lege* cupientem; *constructio scilicet haec est:* Quod colligere possumus ex verbis angeli dicentis ad Abraham cupientem filium immolare. d) diligires 1.

939. sione declarasti, dicens: „*Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te*“. *Conscientia qui-*
Ioh. 21. 15. *dem mea plus diligo te quam me, nisi quia te diligendo diligo me. Utrum autem, ut existimo, ita sese veritas habeat, ipse quam ego melius nosti, qui me ut essem fecisti, et ut te diligerem amore iustissimo inflammasti.* Bone itaque rex, non ob tuam hoc sed ob infirmorum actum est fidem, qui victoriam non nisi in multitudine putant consistere et humanas res non nisi fortuitu provenire. Scimus enim, quia et si cum 12 milibus[b] legionibus transires ac victoriam optineres, non eam tibi sed Domino imputares. Et haec ratio est, quod te in paucis orando voluit vincere, ut et in se sperantes ad amorem sui magis accenderet, et, te quantum diligeret, nescientibus indicaret. Sed his obmissis, ad narrandi seriem redeamus[c].

(14.) 26. Est in Alsaciae partibus castellum, Brisicau[1] patrio vocabulo nuncupatum, quod et Rhenus immodum insulae cingens, et naturalis ipsa loci asperitas munit. In hoc itaque suorum Heverardus posuerat multitudinem militum, quorum terrore non solum magnam sibi partem praefatae provinciae vendicabat, verum etiam circumcirca regis fideles misere laniabat. Rex denique bonus, non quae sua sed quae suorum erant considerans, collecto exercitu, in Alsatiam, ut praefatum castrum obsideat, proficiscitur. Cumque eodem pervenisset, Frederici, qui cum eo tunc simul aderat, Mogontinae sedis archiepiscopi, exhortatione episcoporum quamplurimi, defixis noctu per girum amissis tentoriis, coeperunt regem deserere clamque ad civitates proprias fugere, Frederico cum eodem subdole permanente. Quod regis milites considerantes, huiusmodi regem sunt sermone adgressi: *Consule, rex, saluti tuae, loca haec deserens et Saxoniam petens. Nec clam te est, quod Heinricus frater tuus bellum tibi inferre conetur; qui si tam parvas tecum esse copias senserit, ita irruet repentinus, ut nec fugiendi quidem sit locus. Melius est igitur reparato exercitu iterum redire, quam aut mori misere, aut turpiter fugere.* Quibus rex inperterritus, ut quondam suis Iudas cognomento Macha-
1 Macc. 9. 10. baeus: *Nolite*, ait, *nolite talia loqui; et si adpropinquavit tempus nostrum, moriamur in virtute, et non inferamus crimen gloriae nostrae. Melius est enim pro vera iustitia mortem subire, quam eam fugiendo turpiter vivere. Denique si illos Dei ordinationi resistentes, auxilium a multitudine sola et non a Deo sperantes, iniuste praeliari, mori et ad irremissibiles herebi poenas descendere iuvat, nichilominus nos immo acrius pugnare delectet, qui et praeliari pro iusticia securi, et praeliando, si sors carnis universae acciderit, securius possumus mori. Nam pro iusticia pugnaturos, ob copiarum paucitatem ante pugnae experimentum terga dare, Deo diffidere est.* His dictis non solum eos a fugae proposito revocavit, verum etiam, ut vehementer pugnarent, protinus animavit.

(15.) 27. Unum autem, unum, pater egregie, velim diligenter adtendas; quod cum audieris, plus eum animi passiones quam hostes vicisse miraberis. Huiusmodi vincere adversarios, permittente Deo, nonnumquam et peccatores possunt; inconcussam autem animi tenere virtutem, prosperis scilicet non elevari et adversis non frangi, perfectorum solummodo est. Audi igitur in tanta hac fluctuante procella, quo fidei supra petram, quae Christus est, sit ardore fundatus. Comes quidam tunc praedives secum erat, cuius multitudo militum regis aciem condecorabat. Hic itaque videns, quam plurimos ex regis acie desertores ac transfugas fieri, non interiorem sed exteriorem considerans hominem, tacitus haec secum volvere cepit: *Quicquid regem in hac turbatione constitutum petiero, sine dubio impetrabo, praesertim cum et acre bellum nobis immineat, ac ne se deseram timeat.* Nuntiis itaque directis, regi supplicat, ut abbatiam quandam Laresheim dictam[d], praediis ditissimam, ei concedat; cuius possessionibus quod sibi deerat ac militibus suis ministrare praevaleat. Rex autem, columbina non solum sed ut erat vipperina callidate suffarcinatus, non hoc quod portenderet[e] animadvertere minime potuit; unde et huiusmodi nuntiis apologeticum dedit: *Illi, quid super hac re sentiam, verbis ipse potius explicabo quam nuntiis.* Quod qui hoc direxerat audiens, inmensa est animi affectus leticia, sperans, se quod poposcerat impetrasse. Unde et morae[f] inpaciens, regem adit, eumque sententiam super hac re promere postulavit. Cui rex, populo circumstante: *Oboedire*, inquit, *magis oportet Deo quam hominibus. Quis enim saxum sapiens igno-*

b) XII milibus 1. 2. 3. 5. XII 5a. duodecim 5a*. c) ad alia festinemus 5. 5a. 5a*. d) l. d. *desunt* 3. laureshеim 2. lauresheim vel loresheim 5. e) pordenderet 1. f) more 1.

1) Breisach.

rat, te haec non petitionis humilitate sed comminationis auctoritate dixisse? Scriptum 939.
est: Nolite sanctum dare canibus. *Quod quamvis a doctoribus spiritaliter intellegendum* Matth. 7. 6.
esse praedicetur, ego tamen satis me dare sanctum canibus censeo, si monasteriorum praedia, quae a religiosis viris Deo sunt militantibus tradita, tulero, saeculoque militantibus dedero. Tibi vero tam procaciter iniusta petenti, sub testimonio totius populi, nec hoc nec aliud te umquam a me accepturum esse testificor. Si cordi tibi est ceteris cum infidelibus avolare, quanto citius, tanto melius. His auditis, quia facies mentis est speculum cordis[a], verecundiam vultus rubore pudavit, concitusque regis ad pedes corruens, se peccasse, se graviter deliquisse, confessus est. Perpende itaque, qua constantia[b] adhleta Dei non solum visibiles, verum etiam invisibiles conterat hostes; antiquus etenim hostis non eum se nocuisse putavit, dum tot fortissimos principes contra illum surgere persuasit, fratrem etiam, qui ei regnum auferret, instigavit, quoniam exteriora haec esse damna cognovit; unde et praefatum comitem ad expetendam sanctorum hereditatem incitavit, quatinus eo rex velocius offensam Dei incurreret, quo servorum Dei stipendia suis iniuste militibus traderet. Verum quia nequivit, nunc, quantum rex sanctus, ob temptationis huius constantiam Deo pro se pugnante, creverit, in medium proferamus.

28. David sanctus ex persona Domini dicit: *Si populus meus audisset me, Israel* (16.)
si in viis meis ambulasset, pro nichilo forsitan inimicos[c] *eorum humiliassem, et super* Ps. 80. 14.
tribulantes eos misissem manum meam. Quod in hoc rege Dominum audiente atque in viis eius ambulante esse completum, quam prompturus sum, ratio declarabit. Heverardus atque Gislebertus, audito regem in Alsatia esse, quoniam neminem, qui eis resisteret, verebantur, permagno collecto exercitu, Rheni alveum ad Andernacha pertranseunt, regisque fideles circumquaque demoliri procedunt. Huto sane, Herimanni Suevorum ducis frater, necnon et Chuonradus cognomento Sapiens, quos superius regi diximus esse fideles, ipsis in partibus erant. Sed quia eorum copiae istorum copiis multo inferiores extiterant, his occurrere[d] trepidabant. Verum iubente Deo, non locutionis sed inspirationis modo, hos multis cum spoliis redeuntes ponê secuntur. Cumque paululum processissent, quidam eis flens et eiulans obviavit sacerdos. Qui rogatus ab eis, unde iret, cur fleret? *ab istis*, inquit, *praedonibus ego venio, qui paupertatis meae erumnam uno quod solum possederam iumento ablato dilatarunt.* Quod cum praefati[e] Huto ac Chuonradus audirent, si Gislebertum atque Heverardum viderit, examussim sunt sciscitati. Quo respondente: *quoniam cum praeda cunctis poene trans Rhenum missis, ipsi soli cum eorum electis militibus, quod nec bene vertat! capiunt cibum;* tanta celeritate super eos irruunt, ut, si videres, non eos currere[f] sed diceres transvolare[g]. Quid plura? Heverardus gladiis occiditur, Gislebertus Rheni undis submergitur, quas quoniam prae multitudine sorbere[h] non potuit, anima recedente defecit. Caeterorum vero nemo aufugiit, qui non aut vivus ligaretur, aut gladio truncaretur. Vides igitur, quemadmodum super regem tribulantes Dominus manum miserit, quem in viis suis ambulasse cognovit.

29. Dum haec aguntur, rex in Alsatia horum inscius, mori potius quam adversarios fugere est paratus. Accidit itaque, ut, quemadmodum ei moris erat, mane primo, quoniam aecclesia longe aberat, super equum conscenderet[i], eôque se munitum orationibus iret, dum directis procul obtutibus, obviare sibi nimia celeritate hominem vidit, quem ilico nuntium esse intellexit[k]. Et quia is qui venerat prospera nuntiabat, mox ut regem vidit, subsecuturam leticiam quodam proludio hilaritatis ostendit. Hoc igitur inditio, quia secunda eum qui aderant nuntiare intellegunt, arrectis auribus ut eum audiant currunt. Quibus moderata huius processio, capillorum ac vestium compositio, honesta salutatio, annus erat. Vidit rex populum anhelare, et quod dicendi moram[l] nuntius faceret, graviter ferre. *Age*, ait, *ad quod missus es fare, praeposterato ordine rem prius iniice*[m], *circumstantium metus adime, eorumque animos gaudio exple; dehinc per longa exorsa et rhetorum prohoemia salutationibus nos demulce. Non qualiter, sed quid dicas, praesens tempus expectat. Malumus enim rusticana simplicitate laetari,* (17.)

a) *post* mentis *et post* cordis *puncta habentur* 1. b) costantia 1. c) inimicus 1. d) occurre 1. e) praefato 1. f) curre 1. g) tranuolare 1. h) exorbere prae multitudine (5. 5a) 5a*. *Vita S. Gerardi Broniensis* c. 19. i) coscenderet 1. k) intelexit 1. Et quia i. q. v. p. n. m. ut *r. v. desunt* 5. 5a, 5a*. l) momoram 1. m) iniuce 1.

939. *quam Tulliana facetia periclitari.* His auditis, Heverardum atque Gisl›bertum hominem exutos esse, primo impetu nuntiavit, volentemque, qualiter hoc acciderit, prosequi, rex manu compescuit, ac mox de equo descendit, seseque, cum lacrimis Deo gratias agens, in orationem dedit. Qua expleta, surrexit, atque itinere quo coeperat Deo se commendaturum ad eclesiam tendit.

(18.) 30. Hoc in tempore Bertaldus Bagoariorum dux, Arnulfi ducis frater, vir strenuus, regis partibus toto favebat conamine. Volens itaque rex, ut quemadmodum tribulationis praeteritae ita et laeticie praesentis fieret particeps, sequenti die, quanta erga eum Dominus beneficia egerit, nunciis directis apperuit. Cui etiam in augmentum laeticiae, quoniam coniugali[a] minime tenebatur vinculo, demandavit ac iuramento promittere fecit, ut si sororem suam, scilicet Gisleberti uxorem, habere posset, eam illi coniugio copularet; quod si minus procederet, ipsius Gisleber ex eadem sorore genitam, quam poenes se habuerat, fere iam nubilem, maritali ei coniugio traderet. Quo audito, Bertaldus inmenso est gaudio affectus; elegitque potius nondum nubilem filiam expectare, quam matrem, quae iam nupserat, tollere.

31. Fridericus denique Magonciacensis eclesiae archiepiscopus, cuius consilio episcoporum nonnulli regem dimiserant, ut quam occulte gestabat iam infidelitas cunctis patéret, decem ferme ante praenominatorum diebus interitum regem deseruit, ac Magonciam concitus venit; in qua nichil moratus, Metensem urbem adit. Disposuerat enim regis frater Heinricus, redeuntibus Heverardo atque Gisleberto, cum eodem Friderico isthic exercitum congregare, sicque regi in Alsatia degenti bellum maximum praeparare. Cumque illó pervenisset nominatus archiepiscopus, insperate et non oportune nuntii ei occurrunt, qui iam praelibatos principes morte intercedente non vivere dicunt. Quo audito, animo consternatus, quid faceret penitus ignorabat.

(19.) 32. Rex interea Alsatiam deserens, Franciam occupabat[b]. Cuius ob metum Magonciae cives redeuntem archiepiscopum intra urbis moenia non suscipiunt. Unde factum est, ut non multo post a regis fidelibus captus, et ante sui praesentiam adductus, custodiae sit in Saxonia traditus. In qua aliquandiu commoratus, miseratione regis dignitati est pristinae restitutus.

33. Heinricus denique regis, fratris scilicet sui, terrore exanimatus, in castellum vocabulo Capraemons, ingeniis non solum hominum verum natura ipsa munitum, ingredi voluit. Quod soror eius, vidua videlicet Gisleberti, praenoscens, non solum ne id facere posset prohibuit, verum huiusmodi eum sermonibus convenit: *Prô! non tete miseriarum mearum tedet, quas coniuge interempto perpetior, nisi etiam meis te in municionibus occludendo regis iram super regionem hanc velut aquam effundas? Non feram, non patiar, non sinam; non tanta vecordia michi innata inerit, ut ex meis incommodis tua compares commoda.*

34. His Heinricus auditis, cum aliud quod faceret ignoraret, adsumptis secum, quorum praesidio iuvaretur, quibusdam episcopis, die quadam nudis pedibus regis ad pedes ipso ignorante pervenit, supplexque misericordiam imploravit. Cui rex: *Indignum,* inquit, *facinus tuum misericordiam non meretur. Verum quia video te humiliatum coram me, non inducam malum super te.* Iussit eum itaque rex ad palatium suum, quod in Francia in loco qui Ingelenheim dicitur constitutum est, proficisci, sollertique illum vigilantia custodiri, quoad irae remota paululum egritudine, quid super eo faceret, sapientum consilio definiret.

EXPLICIT LIBER QUARTUS DEO GRATIAS.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI QUINTI.

1. Qualiter Herimannus Suevorum dux Liutulfo filio regis filiam suam nomine Itam coniugem daret.
2. De eclipsi solis et apparitione cometae.
3. De eo quod rex Hugo Romam quotannis oppresserat.
4. De Berengario et Anscario fratribus, quorum Anscarium in Camerino et Spoleto marchionem constituerat.

a) coiugali 1. b) occubabat 1.

5. De Serlione quem rex Hugo contra Anscarium mittit, et de verbis Anscarii [a].
6. De bono consilio Wikberti boni militis, et malo Arcodi mali militis [b].
7. De prima pugna inter Sarlionem et Anscarium, in qua Wikbertus occisus est fugiitque Arcodus.
8. De alia pugna, in qua Anscarius Hattonem comitem hasta occidit, ac postmodum de equo cadens ab hostibus est ipse occisus, Sarliusque marca potitur.
9. De Hugone rege, qui Constantinopolim nuntios dirigit propter naves et Grecum ignem.
10. De rege Hugone, qui Berengarium execare [c] voluit, sed propter Lotharium non potuit, qui hoc Berengario nuntiavit; et de fuga eiusdem Berengarii uxorisque eius.
11. Inprecatio contra montes, qui Berengarium et Willam transire permiserunt.
12. Qualiter Herimannus dux Berengarium suscepit et ante regis praesentiam duxit.
13. De eo quod rex Hugo nuntios suos regi Ottoni dirigit, pollicens pecuniam si Berengarium non recipiat, quod omnino impetrare non valuit.
14. De eo quod imperator Grecorum Romanos Hugonem rogat, ut suam filiam coniugem suo det nepoti filio Constantini.
15. De pugna navali quam Romanós cum Ingero rege Russorum fecit, quem mirabiliter vicit.
16. De eo quod rex Hugo ad Fraxinetum pergens, Grecos cum navibus eô dirigit.
17. De eo quod rex Hugo Fraxinetum destruere potuit sed noluit.
18. De Amedeo Berengarii milite, qui exploratum in Italiam venit.
19. De eo quod rex Hugo pactum Hungariis dedit eosque in Hispaniam misit.
20. De eo quod rex Hugo filiam suam, quam ex concubina habuerat, Constantinopolim mittit.
21. De fortitudine et pulchritudine Constantinopolitani palatii, et qualiter Stephanus atque Constantinus suum patrem de palatio eiecerint et monachum fecerint.
22. De eo quod idem voluerunt Constantinum Porphyrogenitum deicere; a quo sunt et ipsi capti atque in monasterium missi; et per quem eorum consilium sit palam factum.
23. De yronica patris susceptione et locutiore, quando filii ad monasterium venerunt.
24. Oratio imperatoris Romanū, quam pro filiis egit, Deo gratias agens.
25. De eo quod Constantinus et Stephanus custodia observantur.
26. De adventu desiderati Berengarii in Italiam, et quod Mannasses eius partibus favet.
27. Qui principes prius Hugonem desererent, et cur.
28. De eo quod rex Hugo filium suum Lotharium Mediolanium mittit, ad misericordiam omnium Italorum.
29. De Ioseph episcopo per Berengarium Brixia expulso, et Antonio eodem constituto.
30. Cur Berengarius Placentinum et Papiensem dimitteret episcopos, et cur Liudprandum clericum parentes sui Berengario commendaverint.
31. De Hugone rege qui cum omni pecunia in Provinciam ivit, et de Raimundo qui suus miles factus est.
32. De uxore Berengarii quae passa est crimen incesti, et qualiter inde sit liberata.
33. De pecunia quam Berengarius causa Hungariorum pauperibus et ecclesiis Dei tulit.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

I. Factum est, ut post mortem Heverardi atque Gisleberti, necnon et Heinrici 939.
fratris regis inclusionem, concurrentibus undique ad regem congratulationis causa (1.)
proceribus, veniret et vir ditissimus, Suevorum dux Herimannus; qui post congratulationis satietatem talibus regem est adgressus sermonibus: *Non clam domino meo est, cum praediorum latitudine, tum pecuniarum inmensitate praedivitem me absque liberis esse; nec est praeter unam parvulam gnatam, qui mearum rerum me decedente*

a) *hucusque index codicis* 3. *cuius tamen textus nonnisi capite* 18 *finitur.* b) *hucusque prima manu, reliqua indicis capita manu secunda* 1. c) i. e. exsecare.

939. *heres existat. Placeat itaque domino meo regi filium suum parvulum* ***LIUTOLFUM*** *mihi adoptare in filium, quatinus unicae filiae meae maritali commertio sotiatus, me migrante mearum fiat rerum hereditate magnificus.* Hoc itaque quia placuit regi consilium, quod poposcerat sine dilatione complevit.

Idl. 19. 2. Hoc in tempore, ut ipsi bene nostis, sol magnam et cunctis terribilem passus est eclipsin, sexta feria, hora diei tertia; qua etiam die Abderahamem*, rex vester, 74 a Radamiro christianissimo rege Gallitiae in bello est superatus[74]. Sed et in Italia octo continuis noctibus mirae magnitudinis cometa apparuit, nimiae proceritatis igneos ex sese radios fundens, subsecuturam non multo post famem portendens, quae magnitudine sui misere vastabat Italiam.

3. Ea siquidem tempestate, Hugone rege turpiter expulso, Albericus, ut praefati sumus, Romane civitatis monarchiam obtinebat. Quem rex Hugo quotannis graviter opprimebat, gladio et igne quae poterat universa consummans[a], adeo ut civitates praeter Romam, in qua ipse consederat, omnes auferret. Sed et ipsam sine dubio cum depopulando tum cives muneribus corrumpendo conquireret, nisi oculta iusti Dei illi sententia[b] prohiberet.

(2) 4. Per id[c] tempus Berengarius[d] atque Anscarius in Italia fratres clarebant, uno quidem patre, Adelberto scilicet, Eporegiae civitatis marchione, sed non una matre progeniti. Berengarium scilicet, uti praefati sumus, Gisla, Berengarii regis filia, Anscarium autem Hermengarda, Adelberti Tusciae provinciae marchionis, quam ex Berta, regis Hugonis habuerat filia, peperit. Quorum Berengarius consiliis providus, ingenio callidus; Anscarius vero ad quodlibet facinus promptus. Quem et rex Hugo nimis suspectum habuerat, ne se occideret[e] ac regnum sibimet obtineret. Consilio itaque accepto, quia Tedbaldus[f] marchio hominem exierat, Spoletinorum eum ac Camerinorum constituit marchionem, quatinus eo securius viveret, quo longius hunc ab sese sequestratum esse cognosceret. Quo dum profectus esset, uti animi inpaciens erat, quicquid ex rege mali cogitando mens ei suggesserat, rerum signis continuo declarabat. Quod Hugonem minime latuit.

940 5. Igitur quod remedium huic egritudini dare posset excogitans, Sarlionem ad se, Burgundionum[g] ex gente progenitum, advocat. Cui et ait: *Camerinorum ac Spoletinorum hominum non est mihi fides incognita. Est enim calamo similis, cui si innisus fuerit homo, perforabit manum eius. Vade itaque, atque a me suscepta pecunia, mentes eorum corrumpe, ab Anscarii dilectione eos amove, tibique coniunge. Te nemo est qui possit*[h] *facere, cum melius, tum commodius. Habes enim illius Tedbaldi, mei nepotis defuncti optimi marchionis, uxorem, cuius auxiltis fretus cunctus ad te veniet populus.* Profectus denique, haud secus atque rex predixerat Camerinorum ac Spoletinorum populus egit. Congregata itaque multitudine, ad eam in qua Anscarius erat civitatem properare festinat[i]. Quod cum audisset Anscarius, antesignanum[k] suum nomine Wikbertum talibus adorsus est verbis:

Versus

Sarlius inbellis, multorum fisus in armis,
Pugnaturus adit; cui fortes pectore et armis
Occursare decet bellumque inferre cruentum.
Lecta manus iuvenum, bellisque exercita multis,
Est huc[l] *tendentem quae me comitata patronum,*
Protinus adveniet, fulvo decorata metallo.

6. His auditis, Wikbertus, ut erat vir non audatia solum verum etiam scientia fretus: *Mane*, ait, *ac copias prout potis est congregato*[m]. *Pergrave est enim, exercitui cum tam paucis numeroso occurrere. Sed et si quibuscum res agitur animaduertis, heroes sunt, haud segnius atque nos bello assuefacti.* Iam Anscarius Wikberto recta sibi consulenti conivere decreverat, directisque usquequaque nuntiis, congregare exercitum cuperat, cum Arcodus quidam, Burgundionum sanguine ortus, Wikbertum ista consulentem dictis increparet amaris: *Chremeti*, inquit, *similis es, qui ob Thra-*

*) abdaram 5. 5a. a) *i. e.* consumens. b) sentia 1. c) idem *corr.* id 1. d) bererengarius 1. e) occidere 1. f) tebaldus 1. g) burdionum 1. h) posscit 1. i) festinet 1. k) antesignatum 1. 2. l) hunc *corr.* huc 1. m) congregata 1.

74) cf. Ann. Sangall. maiores a. 939.

sonis metum Thaidi de occludendis edibus consilium, quoad advocatos sibi a foro du- 940
ceret, dedit; quem cum Thais prohiberet[75]: „Quod cum salute tua, *ait*, cavere possis, 75
stultum admittere est. Malo ego nos prospicere, quam ulcisci[a] accepta iniuria!“ *Optime*, Wikbertus, *inquam, Thrasonis fecisti memoriam militis, qui rabido prius ore deseviens, cum ad rem veram ventum esset, Syriscum in dextro cornu, Symalionem in sinistro constituens*[76], *ipse sibi locum post principia*[77] *elegit. Burgundiones enim garrulos*[b] 77
esse, voraces ac inbelles, nullus qui eos noverit ambigit. Sed et quam perfortiter saepe feceris, quas fugiendo declinasti, cicatrices indicant corporis.

7. Huiusmodi itaque Anscarius atque Wikbertus exitati dictis, ubi Sarlium esse (3.)
cum multis audiunt, quam mox cum paucis properare contendunt. Sex[c] Sarlius acies habuerat, quarum tres contra Anscarii unam, in qua et ipse erat, direxerat. Ipse vero fluvio interiecto rei spectans eventum, cum tribus remanserat. Verebatur enim, quod nec tanta eum quiret multitudo defendere, si suos in eum Anscarius posset obtutus inducere. Haud mora, bellum incipitur, in quo Arcodus, quia fugerat, non videtur, Wikbertus vero morte tenus vulneratur, quoniam quidem mori satius quam fugere duxit. His itaque omnibus ab Anscario debellatis, duas ei iterum Sarlius acies mittit, una solummodo secum retenta. Cumque Anscarius, quis suorum in campo occumberet, vellet inquirere, non suo tantum quam aliorum sanguine cruentatus Wikbertus ei occurrit. Cui et ait: *Duae contra nos acies*[d] *perpulcre armis instructae adveniunt, quas te potius declinare quam expectare etiam atque etiam rogo. Arcodus, ut ipse bene nosti pugnae huius incentor, qualiter aufugerit, vides. Ego vero positus in extremis, non cogito iam de pugna, sed misericordem Deum rogo pro anima, ne mihi inputet*[e], *quae ob dilectionem tui hodie commerui crimina, hominum neci dando corpora multa.* His expletis expiravit.

8. Collectis itaque Anscarius quos potuit, duabus phalangis occurrens, eas inter furibundus insiliit stragemque innumeram dedit. Comes quidam, Hatto nomine, duabus illis praeerat aciebus, qui hac Anscario occurrit fiducia, quoniam, confracta iam lancea, solam in manu eius viderat hastam. Quem dum intuitus esset Anscarius: *Tune es*, infit, *qui contempto crucis et sanctorum iuramento, periurus in nomine Dei tui me tuum dominum deseruisti, et ad vulpem Sarlium transfuga ac desertor abisti?*

Esse aliquos manes et subterranea regna[78], 78

in quibus periuri puniantur, Cocitum[f] *etiam et*

Stigio ranas in gurgite nigras[79], 79

qui usque modo somniasti, re ipsa quam mox experire! Haec dicens, hastam, quam sine ferro gestabat, per os illius valide iaciens, sanguine cerebroque respersam per occipitium eduxit; enseque abstracto, quoniam multi super se irruerant, dimicare naviter coepit. Cumque, nullis sibi amminiculantibus, omnium poene hostium solus impetum sustineret, huc illucque discurrens, sonipes quo insederat[g] adeo in scrobem cecidit, ut collo supposito pedibusque sursum erectis, eo usque super Anscarium iaceret, donec ab irruentibus hostibus directis missilibus occideretur. Quo mortuo, Sarlius marca secure potitur, et rex Hugo gaudio inmenso afficitur.

9. Dum haec aguntur, montana quibus ab occidua[h] seu septemtrionali Italia (4.)
cingitur parte, a Saracenis Fraxenetum inhabitantibus crudelissime depopulantur[i]. 941. c.
Quamobrem Hugo rex consilio accepto, nuntios Constantinopolim dirigit, rogans imperatorem Romanön, ut naves sibi Greco cum igne transmittat, quas chelándia patrio sermone Greci cognominant. Hoc autem eo fecit, ut dum terrestri itinere ipse ad destruendum tenderet Fraxinetum[k], eam partem qua mari munitur Greci navigio obsiderent, eorumque naves exurerent, ac ne ab Hispania victus eis aut copiarum subsidia provenirent, diligentissime providerent.

10. Interea Berengarius, memorati frater Anscarii atque Aeporegiae civitatis marchio, occulte quaedam in regem coepit moliri. Quod dum regi compertum esset,

a) ulcissi l. b) garulos l. c) Sed l. 2. 5a. set 5. Sex 3. d) actes l. *paulo ante* occurit. e) utputet l. f) Coitum *corr. eadem manu* Conitum l. Conitum 2. g) insedederat l. h) hoccidua *corr.* occidua l. i) depoulantur *corr.* depopulatur l. *vox sensu passivo usurpata.* k) fraxenetum *corr.* fraxinetum l.

75) Terent. Eun. IV. 6. v. 24. 76) Ter. l. l. 7 v. 5. 77) Ter. l. l. v. 11. 78) Iuvenal. Sat. II. 149. 79) Iuvenal. l. l. 150.

941. simulata benivolencia dissimulataque ira, dum ad sese veniret, luce eum privare disposuit. Filius denique eius, nomine Lotharius rex, et ipse parvus ac necessariarum sibi rerum adhuc ignarus, quoniam consiliis his interfuit, celare quemadmodum puer haud potuit, verum destinato ad Berengarium nuntio, quod sibi pater suus facere vellet, apperuit. Hoc denique Berengarius ut audivit, Italiam quam mox deseruit, ac per montem Iovis in Sueviam ad Herimannum ducem properavit; uxorem vero suam Willam per aliam viam ad eandem provinciam venire praecepit. Quae tempore[a] digressionis sue per montem Avium[80], feta partuique vicina, qualiter montes tam asperos atque invios transire pedibus poterit[b], satis nequeo mirari; nisi quia fortunas omnes adversas mihi fuisse certo scio. Sed âh! quam sibi decipulam Lotharius praeparaverit, futuri ignarus videre non potuit. Dum enim Berengario consuluit, qui regnum et vitam auferret sibimet praeparavit. Impraecor itaque non Lothario, qui puericiae levitate peccavit, idque postmodum amare poenituit, verum montibus illis crudelibus, contra insuetum omnibus morem facile eis iter prebentibus. Itaque libet in eorum mihi nunc contumeliam exclamare:

11. Improbe[c] mons Avium, tali
Conservas quia nam pestem,
Invius esse soles etiam,
Tempore quo Cererem messor
Tempore quo radiis Phoebi
Pessime nunc es inaudito
Pervius? atque utinam possent
Protinus in baratrum avulsus[e]
Ecce Berengarium servat,
Mons transire Iovis, mirum haud
Et servare malos, vocitant
Sanguine qui gaudent hominum,
Quid loquar? ecce Deum cupio
Conscissusque chaos cunctis

Neque tu nomine dignus,
Nunc quam perdere possis
Cum sol igneus ardet,
Curva falce reposcit[d],
Cancri[e] sidus adurit.
Rigidae[f] tempore brume
Mea nunc vota valere,
Aliis montibus isses.
Sinit et tramite recto
Suetos perdere sanctos,
Heu quos nomine Mauros,
Iuvat et vivere rapto.
Tete fulmine aduri,
Fias tempore cuncto.

12. Igitur Herimannus, Suevorum dux, venientem ad se Berengarium benigne suscepit, eumque magno cum honore ante piissimi regis Ottonis praesentiam duxit. Quem quanta rex devotione susceperit, quantisque muneribus donaverit, quantumque honoraverit, stilus meus se scribere[h] posse diffidit. Verum quantum poterit designatis, cuius sanctitatis quantaeque humanitatis rex fuerit, quantae etiam improbitatis Berengarius extiterit, facile prudens lector animadvertere poterit.

(5) 942. 13. Rex Hugo, audita Berengarii fuga, nuntios suos regi Ottoni dirigit, secundum voluntatis suae deliberationem auri argentique copiam se ei daturum, si Berengarium non susciperet eique amminicula non conferret, promittens. Quibus rex apologéticum[i] huiusmodi dedit. *Berengarius non ob domini vestri deieccionem, verum, si potis est, ob reconciliationem, nostram adiit pietatem. Qua in re si amminiculari illi poenes dominum vestrum potero, gazas a se mihi promissas non solum non suscipio, verum meam illi libentissime tribuo; Berengario vero, seu cuilibet nostrae pietatis clementiam imploranti, mandasse subsidium non praebere, summae dementiae est.* Perpende itaque, quanta eum rex pius caritate dilexerit, qui promissam non solum non accipere, sed propriam pro illo pecuniam voluit dare.

14. Dum haec aguntur[k], Constantinopolitanus imperator cum regis Hugonis nuntiis suos pariter dirigit, mandans, naves et omnia que desideraret se ei daturum, si nepoti suo parvulo sibi omonimo, Constantini filio, filiam suam coniugem daret. Constantinum autem Leonis imperatoris[l], non ipsius Romanū, filium dico. Tres enim hi cum Romanō simul imperitabant, eiusdem vid licet duo filii, Stephanus atque Con-

a) temre 1. b *i. e.* potuerit. c) *Codex* 3. *haec in margine habet:* Metrum dactilicum alemanium constans trimetro ypercatalecto qui spondeo constat et dactilo et spondeo. set in loco pro primo spondeo est ubi anapestum traditum invenimus ut est omne hominum genus in terris. d) repossit 1. e) crancri 1. f) Regidę 1. g) vulsus 5. 5a. 5a*. h) scriberere 1. i) απολογετιχον 3. k) a. Ρωμανος 3. l) L. i. ουιο (ὑιον) του αυτου Ρωμανου filium dico 3.

80) hodie *Vogelberg*, ultra 10000 pedes altus, prope Adulam atque fontes Rheni.

stantinus, necnon et hic de quo in praesentiarum sermo est, Constantinus Leonis imperatoris filius. Rex itaque Hugo, hac audita legatione, directis iterum nuntiis, Romanō denuntiat, se legitimō ex coniugio filiam non habere; sed si ex concubinarum filiabus vellet, egregiam ei forma posse prestare. Et quoniam Greci in genēseos nobilitate, non quae mater sed quis fuerit pater, inquirunt, imperator Romanós naves continuo Greco cum igne praeparavit, munera maxima misit, atque ut illam nepoti suo coniungeret mandavit. Verum quoniam meus vitricus, vir gravitate ornatus, plenus sapientia, regis Hugonis fuerat nuntius, pigrum michi non hic sit inserere[a], quid eum de imperatoris sapientia et humanitate, et qualiter Rusios vicerit, audivi sepius dicere. 912

15. Gens quaedam est sub aquilonis parte constituta, quam a qualitate corporis Greci (6.)
vocant *Ρουσιος*, Rúsios, nos vero a positione loci nominamus Nordmannos. Lingua quippe Teutonum nord aquilo, man autem dicitur homo[b]; unde et Nordmannos aquilonares homines dicere possumus. Huius denique gentis rex vocabulo Inger erat; qui collectis mille et eo amplius navibus Constantinopolim venit. Quod Romanos[c] imperator ut audivit, quoniam navalem suum exercitum directum contra Saracenos et ad insularum custodiam habuit, estuari cogitationibus coepit. Cumque cogitationibus non paucis insomnes noctes duceret, et Inger cunta mari vicina diriperet, nuntiatum est Romano, 15 semifracta se habere chélandia[d], quae populus ob vetustatem sola reliquerat. Quod ut audivit, *τοῦς καλαφάτας*, tus calafatas, hoc est navium compositores, ad se venire praecepit, quibus et ait: *Properantes sine dilatione, ea quae remanserant, chelándia[e] praeparate. Sed et argumentum, quo ignis proicitur, non in prora solum, verum etiam in puppi, insuper in utrisque lateribus ponite.* Compositis itaque secundum iussionem suam chelandiis, sapientissimos in eis viros collocat, atque ut regi Ingero occurrant denuntiat. Profecti denique, cum in pelago eos positos rex Inger aspiceret, ut vivos illos caperet, exercitui suo praecepit, et non occideret. Denique miserator et misericors Dominus, qui se colentes, se adorantes, se deprecantes, non sōlum protegere sed et victoria voluit honorare, ventis tunc placidum reddidit mare. Secus enim ob ignis emissionem Grecis esset incommodum. Igitur in Rusorum medio positi, ignem circumcirca proiciunt. Quod dum Rusi conspiciunt, e navibus confestim sese in mare proiciunt, eliguntque potius undis submergi quam igne cremari. Alii tunc loricis et galeis onerati, numquam visuri, ima pelagi petunt; nonnulli vero natantes, inter ipsos maris fluctus uruntur, nullusque die illa evasit, qui fuga sese ad terram non liberavit. Rusorum etenim naves, ob parvitatem sui, ubi aquae minimum est transeunt, quod Grecorum chelándia[f] ob profunditatem sui facere nequeunt. Inger[g] ingenti cum confusione[h] postmodum ad propria est reversus. Greci vero victoria potiti, vivos secum multos ducentes, Constantinopolim regressi sunt laeti. Quos omnes Romanós, in praesentia regis Hugonis nuntii, vitrici scilicet mei, decollare praecepit.

16. Rex itaque Hugo congregato exercitu, classibus per Tirrenum mare ad (7.)
Fraxinetum directis, terrestri ipse eō itinere pergit. Quo dum Greci pervenirent, igne proiecto Sarracenorum naves mox omnes exurunt. Sed et rex Fraxinetum ingressus, Sarracenos omnes in montem Maurum fugere compulit; in quo eos circumsedendo capere posset, si res hec, quam prompturus sum, non impediret.

17. Rex Hugo Berengarium, ne collectis et ex Francia et ex Suevia copiis super se irrueret regnumque sibi auferret, maxime timuit. Unde non bono accepto consilio, Grecos ad propria mox remisit; ipseque cum Saracenis hac ratione foedus iniit, ut in montibus qui Sueviam atque Italiam dividunt starent; ut si forte Berengarius exercitum ducere vellet, transire eum omnimodis prohiberent. Eō vero constituti, quam multos christianorum ad beatorum apostolorum Petri et Pauli limina transeuntium sanguinem fuderint, ille solus scit numerum, qui eorum nomina scripta tenet in libro viventium. Quam inique tibi rex Hugo regnum defendere conaris! Herodes, ne terreno regno privaretur, innocentes multos occidit; tu, ut obtineas, nocentes et morte dignos dimittis; atque utinam ea ratione nocentes illi tunc viverent, ne nocentes[i] postmodum interime-

a) i. quod eum *περι του βασιλεος Ρομανου σοφιας και φυλανθροπιας* (*φιλανθροπιας*) et qualiter 3. b) *ita et* 5. 5 *a.* c) *Ρομανος* 3. d) e) f) *χελανδια* 3. g) *vox deleta esse videtur* 1. h) confusiose 1. i) *i. e.* nocituri; *edd.* innocentes.

942. rent. Puto, sed quod verius est, credo, te non legisse, immo nec audivisse, qualiter iram Domini incurreret rex Israel Achab, dum regem Sirie, virum morte dignum, foederatum dimitteret Benadab. Unus enim de filiis prophetarum dixit ad Achab: *Hec*
1 Reg. 20. 42. *dicit Dominus: Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, et populus tuus pro populo eius.* Quod et factum est. Verum quantum tibi hac in re obfueris, stilus noster suis in locis oportunius enarrabit.

(8.) 913. i. e. valde. 18. Tempore, quo Berengarius ab Italia fugiit, quendam secum Amedeus nomine militem duxit, adprime[a] nobilem, et ut postmodum claruit, non Ulixe calliditate ac temeritate inferiorem. Fortissimus rex Otto cum, nonnullis inpeditus rebus, tum quotannis ab Hugone rege muneribus inmensis delinitus, Berengario copias praestare non posset, ipse quem praefatus sum Amedeus Berengarium ita convenit: *Nec clam te est, domine mi, quam invisum rex Hugo imperio se duro Italicis cunctis effecerit; presertim cum et concubinarum filiis ac Burgundionibus sit dignitates largitus, nec ullus inveniatur Italicus, qui aut expulsus aut non dignitatibus omnibus sit privatus. Et quod in regem non aliquid moliuntur, haec causa est, quoniam quidem, quem sibi constituant principem, non habent. Si itaque nostrum aliquis mutato habitu, ne agnosceretur, eō tenderet eorumque voluntatem inquireret, consilium nobis procul dubio bonum exculperet.* Cui[a] Berengarius: *Te,* inquit, *cum commodius, tum nemo potest facere melius.* Igitur Amedeus mutato habitu, cum pauperibus, qui orationis gratia Romam pergunt, Romam quasi profecturus, Italiam petit, principes convenit, et quid unusquisque cordi haberet inquisivit; neque enim eodem omnibus se habitu ostendebat, nunc niger alii[b], subrubeus alii, maculosus alii videbatur. Verum „*fama, malum quo*
81 *non velotius ullum mobilitate viget*[81]," eum in Italia esse, auribus regis innotuit. Quem dum diligenter iuberet inquirere, ipse prolixam et pulcherrimam barbam pice adeo defedavit, capillos subaureos nigredine immutavit, fatiem deturpavit, debilem fincxit, adeo ut inter pauperes, regis in praesentia comedentes, se regi nudum ostenderet[c], et vestem ab eo qua indueretur acciperet, et quicquid rex de Berengario et se ipso loqueretur audiret. Hoc denique modo cunctis diligentissime perscrutatis, non eodem quo venerat modo cum oratoribus est regressus. Preceperat enim rex clusarum custodibus, ne quempiam transire permitterent, nisi prius, quis esset, diligenti investigatione perquirerent. Quod Amedeus audiens, per invia quedam et aspera nulli custodita loca pertransiit, atque ad Berengarium cum ea quam audire voluit legatione pervenit.

19. Hoc in tempore rex Hugo datis decem nummorum modiis pacem cum Hungariis fecit, quos ab Italia acceptis obsidibus expulit, atque in Hispaniam dato eis praeduce[d] direxit. Quod vero ad Hispaniam et ad civitatem ipsam in qua rex vester moratur, Cordobam, non venerunt, haec causa fuit, quoniam triduo per inaquosam et siti[e] vastam regionem transierunt; putantes itaque equos seseque siti perituros, praeduce sibi ab Hugone concesso morte tenus verberato, celeriori quam abirent impetu revertuntur.

(9.) 944. 20. Hac etiam eadem tempestate idem rex Hugo Bertam filiam suam, quam ex meretrice Pezola ipse genuerat, per Sigefredum, venerabilem Parmensis aeclesiae antistitem, Constantinopolim direxit, Romanô parvulo Constantini Porphyrogeniti filio copulandam coniugio. Tenebatque summum imperii Romanos maior, eiusque filii duo Constantinus et Stephanus, quibus post Romanôn praestabat Constantinus, Leonis imperatoris filius[f], cuius parvulus ex[f] Helena, Romani maioris[f] imperatoris filia, natus iam nominatam Bertam, quam mutato nomine Greci dixerant Eudokian, uxorem duxerat. His itaque quattuor imperantibus, Stephanus atque Constantinus fratres, ignorante Constantino Leonis imperatoris filio, adversus Romanôn patrem suum quaedam *σφάλματα*, sfalmata, id est dolos, machinabantur. Tedebat enim eos, patris severitate imposita quaecumque vellent facere non licere. Unde et malo mox accepto consilio, quatinus patrem deicerent, pertractabant.

21. Constantinopolitanum palatium non pulcritudine solum, verum etiam fortitudine omnibus, quas umquam perspexerim, munitionibus praestat, quod etiam iugi militum stipatione non minima observatur. Moris itaque est, hoc post matutinum crepuscu-

a) Cu 1. b) aliis subnigeus aliis m, aliis v. 5. 5a. c) se regi seminudum ostenderet *ultima verba codicis* 3. d) perducere *corr.* praeducere 1. *fortasse legendum* praeduce ire direxit. e) siti — siti *desunt* 5. 5a. f) *syllabae* fil, ex, ma, *in margine abscisae.*

81) Virg. Aen. IV. 174. 175.

lum omnibus mox patere, post tertiam vero diei horam emissis omnibus dato 944.
signo, quod est mis, usque in horam nonam cunctis aditum prohibere. In hoc igitur Romanós is to chrysotriclinon, id est aureum triclinium, quae praestantior pars est, potentissime degens, caeteras palatii partes genero Constantino filiisque suis Stephano et Constantino distribuerat. Hi duo denique, ut praediximus, non ferentes patris iustam severitatem, in eorum cubiculis multis copiis congregatis, diem constituerunt, quando patrem deicere solique ipsi possent regnare. Cumque dies adveniret optata, cunctis de palatio iuxta morem egressis, Stephanus et Constantinus facta congressione super patrem irruunt, eumque de palatio civibus ignorantibus deponunt, et ad vicinam insulam, in qua coenobitarum multitudo phylosophabatur, tonso ei, ut moris est, capite, phylosophandum transmittunt. Fit quam mox multirumiger in Constantinupoleos sonitus: Romanon eiectum quidam, Constantinum eius socerum interfectum alii clamitabant. Nec mora, totius populi ad palatium fit concursus. Romanos quasi imperator abusivus non requiritur; verum Constantinus an supersit, ab omnibus percontatur. Cumque inquisitionis sedicio non modica fieret pro Constantino, rogantibus Stephano et Constantino, ex ea parte, qua Zucanistrii magnitudo portenditur, Constantinus crines solutus per cancellos caput exposuit, suaque ostensione populi mox tumultum sedavit, ac in propria quemque repedare coegit. Quod factum gravem duobus fratribus ingessit dolorem. *Quid profuit*, inquiunt, *quod, abdicato patre, alium, qui non pater est, dominum sustinemus? Tolerabilius enim decentiusque paternam, quam exteram, pateremur dominationem. Quid illud*, aiunt, *quod in huius auxilium non solum propriae, sed et exterae venere nationes? Sigefredus quippe episcopus, regis Hugonis nuntius, adsumptis secum suae linguae nationibus Amelfetanis*[a], *Romanis, Caietanis, nobis ad interitum, huic praesidio fuit.*

22. His dictis, armatorum manibus cubiculos, sicut et pro patre, complent. Quibus (10.)
Diavolinos praefuit, qui horum omnium incentor et post paululum proditor extitit. 945.
Constantinum namque libris incumbentem ita convenit: *Quae tibi incommoda a Stephano et Constantino fratribus, immo inimicis, tuis praeparentur, isthec, quae in te vetus permanet, religio ignorat. Si enim infortunia tibi parta cognosceres, quatenus posses vivere, cogitares. Uxoris tuae Stephanus et Constantinus fratres, armatorum manibus congregatis atque in cubiculis iam conclusis, te non ut patrem de palatio expellere, verum hic cogitant interficere. Occasio autem tui hic interitus erit: Cenatum te post triduum*[b] *Constantinus et Stefanus invitabunt. Cumque tuae sessionis medium excellentiae tue, quatenus moris est, obtinere temptabis, percusso mox scuto, inclusi de cubiculo exilient, tuamque fuso sanguine vitam finient. Fidem autem si relatis exposcis, iis inpraesentiarum argumentis adfirmo, quoniam conclusorum tibi personas rimis ostendo; dein quod saluti solempnius est tuae, hostiorum tibi claves trado.* His auditis Constantinus: *Age*, infit, *ut coniuratorum prodidisti perfidiam, quatenus hanc devincam, exprome sententiam. Non enim tam mihi mea salus cara, quam pietas erit in referenda gratia iucunda.* Cui Diavolinus: *Non*, inquit, *clam te est, Macedones cum tibi devotos, tum bello duros existere; mittito itaque, ac cubicula*[c] *propria, Stefano et Constantino ignorantibus, eis suffarcináto. Cumque designata dies convivii advenerit, atque ob sessionis fastum simultas inrepserit, dato signo ut praefatus sum, percusso scilicet scuto, cum illorum manus armatorum praesidio eis esse non poterit, tui mox ex improviso proxiliant*[d], *eosque tanto commodius quanto insperatius capiant, atque ad vicinum monasterium, ad quod patrem suum, socerum scilicet tuum, direxerant, tonsis, ut moris est, crinibus, phylosophandum transmittant. Divinae siquidem rectitudo iustitie tuum negotium secundabit, cuius recompensatione, ne in patrem peccarent, illos non terruit, et te, ne offenderes, custodivit.* Quod iusto Dei iuditio ita accidisse, non solum Europa, sed et Asia nunc cantat et Africa. Designato etenim die, dum simulata pace Constantinum hunc Stefanus et Constantinus fratres ad convivium invitarent, et ob sessionis fastum tumultus insurgeret, percusso ut dictum est scuto, Macedones insperato proruunt, duosque fratres Stefanum et Constantinum quam mox conpraehensos, tonsos capite, ad vicinam insulam[e], phylosophandum ad quam patrem direxerant, mittunt.

23. Quorum pater Romanós adventum ut audivit, graciarum acciones Deo exibuit, (11.)

a) *i. e.* Amalfitanis. b) postriduum 1. c) cubilia 5a. d) *i. e.* prosiliant. e) insalum *corr.* insalam 1.

965. eisque extra fores monasterii obvians laeta fatie: *Festivum tempus*, inquit, *quod humilitatem nostram imperium vestrum visitare coegit. Caritas puto, que de me palacio expulit, filiacionem vestram non ibi diu esse permisit. O factum bene, quod me quam dudum praemisistis. Confratres enim et commilitones mei, supernae tantum phylosophye incunbentes, qualiter imperatores susciperent, ignorarent, si non me iam dudum imperialibus institutis attritum haberent. Parta*[a] *iam frigidior Coticis*[b] *aqua decocta pruinis*[82]*; dulces adsunt fabae, lachana*[c] *porrique recentes. Non hic marinae delitiae morbos, sed crebra potius ieiunia creant. Turbam vero hanc tantam, tam sumptuosam, modicitas nostra non recipit; vestrum solummodo imperium suscipit, quod, ne paternam desereret senectutem, advenit.* Romanōs haec et huiusce-modi perstringente, Stephanus et Constantinus filii pudibundo contuentes lumine terram, quam invite monasterium peterent, non est percontari necesse sed credere. Expansis itaque post haec manibus ad altaris[e] Romanos crepidinem fusus, huiusmodi cum lacrimis Deo praeces effudit:

[b] occisis 5a. occiduis 5a* [c] alteris 1. [d] frade 1. [*] *ita corrige; scilicet:* gratia tibi sit, quod dignatus [es] pellere iniquos; *codex* 1. *legit* pollere. [e] m. inflectere potueris illum in cathedram promoveo Mediolanii archiepiscopatus 5a. [f] mannase 1. [g] tradererent 1.

[a] i. e. herbae

24. Versus.

Christe deus, cum quo Pater est et Spiritus unum,
Iure Patris verbum, per quod Pater omnia mundo
Innotuit secreta poli seu mistica pandens,
Respice figmentum propria bonitate creatum.
Ne patiare, precor, demonis me fraude[d] *perire,*
Sanguine quem sacro voluisti reddere vite!
Da, Deus, ut mundi tumidos calcare conatus
Iam valeam, sistatque procul corruptor iniquus,
Cui labor est animas semper fedare beatas!
Imperii libuit cum sceptra tuli; nunc haud placet, esto!
Gratia dignatus tibi sit quod pellere[*] *iniquos,*
Imperii teneant solium ne iniuste paternum.

25. His ita gestis, Stefanus atque Constantinus custodia iugi observantur, patre quae ei acciderant equanimiter perferente. Aiunt enim hunc, et sub adtestatione confirmant, dum a fratribus lentis ob purgationem culparetur, respondisse, quod luculentius regnaret, qui servorum Dei humilitatibus deserviret, quam qui potentibus mundi peccatoribus imperaret.

(12.) 916. 26. Desideratus interea Berengarius ex Suevorum partibus, paucis secum comitan-
83 tibus, a Suevia per Venustam vallem[83] Italiam petit, applicuitque castra secus munitio-
84 nem vocabulo Formicaria[84], quae a Mannasse, ut iam praediximus, Arelatensis sedis archiepiscopo, tuncque Tridentinae, Veronensis atque Mantuanae invasore, Adelardi sui clerici erat vigiliae commendata. Cumque Berengarius nullius machinamenti apparatu nulliusque belli impetu hanc se capere posse conspiceret, Mannasse ambitionem et kenodoxiam, id est vanam gloriam, cognoscens, Adelardum ad se venire rogavit; cui et ait: *Si munitionem hanc potestati meae tradideris, dominumque tuum Mannassen ad adiutorium meum protraxeris*[e]*, se Mediolanii archiepiscopatus, te vero Cumani episcopatus dignitate post acceptam regni potestatem donabo. Et ut promittenti mihi fidem admittas, quod verbis spondeo, iuramentis adfirmo.* Haec dum Mannasse[f] ab Adalardo narrantur, munitionem solum Berengario dare non iussit, verum etiam Italos omnes eius in auxilium invitavit.

85 27. Fama igitur, „*malum quo non velotius ullum mobilitate viget*[85]," Berengarii adventum quam mox omnibus nuntiavit. Coeperuntque mox nonnulli, Hugone deserto, Berengario adherere. Horum Milo, praepotens Veronensium comes, extitit primus, qui dum Hugoni suspectus, appositis clam custodibus servaretur, simulatus se non intellegere custodiri, ferme cenam usque ad noctis pertraxit medium; cumque omnes tam somno
86 quam lieo[86] adgravati, corpora quieti traderent[g], solo se qui eius portaverat clippeum comitante, Veronam percitus venit, directisque nuntiis Berengarium excivit; quem et in Verona, quo Hugoni firmius resisteret, suscepit. Sane nulla hunc infidelitas ab Hugone

82) Iuvenal. Sat. V. 50. 83) Vinstgau. 84) Formigara MUR. 85) Virg. Aen. IV. 174. 175. 86) Iyaeo, Baccho.

divisit, verum illata sibi ab eodem nonnulla incommoda, quae iam diu sustinere non potuit. Prosequitur hunc Wido, Mutinensis[a] aecclesiae praesul, non iniuria lacessitus, sed maxima illa abbatia Nonantula, quam et tunc adquisivit, animatus. Qui Hugonem solum non deseruit, verum etiam multorum multitudinem tulit. Quod Hugo ut audivit, congregatis copiis ad eius castrum Vineolam[b. 87] venit, idque viriliter sed inutiliter oppugnavit; quod quam mendatii alienum sit, sententia subsequens declarabit. Nam dum eodem degeret, Berengarius ab Arderico archiepiscopo accitus, Veronam deseruit, ac Mediolanium concitus venit. Quo audito, rex Hugo Papiam tristis advenit. Coeperunt interea omnes Italiae primates omine non bono Hugonem deserere et egenti Berengario adherere. Egentem autem, non nichil possidentem[88], sed cui numquam quicquam satis est, aio. Quoniam[c] improbi et avari, qui incertas atque in casu positas possessiones habent, et plus semper appetunt, nec eorum quisquam[d] adhuc[e] inventus est, qui quod haberet, esset satis, non modo non copiosi divites, sed etiam inopes ac pauperes existimandi sunt. Soli enim sunt divites, et fructuosas ac sempiternas possident res, qui suis rebus contenti, satis esse putant, quod est. Non esse cupidum, vera pecunia est; non esse emacem, vectigal est. Fateamur itaque, uter est ditior, cui deest, an cui superat? qui eget, an qui habundat? cui possessio quo est maior, eo plus requirit ad se tuendam, an qui se suis viribus sustinet? Contentum etenim suis rebus, maxime sunt certissimaeque divitiae. Verum de hoc satis nunc dictum esse sufficiat. Ad Berengarium stili intentio redeat, cuius in adventum aureum omnes saeculum promittebant, et felicia, quae talem extulerant, tempora clamitabant. 916. 87 88

28. Eo itaque Mediolanii degente ac Italicas dignitates sibi adherentibus dispensante, rex Hugo Lotharium, filium suum, non ad Berengarii solum verum ad totius populi praesentiam dirigit, petens, quia se eis non morigerum abdicant, filium saltem Dei pro amore, qui nil in eos deliquerat[f], suscipiant, ac voluntatibus eorum morigerum reddant. Lothario denique Mediolanium petente, rex Hugo Papia omni cum pecunia egressus, Italiam deserere atque in Burgundiam[g] ire cogitavit. Sed res eum ista retinuit, quoniam dum misericordia inclinati, Lotharium in eclesia beatorum confessoris et martirum[h] Ambrosii, Gervasii et Protasii, ante crucem prostratum erigerent, regemque sibi constituerent, quam mox post Hugonem dirigunt nuntium, quem se iterum super eos regnaturum promittunt. Hoc plane consilium, immo deceptionem, non omnes, sed Berengarius, ut erat calliditate suffarcinatus, adinvenit, non quo hos regnare disponeret, sed, ut post claruit, ne Hugo discederet, atque inmensa quam habebat pecunia Burgundionum aut aliarum gentium super se populos invitaret. (13.)

29. Hoc in tempore Ioseph quidam, moribus senex, diebus iuvenis, Brixianae civitatis clarebat episcopus. Quem Berengarius, ut erat Dei* timens[i], ob morum probitatem episcopio privavit, eius loco Antonium, qui nunc usque superest, nullo concilio habito, nulla episcoporum deliberatione, constituit. Sed et Cumis tunc non Adelardum, ut iuraverat, verum ob Mediolanensis archiepiscopi amorem Waldonem quendam episcopum ordinavit. Quod quam bene fecerit, subditorum depopulatio, vitium incisio, arborum decorticacio, multorum oculorum excussio, simultatis sepissima repetitio, cum signis, tum gemitibus narrat. Hadelardum autem Regensi praefecit aecclesiae. * yronicós.

30. Bosonem vero, Hugonis regis spurium, Placentinae sedis, et Liutefredum Papiensis aecclesiae episcopos expellere cogitavit; verum intercedente praetio, ob Dei se amorem eos dimisisse simulavit. Quam inmensum tunc Italis gaudium! Alterum David venisse latrabrant. Sed et magno Karolo ceca hunc mente praeferebant. Quamquam enim iterato Hugonem atque Lotharium[k] reges Italici susciperent, Berengarium tamen nomine solum marchionem, potestate vero regem, illos vocabulo reges, actu autem neque pro comitibus habebant. Quid plura? Tanta hac Berengarii fama, humanitate, liberalitate, parentes mei acciti, ei me ad serviendum tradunt. Cui et inmensis oblatis[l] muneribus, secretorum eius conscium ac epistolarum constituunt signatorem. Cui cum fideliter (13.)

a) mutiniensi 1. b) neolam, *manu* 2 vineolam 1. d) qsq; 1. e) a. sibi sufficiens i. 5a. f) deliguerat 1. g) bregundiam 1. h) mar. i) deitimens *et in margine* yronicôs 1. *quod* 2 *ita legit:* dei tiyronicos mens, 5a. *autem* dei tironicosus mens. — tyrannus vehemens 5a* k) lothariu 1. l) oblati 1.

87) Vignola, prope Panarum, Muratorii patria. 88) Quae sequuntur usque *sunt certissimaeque divitiae*, ad verbum fere ex Cicerone Par. VI. 3. exscripta sunt.

946. longo tempore deservirem, hac, quam prosecuturus[a] sum suis in locis, pro dolor! mercede donavit. Verum haec retributio poene me ad desperationem usque pertraheret, si in re consimili consotios plurimos non excuderet. De isto enim pulchre dictum accipi-
Iob. 39. 13. mus: *Pennae structionis similes sunt pennis accipitris et herodii. Cum tempus advenerit, in altum alas erigit, deridet aequitem et ascensorem eius.* Hic enim, superstitibus Hugone et Lothario, magnus voraxque strutio, non bonus sed bono similis est visus. Eis autem decedentibus, et ad regni fastigia omnibus promoventibus, quantum alas erexerit, quantumque nos omnes irriserit, non tam verbis quam suspiriis ac gemitibus narro. Sed his omissis, ad narrandi seriem redeamus.

31. Rex Hugo cum divinam animadversionem declinare ac Berengario praeesse non posset, relicto Lothario et, simulata pace, Berengarii fidei tradito, in Provinciam omni cum pecunia properavit. Quo audito Raimundus Aquetaniorum princeps eum adiit, cui[b] et pro minis mille se in militem dedit, fidemque sibi servaturum iuramento adfirmavit. Sed et congregatis copiis Italiam ingressurum ac Berengarium debellaturum[c] esse promisit; quod quanto nos omnes cachynno affecerit, gentis eiusdem vilitas palam facit, quae etsi praesidio esse posset, ad effectum tamen haudquaquam perduceret, quoniam
947. April. quidem, vocante Domino, brevi rex Hugo viam est carnis universae ingressus[d], Bertae nepti suae, Bosonis Arelatensis comitis viduae, pecunia derelicta. Quam etiam brevi spatio intercedente, memoratus Raimundus, inpurissimae[e] gentis princeps inpurior, sibi maritam effecerat; cuius non solum concubitu verum etiam osculo indignum, elegantes formarum inspectores etiam atque etiam confirmant.

(15.) 32. Huius hoc in tempore soror, Berengarii scilicet uxor Willa, passa est crimen incesti. Quod ita accidisse, non solum aulici vel cubicularii, verum aucupes et cupedenarii clamant. Habuit ea presbiterulum capellanum, nomine Dominicum, statura brevem, colore fuligineum, rusticum, setigerum, indocilem, agrestem, barbarum, durum, villosum, cauditum, petulcum, insanum, rebellem, iniquum; cuius magisterio duas Willa commendaverat natas, Gislam scilicet atque Girbergam, ut eas litterarum scientia epotaret. Occasione itaque puellarum, quas presbiter Dominicus, hirsutus, inlotus, facere docebat, mater ei propitiaverat[f], tribuens delicatum cibum vestesque praeciosas. Mirari omnes, cur cunctis invisa, ingrata, tenax, huic existeret larga. Sententia tamen Veri-
Matth. 10. 26. tatis, quae ait: *Nichil opertum quod non reveletur, et occultum quod non in publicum veniat*, diu mirari homines passa non est. Nam cum nocte quadam, Berengario absente, ad cubile dominicum more solito hirsutus isdem vellet accedere, canis isthic aderat, qui latratu horribili circumiacentes exitavit[g], huncque morsu vehementi laniavit. Consurgentes denique qui in domo erant, cum eum compraehenderent, et, quo iret, interrogarent, apologeticum istud anticipando domina dedit: *Ad mulieres nostras ibat perditus!* Sperans itaque presbiterulus sibi lenius fore, si teneret sententiam dominae: *Ita est, inquam.* Cepit itaque domina vitae eius insidiari, praemiumque promittere, si esset, qui ei vitam auferret. Sed cum timerent Deum omnes, et mors eius differretur, pervenit ad Berengarium sermo. Willa vero cepit aruspices maleficosque inquirere, quo eorum carminibus iuvaretur. Utrum autem horum carminibus an Berengarii sit adiuta mollicie, adeo mens eius est inclinata, ut

89

sponte maritali porrigeret ora capistro[89].

Presbiterulus itaque, quia dominae asseculas adhinnivit, virilibus amputatis dimittitur; domina vero a Berengario magis diligitur. Dixerunt autem, qui eum eunuchizaverunt, quod merito illum domina amaret, quem priapeia portare arma constaret.

33. Per id tempus Taxis, Hungariorum rex, magno cum exercitu in Italiam venit. Cui Berengarius non ex propria pecunia, sed ex eclesiarum ac pauperum collectione 10 modios nummorum dedit. Fecit autem hoc, non ut populi curam haberet, sed ut hac occasione magnam pecuniam congregaret. Quod et fecit. In omni enim utrius sexus homo, tamque ablactatus quam lactens, pro se nummum dedit; quibus aes commiscens, ex paucis 10 modios fecit; caeteram vero partem, et quicquid ex ecclesiis tulit, sibi retinuit.

EXPLICIT LIBER QUINTUS. Deo gratias.

a) prosecurus 1. b) *deest* 5. 5a. c) debelaturum 1. d) ingresus 1. e) inpudissimae *corr* inpurissimae 1. f) t. d. c. v. p. M. o. c. c. in *desunt* 5. 5a. g) isthic — exitauit *desunt* 5. 5a. 89) Iuvenal. Sat. VI. 43.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI SEXTI.

1[a]. Prohoemium.
2. De eo quod imperator Constantinus nuntium Berengario dirigit.
3. Qua calliditate Berengarius nuntium Constantinopolim direxit cui nihil dedit.
4. Quo tempore isdem nuntius Papia exierit, ac quo Constantinopolim venerit.
5. De admirabili domo quae dicitur Magnaura, et susceptione nuntii.
6. De donis quae nuntius Berengarii imperatori fecit de suis rebus, ex parte Berengarii, qui nihil misit.
7. De eo quod imperator nuntium Berengarii ad mensam invitat.
8. De admirabili domo Decanea et tribus magnis vasis aureis.
9. De admirabili ludo ad mensam facto[*].
10[b].

1. Temporis instantis qualitas tragoedum me potius quam historiographum quaereret, nisi pararet Dominus in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Explicare enim non possum, quot peregre[90] profectus incommoditatibus quatiar, iuvatque hominem exteriorem potius lugere quam scribere. Interior vero apostolicis confirmatus institutis, in huiusmodi tribulationibus gloriatur, sciens quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem; spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. Paroeat itaque interiori exterior, suaque infurtunia non solum non abhorreat, verum in his potius conquiescat; dumque scribendi operam dans, fortunae rota elevari hos, illos deprimi dixerit, praesentem incommoditatem minus sentiet, eiusque mutabilitati congaudens, deteriora, quod fieri nequit ni mors aut membrorum debilitatio intercedat, iam non metuat, sed fortunata semper expectet. Instantia enim si mutaverit, salutem quae deest adferet, infortunatum quod adest expellet. Scribat itaque, et superioribus vera haec quae secuntur adiungat. 90 Rom. 5, 3—5.

2. Rege Hugone Provintiae in partibus defuncto, Berengarii nomen caelebre apud nonnullas, praesertim apud Grecas extitit nationes. Is enim Italicis omnibus principabatur virtute, rex vero Lotharius solo nomine. Constantinus itaque, qui, deiectis Romanô filiisque suis, Constantinupoleos regebat imperium, audito, Berengarium potentia praestare Lothario, per Andream quendam qui ab officio comis[c] curtis[91] dicebatur, literas Berengario dirigit, in quibus continebatur, vehementer se Berengarii nuntium velle videre; cuius in reditu cognosceret, quanta eum caritate diligeret. Scripsit etiam et commendaticias eidem pro Lothario litteras, ut fidelis ei esset administrator, cui Deo largiente extiterat gubernator. Constantinus namque sollicitudinem non parvam Lotharii pro salute habebat, religiose ob amorem nurus suae cogitans, quae Lotharii soror extiterat. (1.) 948? 950? 91

3. Berengarius itaque, calliditate qua erat suffarcinatus cogitans, quem potissimum mitteret, cui nil inpensae ob itineris longinquitatem praeberet, vitricum, cuius tunc sub cura degebam, veniens: *Quanti mihi*, inquit, *esset, privignum tuum Grecas literas non ignorare?* Cui cum diceret: *Uti divitiarum mearum ea gratia partem mediam distributam haberem! Non necesse*, ait, *habes, neque centesimam impertiri. Constantinopolitanus imperator litteris orat, ut meum ad se nuntium dirigam. Quod cum ob animi constantiam nemo melius, tum ob dicendi copiam nemo commodius facere potest. Quid dicam, quam facile doctrinas ebibet Grecas, qui tam puerilibus in annis epotavit Latinas?* Hac spe quam mox vitricus animatus, inpensas omnes distribuit, meque magnis cum muneribus Constantinopolim direxit.

4. Die quippe Calendarum Augustarum Papia exiens, per Heridani alveum triduo Venetiam veni; ubi et Salemonem Grecorum nuntium, kitonitan, eunuchum, repperi, ab Hispania et Saxonia reversum Constantinopolim versus tendere cupientem, secumque ducentem domini nostri, tunc regis nunc imperatoris, magnis cum muneribus nun- (2.)

*) *numerus deest* 1. a) Finiunt capitula. Incipit liber sextus 5a. b) *deest numerus et argumentum, quae auctor scribendo finem imponens omisit; iam fere duae paginae vacuae* 1. c) una pars *glossa* 1. *significans fortasse vocem* comis *proxime sequenti coniungendam esse, dum in codice duabus lineis habentur.* Comis una pars curtis 2.

90) i. e. extra patriam meam Langobardiam, Romam fortasse. 91) *κόμης τῆς κόρτης*, praefectus praetorio.

tium, Liutefredum scilicet, Magontinum institorem ditissimum. Octavo denique Kalen-
92 das Septembres Venetia[92] exeuntes, 15 Kalendas Octoubres* Constantinopolim venimus; ubi quam inaudito miroque simus modo recepti, scribere non pigebit.

5 Est Constantinopolim domus palatio contigua, mirae magnitudinis seu pulchritudinis, quae a Grecis per v loco digammae positam Magnaura, quasi magna aura dicitur. Hanc itaque Constantinus, cum ob Hispanorum nuntios, qui tunc eō noviter venerant, tum ob me et Liutefredum hoc modo praeparari iussit. Aerea sed deaurata quaedam arbor ante imperatoris sedile stabat, cuius ramos itidem aereae diversi generis deaurateque aves replebant, quae secundum species suas diversarum avium voces emittebant. Imperatoris vero solium huiusmodi erat arte compositum, ut in momento

* scil. sedile. humile, exelsius modo, quam mox videretur sublime; quod* inmensae magnitudinis, incertum utrum aerei an lignei, verum auro tecti leones quasi custodiebant, qui cauda terram percutientes, aperto ore, linguisque mobilibus rugitum emittebant[a]. In hac igitur duorum eunuchorum humeris incumbens, ante imperatoris praesentiam sum deductus. Cumque in adventu meo rugitum leones emitterent, aves secundum speties suas perstreperent, nullo sum terrore, nulla admiratione commotus, quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant fueram percontatus. Tercio itaque pronus imperatorem adorans, caput sustuli, et quem prius moderata mensura a terra elevatum sedere vidi, mox aliis indutum vestibus poenes domus laquear sedere prospexi; quod qualiter fieret, cogi-
93 tare non potui, nisi forte eo sit subvectus argalio[93], quo torcularium arbores subvehuntur. Per se autem tunc nihil locutus, quoniam, et si vellet, intercapedo maxima indecorum faceret, de vita Berengarii et sospitate per logothetam est percontatus. Cui cum consequenter respondissem, interpraete sum innuente egressus, et in datum mihi hospitium mox receptus.

(3.) 6. Sed nec hoc pigeat memorare, quid tunc pro Berengario egerim, scilicet ut agnoscatur, quanta hunc caritate dilexerim, et cuiusmodi ab eo reconpensationem pro bene gestis acceperim. Hispanorum nuntii et nominatus Liutefredus, domini nostri tunc regis Ottonis nuntius, magna ex eorum dominis parte, munera imperatori Constantino detulerant. Ego vero Berengarii ex parte nihil praeter epistolam, et hanc mendatio plenam, detuleram. Estuabat itaque non parum hac pro verecundia animus, et quid super hac re faceret, cogitabat attentius. Estuanti autem et mihi nimium fluctuanti mens suggessit, quatinus dona, quae imperatori mea ex parte detuleram, Berengarii ex parte conferrem, parvumque munus prout possem verbis ornarem. Optuli autem loricas optimas 9, scuta optima cum bullis deauratis 7, coppas argenteas deauratas 2, enses, lanceas, verua, mancipia 4 carzimasia, imperatori nominatis omnibus praeciosiora. Carzimasium autem Greci vocant amputatis virilibus et virga puerum eunuchum; quod
94 Verdunenses[94] mercatores ob inmensum lucrum facere, et in Hispaniam ducere solent.

7. His ita gestis, imperator me post triduum ad palatium vocare praecepit, proprioque mecum ore locutus, ad convivium invitavit, magnoque post convivium me meosque asseculas munere donavit. Verum quia narrandi se occasio intulit, qualis eius sit mensa, festis praecipue diebus, qualesque ad mensam ludi celebrentur, bonum non opinor silere sed scribere.

8. Est domus iuxta Yppodromum, aquilonem versus, mirae altitudinis seu pulchritudinis, quae Decanneacubita vocatur, quod nomen non ab re sed ex apparentibus causis sortita est; deca enim grece, latine 10, ennea 9, cubita autem a cubando inclinata vel curvata possumus dicere. Hoc autem ideo, quoniam quidem 10 et 9 mensae in ea quae secundum carnem est domini nostri Iesu Christi nativitate opponuntur. In quibus imperator pariter et convivae non sedendo, ut caeteris diebus, sed recumbendo epulantur; quibus in diebus non argenteis, sed aureis tantum vasis ministratur. Post cibum autem aureis vasis tribus sunt poma delata; quae ob inmensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem duo hoc in mensam modo. Per foramina laquearis tres sunt funes pellibus deauratis tecti cum

*) octŏbris c. a) qui c. t. p. a. o. l. m. r. e. *desunt* 2. 5. 5a. 5a*.

92) Henschenius Acta SS. Febr. T. I. praef. p. XIX. loco vocis *Venetia* falso legit *die Veneris*.
93) τὸ ἐργαλεῖον instrumentum. 94) i. e. Virdunenses.

anulis depositi aureis, qui ansis quae in scutulis prominent positi, adiuvantibus inferius quattuor aut eo amplius hominibus, per vertibile quod supra laqueum est ergalium in mensam subvehuntur; eodemque modo depununtur [a]. Ludos denique, quos ibi perspexerim, quia nimis longum est scribere, praetermito; unum solummodo ob admirationem hic inserere non pigebit.

9. Venit quidam, 24 et eo amplius pedum longitudinis lignum aine manuum ami- (4.)
niculis in fronte gerens, quod cubito a summitate inferius, bicubitum transversim [b] habuerat. Adducti sunt autem duo pueri nudi sed campestrati, hoc est succinctoria habentes, qui per lignum ascendentes eodemque ludentes, versisque deorsum capitibus per id descendentes [c], ita servaverunt immobile, ac si radicitus terrae esset adfixum. Denique post unius descensum, alter qui remanserat eodemque solus luserat, ampliori me admiratione attonitum reddidit. Quoquo modo enim, quoad [d] uterque luserat, videba- [d] i. e. donec.
tur possibile, quoniam quidem quamquam mirabili, verum pondere non dispari lignum per quod ascenderant gubernabant. Unus vero qui in ligni summitate remansit, quia ita se aequaliter ponderavit, ut et luserit ac sanus descenderit, ita me stupidum reddidit, ut ipsum etiam imperatorem mea admiratio non lateret. Unde et accersito interprete, quid mihi mirabilius videretur, est sciscitatus: puer, qui se adeo moderate rexerat, ut immobile lignum esset, an is, qui id in fronte tam argumentose tenuerat, ut puerorum nec pondus neque ludus vel modicum flecteret. Cumque me ignorare, quid mihi thaumastoteron, id est mirabilius, videretur, edicerem, magno inflatus cachinno, se similiter neque scire, respondit.

10. Sed neque hoc silentio praetereundum esse arbitror, quid novi mirique aliud (5.)
eôdem perspexerim. In ea quae ante vaiophóron, quod nos palmarum ramos dicimus, 949.
ebdomada, tam militibus quamque et in diversis constitutis officiis numismatorum aureo- 950?
rum erogationem, prout cuiusque meretur officium, imperator facit. Cui erogationi quia me interesse voluit, venire praecepit. Fuit autem huiusmodi. Erat apposita 10 cubitorum longitudinis ac quattuor latitudinis mensa, quae numismata loculis colligata, prout cuique debebatur, numeris extrinsecus in loculis scriptis, retinebat. Ingrediebantur denique ante imperatorem, non confuse, sed ordinatim, secundum vocantis vocem, qui scripta virorum secundum officii dignitatem nomina recitabat. Quorum prius vocatus est rector domus, cui non in manibus, sed in humeris posita sunt numismata cum scaramangis [95] quattuor. Post quem o domésticos tis ascalónas, et o delongáris tis 95
ploòs, sunt vocati; quorum alter militibus, navigantibus praecst alter. Hi itaque pari numero, quia dignitas par erat, numismata et scaramangas suscipientes, prae multitudine non iam in humeris portaverunt, sed adiuvantibus aliis post se cum labore traxerunt. Post hos admissi sunt mágistri numero 24, quibus erogatae sunt numismatorum aureorum librae, unicuique secundum eundem numerum 21 cum scaramangis duabus. Patriciorum deinde ordo hos pone est secutus, et duodecim numismatorum libris cum scaramangia una donatus. Qui sicut nec patriciorum, ita nec librarum, nisi quod unicuique dabatur, numerum scio. Turba post haec immensa vocatur, protospatharíorum, spatharíorum, spatharocandidatorum [e], kitonitarum, manglavitarum, protocaravorum, quorum 7 alius, 6, 5, 4, 3, 2, 1, secundum dignitatis modum acceperat alius. Neque enim hoc te una patratum [f] esse die existimare velim. Ceptum quippe quinta feria ab hora diei [g] prima usque in horam quartam [g*], sexta et septima feria est ab imperatore finitum. His namque qui minus quam libram accipiunt, non iam imperator [h], sed parakinúmenos in ea quae ante pascha est tota ebdomada tribuit. Adstante itaque me, et cum admiratione rem considerante, per logothetam, quid super hac re mihi placeret, sciscitatus [i] est imperator. Cui inquam: *Placeret* [k] *sane, si* [l] *prodesset; sicut et estuanti diviti Lazari visa requies prodesset, si proveniret* [m]*; cui quia non accidit, qui quaeso placere potuit?* Subridens itaque imperator, paululum pudore commotus, ut ad se irem, capite innuit, palliumque magnum cum aureorum libra, quam libenter dedit, libentius accepi.

a) *i. e.* deponuntur. b) tranuersim 1. c) e. l. v. d. c. p. i. d. *desunt* 5. 5a. 5a*. d) v. p. q. q. q. m. v. p. n. d. *desunt* 5. 5a. 5a*. e) candidatorum *reliqua capitis desunt* 5. 5a. 5a*. *hinc folium excisum in codice* 5a. *Editio princeps addit*: et id genus clientum. f) paratum 2. g) die 1. 2. g*) quartam et sexta et s. f. ab 2. h) *duae voces membrana abscissa exciderunt in* 2. i) suscitatus 2. k) Placere 2. l) vox *excidit in* 2. m) *vox obscurior in* 2.

95) penula, pallii militaris genus.

LIUDPRANDI LIBER DE REBUS GESTIS OTTONIS MAGNI IMPERATORIS[a].

(6.) 960. 1. Regnantibus[b], immo saevientibus, in Italia, et ut verius fateamur tyrannidem exercentibus, Berengario atque Adalberto, Iohannes summus pontifex et universalis papa, cuius tunc aecclesia supradictorum Berengarii atque Adalberti sevitiam erat experta, nuntios sanctae Romanae aecclesiae[c], Iohannem videlicet cardinalem diaconem, et Azonem scriniarium, serenissimo atque piisimo tunc regi, nunc augusto cesari, Ottoni destinavit, suppliciter litteris et rerum signis orans, quatinus Dei pro amore sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, quos delictorum suorum cupierat esse remissores, se sibique commissam sanctam Romanam eclesiam ex eorum faucibus liberaret, ac saluti et libertati pristinae restitueret. Haec dum Romani nuntii conqueruntur, vir venerabilis Waldpertus, sanctae Mediolanensis eclesiae archiepiscopus, semivivus ex praedictorum rabie Berengarii atque Adelberti liberatus, superius memorati Ottonis, tunc regis nunc cesaris augusti, potentiam adiit, indicans, se non posse ferre et pati Berengarii atque Adelberti necnon et Willae saevitiam, quae Mannassen Arelatensem episcopum contra ius fasque Mediolanensi sedi praefecerat. Aiebat sane, hanc eclesiae suae esse calamitatem, quae, quod se suosque capere oporteret, interciperet. Sed Waldo Cumanus episcopus hunc ponè est secutus, non disparem a Berengario, Adalperto et Willa, quam Waldpertus, contumeliam clamitans se esse perpessum. Venerant et nonnulli alterius ordinis ex Italia viri, quos inter illustris marchio Otbertus cum apostolicis cucurrerat nuntiis, a sanctissimo Ottone, tunc rege nunc augusto cesare, consilium, auxilium expetens.

961. 2. Horum itaque rex piissimus lacrimosis quaestibus inclinatus, non quae sua sed quae Iesu Christi sunt cogitans, filium suum sibi aequivocum contra morem puerilibus in annis regem constituens, eum in Saxonia dereliquit; ipse collectis copiis Italiam percitus venit. Qui tanto Berengarium atque Adalpertum celerius regno expulit, quanto constat, quod commilitones Petrum et Paulum sanctissimos apostolos habuit. Bonus itaque rex dispersa congregans et fracta consolidans, quod cuique proprium fuit restituit, dein Romam similia facturus adivit.

962. 3. Ubi miro ornatu novoque apparatu susceptus, ab eodem summo pontifice et universali papa Iohanne unctionem suscepit imperii; solum propria non restituit, verum Febr. 2. etiam ingentibus gemmarum, auri argentique muneribus honoravit. Iusiurandum vero ab eodem papa Iohanne supra preciosissimum corpus sancti Petri, atque omnibus civitatis proceribus, se numquam Berengario atque Adelberto auxiliaturum, accepit. Post haec Papiam[d.1] quantotius repedavit.

963. 1. Interea praefatus papa Iohannes, iuramenti et promissionis oblitus quam sancto fecerat imperatori, ob Adelbertum, ut se adeat, mittit, iuramento ei adfirmans, se illum contra sanctissimi imperatoris potentiam adiuturum. Adeo enim eundem Adelbertum, eclesiarum Dei eiusdemque papae Iohannis persecutorem, imperator sanctus terruerat, ut omnem Italiam deserens, Fraxinetum adiret, seque Sarracenorum fidei commendaret. Imperator denique iustus, cur Adelbertum Iohannes papa, quem prius odio vehementi insequebatur, nunc diligeret, satis mirari non potuit. Accersitis quam ob rem quibusdam familiaribus[2], si hoc verum esset, Romam dirigit percontatum. Cumque eodem nuntii pervenissent, huiusmodi non a quibuslibet, sed ab omnibus, aut paucis, Romanis[e] civibus responsa suscipiunt: *Non dispar videtur ratio, cur Iohannes papa sanctissimum imperatorem, suum scilicet ex Adalberti manibus liberatorem, et diabulus oderit Creatorem. Imperator, quemadmodum re ipsa experti sumus, ea quae Dei sunt sapit, operatur, diligit; ecclesiastica et saecularia negotia armis tutatur, moribus ornat, legibus emundat, Iohannes papa his omnibus adversatur. Non clam populo est, quod fatemur. Testis est Rainerii sui ipsius militis vidua, quam caeco captus igne, multis*

a) *inscriptio* INCIPIT LIBER SEPTIMUS DE REBUS OTTONIS *extat nonnisi in* 5. *et* 5a. *Divisionem capitum quae in codicibus desideratur, instituí.* b) *codex* 2 *in voce* Waldpertus sanctae *orditur.* c) e. *in fine deletam* 1. d) papiam vel patriam 2. patriam 5a. e) *i. e.* non a quibuslibet aut paucis sed ab omnibus R. c.

1) a. 962. April 2. 9. 20. diplomata ibi condidit. 2) Liudprando?

praefectam urbibus, sacrosanctis beati Petri donavit aureis crucibus atque calicibus. 963.
Testis est Stephana, eius amita, quae in effusione quod ex eo conceperat recens hominem exivit. Quid si cuncta taceant, Lateranense palatium, sanctorum quondam hospitium, nunc prostibulum meretricum, non silebit, amitam coniugem, Stephaniae alterius concubinae sororem. Testis omnium gentium praeter Romanarum absentia mulierum, quae sanctorum apostolorum limina orandi gratia timent visere, cum nonnullas ante dies paucos hunc audierint coniugatas, viduas, virgines, vi oppressisse. Testes sunt sanctorum apostolorum eclesiae, quae non stillatim pluviam, sed totum tectum intrinsecus, supra ipsa etiam sacrosancta altaria imbrem admittunt. Quanto nos terrore tigna afficiunt, cum divinam[a] opem eodem deposcimus? mors in tectis regnat, quae nos orare multa volentes impedit, atque domum Domini mox linquere cogit. Testes sunt non solum iuncearum curatura, sed et cotidianarum mulieres[3] formarum. Cui idem est, „et silicem pedibus quae conterunt atrum“[4], et quae magnorum subvehuntur adiutorio iumentorum. Atque hoc rei est, quod tanta ei cum imperatore sancto discordia est, „lupis et agnis quanta sortito optigit“[5]. Illi haec ut inpunitę liceat, Adelpertum sibi patrem, tutorem, defensorem parat. 3 4 5

5. Haec dum a redeuntibus nuntiis imperator audiret: *Puer*, inquid, *est, facile bonorum immutabitur exemplo virorum. Sperabo eum obiurgatione honesta, suasione liberali, facile ex illis sese emersurum malis; dicemusque cum propheta:* Haec est inmutatio dextrae Excelsi. Et adiecit: *Quod prius rerum ordo deposcit, Berengarium in Feretrato monte resistentem propulsemus; dein paterna abdicatione[b] domnum papam conveniamus; si non voluntate, verecundia saltem in virum perfectum sese commutabit. Sicque forsitan devictus, bene consuescere pudebit[c] desuescere.* Ps. 76. 11.

6. His expletis, Papiae navim conscendit, ac per Heridani[d] alveum Ravennam usque pervenit; indeque progrediens montem Feretratum, qui sancti Leonis dicitur, in quo Berengarius et Willa erant, obsedit. Quo et praefatus papa Leonem, venerabilem sanctae Romanae eclesiae tunc protoscriniarium, nunc[6] in eadem sede beati Petri apostolorum vicarium, necnon et Demetrium, optimatium Romanorum illustriorem, sancto imperatori nuntios dirigit, mandans, haud mirum esse, si hactenus iuventutis igne victus, puerile quid gesserit; iam tempus instabat, cum alieno cuperet vivere more. Mandavit etiam dolose quaedam: Leonem episcopum et Iohannem diaconem cardinalem, suos infideles, suscepisset, et quia[e] sanctus imperator promissionis suae fidem violaret, dum eos qui eo loci manebant, non ipsi sed sibi iuramento astringeret. Quibus imperator: *Pro correctione*, inquit, *ac morum inmutatione, quam promittit, gratias ago; ex promissionis vero commutatione, cuius me arguit, fecisse, si verum sit, ipsi perpendite. Omnem terram sancti Petri, quae nostrae potestati proveniret, promisimus reddere; atque id rei est, quod ex hac munitione Berengarium cum omni familia pellere laboramus. Quo enim pacto terram hanc ei reddere possumus, si non prius eam ex violentorum manibus ereptam, potestati nostrae subdamus? Leonem episcopum et Iohannem cardinalem diaconem, suos infideles, quos nos suscepisse accusat, his temporibus nec vidimus, nec suscepimus: Constantinopolim domno papa eos ob iniuriam nostram proficiscentes dirigente, Capue sunt, ut audivimus, capti. Quibuscum etiam Saleccum, natione Bulgarium, educatione Ungarium, domni papae familiarissimum, et Zacheum virum reprobatum, divinarum atque humanarum inscium litterarum, a domno papa episcopum[7] noviter consecratum, et Ungariis ad praedicandum, ut super nos irruant, destinatum, eodem captos esse audivimus. Haec domnum papam nullis narrantibus fecisse crederemus, nisi litterae fidem admitterent, quae plumbo signatae sui nominis caracteres monstrant.* Mai. Iun. Iul. 6 7

7. His expletis, Landohardum a Saxonia Mimendensem, et Liudprandum ab Italia Cremonensem, episcopos, cum praefatis nuntiis Romam dirigit, domno papae se inculpabilem esse satisfacturos. Quorum etiam militibus hoc imperator iustus imposuit, ut si secus domnus papa non crederet, duello verum esse approbarent. Praefati igitur Lan-

a) divina l. b) »applicatione? c) pudebis l. d) heri dari l. e) quin *et linea sequenti* quod l.

3) i. e. non solum ancillae sed et meretrices publicae. 4) Iuvenal. Sat. VI. 350. 5) Horat. Epod. 1, 1. 6) Sedit a. 963. Dec. — 965. Mart. 7) Gezani prope Velitras.

963. dohardus et Liudprandus episcopi Romam ante domni papae praesentiam venientes, tanto sunt inhonore suscepti, ut non eos lateret, quanto sanctum imperatorem tedio fastidiret. Ordinatim tamen, prout eis iniunctum fuerat, enarrantes, non iuramento, non duello satisfactionem papa recipere voluit, sed in eadem qua fuerat mentis duritia mansit. Subdole tamen post dies octo Iohannem episcopum Narniensem, et Benedictum cardinalem diaconem, cum istis domno imperatori destinavit, putans, se hunc suis deludere posse versutiis, cui nimis est verba dare difficile. Ante quorum reditum Adelbertus, invitante papa, a Fraxineto rediens, Centumcellas advenit; dein Romam profectus, non, ut debuit, repudiatus sed honorifice a papa est susceptus.

Iul. 8. Haec dum aguntur, Phoebi radiis grave Cancri sidus inestuans imperatorem Romanis arcibus propellebat. Sed cum Virginale sidus gratam rediens temperiem ferret,
Sept. collectis copiis, clam Romanis invitantibus, Romam advenit. Quid enim clam dixerim, cum maior Romanorum pars optimatium sancti Pauli castellum invaserit, sanctumque imperatorem obsidibus etiam datis invitavit? Quid multis morer? iuxta urbem castrametatus imperator, Roma papa simul atque Adalpertus aufugiunt. Cives vero imperatorem sanctum cum suis omnibus in urbem suscipiunt, fidelitatem repromittunt; hoc addentes et firmiter iurantes, numquam se papam electuros[a] aut ordinaturos praeter consensum et electionem domni imperatoris Ottonis cesaris augusti, filiique ipsius regis Ottonis.

9. Post triduum, rogantibus tam Romanis episcopis quam plebe, magnus in sancti Petri eclesia fit conventus, sederuntque cum imperatore, archiepiscopi, ab Italia pro Ingelfredo Aquilegensi patriarcha, quem in eadem urbe languor repente, ut fit, ortus arripuerat, Rodalfus diaconus, Waldpertus Mediolanensis, Petrus Ravennas; a Saxonia, Adeltac archiepiscopus et Landohardus episcopus Mimendensis; a Francia, Otkerius episcopus Spirensis, Hupertus Parmensis; ab Italia, Liudprandus Cremonensis, Hermenaldus Regensis; a Tuscia, Cuonradus[b] Luccensis, Everarius Aritiensis, Pisanus[c], Seniensis, Flo-
7 rentius, Pestruensis[7], Petrus Camerinensis, Spoletinus; a Romanis, Gregorius Albanensis, Sico Hostiensis, Benedictus Portuensis, Lucidus Gavensis, Theophilactus Praenestinus, Wido Silvae candidae, Leo Veletrinensis, Sico Bledensis, Stephanus Cerensis, Iohannes
8 Nepesinus, Iohannes Tiburtinus, Iohannes Forocludensis[8], Romanus Feretinensis, Iohannes Norniensis, Iohannes Berulensis, Marinus Sutrinus, Iohannes Narniensis, Iohannes Sabi-
9 niensis, Iohannes Gallasensis, Falarensis[9], Alatrinensi Ortanus, Iohannes Anagniensis, Trebensis, Sabbatinus Tarracinensis, Stephanus cardinalis archipresbiter tituli Balbinae, Dominicus tituli Anastasiae, Petrus tituli Damasi, Theophilactus tituli Chrisogoni, Iohannes tituli Equitii, Iohannes tituli Susannae, Petrus tituli Pamachii, Adrianus tituli Calixti, Iohannes tituli Ceciliae, Adrianus tituli Lucinae, Benedictus tituli Sixti, tituli sanctorum quatuor Coronatorum, Stephanus tituli Sabinae, Benedictus cardinalis archidiaconus, Iohannes diaconus, Bonofilius diaconus cardinalis, primicerius, Georgius secundicerius, Stephanus aminiculator, Andreas arcarius, Sergius primicerius defensorum, Iohannes sacellarius[d], Stephanus, Theophilactus, Adrianus, Stephanus, Benedictus, Azo, Adrianus, Romanus, Leo, Benedictus, Leo, item Leo, et Leo, scriniarii, Leo primicerius scolae cantorum, Benedictus subdiaconus et oblationarius, Azo, Benedictus, Demetrius, Iohannes, Amicus, Sergius, Benedictus, Urso, Iohannes, Benedictus subdiaconus, subpulmentarius, et Stephanus archiacolitus cum omnibus acolitis et regionariis; ex primatibus Romanae civitatis, Stephanus filius Iohannis superista, Demetrius Meliosi, Crescentius Caballi marmorei, Iohannes cognomento Mizina, Stephanus de Imiza, Theodorus de Rufina, Iohannes de Primicerio, Leo de Cazunuli, Rihkardus, Petrus de Canaparia, Benedictus cum Bulgamino filio suo; ex plebe Petrus, qui et Imperiola[e] est dictus, adstitit cum omni Romanorum militia.

(7) 10. His itaque residentibus silentiumque summum tenentibus, ita sanctus est imperator exorsus: *Quam decorum esset, tam claro sanctoque domnum papam Iohannem interesse concilio. Verum cur tantum declinaverit coetum, vos, ô sancti patres, consulimus, quibus communis cum eo vita[f] ac commune negotium extitit.* Tunc Romani

a) electuro 1. *) *ita* 1. b) Cuoradus 1. c) *codex hic non distinguit.* d) secellarius 1. e) imperiolä 1. f) eo *corr.* io 1. uita *haud totum legitur, a stilo tantum indicato; at in* 2. *legitur* eo uita.

7) i. e. Florentinus, Pistoiensis. 8) Forum Claudii prope Calinum olim situm. 9) oppidorum Gallese et Falerii.

pontifices et cardinales presbiteri ac diaconi, cum universa plebe dixerunt: *Miramur,* 963.
sanctissimam prudentiam vestram nos hoc velle percontari, quod non Hibericos, nec Babilonicos, nec Indicos incolas latet. Non hic iam vel de ipsis est, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces; ita aperte saevit, ita palam diabolica pertractat negotia, ut nihil circuitionis utatur. Imperator respondit: *Iustum nobis videtur, ut accusationes nominatim exprimantur*[a]*; dein quid agendum nobis sit, communi consilio pertractetur.* Tunc consurgens Petrus cardinalis[b] presbiter, se vidisse illum missam celebrasse et non communicasse, testatus est. Iohannes episcopus Narniensis, et Iohannes cardinalis diaconus, se vidisse illum diaconem ordinasse in equorum stabulo, non certis temporibus, sunt professi. Benedictus cardinalis diaconus cum ceteris condiaconibus et presbiteris dixerunt, se scire, quod ordinationes episcoporum praecio faceret, et quod annorum decem episcopum in Tudertina civitate ordinaret. De sacrilegio dixerunt non esse necesse percontari, quia plus videndo quam audiendo scire potuissemus. De adulterio dixerunt, quod oculis non viderent, sed certissime scirent, viduam Rainerii et Stephanam patris concubinam et Annam viduam cum nepte sua abusum esse, et sanctum palatium lupanar et prostibulum fecisse. Venationem dixerunt publice exercuisse; Benedictum spiritalem suum patrem lumine privasse, et mox mortuum esse; Iohannem cardinalem subdiaconem virilibus amputatis occidisse; incendia fecisse, ense accinctum, galea et lurica[c] indutum esse, testati sunt. Diaboli in amorem vinum bibisse, omnes tam clerici quam laici acclamarunt. In ludo aleae, Iovis, Veneris, ceterarumque demonum adiutorium poposcisse, dixerunt. Matutinas et canonicas horas non enim celebrasse, nec signo crucis se monisse[d], professi sunt.

11. His auditis imperator, quia Romani eius loquelam propriam, hoc est Saxonicam, intellegere nequibant, Liudprando Cremonensi episcopo praecepit, ut Latino sermone haec Romanis omnibus quae secuntur exprimeret. Surgens itaque sic cepit: *Persepe contigit, et nobis expertis credimus, ut in dignitatibus constituti invidorum* (8.)
infamia maculentur; displicet bonus malis, quemadmodum et malus bonis. Atque hoc rei est, quod hanc in papam accusationem. quam modo Benedictus cardinalis diaconus legit et vobiscum fecit, amphibolam retinemus, incerti, utrum zelo iustitiae an impietatis livore prorumperet. Unde mihi indigno secundum concessae dignitatis auctoritatem omnes obtestor per Deum, quem fallere, etsi vult, nemo potest, sanctamque eius genitricem intemeratam virginem Mariam, perque praeciosissimum apostolorum principis corpus, in cuius haec recitantur ecclesia, ut nulla in domnum papam iaculentur convitia, quae non sint ab ipso patrata atque a viris probatissimis visa. Tunc episcopi, presbiteri, diaconi, reliquusque clerus, et cunctus Romanorum populus quasi vir unus dixerunt: *Si non et quae per Benedictum diaconem lecta sunt, hisque turpiora et ampliora Iohannes papa indigna commisit facinora, non nos a delictorum vinculis absolvat apostolorum princeps beatissimus Petrus, qui verbo coelum indignis claudit, iustis aperit; sed simus anathematis vinculo innodati, atque in die novissima in sinistra parte positi, cum eis qui dixerunt domino Deo:* Recede a nobis, scientiam Iob. 21.
viarum tuarum nolumus. *Quod si fidem nobis non admittitis, exercitui domni imperatoris saltem debetis credere, cui ante quinque dies ense accinctus, clipeo, galea, et lorica indutus occurrit; solus Tiberis, qui interfluxit, ne sic ornatus ab exercitu caperetur, impedivit.* Mox sanctus imperator dixit: *Tot sunt huius rei testes, quot sunt nostro in exercitu bellatores.* Sancta sinodus[e] dixit: *Si placet sancto imperatori, mittantur litterae domno papae, ut adveniat, seque ex his omnibus purget.* Tunc eidem sunt huiusmodi litterae destinatae: Nov. 6.

12. *Summo pontifici et universali papae domno Iohanni, Otto divinae respectu* (9.)
clementiae imperator augustus, cum archiepiscopis, episcopis Liguriae, Tusciae, Saxoniae, Franciae, in Domino. Romam ob servitium Dei venientes, dum filios vestros, Romanos scilicet episcopos, cardinales presbiteros et diacones, insuper et universam plebem de vestri absentia percontaremur, et quid causae esset, quod nos aecclesiae vestrae vestrique defensores videre noluissetis, talia de vobis tamque obscena protulerunt, ut si de histrionibus dicerentur, verecundiam nobis ingererent. Quae ne magnitudinem vestram omnia lateant, quaedam nobis[f] *sub brevitate describimus; quoniam*

a) exprimitur 1. b) cardinales 1. c) *i. e.* lorica. d) *i. e.* munisse. e) sidonus 1. f) *ita* 1.

963. *et si cuncta nominatim exprimere cupimus, dies nobis non sufficit unus. Noveritis itaque, non a paucis, sed ab omnibus tam nostri quam et alterius ordinis, vos homicidii, periurii, sacrilegii, et ex propria cognatione atque ex duabus sororibus incesti crimine esse accusatos. Dicunt et aliud auditu ipso horridum, diaboli vos in amore vinum bibisse; in ludo aleae Iovis, Veneris, ceterorumque demonum auxilium popo-* 5
scisse. Oramus itaque paternitatem vestram obnixe, ne Romam venire atque ex his omnibus vos purgare dissimuletis. Si forte vim temerariae multitudinis formidatis, iuramento vobis adfirmamus[b], *nihil fieri praeter sanctorum canonum sanctionem. Data* 8. *Idus Novembris.*

(10.) 13. Hanc epistolam cum legisset, huiusmodi apologeticum scripsit: *Iohannes episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis. Nos audivimus dicere, quia vos vultis alium papam facere; si hoc facitis, excommunico vos da*[1] *Deum omnipotentem, ut non habeatis licentiam nullum*[c] *ordinare, et missam celebrare.* 10

14. Cum haec epistola in sancta synodo legeretur, advenerunt, qui prius defuerant religiosi, a Lotharingia Heinricus Treverensis archiepiscopus, ab Emilia et Liguria Wido Mutinensis, Gezo Tertonensis, Sigulfus Placentinus; quorum consilio domno 15
Nov. 22. papae ita rescribunt: *Summo pontifici et universali papae domno Iohanni, Otto divinae respectu clementiae imperator augustus, sed et sancta synodus Romae Dei ob servitium congregata, in Domino salutem. Preterita synodo, quae celebrata est* 8. *Idus Novembris, litteras vobis direximus, in quibus accusatorum vestrorum verba* 20
atque accusationis causae detinebantur. Rogavimus etiam eisdem literis magnitudinem vestram, quemadmodum iustum est, Romam[d] *venire seque ex his quae obiciuntur purgare. Recepimus autem litteras a vobis, non quales temporis qualitas, sed inconsultorum hominum vanitas expoposcit. Non veniendi ad synodum, racionabilis esse excusatio debuit. Sed et praesentes magnitudinis vestrae debuerunt nuntii interesse, qui* 25
aut egritudinis aut certae difficultatis causa satisfacerent sanctam vos synodum declinasse. Est et aliud vestris in litteris scriptum, quod non episcopum sed puerilem ineptiam scribere deceret. Excommunicastis etenim omnes. ut haberent licentiam canendi missas, ordinandi ecclesiasticas dispositiones, si alium Romanae sedi constitueremus episcopum. Ita enim scriptum erat: Non habeatis licentiam nullum ordinare. 30
Nunc usque putavimus, immo vere credidimus, duo negativa[e] *unum facere dedicativum, nisi vestra auctoritas priscorum sententias infirmaret auctorum. Nos vero intentioni vestrae, non verbis, respondeamus. Si ad synodum venire et obiecta purgare non differtis, auctoritati vestrae procul dubio obedimus. Sed si, quod absit, venire et obiecta vobis capitalia crimina purgare dissimulatis, cum praesertim vos nihil venire* 35
impediat, non maris navigatio, non corporis egritudo, itineris longitudo, tunc excommunicationem vestram parvipendemus, eamque potius in vos retorquebimus, quoniam quidem iuste facere possumus. Iudas, domini nostri Iesu Christi proditor, immo venditor, cum ceteris prius ligandi atque solvendi potestatem a magistro in haec verba
Matth. 18. 18. *acceperat:* Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, ligata[f] erunt et in 40
celis, et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta et in coelis. *Quamdiu enim bonus inter condiscipulos fuit, ligare atque solvere valuit; postquam vero cupiditatis causa*[g] *homicida factus, vitam omnium occidere voluit, quem postea ligatum solvere aut solutum ligare potuit, nisi se ipsum, quem infelicissimo laqueo strangulavit? Data* 10. *Kalendas Decembris et missa per Adrianum cardinalem presbiterum, et Benedictum* 45
cardinalem diaconem.

14. Qui cum Tiberim pervenissent, eum non invenerunt; pharetratus enim in campestria iam abierat; nec quisquam erat, qui his, ubi ipse esset, indicare posset. Cumque eum invenire non possent, cum eisdem litteris ad sanctam synodum, quae tunc tertio est habita, sunt reversi. Mox imperator ait: *Expectavimus adventum eius, ut* 50
praesente eo, quid nobis egerit, quereremur; verum quoniam non eum adfuturum certo scimus, quam perfide nobiscum egerit, ut diligenter agnoscatis, etiam atque etiam flagitamus. Notum itaque vobis facimus archiepiscopis, episcopis[h], *presbiteris, diaco-*

b) adfirmus 1. c) ullum 1. *sed* nullum *legendum esse ex sequentibus patet.* d) R. v. s. e. h. q. o. p. F. a. 1. *desunt* 5a. 5a*. e) gatiua 1. f) l. e. et i. c. et q. s. s. t. e. s. et i. c. *desunt* 5a. 5a*. g) *deest* 5a. 'veneno 55
5a* h) *vox deest* 1 2. *rel.*

1) *italismus, loco* de.

nibus, reliquoque clero, necnon et comitibus, iudicibus, omnique plebi, quod idem 963.
Iohannes papa oppressus a Berengario atque Adelberto, rebellibus nostris, misit nobis in Saxoniam nuntios, rogans, ut ob amorem Dei in Italiam veniremus. et eclesiam sancti Petri ac se ipsum ex eorum faucibus liberaremus. Nos vero adiuvante Deo quantum fecerimus, non est necesse dicere, ut inpraesentiarum videtis. Ereptus vero mea opera ex eorum manibus, et honori debito restitutus, oblitus iuramenti et fidelitatis, quam mihi supra corpus sancti Petri promisit, eumdem Adelpertum Romam venire fecit, et contra me defendit, seditiones fecit, et videntibus nostris militibus dux belli factus, lorica et galea est indutus; quod super hoc sancta synodus decernat, edicat. Ad haec Romani pontifices reliquusque clerus et cunctus populus responderunt: *Inauditum vulnus inaudito est cauterio exurendum. Si corruptis moribus soli sibi, et non cunctis obesset, quoquo modo*[a] *tolerandus esset. Quot prius casti huius facti sunt imitatione incesti? Quot probi huius exemplo conversationis sunt reprobi? Petimus itaque magnitudinem imperii vestri, monstrum*[b] *illud nulla virtute redemptum a vitiis, a sancta Romana eclesia pelli, aliumque loco eius constitui, qui nobis exemplo bonae conversationis praeesse valeat et prodesse; sibi recte vivat, ac bene vivendi nobis exemplum praebeat.* Tunc imperator: *Placet,* inquit, *quod dicitis, nihilque gratius nobis, quam ut talis, qui huic sanctae et universali sedi praeponatur, inveniri possit.*

13. His dictis, omnes una voce dixerunt: *Leonem, venerabilem sanctae Romanae* (11.)
eclesiae protoscriniarium, virum approbatum et ad summum sacerdotii gradum dignum, nobis in pastorem eligimus, ut summus et universalis papa sanctae Romanae eclesiae, reprobato ob improbos mores Iohanne apostata! Cumque hoc tertio omnes dixissent, annuente imperatore, nominatum Leonem ad Lateranense palatium secundum consuetudinem cum laudibus ducunt, et certo tempore in eclesia sancti Petri ad summum sacerdotium sancta consecratione attollunt, et fideles ei adfuturos iureiurando promittunt. Dec. 6.

16. His ita gestis, sperans sanctissimus imperator, cum paucis Romae se degere 961.
posse, ne consumeretur Romanus populus ob multitudinem exercitus, multis, ut redirent, licentiam dedit. Cumque hoc Iohannes, qui dictus est papa, cognosceret, non ignorans, quam facile Romanorum mentes pecunia posset corrumpere, clam Romam mittit nuntios, beati Petri omniumque eclesiarum pecuniam repromittens, si super pium imperatorem et domnum Leonem papam irruerent[c], eosque impiissime trucidarent. Quid multis morer? Romani quam mox exercitus paucitate confisi immo decepti, et pecuniae promissione animati, bucina concrepante super imperatorem, ut eum occidant, festinare contendunt. Quibus imperator supra pontem Tyberis, quem Romani plaustris impeditum habebant, occurrit. Cuius fortes milites, assuefacti bello, pectora et armis intrepidi, eos inter prosiliunt, et quasi accipitres avium multitudinem, nullo resistente perterrent. Non latibula, non corbes, non concava ligna, non criptae sordium receptacula, fugientibus tutelae esse possunt. Occiduntur itaque, et ut fortibus assolet contingere viris, passim a tergo vulnerantur. Quis tunc Romanorum cladis huius superstes fieret, si non imperator sanctus misericordia, quae eis nulla debebatur, inclinatus, suos adhuc interficere sciscientes[d] retraheret, revocaret?

17. Itaque devictis omnibus, atque his qui supererant obsidibus acceptis, venerabilis papa Leo pedibus imperatoris provolutus, orat, ut Romanis obsides reddat, seque eorum fidei commendet. Rogatu denique venerabilis papae Leonis imperator sanctus Romanis obsides reddit, non incertus quod prosecuturus sum incepturos. Igitur Romanorum fidei eundem papam, quemadmodum lupis agnum, commisit. Dein Roma exiens, Cammerinum Spoletumque versus, ubi Adelbertum esse audierat, properavit.

18. Interea mulieres, quibuscum Iohannes, qui dictus est papa, voluptatis suae ludibrium exercebat, ut non ignobiles et plures, concitaverunt Romanos, ut Leonem, summum et universalem papam a Deo et ipsis electum, perderent, et Iohannem in urbem susciperent. Quod cum fecissent, miserante Deo, ex eorum manibus est venerabilis papa Leo liberatus, paucisque secum comitantibus, ad piissimi Ottonis imperatoris misericordiam est profectus.

a) mod 1. b) montrum 1. c) irruent 1. d) *f. c.* sciscitantes? sicientes 5a*.

961. 19. Imperator denique sanctus, tantum dedecus egre ferens, cum ex domni papae Leonis eiectione, tum ex Iohanne cardinali diacone, et Azone scriniario, quorum alterum manu dextera, alterum lingua duobus digitis naribusque abscisis, Iohannes abdicatus defedaverat, reparato exercitu, Roma[a] redire disposuit. Prius tamen quam sancti essent imperatoris copiae congregatae, volens cunctis saeculis innotescere Dominus, quam iuste esset Iohannes papa a suis episcopis et omni plebe repudiatus, quamque postmodum iniuste receptus, quadam nocte extra Romam, dum se cum viri cuiusdam uxore oblectaret, in timporibus adeo a diabolo est percussus, ut infra dierum octo spacium eodem sit vulnere mortuus. Sed eucharistiae viaticum, ipsius instinctu qui eum percusserat[b], non percepit; quemadmodum a suis cognatis et familiaribus, qui praesentes erant, persepe sub attestatione audivimus.

Mai 14.

20. Quo mortuo, Romani omnes, iuramenti quod sancto promiserant imperatori immemores, Benedictum cardinalem diaconem papam constituunt, insuper et iuramento, numquam se eum dimissuros, sed contra eum imperatoris potentiam defensuros, promittunt. Quo audito, imperator urbem vallavit, neminem, qui non membris truncaretur, exire permisit; machinis et fame usque adeo afflixit, donec Romanis nolentibus urbem reciperet, Leonem virum venerabilem debitae sedi restitueret, ac Benedictum summae sedis invasorem eius praesentiae praesentaret.

Iun. 23.

21. Residentibus itaque domno Leone summo et universali papa in eclesia Lateranensi, necnon et imperatore sanctissimo Ottone, episcopis insuper Romanis, Italicis, a Lotharingia et Saxonia archiepiscopis, episcopis, presbiteris, diaconibus, omnique Romanorum plebe, quorum nomina[c] inferius adscribentur, advenit Benedictus, apostolicae sedis invasor, eorum qui se elegerant manibus adductus, pontificalibus vestibus indutus. Quem Benedictus cardinalis archidiaconus tali est sermone adgressus: *Qua tibi auctoritate, quave lege, o invasor, haec pontificalia indumenta usurpasti, superstite hoc praesenti domno nostro venerabili papa Leone, quem tu nobiscum, accusato et reprobato Iohanne, ad apostolicatus culmen elegisti? Num inficiari potes, praesenti domno imperatori iuramento promisisse, numquam te cum ceteris Romanis papam electurum aut ordinaturum absque illius filiique eius regis Ottonis consensu?* Benedictus respondit: *Si quid peccavi, miseremini mei.* Tunc imperator effusis lacrimis, quam misericors esset ostendens, rogavit synodum, ne Benedicto praeiudicium fieret. Si vellet et posset, ad interrogata responderet causamque suam defenderet; quod si non posset aut nollet, ac se culpabilem redderet, tamen pro timore Dei misericordiam aliquam inveniret. Quo audito, ad domni Leonis papae pedes ipsiusque imperatoris isdem Benedictus concite procidens, se pecasse[d], se sanctae Romanae sedis invasorem esse, acclamavit. Post haec pallium sibi abstulit, quod simul cum pontificali ferula, quam manu gestabat, domno papae Leoni reddidit. Quam ferulam isdem papa fregit, et fractam populo ostendit. Deinde Benedictum in terra sedere praecepit. Cui casulam, quam planetam dicunt, cum stola pariter abstulit. Post autem omnibus episcopis dixit: *Benedictum, sanctae Romanae et apostolicae sedis invasorem, omni pontificatus et prespiteratus honore privamus; ob elemosinam vero domni imperatoris Ottonis, cuius sumus opera in sedem debitam restituti, diaconatus eum ordinem habere permittimus, et non iam Romae, sed in exilium ad quod destina*[e]

a) *i. e.* romam. b) percussera 1. c) nra 1. d) *i. e.* peocasse. e) *ita codex* 1. *finit, media in pagina et initio lineae. Codd.* 2. *et* 4. *eodem modo.* set in exilium destinamus 5. set in exilio destinamus 5a. sed in exilium destinamus *editi et Albericus. Sententia poscere videtur*: destinatus est abeat.

LIUDPRANDI RELATIO DE LEGATIONE CONSTANTINOPOLITANA.

Ottones Romanorum invictissimos imperatores augustos, gloriosissimamque Adelheidem imperatricem augustam, Liudprandus [a] sanctae Cremonensis ecclesiae episcopus, semper valere, prosperari, triumphare, anhelat, desiderat, optat.

1. Quid causae fuerit, quod prius litteras [b] sive nuntium meum non susceperitis, ratio subsequens declarabit. Pridie Nonas Iunii Constantinopolim venimus, et ad contumeliam vestram turpiter suscepti, graviter turpiterque sumus tractati; palatio quidem satis magno et aperto, quod nec frigus arceret, sicut nec calorem repelleret, inclusi sumus; armati milites appositi sunt custodes, qui meis omnibus exitum [c], caeteris prohiberent ingressum. Domus ipsa solis nobis inclusis pervia, a palatio adeo sequestrata, ut eo nobis non equitantibus, sed ambulantibus, anhelitus truncaretur. Accessit ad calamitatem nostram, quod Graecorum vinum ob picis, taedae, gypsi commixtionem nobis impotabile fuit. Domus ipsa erat inaquosa, nec sitim saltem aqua extinguere quivimus, quam data pecunia emeremus. Huic magno vae, vae aliud appositum est, homo scili...orum [d] custos, qui cotidianos sumptus praeberet, cui similem si requiras, non terra sed infernus forsan dabit; is enim quicquid calamitatis, quicquid rapinae, quicquid dispendii, quicquid luctus, quicquid miseriae excogitare potuit, quasi torrens inundans in nos effudit. Nec in centum viginti diebus una saltem praeteriit, quae non gemitus nobis praeberet et luctus. 968. Iun. 4.

2. Pridie Nonas Iunii, ut superius scripsimus, Constantinopolim ante portam caream [e] venimus, et usque ad undecimam horam cum equis, non modica pluvia, expectavimus. Undecima vero hora non ratus Nicéphorus, nos dignos esse tam ornatos vestra misericordia equitare, venire iussit, et usque in praefatam domum marmoream, invisam, inaquosam, patulam, sumus deducti; octavo autem Idus [f] sabbatho primo dierum pentecostes, ante fratris eius Leonis coropalati [g] et logothetae praesentiam sum deductus, ubi de imperiali vestro nomine magna sumus contentione fatigati. Ipse enim vos non imperatorem, id est βασιλέα, sua lingua, sed ob indignationem ῥῆγα, id est regem, nostra vocabat. Cui cum dicerem, quod significatur idem esse, quamvis quod significat diversum, me, ait, non pacis sed contentionis causa venisse; sicque iratus surgens, vestras litteras, vere indignans, non per se sed per interpretem suscepit, homo ipse ad personam satis procerus, falso humilis, cui si innisus homo fuerit, manum eius perforabit.

3. Septimo autem Idus [h], ipso videlicet sancto die pentecostes, in domo, quae dicitur Στεφάνα, id est Coronaria, ante Nicephorum sum deductus, hominem satis monstruosum, pygmaeum, capite pinguem, atque oculorum parvitate talpinum, barba curta, lata, spissa et semicana foedatum, ceruice digitali turpatum, prolixitate et densitate comarum satis hyopam * [1], colore Aethiopem, cui per mediam nolis occurrere noctem, ventre extensum, natibus siccum, coxis ad mensuram ipsam brevem longissimum, cruribus parvum, calcaneis pedibusque aequalem, villino * sed nimis veternoso vel diuturnitate ipsa foetido et pallido ornamento indutum, Sicioniis calceamentis calceatum, lingua procacem, ingenio * vulpem, periurio seu mendacio Ulyxem. Semper mihi, domini mei imperatores [2] augusti, formosi, quanto hinc formosiores visi estis? Semper ornati, quanto hinc ornatiores? Semper potentes, quanto hinc potentiores? Semper mites, quanto hinc mitiores? Semper virtutibus pleni, quanto hinc pleniores? Sedebant ad sinistram, non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli imperatores [2], eius quondam domini nunc subiecti, cuius narrationis initium hoc fuit: Iun. 7. * hirtum. * byssino. * ingenüis. 2

4. *Debueramus, immo volueramus, te benigne magnificeque suscipere; sed domini tui impietas non permittit, qui tam inimica invasione Romam sibi vindicavit, Berenga-*

a) *ita ubique correxi;* Iuitprandus *Canisius edidit.* b) literas *C; qui etiam* millia, littus, opportunus, imo, tentare, solennis, quotidianus, quatenus, eleemosyna, Ioannes, nuncius *contra Liudprandi scribendi rationem exprimi fecit, quod correximus.* c) exitium *C.* d) Scilliorum *al.* Siciliorum *C. fortasse legendum:* homo scilicet nostrorum (domorum?) custos. e) *fort.* Auream *C.* f) id est *C.* g) coroplati *C. semper.* — *Coropalata. Coripp. lib. 2. factus mox cura palati. Et lib. 1. Vocitatus cura palati CANIS.* h) id est *C.* i) imperatoris *C.*

1) suis (ὗς) faciem (ὄψ) praeferentem. 2) Basilius et Constantinus Romani imperatoris filii. *CAN.*

968. Iun. 7. rio[3] et Adelberto contra ius fasque vitam abstulit, Romanorum alios gladio, alios suspendio interemit, oculis alios privavit, exilio alios relegavit[4], et imperii nostri insuper civitates homicidio aut incendio sibi subder[a] temptavit; et quia affectus eius pravus effectum habere non potuit, nunc te malitiae huius suggestorem atque impulsorem, simulata pace, quasi ἄσκοπον[b], id est exploratorem, ad nos direxit.

5. Cui inquam ego: Romanam civitatem dominus meus non vi aut tyrannice invasit, sed a tyranni, immo tyrannorum, iugo liberavit. Nonne effeminati dominabantur eius? et quod gravius sive turpius, nonne meretrices? Dormiebat, ut puto, tunc potestas tua, immo decessorum tuorum, qui nomine solo, non autem re ipsa, imperatores Romanorum vocantur. Si potentes, si imperatores Romanorum erant, cur Romam in meretricum potestate sinebant? Nonne sanctissimorum paparum alii sunt relegati, alii a te aflicti, ut neque cotidianos sumptus nec elemosinam habere quirent? Nonne Adelbertus contumeliosas litteras Romano et Constantino, decessoribus tuis, imperatoribus misit? Nonne sanctissimorum apostolorum ecclesias rapinis expoliavit? Quis ex vobis imperatoribus, zelo Dei ductus, tam indig[5]um facinus vindicare et sanctam ecclesiam in statum proprium reformare curavit? Neglexistis vos, non neglexit dominus meus, qui a finibus terrae surgens Romamque veniens, impios abstulit, et sanctorum apostolorum vicariis potestatem et honorem omnem contradidit. Postmodum vero insurgentes contra se et domnum apostolicum, quasi iurisiurandi violatores, sacrilegos, dominorum suorum apostolicorum tortores, raptores, secundum decreta imperatorum Romanorum, Iustiniani, Valentiniani, Theodosii et caeterorum, cecidit, iugulavit, suspendit, et exilio relegavit; quae si non faceret, impius, iniustus, crudelis, tyrannus esset. Palam est, quod Berengarius et Adelbertus sui milites effecti, regnum Italicum sceptro aureo ex
5 eius manu susceperant[5], et praesentibus servis tuis, qui nunc usque supersunt et hac in civitate degunt, iureiurando fidem promiserunt. Et quia, suggerente diabolo, hanc perfide violarunt, iuste illos, quasi desertores sibique rebelles, regno privavit; quod ita subditis tibi et postmodum rebellibus faceres.

6. Sed non, ait, Adelberti hoc profitetur miles. Cui inquam: Si secus dixerit, meorum aliquis militum, si iubes, eras, ita rem esse, duello declarabit. Esto, inquit,
[c] terram. fecerit haec, ut ais, iuste. Nunc cur imperii nostri terminos[c] bello incendioque aggressus sit, expedi. Amici eramus, societatemque indissolubilem, nuptiis interpositis, facere cogitabamus.

7. Terram, inquam, quam imperii tui esse narras, gens incola et lingua Italici regni esse declarat. Tenueruntque illam potestative Langobardi; quam et Lodovicus, Langobardorum seu Francorum imperator, de manu Saracenorum, multitudine prostrata, liberavit. Sed et Landulphus, Beneventanorum et Capuanorum princeps, septennio potestative eam sibi subiugavit. Nec a servitutis eius seu successorum suorum iugo usque ad praesens exiret, si non, immensa data pecunia, Romanos[e] imperator nostri regis Hugonis amicitiam emeret. Et haec causa fuit, quod nepoti suo et aequivoco, regis
6 nostri, eiusdem Hugonis, spuriam coniugio copulavit[6]. Et, ut considero, domino meo non gratiam sed impotentiam ascribis, quod post Italiae seu Romae acquisitionem tot annis eam tibi dimiserit. Societatem vero amicitiae, quam te parentela voluisse
[d] induxisse. facere dicis, fraudem nos dolumque tenemus; pausanas[d] exigis, quas nec te exigere neque nos concedere ratio ipsa compellit. Verum ut fallacia exsculpatur, veritas non reticeatur: misit me dominus meus ad te, ut si filiam Romani imperatoris et Theophanae imperatricis, domino meo filio suo, Ottoni imperatori augusto, in coniugium tradere volueris, iuramento mihi affirmes, et ego, pro gratiarum recompensatione haec et haec dominum meum tibi facturum et observaturum, iureiurando affirmabo. Sed et optimam amicitiae arabonam[e] fraternitati tuae nunc dominus meus contulit, cum Appuliam omnem potestati subditam, meo interventu, cuius hoc suggestione malum factum esse dicis[d]. Cuius rei tot sunt testes, quot sunt totius Appuliae habitatores.

a) subducere BROWER *Ann. Trev.* p. 471. *ex codice.* b) *fort.* κατάσκοπον *C.* c) dominum *C.* d) *scil.* dimiserit? reliquerit? e) romanus *C.* arrabonem *BAR.*

3) obiit a. 966. 4) a. 967 ineunte. Contin. Regin. 5) anno 952 Augustae. 6) v. Antapod. V. c. 14.

8. *Secunda*, inquit Nicephorus, *hora iam transiit; προέλευσις, id est processio, nobis est celebranda. Quod nunc instat agamus. Contra haec, cum oportunum fuerit, respondebimus.* sat. Ian. 7.

9. Non pigeat me, *προέλευσιν* ipsam describere[7], et dominos meos, audire. Negotiatorum multitudo copiosa ignobiliumque personarum, ea sollempnitate, collecta, ad susceptionem et laudem Nicephori, a palatio usque ad sanctam Sophiam, quasi pro muris, viae margines tenuit, clypeolis tenuibus satis et spiculis vilibus dedecorata. Accessit et ad dedecoris huius augmentum, quod vulgi ipsius potior pars, ad laudem ipsius, nudis processerat pedibus. Credo sic eos putasse, sanctam ipsam potius exornare *προέλευσιν*. Sed et optimates sui, qui cum ipso per plebeiam et discalceatam multitudinem ipsam transierant, magnis et nimia vetustate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius cotidiana veste induti procederent. Nullus est, cuius atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, nisi ipse solus Nicephorus, quem imperialia ornamenta, ad maiorum personas sumpta et composita, foediorem reddiderant. Per salutem vestram, quae mihi mea carior extat, una vestrorum pretiosa vestis procerum, centum horum et eo amplius pretiosior est! Ductus ego ad *προέλευσιν* ipsam, in eminentiori loco iuxta psaltas, id est cantores, sum constitutus. 7

10. Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores psaltae: *Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutu solis radios, pallida Saracenorum mors, Nicephorus μέδων*, id est *princeps!* Unde et cantabatur: *μέδοντι*, id est *principi, Nicephoro, πολλὰ ἔτη*, id est *plures anni sint*[8]*! Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla subdite!* Quanto tunc verius canerent: Carbo exstincte veni, *μέλλε*, anus incessu, Sylvanus vultu, rustice, lustrivage, capripes, cornute, bimembris, setiger, indocilis, agrestis, barbare, dure, villose, rebellis, Cappadox! Igitur falsidicis illis inflatus naeniis, sanctam Sophiam ingreditur, dominis suis imperatoribus se a longe sequentibus et in pacis osculo ad terram usque adorantibus. Armiger huius sagitta calamo immissa aeram[a, 9] in ecclesia ponit, quae prosequitur, quo nimirum tempore imperare coeperit, et sic aeram, qui id non viderunt, intelligunt. 8 9

11. Hac eadem die convivam me sibi esse iussit. Non ratus autem, me dignum esse cuipiam suorum praeponi procerum, quintus decimus ab eo absque gausape sedi; meorum nemo comitum, non dico solum mensae non assedit, sed neque domum, in qua conviva eram, vidit. Qua in coena temporis satis, et obscena, ebriorum more, oleo delibuta, alioque quodam deterrimo piscium liquore aspersa, multa super potentia vestra, multa super regnis et militibus me rogavit. Cui cum consequenter et vere responderem, *Mentiris!* ait, *Domini tui milites equitandi ignari, pedestris pugnae sunt inscii, scutorum magnitudo, loricarum gravitudo, ensium longitudo, galearumque pondus neutra parte eos pugnare sinit*, ac subridens: *Impedit*, inquit, *eos et gastrimargia*, hoc est *ventris ingluvies; quorum Deus venter est; quorum audacia, crapula; fortitudo, ebrietas; ieiunium, dissolutio; pavor, sobrietas. Nec est in mari domino tuo classium numerus. Navigantium fortitudo mihi soli inest, qui eum classibus aggrediar, bello maritimas eius civitates demoliar, et quae fluminibus sunt vicina, rediguam in favillam. Quis, cedo, mihi etiam in terra copiarum paucitate resistere poterit? Filius non abfuit*[b] *uxor non defuit; Saxones, Suevi, Bagoarii*[c]*, Italici omnes cum eo adfuerunt, et cum civitatulam unam sibi resistentem capere nescirent, immo nequirent, quomodo mihi resistent venienti? quem tot copiae prosequentur,*

Gargara[10] *quot segetes, quot habet Methymna racemos,*
Quot caelum stellas, quot mare in flatibus undas! 10

12. Cui cum respondere et apologeticum, dignum inflatione hac, evomere[d] vellem, non permisit; sed adiecit quasi ad contumeliam: *Vos non Romani, sed Langobardi estis!* Cui adhuc dicere volenti, et manu, ut tacerem, innuenti, commotus inquam:

a) al. aram C. b) adfuit C. c) boarii C. d) emovere C.

7) cf. Constantini Porphyrogeniti librum de ceremoniis aulae Byzantinae L. I. c. 9. 8) Codinus Curopal. lib. de offic. aulae Constantinop. ἅμα ὄντι τῷ τὸν βασιλέα φανῆναι, οἱ ψάλται αὐτίκα ψάλλουσι τὸ πολυχρόνιον, simul atque apparet Imperator cantores statim canunt; ad multos annos, quod Curopalata vocat *πολυχρονίζειν*. Et ipsam actionem seu cantionem multos annos precandi, *πολυχρόνισμα*. C. 9) i. e. annum imperii. 10) Ovid. de arte amandi I. 56.

968. Iun. 7. *Romulum fratricidam, ex quo et Romani dicti sunt, porniogenitum,* hoc est *ex adulterio natum, choronographia innotuit; asylumque sibi fecisse, in quo alieni aeris debitores, fugitivos servos, homicidas, ac pro reatibus suis morte dignos suscepit, multitudinemque quandam talium sibi ascivit, quos Romanos appellavit; ex qua nobilitate propagati sunt ipsi, quos vos kosmocratores,* id est *imperatores, appellatis; quos nos, Langobardi*[a] *scilicet, Saxones, Franci, Lotharingi, Bagoarii*[b] *Suevi, Burgundiones, tanto dedignamur, ut inimicos nostros commoti nil aliud contumeliarum, nisi: Romane! dicamus, hoc solo, id est Romanorum nomine, quicquid ignobilitatis, quicquid timiditatis, quicquid avaritiae, quicquid luxuriae, quicquid mendacii, immo quicquid vitiorum est, comprehendentes. Imbelles vero nos et equitandi inscios quia dicis, si christianorum peccata promerentur, ut in hac austeritate perdures, quales vos estis quamve pugnaces nos simus, bella proxima demonstrabunt.*

13. Talibus Nicephorus exacerbatus dictis, manu silentium indixit, mensamque sine latitudine longam auferri, meque in invisam domum, seu ut verius fatear carcerem, reverti praecepit. Ubi post biduum, cum indignatione tum aestu et siti, magno sum languore affectus. Sed et asseclarum meorum nemo exstitit, qui non eodem ebriatus poculo, diem sibi ultimum imminere formidaret. Cur, quaeso, non aegrotarent, quibus erat potus pro optimo vino salsugo; pro culcitra non foenum, non stramen, non saltem terra, sed durum marmor, pro cervicali lapis? quibus patula domus non calorem, non imbrem, non frigus arcebat. Ipsa, si vellet, Salus his circumfusa, ut vulgo loquimur, eos salvare non posset. Proprio ergo atque meorum debilitatus angore, convocato ad me custode, immo persecutore, meo, non precibus solum, sed pretio obtinui, ut epistolam meam hunc modum continentem Nicephori fratri deferret:

11 14. *Leoni coropalati et logothetae τῷ δρόμῳ*[11] *Liudprandus episcopus. Si imperator serenissimus petitionem, ob quam veni, perficere cogitat, non fatigant me, quas hic sustineo, passiones; litteris solummodo meis et nuntio ut instruatur dominus meus, me hic moram ab re non facere. Quod si secus res sese habet, navis est*[e] *hic Venetico-rum oneraria, quae*[d] *proficisci festinat; hanc me aegrotum ingredi sinat, ut si dissolutionis meae tempus advenerit, cadaver meum genitale saltem solum suscipiat.*

15. Quas cum legisset, se post quatriduum me iussit adire. Sederunt cum eo ad disceptationem vestram, secundum eorum traditionem, sapientissimi viri, Attico pollentes eloquio, Basilius parakinumenos[e] proto a secretis, protovestiarius et duo magistri, quorum hoc fuit narrationis initium: *Quid causae sit, quare te huc fatigasti, frater, edissere.* Quibus cum parentelae gratia, quae esset occasio infinitae pacis, edicerem, inquiunt: *Inaudita res est, ut porphyrogeniti porphyrogenita,* hoc est *in purpura nati filia in purpura nata, gentibus misceatur. Verum quia tam excellentem rem petitis, si datis quod decet, accipietis quod libet; Ravennam scilicet et Romam cum his omnibus continuatis, quae ab his sunt usque ad nos. Si vero amicitiam absque parentela desideratis, Romam liberam esse dominus tuus permittat; principes autem, Capuanum scilicet et Beneventanum, sancti nostri imperii olim servos, nunc rebelles, servituti pristinae tradat.*

16. Quibus: *Dominum meum,* inquam, *potentiores habere Schlavos Petro Bulgarorum rege, qui Christophori imperatoris filiam in coniugium duxit, etiam ipsi non ignoratis! — Sed Christophorus,* aiunt, *non porphyrogenitus fuit.*

17. *Romam vero,* inquam, *quam vos liberam esse velle perstrepitis, cui servit? cui tributa persolvit? Nonne prius meretricibus serviebat? et vobis dormientibus, immo non valentibus, dominus meus imperator augustus a tam turpi servitute liberavit? Constantinus imperator augustus, qui hanc ex suo nomine condidit civitatem, sanctae apostolicae Romanae ecclesiae, ut erat kosmocrator, multa donaria contulit, non in Italia solum, sed in omnibus pene occidentalibus regnis, necnon de orientalibus atque meridianis, Graecia scilicet, Iudaea, Perside, Mesopotamia, Babylonia, Aegypto, Libya, ut ipsius testantur privilegia, quae penes nos sunt. Sane quicquid in Italia, sed et*[f]

a) longobardi C. b) baoarii C. c) et C. d) onerariaque C. e) paracknoumenos C. f) vocem adieci.

11) Logotheta δρόμου Ioannes Zimisca fuit, Nicephori successor, de quo Zonaras: τῆς στρατιωτικῆς ἀρχῆς παύσας αὐτὸν (Nicephorus) εἰς πολιτικὴν μεταίθησι λογοθέτην τοῦ δρόμου. C.

in Saxonia, Bagoaria[a], *omnibus domini mei regnis est, quod ad apostolorum beatorum* 968.
ecclesiam respicit, sanctissimorum apostolorum vicario contulit. Et si est, ut dominus meus ex his omnibus civitates, villas, milites aut familiam obtineat, Deum negavi. Cur imperator vero non itidem facit, ut ea, quae suis insunt regnis, apostolorum ecclesiae reddat, et per laborem atque munificentiam domini mei ditem et liberam, ditiorem ipse ac liberiorem reddat?

18. *Sed hoc*, ait Basilius parakinumenos[b], *faciet, cum ad nutum suum Roma et Romana ecclesia ordinabitur.* Tum: *Homo*, inquam, *quidam, multam ab alio passus iniuriam, his Deum aggressus est verbis:* Domine, vindica me de adversario meo! *Cui Dominus:* Faciam, *inquit*, in die cum reddam unicuique secundum opera sua! *At ille:* Quam tarde! *infit.*

19. Tunc omnes praeter fratrem cachinno commoti, disceptationem dimiserunt, meque in invisam domum reduci praeceperunt, magnaque custodiri cautela usque in sanctorum apostolorum religiosis cunctis celebrem diem. Qua celebritate me satis aegro- Iun. 29.
tum, necnon et Bulgarorum nuntios, qui pridie venerant, ad sanctos apostolos sibi obviare praecepit. Cumque post naeniarum garrulitatem et missarum celebrationem ad mensam invitaremur, in citeriori mensae margine, quae erat sine latitudine longa, Bulgarorum nuntium, Ungarico more tonsum, aenea catena cinctum, et ut mens mihi suggerit, catechumenum, mihi praeponit; ad vestram plane, domini mei augusti, contumeliam. In vobis contemptus, in vobis spretus, in vobis abiectus. Sed gratias ago domino Iesu Christo, cui vos servitis omni spiritu vestro, quod habitus sum pro nomine vestro dignus contumelias pati. Verum, domini mei, meam non considerans sed vestram iniuriam, mensam reliqui. Cumque indignans abire vellem, Leo coropalates, imperatoris frater, et proto a secretis Simeon, pone me sequuntur, haec latrantes: *Cum Christophori filiam Petrus, Bulgarorum vasileus, coniugem duceret, symphona*, id est *consonantia scripta, iuramento firmata sunt, ut omnium gentium apostolis*, id est *nuntiis, penes nos Bulgarorum apostoli praeponantur, honorentur, diligantur. Bulgarorum ille apostolus, quamquam, ut dicis et verum est, tonsus, illotus, et catena aenea cinctus sit, patricius tamen est, cui episcopum praeponere, Francorum praesertim, nefas decernimus, iudicamus. Et quoniam te id indigne ferre cognoscimus, non te nunc, ut putas, ad hospitium redire sinimus, sed in diversorio quodam cum imperatoris servis cibum gustare compellimus.*

20. Quibus ob incomparabilem cordis dolorem nil respondi, sed quae iusserant feci; indignum[c] iudicans mensam, qua non dico mihi, id est Liudprando episcopo, sed Bulgarorum nuntius vestro praeponitur nuntio. Sed lenivit dolorem meum imperator sanctus munere magno, mittens mihi ex delicatissimis cibis suis haedum pinguem, ex quo ipse comederat, allio, cepe, porris laute suffarcinatum, garo delibutum, quem vestrae tunc mensae inesse optavi, ut qui delicias sancti imperatoris faustas esse non creditis, saltem his perspectis credere tis.

21. Transactis ergo octo diebus, cum Bulgari iam abessent, putans me mensam magnifacere suam, in eodem loco me satis aegrotum secum convivare coegit. Adfuit cum pluribus episcopis et patriarcha[12], quibus praesentibus, plures mihi quaestiones de 12
scripturis sacris proposuit, quas cum Spiritu sancto afflante eleganter exposui, novissime autem, ut de vobis ludum haberet, quas synodos haberemus rogavit. Cui cum Nicenam, Chalcedonensem, Ephesinam, Antiochenam, Carthaginensem, Ancyranam, Constantinopolitanam edicerem: *Ha! ha! he!* ait, *Saxonicam dicere es oblitus, quam si rogas, cur nostri codices non habent, rudem esse, et ad nos necdum venire posse, respondeo.*

22. Cui inquam: *In quo membro regnat infirmitas, illud est cauterio exurendum. Haereses omnes a vobis emanarunt, penes vos viguerunt; a nobis, id est occidentalibus, hic sunt iugulatae, hic sunt occisae. Romanam sive Papiensem synodum, quamquam essent saepe, his non connumeramus. Romanus enim clericus, postmodum universalis papa, Gregorius, qui a vobis appellatus est Dialogus, Eutychium Constantinopolitanum patriarcham haereticum ab eiusmodi haeresi liberavit. Aiebat idem Eutychius, nec solum*

a) baoaria C. b) parakimomenos C. c) indignam *legendum videtur* C.
12) Patriarcha hic fuit Polyeuctus. C.

968. Iul. *aiebat, sed etiam docebat, clamabat, scriptitabat, nos in resurrectione non veram, quam hic habemus, sed fantasticam quandam carnem assumpturos; cuius erroris liber a Gregorio orthodoxe est combustus. Sed Evodius Papiensis episcopus, propter aliam quandam haeresin huc, id est Constantinopolim, a Romano est patriarcha directus, quam compressam in catholicam atque orthodoxam reformavit. Saxonum genus, ex quo sanctum lavacrum et Dei accepit notitiam, nulla est haeresi maculatum, ut ibi synodus fieret, qua errorem, cum nullus esset, corrigeret. Rudem quia dicis Saxonibus esse fidem, id ipsum et ego affirmo; semper enim apud eos Christi fides rudis est, et non vetus, ubi fidem opera sequuntur. Hic fides non rudis sed vetus est, ubi fidem opera non comitantur, sed quasi prae vetustate, ut vestis contempta, contemnitur. Sed hanc synodum factam esse in Saxonia certo scio, in qua tractatum est et firmatum, decentius ensibus pugnare quam calamis, et prius mortem obire quam hostibus terga dare. Quod vel tuus exercitus experitur!* In corde meo dixi: *et quam sint pugnaces, re ipsa experiatur!*

23. Verum hac eadem die, post meridiem, adeo impotentem et transfiguratum me revertenti ad palatium sibi praecepit occurrere, ut obviantes mihi quae prius, in stuporem mentis mulieres versae: *Mana, mana*[a], clamabant, miseriam meam pugnis pectora tunsae. Dicebatur: *ταπεινὲ καὶ ταλαίπωρε!* Cui[b], Nicephoro scilicet venienti, et vobis absentibus, quid tunc manibus in coelum erectis optaverim, proveniat utinam! Sed mihi velim credatis, ad risum me non parum illexit. Impatienti enim atque effreni insidens equo, satis parvus satis magno, puppam ipsum mens sibi depinxit mea, quam Schlavi vestri equino colligantes pullo, matrem praecedentem sequi effrenate dimittunt.

24. His expletis, ad concives et cohabitatores meos, quinque leones, in praenominatam invisam domum sum deductus, ubi post hebdomadarum spatium trium, nullius nisi meorum sum colloquio visitatus. Qua ex re, Nicephorum nunquam me velle dimittere, mens sibi depinxit mea, ac tristitia immodica languorem languori adeo superimposuit, ut vita excederem, nisi mihi hanc Dei genitrix a creatore et filio suo precibus obtineret; quemadmodum, non fantastica sed vera, est mihi visione monstratum.

25. His ergo tribus hebdomadibus habuit Nicephorus extra Constantinopolim metastasin, id est stationem, in loco qui dicitur *εἰς πήγας*, id est Ad fontes, eodemque me venire praecepit. Et cum tam languidus essem, ut non solum statio, sed ipsa etiam sessio gravis mihi morae videretur, discooperto capite, quod malae valetudini meae nimis contrarium erat, ante se me stare coegit; cui et ait: *Domini tui regis Ottonis nuntii, qui praeterito te praecesserant anno, iuramento mihi promiserunt, et iurisiurandi litterae inpraesentiarum sunt, nunquam illum in aliquo nostrum scandalizare imperium. Vis maius scandalum, quam quod se imperatorem vocat, imperii nostri themata sibi usurpat? Utraque non sunt ferenda; et si utraque importabilia, istud est non ferendum, immo nec audiendum, quod se imperatorem nominat. Sed si confirmas eadem quae ipsi fecerunt, fortunatum te atque locupletem imperii nostri maiestas cito dimittet.* Id autem eo non dixit, ut vos, si mea hoc stultitia faceret, conservatos sperarem; sed voluit habere prae manibus, quod in laudem suam et contumeliam nostram ostenderet futuris temporibus.

26. Cui inquam: *Nuper sanctissimus dominus meus, ut est sapientissimus et spiritu Dei plenus, haec praenoscens quae asseris, ne terminos, quos constituit mihi, transcenderem, ἐντόλια*, id est *praeceptum, conscripsit, quod et sigillo signavit suo, ne secus facerem.* Scis, domine mi auguste, qua id fiducia dixerim. *Ἐντόλια istud in medium proferatur, et quicquid iusserit, iuramento a me tibi firmetur. Sed praeteriti nuntii praeter iussionem domini mei promiserunt, iuraverunt, conscripserunt. Ita est, ut Plato ait: Causa penes optantem, Deus extra culpam.*

27. His expletis, ventum est ad nobilissimos principes Capuanum et Beneventanum, quos ipse servos nominat, et ob quos intestinus ipsum agitat dolor. *Servos*, inquit, *meos dominus tuus in tutelam recipit suam; quos si non dimiserit et in pristinam servitutem redegerit, nostra amicitia carebit. Ipsi, in imperium nostrum ut recipiantur, flagitant; sed recusat eos nostrum imperium, ut cognoscant et experiantur, quam*

a) id est, mater mater *BAR.* b) Cui? N. s. v. et v. absentibus. Quid *C.*

periculosum sit, servos a dominis declinasse, servitutem effugere. Et est decentius 968.
domino tuo, ut mihi eos tradat amicus, quam mihi dimittat invitus. Experientur plane, vita comite, quid sit herum fallere, quid sit servitutem deserere; et, ut puto, sentiunt nunc quod dico, operantibus hoc nostris, qui sunt ultra mare, militibus.

28. Quibus respondere me non permisit; sed abire cupientem, ad mensam suam redire praecepit. Cui pater[13] assedit, homo, ut mihi videbatur, natus centum quinquaginta annis. Cui itidem, ut filio, Graeci in laudibus, immo in ventis suis, Deus annos ut multiplicet, conclamant. Qua in re, quam sint Graeci stulti, quamve huius gloriae amatores, quamve adulatores, quam cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed silicernio[14], quod naturam ipsam non pati certo sciunt; gaudet et silicernium ea sibi optari, quae nec Deum facere, nec sibi[a] prodesse sed obesse, etiam si faceret, novit. Quod quaeso Nicephorum gaudere pacis[b] ..... illum et phosforum clamabant. Impotentem virilem, stultum sapientem, brevem magnum, nigrum album, peccatorem sanctum dicere, mihi credite, non laus sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari quam propria, avibus omnino est similis, quarum intuitum nox illuminat, dies caecat. 13 14

29. Sed redeamus ad rem. Hac in coena[c], quod prius non fecerat, voce elata[d] beati Iohannis Chrysostomi homiliam in apostolorum actibus legere iussit. Post cuius lectionis terminum, cum ad vos redeundi licentiam quaererem, capite se ita facturum innuens, recipi me ad concives et cohabitatores meos leones persecutori meo indixit. Quod cum fieret, non sum ab eo visus usque in tertiodecimo Calendas Augusti, sed diligenter custoditus, ne cuiuspiam fruerer sermone, qui suos mihi actus indicaret. Interea Grimizonem, Adelberti nuntium, se adire iussit, quem cum navali suo exercitu redire praecipit. Fuerunt chelandia 24, Rusiorum[e] naves 2, Gallicae 2; si plus miserit, quas non viderim, nescio. Vestrorum, domini mei imperatores augusti, militum fortitudo non eget, ut adversariorum impotentia animetur; quod in his saepe expertum est gentibus, quarum etiam ultimi et caeterorum comparatione impotentes, Graecam fortitudinem straverunt, tributariam fecerunt. Sicut enim vos non terrerem, si fortissimos illos et Alexandro Macedoni similes praedicarem, sic et vos non[f] instigo, cum impotentiam eorum, quae vera est, narro. Mihi credatis velim, et credetis scio, omnem ipsum exercitum quadringentis vestris[g], si fossa murive non impediant, posse occidere, cui exercitui, ut puto ad contumeliam vestram, hominem quandam — sed quandam eo dixi, quia mas esse desiit, mulier fieri nequit — praeposuit. Adelbertus octo milia loricatorum se habere Nicephoro mandavit, quibuscum, Argivo adminiculante exercitu, vos fugare aut sternere dicit, rogavitque aemulum vestrum, ut pecunia illi mitteretur, qua illos avidius ad pugnam instigaret. Iul. 20.

30. Sed nunc, domini mei,

Accipite[15] insidias Danaum; et crimine ab uno 15
Discite omnes.

Nicephorus mancipio illi, cui collectitium atque conductitium commendavit exercitum, pecuniam satis magnam hac ratione dedit, ut si Adelbertus cum septem milibus loricatorum et eo amplius, sicut mandavit, se adierit, tunc donativum eis illud distribuat, Cona frater suus cum ipso et Argolico exercitu vos impugnet, Adelbertus vero Bareis diligenter custodiatur, donec potitus victoria frater redeat. Quod si veniens tot hominum milia non duxerit, ut capiatur, vinciatur, vobisque eo venientibus tradatur, insuper et pecunia quae ei debebatur vestras in manus conferatur, edixit. O bellatorem! o fidelem! Prodere cupit, cui[h] defensorem parat; defensorem parat, quem perdere cupit; in neutro fides, in utroque infidelitas; fecit, quo non eguit, eguit, quod non fecerat. Sed esto; fecerit, ut Graecos decuit! Nos ad propositum redeamus.

31. Quartodecimo Calendas Augusti collectitium ipsum navalem exercitum, nec ab invisa domo spectante, dimisit. Decimotertio autem, quo die leves Graeci raptionem Iul. 19. Iul. 20.

a) tibi *C.* b) Hic deest aliquid *C.* c) caena C. d) *al.* vocelatus, ex quo corrigo voce elata. *CAN.* qui voce Latina *in textu habet.* e) *ita corbexi.* Russorum *C.* f) *deest C.* g) *scilicet vos.* h) *al.* qui *C.*

13) Fuit is Bardas, quem Nicephorus imperium adeptus Caesarem salutavit. *CAN.* 14) *seni decrepito.* 15) Virg. Aen. II. 65.

968. Heliae prophetae ad caetos ludis scenicis celebrant, me se adire praecepit, cui et ait: Iul. 20. *Imperium nostrum copias in Assyrios ducere cogitat, non super christicolas, quemadmodum dominus tuus. Praeterito quippe anno id ipsum facere volui, sed audito, quod dominus tuus imperii nostri terram invadere vellet, dimissis Assyriis, illum versus habenas retorsimus; obviavitque nobis in Macedonia Dominicus Venedicus, nuntius suus, qui multo labore et sudore nos, ut reverteremur, delusit, iureiurando nobis affirmans, nunquam dominum tuum esse id cogitaturum, nedum facturum. Revertere ergo* — quod cum audissem tacitus *Deo gratias!* dixi — *et haec atque haec tuo domino nunciato; si me compotem fecerit, ipse redito.*

32. Cui: *Iubeat*, inquam, *sanctissimum imperium*[a] *tuum, me in Italiam cito advolare, certa ratione, quod dominus meus, quae vult imperium tuum, compleat, et laetus ego ad te redeam.* Quod qua mente dixerim, nec ipsum, proh dolor! latuit. Nam subridens, simul capite innuit, meque terra[b] tenus se adorantem atque abeuntem extra, foris manere, atque ad coenam, allio et cepa bene olentem, oleo et garo sordidam, venire praecepit; magnisque die illa effeci precibus, ut munus meum, quod saepe aspernatus erat, dignaretur accipere.

33. Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam, pallingi[c] latitudine tectam, longitudine seminudam, ex Francis, quo nomine tam Latinos quam Teutones comprehendit, ludum habuit; rogavitque me, ut, quo in loco episcopatus mei civitas esset, quove nomine frueretur, edicerem. Cui: *Cremona*, inquam, *Eridano fluviorum Italiae regi satis vicina. Et quia imperium tuum chelandia eo mittere properat, prosit mihi te vidisse, prosit agnovisse! Da pacem loco, ut per te saltem possit subsistere, qui tibi non potest resistere!* Sed vafer ille haec σιφωνικῶς me dixisse cognovit, submissoque vultu se ita facturum promisit, iuravitque mihi per sancti sui virtutem imperii, nil me mali passurum, sed prospere suis cum chelandiis usque in Anchonitanum portum cito perventurum; et mihi id tunso digitis pectore iuravit.

34. Verum quam impie peieraverit, animadvertite. Haec acta, haec dicta sunt de-16 cimotertio Kalendas Augusti, secunda feria[16], quo ex die usque in nonum stipendiorum nihil ab eo recepi, cum tanta esset Constantinopoli fames, ut viginti quinque asseclas meos et quatuor custodes Graecos tribus aureis una coena nequirem reficere. Quarta Iul. 22. feria ipsius hebdomadae Nicephorus Constantinopolim egreditur, in Assyrios profecturus.

35. Quinta feria frater suus me accersivit, quem ita convenit: *Sancto imperatore* Iul. 23. *praemisso, domi hodie dispositionis eiusdem causa substiti; nunc si te sanctum imperatorem visendi desiderium obtinet, et si quidquam, quod necdum prodideris, habes, edissere.* Cui inquam: *Nec sanctum imperatorem videndi, nec rei novae narrandae habeo causam; unum hoc peto, secundum sancti imperii promissionem ut chelandiis in Anchonitanum portum usque deducat.* Quo audito — ut sunt Graeci per caput alterius semper iurare parati — per imperatorium caput, per vitam propriam, per liberos, quos Deus ita, ut verum dixit, conservet, se id completurum, iurare coepit. Cui cum: *Quando?* dicerem, *Mox discedente*, inquit, *imperatore; Delongaris enim, sub cuius manu navium est omnis potestas, recedente sancto imperatore, curam tui aget.* Hac spe ludificatus, laetus ab eo recessi.

Iul. 36. Post sequentem vero diem, sabbatho scilicet, in Umbriam, qui est locus decem 25 et octo miliaribus Constantinopoli distans, Nicephorus me accersiri iubet; cui et ait: *Putabam te quidem virum magnum et honestum ea gratia huc venisse, ut completa omnimodo voluntate mea, perpetuam inter me et dominum tuum constitueres amicitiam. Et quoniam ob cordis tui duritiem id facere nolis, unum saltem, quod facere iusta ratione possis, efficito; scilicet dominum tuum principibus Capuano et Beneventano, servis meis, quos oppugnare dispono, nullum consilium collaturum. Sua qui non largitur, nostra saltem dimittat. Nota*[d] *res est, quod eorum patres et avi nostro imperio tributa dederunt; at id istos brevi tempore facturos, imperii nostri exercitus laborabit.*

Cui inquam: *Principes isti apprime nobiles et domini mei sunt milites; qui si*

a) Imperatorem C. b) contra C. c) *al.* pallii, *al.* palmi C. d) Noua C.

16) vere hoc anno dies 13. Kal. Aug. in secundam feriam incidit.

senserit exercitum tuum super eos irruere, eis copias mittet, quibuscum tuos conterere, 968 Iul. 25.
et duo illa themata, quae ultra mare habes, tibi praevalebunt auferre. Tunc bufonis in modum tumefactus et commotus: *Discede*, inquit, *Per me, per qui me talem genuere parentes*[17], *faciam ut aliud dominus tuus, quam desertores servos defendere, cogitet.* 17

37. Cumque abirem, iussit interpreti, me sibi convivam fieri; accitisque eorundem principum fratre et Bysantio Barisiano, magnas in vos gentemque Latinam et Teutonicam contumelias evomere iussit. Verum cum a sordida coena[a] ipse discederem, nuntiis interpositis clam mihi mandaverunt et iuraverunt, se quae latraverant non sponte, sed imperatore volente et comminante, dixisse. Sed et idem Nicephorus in eadem coena me interrogavit, si vos perivolia, id est briolia[18], vel si in perivoliis onagros vel 18
caetera animalia haberetis? Cui cum, vos brolia et in broliis animalia, onagris exceptis, habere, affirmarem: *Ducam te*, inquit, *in nostrum perivolium, cuius magnitudinem et onagros*, id est *sylvestres asinos, te vidisse miraberis.* Ductus itaque in perivolium satis magnum, montuosum, fructuosum, minime amoenum[b], cum pileatus equitarem, meque coropalates a longe prospiceret, filio celeriter directo mihi mandavit, fas non esse, quempiam, ubi imperator esset, pileatum, sed teristratum incedere. Cui: *Mulieres*, inquam, *nostrae tiaratae et teristratae, viri equitant pileati. Nec decet vos compellere patrium me hic mutare morem, cum vestros, nos adeuntes, patrium morem tenere sinamus; manicati enim, fasciati, fibulati*[c], *criniti, talari tunica induti, penes nos equitant, incedunt, mensae assident, et, quod nostris omnibus nimis turpe videtur, ipsi soli capite operto imperatores nostros deosculantur. — Quod non amplius fieri Deus permittat!* tacitus dixi. — *Revertere ergo!* inquit.

38. Quod cum facerem, occurrunt mihi commisti capreis, quos ipsi dicunt, onagri. Sed, quaeso, quales onagri? Quales sunt Cremonae domestici. Color idem, forma eadem, auriti itidem, vocales similiter cum rudere incipiunt, magnitudo non dispar, velocitas una, dulces lupis aeque. Quos cum viderem, coequitanti Graeco inquam: *Huiusmodi nunquam in Saxonia vidi. Si*, inquit, *dominus tuus sancto imperatori morigeratus fuerit, multos illi huiusmodi dabit, eritque illi non parva gloria, cum ipse possidebit, quod nemo dominorum decessorum suorum vidit.* Sed mihi credite, domini mei augusti, confrater et coepiscopus meus dominus Antonius[19] potest non inferiores dare, ut com- 19
mercia testantur, quae fiunt Cremonae; atque ipsi non onagri sed domestici, non vacui sed onerati, procedunt. Sed cum ea superius scripta verba idem Nicephoro nuntiasset, transmissis mihi duabus capreis, ut abirem, licentiam dedit. In crastinum autem Syriam versus profectus.

39. Sed cur exercitum nunc[d] in Assyrios duxerit, quaeso advertite. Habent Graeci et Saraceni libros, quos ὁράσεις, sive visiones, Danielis vocant, ego autem Sibyllanos; in quibus scriptum reperitur, quot annis imperator quisque vivat; quae sint futura, eo imperitante, tempora; pax, an simultas; secundae Saracenorum res, an adversae. Legitur itaque, huius Nicephori temporibus Assyrios Graecis non posse resistere, huncque septennio tantum vivere; post cuius obitum imperatorem isto deteriorem — sed timeo quod inveniri non possit — et magis imbellem debere surgere; cuius temporibus praevalere debent adeo Assyrii, ut in Chalcedoniam usque, quae distat Constantinopoli haud longe, potestative cuncta debeant obtinere. Considerant enim utrique tempora; una eademque re Graeci animati insequuntur, Saraceni desperati non resistunt; tempus expectantes, cum et ipsi insequantur, Graeci interim non resistant.

40. Sed Hippolytus quidam Siciliensis episcopus eadem scripsit et de imperio vestro et gente nostra — nostram nunc dico omnem, quae sub vestro imperio est, gentem —; atque utinam verum sit, quod de praesentibus scripsit iste temporibus. Caetera, ut scripsit, sunt usque huc completa, quemadmodum per ipsos, qui horum librorum scientiam habent, audivi. Et ex multis eius dictis unum id proferamus in medium. Ait enim nunc completum iri scripturam, quae dicit: λέων καὶ σκίμνος ὁμοδιώξουσιν ὄναγρον.

a) caena *C. saepius.* b) amaenum *C.* c) *al.* vipolati *C.* d) non *C.* e) a. iterum non resistunt. *C. qui tamen lectionem nostram in margine dedit.*

17) Virg. Aen. I. 606. 18) περιβόλαια, luci ferarum muris aut sepibus cincti. 19) episcopus Brixiensis.

968. Jul. Graece ita. Latinum autem sic: *Leo et catulus simul exterminabunt onagrum.* Cuius interpretatio secundum Graecos: Leo, id est Romanorum sive Graecorum imperator, et catulus, Francorum scilicet rex, simul his praesentibus temporibus exterminabunt onagrum, id est Saracenorum regem Africanum. Quae interpretatio eo mihi vera non videtur, quoniam leo et catulus, quamvis disparis magnitudinis, unius tamen sunt naturae et speciei seu moris; atque ut mihi mea scientia suggerit, si leo Graecorum imperator, inconveniens est, ut catulus sit Francorum rex. Quamvis enim utrique homines sint, sicut leo et catulus uterque animalia, distant tamen moribus tantum, non dico solum quantum species speciebus, sed quantum sensibilia insensibilibus. Catulus a leone nil nisi tempore distat, forma eadem, rabies una, rugitus idem. Graecorum rex crinitus, tunicatus, manicatus, teristratus, mendax, dolosus, immisericors, vulpinus, superbus, falso humilis, parcus, cupidus, allio cepe et porris vescens, balnea bibens; Francorum rex contra pulchre tonsus, a muliebri vestitu veste diversus, pileatus, verax, nil doli habens, satis ubi competit misericors, severus ubi oportet, semper vere humilis, nunquam parcus, non allio cepis porris vescens, ut possit animalibus eo parcere, quatinus non manducatis, sed venundatis pecuniam congreget. Audistis differentiam; nolite hanc interpretationem suscipere; aut enim futura est, aut haec vera non est. Impossibile est enim, ut Nicephorus, sicut ipsi mentiuntur, sit leo, et Otto[a] sit catulus, qui simul exterminent[b] aliquem. „*Ante*[21] enim *pererratis amborum finibus, exul, aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim,*“ quam Nicephorus et Otto amicitia coeant et foedera iungant.

11. Audistis Graecorum, audite nunc Liudprandi Cremonensis episcopi interpretationem. Dico autem, et non solum dico sed affirmo, si scriptura haec praesentibus est implenda temporibus, leo et catulus, pater et filius, Otto et Otto, in nullo dispares, tempore distantes tantum, simul hoc praesenti tempore exterminabunt onagrum, id est sylvestrem asinum Nicephorum; qui non incongrue sylvestri asino comparatur ob vanam et inanem gloriam incestumque dominae et commatris suae coniugium[22]. Si onager iste nunc a leone et catulo nostro, Ottone et Ottone, patre scilicet et filio, augustis Romanorum imperatoribus, exterminatus non fuerit, nec quod Hippolytus scripsit verum erit; Graecorum enim illa superior abicienda interpretatio est. Sed, o Iesu bone, Deus aeterne, verbum Patris, qui nobis indignis loqueris, non voce sed inspiratione, nullam aliam interpretationem quam meam in hac sententia velis. Iube, ut leo et catulus isti hunc exterminent et humilient onagrum corpore, quatinus in se reversus, dominisque suis Basilio et Constantino imperatoribus subditus, in die Domini spiritus sit salvus.

12. Sed astronomi hoc idem de vobis et Nicephoro pronuntiant. Res, inquam, mira. Cum quodam sum locutus astronomo, qui vestram, domini mei augusti, aequivocique vestri augusti, formam, mores, ut sunt, vere dixit, cunctaque mea praeterita, quasi praesentia dixit. Nec praeteriit quisquam amicorum vel inimicorum, de quibus mens mihi suggessit ut interrogarem, cuius habitum, formam et mores non diceret. Quicquid calamitatis mihi hoc in itinere accidit, futurum esse praedixit. Sit mendacium omne[c] quod dixit; unum, quaeso, solummodo sit verum, quod vos esse facturos Nicephoro praedixit. Fiat utinam, utinam fiat, et tum nil me mali passum esse intelligam!

13. Scribit etiam praefatus Hippolytus, Graecos non debere Saracenos, sed Francos conterere; qua lectione Saraceni animati, ante triennium cum Manuele patricio, Nicephori nepote, iuxta Scyllam et Charybdim in mari Siculo, bellum parant; cuius immensas copias cum prostravissent, ipsum comprehenderunt, capiteque truncum[d] suspenderunt; cuius socium et commilitonem cum caperent, qui neutrius erat generis[23], occidere sunt dedignati, sed vinctum ac longa custodia maceratum tanti vendiderunt, quanti nec ullum huiusmodi mortales sani capitis emerent. Nec infirmiori animo, eadem

a) Otho *C. saepe.* b) exterminet *C.* c) omen *C.* d) *f.* truncatum *BAR.*

21) Virgil Ecl. I. 62. 63. 22) Theophanoni namque Romanus affinitate a baptismo iunctus, eam denique in thalamum rapuit, invito quoque patriarcha. Compatriatus ergo: et tunc impedimentum matrimonii. *CAN.* 23) i. e. eunuchus. Fuit is Nicetas eunuchus *τοῦ στόλου δρουγγάριος. CAN.*

confirmati lectione, haud multo post magistro Exacontae occurrunt; quem dum in fugam verterent, eius copias omnibus modis contriverunt. 968. Iul.

44. Est et aliud, quod nunc Nicephorum compulit copias in Assyrios ducere. Argorum enim omnem regionem instans tempus, Deo iubente, eo usque fames attrivit, ut neque tritici duo Papienses sextarii aureo comparentur, hocque ubi ubertas quasi regnat. Hanc pestem, muribus cooperantibus, ita dilatavit, ut messionis tempore quicquid ubique terrarum annonae erat, minimo dato pretio, possessoribus eiulantibus, congregarit. Quod cum iuxta Mesopotamiam faceret, ubi frugum copia muribus absentibus creverat, arenae maris multitudini annonae multitudinem conequavit. Igitur cum vili hoc commercio turpiter fames ubiubi desaeviret, octoginta milia mortalium, obtentu militiae, secum congregavit; quibus per continuum mensem, quod uno emerat aureo, duobus vendidit. Hae sunt, domine mi, res, quae Nicephorum copias in Assyrios nunc ducere compulerunt. Sed quales, quaeso, copias? vere, inquam, non homines, sed hominibus similes; quibus lingua tantum procax, sed „frigida bello dextera“ [25]. Non inspicit in his Nicephorus qualitatem, sed solam quantitatem; quod quam periculosum illi sit, tum sero poenitebit eum, cum imbelles plurimi, multitudine animati, a nostris perpaucis bella scientibus, immo sitientibus, conterentur. 25

45. Cum obsideretis Bareas, trecenti tantummodo Ungari iuxta Thessalonicam quingentos Grecos comprehenderunt et in Ungariam duxerunt. Quae res, quia prospere successit, compulit ducentos Ungariorum haud longe Constantinopoli in Macedonia similiter facere; ex quibus, cum incaute per angustam redirent viam, quadraginta sunt capti; quos nunc Nicephorus de custodia eductos, pretiosissimisque vestibus ornatos, patronos sibi et defensores paravit, secum in Assyrios ducens. Verum qualis sit eius exercitus, hinc potestis conicere, quoniam qui caeteris praestant, Venetici sunt et Amalphitani [a].

46. Nunc his omissis, quid mihi acciderit animadvertite. Sexto Kalendas Augusti extra Constantinopolim in Umbria a Nicephoro licentiam accepi ad vos redeundi. Cumque Constantinopolim venirem; Christophorus patricius eunuchus, qui Nicephori vicem eodem gerit, mihi mandavit, non posse me tunc recedere, quia Saraceni tunc occupaverunt mare et Ungarii terram; expectandum mihi esse, donec ipsi discederent. Sed utrumque, proh dolor, fuit mendacium. Tunc appositi sunt custodes, qui mihi et meis a domo mea exitum prohiberent. Latinae linguae pauperes, qui me elemosinarum gratia adierunt, comprehendentes ceciderunt, custodiae tradiderunt; Graecolonon meum, id est Graecae linguae gnarum, non permittebant egredi, saltem ut sumptus emeret, sed cocum solum Graecae linguae ignarum; qui non signorum signis, sed digitorum seu capitis nutibus, cum venditore emptor loquebatur, tantique nummis emebat quatuor, quanti Graecolonus obsonium uno. Et cum amicorum quidam aromata, panes, vinum, poma mitteret, solo cuncta fundentes, nuntios colaphis satis oneratos dimiserunt. Et nisi divina pietas parasset in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me [26], una mihi parata mors foret accepta. Sed qui permisit temptari, dedit tunc misericorditer pati. Huiuscemodi me periculum secundo Nonarum Iunii usque ad sextum Nonas Octobris Constantinopoli, diebus scilicet centum viginti, maceravit. Iul. 27. 26

47. Verum ut augerentur calamitates meae, in assumptione sanctae Dei genitricis et virginis Mariae, meo omine non bono venerunt domni [b] apostolici et universalis papae Iohannis nuntii cum litteris, quibus rogabant Nicephorum imperatorem Graecorum, ut parentelam firmamque amicitiam faceret cum dilecto spiritualique filio suo Ottone Romanorum imperatore augusto. Quae vox, quae inscriptio, secundum Graecos peccatrix et temeraria, quomodo latorem non occiderit, cur, priusquam laederetur, non oppresserit, qui in aliis rebus saepe videor spermologus et multisonus, in hac, ut piscis, videor insonus. Obiurgabant Graeci mare, impraecabantur aequori, plus iusto mirantes, cur peccatum illud portare potuerit, cur fretum dehiscens navim non absorbuerit. *Imperatorem*, inquiunt, *universalem Romanorum, augustum, magnum, solum Nicephorum scripsisse Graecorum, hominem quendam barbarum, pauperem* [27] *Romanorum, non piguit! O coelum! o terra! o mare! Sed quid*, inquiunt, *faciemus hominibus istis sceleratis, criminosis? Pauperes sunt, et si eos occidimus, manus nostras sanguine vili* Aug. 15. 27

a) amalphitani C. b) domini C.

25) Virg. Aen. XI. 339. 26) cf. Antapodosis VI. 1. 27) i. e. Ottonem.

968. Aug. *polluimus; pannosi sunt, servi sunt, rustici sunt; si eos flagellamus, non ipsos, sed nos dedecoramus, qui nec Romana scutica deaurata, nec huiusmodi sunt crucibus digni. O utinam alter episcopus, alter marchio esset! culeis enim suti, post acerbos virgarum ictus, post barbae seu capillorum distractionem, in mare demergerentur. Sed serventur,* inquiunt, *et quousque sanctissimus imperator Romanorum Nicephorus haec resciscat mala, gravi custodia macerentur.*

48. Dum haec resciscerem, felices eos, quoniam pauperes, me infelicem, quia divitem, iudicavi. Cum domi essem, mea me voluntas pauperem excusabat; Constantinopoli vero positus, Croesi[a] me habere divitias timor ipse dicebat. Semper mihi pauperies gravis, tunc visa est levis, tunc accepta, tunc amplectenda; amplectenda utique, quae suos perimi, subiectos sibi flagellari non patitur. Et quia haec paupertas Constantinopoli solum suos ita defendit, eodem sit solummodo diligenda.

Sept. 12 49. Igitur apostolicis nuntiis in carcerem traditis, publicana illa epistola Nicephoro in Mesopotamiam mittitur, unde usque ad 2.[b] Idus Septembris non est reversus, qui afferret apologeticum nuntium. Qua die cum rediret, et me lateret, post biduum[c], Sept. 14 decimooctavo scilicet Calendas Octobris, precibus muneribusque effeci, ut vivificum atque salutiferum adorarem lignum; ubi tanto in tumultu populi, clam custodibus, quidam me adierunt, qui mentem meam lugubrem furtivis sermonibus hilarem reddiderunt.

Sept. 17 50. Decimoquinto autem Calendas Octobris, mortis vitaeque medius, ad palatium sum convocatus. Cumque ad Christophori patricii eunuchi praesentiam venirem, benigne me suscipiens, mihi cum tribus aliis assurrexit. Quorum huiusmodi fuit narrationis initium: *Ostendunt pallor in ore sedens, macies in corpore toto, crinitum caput, prolixa contra morem barba, immensum cordi tuo inesse dolorem, eo quod redeundi ad dominum tuum terminus est dilatatus. Verum ne sancto imperatori, neve nobis succenseas, oramus. Reddimus autem tarditatis tuae causam. Papa Romanus — si tamen* 28 *papa est vocandus, qui Alberici[d] filio apostatae, adultero, sacrilego*[28], *communicavit, comministravit — litteras nostro sanctissimo imperatori, se dignas, illoque indignas, misit, Graecorum illum, et non Romanorum imperatorem vocans; quod tui domini consilio actum esse, non est* ἀμφίβηκον.

51. *Quod,* inquam mecum, *verbum audio? perii; haud dubium est, quin in praetorium recta proficiscar via!*

Sed papa, audi, aiunt, *omnium hominum stolidior, scimus, dicere, dicere vis, nosque id profitemur.* At ego: *Non id aio. — Audi ergo; sed papa fatuus, insulsus, ignorat Constantinum sanctum imperialia sceptra huc transvexisse, senatum omnem cunctamque Romanam militiam, Romae vero vilia mancipia, piscatores scilicet, cupediarios, aucupes, nothos, plebeios, servos, tantummodo dimisisse. Nunquam ille hac nisi tui suggestione scriberet regis; quod quam periculosum ambobus fuerit, nisi resipuerint, proxima tempora declarabunt!*

Sed papa, inquam, *simplicitate clarus, ad laudem hoc imperatoris, non ad contumeliam scribere putavit. Constantinum Romanum imperatorem cum Romana militia huc venisse, ac civitatem istam suo ex nomine condidisse, certo scimus; sed quia linguam, mores vestesque mutastis, putavit sanctissimus papa, ita vobis displicere Romanorum nomen, sicut et vestem. Quod in futuris, vita comite, ostendetur epistolis; quarum superscriptio haec erit:* „Iohannes papa Romanus Nicephoro, Constantino, Basilio, magnis Romanorum imperatoribus atque augustis“! Quod quia nam dixerim, quaeso advertite.

52. Nicephorus periurio atque adulterio regni apicem est adeptus. Et quoniam christianorum omnium salus ad Romani papae pertinet sollicitudinem, mittat Nicephoro dominus papa epistolam sepulchris omnino similem, quae foris sunt dealbata, intus plena sunt ossibus mortuorum; improperet illi intrinsecus, qualiter periurio et adulterio acceperit super dominos suos monarchiam; invitet eum ad synodum, et si non venerit, anathemate feriat. Si superscriptio huiusmodi non fuerit, nec ad ipsum usque feretur.

53. Nunc ad propositum redeamus. Superscriptam ex superscriptione promissionem

a) Craesi *C.* b) *ita correxi;* quintum *C. sed codicem* H. *non vero* V. *legisse, vox* biduum *infra probat.* c) bidivum *C.* d) albericii *C.*

28) Iohanni XII. papae.

a me memorati principes cum audiissent, nil inesse doli putantes: *Grates tibi persolvimus,* aiunt, *o episcope; decet enim sapientiam tuam tantis mediatricem intercedere rebus. Solus es ex Francia, quem nunc diligamus; sed cum depravata, te hortante, correxerint, et ipsi diligentur; tuque iterum ad nos cum veneris, non indonatus abibis!* 963 Sept. 17

*Corona aurea sceptroque, cum huc ultra rediero, me Nicephorus donabit**! tacitus dixi.

Sed dic, inquiunt, *vult dominus tuus sanctissimus cum imperatore firmare amicitiam foedere nuptiarum?* —

Cum huc venirem, voluit, inquam, *sed quia me diu hic morante litteras non recepit, σφάλμα,* id est *vitium, a vobis, meque captum putat et vinctum, aestuatque animus eius totus, ut leaenae, catulis raptis, donec vindictam iusta faciat acerbitate, et nuptias abhorreat, atque iram in vos evomat.*

Si ceperit, inquiunt, *non dicimus Italiam — sed nec ipsa capiet eum, in qua ortus est, pauper et gunnata, id est pellicea, Saxonia, — pecunia qua pollemus omnes nationes super ipsum invitabimus, et quasi keramicum**, id est *vas fictile, quod confractum reformari nequit, confringemus. Et quoniam te in decorem suum quaedam pallia emisse putamus, ut in medium proferantur, edicimus; quae sunt vobis digna, plumbea notentur bulla vobisque sinantur; quae vero κωλνόμενα, id est nationibus omnibus, prae nobis Romanis, prohibita, pretio reddito auferantur.* * κεραμεῖον.

54. Quod cum fieret, quinque mihi pretiosissimas purpuras abstulerunt, indignos vos omnesque Italos, Saxones, Francos, Bagoarios[a], Suevos, immo cunctas nationes, huiusmodi veste ornatos incedere iudicantes. Quod quam indecorum quamque contumeliosum sit, molles, effoeminatos, manicatos, tiaratos, teristratos, mendaces, neutros[29], desides, purpuratos incedere; heroas vero, viros scilicet fortes, scientes bellum, fidei charitatisque plenos, Deo subditos, virtutibus plenos, non! Quid est, si non haec contumelia est? *Sed ubi est,* inquam, *imperatorius sermo? ubi imperialis*[b] *promissio? Cum enim illi valedicerem, rogavi, ut in ecclesiae honorem quantivis pretii me permitteret pallia emere. Qui ait:* Qualia vis et quanta, *ποιότητα και ποσότητα,* id est *qualitatem et quantitatem, ponens, differentiam plane non posuit, ut diceret:* his et illis exceptis. *Testis est Leo coropalates, frater eius; testis est et interpres Euodisius, Iohannes, Romanus; testis sum ipse, qui quod imperator diceret, etiamsi interpres abesset, intellexi.* 29

Sed κωλνόμενα, id est *prohibita, sunt haec,* inquiunt. *Et cum quae asseris imperator diceret, de talibus saltem, ut somniares, non potuit cogitare; ut enim divitiis, sapientia, ita et caeteris nationibus praestare veste debemus, ut quibus est singularis in virtutibus gratia, sit singularis et in pulchritudine vestis.*

55. *Haudquaquam singularis,* inquam, *haec vestis fieri potest, cum penes nos obolariae mulieres et mandrogerontes*[30] *his utantur.* 30

Unde, inquiunt, *vobis?*

A Veneticis et Amelfitanis institoribus, inquam, *qui nostris ex victualibus, haec ferendo nobis, vitam nutriunt suam.*

Sed non amplius hoc facient, aiunt. *Scrutabuntur plane, et si quid huiusmodi inventum fuerit, verberibus caesus, crine tonsus, poenas dabit.*

Temporibus, inquam, *beatae memoriae Constantini imperatoris huc veneram, non episcopus, sed diaconus, nec ab imperatore aut rege, sed a Berengario marchione missus, et multo plura ac pretiosiora pallia emi, quae neque scrutata, nec a Graecis visa, nec plumbo sunt signata. Nunc, Deo miserante, episcopus, et a magnificis imperatoribus Ottone et Ottone, patre et filio, missus, tanto inhonestor, ut Veneticorum more pallia mea notentur, et quae quantivis pretii videntur, auferantur, cum in ecclesiae mihi commissae usus ferantur. Non taedet vos contumeliarum mearum, immo dominorum meorum, in quibus contemnor? quod sum custodiae traditus, quod fame sitique cruciatus, quod non ad ipsos redirem, hucusque retentus, nisi etiam, ad cumulum dedecoris eorum, propriis exspolier rebus? Auferte saltem, quae sunt empta; dimittite, quae sunt dono ab amicis donata.*

55 *) donabis C. a) *al.* Baoarios C. b) *al.* imperia C. 29) i. e. eunuchos C. 30) monachi vetuli.

968. Sept. 17. *Constantinus*, inquiunt, *imperator, homo lenis, in palatio manens perpetuo, huiusmodi rebus amicas sibi nationes effecerat; Nicephorus vero basileus homo τοιχετς*, id est *militiae deditus, palatium ceu pestem abhorret; et vocatur a nobis prope simultatis amator atque argumentosus, qui non pretio sibi gentes amicas, sed terrore et gladio sibi subditas facit. Atque, ut cognoscas, quanti dominos tuos reges habeamus, quae data sunt coloris huiusmodi, et quae empta, via eadem ad nos revertentur.*

56. His dictis atque completis, *χρυσοβούλιον*, id est epistolam auro scriptam et signatam, mihi dederunt, vobis deferendam, sed non vobis dignam, ut mens credit mea. Tulerunt autem et alias litteras argento signatas, atque direrunt: *Papam vestrum imperiales recipere litteras, indignum esse diiudicamus; mittit autem illi coropalates, imperatoris frater, non per suos pauperes nuntios, sed per te epistolam, se satis dignam, ut nisi resipuerit, funditus se periisse cognoverit.*

57. Hanc cum accepissem, vale mihi dicentes, dimiserunt, oscula praebentes satis iucunda, satis amabilia. Sed dum recederem, legationem mihi non me, sed illis satis dirigunt dignam; scilicet quod mihi soli meisque equos darent, sarcinis nullum; sicque nimis, ut res poscebat, turbatus, *διασωστῃ*, id est ductori meo, quinquaginta aureorum res pretio dedi. Et cum non haberem, quod pro malefactis Nice horo tunc redderem, hos in pariete invisae domus meae et in mensa lignea versiculos scripsi:

Versus [a],

Argolicûm non tuta fides; procul esto, Latine,
Credere, nec mentem verbis adhibere memento!
Vincere dum possit, quam sancte peierat Argos!
Marmore quae vario magnis patet alta fenestris,
Haec inaquosa domus, concluso pervia soli,
Frigora suscipiens, aestum nec saeva repellens;
Praesul ab Ausonia Liudprandus in urbe Cremona,
Constantinopolim pacis profectus amore,
Quattuor aestivis concludor mensibus istic.
Induperator enim Bareas conscenderat Otto,
Caede simul flammisque sibi loca subdere temptans,
Sed precibus remeat Romanas victor ad urbes
Inde meis. Nurum promisit Graecia mendax,
Quae nec nata foret, nec me venisse doleret,
Nec rabiem, Nicephore, tuam perpendere quirem,
P ivignam prohibes qui nato iungere herili.
Imminet ecce dies, Furiis compulsus acerbis,
Ni Deus avertat, toto Mars saeviet orbe,
Crimine paxque tuo cunctis optanda silebit!

Oct. 2. 58. His conscriptis versibus, sexto Nonas Octobris hora decima, ex illa quondam opulentissima et florentissima, nunc famelica, periura, mendace, dolosa, rapace, cupida, avara, cenodoxa civitate cum diasoste meo lintre egressus, diebus quadraginta et novem, Nov. 20. asinando, ambulando, equitando, ieiunando, sitiendo, suspirando, flendo, gemendo Naupactum veni, quae est Nicopoleos civitas, in qua diasostes meus me deserens, duabus parvis impositum navibus, duobus me mandatoribus, qui Hydruntem me per mare conducerent, commendavit. Verum cum entolina, id est praeceptum, ius captionis a Graecorum principibus non haberent, ubiubi spernebantur; nec iam nos ab ipsis, sed ipsi a nobis alebantur. Quam saepe illud Terentianum mecum stomachabar:[31] *Tutore opus est, quos defensores paras.*

Nov. 23. 59. Igitur nonis Calendis Decembris Naupactum egressus, biduo ad Offidarim [b] fluvium usque perveni, ut [c] meis comitibus non in naviculis, quae eos capere non poterant, residentibus, sed secus litus pergentibus. Positi itaque in Offidaro flumine, Patras alio Nov. 25. maris in litore, decem et octo miliaribus distare prospeximus. Quem apostolicae passionis locum, quia Constantinopolim ascendendo visitavimus, adoravimus, nunc eum visitare et adorare — confiteor peccatum meum! — distulimus. Fecit hoc, domini

a) *vocem suppleci.* b) *al.* Ophidarin *C.* c) *i. e.* siquidem.

31) Eun. IV. 6. 32.

55

mei augusti, revertendi ad vos et videndi ineffabile desiderium; et ni hoc solum esset, perpetuo, ut puto, perierim. 968.

60. Pugnavit contra me insensatum Auster, mare flatibus ab imis turbans sedibus. Cumque hoc continuis diebus ac noctibus faceret, pridie Kalendas Decembris, ipso scilicet passionis die[32], intellexi meo mihi hoc accidisse delicto. Sola vexatio intellectum dedit auditui. Fames quippe nos vehementer oppresserat. Terrae incolae, ut nostra nobis auferrent, interficere nos cogitabant; mare, ne effugeremus, fluctibus aestuabat. Tum conversus ad ecclesiam, quam videbam, flens et eiulans inquam: *Sancte Andrea apostole, compiscatoris, confratris et coapostoli tui Simonis Petri sum servus. Passionis tuae locum non abhorrui, nec superbia declinavi; urit me domum redeundi augustalis iussio**, *augustalis amor. Si te ad indignationem commovit peccatum meum, eliciat ad misericordiam meorum meritum augustorum. Non habes, fratri quod conferas; confer diligentibus fratrem augustis, inhaerendo ei qui omnia novit. Nosti tu, quanto labore et sudore quantisque vigiliis et impensis Romanam fratris tui Petri apostoli ecclesiam, ex impiorum manibus ereptam, ditaverint, honoraverint, exaltaverint, et in statum proprium reformaverint. Si mea me praecipitant opera, ipsorum saltem liberent merita; quosque vult praedictus fide et sanguine frater tuus, apostolorum princeps apostolus Petrus, in aliis rebus gaudere et prosperari, in hac, id est in me, quem ipsi direxerant, minime contristari!* Nov. 30. 32

61. Non est, domini mei augusti imperatores, verum dico, non est adulatio haec, nec consuo nunc pulvillos sub cubito manus; res, inquam, vera est. Post biduum vestris meritis tanta est fretum tranquillitate sedatum, ut, cum[a] nautae nobis aufugerent, ipsi Leucaten usque navigaremus, miliaribus scilicet centum et quadraginta, nihil discriminis aut tristitiae patientes, nisi parum in faucibus fluminis Acheloi; ubi discurrentes velociter fluctus eius maris unda reverberat. Dec.

62. Quid ergo, praepotentes augusti, retribuetis Domino, pro omnibus quae retribuit in me vobis? Dicam quid. Hoc Deus vult, hoc petit; et quamvis sine vobis hoc facere possit, vult tamen huius rei esse hypurgos, id est ministros; ipse enim quod ei offeratur dat, custodit quod exigat, ut possit coronare quod praestat. Advertite igitur, quaeso. Nicephorus cum omnibus ecclesiis homo sit impius, livore, quo in vos abundat, Constantinopolitano patriarchae praecepit, ut Hydrontinam ecclesiam in archiepiscopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia seu Calabria latine amplius, sed graece divina mysteria celebrare. Mercatores dicit fuisse praeteritos papas et Spiritum sanctum vendidisse, quo vivificantur et reguntur omnia, qui replet orbem terrarum, qui scientiam habet vocis, qui est cum Deo patre et filio eius Iesu Christo coaeternus et consubstantialis, sine initio, sine fine, permanens verus, qui pretio non aestimatur, sed a mundis corde tanti emitur, quanti habetur. Scripsit itaque Polyeuctos Constantinopolitanus patriarcha privilegium Hydrontino episcopo, quatinus sua auctoritate habeat licentiam episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina, Maceria, Tricario[33], qui ad consecrationem domini apostolici pertinere videntur. Sed quid hoc memorem, cum ipsa Constantinopolitana ecclesia nostrae sanctae catholicae atque apostolicae ecclesiae Romanae merito sit subiecta? Scimus, immo videmus, Constantinopolitanum episcopum pallio non uti, nisi sancti patris nostri permissu. Verum cum impiissimus Albericus, quem non stillatim cupiditas, sed velut torrens, impleverat, Romanam civitatem sibi usurparet, dominumque apostolicum quasi servum proprium in conclavi teneret, Romanus imperator filium suum Theophylactum eunuchum patriarcham constituit; cumque eum Alberici cupiditas non lateret, missis ei muneribus satis magnis, effecit, ut ex papae nomine Theophylacto patriarchae litterae mitterentur, quarum[b] auctoritate cum ipse, tum successores eius, absque paparum permissu palliis uterentur. Ex quo turpi commercio vituperandus mos inolevit, ut non solum patriarchae, sed etiam episcopi totius Graeciae, palliis utantur. Quod quam absurdum sit censore opus non est. Est ergo meum consilium, sanctam fieri synodum, et ad eandem vocari Polyeuctum. Quod si venire, et *σφάλματα* sua, id est vitia, superius scripta canonice emendare nolue- 33

*) *ita corrigendum videbatur.* visio *C.* a) tum *C.* b) qua *C.*

32) die S. Andreae. 33) Acerenza, Tursi Gravina, Matera, Tricarico.

968. Dec. rit, quod sanctissimi canones decreverint, fiat. Vos interim, praepotentes augusti, ut coepistis, laborate; efficite, ut si nolit nobis[a] Nicephorus, quem canonice arguere disponimus, oboedire, audiat vos, quorum copiis non audet cadaverosus occurrere. Hoc, inquam, est, quod nos apostoli[34], domini et commilitones nostri, facere volunt. Non est a Graecis Romanus vilis tenendus locus, quia recessit inde imperator Constantinus; verum eo magis colendus, venerandus, adorandus, quia venerunt illuc apostoli, doctores sancti, Petrus et Paulus. Ac de his satis me scripsisse sufficiat, donec Deo largiente sanctissimorumque apostolorum orationibus, ex Graecorum ereptus manibus, vos adeam. Et tunc non taedeat dicere, quod hic nunc piguit scribere. Nunc ad propositum redeamus.

63. Octavo Idus Decembris Leucatem venimus, ubi ab episcopo ipsius loci eunu- Dec. 6. cho, sicut et ubique ab aliis, inhumanissime suscepti et tractati sumus. In omni Graecia, veritatem dico, non mentior, non reperi hospitales episcopos. Divites sunt, pauperes sunt; divites aureis quibus plena luditur arca; pauperes ministris seu utensilibus. Soli mensulae assident nudae, paximacium[35] sibi apponentes, balneaque[36] tunc vitro permodico non bibentes, sed sorbillantes. Ipsi vendunt, ipsi emunt; ostia ipsi claudunt, ipsi aperiunt; ipsi dapiferi, ipsi agasones, ipsi capones — sed, ha! caupones volui scribere, verum res ipsa, quae vera est, veritatem etiam nolentem compulit scribere — dicimus enim, quia capones sunt, id est, eunuchi, quod canonicum non est; sunt et caupones, id est tabernarii, quod contra canones est; quorum

„Incipit[37] et claudit coenam lactuca tenacem,
Claudere quae coenas lactuca solebat avorum!“

Felices eos, si paupertatem Christi haec imitaretur, pauperes[38] iudicarem! Facit hoc asper nummus[39] et auri sacra fames[40]. Verum parcat illis Deus! Hoc eo illos puto facere, quoniam eorum ecclesiae sunt tributariae. Leucatensis mihi iuravit episcopus, quotannis ecclesiam suam debere Nicephoro aureos centum persolvere, similiter et caeteras plus minusve secundum vires suas. Quod quam iniquum sit, sanctissimi patris nostri Ioseph acta demonstrant, quia cum Aegyptum totam famis tempore tributariam Pharaonis faceret, sacerdotum terram a tributo liberam esse permisit.

Dec. 14. 64. Igitur decimonono Calendas Ianuarii[b] Leucaten exeuntes, ipsique, quoniam, ut superius scripsimus, nautae effugerant, navigantes, decimoquinto ad Coriphus[41] pervenimus, ubi ante navis egressionem occurrit nobis strategos quidam, Michael nomine, Dec. 18. Chersionitis, a loco scilicet Chersona; homo ipse canus capite, facie hilaris, sermone bonus, risu semper iucundus, sed, ut post patuit, mente diabolus; quod et Deus apertis mihi monstravit indiciis, si mea tunc mens hoc potuisset conicere. Mox enim ut pacem, quam corde non ferebat, mihi osculo dedit, tota Coriphus, magna scilicet insula, Dec. 22. tremuit; nec solum semel, sed ter eadem die pertremuit. Post quatriduum autem, undecimo scilicet Calendas Ianuarii[c], dum in mensa positus panem comederem, qui ampliabat super me calcaneum suum, verecundatus sol facinus tam indignum, lucis suae radios abscondit, et eclipsin passus, Michaelem illum terruit, sed non immutavit.

65. Dicam ergo, quid illi causa amicitiae fecerim, quidnam ab eo pro recompensatione perceperim. Dum Constantinopolim ascenderem, illud vestrum pretiosissimum scutum, miro opere deauratum et fabricatum, quod mihi domini mei augusti dedistis caeteris cum muneribus, ut amicis meis Graecis darem, filio ipsius contuli. Nunc Constantinopolim rediens, patrem pallio donavi pretiosissimo; pro quibus omnibus gratias distribuit eiusmodi: Scripsit Nicephorus, ut quacunque hora se adirem, absque mora chelandio impositum Leoni kitonitae dirigeret; quod ipse non fecit; verum diebus viginti me retentum, non suis sed propriis me stipendiis aluit, donec a praefato Leone 969. Ian. 7. kitonita nuncius venit, qui illum, cur me moraretur, obiurgavit. Verum cum obiurga-

a) *ita correxi;* vobis *C.* b) *ita correxi; nam supra narravit, se 8. Idus Decembris Leucatam venisse;* Decembris *C.* c) *ita correxi Canisii lectionem:* Postq. triduum autem decimoquinto scilicet Calendas Decembris. *quae et sensu caret, quum triduo post* 15. al. *non iterum* 15. *Kal. esse possit, et naturae adversetur; nam eclipsis die* 22. *Dec. fuit, ut Curopalates, Ann. Cavenses supra p.* 188. *et tabulae astronomicae produnt. Qui codicem exscripsit* XI. *legit* XV.

34) Petrus et Paulus. 35) i. e. panem nauticum *BAR.* 36) an vinum aqua plurima permixtum? 37) Martial ep. XIII. 14. 38) Pauperes eos iudicarem felices, *si etc.* 39) cf. Pers. Sat. III. 69. 40) Virg. Aen. III. 57. 41) Corfu insula.

tiones meas, lamenta et suspiria mea ferre non posset, recensit, meque homini tam iniquo et pessimo commendavit, ut sumptus saltem me emere non permitteret, donec a me cortinam, librae argenti pretio dignam, acciperet, et cum post viginti dies inde discederem, nuntius ipse, cui cortinam dederam, nauclero iussit, ut post acroteria, id est promontorium quoddam, me positum fame perire permitteret. Hoc autem eo fecit, quoniam, ne purpuras haberem absconditas, mea pallia regiravit; ex quibus dum unum vellet accipere, non accepit. O Michaeles, Michaeles, ubi vos tot simul talesque reperi! Custos meus ille Constantinopolitanus Michaeli suo rivali me commendavit, malus pessimo, pessimus iniquo. Michael vocatus est et diasostes meus, homo quidem simplex, cuius sancta simplicitas tantum mihi pene nocuit, quantum et istorum perversitas. Sed ab his parvulis Michaelibus impegi in te Michaelem magnum, semiheremitam, semimonachum. Dico, et verum dico: non proderit tibi balneum, quo te assidue potas in amore beati Iohannis Praecursoris. Qui enim ficte Deum quaerunt, nunquam invenire merentur[a]. . . . . pag. lam. 7.

a) *hic nonnulla excidisse patet.*

FLODOARDI ANNALES.

Remensis ecclesia quemadmodum saeculo nono Hincmarum archiepiscopum, ita decimo Flodoardum[1] *presbyterum et Richerum monachum insignes historiarum scriptores edidit. Quorum ille anno* 893 *vel* 894[2] *Sparnaco*[3] *villa dioceseos Remensis natus, et in schola Remensi a Fulcone restituta litteris imbutus, ab Heriveo archiepiscopo clero ecclesiae Remensis adscriptus bonisque ditatus est*[4]. *Circa quintum et vicesimum aetatis annum rebus publicis animum advertere coepit*[5], *ut ex annalium initio, quos inde ab anno* 919 *usque ad a.* 966 *produxit, coniicere licet. Certe ab eo inde tempore archiepiscopis Remensibus Heriveo, Seulfo et Artoldo valde acceptus fuit et rebus eorum gerendis adhibitus est. Anno* 924 *Seulfum comitatus, colloquio Rodulfi regis et Hugonis Provinciae comitis cum Wilhelmo Aquitanorum principe in territorio Augustodunensi habito interfuit*[6]. *Anno sequenti Seulfo vita defuncto, Heribertus Veromanduorum comes Hugonem filiolum successorem ei imposuit, omnesque qui conatibus suis tantum non suffragarentur, beneficiis possessionum ecclesiasticarum privavit*[7]. *Quos inter et Flodoardus iniuria affectus, adversas deinde partes secutus est, atque Artoldo archiepiscopo a*

1) Flodoardus, haud Frodoardus, scribendus est ex epitaphio, tum ex codicibus nonnullis historiae Remensis, qui Floardum abbreviant, codice optimo annalium ad a. 963, Richero, et Kalendario vetere S. Mariae Remensis; ipse avunculi matris suae nomen lib. II. c. 3. Flavardum scribit. Ceterum Frodoardus plane idem, et utrumque ex Chlodonaldus corruptum est. 2) ex Annal. a. 962. 3) Epitaph. gallicum. 4) Hist. Remens. IV. 13. 5) ita fuisse coniicio, quum si non scribendis annalibus, at certe enotandis rebus gestis circa annum 919 manum admovisse videatur. 6) Ann. a. 924. 7) Ann. a. 925.

Rodulfo rege in locum Seulfi subrogato adhaesit. Proximis annis carmine heroico Iesu Christi sanctorumque et Italiae martyrum [8] *triumphos celebravit*[8], *additis pontificum Romanorum usque ad sua tempora gestis, eoque famam sibi apud exteros etiam comparavit, ita ut Ratherius Veronensis episcopus librum quem de exilio suo* [9] *scripserat ei quoque iudicandum transmitteret*[9]. *Anno* 936 *vel* [10] *proxime sequentibus*[10], *dubium an pro negotiis suis ecclesiaeve Remensis, Romam adiit, ubi a Leone VII. papa benigne exceptus voti-* [11] *que sui compos factus atque in presbyterum promotus est*[11]. *In pa-* [12] *triam redux operi heroico finem imposuit*[12]. *Anno* 940 *mense Octobri orationis gratia sepulcrum sancti Martini visere disposuit, sed apud Heribertum comitem clam accusatus, quod contra eum vel filium eius* [13] *esset profecturus, quum Hugonis in partes transire renueret*[13], *ablatis rebus quas de episcopatu Remensi tenebat et ecclesia sua in Culmisciaco, custodiae traditus est. Nec nisi post quinque menses d.* 25. *Martii a.* 941 *libertatem recuperavit. Tum in synodo Suessionensi ab Hugone principe Hugoni archiepiscopo commissus, ecclesiam aliam, scilicet sanctae Mariae in Colrido, atque terram iniuste* [14] *ereptam recepit*[14]. *Sed postea etiam Artoldo in sedem suam restituto fidus, eum in negotiis ecclesiae agendis tam domi quam in conventibus principum et synodis adiuvit; cui rei eo magis idoneus videba-* [15] *tur, quod archivo ecclesiae praepositus erat*[15]. *Anno* 948 *synodo Ingelheimensi interfuit, ubi illustribus viris compluribus innotuit, eaque peracta, ex de reto regum cum Artoldo apud Rotbertum Trevirensem archiepiscopum per quatuor hebdomadas mansit, quum anno* [16] *proxime p aeterito ab Artoldo missus*[16], *cum Ottone rege et Conrado duce Aquis pro rebus ecclesiae Remensis in Vosago, a Regembaldo quodam pervasis, locutus fuisset. Media inter negotia historiam ecclesiae Remensis scribere aggressus, subsidiis undique congestis, praecipue vero chartis in archivo librisque in bibliotheca ecclesiae adservatis, opus quatuor libris inde ab origine Remorum usque ad exitum anni* 948 *perduxit, atque flagitante Roberto Treverensi archiepiscopo recognitum hac ipsi dicavit epistola:*

„Domino venerabili et in Christi caritate admodum diligibili, praeclaro praesuli R. Flodoardus, tantae benignitatis famulus, omne sanctarum virtutum in Christo gaudium. Creberrimis admonitionum vestrarum stimulis instigatus, discusso tandem desi-

8) codicem operis unum Roberto Trevirensi archiepiscopo tradidit, alterum ipse fortasse ecclesiae S. Iuliani Turonensis intulerat, in Actis SS. Mai VII. p. 69. apud Arvernos extare dicitur. 9) Folcuini gesta abb. Lobiensium c. 20. 10) Leo inde amense Ianuarii a. 936 usque ad Iulium anni 939 sedit. 11) v. infra. 12) apud Mabillon. Acta SS. O. S. B. S. III. P. II. p. 596. 13) Hist. Rem. IV. 28. cf. Annales a. 940. 14) ib. IV. 28. 15) Hist. R. II. 19. 16) Hist. Rem. I. 20. *Easdem res domnus Artaldus episcopus dudum Conrado duci commiserat; quas ille Ragenbaldo cuidam suorum delegaverat. Qui Ragenbaldus earundem rerum colonos valde affligebat. Ipsi vero pro afflictione sua saepe ad sanctum Remigium clamabant, Remis venientes, et ipsius patroni sui patrocinia requirentes. Pro qua re nuper anno praeterito, cum rege Ottone et praefato duce locuti sumus, quando Aquis ad eundem regem missi fuimus. Sed ut idem Ragenbaldus ab ipsarum rerum direptione desisteret, impetrare nequivimus. Unde contigit horno*[a], *ut dum quodam sabbato eosdem colonos ad opus quoddam peragendum congregatos haberet, praeciperetque presbytero, ne signa vespertinalia usque prope noctem pulsaret, operique implendo insisteret, percuteretur percussore inviso. Qui dum requireret quis eum percussisset, omnesque se vidisse negarent, furiis exagitatus, sensum amisit, graviterque vexatus, spiritum exhalavit. Quo comperto dux Conradus nimium territus ad sanctum Remigium venit, eique res ipsas reddidit, quas praemissus praesul Artaldus Hincmaro abbati ac caeteris monachis ad supplementum victus attribuit.* a) hoc anno cod. ap. Cole.

diae pigritantis torpore, abiectisque diversarum curarum occupationibus, relego ferventis studii vestri sollertiae quadrifidum nostri laboris opus undecumque collectum, et capitulatim, prout iubere dignati estis, dispositum, nostrae scilicet ecclesiae Remensis historiarum librum. Haud mirari velcumque petens sanctitatem culminis vestri super hac remoratione obsequii nostri, utpote diversis occupationibus praepediti, hiemali quoque glacialis gelu rigoris obstricti, charaxatorum insuper indigentia coartati. Neque mirum, me minimum in correctione meorum terere moras opusculorum, cum veterum nonnulli scriptorum magis in retractatione suorum, quam meditatione demorati ferantur librorum. Sed nec adhuc omnes ad perfectum me puto eliminasse mendas; et si qua reperientur scriptoris forte vicia, industriae vestrae poterunt expurgari sagacia. Non enim me ita perfectum reor ad unguem fore perscrutatorem, ut ferre nolim, si quem diligentiorem in elimandis viciis invenero correctorem. Igitur quia sanctitatis vestrae circa tantitatem nostram profusa videtur exuberasse dilectio, hunc studii nostri fructum, vestri dignum duxi tutaminis delegare patrocinio, ut quae a nostra sunt dicta in tenebris humilitate, ab industriae vestrae sublimitate dicantur in lumine.“

* in editione cod. Par.

Libro primo historiam ecclesiae usque ad obitum et translationem sancti Remigii, secundo successores sancti Remigii usque ad Hincmarum, tertio res gestas et scripta Hincmari archiepiscopi recenset, quarto Fulconem, Heriveum, Seulfum et Artoldum usque ad synodum Ingelheimensem peractam scribit. Opus magno historiae Galliae, non solum ecclesiasticae sed et civilis et litterariae, commodo editum, quum, fontibus quibus auctor usus est deperditis, plurimas magni momenti notitias ibi tantum reperias; praecipuam tamen ea ratione laudem sibi in historia Hincmari et Fulconis[16] *vindicat, quorum rebus et scriptis recensendis praecipuam operam impendit; reliqua magnam partem et Annalibus suis repetita legimus. Quibus quidem inde ab eo tempore haud intermissam operam curamque adhibuit*[17]*; mediasque inter res et in magna rerum per Gallias commotione oculatus testis, regum, principum virorumque aut doctrina aut potestate per Galliam et Germaniam*[18] *illustrium commercio haud alienus, quae veram sui aevi imaginem posteris redderent diligentissime enotavit, ea scilicet fide, qua virum pium, candidum et a violento partium studio alienum decet, qualem fuisse et stylus purus, simplex, gravis, ornatûs fastidio comtus, arguit.*

Perfecit tamen annales in monasterio, quo se beneficio deposito monachus[19] *moxque abbas*[20] *futurus detulerat. Ubi eiusmodi occupationibus studiisque deditum quum anno 952 aut 953*[21] *clerus et*

16) in litteris Fulconis ad Arnulfum imp. pro Karolo Simplice rege haec etiam scripta refert IV. c. 5: *Adnectit etiam, quod in omnibus pene gentibus notum fuerit, gentem Francorum reges ex successione habere consuevisse, proferens super hoc testimonium beati Gregorii papae. Subiicit etiam ex libris Teutonicis de rege quodam, Hermenrico nomine, qui omnem progeniem suam morti destinaverit impiis consiliis cuiusquam consiliarii sui, supplicatque ne sceleratis hic rex adquiescat consiliis, sed misereatur gentis huius, et regio generi subveniat decidenti, satagens, ut in diebus suis dignitas successionis suae roboretur, et hi qui ex alieno genere reges exstabant, vel existere cupiebant, non praevalerent contra eos, quibus ex genere honor regius debebatur.* 17) praecipue usque ad annum 954. 18) e. g. Rodulfo Treverensi, Adaldago Hammaburgensi archiepiscopo, Annone abbate Magdeburgense, postea episcopo VVormaciensi. De quo hist. Rem. I. 4. haec refert „*Beati denique Timothei ossa, rex Otto, concedente Artaldo archiepiscopo, transferri fecit in Saxoniam, et monasterium monachorum in eius instituit honore. In qua translatione multa mira feruntur ostensa. Nam ut Anno tunc abbas, nunc episcopus, mihi retulit, a quo eadem sacra pignera translata sunt, praeter alia plura remedia, duodecim inter claudos et caecos fuere curati. Beatus quoque Apollinaris ossibus suis in Orbacense monasterium translatis, nonnullis inibi florere spectatur gratiarum insignibus.* 19) Adaldagi litterae apud Colvenerium in Hist. Remensi. 20) abbas fuisse videtur, a. 962 de praelatura deposita scribens. 21) v. Gallia Christ. edit II. Episc. Noviomensis.

populus Noviomensis et Tornacensis episcopum sibi elegissent,
22 *regius tamen favor minime secutus, frustra renitente Flodoardo*[21], *alium cathedrae pecunia venali imposuit; qua de re ab Adaldago archiepiscopo Hammaburgensi litteris ad eum datis visitatus est. Aetatem igitur ecclesiae Remensis presbyter et praelatus penes Artoldum exegit, quo defuncto, et Hugone qui superstes erat excommunicato, anno* 962 *ipse cum ceteris ecclesiae canonicis, rege Lothario cum regina matre et Brunone archiepiscopo Coloniensi faventibus, Odelricum, Hugonis cuiusdam comitis filium, archiepiscopum ele-*
24 *git*[23]. *Anno sequenti senio occupatum se sentiens*[24], *septuagenarius coram eodem praelaturae ministerium abdicavit, et Flodoardum nepotem successorem in ea accepit. Quadriennio quo supervixit, aetate fractus et infirmitate attritus ut erat, vel annalibus suis paucas tantum lineas adiecit, et anno demum* 966 *„vir vitae venerabilis, sanctitatis honore venerandus, castitatis splendore angelicus, fulgore sapientiae caelicus, caeterarumque virtutum insignibus abundanter oppletus, dictator egregius,* 5. *Kalendas Aprilis terrenae peregrinationis relinquens exilia, civica ut credimus adeptus est iura.“ Epitaphium ad finem codicis carminum, ab ipso fortasse compositum, ita habet:*

Hic iacet indignus Flodoardus honore sacerdos,
Arbiter expectans caelicus ut redeat,
Hoc sibi confisus veniam miserante ferendam,
Sit licet admissis obsitus innumeris.
Quisque legis titulum, sortis memor ipse futurae,
Expete sic Dominum propter humi positum.
Christe, tuo servo Flodoardo parce benigne,
Et pro iudicio da veniam famulo. Amen.

25 *Aliud eius epitaphium lingua Gallica conscriptum*[25], *cuius auctor ex annalibus a.* 962, *et appendice a.* 966 *hausit, Flodoardum etiam monachum et abbatem dicit, atque ab Agapito papa albatum, i. e. alba tunica indutum, vel presbyterum consecratum; quod quum certe ante annum* 940 *locum habuisse constet, pro Agapito Leo VII. intelligendus erit.*

Ex scriptis eius Annales principem sibi inter Monumenta Germaniae locum vindicant, eisque Historiae Remensis locos, quibus eaedem res aliis verbis efferuntur, illustrationis causa subiiciendos duximus, qua in re Colvenerii editione a Cl. Waitzio cum codice bibliothecae Montispessulanae N. 186 *membr. saec. XIII. collata uti placuit; nam codex Paris. N.* 5209 *in capite* 4. *libri III. subsistit.*

Annales primum a Petro Pithoeo inter SS. XII. Parisiis a. 1588 *p.* 147 *sqq. (iterum Francofurti a.* 1594 *impressos p.* 109 *sqq.) ope codicum trium vulgati sunt. Unum eorum Divionensem, alterum antiquiorem vocat, quorum alteruter in codice unde annales Fuldenses edidit, iam in Vaticano in bibl. Christinae reginae N.* 994 *adser-*

22) ex Adeldagi litteris. 23) Ann. a. 962. 24) ib. a. 963. 25) a Colvenerio in codice historiae Remensis repertum:

Sy ty veu de Rein savoir les eveques,
Lye ly temperair de Flodon le sage.
Yl es mort du tam d'Odalry eveque,
Et fut d'Espernay ne parentage,
Vequit caste clercq, bon moine, milleu abbé,
Et d'Agapit ly Romain fut aube.
Par sen hystore maintes nouvelles saura,
Et en ille toute antiquité beura.

vato, extabat, iam vero, Cl. Papencordt referente, excisus est. Pithoei editionem Chesnius in SS. Franc. II. 590 sqq. adhibito codice Thuaneo, Chesnianam, Pithoeana inconsulta, Bouquet T. VIII. 176 sqq. ex eodem, qui iam bibliothecae regiae Parisiensi sub N. 5354 illatus erat, et codice S. Victoris Parisiensis emendaverunt. Editio nostra his subsidiis nititur[26]*:* 26

1) *C. bibl. olim collegii Trecensis iam in bibl. universitatis Montispessulanae sub N.* 151 *adservatus, membr. in folio minori, saeculi XI. quem eundem ac Divionensem Pithoei esse, lectiones, appendix et visiones Flothildae operi praefixae demonstrant. Eum in usum nostrum anno* 1837 *diligentissime contulit cum editis V. Cl. Georgius Waitz. Locum ei primum inter subsidia nostra adiudicandum censui. Habet enim textum, qualem Flodoardus usque ad obitum suum dederat, absque appendice; ideoque ex authentico deri-vatus esse videtur, quod lectionibus praeterea in universum et textu continuo comprobatur, quum reliqui codices omnes hinc inde lacunis iisdem dehiscant et appendicem annorum* 966, 976, 977, 978 *exhibeant. Liber septem quaternionibus VI. VII. VIII. VIIII. X. XI. XII. signatis et octavo non signato constans, codici iam maiori impactus est, cuius pro paginis* 27. *et sequentibus numeratur. Exhibet primo p.* 27 *visiones Flothildae a Pithoeo p.* 278 *editas, p.* 31' *absque rubrica annales nostros; quorum annus quisque littera Graeca, numerum quo ab anno* 893, *initio regni Karoli Simplicis, distet significante, e. g. in fine anni* 925. $\overline{\Lambda\Gamma}$, 926. $\overline{\Lambda\Delta}$ *et rel. insignitur.*

2) *C. regius Parisiensis N.* 5354 *membr. saec. XI. in fol.* „Incipit cronica Frodoardi presbyteri de gestis Normannorum“ *inscriptus*[27]*, quem* 27 *eximia diligentia in usum nostrum V. Doctissimus Otto Iahn, Ph. Dr. Kiloniensis vertit. Librum eundem ac Chesnii Thuaneum esse iudicaveris, nisi quod Thuani in eo nomen desideratur. Annalibus notitiam de obitu Karoli Calvi praemittit, ex libro quodam abbatiae S. Farae Meldensis descriptam, quae tamen causa fuit, quod docti viri plures abinde Flodoardum scribendi initium fecisse et annos operis eius* 878—918 *desiderari statuerent. Quod quam veritati contrarium sit, tum ex ipsis codicibus tum ex Richero patet, qui Flodoardum ab a.* 919 *exscripsit*[28]*. Notitiam istam hic inserimus:* 28

„Anno 877. et indictione 10, 2. Nonas[a] Octobris, praecellentissimus imperator Karolus, sanctae recordationis insignisque memoriae, temporalem finiens cursum, feliciter, ut credimus, ad gaudia migravit aeterna. Hic siquidem fuit serenissimi augusti Hludovici filius, ac nepos gloriosissimi caesaris eiusdem nominis Karoli. Cuius celsitudinis atque dulcedinis nobilissima propinqua eius, Bertrada abbatissa, cum omni congregatione sibi commissa supplicationibus devotissimis assidue memor, hanc memoriam litteris conpendio comprehensam fecit describi, quae in eius anniversario annuatim recitaretur, eiusque memoria semper haberetur“.

a) ind. XII. nonas *Editio Pithoei.*

26) Codex iam exustus bibl. Cott. Otho B. III. Chron. Frodoardi S. Albani a. Chr. n. — 966 et Ragenaldi Andegav. — 1277 (Smith cat. bibl. Cott. p. 69) recentius opus ex Flodoardo haustum continuisse videtur. 27) Scheda antiqua teste in hoc codice continentur: „Passio sancti emani et sociorum eius Vita et transitus sancti marcialis episcopi et confessoris. Cronica frodoardi presbiteri de gestis normannorum. Passio sanctorum pontificum saniniani potaenciani sociorumque eius Altini s. eodaldi victorini s. erotiani. Vita et conuersacio karoli regis magni. Vita ludovici imperatoris. Vita sancte marie egipciace. Expositio heimonis in apocalipsin.“ — Flodoardus fol. 21—41 habetur. 28) annum 917 perperam scribit Chron. Andegavense, Labbé I. p. 285.

Ex codice isto fluxit

2a) *C. bibliothecae Albigensis chart. in fol. saec. XVII. Inscribitur „Fredoardi presbyteri annales"; 58 paginas explet; lectiones eius momenti alicuius Waitzio flagitante enotatas urbis bibliothecarius transmisit. Exhibet annales annorum* **919—966**, *adiecta appendice anni* **966**, *qualem in codice* **2.** *legimus.*

3) *Tertio loco laudanda venit editio Pithoei, una cum*

3a) *lectionibus codicis cuiusdam in margine editionis Pithoeanae sigla M. notati, et*

3b) *codice sancti Victoris Parisiensis, cuius lectiones apud Bouquetum propositae hunc ei locum adsignant.*

Usi sumus praeterea scriptoribus, qui Flodoardum saeculo eodem et proxime sequentibus libris suis exceperunt, Richero et Hugone Flaviniacensi, qui cum codice nostro* **1.** *consentiunt, tum Balderico et Hugone Floriacensi, eorumque lectiones additionesve hinc inde adducendas duximus.*

Anno incarnationis domini nostri Ihesu Christi

919

cecidit Remis grando mirabilis, ovum gallinae superans magnitudine; quae vero distendebatur in latitudine, occupabat medium palmae. Sed et grandior per alia quaedam loca visa est cecidisse. Hoc anno nihil vini in pago Remense[a] nisi parum admodum
1 fuit. Nortmanni[b] omnem Brittanniam[c] in Cornu-Galliae[1], in ora scilicet maritima, sitam depopulantur, proterunt atque delent, abductis, venditis, ceterisque cunctis eiectis
2 Brittonibus. Hungari[d] Italiam partemque[e] Franciae, regnum scilicet Lotharii[f.2], depraedantur. Anno dominicae incarnationis

920

pene* omnes Franciae comites regem suum Karolum apud urbem Suessonicam[g], quia Haganonem consiliarium suum quem de mediocribus potentem fecerat, dimittere nolebat, reliquerunt[h]. Heriveus autem, Remorum archiepiscopus, accipiens regem cum omnes eum deseruissent, duxit eum ad hospitia sua in villam[i] quae dicitur Carcarisia[k]; in crastinum vero venerunt in Crusniacum, Remensis episcopii villam, ibique manserunt, donec Remis venirent. Sicque deduxit eum per septem fere menses, usque quo illi suos principes, eumque suo restitueret regno. Postea profectus est archiepiscopus Heriveus super Mosam, propter quoddam castellum in terra sui episcopii situm, quod nomi-
3 nant Macerias[m.3], recipiendum, quod tenebat Erlebaldus, comes pagi Castricensis[4], contra illum; quem** tunc etiam habebat excommunicatum, propter illa quae ipsius episcopatus

* *Hist. Rem.* IV. 15. Cum pene cuncti Francorum optimates apud urbem Suessonicam a rege suo Karolo[n] desciscentes, propter Haganonem consiliarium suum, quem de mediocribus electum super omnes principes audiebat et honorabat, eum penitus reliquissent, hic pontifex fidelis et pius atque robustus in periculis semper existens, regem intrepidus ab eodem loco suscipiens, ad metatum suum deduxit; indeque secum ad urbem Remensem perduxit, et per septem fere menses eum prosecutus[o] atque comitatus est, donec illi comites suos, eundemque regno restituit.

** *H. Rem.* IV. 16. Excommunicavit hic praesul Erlebaldum comitem Castricensis pagi, propter Remensis episcopii terram, quam pervaserat, ibique munitionem quandam super Mosam construxerat, indeque frequentia ecclesiasticae familiae mala ingerebat. Insuper et castrum Altimontem fur-

*) *lectiones eius* Hugo V. *Floriacensis* Hugo Fl. *notamus.* a) remensi 2. 3. b) *ita* 1. *scribere solet, sed et* nordmanni; 2. 3. *utrumque, Richerus* Nortmanni *plerumque.* c) britanniam 2. *saepius.* d) hungarii 3. e) partem 3. f) lodharii 3. g) suessionicam 1. *saepius;* suessionem 3. h) relinquerunt 2. i) villa 2. 3. k) carcasiria 2. 3. Carisia *Hugo Fl.* l) crusinacum 3. m) macherias 2. 3a. *et ita infra.* n) Karlo c. o) contutatus c.

1) Cornouaille in Britannia minori. 2) cf. Mabillon. Ann. Bened. lib. 42. n. 30. 3) Maisières. 4) In quo Mézières et Donchéry.

familiae frequentia ingerebat mala, propterque Altmontem[5], aecclesiae Remensis, quod furtim irruperat, castrum. Archiepiscopus autem postquam praefatum castellum, id est Macerias, cum suis fidelibus per quattuor fere ebdomadas obsedisset, deserente tandem illud Erlebaldo, recepit, et dispositis inibi custodiis, reversus est Remis. Qui Erlebaldus profectus ad regem, qui tunc morabatur in pago Warmacensi sedens contra Heinricum[a] principem Transrhenensem[b], ibi ab hostibus regis sibi[c] supervenientibus interfectus est.

Hoc anno, sequenti quoque, agitatur inter Hilduinum episcopum et Richarium abbatem de episcopatu Tungrensi contentio. Siquidem rex illud episcopium[d] Richario, quia Hilduinus a se descivit, cui prius ipsum concesserat, dedit. Herimannus vero archiepiscopus Hilduinum ibi episcopum, eligente clero, ac populo favente, necnon Gisleberto, quem plurimi Lotharienses principem, relicto Karolo rege, delegerant[e], ordinavit. Karolus vero reversis ad se Lothariensibus et ipso Gisleberto, Richario abbati, non Hilduino episcopo, ipsum episcopatum consentiebat. Remis in monasterio sancti Petri[6] ad portam basilicarem cereus, quem ibi posuerant hi cives qui Romam ad visi- 6
tanda apostolorum limina profecti fuerant, accensus est[e'] etiam ter igne[f] caelesti. Ad idem quoque monasterium quaedam puella advenerat nomine Osanna, de pago[g] Vonzinse[h]-7, carnem non comedens, neque panem ab annis iam duobus edere valens, cui 7
multae visiones ostendebantur. Haec in ipsis diebus ebdomada plena iacuit immota, et sanguinem cum omnium ammiratione[i] sudavit, ita ut frons eius tota et facies usque ad collum operiretur sanguine; in qua vita vel tantum calor remanserat, halitu etiam tenuissime spirante. Tunc quoque multa se vidisse perhibuit, ex quibus aliqua dixit, plurima vero[k] quae viderat, se dicere non audere professa est. Tunc etiam circa Remensem urbem mel in spicis inventum[l], et flores quibusdam in arboribus, maturis vel collectis iam fructibus. Anno

921

incarnati verbi Rodulfus episcopus montis Lauduni moritur; cui succedit Adelelmus, eiusdem loci thesaurarius[m]. Remis a domno Heriveo episcopus ordinatus. Anglorum Romam proficiscentium plurimi inter angustias Alpium lapidibus a Sarracenis sunt obruti[n]. Synodus[o] apud Trosleium[8] habita, cui praesedit Heriveus archiepiscopus, prae- 8
sente quoque Karolo rege; cuius obtentu Erlebaldus[p] ibi Castricensis absolvitur. Richardus[q] marchio de Burgundia obiit. Karolus rex in regnum Lotharii abiit[r], receptisque per vim quibusdam Ricuini infidelis sui praesidiis, et facta pactione usque ad missam sancti Martini cum Heinrico principe Transrhenensi[s] reversus est[t] in montem Lauduni. Tempestates hoc anno diversis in locis plurimae, homines quoque fulmine exanimati, et domus incensae. Aestus in aestate magnus, et foeni plurimum. Siccitas ingens tribus fere continua mensibus, Iulio, Augusto atque Septembri. Rotbertus comes Nortmannos, qui Ligerim fluvium occupaverant, per quinque menses obsedit, acceptisque[u] ab eis obsidibus, Brittanniam ipsis, quam vastaverant, cum Namnetico[v] pago concessit; quique fidem Christi coeperunt suscipere. Erluinus, Belvacensis episcopus, obiit. Karolus iterum pacem cum Heinrico firmat. Anno

tim irruperat. Sed cùm nec ita cessaret a malis quae coeperat, pergit archiepiscopus cum suis ad capiendam munitionem, quam ille construxerat Maceriasque nominabat. Quam per quatuor pene ebdomadas obsidens, deserente tandem illam Erlebaldo, cepit, et dispositis inibi custodiis Remis rediit. At Erlebaldus profectus ad regem, qui tunc morabatur in pago Warmacensi contra Heinricum principem Transrhenensem, ibidem ab hostibus regis sibi supervenientibus interemptus est. Quem tamen postmodum in synodo, quam apud Troslcium idem domnus archiepiscopus cum diocesanois suis habuit, intercedente rege et obnixe flagitante, a vinculo excommunicationis absolvit.

a) henricum 3. b) transrenenesem 2. 3. c) sibi regis 3. d) episcopum 2. e) delegerent *corr.* delegerant 2. e') *deest* 1. f) igni 2. 3. g) pago *corr.* paco 1. h) voninse 2. i) omni admi. 2. 3. k) *deest* 2. 3. l) i. est 2. 3. m) tesaurarius 2. n) o. sunt 3. o) sinodus 2. 3. p) herlebaldus 2. 3. q) ricardus 3. r) habit' 2. s) transrenensi 3. *saepius.* t) *deest* 2. u) acceptumque 2. v) nomnetico 3.

5) Omont. 6) inferiori, ex Mabill. Ann. lib. 42. n. 41. 7) circa Vouny in Campania.
8) Troli ad Axonam, in pago Suessonico. BOUQ.

922

Karolus regnum Lothariense[a] ob persecutionem Gisleberti et Ottonis rapinis, sacrilegiis atque incendiis, etiam in tempore quadragesimae, sicut et tota hieme vastat. Richarius, qui Romam profectus fuerat propter episcopium Tungrense, reversus est, ordinatus a Iohanne papa episcopus, Hilduino ab ipso papa excommunicato, qui etiam illo abierat episcopus. Drogo[b] episcopus de Tullo moritur; cui succedit[c] Gauslinus[d]. Berengario Langobardorum[e] rege[f] regno ab optimatibus suis ob insolentiam eius[g] deturbato, Rodulfus Cisalpinae Galliae rex ab ipsis in regnum admittitur; et Hungari, actione praedicti Berengarii, multis captis oppidis, Italiam depopulantur. Karolo denique Laudunum 9 regresso, Hugo filius Rotberti post pascha supra[h] Vidulam[i] 9 venit, ubi apud villam 10 10 Finimas[k] 10 Herivei archiepiscopi fideles cum quibusdam Franciae comitibus obvios habuit. Quo cum eisdem super Axonam in pagum Laudunensem profecto, propter praedictum Haganonem, cui rex abbatiam Rothildis, amitae[l] suae, socrus autem Hugonis, 11 dederat, nomine Golam[m] 11, Karolus cum Heriberto et Haganone clam Laudunum egressus, ob Haganonis amorem huius causa timoris trans Mosam profectus est. Quem insecutus Hugo cum ceteris pugnatorum duobus milibus usque Mosam, Gislebertum Lothariensem obvium[n] habuit; cum quo a patre, qui eum prosequutus fuerat et super Axonam in pago Laudunensi sedebat, ad colloquium revocatus, revertitur. Quo comperto, Karolus Mosa retransmissa, cum nonnullis qui ad se venerant Lothariensibus, villas Remensis aecclesiae depraedari necnon incendere coepit. Altmontem quoque castrum bellando, non sine suorum clade[o], cepit atque diripuit. Rotbertus[p] igitur super Maternam fluvium Rodulfo filio Richardi, genero suo, procedit obviam; quem sequens[q] Ka- 12 rolus cum Lothariensibus, Maternam transiit, et castrum Sparnaci[r] 12 direptum est ab Haganonis complicibus. Rotbertus etiam, praefato Rodulfo cum Burgundionibus veniente, fluvium transiens subter Sparnacum, non longius tribus leugis ab exercitu Karoli castra metatus est; ubi una magis ebdomada consederunt utrique[s], ad colloquium ceteri[t] praeter Haganonem[u] et Karolum venientes.

Hugo interea filius Richardi ad Rothertum veniens, ducentos circiter ex his qui cum Haganone[v] erant obvios habuit, in villas episcopii Remensis abeuntes praedari; quibus captis, tribus tantum occisis, equos[w] cum armis abstulit et ad suos ignominia one- 13 ratos[x] remisit ceteros. Hinc Rotbertus apud Calmiciacum 13 et Karolus circa Remis[y] castra metati sunt; ubi cum tribus continuis consedisset diebus, una scilicet a civitate leuga, et nonnulli ex equis illorum caperentur a civibus Remorum, una tantum die, dominica videlicet pentecostes, contra urbem pugnarunt[z]. Ubi nonnullis occisis[a] ex Lothariensibus, vulneratisque plurimis, nox praelium diremit. Audito denique, quod hi qui cum Rotberto erant Laudunum captum haberent, et thesauros Haganonis[b], qui inibi erant, dispertiti essent, et unum de fratribus eius ibi comprehendissent[b], Karolus cum Haganone Laudunum contendit. Lotharienses quidam regrediuntur ad sua; quidam cum Karolo pergunt. Rotbertus super Axonam tentoria fixit. Karolus abnegato sibi in- 14 troitu Lauduni, resedit super fluvium Saram[c] 14, et Rotbertus castra metatus est super 15 Aleam 15. Et cum cotidie copiis Rotberti crescentibus, decrescerent Karoli, clam tandem secedens cum Haganone trans Mosam proficiscitur. Franci Rotbertum seniorem eligunt ipsique sese committunt. Rotbertus itaque rex Remis apud Sanctum Remigium ab episcopis et primatibus regni constituitur. Heriveus[d] Remorum archiepiscopus obiit

[a] *Hist. Rem. IV.* 17. Excrescente denique discordia inter regem Karolum et Rotbertum, cum pene cuncti regni proceres ad constituendum regem Rotbertum apud sanctum Remigium congregati

a) lodhariense 3. *saepius.* b) Rogo 3a. c) successit 3. d) goslinus 2. 3. gauclinus successit, qui etiam ordinatus est 16. Kal. Aprilis. *Hugo V.* e) lamgobardorum 2. f) imperatore 2. 3. g) ob i. e. *deesse* 2. 3. h) super 2. 3. i) uidolam 2. k) fimmas 3. l) amicae 2. 3a. m) colam 2. 3. n) obviam *corr.* obvium 2. o) c. s. 3. p) robertus 3. *saepius.* q) sequi *alia linea* quens 1. subsequens 3. r) sparnau 1. s) *ita in loco raso* 1. utrimque 2. 3. t) *deest* 1. u) aganonem 1. v) haganonem 2. w) aequos 2. x) honeratos 2. y) remim 2. z) pugnaverunt 3. a) *deest* 1. b) aganonis 1. b) comp. 2. c) isaram 2. d) heinricus 2.

9) la Vèle, Axonam influit. 10) Fimes. 11) videtur esse Chelles, haud procul Parisiis. 12) Epernay. 13) Chermizy aut Chaumuzy prope Remos. 14, 15) la Sere et l'Ale, in pago Laudunensi, Isaram apud la Fère influentes.

tertia die post consecrationem[a] Rotberti regis, scilicet 6. Nonas Iulii, quarto die antequam vicesimum secundum sui episcopatus expleret annum. Cui successit in episcopatum Seulfus, qui tunc urbis[b] eiusdem ministerio fungebatur archidiaconatus.

Apud Cameracum[c] visi sunt[d] quasi tres soles apparere, vel sol tres orbes a se invicem distantes habere, item duo in coelo spicula contra se utrimque propinquantia, donec nube[e] sunt cooperta, item duo stipites sibimet in coelo propinquantes, quousque similiter operti sunt nube. Rotbertus filium suum Hugonem in regnum Lotharii mittit cum aliquo Francorum[f] agmine propter Capraemontem[g], Gisleberti castrum, obsidione liberandum, quod Karolus premebat obsessum. Quo comperto, Karolus obsidionem reliquid[h], et Hugo, acceptis obsidibus a quibusdam Lothariensibus, ad patrem remeavit. Terrae motus in pago Cameracensi factus, ex quo domus inibi nonnullae subversae sunt. In pago quoque Parisiaco, in villa quae dicitur Iesedis[i], multa miracula in aecclesia sancti Petri a quarto superiore anno, ex quo scilicet reliquiae de barba ipsius apostoli illuc sunt relatae, facta memorantur, ita ut inter caecos et claudos[k] vel contractos amplius quam centum septuaginta sanitate[l] donati referantur. Daemoniaci vero, quotquot illo abierunt, sano sensu, pulsis daemonibus, redierunt, praeter alia innumerabilia quae ibidem sunt acta. Anno

923

Rotbertus in regnum Lothariense proficiscitur, locuturus cum Heinrico, qui ei obviam venit in pagum Ribuarium[m] super fluvium Ruram; ubi se invicem paverunt, et pacta amicitia, datisque ab alterutro muneribus, discesserunt. Ubi etiam quidam Lotharienses dederunt obsides, et inducias a Rotberto acceperunt usque in[n] Kalendas Octobris. Nortmanni[o] Aquitaniam Arverniamque depraedabantur[p]; contra quos Willelmus[q] dux Aquitaniorum[r] et Ragemundus pugnaverunt, et caesa sunt ibi ex Nortmannis duodecim milia. Boso filius Richardi Ricuinum in lecto languentem occidit. Karolus cum suis Lothariensibus, inducias quas nuper a Rotberto acceperant[s] infringentibus, Mosam transiens, ad Atiniacum venit, et antequam Rotbertus suos fideles adunare potuisset, super Axonam insperate[t], ubi Rotbertum sub urbe Suessonica sedere compererat, adiit. Et in crastinum, die dominica, hora iam sexta praeterita, Francis dehinc illa die praelium non sperantibus, plurimis quoque prandentibus, Karolus Axonam[u] transiit, et super Rotbertum cum armatis Lothariensibus venit. Rotbertus[v] vero armatis his qui secum[w] erant, contra processit; commissoque praelio, multis ex utraque parte cadentibus, Rotbertus quoque rex lanceis perfossus cecidit. Hi tamen, qui erant ex parte Rotberti, Hugo scilicet ipsius[x] filius, et Heribertus[y] cum ceteris, victoria potiti, Karolum cum Lothariensibus[z] in fugam verterunt; sed ob mortem regis sui Rotberti eos persequi destiterunt, campum vero obtinuerunt[*], spoliaque ab eis, maxime autem a[**] rusticanis et ex Suessonicae urbis suburbio confluentibus, direpta sunt. Lotharienses denique, perditis multis angariis, quas Rothgarius[a] comes accipiens in Laudunum castrum abduxit, relictoque infra[b] regnum Franciae Karolo, revertuntur ad sua. Karolus dehinc[c] Heribertum comitem[d], Seulfum archiepiscopum, ceterosque regni primates, multis legationibus ut ad se revertantur exorat; quod illi renuentes, pro Rodulfo[e] in Burgundiam transmiserunt, qui otius[f] cum multa suorum manu illis occurrit. Auditoque Franci, quod Karolus Nortmannos[g] ad se venire mandasset, ne illi coniungerentur, inter Karolum atque Nortmannos super Isaram fluvium cum Rodulfo medii[h] resederunt. Tumque[i] Karolo

essent, idem archiepiscopus, languore depressus, vita decessit, tertia die scilicet postquam Rotbertus rex factus fuerat, quarto vero die antequam vicesimum secundum sui episcopatus expleret annum. Contigit autem[k], ut ipsa die sui decessus plures qui advenerant episcopi, Remensem ingrederentur urbem, quique funus ipsius dignis exequiis celebrantes, cum maximo suorum sed et[k] exterorum luctu, decenti tradidere sepulturae.

a) consecratione 1. b) e urbis 5. c) camaracum 3. *et infra.* d) visi sunt *desunt* 3. e) *deest* 1. f) frangorum 1. g) caprae mortem 1. h) relinquid 2. relinquit 3. i) gesēdis 2. gesedis 3. k) claudus *corr.* claudos 1. l) sanitatem 2. m) ribuariarium 3. 3 b. n) *deest* 2. o) normanni 1. p) depraedantur 2. q) willemus 1. *saepius.* r) aquitanorum 2. s) acceperat 2. t) insperante 1. u) axonem 3. v) Rotbertus — processit *desunt* 3. w) cum eo 2. x) f. i. 2. 3. y) H. comes Vermandensis *Hugo F. et Fl.* z) suis Lodh. 3. *) opt. 2. **) *deest* 2. 3 a) rotgarius 2. 3. b) in 2. c) dehin 1. d) cōmitem 1. e) R. Richardi Iustitiarii filio *Hugo V.* Ricardi R. magni principis filio. *Hugo Fl.* f) ocius 2. 3. g) ad se v. normannos 2 ad s. v. n. 3. h) medii medii 1 i) Tuncque 2. 3. k) *deest* c.

trans Mosam refugiente, Rodulfum cuncti regem[a] eligunt. Rodulfus filius Richardi rex
16 apud urbem Suessonicam[b] constituitur[16]. Et Heribertus comes Bernardum, consobrinum suum, cum aliis legatis, consilium quod per illos agebatur, ut fertur, ignorantibus, ad Karolum dirigit. Qui ab eisdem sacramentis persuasus, ad Heribertum cum paucis pro-
17 ficiscitur, quique eum in castello suo super Somnam apud Sanctum Quintinum[17] susce-
pit, indeque his qui cum eo venerant remissis, Karolum in quandam munitionem suam,
18 quae vocatur Castellum Theoderici[18], super Maternam fluvium deduci fecit, ibique illum, subministratis victui necessariis, sub custodia detinuit; et sic ipse Rodulfum regem in Burgundiam prosecutus est.

Interea Ragenoldus, princeps Nortmannorum qui in fluvio Ligeri versabantur, Karoli frequentibus missis iampridem excitus, Franciam trans Isaram, coniunctis sibi plurimis ex Rodomo, depraedatur[c]. Cuius castris supervenientes fideles Heriberti qui per castella remanserant, adiunctis sibi Rodulfo privigno Rotgeri et Ingobranno[d] comitibus, praedam ingentem eripuerunt[e], et captivi mille ibidem liberati sunt. Quo cognito, Ragenoldus exagitatus furore, in pagum Atrabatensem praedatum progreditur; cui obvius factus comes Adelelmus, sexcentos ex eis stravit, ceteris fuga prolapsis. Cum quibus Ragenoldus ad munitionum suarum properat refugia, indeque quantas potest exercere non desinit praedas et latrocinia. Quibus urgentibus causis, rex[f] Rodulfus ab[g] Hugone filio Rotberti accitus, de Burgundia venit ad Compendium[h] super Isaram; et audito quod Nortmanni[i] pagum Belvacensem depraedabantur, illo transiit cum Seulfo archiepiscopo
19 et Heriberto comite aliisque quibusdam et electis viris fortibus. Itta[k.19] fluvio transito, ingressus est terram, quae dudum Nortmannis ad fidem Christi venientibus, ut hanc fidem colerent et pacem haberent, fuerat data. Partem quoque ipsius terrae rex cum Francis, quia ipsi[l] Nortmanni pacem quam pepigerant, propter promissiones Karoli, qui eis latitudinem terrae pollicitus fuerat, infregere[m], caedibus et igne devastat. His vero rebus[n] eum intentum legati adeunt Lothariensium, se suaque ipsi subdere spondentium. Quorum legatione revocatus ab hac devastatione, cum primatum qui secum aderant consilio Lothariensibus obviam pergit, Hugone et Heriberto comitibus ad praesidium patriae trans Isaram relictis. Lotharienses illi obviam iuxta Mosomum veniunt, et uxor ipsius nomine Emma, regis Rotberti filia, Remis interim ab Seulfo archiprae-
sule consecratur regina. Rodulfus a plurimis Lothariensium susceptus in regno, petitur a Wigerico, Metensium[o] episcopo, receptum ire quoddam castrum in pagum Elisatium
20 nomine Zabrenam[20]. Ubi toto pene demoratus autumno[p], castellanis[q], quia Transrhenenses erant, auxilium ab Heinrico frustra expectantibus, tandem obsidibus ab eis acceptis, Laudunum ad uxorem suam revertitur. Interea Nortmannis quosdam pagos nostros trans Isaram, et nostratibus eorum terram depraedantibus, crebris alternatim directis legationibus, pacem Heriberto comiti et Seulfo archiepiscopo pollicentur, ceterisque Francis qui cum ipsis contra Nortmannos sedebant, si tamen eis terra daretur, quam spaciosam petebant ultra Sequanam. Rodulfo interea rege, ut dictum est, Laudunum reverso, obsides illi mittunt, et inducias ab eo usque ad medium Maium accipiunt.

Dum haec geruntur, Heinricus, invitantibus se Gisleberto comite et Rotgario Trevirorum praesule, qui necdum se Rodulfo subdiderant, Rhenum[r] transmisisse regnumque Lotharii depraedari nuntiatur[s]. Depopulatus est autem quod inter Rhenum et Mosellam interiacet, gregum armentorumque abductione[t] ac ceterarum opum exhaustu, cum plurimorum quoque iuventutis captivitate. Quique audito, quod Rodulfus exercitum[u] non modo e Francia, quin ex omni congerat[v] Burgundia, in suo se regno recepit, datis induciis Lothariensibus usque Kalendas Octobris anni sequentis[w]. Otto[x] tantum ex his,

a) *deest.* 2. 3. b) S. in monasterio sancti Medardi c. *Pithoeus asteriscis notatu. Nec apud Richerum neque apud Hugonem V. habentur.* c) praedatur 2. 3. d) ingrobanno 2. e) eripierunt 1. f) R. r. 2. g) a 1. h) compendio 1. i) nordmandni 2. k) Ita 2. 3a. l) ipsius 1. m) infringere 2. n) e. r. 2. o) mettensium 2. p) auttumno *corr.* autumno 1. autunno 2. q) catellanis qui 3a. r) renum 3. *semper.* s) nuntiantur (*corr.* nuntiatur 1.) 2. nunciantur 3. t) adductione 2. u) exercitus 3. v) cogeret 2. 3. w) s. a. 2. 3. x) Otho 3.

16) Hugo Flav. ita pergit: *et Boso frater eius rex Galliae superioris, quae comata dicitur, constitutus est, id est Burgundiae superioris, et Hugo Capeto dux Burgundiae inferioris.* 17) St. Quentin. 18) Chateau-Thierry. 19) Epte, medio spatio inter Parisios et Rodomum Sequanam illabens. 20) Zabern.

qui se Rodulfo commiserant, ad Heinricum defecit. Wigericus[a] episcopus Zabrenam ut recepit, evertit. Camaracus male proviso conflagravit incendio. Alter Rodulfus Cisalpinae Galliae rex, quem Italici abiecto[b] rege suo Berengario in[c] regnum receperant, cum ipso Berengario conflixit, eumque devicit; ubi mille quingenti viri cecidisse dicuntur. Seulfo archiepiscopo archiepiscopalis infula, quae pallium nominatur, ab Iohanne[d] papa transmittitur. Multitudo Anglorum limina sancti Petri orationis gratia petentium inter Alpes a Sarracenis[e] trucidatur[f]. Dado Virdunensium episcopus obiit[21], et episcopatus eius Hugoni ab Rodulfo rege conceditur, quique presbiter Remis ab[g] Seulfo archiepiscopo[h] consecratur. Anno 21

924

incipiente, fit exactio per Frantiam[i] pecuniae collaticiae, quae Nortmannis pacto pacis daretur; et Rodulfus rex profectionem parabat in Aquitaniam, quia Willelmus[k], eiusdem regionis princeps, subdi sibi differebat. Qui, comperto quod Rodulfus in Aquitaniam cum hostili manu properaret, ei obviam super Ligerim venit, et intercurrentibus alternatim legatis, tandem ad colloquium super ipsum flumen Ligerim infra pagum Augustidunensem[l] convenere. Ubi tota die immorati[m], Rodulfus ex hac, Willelmus ex illa fluminis ora, nuntiis utrimque progredientibus, sicque die consumpta, flumen tandem Willelmus transiens, ad Rodulfum iam noctu pervenit, et equo desiliens, ad regem equo[n] insidentem pedibus accessit; quem postquam rex osculatus est, utrimque discessum. In crastino ad regem regreditur Willelmus, et octo dierum acceptis induciis, post finitam ebdomadam sese regi committit. Et rex illi Biturigensem pagum restituit, quem illi nuper, auxilio fretus Rotberti necdum tamen regis, vi dempserat[p] cum civitate Biturigis. Heriberto denique Peronam[q], et Hugoni filio Rotberti Cinomannis dedit. Seulfus quoque archiepiscopus[r] terram sancti Remigii coniacentem in Lugdunensi[s] provintia, de qua Heriveus episcopus nihil habuerat, ab Hugone de Vienna[22], qui eidem[t] colloquio intererat, reimpetravit[u]. Inde reversi circa quoddam castellum venimus, quod dicitur Mons sancti Iohannis. Hoc Raginardus[v] invaserat, et[w] retinebat. Hortatu tamen nepotum suorum, Walonis et Gisleberti, ceterorumque quos rex ad id expugnandum miserat, obsidem regi filium suum transmisit. Quem rex, exoratus a propinquis Ragenardi[x] et Hugone fratre suo, recipi iussit, et Ragenardo inducias dedit, caeterosque omnes qui cum Ragenardo erant, obstrictos[y] sacramento reliquid. Interea Gislebertum[z] Berengarius, qui sororem ipsius uxorem[a] habebat, comprehendit[b], quemque oblatis obsidibus[c] sibi pro eo filiis Ragenarii, fratris ipsius[d] Gisleberti, dimisit. Idem vero Gislebertus dimissus, terram Berengarii Ragenariique fratris sui et Isaac comitis depraedationibus plurimis vastat. Post haec regi Rodulfo[e] legatos, ut ab eo reciperetur, dirigit. Quod rex fidelium suorum consilio, ipsius abominatus[f] periuria et instabilitatem, facere contempsit. 22

Hungari ductu regis Berengarii, quem Langobardi[g] reppulerant[h], Italiam depopulantur; Papiam quoque, urbem populosissimam[i] atque opulentissimam, igne succendunt; ubi opes periere innumerabiles; aecclesiae 44[k] succensae, urbis ipsius episcopus cum episcopo Vercellensi, qui secum erat, igne fumoque necatur; atque ex illa pene innumerabili multitudine ducenti tantum superfuisse memorantur, qui ex reliquiis urbis incensae, quas inter cineres legerant, argenti modios[l] octo dederunt Hungaris, vitam murosque civitatis vacuae redimentes. His expletis, Hungari per abrupta[m] transeuntes Alpium iuga, veniunt in Galliam. Rodulfus[n], Cisalpinae rex[o] Galliae, et Hugo Viennensis Hungaros[p] inter angustias collium Alpinorum[q] claudunt; unde inopinato loco per devia montis

a) uuigerius 1. uuitgericus 2. wilgericus 3. b) accepto 3 a. c) i. r. r. c. i. B *desunt* 2. d) iohhanne 1. e) saracenis 1. 3. f) trucidantur 2. g) a 1. h) episcopo 1. i) franciam 2. 3. *saepius.* k) uuillemus 1. *saepius.* l) augustidinensem 1. m) inmorati 2. n) aequo 2. o) biturice sem 2. p) depserat 1. q) perronam 2. parronam 3. paronam *Hugo Fl.* r) episcopus 3. s) ludunensi 2. t) eodem 2. u) reimperavit 1. v) raienardus 2. *constanter.* ragenardus 3. w) ac 2. 3. x) raginardi 3. y) obstricto 2. z) gislebertus *corr.* —um 1. *) *deest* 3. a) conp. 2. b) obs. obl. 2. c) fratri sui 2. d) rodulfo 3. e) abhom. 2. f) lamgobardi 2. g) pepulerani 2. 3. h) *voci* populosissimam *superscribitur* de 2. i) XLIII. 3. k) mđ 1. l) abruta 1. m) G. quos R. 2. 3. n) c G. r. 2. o) *deest* 2. 3. p) alpinarum 1. 3.

21) Hugo pergit: *exactis in episcopatu* 37 *annis, et inter sepulcra praedecessorum suorum episcoporum in ecclesia sancti Vitoni condignam sepulturam meruit.* 22) postea Italiae rege.

evadentes, Gothiam [a] impetunt; quos insequentes praedicti duces, sternunt ex eis quos reperire [b] poterant. Interea Berengarius, Italiae rex, a suis interimitur [c].

Rodulfus rex Frantiae placitum tenuit [d] apud Atiniacum. Tunc inde profectionem [e] parans in regnum Lotharii, gravissimo languore [f] corripitur; cuius vi recidiva, dum iam convalescere putabatur, opprimitur, et pene desperatus a pluribus, Remis ad sanctum Remigium se deferre petiit [g]. Ubi nonnulla [h] dona largitus, ceterum, praeter uxoris partem, quicquit [i] sibi thesaurorum supererat, per monasteria Franciae Burgundiaeque direxit; et quattuor ebdomadibus apud sanctum Remigium demoratus, tandem redintegrata sanitate, Suessonicam peciit urbem [k], indeque regreditur in [l] Burgundiam. Heinricus aeque in ipsis Sarmatarum [m] finibus valitudine corporis tota detinetur aestate. Interim contentio [n] inter Gislebertum et Ragenerum [o], fratrem eius, nec minor inter Bosonem et Othonem [p], caedibus incendiis ac depraedationibus utrobique patratur. Nortmanni cum Francis pacem ineunt sacramentis per Hugonem [q] et Heribertum comites, Seulfum quoque archiepiscopum; absente [r] rege Rodulfo, eius tamen consensu, terra illis aucta, Cinomannis et Baiocae pacto pacis eis concessae. Isaac quoque comes quoddam castellum Stephani Camaracensis episcopi dolosa infestatione comprehendens, incendit. Praesidii etiam Heriberti turris super Maternam fluvium, ubi Karolus custodiebatur, subitaneo conflagravit incendio. Raginoldus [s] cum suis Nortmannis, quia nondum possessionem intra Gallias acceperat, terram Hugonis inter Ligerim et Sequanam depopulatur. Synodus episcoporum Remensis dioceseos apud Trosleium Octobri mense habita, Seulfo archiepiscopo praesidente, in qua Isaac comes ad emendationem et satisfactionem venit, pro his quae prave adversus aecclesiam Camaracensem perpetraverat, et vadatus argenti libris [t] centum, pacatur cum Stephano praefatae urbis episcopo praesente [u] Heriberto et pluribus Frantiae comitibus.

[t] vastagente *Hist. Rem.*

Rodulfus rex castellum montis sancti Iohannis, id Ragenardo invito licet deserente, recepit, sicque Frantiam repetit [v]. Willelmus et Hugo Rotberti [w] filius cum Ragenoldo de sua terra securitatem [x] paciscuntur, et Ragenoldus cum suis Nortmannis in Burgundiam proficiscitur. Illuminationes candelarum hoc anno multae per diversa Frantiae loca, orto repente lumine, factae, et visiones sanctorum cuidam presbytero nomine Ebrulfo in villari Mosomo proximo conmanenti [y] ostensae [z]. Remis in aecclesia sanctae Mariae sollempnitate omnium sanctorum quidam diu contractus, cuius coxae cruribus inhaeserant [a] iunctae poplitum [b] nervis ita retractis, virtute divina solutus et erectus [c] est. Hungari qui Gothiam vastabant, pestem quandam perpessi, capitum inflatione ac dissinteria pene cuncti, paucis evadentibus, nuntiantur esse consumpti. Anno

925

redintegrante, Raginoldus [b] cum suis Nortmannis Burgundiam depopulabatur [c]. Cum quo Warnerius et Manasses comites, Ansegisus et Gotselmus [d] praesules, congressi apud montem Calaum [d*], Nortmannorum plusquam octingentos sternunt. Warnerius comes ibi, equo [e] cui sedebat occiso, captus et interemptus est, et Ansegisus Trecasinae [f] urbis episcopus vulneratus [g]. Quo Rodulfus rex comperto, in Burgundiam cum quibusdam ex Francia, militibus scilicet Remensis aecclesiae et Abbone [h] Suessionensi episcopo, paucis etiam aliis secum comitantibus, proficiscitur, Heriberto quoque comite se prosequente. Collectaque ex Burgundia militum manu non pauca, venit usque ad castra Nortmannorum super Sequanam; ibique ab his [i] qui ex Francia perrexerant pedestri pugna certatum ad castra. Videntes vero, quod illi qui erant cum rege, pars scilicet exercitus maxima, neque castra invadere neque [k] equis desilire temptarent, compulsis in castra

a) Tolosanam provintiam petere compulerunt. Illi autem ibidem Dei omnipotentia prepediti, dissenteria et varia clade postmodum periere *Hugo Flor.*; cf. *finem huius annl.* b) repperire 2. c) interemitur *corr.* interimitur 1. *Codex 2. hoc loco sententias infra scriptas* Nortmanni cum Francis pacem *usque* pacto pacis eis concessae *et* Hungari qui Gothiam *usque* esse consumpti *inserit; quae postea inclusa hoc loco servat* 3. d) *deest* 2. habuit 3. e) profectione 1. f) langore 2. g) fecit 2. 3. h) non multa 3a. i) quicquid 2. 3. k) ciuitatem 2. l) *lineae superscriptum* 1. m) parmatarum 2. n) contemptio 2. o) ragenarium 2. 3. p) ottonem 3. q) hugone 1. r) absentē 1. s) rainoldus 1. raienoldus 2. ragenoldus 3. t) libras 3a. u) repetiit 3. v) f. R. 2. 3. vv) *deest* 2. 3. x) conmanti 1. y) hostensae 2. z) ineserant 1. inhaererant 3. a) popliter *corr.* poplitum 1. b) ereptus 3. c) depopulatur 2. d) getselinus 1. gotselmus 2. d*) gozcelinus 3. e) aequo 2. f) trecassinae 3. g) v. est 2. h) ebbone *corr.* abbone 1. i) iis 2. 3. aliis 3a. k) nec 1.

Nortmannis qui fuerant[a] ad repugnandum[b] egressi, quibusdam[c] quoque prostratis, a castrorum pervasione discedunt, castraque duobus vel tribus milibus a Nortmannorum castris metantur in girum, Hugone Rotberti filio econtra supra[d] Sequanam hac ex parte castra metato. Ubi propinquiorem castrorum obsidionem procrastinantibus Francis et de die in diem differentibus[e], naves a Parisio venturas expectando, eruptione clam facta, quorundam nostrorum veluti fertur assensu, Nortmanni[f] sua castra linquentes, et saltum quendam iter suum tutandi gratia petentes, evadunt; nostrorum vero quique regrediuntur ad sua. Ieiuniis itaque coeptis quadragesimalibus, Heribertus, cum Gisleberto indeque cum Hugone locutus, regem accersiit[g] ex Burgundia; qui festinanter adveniens, Camaracum Lothariensibus atque Gisleberto proficiscitur obviam. Quique hoc placitum omittentes, super Mosam ad eum veniunt, suique Gislebertus et Otto[h] efficiuntur.

Nortmanni de Rodomo foedus quod olim pepigerant irrumpentes, pagum Belvacensem atque Ambianensem depopulantur. Ambianis civitas male proviso confugientium igne succensa est; sic et Atrabatis subito exorto conflagravit incendio. Nortmanni usque ad Noviomagum praedatum veniunt, et suburbana succendunt. Castelliani[i] cum suburbanis egredientes, Nortmannos repellunt, sternunt quos poterant, partem suburbii liberant. Baiocenses interim terram Nortmannorum ultra Sequanam depraedantur. Quo comperto Parisiaci[k], et ipsi quoque[l] cum quibusdam fidelibus Hugonis filii Rotberti, et quorundam castellorum oppidanis, partem quandam[m] pagi Rotomagensis[n], qui possidebatur a Nortmannis cis Sequanam, depopulati sunt, villis succensis, pecoribus abductis, nonnullis etiam Nortmannorum interfectis. Heribertus comes interea cum paucis Francorum, quia parum adhuc herbae inveniebatur equis[o], transitum Nortmannis prohibendi gratia, super Isaram residebat. Nortmanni terrae suae cognita vastatione, in sua festinant[p] redire. Heinricus denique Rhenum transiens, oppidum quoddam nomine Tulpiacum[23], quod Gisleberti fideles tutabantur, vi 23
cepit, nec diu demoratus infra regnum Lotharii, ad sua trans Rhenum regreditur, obsidibus a Gisleberto acceptis. Hilgaudus comes et ceteri maritimi Franci loca sibi vicina nuper a Nortmannis possessa pervadentes, devastant.

Rodulfus interea de Burgundia revertitur in Franciam, et ut se ad bellum contra Nortmannos praeparent[q], Francis banno denuntiat. Heribertus igitur expeditione coepta contra Nortmannos cum militibus Remensis aecclesiae, Arnulfus quoque comes[r] et ceteri maritimi Franci praesidium quoddam Nortmannorum aggrediuntur, quo etiam Rollo princeps eorum mille Nortmannos praeter ipsius inhabitatores oppidi ex Rodomo transmiserat. Idem vero castrum secus mare situm vocabatur Auga[24]; quod 24
circumdantes Franci, vallum, quo pro antemurali cingebatur, irrumpunt, murumque infringentes conscendunt; et oppido pugnando potiti, mares cunctos interimunt, munitionem succendunt. Nonnulli tamen evadentes, finitimam quandam occupant insulam, quam adgredientes[s] Franci, maiore licet mora quam oppidum ceperant, capiunt. Quod videntes Nortmanni, qui armis vitam pro posse tutabantur, postquam spem vitae amisissent, quidam se fluctibus immergunt, quidam, ut enatarunt, iugulati sunt. Et alii quidem Francorum necabantur gladiis, alii propriis se oppetebant telis. Sicque omnibus prostratis, et praeda non modica direpta, Franci revertuntur ad sua. Rodulfus autem rex cum Hugone et Burgundionibus in pago Belvacensi sedebat.

Per idem tempus Seulfus Remorum archiepiscopus* obiit, expletis in episcopatu

* *Hist. Rem. IV.* 19. 20. Fertur autem veneno potatus a domesticis vel familiaribus Heriberti comitis vitam finisse. Nec mora, post obitum ipsius Heribertus comes Remis venit, advocans Abbonem episcopum Suessonicum, et Bovonem Catalaunicum. Quibus sibi iunctis, tractans super electione rectoris huius Remensis ecclesiae, tam clericos quam laicos ad voluntatem suam intendere fecit. Sequentes igitur eius consilium, ne forte per extraneas personas episcopatus divideretur, eligunt filium ipsius, nomine Hugonem, admodum parvulum, qui nec adhuc quinquennii tempus explesset. Qua re patrata ad regem properant, eius auctoritatis

a) fugerant 3. b) pugnandum 2. 3. c) qui *erasum* 1. d) super 2. 3. e) proferentibus 2. f) nortmannorum 1. g) accersivit 2. 3. h) otho, *suprascripto* t. 2. i) castellani 2. k) *ita* 1. *distinguit.* l) *deest* 1. m) quendam 2. n) rothomag 3. o) aequis 2. p) festinanter 2. festinanter rediere 3. q) praeparant *corr.* praeparent 2. praepararent 3. r) *deest* 1. s) aggr. 2. t) oppetebat 2.

23) Zülpich. 24) Eu, inter Dieppe et Abbeville.

annis tribus et[a] diebus quinque. Heribertus comes Remis venit, et vassallos ipsius aecclesiae sed et clericos de electione rectoris ad suum consilium intendere fecit. Hugo filius Rotberti pactum securitatis accipit[b] a Nortmannis, terra filiorum Balduini, Rodulfi quoque de Gaugeio atque Hilgaudi[c] extra securitatem relicta. Episcopatus Remensis Heriberto[d] comiti commissus est sub[e] obtentu filii sui Hugonis, admodum parvuli, necdum, ceu ferebatur, quinquennis. Abbo episcopus Romam petit cum legatis Heriberti comitis. Heinrico cuncti se Lotharienses committunt; et ipse Bernuino, Dadonis[f] episcopi nepoti, episcopium Virdunense concedit, qui et expulso Hugone presbitero, cui Rodulfus illud dederat, ibidem ordinatur episcopus[25]. Annus

926

incipiebat, et Rodulfus rex cum Heriberto comite et quibusdam maritimis Francis Nortmannos in pago Atrabatensi quodam saltu coartatos obsidebat, cum repente post aliquot dies noctu eruptione coepta, Nortmanni castra regis aggrediuntur; ibique regi, ne a Nortmannis comprehenderetur, succursum ab Heriberto, succensisque casis[g] quibusdam, pugnatum ad castra. Nortmanni tandem a castrorum pervasione repulsi, recedunt; rex ibi vulneratus et Hilgaudus comes interemptus est; Nortmanni mille et centum dicuntur ibidem occisi. Sicque Rodulfus Laudunum revertitur, et Nort-
26 manni usque in pagum Porcensem[26] silvestria[h] loca depraedantur. Hungari quoque Rheno[i] transmeato, usque in pagum Vonzinsem[k] praedis incendiisque desaeviunt. Luna quartadecima sabbato sancto paschae[l], die Kalendarum Aprilium, passa[m] defectum et in pallorem conversa est, quadam luminis relicta particula, velut[n] esset secunda; sicque aurora iam incipiente, in sanguineum tota mutata[o] est colorem[p]. Corpus sancti Remigii et aliorum quorundam sanctorum pignera Hungarorum metu Remis a suis monasteriis sunt delata; inter quae sanctae quoque Walburgis[q] reliquiae, ad quas nonnulla exercebantur[r] miracula. Exactio pecuniae collaticiae, Nortmannis pacto pacis dandae, publice fit per Franciam atque Burgundiam. Data igitur pecunia, pax utrimque est[s] cum iuramento[t] firmata. Hinc exercitus ex Francia Burgundiaque cum Rodulfo rege et Heriberto comite proficiscitur super Ligerim, et acceptis obsidibus ab urbe Nivernensi, quam frater Willelmi contra regem tutabatur, in Aquitaniam ad persequendum Willelmum, qui a rege forte desciverat, transeunt insecunturque fugitantem[u], donec rumor infestationis Hungarorum, quod iterum iam Rhenum transissent, exercitum in Franciam repedare coegit.

Hugo, filius Bertae, rex Romae super Italiam constituitur, expulso Rodulfo Cisalpinae Galliae rege, qui regnum illud pervaserat, et alteri feminae vivente uxore sua se copulaverat; occiso quoque a filiis Bertae Burcardo[v] Alamannorum principe, ipsius Rodulfi socero, qui Alpes cum ipso transmearat, Italiae[w] regni gratia recuperandi genero. Hugo presbiter expulsus Virduno, defungitur. Ebrardus quidam[x] Trans-

impetrandae gratia. Rodulfus igitur rex, hac electione comperta, praefatorum episcoporum consilio Remensem episcopatum committit Heriberto, aequitatis censura disponendum atque regendum ab ipso. Qui etiam legatos ecclesiae cum Abbone praesule Romam mittere satagit, huius electionis decretum secum ferentes, et assensum papae super ea petentes. Iohannes itaque papa, interveniente Abbone praesule, petitioni eorum consensum praebens, episcopium Remense Abboni episcopo delegat, quae sunt episcopalis ministerii ab ipso in eodem episcopio tractanda ac[y] finienda decernens. Heribertus itaque comes potestate potitus Remensis episcopii, iniuste privavit tam me, qui non interfueram praemissae electioni suae, quam nonnullos alios, et clericos et laicos, beneficiis possessionum ecclesiasticarum, quibus a praecedentibus episcopis munerati videbamur obsecundationis gratia. Quae pro libitu suae voluntatis, quibus sibi placuit, impertivit. Nec longum postea, tumultu infra claustrum canonicorum inter clericos exorto, supervenientibus quibusdam militibus cum armis, duo interempti sunt ibidem clerici, quorum alter diaconus, alter habebatur subdiaconus.

a) *deest* 1. b) accepit 2. c) hilgaldi 3. d) herberto 1. e) sed *corr.* sub 1. f) dadanis 2. g) *deest* 2. h) silvestra 2. i) *deest* 2. k) uotinsem 2. vozinsem 3. l) *deest* 1. 3. m) *in cod.* 1. est *superscriptum.* n) veluti 3. o) immutata 2. p) *deest* 2. q) walleburgis 2. 3. galburgis *Hugo F?.* r) cnepe *sunt Hugo F?* s) *deest* 1. t) c. i. *desunt* 2. u) fugientem 2. 3. v) burchardo 3. w) italia 2. italiam 3. x) quoque 2. 3. y) et *c.*

25) Hugo addit: *Abhinc Virdunum et aliae civitates a regno Francorum defecerunt.* 26) in Campania, in quo e. g. Chateau Porcien in praefectura Ardennensi.

rhenensis in regnum Lotharii mittitur ab Heinrico, iustitiam faciendi causa, et Lotharienses inter se pace consociat. Rodulfus comes, filius Heiluidis[a], obiit. Non multo post etiam Rotgarius[b] vitricus[c] eius, comes Laudunensis pagi, decessit. Hugo filius Rotberti filiam Eadwardi[d] regis Anglorum, sororem coniugis Karoli, duxit uxorem. Anno

927

inter Rodulfum regem et Heribertum comitem pro Laudunensi comitatu, quem Heribertus Odoni filio suo dari petebat, concedente illum rege cuidam filiorum Rotgarii nomine Rotgario[e], simultas exorta est[f]. Acies igneae Remis in caelo mense Martio mane quadam die dominica visae; cui signo pestis e vestigio successit, quasi febris et tussis, quae mixta quoque[g] mortalitate in cunctas Germaniae Galliaeque gentes irrepsit. Widricus Mettensis[h] antistes defungitur. Heribertus comes legatos suos trans Rhenum dirigit ad Heinricum; quibus reversis, evocatur ad colloquium Heinrici per eosdem[i], ad quod[k] properans, cum Hugone Rotberti filio pace firmata, muneribus Heinricum honorat et honoratur ab illo. Ibi etiam Heinricus episcopium[l] Mettensium, contempta electione ipsorum, cuidam, ut ferebatur, Dei servo dedit, cognomento Bennoni.

Hugo filius Rotberti et Heribertus comes contra Nortmannos pergunt, qui super fluvium Ligerim morabantur. Tempestas maxima pagum Laudunensem concussit et Suessonicum, qua domus eversae arboresque multae fuerunt evulsae, homines exanimati per loca diversa quamplures[m]. Willelmus Aquitanorum princeps obiit. Nortmanni de Ligeri postquam obsessi sunt ebdomatibus quinque ab Heriberto et[n] Hugone, datis acceptisque obsidibus et concesso sibi pago Namnetico, pacem pepigere Francis. Synodus sex episcoporum apud Trosleium habita, contradicente rege Rodulfo, per missos Heriberti comitis, et mandante illi, ut synodum differret, sibique obviam ad Compendium[o] veniret. Quod ille agere renuit[p]; synodo vero interfuit. Ubi Herluinus comes ad poenitentiam venit pro uxore, quam duxerat alia vivente. Post absolutionem synodi Heribertus comes Laudunum ingredi voluit; praevenit autem eum Rodulfus rex, missis illo militibus ad custodiam loci; ipse denuo[q] subsecutus, idem castellum ingressus est. At Heribertus Karolum de custodia eiecit, secumque in pagum Veromandinsem[r], scilicet ad Sanctum Quintinum deduxit[s]. Rodulfus vero in Burgundiam revertitur, Rotgarii[t] filiis cum uxore sua ad custodiam Lauduni relictis; qui egredientes, loca quaeque devastant[u] circa Codiciacum[27], episcopii Remensis castrum. Karolus igitur cum Heriberto colloquium petit Nortmannorum ad[v] castellum quod Auga[w] vocatur, ibique se filius Rollonis Karolo committit[x], et amiciciam firmat cum Heriberto. Metus interea falsi rumoris Hungarorum et fugae per regnum Lotharienense agitantur et Franciam. Anno 27

928

inchoante, in ipsis sollemniis[y] ortus[z] Christi, Rodulfus de Burgundia cum hostili Burgundionum manu venit in Franciam praedando, et etiam loca quaedam incendendo. Cui Hugo filius Rotberti obviam properat; venientesque super Isaram, inter Rodulfum et Heribertum comitem sequester et medius fuit, et ab Heriberto obsides accepit, donec iterum ad denominatum placitum convenirent. Quo facto, Rodulfus in Burgundiam revertitur, non valens suadere coniugi suae Lauduno discedere At Heribertus comes Remis cum Karolo venit, indeque litteras mittit Romam Iohanni papae, significans ei[*] de restitutione et honore Karoli, ut ille sibi etiam sub excommunicationis interminatione mandaverat, se pro viribus decertare. Rodulfus rex et Heribertus comes iterum ad placitum iam infra quadragesimam veniunt. Regina uxor Rodulfi Laudunum relinquit[a], et in Burgundiam redit. Heribertus comes Lauduno

a) heiloidis 2. heloidis 3. 3 b. b) rotgardus 1. c) uictricus 2. d) eaduardi 2. e) rotgerio 1. rotgarii 2. f) exoritur 2. 3. g) *deest* 1. h) metensis 3. *et infra.* i) pro eodem 3. k) quos 1. l) episcop: um 2. m) plures *f.* n) *deest* 2. o) compendium 2. p) rennuit 2. q) denique 2. 3. r) ueromandissem 2. s) deducit 2. 3. t) rotgerii 1. u) deuastent 2. v) ad c. q. A. v. *in margine* 2. w) Alga *Hugo Fl.* x) committit 2. y) sollenniis 1. z) ortum 1. *) *deest* 1. a) reliquit 3. *corr.* relinquit 2.

27) Coucy.

potitur, et exinde placitum cum Nortmannis habuit; ipseque[a] et Hugo[b] amicitiam[c] cum eis pepigerunt. Filius tamen Heriberti Odo, quem Rollo habebat obsidem, non redditur illi, donec se committit Karolo pater cum aliis quibusdam Franciae comitibus et episcopis. Tempestates variae diversis locis effusae[d]. Otgarius Ambianensium praesul, vir sanctus et plenus dierum, obiit; cuius vita usque ad annos centum et amplius protelata[e] refertur. Heribertus comes quandam munitionem filiorum Rot-
28 garii[f], quam dicunt Moritaniam[g] [28], super Scaldum fluvium[h] vi cepit et diruit. Interea missus Heriberti comitis Roma revertitur, nuntians Iohannem papam a Widone, fratre Hugonis[i] regis, propter simultatem quandam inter illos exortam retrusum[k] in carcerem.

29 Odalricus[l] Aquensis[29] quidam episcopus * in aecclesia Remensi[m] recipitur ab Heriberto comite ad celebrandum episcopale dumtaxat ministerium vice Hugonis, ipsius comitis filii adhuc parvuli, concediturque ipsi Odalrico abbatia tantum sancti Timothei cum praebenda canonica. Heinricus, Germaniae[n] princeps, cum multitudine Germanorum Rhenum transiit, et supra Mosam veniens, obsidet quoddam castrum
30 Bosonis comitis nomine Durofostum[30], pro eo quod Boso ad legem venire nolebat de quibusdam abbatiis et terra[o] episcopatuum[p], quam potestatis auctoritate ceperat, et pertinaciter Heinrici praecepta spernens detinebat; mittensque ad Bosonem, pacem spondet, si ad se veniat. Qui acceptis obsidibus pacto securitatis ab Heinrico, venit ad eum, eique fidelitatem et pacem regno iuramento promittit, terram quam vi ceperat reddit, data sibi alia recompensationis[q] gratia; pacaturque tam ipse quam Ragenarius cum Gisleberto et ceteris Lothariensibus. Hugo et Heribertus ad Heinricum[r] colloquii causa proficiscuntur, indeque revertentes, obviam pergunt regi Rodulfo. Rursusque Heribertus se illi committit, iterum redacto sub custodia Karolo; deinde cum Rodulfo proficiscitur in Burgundiam obviam Hugoni Italiae regi. Vindemiae pene peraguntur infra mensem Augustum. Hugo rex habens colloquium cum Rodulfo, dedit Heriberto comiti provintiam Viennensem[s] vice filii sui Odonis. Benno Mettensis[t] episcopus, insidiis appetitus, eviratus luminibusque privatus est. Rodulfus rex Remis veniens, pacem fecit cum Karolo**, reddens illi[u] Atiniacum, muneribusque honorans illum. Anno

929

Heribertus et Hugo comites contra Bosonem, Rodulfi regis fratrem, proficiscuntur, propter quasdam Rothildis alodes nuper defunctae, quos a Bosone pervasos repetebat
31 Hugo, gener ipsius Rothildis. At Heribertus comes Victoriacum[31], Bosonis castellum, cepit, et posthac[v] inducias dant Bosoni usque ad finem Maii mensis. Boso ad Heinricum profectus, pacem publice[w] iurare compellitur. Deroldus medicus episcopatum Ambianensem[x] adipiscitur, Albero Mettensem; Bennoni quadam abbatia concessa sus-
32 tentationis tenore[y]. Heribertus et Hugo Monasteriolum[32], castellum Erluini[z], filii Hilgaudi comitis, obsident, tandemque acceptis obsidibus revertuntur. Iohannes papa, dum a quadam potenti femina cognomine Marocia principatu privatus sub custodia detineretur, ut quidam vi, ut plures astruunt, actus angore, defungitur. Karolus quoque rex[*] apud Perronam[a] obiit. Simultas inter Hugonem et Heribertum comites exoritur, recepto Herluino ab Hugone cum terra sua, et Hilduino***, qui erat Hugonis, ab Heriberto. Viae Alpium a Sarracenis obsessae, a quibus multi Romam proficisci volentes, impediti revertuntur. Anno

* episcopus, qui ob persecutionem Sarracenorum a sede sua recesserat, *Hist. Rem. IV.* 22.

** Karolo, humilians se ante ipsius praesentiam et reddens etc. *ibidem.*

*** necnon et Arnaldo H. R. IV. 23.

a) ipse 2. b) H. filius Rotberti 3. c) amicitiamque 2. d) effulsere 2. e) prolata 2. 3. f) lotgarii 2. lotharii 3. *errore typorum.* g) moritamam 1. h) *deest* 2. i) lihugonis 2. k) reclusum 3. l) Odolricus *corr.* odalricus 1. m) remensis 2. n) germanicus 3. o) *deest* 1. p) episcopii 3. q) reconp. 2. r) heinrico 2. s) uiensem 2. 3a. t) metensis 3. *saepius.* u) ei 3. v) post haec 2. 3. w) *deest* 1. x) ambianensis 1. y) s. t. c. 3. z) herluini 2. 3. *) *deest* 3. a) parronnam 1. paronnam *Hugo. V.*

28) Mortaigne. 29) in Wasconia. BOUQUET. 30) Reginoni Durfos, SS. I. 608; an Delft?
31) Vitry en Partois. 32) Montreuil, a meridie Bononiae ad mare.

930

Rodulfus rex Nortmannos de Ligeri, qui Aquitaniam depraedationibus[a*] infestabant, in pago Lemovicino[b*] uno proelio pene delevit, et Aquitanos sibi subditos fecit. Heribertus Arnoldum[c*], qui erat Hugonis, recepit. Diversi motus agitantur bellorum per Franciam inter Hugonem et Heribertum. Rodulfus rex in Franciam veniens, pacem inter eos atque[a] Bosonem multo labore per diversa placita componit; et Heribertus Victoriacum[b] Bosoni reddit. Adelelmo Laudunensium praesule defuncto, Gozpertus[a] nepos eius episcopium[d] adipiscitur. Heribertus Ansellum Bosonis vasallum, qui Victoriacum[c] tenebat, cum ipso castello recipit, et Codiciacum* illi cum alia terra concedit. Rodulfo rege in Burgundiam regresso, Lotharienses in Franciam cum Gisleberto obviam Hugoni[f] veniunt, et oppidum quoddam nomine Duagium[33], quod Arnoldus tenebat, adactum obsidione capiunt. Interea homines Bosonis Victoriacum proditione recipiunt, et Mosomum fraude pervadunt. Boso, relictis quibusdam fidelibus suis ad custodiam Mosomi, proficiscitur ad obsidionem castri praememorati. At Heribertus, a quibusdam Mosomensibus[g] evocatus, supervenit insperatus, transmissaque Mosa vadis inopinatis, et intrans oppidum, porta latenter a castellanis** aperta, vassallos Bosonis, qui ibi[h] relicti ad munimen loci fuerant, omnes capit. Remis*** infra et circa aecclesiam sanctae Mariae lumen magnum ab aquilonari et orientali parte paulo ante initium diei apparuit. Anno 33

931

Rodulfus rex[i] Viennam profectus, Karlo[k] Constantino, Lucdowici[l] Orbi[m] filio, qui eam tenebat, subiectionem pollicitante, revertitur, et Turonum ad sanctum Martinum orationis gratia proficiscitur. Lotharienses interea Duvagium[n] capiunt, et Hugo illud Rotgario filio Rotgarii concedit. Heribertus vero castrum sancti Quintini Arnoldo pro eo reddit[o]. Graeci Sarracenos[p] per mare insequentes usque[q] in Fraxinidum saltum, ubi erat refugium ipsorum, et unde egredientes Italiam sedulis praedabantur incursibus, Alpibus eciam occupatis, celeri Deo propitio internetione[r] proterunt, quietam[s] reddentes Alpibus Italiam. Die purificationis beatae Dei genitricis Mariae[t], Remis in aecclesia ipsius quidam canonicorum famulus, custos aecclesiae sancti Dyonisii et sancti Tedulfi, subito perculsus, contractus obriguit[u] nervis tam manuum quam basium, ruentique sibi pavimenti os visum est adhaesisse lapidi; quo paulo post resoluto, tam manibus quam cruribus rigore constrictis, defertur immobilis[v]; atque post quinta die dominica[w] manus ei resolvuntur ad missam, et crura similiter ad missam quintadecima. Cui res similis die circumcisionis Domini ante quinque annos in eadem acciderat aecclesia, et resolutus ibidem post tringinta dies[x] in ipsa purificationis fuerat sollemnitate.

Rotbertus, archiepiscopus[y] Turonensis aecclesiae, Roma remeans, sub Alpibus noctu infra tentoria cum comitantibus secum interimitur a latronibus. Gislebertus, filius Manasse, a rege Rodulfo desciscit[z] propter Avalonum*[34] castrum, quod ab eo Emma regina abstulerat, simulque recedit Ricardus[a], filius Warnarii[b], ob eandem rationem. Item inter Gislebertum Lothariensem et Bosonem simultas exoritur, pacato Bosone cum Heriberto; castrumque Bosonis Durofostum a Gisleberto capitur, itemque sub ipsis diebus Moritania[c], munitio filiorum Rotgarii, ab Arnulfo, filio Balduini. Et Heribertus amiciciam Gisleberti Lothariensis accipit. Boso, relicto Heinrico, ad Rodulfum regem vadit; indeque rediens, Catalaunicum[d] castrum vi cepit, exussit atque subvertit, ob inimicicias Bovonis episcopi, cuius homines quosdam Bosonis membris[e] truncaverant. 34

* C. sancti Remegii municipium H. R. IV. 23. ** civibus *ibid.*

*** Eodem tempore ante natalem Domini Remis etc. — apparens ad australem partem pertransisse visum est. *ibid.*

a*) depraedationis 2. b*) lemocino 2. *idem superscripto* ui 1. c*) harnoldum 2. arnulfum 3 b. a) a. inter b. 2. b) uicturiacum 2. c) gozbertus 2. 3. d) e. n. eius a. 2. e) uicturiacum 2. *constanter.* f) v. h. 2. 3. g) mosomansibus 2. h) q. i. *desunt* 2. i) *deest* 3. *ibidem* viennem. k) karolo 2. 3. l) *ita* 1. 2. lugdovici 3. m) orbis 2. 3. n) duagium 3. o) reddidit 2. 3. p) saracenos 3. q) *deest* 3. r) internitione 2. internicione 3. s) qui eam 2. quidem cum A. r. I. 3. t) *deest* 2. u) perculsus, contractis obriguit nervis 2. v) immobili 1. w) m. ei d. r. 2. x) *deest* 2. y) episcopus 2. 3. z) desciuit 2. 3. *) avalonem 3. a) richardus 2. 3. b) uuarnerii 2. 3. c) moritama 1. d) catalaucum 1. e) membra 2.

33) Douay. 34) Avalons.

Rodulfus rex in Franciam revertitur, et Heriberto comite ab illo deficiente, rex, iuncto sibi Hugone, quoddam castrum[a] Heriberti, Domincum[b] [35] nomine, capit ac diruit; deinde Atrabatem obsidet. Heribertus comes, adiunctis sibi per[c] Gislebertum ducem Lotharienſibus, contra regem vadit; pactisque induciis usque Kalendas Octobris, utrimque disceditur. Interim quidam fidelium Heriberti, Remensi[d] ex urbe pro- [36] fecti, quoddam Hugonis castrum super Vidulam situm[e], nomine Brainam [36], et[f] quod ipse Hugo ab episcopo Rotomagensi tulerat, capiunt atque subvertunt. Rodulfus rex litteras Remis mittit ad clerum et populum pro agenda electione praesulis; ad quae illi respondent, se id agere non posse, salvo suo electo, et electione manente quam fecerant. Heribertus comes ad Heinricum proficiscitur, eique sese committit; et[g] exercitus regis atque Hugonis Laudunensem et Remensem pagum depraedantur. Rodulfus rex pergens ad Atiniacum[h], Hugonem ad Heinricum mittit; a quo Heinricus acceptis obsidibus[i], et pacta securitate, trans Rhenum recedit. Interea Brittones, qui remanserant Nortmannis in Cornu[k]-Galliae subditi, consurgentes adversus eos qui se obtinuerant, in ipsis sollemniis[l] sancti Michahelis omnes interemisse dicuntur qui inter eos morabantur Nortmannos, caeso primum duce illorum nomine Felecan[m].

Rodulfus rex cum Hugone et Bosone ceterisque suis Remorum obsident[n] urbem; quam tertia tandem ebdomada post obsidionem ingressus[o], aperientibus sibi eis qui erant in civitate[*], ordinari facit ibi praesulem Artoldum[p] monachum ex coenobio sancti Remigii, qui iam pridem, ipso tamen anno, reliquerat Heribertum et transierat ad Hugonem. Bovonem quoque Catalaunensem episcopum, qui a se desciverat cum Heriberto, rex capiens, tradidit[q] custodiendum Hugoni, et episcopatum ipsius[r] Miloni clerico tribuit[s]; sicque pergens Laudunum, obsidet inibi Heribertum, qui ibidem sese concluserat cum suis. Nec diu persistens, locum petit egrediendi; datoque sibi spatio, recedit, dimissa uxore sua in arce, quam infra Laudunum ipse construxerat. Ad quam postea capiendam maioris laboris et morae[t] opus regi fuit; qua vix tandem potitus[u], in Burgundiam revertitur, Aquitanis discordantibus obviam proficiscens. Incon Nortmannus, qui morabatur in Ligeri, cum suis Brittanniam pervadit, victisque [et pervasis[v]] et caesis [vel eiectis[w]] Brittonibus, regione potitur Anno

932

rex Rodulfus in Burgundiam reversus, quaedam castella Gisleberti et Richardi, qui a se desciverant[x], receptat. Airardus Noviomensis[y] episcopus defungitur, et quidam clericus eius urbis, qui fieri cupiebat episcopus, Adelelmum comitem noctu in civitate[z], latenter muro conscenso, recipit; a quo mane loci milites urbe propulsi, collecta secum nonnulla suburbanorum manu, civitatem aggrediuntur, annitentibusque qui infra muros remanserant civibus, quidam exusta porta, quidam per aecclesiae fenestram ingrediuntur. Adelelmus in aecclesiam confugiens, secus altare cum quibusdam qui secum introierant [37] interemptus est, et cives urbem recipiunt. Heribertus comes, Hammo[a] [37] castro recepto, Ebrardum[b] fratrem Erluini[c], ui illud tenebat, capit. Rodulfus rex cum Hugone locutus, Bovonem episcopum in gratiam recipit, eique suum, Catalaunense scilicet, episcopium reddit. Waltbertus[d], Corbeiensis abbas, Noviomensibus ordinatur episcopus. Rodulfus rex, Gisleberto recepto, a Burgundia revertitur in Franciam, ibique abbatia[e] sancti Medardi, quam Heribertus tenebat, potitus, regreditur in Burgundiam.

Hugo Ambianensem cum quibusdam episcopis Franciae obsidens civitatem, quam tenebant fideles Heriberti, crebroque quatiens bello, sumptis tandem relinquit[f] obsidibus, et obsidione castrum circumdat sancti Quintini. Milo, qui Catalaunense depraedabatur episcopium, excommunicatur ab Artoldo[g] archiepiscopo ceterisque Remensis dioceseos

[*] sibi militibus ecclesiae. Coniunctis igitur sibi nonnullis episcopis ex Francia vel Burgundia facit ordinari in hac sede praesulem etc. H. R. IV. 24.

a) castellum 2. 3. *Hugo Fl.* b) *ita* 1. *et Hugo Fl.* donincum 2. donineum 3. c) p. G. d. *desunt, alia pagina incipiente* 1. d) remensis 2. e) *deest* 3. f) *deest* 2. 3. g) *deest* 2. h) atimacum 1. i) opsidibus 2. k) corna 1. l) sollempniis 2. *constanter.* m) f. n. 2. n) obsidet 2. o) o. a. s. e q. e. i. c. ingressus o. 2. 3. p) artaldum 2. q) tradit 2. 3. r) i. e. 2. 3. s) tradidit 2. 3. t) morte 2. u) potius 2. v) et pervasis *desunt* 1. w) (eiectis 3.) v. e. *desunt* 1. x) desciuerat 1. 3. y) inoviomensis 2. z) ciuitatem 2. a) hamme 2. 3. b) hebrardum 2. 3. c) herluini 2. 3. d) uualbertus 2. 3. e) abacia 2. f) reliquid 2. g) artaldo 2. *saepius*, 3. *semper fere.*

35) Doulens. 36) Braine sur Vesle. 37) Ham in Picardie.

episcopis. Hugo castellum sancti Quintini postquam duobus mensibus obsederat, oppidanorum tandem deditione capit. In crastinum postquam illud ingressus est, unus[a] contractus in aecclesia ipsa erigitur. Ragemundus et Ermingaudus[b], principes[c] Gothiae, regi se Rodulfo committunt; Lupus quoque Acinarius[d] Vasco, qui equum ferebatur habere annorum plus quam centum, adhuc tamen validissimum. Gislebertus cum Lotharienſibus, invitante se Hugone, Perronam[e] obsidet; ubi congressione frequenti plures occiduntur Lotharienses; reliqui munitionem capere non valentes recedunt, locuto prius Gisleberto duce cum Rodulfo[f] rege, mediante Hugone. Rodulfus rex cum Hugone Hammum[g] castellum Heriberti obsidet, acceptisque obsidibus ita relinquit. Gozperto[h] Laudunensium praesule defuncto, Ingramnus[i] decanus monasterii sancti Medardi, episcopus Lauduni ordinatur. Boso frater regis[k], et Bernuinus episcopus Virdunensis, incendiis inter se depraedationibusque bachantur[l]. Heribertus trans Rhenum ad Heinricum proficiscitur. Anno

933

missi Remensis aecclesiae Giso et Amalricus[m] Roma redeuntes, palleum[n] Artoldo praesuli deferunt, nuntiantque, Iohannem papam, filium Mariae, quae et Marocia[o] dicitur, sub custodia detineri a fratre suo nomine Albrico, qui matrem quoque suam Marociam clausam servabat, et Romam contra Hugonem regem tenebat. Hungari se in tres partes dividunt; quorum pars una Italiam petit, alia terram[p] Heinrici trans Rhenum invadit. Contra quos profectus Heinricus cum Baioariis et Saxonibus ceterisque quibusdam sibi subiectis gentibus[q], omnes usque ad internetionem[r] sternit; quorum triginta sex milia[s] caesa referuntur, praeter eos quos absorbuit fluvius et qui vivi capti sunt. Richarius[t], episcopus Tungrensis, quoddam castellum Bernardi comitis, quod ipse Bernardus apud Harceias[u.38] in pago Porcinse construxerat, evertit, eo quod in[v] suae aecclesiae 38
terra situm esset. Vienna Rodulfo regi, tradentibus eam his qui eam tenebant, deditur. Willelmus, princeps Nortmannorum, eidem regi se committit; cui etiam rex dat terram Brittonum in ora maritima sitam. Rodulfus rex munitionem Heriberti, quae dicitur Castellum-Theoderici[w] obsidet ebdomadas sex. Postea Walo[x], qui custodiebat illud, reginae Emmae se committit, eiusdemque fidei vel provisioni castrum dimittitur. Waldricus episcopus Autisioderensis[y] obiit, et Wido, eiusdem[z] loci archidiaconus, episcopium adipiscitur. Synodus inter obsidendum praedictum praesidium celebratur, congregatis nonnullis Franciae vel Burgundiae praesulibus, cui praesederunt domnus Artoldus antistes Remorum, et domnus Teutolus[a] Turonensis episcopus. Tunc quoque domnus Artoldus Hildegarium ordinat[b] episcopum urbis Belvacensis.

Odo filius Heriberti Hammum praesidium tenens, pagum Suessonicum atque Noviomensem praedis incendiisque proterit. Heribertus, pater eius, ad Sanctum Quintinum clam veniens, tertia die postquam venit, castrum pugnando cepit, oppidanis non repugnantibus, solis tantum custodibus Hugonis obnitentibus; quos capiens Heribertus, accepto[b] ab eis sacramento, dimisit ibi, relictis etiam ex suis ad oppidi tutelam complicibus. Quod audiens Hugo, mox adveniens castrum recipit, et quendam nobilem clericum nomine Treduinum[c] ab Heriberto ibi[d] dimissum apprehendens, suspendit[e] cum quibusdam aliis; nonnullis vero aliis membra diversa decidit. Indeque proficiscens cum domno Artoldo episcopo, munitionem nomine Raugam[39], tradentibus eam Heriberti custodibus, 39
sine difficultate capit. Hugo rex Italiae Romam obsidet. Et Sarraceni meatus Alpium occupant, et[f] vicina quaeque loca depraedantur. Artoldus archiepiscopus Fulbertum urbi Camaracensi praesulem ordinat. Heribertus Castrum-Theoderici[g] super Maternam fluvium positum, tradentibus illud sibi quibusdam quos ibi ad custodiam Walo reliquae-

a) c. u. 2. b) Raimundus et Herminigaldus *Hugo Fl.* c) princeps 3a. d) lacinarius 1. e) parronam 1. peronam 3. f) r. R. 2. 3. g) hamum 3. h) gozberto 2. 3. i) ingrannus 2. 3. k) r. rex Galliae quae comata dicitur. *Hugo Vird.* l) bacchantur 2. 3. b. quam ob rem urbs ipsa multum fuit afflicta. *Hugo Vird.* m) ahalricus 2. almalricus 3. n) pallium 2. 3. o) matrocia 2. p) terra 2. q) omnibus 2. 3. r) internicionem 2. 3. s) *deest* 1. 2; *sed* XXXVI *legendum esse, haud dubium erit.* t) richirtus 1. ricarius 3. u) archeias 2. 3. v) s. in 2. 3. w) teoderici 1. 3. x) wallo 3. y) autissioderensis 2. z) *deest* 2. widolus a. 3. a) teutolo 2. 3b. teudolus 3. teutilo. *Hist. Rem.* b) ordinavit 3. b) accepit *corr.* accepto 1. c) teduinum 2. d) *deest* 1. e) suspendio necat 2. 3. f) atque 2. 3. g) teoderici 1. *saepius.*

38) Arches. 39) Roge.

rat, recipit, dispositisque recedit custodibus. Quod audiens Hugo, idem castrum quantotius[a] obsidere procurat. Anno

934

obsidentibus[b] praenotatam munitionem rege Rodulfo et Hugone comite, quarto tandem mense, ascendente noctu muros, custodibus dormientibus, Walone cum suis, pars oppidi capitur, arx tamen tutior ab Heriberti fidelibus retinetur. At regiis[c] militibus insistentibus, non multo post obsides dedunt, et ab obsidione disceditur. Remis in aecclesia beatae Dei[d] genitricis Ma 'ae sollemnitate annuntiationis[e] Domini, dum sacra[f] missarum ab Artoldo praesule inibi celebrarentur, quidam iuvenis, contractis poplitum nervis, repere solitus, repente resolutis extendentibusque se genuum crurumque compagibus, assurgit, retemptatoque gressu iam diu oblita repetit[g] vestigia. Item in aecclesia sancti Hilarii ante portam Martis caecus quidam nomine Paulus illuminatur, ammonitus prius in somnis, ut ad ipsum locum veniret[h], ibique lumen recipere deberet.

Rex iterum cum Hugone, neglectis ab Heriberto quos sui dederant[i] obsidibus, omissam repetit obsidionem[k]. Heinricus Gislebertum et Ebrardum[l] cum episcopis regni Lothariensis ad Rodulfum regem pro Heriberto dirigit; redditoque regi Castello-Theoderici, Hammus atque Perrona[m] Heriberto conceduntur usque Kalendas Octobris. Arnulfus de Flandris filiam Heriberti, olim sibi iuramentis alterutro datis depactam, sumit uxorem. Heribertus per Veromandinsem[n] pagum messes eorum qui se reliquerant vel quibus Hugo ipsam terram dederat colligens, Perronam[o] deduci facit. Igneae Remis in caelo acies visae sunt[p] discurrere, et quasi serpens igneus, et quaedam iacula ferri pridie Idus Octobris mane ante lucis exortum. Mox subsecuta est pestis, diversis afficiens humana corpora morbis. Diaconus quidam Virdunensis[q] nomine Adelmarus langore depressus, spiritum visus est amisisse; sed antequam feretro imponeretur, reversus, ita surrexit validus, ut sibi nihil videretur aegritudinis fuisse perpessus[r]. Qui se diversa suppliciorum vel refrigerii loca vidisse testatur, seque ipsum loco[s] poenali deputatum, Dei vero genitricis precibus, beato quoque Martino intercedente, ad agendam poenitentiam praesenti vitae redditum[40]. Gislebertus cum Lothariensibus in Franciam Heriberti[t] venit auxilio[u], velut oppidum sancti Quintini obsessurus. Sed antequam ad illud perveniret, missi Hugonis ei venientes obviam, pacem inter Hugonem et Heribertum, dato utrimque iureiurando, usque ad Maium mensem pepigerunt; et Lotharienses regrediuntur ad[v] sua. Religio regulae monachorum in quibusdam monasteriis per regnum Lothariense reparatur. Et Emma regina defungitur. Anno

935

Rodulfus rex quoddam castrum Gosfridi[w] vocabulo Viriliacum, quod contra eum quidam Aquitanorum tenebant, obsidens cepit, et Gosfrido reddidit; indeque in Franciam remeavit, et Gosfridum trans Rhenum ad Heinricum direxit. Hoc rege Lauduni degente, tumultus ipso die sancto paschae inter regios et episcopi milites exoritur; ubi nonnulli non modo laici, sed etiam clerici quidam vulnerati vel interempti sunt. Unde rex placitum Suessionis cum regni primatibus habuit; deinde locutus cum missis Heinrici, ad eius properat colloquium, ubi etiam Rodulfus rex Iurensis interfuit; pactaque inter ipsos amicicia, etiam Heribertum cum Hugone pacarunt, redditis quibusdam

a) quantociens 2. b) obsiden mantibus 2. c) regis 3. d) *deest* 3. e) adnunciationis 3. f) sacrarum 2. 3. g) recipit 2. recepit 3. h) v. l. 2. i) q. uiderant 2. k) munitionem 2. 3a. l) eubrardum 3. m) parrona 1. *saepius.* n) ueromandensem 2. 3. o) parronam 1. barronam 3. p) *deest* 2. q) uiridunensis 2. 3. r) perpessum 1. se f. perpessum *Hugo V.* s) loca 2. t) heriberto 2. 3. u) in a. 2. v) in 2. w) gosfredi *corr.* gosfridi 1.

40) Hugo Vird. pergit: *Quamobrem huius exemplo provocati quidam canonicorum beatae Mariae Virdunensis saeculum deseruere, et quia in eadem civitate congregatio monachorum nulla erat — in ecclesia enim sancti Petri et sancti Vitoni clerici deserviebant — Tullum petiere et in monasterio sancti Apri mutato habitu saeculum deserere et Christo domino incorporari ut membra fidelia capiti studuere. Quae res maximo erat moerori pontifici, canonicis quoque residuis et proceribus populi, quia optarent eos potius in eodem militare episcopio quam ad aliud demigrare. Bonis tamen et laudabilibus eorum studiis et exemplis religio regulae monachorum et fervor ordinis in eodem coenobio et in quibusdam aliis per regnum Lothariense reparatur.*

suis eidem Heriberto possessionibus. Sed et Heinricus, Bosone recepto, terram quam prius habuerat ei ex magna parte restituit. Hungari per Burgundiam diffunduntur praedisque incendiis ac caedibus, non tamen diu, debachati, comperto Rodulfi regis adventu, in Italiam transmeant[41]. Artoldus archiepiscopus Wifredum[a] quendam monachum et Tarwanensi[b] ordinat aecclesiae praesulem.

Rodulfus rex Divionum castrum, quem Boso comes ceperat eiusque complices retinebant, obsidet. Lotharienses cum quibusdam comitibus ex[c] Saxonia, Heriberti scilicet amicis, quasi ad colloquium Hugonis cum multo exercitu conveniunt[d]. Sed quia Hugo castellum sancti Quintini Heriberto renuit reddere, ipsam munitionem obsident, belloque pressam tutantium tandem redditione recipiunt atque subvertunt; parantesque Laudunum[e] obsidere, mandato[f] Rodulfi regis in propria revertuntur. Interea Boso frater regis[g] Rodulfi in expeditione obsidionis castri[h] sancti Quintini moritur; et delatus ad sanctum Remigium sepelitur. Rodulfus rex gravi per totum autumnum decubat aegritudine. Nortmanni qui pagum Biturigensem[i] depraedabantur, a Biturigensibus et Turonensibus bello aggressi perimuntur. Synodus septem episcoporum apud sanctam Macram[42], domno Artoldo archiepiscopo[k] praesidente, celebratur, in qua praedones et aecclesiasticarum rerum pervasores ad correctionem[l] venire vocantur. Anno

936

Ingramnus[m] Laudunensis aecclesiae[n] episcopus obiit. Sub isdem[o] fere diebus rex Rodulfus defungitur, sepeliturque Senonis apud[p] sanctam Columbam, cuius aecclesia factione quorundam paulo ante fuerat incensa. Brittones a transmarinis regionibus Alstani regis praesidio revertentes[q], terram suam repetunt. Hugo comes trans mare mittit pro accersiendo ad apicem regni suscipiendum Ludowico[r] Karoli filio, quem rex Alstanus, avunculus ipsius, accepto prius iureiurando a Francorum legatis, in Franciam cum quibusdam episcopis et aliis fidelibus suis dirigit. Cui Hugo et ceteri Francorum proceres obviam profecti, mox navim egresso in ipsis littoreis harenis apud Bononiam sese committunt, ut erat utrimque depactum. Indeque ab ipsis Laudunum deductus, ac regali benedictione ditatus, unguitur[u] atque coronatur a domno Artoldo archiepiscopo, praesentibus regni principibus, cum episcopis viginti et amplius. Episcopatus Laudunensis datur Rodulfo, eiusdem loci presbitero, a civibus concorditer electo, quique a domno Artoldo consecratur[v] episcopus*.

Rex et Hugo in Burgundiam pergunt, et urbem Lingonum[w], quam Hugo[x] frater regis Rodulfi ceperat, obsident; fugientibusque his qui eam custodire videbantur, sine bello recipiunt. Acceptisque obsidibus ab episcopis Burgundiae vel primatibus, Parisius veniunt. Heinrico rege sub isdem[y] diebus obeunte, contentio de regno inter filios ipsius agitatur; rerum tandem summa natu maiori nomine Othoni[z] obvenit. Luna quartadecima sanguineo colore obducta 2. Nonas Septembris noctem[*] minime videbatur illustrare. Iohanne papa fratre Alberici[a] patricii[b] defuncto, Leo quidam Dei servus Romae papa constituitur. Hugo rex Italiae[c] Romam nisus capere, afflicto exercitu[d] suo fame et equorum interitu, pacta tandem pace cum Albrico, dans ei filiam suam coniugem, ab obsidione desistit, repertisque quibusdam [fratris sui[d*]] Bosonis contra se, ut fertur, insidiis, eundem fratrem suum dolo capit atque in custodia mittit. Sarraceni in Alamanniam praedatum pergunt, et revertentes multos Romam petentes interimunt. Hugo[e] filius Rotberti cum Hugone filio Richardi, dispertita inter se Burgundia, pacem facit. Adelelmus Silvanectensium praesul obiit. Anno

* sed et per alias Remensis dioeceseos sedes, excepta Catalaunensi et Ambianensi, diversos ordinavit episcopos. H. R. IV. 26.

a) umfredum 1. b) taruianensem 2. c) e 3. d) ueniunt 2. 3. e) laudum 2. f) mandatum 2. mandatu 3. g) R. r. 2. 3. h) *deest* 2. i) bituricensem 3. k) *deest* 1. l) correptionem 2. 3. m) ingrannus 2. 3. n) *deest* 1. o) hisdem 2. iisdem 3. p) ad 2. 3. q) reuertuntur *et pagina sequenti* revertentes 1. r) ludauuico 2. luduuico 3. s) ingresso 3. u) ungitur 2. 3. v) e. c. 3. w) lingonum 2. x) Hugo Capito *Hugo V.* y) iisdem 3. z) ottoni 3. *semper fere.* *) nocte 2. a) albrici 2. 3. b) *deest* 3. c) I. r. 3. d) s. e. 3. d*) t. s. *desunt* 1. e) Hugo Magnus cum Hugone Capito R. f. *Hugo V.*

41) Hugo Vird. pergit: *Herveo episcopo decedente, Romundus sub Rodulfo rege substituitur, qui Colticensem abbatiam destruens, Colticas castrum aedificavit et Curensem, similiter Petrae pertusum extruxit, et filiis et filiabus suis bona ecclesiarum et castra quae fecerat dedit. Hic post multa mala patrata a sancto Georgio flagellatus interiit.* 42) Fimes.

937

Silvanectensium praesul ordinatur Bernuinus ex coenobio sancti Crispini. Waltberto[a] quo-
43 que Noviomagensium praesule defuncto[43], succedit Transmarus[b], monasterii sancti Vedasti praepositus. Ludowicus rex ab Hugonis principis se procuratione separans, matrem suam Lauduni recipit. Hugo cum Heriberto paccatur[c]. Heribertus castellum quod dicitur Theoderici, Walone sibi aperiente, recipiens, ipsum Walonem, cum iam suus esset effectus, in vincula conicit. Caeli pars ardere visa, et Hungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecuta est; qua villae et agri depopulati, domus basilicaeque conflagratae, captivorum abducta multitudo. Nonnullas tamen aecclesias, ignibus applicitis, non valuere succendere; aecclesiam sanctae Macrae[d] duabus etiam segetum metis, quae parietibus pene ipsius adhaerebant, exustis, accendere nequiverunt. In* aecclesia[e] sancti[f] Basoli cum quidam Hungarorum ascendere super altare nitens arae manum applicuisset, ipsa manus eius altaris adhaesit lapidi[g], nec omnino quivit avelli, donec ceteris Hungaris arae saxum circa ipsam manum incidentibus, partem lapidis, qui manui eius inhaeserat, in admirationem omnium proferre[h] coactus est ethnicus.

Quidam presbiter de Bovonis-curte — sic enim villa vocatur eius aecclesiae — nomine Adalgarius, captus est ab eis, et abductus usque in pagum Biturigensem[i]. Qui cum esset in vinculis et compedibus ferreis, noctu visio cuidam concaptivae[k] apparuit; iussumque est ei[l], ut diceret eidem presbitero, quatinus fugam caperet, ut se resolutum videret; pariterque cum visione catena ipsius reserata est. At ille mortem metuens, quam barbarus ei saepe minabatur[m], si eum de fuga forte reprehendisset, catena sibi pedes revinciens, et seram quae exsilierat[n] a compede requirens, iterum munire sibi sera studuit vincula, non ausus evadere fuga. Nocte altera iterum visio praememoratae facta est[o] captivae, quae presbiterum[p] ad ineundam fugam roboraret[q], iterumque vincula ipsius resoluta sunt. Animatus ad id tunc tandem presbiter fugam petiit, et in palude quadam diebus aliquibus latens, ubi praeterisse barbaros comperit, patriam tum demum repetiit. Is nobis retulit, quod viderit in hac captivitate quendam Orbacensis coenobii
44 monachum nomine Hucbaldum[44], quem frequenter ethnici trucidare voluerunt, nec carnem eius incidere potuerunt; deum ergo eum esse dicebant[r]. Quidam, ut hic presbiter refert, nudum eum vidit in medio positum, et sagittis undique appetitum, nec summo tenus saltem cute praecisa vulneratum. Resiliebant enim ab eius corpore, ut ab adamante, relisae sagittae, nec signum ictus ullum[s] eius apparebat in cute. Sed et gladio cum omni conatu eum nudum se vidisse percuti dicit, ac nihilominus caro ipsius intemerata permansit.

Brittones ad sua loca post diutinam regressi peregrinationem, cum Nortmannis, qui terram ipsorum contiguam sibi pervaserant, frequentibus dimicant proeliis, superiores pluribus existentes, et loca pervasa recipientes. Rodulfus, Iurensis ac Cisalpinae Gal-

* *Flodoardus in hist. Remensis lib. II. cap.* 3. *haec ita narrat:* Quando nuper hae Galliarum patriae, peccatis nostris impellentibus. Hungarorum gladiis dilacerandae sunt traditae, quidam barbarorum sancti Basoli monasterium ingressi, dum clerici iam cum patroni sui pigneribus ad civitatem confugissent, habitacula coenobii hominibus pene vacua repererunt, ibique metatum suum constituentes, huc undecumque praedatu reverti coeperunt. Quorum quidam in ecclesiae signorum turricula, deaurata conspiciens relucere metalla, cupidus auri pecuniae, tectum conscendit basilicae, nisusque dissipare turriculam, subito delapsus ad terram corruit, membrisque confractis interiit. Alius horum super aram ipsius ecclesiae, in honore beati Martini consecratam, conatus ascendere, dum manum supra cornu altaris apposuisset, ipsa manus eius ita inhaesit marmori, ut nullo modo ab eo postea potuisset avelli. Et quia hic eum sui noluerunt relinquere, partem lapidis circa manum ipsius bipennibus abscindentes, cum secum particulam marmoris, quae manui eius adhaeserat, invite ferentem deduxerunt. Qui etiam, ut captivi qui reversi sunt referunt, usque ad terram suam, arente iam brachio, hunc lapidem ferens, et Basoli virtute factum proclamans, reversus est.

a) ualberto 2. waliberto 3. b) Transmarus 3. c) pacatur 2. 3. d) magrae 2. 3b. e) ecclesiam 3. f) beati 2. 3. g) lapidibus 3. h) perferre 3. *Hugo V.* i) hituricensem 2. k) captiuae *supra lineam* 1. concaptivo 3. l) *deest* 3. m) s. m. *in marg.* 1. n) exsoluerat 1. o) *deest* 2. p) presbitero ad iterandam 1. q) roborarat 2. r) dicere coeperunt Brittones *media desunt* 2. 2a. 3a.b., *leguntur apud Hugonem V.* s) ullus *corr.* ullum 1.

43) 7. Kal. Ianuarii, ex syllabo Corbeiensium abbatum, quo ex loco Walbertus ad sedem Noviomagensem assumtus fuerat. BOUQ. 44) Eadem Flodoardus hist. Rem. II. 10. narrat.

liae rex, obiit; cui filius parvus Chonradus[a] in regno succedit. Abbo Suessorum praesul defungitur; et Wido filius Fulconis[b] Andegavensis, sancti Martini Turonensis canonicus, eius episcopatu potitur. Anno

938

rex Ludowicus quoddam castrum nomine Montiniacum[45], quod quidam Serlus latrocinia exercens tenebat, vi cepit; ipsum vero[c] Serlum per deprecationem domni Artoldi archiepiscopi vita donavit, et oppidum evertit. Heribertum per deprecationem Hugonis ad pacem recepit. Tusciacum[46] super Mosam, cum villis aliis ad ipsam pertinentibus, quas pater ipsius matri eius dotis iure dederat, quasque Rotgarius[d] comes tenebat, ipso rediente recepit, dum eas hostili manu repetiit. Inde revertens Corbenacum[47] castellum, quod pater eius sancto Remigio tradiderat quodque pervaserat Heribertus, rex sibi[e] a monachis commissum[f] per vim recepit, et homines Heriberti, qui erant in eo, comprehensos, rogante domno Artoldo archiepiscopo, abire permisit. Hugo princeps, filius Rotberti, sororem Othonis regis Transrhenensis, filiam Heinrici[g], ducit uxorem. Ludowicus rex maritima loca petens, castrum quoddam portumque[h] supra mare, quem[i] dicunt Guisum[48], restaurare nisus est. Dumque cum Arnulfo moratur, homines Heriberti quoddam castrum Remensis aecclesiae, quod vocant Causostem[49], super Maternam fluvium, ab Artoldo praesule constructum, prodente Wiperto[k] quodam capiunt, et Raegibertum[l]*, qui eidem castro praeerat, secum abducunt[m], villasque circumpositas crebris depraedantur infestationibus.

Interea rex Ludowicus[n] evocatus ab Artoldo archiepiscopo[o] regreditur, ingressusque Laudunum, arcem novam nuper[p] inibi ab Heriberto[q] aedificatam obsidet; multisque machinis suffosso[r] eversoque muro, cum magno tandem capit labore. Inde ad colloquium proficiscitur Hugonis, fratris quondam Rodulfi regis, Odone filio Heriberti, qui se illi nuperrime[s] commiserat, ad Lauduni tutelam relicto. Praemissus vero Hugo ad regem venit[t], et amicitiam ei sacramento promittit. Gislebertus cum Lothariensibus Hugoni et Heriberto venit in adiutorium contra regem Ludowicum, castrumque Petraepontem[50] vi capiunt. Arnulfus comes et Heribertus inter regem Ludowicum et Hugonem dilationem accipiunt, pacem sacramento paciscentes usque ad finem Ianuarii mensis[u]. Nec mora Ludowicus[v] rex consilio[w] Odoini[x] et Gerardi, qui dimiserant Rodulfum episcopum Laudunensem et transierant ad Hugonem, res vel thesauros Lauduni repertos diripit atque dispertit. Anno

939

Ludowicus[y] rex Hugoni filio Richardi proficiscitur obviam; cum quo de Burgundia revertens, pergit contra Hugonem filium Rotberti, et Willelmum[z] Nortmannorum principem. Qui quoniam villas nuper Arnulfi comitis quasdam praedis incendiisque[a] vastaverat, excommunicatur ab episcopis qui erant cum rege, simul cum Heriberto[b], qui oppida quaedam villasque sancti Remigii pervasas pertinaciter detinebat. Hugo datis obsidibus pacem paciscitur usque Kalendas Iunii. Lotharienses Othonem regem suum[c] deserunt, et ad Ludowicum regem veniunt, qui eos recipere distulit ob amicitiam, quae inter eos, legatis ipsius Othonis et Arnulfo comite mediante, depacta erat. Castellum Erluini[d] maritimum, quod vocatur Monasteriolum, comes Arnulfus, tradente quodam proditore, cepit, et uxorem ipsius Erluini[d] trans mare cum filiis ad Alstanum[e] regem mittit. Nec longum collecta Nortmannorum non modica manu, Erluinus castrum pugnando recepit; et ex militibus Arnulfi, quos intus invenit, nonnullos interemit, quosdam vero propter uxorem recipiendam reservavit. Lotharienses iterum veniunt ad

Bernuinus Virdunensis episcopus obiit*.

* Ragenbertum Artoldi praesulis consobrinum, H. R. IV. 26.

a) conradus 2. 3. b) folconis 2. c) quoque *corr.* uero 1. d) rotgerius 1. e) s. r. 2. f) commissum 1. g) henrici 3. h) castrumque 2. 3. i) quod 2. 3. k) witberto 3, 3b. l) ragebertum 2. 3. m) adducunt 2. n) L. r. 2. 3. o) episcopo 2. p) quam nuper 1. q) a. h. i. 3. r) effosso 1. suffuso 2. s) nuper 3. t) uenerat 3. u) *deest* 2. v) loduuicus 3. w) *deest* 2. x) hodouini 2. 3. y) Ludowicus 3. *saepius.* z) uuillelmi 2. a) p. et incendiis quas 2. b) herito 3a. c) s. r. 2. 3. d) herluini 2. *saepius*, 3. *constanter.* e) alstannum 3.

*) *Hic in marg.* 1. *Hugo P. desunt* 2.

45) Montigny in pago Suessionensi. 46) Tulley. 47) Corbeny. 48) Wissant ab occidente Caleti. 49) la Chaussee? 50) Pierrepont in pago Laudunensi.

regem Ludowicum; et proceres ipsius regni, Gislebertus scilicet dux, et Otho, Isaac atque Theodericus[a] comites, eidem[b] se regi committunt; episcopi vero[c], quoniam rex Otho[d] eorum secum detinebat obsidatum, Ludowico regi se committere differunt. Otho rex, Rheno transmisso, regnum Lothariense perlustrat, et incendiis praedisque plura loca devastat.

Anglorum classis ab Alstano, rege suo, in auxilium Ludowici regis transmissa, mare[e] transito, loca quaeque Morinorum mari depraedatur contigua; nulloque negotio propter quod venerant peracto, remenso[f] mari, propria repetunt loca. Otho rex colloquium habuit cum Hugone et Heriberto, Arnulfo et Willelmo Nortmannorum principe; et acceptis ab eis pacti sacramentis, trans Rhenum regreditur.

Rex interea Ludowicus Virdunensem[g] pagum petit, ubi quidam regni Lothariensis episcopi sui efficiuntur. Indeque in pagum proficiscitur Elisatium, locutusque cum Hugone Cisalpino, et quibusdam ad se venientibus receptis Lothariensibus, nonnullis quoque Othonis regis fidelibus trans Rhenum fugatis, Laudunum revertitur, et Rodulfum, Laudunensem[h] episcopum, proditione insimulatum castro eicit; sed et homines ipsius rebus episcopii privat, et easdem res suis hominibus confert. Gislebertus dux Lothariensium, trans Rhenum profectus praedatum, Saxonibus se dum revertitur insequentibus, in Rhenum fertur desiluisse[i] cum equo; ibique vi enecatus undarum, postea repperiri non potuit, ut fertur. Quidam tamen ferunt, quod a piscatoribus sit repertus et humatus, atque propter spoliorum ipsius ornamenta celatus.

Ludowicus rex in regnum Lothariense regressus, relictam Gisleberti Gerbergam duxit[k] uxorem, Othonis scilicet regis sororem[51]. Collecta diversorum hominum, quae Romam petebat, a Sarracenis[l] pervasa et interempta est. Brittones cum Nortmannis confligentes, victoria potiuntur, et quoddam Nortmannorum castellum cepisse feruntur. Quidam homines Arnulfi terram Erluini depraedantes, ab eodem Erluino perempti sunt. Otho rex in[m] regnum Lothariense regrediens, pene cunctos ad se redire cogit[n] Lotharienses. Hugo Albus ad eius proficiscitur cum Heriberto colloquium, et revertentes, loca quaedam fidelium Remensis aecclesiae depraedantur, incenduntque nonnulla[o]. Anno

940

Berengarius Virdunensis episcopus consecratur ab Artaldo Remensi archiepiscopo[52]

rex Ludowicus[p] abiit obviam Willelmo principi Nortmannorum; qui venit ad eum in pago Ambianensi, et se illi commisit. At ille dedit ei terram, quam pater eius Karolus Nortmannis concesserat, indeque perrexit contra Hugonem[q]. Quo ad se venire detrectante, revertitur Laudunum. Dedit autem rex Artoldo archiepiscopo[r], ac per eum aecclesiae[s] Remensi, per praeceptionis regiae paginam Remensis urbis monetam iure perpetuo possidendam; sed et omnem comitatum Remensem eidem contulit aecclesiae. Artoldus archiepiscopus Causostem munitionem obsidet, quam quinto tandem die, Ludowico rege illuc veniente, hi qui erant intus reddentes deserunt; nec longum, subversa funditus, ab his qui recepere dissipatur. Missi Hugonis ad regem veniunt, et de pace cum eis rex inter Artoldum praesulem et Heribertum laborare studet. Deinde ad castrum quoddam, quod Heriveus, nepos Herivei quondam episcopi[t], super fluvium Maternam tenebat, unde et villas episcopii Remensis circumquaque positas depraedabatur, proficiscitur cum Artoldo archiepiscopo. Nec mora, obsidibus acceptis[u] ab ipso Heriveo, revertitur Remis; pergensque in crastinum ad sanctum Remigium, sese ipsius sancti committit intercessionibus, promittens vadibus libram argenti se daturum singulis annis[v], monachis quoque eiusdem loci praeceptum de eodem castello dedit immunitatis. Hugo[w] princeps filius Rotberti, iunctis sibi quibusdam episcopis tam Franciae quam Burgundiae, cum Heriberto comite et Willelmo Nortmannorum principe Remensem obsidet urbem; sextaque[x] obsidionis die, deserente omni pene militari manu Artoldum archiepiscopum, et ad Heribertum transeunte, idem comes Heribertus urbem[y] ingreditur. Artoldus

a) teodericus 1. *saepius.* b) c) d) *deest* 2. e) mari 2. 3. f) remo 2. g) virid. 2. 3. h) *ita* 2. *et Richerus;* uirdunensem 1. i) dissiluisse 2. k) ducit 2. 3. l) saracenis 3. *saepius.* m) *deest* 1. n) coegit 3. o) *in marg. alia tamen manu* 1. *habet:* autanda, *tunc numeros Graecos* MZ (47) *mal.* *) *haec solus* 1. *habet in margine.* p) loduuicus 3. q) c. h. p. 3. r) episcopo 2. *ita et infra.* s) *deest* 2. t) archiepiscopi 1. 3. u) a. o. 2. 3. v) s. s. 2. 3. w) fomes iniquitatis Hugo Magnus *Hugo P.* x) sexta 2. 3. y) *deest* 3.

51) Hugo Vird. addit: *Ducatum Otho* (*i. e.* Gisleberti filius) *accepit.* 52) Apud Hugonem Vird. haec fusius narrantur.

praesul ad sanctum Remigium evocatione procerum et episcoporum profectus, persuasus est vel conterritus a principibus, episcopii se procuratione vel potestate abdicare, concessaque sibi abbatia sancti Basoli et Avennaco[a] monasterio, ad sanctum Basolum commoraturus[b] abscessit*. Hugo et Heribertus loculi cum quibusdam Lotharienſibus, ad obsidionem Lauduni cum Willelmo proficiscuntur[c], relicto Remis Hugone diacono Heriberti filio, iam pridem ad episcopatum[d] ipsius urbis evocato**. 53

Ludowicus rex post sex vel septem ebdomadas a Burgundia rediens, assumpto secum Artoldo archiepiscopo, cum propinquis ipsius pariter cum eo comitantibus, quorum beneficia Heribertus comes abstulerat, in Remensem venit Campaniam; transitoque fluvio Axona, Laudunum contendit. Quo comperto, Hugo et Heribertus, relicta obsidione Lauduni, noctu ad munitionem Petraepontem deproperant; indeque Othoni regi obviam proficiscuntur. Cui coniuncti, ad Atiniacum eum perducunt, ibique cum Rotgario comite ipsi Othoni[e] sese committunt. Ludowicus rex ingressus Laudunum, victus suis[f] providet necessaria[g]; sicque cum Hugone Nigro et Willelmo Pictavensi Burgundiam repetit. Otho[54] rex Heinrico, fratri suo, regnum Lothariense committit. Tumque cum diversarum gentium, quas secum adduxerat[h], multitudine post Ludowicum in Burgundiam proficiscitur, habens secum Conradum, filium Rodulfi regis Iurensis, quem iam dudum dolo captum sibique adductum retinebat; castraque metatus supra[k] Sequanam, obsides ab Hugone Nigro accepit, cum iuramento ne esset nocumento Hugoni vel Heriberto, qui se[l] subdiderant eidem Othoni[m]. Quo facto, revertitur ad sua. Hugo filius Heriberti Remis a Widone Suessonico praesule presbiter ordinatur. Ludowicus rex Laudunum redit. Ego denique disponens orationis gratia sepulcrum sancti Martini visere, retentus sum ab Heriberto comite, clam me quibusdam accusantibus apud eum, quod sui causa nocumenti vellem proficisci vel filii sui[n]***. Fecitque me sub custodia detineri, ablatis a me rebus quas de episcopatu tenebam, cum aecclesia quam regebam in Culmisciaco[55]; sicque plenis quinque mensibus**** sum detentus. Rex Ludowicus Petraepontem munitionem bello aggressus est, et obsides accipiens, recessit ab ea. Deinde in regnum Lothariense cum Artoldo archiepiscopo et aliis fidelibus suis profectus est. Otho quoque rex Rheno transito, adversus eum venit; sed ab eorum fidelibus inter eos indutiae determinatae sunt. 54 55

Puella quaedam virgo paupercula de villa quae dicitur Lavenna, nomine Flothildis, visiones sanctorum manifeste vigilansque et in spiritu videre assueverat[o], ac quaedam futura praedicebat[56]. Quae post sequentem annum in ipsa natalis Domini nocte decessit. 56

* post annos octo et menses septem (*cod.* VI) in episcopatu exactos *etc.* H. R. IV. 28.

** Quique tertio postquam regressus est mense presbiter a Widone Suessonico praesule ordinatus est, expletis postquam fuerat electus annis quindecim, quos Autisiodori commorans egerat, litterarum studiis occupatus, apud Widonem ipsius urbis antistitem, a quo et diaconus ordinatus fuerat. Nam ceteros inferiores gradus ab Abbone Suessonico praesule Remis acceperat. H. R. IV. 28.

*** et quia renutabam me huic electo nostro committere, nesciens utrum Deo placeret eum praesulem nostrum fore. Sicque *etc.* H. R. IV. 28.

**** apud fratres nostros, ipso comite iubente, sub custodia partim libera sum detentus. Contigit autem mihi, domina mea beata Dei genitrice intercedente, ut ipsa die conceptionis et passionis domini nostri Iesu Christi absolverer a custodia, et die tertia scilicet 6. Kal. Aprilis, qua Dominus a mortuis resurrexit, egressus ipse cum praefato electo nostro ad urbem Suessonicam profectus sum. Ubi convenientes episcopi huius dioceseos cum principibus Hugone ac Heriberto, tractarunt quid eis esset agendum super episcopali huius Hugonis ordinatione; sicque decreverunt, petentibus quibusdam filiis ecclesiae Remensis, tam clericis, quam laicis, eum ordinandum, asserentibus fautoribus ipsius, quod Artoldus nequaquam electus, sed per violentiam fuerit intromissus, seseque episcopali abdicaverit ditione. Ibi ergo Hugo princeps tunc me per manum accipiens, huic Hugoni nepoti suo ad benefaciendum commisit; quique mihi ecclesiam sanctae Mariae dedit[p] in Colrido sitam, terram quoque, quam pater suus mihi abstulerat, reddidit, et aliam in praedicta villa superadiecit. H. R. IV. 28.

a) alvennaco 3. b) commoratus 3. c) p. c. W. 2. 3. d) ab episcopatu 2. e) electo 1. f) odoni 3. g) sui 2. h) necessariis sique 3. i) abduxerat 2. 3. k) super 2. 3. l) *deest* 2. m) oddoni 2. 3. n) vel f. s. v. p. 2. 3. o) asse uenit 2. asseverat 3. p) *deest cod.*

53) S. Basle et Avenay. 54) Hugo Floriacensis his praemittit: *Otho Transrhenensis regnum Lotharicnse a Ludowico suscepit* etc. 55) Cormicy. 56) Visiones eae in codice 1. leguntur.

Hoc anno acies diversorum colorum in caelo visae sunt mense Decembrio[a] nocte dominica. Collecta Transmarinorum, sed et Gallorum, quae Romam petebat, revertitur, occisis eorum nonnullis a Sarracenis; nec potuit Alpes transire propter Sarracenos, qui vicum monasterii sancti Mauricii occupaverant. Anno

941

Gerlandus Senonensis archiepiscopus urbe sua depellitur a Frotmundo, quem Hugo Albus[b] eidem civitati praefecerat, culpato Gerlando quod Waloni faverit, homini Heriberti comitis, qui Frotmundum vel suos a praefata expulerat urbe. Heribertus comes synodum convocavit ad determinandam controversiam inter filium ipsius Hugonem[c] et Artoldum archiepiscopum; sed impediente Hugone, atque satagente ne forte ad fidelitatem et auxilium Ludowici regis congregarentur, omisere conventum. Rex Ludowicus Burgundiam petens, comperit Rotgarium[d] comitem prope se forte metatum; quem aggressus, comprehendit cum his qui cum eo erant super fluvium Maternam, secumque in Burgundiam duxit. Hugo et Heribertus comites episcopos convocant Remensis dioceseos. Qui convenientes apud Suessionem in aecclesia sanctorum Crispini et Crispiniani, tractant de statu Remensis episcopii, definientes[e], conquerentibus clericis atque nobilibus laicis diu pastore sedem ipsam vacare, ut[f] quoniam Artoldus episcopus iuraverat quod numquam se de ipso episcopatu intromitteret[g], ad ipsius gubernationem reverti non deberet, Hugo vero, filius Heriberti comitis, qui prius ad ipsum episcopatum fuerat evocatus[h], clero populoque petente, ordinaretur episcopus. Ibique[i] me Hugo primum de exilio iussu suo evocat. Indeque Remos adeuntes episcopi, eundem electum nostrum[k] praesulem consecrant apud sanctum Remigium. Rotgarius comes, datis obsidibus, dimittitur a rege Ludowico, Duagium castellum reddens Arnoldo. Monasterium sancti Theoderici divinis illustratur miraculis. Crux maior aecclesiae Remensis auro cooperta, gemmisque pretiosis ornata, ab eadem furtim aufertur aecclesia. Canonici Montisfalconis[57] oppressione Virdunensis episcopi praegravati[l], deserentes coenobium suum, corpus sancti Balderici patroni sui deferunt Remis.

Ludowicus rex Burgundiam petens, Rotgarium comitem cum Hugone nigro ac Gisleberto pacificavit; indeque Laudunum remeans, Arnoldum cum Landrico, fratre ipsius, eodem castro proditionis insimulatos expulit, et Rotgario[m] Laudunensem comitatum dedit; compertoque quod Hugo Albus ad obsidendum Laudunum properaret, Burgundiae partes cum Artoldo episcopo et Rotgario comite repetit. Quo circa Vitriacum castrum deversante, Hugo et Heribertus Laudunum obsident. Sumptis autem secum rex quos undecumque colligere potuit, in pagum Porcensem venit. Quo audito, Hugo et Heribertus, scilicet quod rex eis appropinquaret, obsidione relicta properant contra, et insperatum regis invadentes exercitum, nonnullos sternunt, reliquos in fugam vertunt. Rex ipse cum paucis eductus a suis, et eximere se bello coactus, vix evasit, Artoldo episcopo et comite Rotgario comitantibus secum. Artoldus episcopus, perditis rebus quas ibi habuerat, ad Hugonem ac[p] Heribertum accessit[*]; et datis sacramentis, prout ab eo quaesierunt, redditisque sibi abbatiis sancti Basoli et Avennaco cum villa Vindenissa, et pacta pace cum Hugone praesule, ad sanctum Basolum illic habitaturus devenit. Hugo et Heribertus obsidionem Lauduni relinquunt. Ludowico regi filius nascitur, et praemissi comites cum Willelmo locuti, mox Lauduni repetunt obsidionem, proditionem castri sibi fieri rati; nulloque, quod arbitrati fuerant, patrato negotio, revertuntur in sua. Ludowicus rex a Karlo Constantino in Vienna recipitur; et Aquitani ad eum veniunt, illumque suscipiunt. Hugo et Heribertus, Willelmus et Arnulfus simul locuntur; et Heribertus inde ad Othonem regem[q] trans Rhenum proficiscitur. Anno

942

Ludowicus rex, firmatis sibi Aquitanis, Laudunum revertitur; nec diu remoratus[r], non obtenta pace, in Burgundiam remeat[s]. Legatus Stephani papae, nomine Damasus, epi-

*) adductus ab amicis H. R. IV. 29.

a) decembri 2. 3. b) abbas 3. c) *deest* 1. et H. 3. d) rotgerium 1. e) definiuntque 2. 3. f) *deest* 1. g) intermitteret 1. *Hugo V.* h) electus *corr.* evocatus 1. i) Ibique — evocat. *desunt* 2. 2a. 3b. k) *deest* 2. 3. l) ut asserebant p. *Hugo V.* m) rotgerio 1. o) uituriacum 2. victuriacum 3. p) et 2. 3. q) ad regem 3. r) moratus 3. s) revertitur 3.

57) Montfaucon.

scopus Romae ob hanc legationem peragendam ordinatus, in Franciam venit, afferens litteras apostolicae sedis ad principes regni cunctosque Franciae vel Burgundiae habitatores, ut recipiant regem suum Ludowicum; quod si neglexerint, et eum amplius hostili gladio persecuti fuerint, excommunicationis depromissurum [a] interminationem. Pro qua re colloquentes episcopi Remensis dioceseos cum Heriberto comite, deprecati [b] sunt eum, ut intercederet apud Hugonem principem pro receptione regis. Proditores quidam Remis reperti et interfecti sunt; quidam rebus aecclesiae privati, ab urbe depelluntur. Legati Remensis aecclesiae Roma regressi, pallium deferunt Hugoni episcopo ab Stephano papa transmissum. Cum quibus pariter et legatio venit principibus regni, ut Ludowicum [c] regem recipiant, et sic legatos suos Romam dirigant; quod si usque ad nativitatem Domini facere non procuraverint, excommunicandos tunc fore se noverint. Domnus Odo abbas pro pace agenda inter Hugonem regem Italiae et Albricum Romanum patricium apud eundem regem laborabat. Idem vero rex Hugo Sarracenos de Fraxinido eorum munitione disperdere conabatur. Rotgarius comes apud Willelmum Nortmannorum principem functus legatione pro Ludowico rege, ibidem defunctus est. Willelmus regem Ludowicum regaliter in Rodomo [d] suscepit. Item Willelmus Pictavensis et Brittones cum suis principibus ad regem venerunt. Cum his ergo rex super [e] Isaram venit. Hugo vero et Heribertus cum Othone duce Lothariensium, destructis pontibus et ablatis navibus, cum his quoque quos habere poterant, ex altera parte fluminis consederunt; et agitata inter eos per internuntios controversia, dantur tandem [f] indutiae a medio Septembri usque ad medium Novembris, et obsides accipiuntur utrimque, a rege quidem filius Heriberti minor. Qui etiam rex, tam ipse quam Willelmus, sed et Hugo, mittunt obsides Othoni regi per Othonem ducem. Fames magna per totam Franciam et Burgundiam, mortalitas quoque maxima boum grassata est in tantum, ut valde pauca huiusmodi animalia in his remanserint terris.

Ludowicus [g] rex Othoni regi obviam proficiscitur, et amicabiliter se mutuo suscipientes, amicitiam suam [h] firmant conditionibus; multumque de pace inter regem Ludowicum et Hugonem laborans Otho, Hugonem tandem ad eundem regem convertit. Heribertus etiam pariter cum aequivoco filio suo ipsius regis Ludowici efficitur. Revertente rege, Remensis dioceseos episcopi ad eum veniunt; et ipse Rodulfum [i] quoque Laudunensem recepit, ac suum eidem restituit episcopium. Domnus Odo venerabilis abbas, multorum restaurator monasteriorum sanctaeque regulae reparator, Turonis obiit, et sepultus est apud sanctum Iulianum [k] [58]. Anno 58

943

Arnulfus comes Willelmum, Nortmannorum principem, ad colloquium evocatum, dolo perimi fecit [l]. Rex Ludowicus filio ipsius Willelmi, nato [m] de concubina Brittanna, terram Nortmannorum dedit; et quidam principes ipsius se regi committunt, quidam vero Hugoni duci. Heribertus comes obiit, quem sepelierunt apud sanctum Quintinum filii sui [n]; et audientes Rodulfum, filium Rodulfi de Gaugliaco [o] [59], quasi ad invadendam ter- 59
ram patris eorum advenisse, aggressi eundem interemerunt. Quo audito, rex Ludowicus valde tristis efficitur. Artoldus episcopus, relicto coenobio sancti Basoli, ad regem profectus est. At ille promittit ei se redditurum Remensem episcopatum; quique assumptis secum fratribus suis, et aliis quibusdam qui abiecti fuerant ab episcopatu Remensi, Altmontem castrum occupant [p]. Cum quibus rex Ludowicus [q] etiam Mosomum aggressus [r], repellitur a fidelibus Hugonis episcopi, quibusdam suorum interemptis; suburbanas tamen domos quasdam ipsius castri succendit, in quibus multum congestarum periit frugum.

Hugo [s] dux Francorum crebras agit cum Nortmannis, qui pagani advenerant, vel ad paganismum revertebantur, congressiones; a quibus peditum ipsius christianorum multitudo interimitur. At ipse nonnullis quoque Nortmannorum interfectis, ceterisque actis

a) depromens 2. 3. b) precati 1. c) loduuicum 3. d) rodomum 2. e) *deest* 2. f) t. d. 2. 3. g) Lodhuuicus 3. h) s. mutuo 3. i) q. r. 3. k) *ita* 2. 3. *Hugo Fl.* martinum 1. *Hugo V. sed cf. infra a.* 945. l) et Richardus primus successit, qui Normaniam dono regis Ludovici obtinuit. *Hugo V.* m) natum 1. 3. n) ipsius 2. o) gaugiaco 2. 3. p) occupat 2. 3. *H. R.* q) lodhuuicus 3. r) agressus 3. s) H. Magnus *Hugo V.*

58) Hugo Vird. addit: *et successit ei Heimardus vir venerandus.* 59) Gouy in pago Brachantensi. BOUQ.

60 in fugam, castrum Ebroas[b.60], faventibus sibi qui tenebant illud[c] Nortmannorum christianis, obtinet. Ludowicus Rodomum repetens, Turmodum[d] Nortmannum, qui ad idololatriam gentilemque ritum reversus, ad haec[e] etiam filium Willelmi aliosque cogebat, regique insidiabatur, simul[f] cum Setrico rege pagano, congressus cum eis interemit[g]; et Erluino Rodomum committens, revertitur ad Compendium, ubi eum expectabat Hugo dux cum nepotibus suis, Heriberti filiis, de quibus recipiendis frequens agitabatur intentio. Quorum rex primum tunc Hugonem episcopum, mediatoribus Othone duce Lothariensium et Adelberone praesule, Hugone quoque duce praecipue insistente, recepit, eo tenore, ut abbatiae, quas dimiserat[h] ad regem profectus, Artoldo[i] episcopo restituerentur; aliud etiam episcopium ipsi provideretur; fratribus quoque et propinquis eius honores, quos ex episcopatu Remensi habuerant, redderentur. Postea ceteri quoque filii Heriberti comitis recipiuntur a rege. Item rex Ludowicus[k] Rodomum[l] profectus, Ebroas[m] ab Hugone duce recepit, et apud Parisium, depressus infirmitate, pene[n] tota decubuit[o] aegrotus aestate.

61 Hugo praesul Amblidum[61] castrum cepit[p] atque combussit; quod Rotbertus et Rodulfus fratres Remis expulsi tenebant[q], unde et depraedationes per episcopium Remense faciebant. Erluinus cum Arnulfo congressus, victoriaque potitus, eum quoque, qui Willelmum Nortmannorum principem interemerat, occidit, et amputatis manibus[r] ipsius, Rodomum transmisit. Item praefatus Hugo episcopus Altmontem[s] munitionem obsidet, quam tenebat Dodo frater Artoldi episcopi; tandemque accepto parvulo filio ipsius[t] obside, discedit, rege quoque mandante. Hugo dux filiam regis ex lavacro sancto suscepit, et rex ei ducatum Franciae delegavit, omnemque Burgundiam ipsius ditioni subiecit. Idem vero Hugo Arnulfum cum rege pacificavit, cui rex infensus erat ob necem Willelmi. Oddo[u] rex quosdam fideles Ludowici, qui sibi insidiabantur, comprehensos[v] in custodia misit; unde inter ipsos reges exoritur scandalum. Anno

944

Ludowicus rex in Aquitaniam proficiscitur cum regina[w] Gerberga, et locutus cum Regimundo[x], Gothorum principe, ceterisque proceribus Aquitanorum, revertitur in Franciam. Castrum quoddam vocabulo Montiniacum, in pago Suessonico situm, quod[y] erat ex abbatia sancti Crispini, quam dudum receperat[z], reddentibus eam sibi filiis Heriberti, et Ragenoldo dederat, proditione quorundam oppidanorum fideles regis ceperunt, occiso Andrea quodam, qui illud tenebat ad fidelitatem filiorum Heriberti, sed et proditore ab Andrea peremptо. Ambianensem quoque urbem, quam tenebat Odo[a] filius Heriberti, favente Deroldo episcopo, et tradentibus ipsius episcopi fidelibus, domestici regis recipiunt. Ex quibus rebus ita gestis exoritur iterum discordia inter regem et filios Heriberti. Otho dux Lothariensium vita decessit. Hugo dux Francorum cum Nortmannis pactum firmat[b], datis utrimque et acceptis obsidibus; indeque profectionem parat cum filiis Heriberti, obviam profecturus Oddoni[c] regi in regnum Lotharii. Sed idem rex adventum suum differens, Herimannum quendam ducem cum ingenti dirigit exercitu. Ludowicus rex, pace facta inter Erluinum et Arnulfum, castrum Ambianensium eidem Erluino dedit. Filii Heriberti quandam munitionem Rodulfi[d] cuiusdam fidelis Ludowici regis, nomine Clastris, sitam in pago Veromandinse[e] proditione capiunt. Et eodem Rodulfo[f] clam evadente, thesauros ipsius invadunt atque diripiunt, municipiumque vacuum derelinquunt.

Hugo dux colloquium Herimanni petit, qui missus erat obsidere castella Ragnarii[g] ac Rodulfi fratrum, Ludowici regis fidelium; qui resistendi Herimanno praesidium non habentes, veniam, datis muneribus multis, ab Oddone rege[h] deposcunt. Is equidem palatium Aquis deveniens, cum Lothariensibus colloquium habuit. Ubi missi regis

a) urbem 2. 3. b) ebroicas 2. 3. c) *deest* 2. d) trumonum 3b. e) adhuc 3. f) simulque 3. g) interimit 2. 3. h) relinquerat 2. reliquerat 3. i) altoldo 1. k) l. r. 2. 3. l) rodomo 3. m) ebroicas 2. 3. n) poene 2. o) decumbit 2. p) c. castrum 2. 3. q) detinebant 2. 3. *H. R.* r) amputatas manus 2. 3. s) almontem 3. t) i. f. 2. 3. u) Odo 2. 3. 3b. v) comprehendit et in 2 3. w) regina — cum *desunt* 3b. x) ragimundo 2. 3. 3b. y) *deest* 2. z) perceperat 2. praeceperat 3. a) hodo 2. b) p. f. c. N. 2. 3. c) othoni 2. odoni 3. d) radulfi 2. 3. e) veromandinse *corr.* veromandense 1. f) radulfo 2. g) ragenarii 3. h) ad odonem regem 2. 3.

60) Evreux. 61) Ambli ad flumen Barum, qui Mosam infra Sedan influit.

Ludowici, sed et Hugonis ducis legati ad eum venerunt. Qui legatos regis honorifice suscipiens, legatis aversabatur[a] ducis; donec Manasses quidam, missus Hugonis, videns legatos Ludowici valde legationi suae adversos existere, mandata quaedam[b] sibi ab hoc rege data nuper ad ipsum Oddonem[c] perferenda, quae[d] prius aperire noluerat, in medium protulit; pandens exprobrationes non modicas, quas sibi rex Ludowicus Oddoni regi[e] perferre praeceperat, quod scilicet periurus esset Oddo de iuramentis quae Ludowico iuraverat, adiciens et alia indecora nonnulla. Quibus admodum permotus Oddo, missos Ludowici, quia verbis Manasse contradicere non valebant, abiciens, legatos Hugonis honorabiliter habuit, omnesque sibi fideles ab auxilio seu participatione[f] Ludowici sese submovere praecepit.

In Transrhenensibus Germaniae regionibus quidam homo erat, cui manus abcisa[g] fuerat, et post annos quatuordecim, sicut asserunt qui eum noverunt, subito dum nocte[h] dormiret, ei ex integro restaurata[i] est. In eisdem[k] partibus per quosdam pagos ignei globi ferri[l] videbantur in aere, quique nonnullas[m] illic circumvolantes incenderunt domos ac[n] villas; a[o] quibusdam vero locis, crucibus[p] oppositis, cum benedictione episcopali et aqua benedicta repellebantur. Regii milites episcopatum Remensem depraedantur, et filii Heriberti abbatiam sancti Crispini, Ragenoldus quoque abbatiam sancti Medardi; sicque alterutris debachantur rapinis atque depraedationibus. Tempestas nimia facta est in pago Parisiaco, et turbo vehementissimus, quo parietes cuiusdam domus antiquissimae, qui[q] validissimo constructi[r] cemento, in monte qui dicitur Martyrum[62] diu perstiterant immoti, funditus sunt eversi. Feruntur autem daemones tunc ibi sub equitum specie visi, qui aecclesiam quandam[s], quae proxima stabat, destruentes, eius trabes, memoratis parietibus[t] incusserint[u], ac sic eos subruerint, vineas quoque montis ipsius evulserint, et omnia sata vastaverint. 62

Subsecuta mox Brittonum pernities, qui discordia inter se principum Berengarii et Alani divisi, a Nortmannis, cum quibus pactum inierant, pervasi et magna sunt caede attriti[v]. Civitas eorum Dolus nomine capta, et episcopus eiusdem confugientium in aecclesiam multitudinum stipatione oppressus et enecatus est. Reparatis denique Brittones viribus certamen ineunt, in quo superiores Nortmannis extitisse[w] visi sunt. Tertia tandem congressione inita[x], magna ex utraque parte[y] cecidit multitudo; victoria vero potiti Nortmanni, Brittones usque ad internetionem caedunt et[z] a terra ipsorum disperdunt. Ipsique Nortmanni, qui nuper a transmarinis advenerant[*] regionibus, eorum terras[a] invadunt.

Ludowicus rex in terram Nortmannorum proficiscitur cum Arnulfo et Erluino et quibusdam episcopis Franciae ac Burgundiae. Arnulfus itaque praecedens regem, quosdam Nortmannorum, qui custodias observabant apud Arcas[63], fudit, et regi transitum praeparavit; sicque rex Rodomum perveniens, a Nortmannis in urbe suscipitur; quibusdam mare petentibus qui eum nolebant recipere, ceteris omnibus sibi subiugatis. Hugo dux cum suis et quibusdam Burgundiae proceribus trans Sequanam faciens iter, Baiocas usque pervenit, et civitatem obsedit, quam rex ei dederat, si eum ad subiciendam sibi hanc Nortmannorum gentem adiuvaret. Receptus autem rex a Nortmannis, mandat duci, ut a praefatae civitatis obsidione discedat. Quo discedente, rex in eam ingreditur; unde et discordiae fomes inter regem concitatur et ducem; sed et pro eo quod rex obsides ab Ebrocensibus, qui Hugoni subditi erant, accepit, quos eidem duci reddere noluit. 63 Anno

945

adhuc rege Ludowico[b] apud Rodomum degente, Gerberga regina filium Lauduni peperit, qui Karolus ad catezizandum[c] vocitatus[d] est. Reversus rex Laudunum, et cum Arnulfo locutus, dispositis quibusdam rebus, Rodomum regreditur. At Bernardus Silvanectensis

a) aduersabatur 2. 3. b) *deest* 3. c) odonem *saepius* 2. 3. d) qui 2. e) *deest* 3. f) partitip. *corr.* particip. 1. g) abscissa 2. 3. h) noctu 2. 3. i) restituta 3b. k) iisdem 3. l) ferre 2. 3. m) nonnullos 1. n) et 2. 3. o) ex *corr.* a. 1. p) cruribus 2. q) quae 2. r) constructu 2. quendam 2. t) p. m. 2. 3. u) incusserunt — subruerunt — evulserunt — vastaverunt 3. v) atriti 2. w) *deest* 1. x) mito 1. y) *deest* 2. z) et eos a 2. 3. *) venerant 3. a) terram 2. 3. b) l. r. 2. 3. c) catetiz. *corr.* cateciz. 1. d) uocatus 2. 3.

62) Montmartre. 63) Arques.

comes et Tetbaldus Turonensis[a] cum Heriberto castellum regis Montiniacum paschae diebus aggressi, capiunt, incendunt[b], diruunt. Idem quoque Bernardus venatores et canes regis invadens, equos eorum vel quaeque sibi visa sunt, aufert; Compendium etiam, regalis sedis oppidum, pervadit cum quibusdam villis eidem sedi subiectis. Rex Ludowicus, collecto secum Nortmannorum exercitu, Veromandinsem[c] pagum depraedatur, assumptoque cum ipsis[d] Erluino cum parte[e] militum Arnulfi, sed et Artoldo episcopo cum his, dudum[f] qui Remis electi fuerant, comitibus quoque Bernardo ac Theoderico[g] nepote ipsius, Remorum obsidet urbem. Vastantur circumquaque segetes, villaeque diripiuntur et partim exuruntur, necnon aecclesiae plures effringuntur. Quoties[h] pugnatum ad portas vel circa murum, vulnerati ex utraque parte non pauci, quidam etiam interempti sunt. Hugo denique dux proeliatus cum Nortmannis, qui fines suos ingressi fuerant, eos non modica caede[i] fudit, et a terminis suis eiecit; post haec Remis ad regem mittit, dans obsides, ut Ragenoldus ex parte regis ad colloquium sibi occurrat. Quo abeunte, tractat cum eo, uti rex obsides ab Hugone episcopo accipiat, et ab obsidione Remensi discedat; quatinus[k] idem praesul denominato placito ad reddendam rationem de omnibus, quae rex ab eo quaesierat[l], accedat. Quibus hoc sibi tenore datis, rex ab obsidione recedit post quintam decimam, quo civitas obsessa fuerat, diem. Igitur circa missam sancti Iohannis Hugo dux placitum cum rege per sequestres[m] habuit, in quo nihil certi[n] de pace inter ipsos componenda gestum, nisi tantum quod[o] indutias ad invicem sibi dederunt[p] usque ad medium mensem Augustum.

His ita gestis, rex Ludowicus, assumpto Erluino et quibusdam domesticis suis secum, Rodomum petit. Domnus Theotilo[q] venerandus urbis Turonicae praesul obiit, qui dum de pace inter regem et principes componenda certaret, hisque studiis occupatus a Lauduno rediret, aegritudine corporis in ipso deprimitur itinere. Cumque ultimam iam exhalaret[r] spiritum, apparuit signum quoddam luminis per aera discurrens, cubitum longitudinis habere visum; cuius lumine ad depellendas noctis tenebras sufficienter perfuncti sunt[s], qui funus eius deducebant; talique potiti solamine per milia fere, ceu fertur, ducenta, Turonicam usque corpus eius perferunt urbem. Quodque in monasterio sancti Iuliani, quod idem vir sanctus summa instituerat religione, iuxta sepulcrum domni Odonis reverenter humatur, et exinde ipsum templum divinis illustrari[t] miraculis declaratur.

Dum rex Ludowicus[u] moraretur Rodomi, Hagroldus Nortmannus, qui Baiocis praeerat, mandat ei, quod ad eum venturus esset condicto tempore vel loco, si rex ad illum locum accederet. Veniente denique rege cum paucis ad locum denominatum, Hagroldus cum multitudine Nortmannorum armatus advenit[w], invadensque socios regis, pene cunctos interemit[x]. Rex solus fugam iniit, prosequente se quodam Nortmanno[y] sibi fideli. Cum quo[z] Rodomum veniens, comprehensus est[*] ab aliis Nortmannis quos sibi fideles esse putabat, et sub custodia detentus. Hugo quoque, rex Italiae, regno depulsus a suis, et filius ipsius in regnum receptus[a] est. Hugo praesul Altmontem castrum obsidens, post septem ferme[b] obsidionis ebdomadas recipit, reddente illud Dodone[c. *], tali sub tenore, ut filium ipsius et filium fratris sui suscipiens idem archiepiscopus[d], concederet eis terram patrum suorum. Hugone duce de regis ereptione laborante, Nortmanni filios ipsius regis dari sibi obsides quaerunt, nec aliter regem se dimissuros asserunt. Mittitur igitur[e] ad reginam pro pueris; illa minorem mittens, maiorem fatetur se non esse missuram. Datur igitur minor, et ut rex dimittatur, Wido[f] Suessorum episcopus sese obsidem tradit. Dimissus itaque rex a Nortmannis, suscipitur ab Hugone principe; quique committens eum Tetbaldo[g], cuidam suorum, proficiscitur Othoni regi obviam. Qui rex nolens loqui cum eo, mittit ad eum Conradum ducem Lothariensium. Cum quo locutus Hugo, infensus Othoni regi revertitur. Richario Tungren-

199

* D. domni Artoldi fratre *H. R. IV.* 31.

a) *deest* 2. 3. b) i. ac d. 2. 3. c) ueromandensem 1. d) illis 2. 3. e) patre 2. f) q. d. 2. 3. *H. R.* g) teoderico 2. h) Quotiens 2. i) clade 3. k) quatenus 2. 3. l) quaesierit 2. *H. R.* m) sequestros 2. n) certe 1. certum 2. 3. o) *deest* 2. p) *deest* 2. q) teotilo 2. r) exalaret 2. 3. s) *supersc.* 1. *deest* 2. t) inlustrare 2. u) lodhuuicus 3. v) haigroldus 2. 3. *et infra.* w) uenit *corr.* aduenit 1. aduenerat 2. x) interimit 3. y) N. (normanno) 3. q. 2. 3. z) cumque 2. *) *deest* 3. a) susceptus 2. 3. cui successit Lotharius filius eius *Hugo V.* b) formae *corr.* fermae 2. c) odone 2. 3. d) episcopus 2. 3. e) *deest* 2. f) vindo 3. g) Tetbaudo Carnotensium comiti *Hugo V.*

sium praesule defuncto, idem episcopium rex Otho Hugoni, abbati monasterii sancti Maximini, nolenti atque refugienti dedit, eumque ordinari fecit episcopum; et ita remeat trans Rhenum.

In pago Parisiacensi, necnon etiam per diversos[a] circumquaque pagos, hominum diversa membra ignis plaga pervadunter; quaeque [aeusim[b]] exusta consumebantur, donec mors tandem finiret supplicia. Quorum quidam, nonnulla sanctorum loca petentes, evasere tormenta; plures tamen Parisius in aecclesia sanctae Dei genitricis Mariae sanati sunt, adeo ut quotquot illo pervenire potuerint, asserantur ab hac peste salvati; quos Hugo quoque dux stipendiis aluit cotidianis. Horum dum quidam vellent ad propria redire, extincto refervescunt incendio, regressique ad aecclesiam liberantur[b]. Anno

946

quidam motus inter filios Heriberti comitis[c] agitantur pro hereditatum distributione suarum. Qui tamen, Hugone principe avunculo[d] ipsorum mediante, pacantur, divisis sibi, prout eis competens visum est, rebus. Hugo rex Italiae a suis in regnum recipitur. Edmundus Anglorum rex legatos ad Hugonem principem pro restitutione Ludowici regis dirigit; et idem princeps proinde conventus publicos cum nepotibus suis aliisque regni primatibus agit. Marinus papa decessit, cui successit Agapitus; et pax inter Albericum patricium et Hugonem regem [Italiae[e]] depaciscitur. Hugo dux Francorum, ascito secum Hugone [Nigro[f]] filio Richardi, ceterisque regni primatibus, Ludowicum regem, qui fere per annum sub custodia detinebatur apud Tetbaldum comitem, in regnum restituit; recepto Lauduno castro, quod regina Gerberga tenebat, et eidem Tetbaldo commisso. Qui dux Hugo renovans regi Ludowico regium honorem vel nomen, ei[g] sese cum ceteris regni committit primoribus. Edmundus rex transmarinus defungitur; uxor quoque regis Othonis, soror ipsius Edmundi, decessit.

Regina Gerberga nuper ad Othonem regem, fratrem suum, legationem direxerat, auxilium deposcens ab eo. Qui maximum colligens ex omnibus regnis suis exercitum, venit in Franciam, Conradum[f] quoque secum habens, Cisalpinae Galliae regem. Quibus rex Ludowicus obviam profectus, satis amicabiliter et honorifice suscipitur ab eis; sicque pariter Laudunum venientes, consideratoque castri firmitate, deverterunt ab eo, Remensem aggredientes urbem; quam cingentes obsidione, ingenti vallarunt exercitu. Videns autem praesul[g] Hugo, obsidionem se tolerare non posse, neque tantae resistere multitudini, locutus est cum quibusdam principibus qui videbantur sibi esse amici, videlicet cum Arnulfo, qui eius sororem, et Uddone[h], qui amitam[i] ipsius habebat uxorem, sed et cum Hermanno[k] Uddonis[l] fratre; quaesivit ab eis, quid[m] sibi foret agendum. Qui tale consilium dederunt ei, ut egrederetur[n] cum suis et relinqueret urbem, quia id dispositum a regibus erat, ut omnimodis expelleretur, neque intervenire possent apud reges pro ipso, quin eruerentur ei oculi, si urbem vi capi contigisset. Quo consilio percepto ac suis intimato, post tertiam obsidionis[o] diem cum pene cunctis qui secum tunc aderant militibus egressus est. Sicque reges cum episcopis et principibus ingredientes urbem, domnum Artoldum praesulem, qui dudum fuerat electus, iterum[p] intronizari fecerunt; quem Rotbertus Treverensis archiepisoopus et Fredericus Magonciacensis[q] accipientes[r], utraque manu eidem sedi restituerunt. Deinde relinquentes Gerbergam reginam Remis, ipsi reges cum exercitibus suis[s] terram Hugonis aggrediuntur; et urbem Silvanectensem obsidentes, ut viderunt munitissimam, nec[t] eam valentes expugnare, caesis quibusdam suorum, dimiserunt[u]. Sicque trans Sequanam contendentes, loca quaeque praeter civitates gravibus atterunt depraedationibus[v], terramque Nortmannorum peragrantes, loca plura devastant; indeque remeantes[w], regrediuntur[x] in sua[y]. Deroldus Ambianensium praesul ita decessit[z]. Anno

a) diversas *corr.* diuersos 1. divisos 2. 3. b) *deest* 1. b) liberentur *corr.* liberantur 2. c) *deest* 2. 3. d) auumculo 2. e) et 1. f) chonradum 2. g) h. p. 2. 3. *H. R.* h) oddone 1. uuiddone 2. i) amicam 2. k) herimanno 2. 3. l) uuiddonis 2. m) quid *corr.* quod 2. n) egrederentur 2. o) obsidiones 2. p) *deest* 1. q) magontiacensis 2. r) quia sic sedis Romanae auctoritas promulgaverat *Hugo V.* s) *deest* 1. t) n. e. v. e. *desunt* 2. u) d. s. t. S. *desunt* 2. v) praedationibus 3. w) reuertentes 2. x) regrediuntur *corr.* regrediuntur 2. y) illa 1. z) decedit 3.

947

Hugo princeps, moto exercitu, in Arnulfi terram proficiscitur, obsidetque quasdam munitiones ipsius; nulloque patrato prout speravit negotio, revertitur in sua. Rex quoque Ludowicus cum quibusdam Lothariensibus Mosomum [a], quod Hugo praesul eiectus [b] Remis tenebat [c], obsedit; sed nec ipse quippiam pro votis efficiens, recedentibus tandem post mensem Lothariensibus, ipse Remos [d] regreditur. Bovo Catalaunensis episcopus obiit; eliguntque sibi Catalaunenses quendam nobilem adolescentem clericum, nomine Gibuinum. Ludowicus rex Aquis pascha cum Othone rege celebrat, et regiis ab eo honoratur [e] muneribus. Hugo princeps a quibusdam praesumptiose persuasus, Remensem cum Hugone praesule, quasi mox capturus, aggreditur urbem; frustratoque voto, resistentibus fidelibus regis et Artoldi archiepiscopi, octavo postquam advenerant die, illusi recedunt. Hugo praesul, annitente [f] avunculo suo Hugone, ordinat Ambianis episcopum Tetbaldum quendam, aecclesiae Suessonicae clericum. Ludowicus rex, expetente Arnulfo comite, Atrabatem proficiscitur cum Artoldo episcopo, indeque cum Arnulfo ad obsidendum Monasteriolum, castrum Rotgarii [g] filii Erluini, progrediuntur; postque laborem inefficacem, pluriumque [h] mortes suorum, spe privati regrediuntur ad propria. Tempestas magna Remis effusa est per unius omne noctis spatium cum coruscationibus [i] continuis et terrae motu, adeo ut putei replerentur et domus nonnullae subverterentur.

64 Conventus placiti regum Ludowici et Othonis super Charam [64] fluvium intrante
65 mense Augusto celebratur, Hugone principe circa Mosomum et Duodeciacum [65] castra metato; ubi res litis inter Artoldum et Hugonem Remensis aecclesiae praesules ab episcopis auditur. Et quia synodus tunc convocata non fuerat, altercatio determinari non potuit. Synodus autem circa medium mensis Novembris habenda [k] denuntiatur. Interim vero sedes Remensis Artoldo conceditur, Hugo alter praesul in Mosomo commorari permittitur. Treugae vel indutiae belli inter regem Ludowicum et Hugonem principem usque ad synodi tempus, Othone rege mediante, disponuntur. Heriveus, nepos Herivei quondam archiepiscopi, habens munitionem quam aedificaverat citra Maternam fluvium, villas circumquaque [l] depraedabatur Remensis episcopii; excommunicatus ab Artoldo praesule pro his quas invaserat aecclesiae rebus. Contra cuius praedones egressi quadam die
et fratres. H. R. Ragenaldus [m] comes et Dodo, frater* ipsius praesulis, cum quibusdam militibus [n] aecclesiae, ipsos grassatores in fugam agunt. Quo audito, idem Heriveus [o], armatis his quos secum habebat militibus, a munitione sua egressus contra nostros [p] ad pugnam, et congressus cum eis, interemptus est cum suorum quibusdam [q]; ceteri omnes in fugam versi sunt, vulneratis ex utraque parte nonnullis. Corpus eiusdem Remos a victoribus perlatum est. Hugo praesul assumens [secum q*] Tetbaldum de Lauduno * cum aliis nonnullis male-
66 factoribus, in Culmisciacum [r. 66] ceterasque contiguas villas tempore vindemiae venit; qui omne pene vinum ex his colligentes, in diversos pagos abducunt.

Synodus praedicta [s] Virduni habita est, praesidente Rotberto Treverensi praesule, cum Artoldo Remensi [t], Odalrico [u] Aquensi, Adalberone [v] Mettensi, Gosleno [w] Tullensi,
67 Hildebaldo Transrhenensi [x], Israhele Brittone, praesente [y] Brunone abbate [67] fratre regis
68 69 Othonis, Agenoldo [68] quoque et Odilone [z. 69], cum aliis quibusdam venerandis abbatibus [70].
70 Ad quam Hugo episcopus evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum episcopis, Adalberone et Gosleno, venire noluit. Universa vero synodus domno Artoldo * Remense

* T. de Monteacuto (*deest tamen in cod. Montispessulani*) sororis suae maritum, *Hist. Rem. IV.* 33.

a) mosonum 3. b) reiectus 1. R. e. 2. 3. *H. R.* c) retinebat 2. 3. *H. R.* d) remis *corr.* remos 1. e) h. ab eo 2. 3 f) adnit. 2. 3. g) rotgerii 1. h) plurimumque *corr.* pluriumque 2. i) chor. 2. k) abenda 2. l) circumquique 3. *infra* ad artaldo *typorum errore.* m) ragenoldus 2. 3. n) a. m. 2. 3. o) herviveus 3. p) nos 2 q) q. s. 2. 3. q*) *deest* 1. r) colmisciacum 1. s) S. denunciata circa medium mensis Novembris Virduni *Hugo V.* t) R. Berengario Virdunensi, O. *Hugo V.* u) odolrico 2. 3. *Hugo Fl.* v) adhelberone 2. 3. alberone *Hugo Fl.* w) goslino 2. 3. *ita et infra.* x) t. Mirnegardo Werdensi 3; *et Hildebaldus vere Mimigardevordensis episcopus erat.* y) brittone praesente. Brunone 1. *Hugo V.* z) odilone Cluniacensi abbate *Hugo Fl.* *) *deest* 1.

64) Cher. 65) Douzy. 66) Cormicy. 67) Laureshamensi. 68) Gorziensi. 69) Stabulensi. 70) Hugo V. addit: *Synodus autem haec ob hoc Virduni denunciata fuit, ut sic saltem interesset conventui episcoporum praefatus Virdunensis Berengarius, cuius tanta esset auctoritas, ut improbari videretur, quod constantissimae nobilitatis eius authentica praesentia non roboraretur.*

tenendum adiudicavit episcopium. Indicitur iterum synodus Idus Ianuarii habenda[a]. Anno

948

synodus praedicta celebratur in aecclesia sancti Petri, ante prospectum castri Mosomi, a domno Rotberto ceterisque Trevirensis[b] dioceseos episcopis et aliquibus Remensis. Veniens autem illuc Hugo praesul, et locutus cum Rotberto, synodum noluit ingredi. Litteras vero quasdam ex nomine Agapiti papae misit ad episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicae continentes; hoc tantum praecipientes, ut Hugoni Remense redderetur episcopium. Quibus lectis, ineuntes episcopi consilium cum abbatibus et ceteris sapientibus qui aderant, responderunt, non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis apostolicae, quam dudum Rotbertus archiepiscopus, deferente Frederico praesule Mogonciacensi[c], coram regibus et episcopis tam Galliae quam Germaniae susceperat, et partem iam praeceptionis ipsius exegerat, propter illas litteras intermitteret, quas insidiator Artoldi praesulis exhibebat; immo quod regulariter coeptum fuerat, canonice pertractaretur. Sicque praeceptum est, ut recitaretur capitulum 19. Cartaginensis concilii de accusato et accusatore. Quo recitato, iudicatum est, secundum diffinitionem[d] ipsius capituli, ut Artoldo praesule retinente communionem et parroechiam[e] Remensem, Hugo, qui ad duas[f] iam synodos evocatus venire contempserat, a communione et regimine Remensis episcopii abstineret, donec ad universalem[g] synodum, quae indicebatur Kalendas Augusti, sese purgaturus occurreret. Ipsumque capitulum mox in carta describi fecerunt episcopi coram se, subnectentes hanc etiam definitionem suam, et eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem eandem cartam Rotberto praesuli remisit, hoc verbis remandans, quod ipsorum iudicio nequaquam oboediturus esset. Arnulfus comes castrum Monasteriolum, favente Hugone principe, capit. Interea proclamationis litterae a domno Artoldo diriguntur ad sedem Romanam. Domnus igitur Agapitus papa vicarium suum Marinum episcopum mittit ad Othonem regem propter evocandam et aggregandam generalem synodum. Litterae quoque ipsius papae mittuntur ab urbe Romana speciatim quibusdam episcopis Galliae Germaniaeque, vocantes eos ad eandem[h] synodum. Quae synodus aggregata[i] est ex praecepto praefati papae in Engulenhein[k] palatio regali, in aecclesia beati Remigii honore dicata, 7.[l] Id. Iunii[m], causa videlicet maximarum dissensionum, quae agitabantur inter regem Ludowicum et Hugonem principem; inter Artoldum quoque Remorum archiepiscopum[n] et Hugonem illicite substitutum eidem urbi praesulem; quae dissensiones omne perturbaverant regnum Francorum. Ad quam synodum celebrandam, adveniente praedicto Marino sedis apostolicae vicario, convenerunt[o] etiam Germaniae praesules cum quibusdam Galliarum episcopis, Rotbertus[p] videlicet Trevirensis[q] archiepiscopus, Artoldus[r] Remensis, Fredericus Mogontiacensis[s], Wicfredus[t] Coloniensis, Adaldachus[u] Hammaburgensis, Hildeboldus[v] Mimegardevurdensis[w], Goslenus[x] Tullensis, Adalbero[y] Mettensis, Berengarius[z] Virdunensis, Fulbertus Camaracensis, Rodulfus Laudunensis[*], Richoo Warmacensis, Reimboldus[a] Spirensis, Poppo[b] Wirtsiburgensis[c], Chounradus[d] Constantiacensis, Odelricus Augustensis, Thethardus[e] Hildinesheimensis[f], Bernardus Alfurtestedensis[g], Dudo[h] Poderbrunnensis[i], Farabertus[k] Tungrensis, Lioptacus Ribunensis, Michahel Radisponensis, Doddo Osnebruggensis[m], Everis Mindensis, Baldricus Traiectensis, Heroldus Saltburgensis[n], Adalbertus Bazsoensis, Starchandus Eistetensis[o], Horath Sleoswicensis[p], Wichardus[q] Basiliensis,

Leg. II. 21.

a) *deest* 1. b) treuerensis 2. 3. c) mogonciacensis 1. magont. 2. magonc. 3. d) def. 3. e) paroech. 1. parroch. 3. f) duos s. i. 2. g) anniuersalem 1. h) *deest* 3. i) congregata 3. k) eungulenhain 1. eglehem 3. l) *deest* 1. *legitur etiam apud Hugonem V.* m) I. a 948. ind. 6. tertio papatus domni Agapeti anno, regni regis Othonis 13, Ludowici quoque 13. *Hugo V.* n) remensem episc. 2. 3. remensem archiepisc. *Hugo V.* o) conuenerunt 32 episcopi Galliae et Germaniae, quos dignos iudicavimus subter annotare *Hugo V.* p) robertus 2a. q) treuer. 2. 3. *saepius.* r) astardus 2a. s) magunt. 2. 3. t) wifredus 2a. u) adeldacus 2. 3. adelbatus 2a. v) hildebaldus 2. 3. heldebaldus 2a. w) mimegarnonuredensis 1. mirnegardounrdensis 2. 3. mimagarnorverdensis *Hugo V.* x) gauslinus 2. goslinus 2a. y) adelbero 2. 3. aldebero 2a. z) berangarius 2a. *) liouduneusis 3. a) reinboldus 2. rainbaldus 3. rambaldus 2a. b) popo 2a. c) wilsib. 2. wizib. 3. witsib. *Hugo V.* d) *ita* 2; 1. *corr. in* choonradus; conradus 2a. 3. e) tethardus 2a. 3. *Hugo V.* f) hildinesheimsis 1. hildinesheinsis 2. 3. hildinehensis *Hugo V.* g) alfurcestensis 2. h) dodo 2a. i) poderbrumensis 2. poderburnensis 3. k) Liopt. R. Michael R. Ferab. T. 2. Michael R., Far. T., Liop. Rib. 3. m) dodo osnebergensis 2. 3. n) salob. 1. salb. 3. o) eistonensis 1. eistenfiensis 2. eintanciensis 3. p) leowicensis 3. horachs L. 2a. q) wikardus 3.

Liesdac Ripuensis[a]. Residentibus his praesulibus in aecclesia praedicti loci, post praemissas[b] preces secundum ordinem celebrandi concilii, et post lectiones sacrae auctoritatis, ingressis gloriosis regibus Othone ac Ludowico, et simul residentibus, post allocutionem praefati Marini sedis apostolicae legati, exurgens Ludowicus rex e latere et consensu[c] domni regis Othonis, proclamationis suae quaerimoniam propalavit coram praemisso Romanae sedis vicario ceterisque consedentibus[d] episcopis, referens qualiter accersitus fuerit a transmarinis regionibus per legatos Hugonis ceterorumque Franciae principum ad suscipiendum suae paternae hereditatis regnum, cunctorumque votis et acclamationibus[e] procerum militiaeque Francorum sublimatus et consecratus sit ad apicem regalis moderaminis obtinendum; postea vero eiectus sit a praefato Hugone, et dolis appetitus ac comprehensus, per annum integrum sub custodia fuerit ab eo detentus, nec aliter eius absolutio potuerit obtineri[f], nisi Laudunum castrum, quod solum tunc regina Gerberga cum fidelibus suis ex omnibus suis regiis sedibus retinebat, Hugone illud occupante, dimitteret. De his omnibus malis, quae post regni susceptionem passus fuerat, si quis obiceret, quod sui facinoris causa eidem fuissent illata, inde se[g] iuxta synodale iudicium et regis Othonis praeceptionem purgaret, vel certamine singulari defenderet.

Deinde surgens Artoldus archiepiscopus, protulit secundum iussionem papae Romani, quam ei delegaverat, litis initium atque tenorem, quae versabatur inter ipsum et Hugonem, subrogatum sibi aecclesiae Remensis antistitem. Post quarum litterarum[71] recitationem, et earum propter reges[72] iuxta Teutiscam[h] linguam interpretationem, ingressus svnodum quidam Sigiboldus[i], praemissi Hugonis clericus, attulit litteras quas Roma detulerat, quasque iam in alia synodo Mosomi[k] propalaverat, asserens easdem litteras sibi Romae ab ipso, qui aderat, Marino vicario datas. Qui Marinus proferens litteras, quas idem Sigiboldus Romam detulerat[l], praecepit eas coram synodo recitari. In quarum recitatione repertum est, prout ipsae litterae fatebantur, quod Wido episcopus Suessonicus, Hildegarius quoque Belvacensis, Rodulfus Laudunensis, ceterique cuncti Remensis dioceseos episcopi easdem litteras ad sedem delegaverint[m] apostolicam pro restauratione Hugonis in sede Remensi et expulsione Artoldi. Post quarum lectionem exurgentes Artoldus praesul et praefatus Rodulfus, qui in eisdem litteris nominabatur, Fulbertus quoque Camaracensis antistes, easdem litteras refutarunt, astruentes, quod eas antea numquam viderint vel audierint, neque in earum delegatione consensum praebuerint. Quibus dum[n] idem[o] clericus contraire non posset, licet in eos calumniis obstrepens[p], praecepit domnus Marinus, suggerens universae[q] synodo, ut sibi consilium et rectum iudicium proferrent super huiusmodi calumniatore[r] et calumniarum in episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de huiuscemodi[s] calumniatoribus, iudicant et unanimiter censent, eum quo fruebatur honore privari debere ac secundum capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio multatus, a conspectu synodi reprobatus abscessit. Artoldo vero praesuli, qui omnibus se synodis praesertabilem fecerat, non refugiens synodale iudicium, episcopium Remense iuxta canonum instituta et sanctorum patrum decreta omnino retinendum atque disponendum, decernunt, laudant atque corroborant.

Secunda consessionis die, post recitatas divinae auctoritatis lectiones et Marini vicarii allocutionem, suggessit domnus Rotbertus Trevirensis archiepiscopus, ut, quoniam iuxta sacrae legis instituta restauratum atque restitutum fuerat Remense Artoldo praesuli episcopium, in eiusdem sedis invasorem synodale perageretur iudicium. Praecepit itaque Marinus vicarius, ut canonicam super hac praesumptione synodus proferret sententiam. Iubentur ergo sanctae legis catholica recitari capitula; quibus recitatis, secundum sacrorum instituta canonum, et sanctorum decreta patrum, Sixti, Alexandri, Innocentii, Zosimi, Bonefacii, Caelestini, Leonis, Symmachi[t], ceterorumque sanctorum aecclesiae Dei doctorum, excommunicaverunt et ab aecclesiae Dei gremio reppulerunt praedictum Hugonem Remensis aecclesiae pervasorem, donec ad poenitentiam et dignam

a) liesdao 1. *Hugo V.* lidac ribuensis 3. b) missas 2. c) consensu 2. d) consid. 2. 3. e) clamat. 2. 3. f) optineri 2. g) *deest* 2. h) teuticam 1. teotiscam 2. 3. i) sygibaldus 2. sigebaldus *H. R. Bald.* k) mosoni 1. l) tulerat 2. 3. m) delegaverant 3. n) cum 3. o) isdem 2. p) calumpniis abstr. 2. q) uniuerso 2. r) calumpn. 2. *constanter.* s) huiusmodi 2. t) simmachi 2. 3.

71) Mon. Germ. Leg. II. 21. 72) igitur et Ludowicus linguam Teutiscam callebat.

satisfactionem venire procuret[a]. Ceteris quoque diebus synodi tractata[b] sunt quaedam necessaria de incestis coniugiis, et aecclesiis, quae presbiteris in partibus Germaniae dabantur, immo vendebantur, indebite et auferebantur a laicis illicite[c]; prohibiturnque[d] ac statutum, ne id omnino praesumeretur ab aliquo. Sed et de aliis aecclesiae Dei utilitatibus tractata sunt et diffinita[e] nonnulla.

Interea rex Ludowicus deprecatur regem Otthonem[f], ut subsidium sibi ferat contra Hugonem et ceteros inimicos suos. Qui petita concedens, iubet ut Chonradus dux cum exercitu Lothariensium in eius[g] pergat auxilium; interim vero dum congregetur exercitus, rex Ludowicus cum ipso duce maneat, et episcopi Artoldus atque Rodulfus, qui erant cum rege, ne quid in via paterentur adversi, degerent cum Lothariensibus episcopis. Mansimus itaque cum Rotberto Trevirensi, Rodulfus Laudunensis cum Adalberone[h] Mettensi, ebdomadas fere quattuor. Exercitu denique collecto, Lotharienses episcopi Mosomum petunt, ipsumque obsidentes castrum atque oppugnantes, milites qui erant ibi cum Hugone ad deditionem compellunt; et acceptis ab eis[i] obsidibus, pergunt obviam Ludowico regi et Chonrado[k] duci in partes Laudunensis pagi. Obsident igitur ibi dux et exercitus quandam munitionem, quam aedificaverat et tenebat Tetbaldus in loco qui dicitur Mons-acutus[l. 73], qui et Laudunum contra regem retinebat. Hoc etiam 73
oppidum expugnantes[m], tandem non sine mora capiunt, indeque Laudunum adeunt. Et in aecclesia sancti Vincentii congregati episcopi, praedictum Tetbaldum excommunicant, Hugonem vero principem vocant litteris ex parte Marini legati apostolicae sedis et sua, venire ad emendationem pro malis quae contra regem et episcopos egerat. Wido denique, Suessonicae urbis episcopus, ad regem Ludowicum veniens, eidem sese committit, pacaturque cum Artoldo archiepiscopo, satisfaciens illi pro ordinatione Hugonis. Chonradus quoque dux filiam Ludowici regis sacro de fonte suscepit. Sicque recepto Mosomo castro et everso, Lotharienses revertuntur in sua.

Igitur Hugo nullam moram faciens, collecta suorum multa Nortmannorumque manu, Suessonicam aggreditur[n] urbem, et obsidens oppugnat[o], caeditque nonnullos; iniectis etiam ignibus domum matris aecclesiae succendit, simulque claustra canonicorum et partem civitatis. Nec tamen ipsam capere valens, urbem reliquit, et ad quandam munitionem, quam Ragenoldus comes Ludowici super Axonam[p] fluvium in loco qui dicitur Rauciacus[74] aedificabat, devenit, ipsamque adhuc inperfectam castris vallavit. 74
Sed nec ipsam cepit; villas tamen Remensis aecclesiae castris suis contiguas devastavit. Plures quoque colonorum praedones ipsius interemerunt, violantes[q] aecclesias, et in tantum debachantes, ut in Culmisciaco vico tam infra quam circa aecclesiam fere quadraginta[r] homines interfecerunt[s], ipsumque templum omnibus pene rebus[t] expoliaverunt. Multis ergo[u] flagitiis tunc perpetratis, Hugo tandem cum suis regreditur grassatoribus. Itaque milites, qui hactenus cum Hugone fuerant excommunicato, ad Artoldum praesulem revertuntur; qui nonnullos eorum, redditis eis rebus quas habuerant, recepit[v], quosdam vero abiecit. Post haec Treviros proficiscitur ad synodum cum episcopis Widone[w] Suessonico, Rodulfo Laudunensi, et Wicfredo[x] Morinensi. Quo pervenientes, Marinum sese praestolantem repperiunt[y] cum Rotberto archiepiscopo; ceterorum vero Lothariensium vel Germanorum praesulum illic invenere neminem. Considerantibus igitur illis, sciscitari Marinus vicarius coepit[z], quid egisset post praemissam synodum Hugo princeps erga ipsos vel regem Ludowicum. At illi referunt supra memorata, quae ipsis et aecclesiis eorum intulerat, mala. Requirit ergo de vocatione ipsius principis Marinus, utrum perlatae fuissent ei litterae vocationis, quas ei perferendas delegaverat. Cui respondetur ab Artaldo archiepiscopo, quod quaedam earum perlatae sint[a], quaedam vero perferri nequiverint[b], earum gerulo ab ipsius grassatoribus intercepto; vocatus tamen fuerit[c] tam litteris quam quibusdam internuntiis. Requiritur itaque, si

a) veniret 2. *Hugo V.* v. procuraret 3. *H. R.* b) tracta 1. c) inl. 2. d) que *deest* 2. e) definita 3. f) othonem 2. 3. *saepius.* g) eiusdem 2. h) adhelberone 2. 3. i) ab eis *desunt* 3. k) conrado 2. 3. *semper.* l) munitionem quae dicitur Mons acutus ante Laudunum capit. *Hugo V.* m) expugnentes 2. n) adgr. 2. 3. o) oppugnabat 2. p) axonem 2. q) vallantes 1. r) quadringentos *H. R.* IV. 36. quadringenta *cod. Montispess.* s) interficerent 2. 3. interfecerin: *H. R.* t) t. r. penitus e. 2. 3. *H. R.* u) Multisque f. 2. 3. v) recipit q. v. reicit 2. 3b. w) *deest* 2. 3. x) vincfredo 3. y) repererunt 3. z) c. m. v. 2. 3. *H. R.* a) sunt 3. b) non potuerunt 3. c) fuerat *corr.* fuerit 1.

73) Montaigu. 74) Roucy.

adsit aliquis ex parte ipsius legatus. Ubi cum nullus fuisset inventus, decernitur expectandum, si forte adventurus esset in crastinum. Quod cum minime contigisset, et omnes qui aderant[a], tam clerici quam [illustres a°] laici, eum excommunicandum esse acclamarent[b], definitur ab episcopis, hanc excommunicationem adhuc differendam usque ad[c] diem synodi tertiam. Tractatur autem de episcopis, qui vocati fuerant et venire distulerant, vel his qui ordinationi Hugonis participes extiterant. Et Wido quidem[d] Suessonicus se culpabilem, prostratus coram Marino vicario et Artoldo archiepiscopo, confitetur. Intercedentibus autem pro eo apud Marinum Rotberto et Artoldo archiepiscopis, absolvi ab hac noxa meretur. Wicfredus Morinensis immunis ab eadem ordinatione repperitur. Adest Transmari[e], Noviomensis episcopi, legatus quidam presbiter, astruens eundem praesulem ita gravi langore[f] detentum, ut ad eandem[g] synodum venire non valuerit; id quoque nostrates, qui aderant, attestantur[h] episcopi.

Tertia tandem die, insistente praecipue Liuddulfo[i] legato et capellano regis Otthonis, quoniam idem rex id omnino fieri praecipiebat, excommunicatur Hugo comes, inimicus Ludowici regis, pro supra memoratis malis ab ipso perpetratis; eo tamen modo, donec resipiscat, et ad satisfactionem coram Marino vicario, vel episcopis quibus iniuriam fecit, deveniat; quod si facere contempserit, Romam pro absolutione sui proficiscatur. Excommunicantur et duo pseudoepiscopi, ab Hugone damnato ordinati, Tetbaldus et Ivo[k], prior post expulsionem ipsius in Ambianensi urbe, alter post damnationem eiusdem Hugonis in Silvanectensi, ab ipso[l] constituti. Excommunicatur etiam quidam clericus Laudunensis nomine Adelomus, quem[m] accusavit Rodulfus episcopus[n] suus, eo quod Tetbaldum excommunicatum in aecclesiam introduxerit. Vocatur Hildegarius, Belvacensis episcopus, litteris praefati Marini, ut[n] veniat coram ipso, vel eat Romam, rationem redditurus coram domno papa pro illicita ordinatione praedictorum pseudoepiscoporum, cui interfuerat. Vocatur et Heribertus, Heriberti comitis filius, ad satisfactionem venire pro malis, quae contra episcopos agebat.

His ita gestis, episcopi revertuntur in sua. Liuddulfus[o] autem capellanus Otthonis Marinum vicarium deducit ad regem suum in Saxoniam, ubi consecraturus erat[p] aecclesiam Vuldensis monasterii. Post cuius consecrationem [idem p°] Marinus, exacta hieme, Romam revertitur. Hoc anno defunguntur episcopi Geruncus Biturigensis[q] et Rodulfus Laudunensis. Nascitur regi Ludowico filius, quem praesul Artoldus de sacro fonte suscepit, patris ei nomen imponens[r]. Anno

949

Laudunenses, qui fidelitati[t] Ludowici regis attendebant, eligunt sibi praesulem Roriconem diaconem, ipsius regis fratrem, quemque consecrat Artoldus archiepiscopus Remis. Qui tamen non receptus Lauduno, apud Petraepontem munitionem resedit. Ambianenses Tetbaldum, quem eis Hugo constituerat episcopum, exosi, castrum Arnulfo comiti produnt; qui advocans regem Ludowicum, oppidum ipsum cepit, Tetbaldum expulit, et Ragembaldum illuc Atrabatensem[u] quendam monachum, quem idem[v] Ambianenses prius sibi delegerant[w], introduxit; quique Remos a rege perductus, ordinatur episcopus ab Artoldo archiepiscopo. Altmontem munitionem, quam tenebat Dodo, frater domni Artoldi episcopi, milites Remensis aecclesiae, qui recepti non fuerant ab ipso praesule, furtiva capiunt proditione; et advocantes Hugonem excommunicatum, in oppido[x] suscipiunt, indeque per villas episcopii circumpositas rapinis desaeviunt. Imminente denique paschali sollemnitate, Gerberga regina proficiscitur ad fratrem suum Ottonem regem, et Aquisgrani palatio[y] pascha cum ipso celebrat. Ibi tunc diversarum gentium affuere legationes, Graecorum scilicet, Italicorum, Anglorum, et aliorum quorundam populorum.

Regressa Remos regina cum fraterni[z] auxilii pollicitatione, rex Ludowicus Laudunum improvisus[*] aggreditur, et noctu muro latenter a suis ascenso, disruptisque porta-

a) aderent *corr.* aderant 2. a°) *deest* 1. 3. b) adclamare 2. adclamarent 3. c) in 3. d) quidam 2. 3. e) transmarini 2. 3. f) languore 2. g) eundem *corr.* eandem 2. h) adtest. 2. 3. i) liutdulfo 2. 3. k) luo 1? l) eo 2. 3. m) *deest* 2. n) et 2. 3. o) laudulfus 1. liutd. 2. luid. 3. p) fuerat 2. 3. p°) *deest* 1. q) bituricensis 2. r) *Huc usque Historia Remensis* IV. 37. s) nongentesimo quadragesimo octavo 3. t) fidelitate *corr.* fidelitati 1. u) attrab. 3. v) iidem 2. w) delegauerant 2. x) oppidum 2. 3. y) palatii 1. z) fratre in 1. *) improuisus 2.

rum seris. oppidum ingreditur, capitque custodes, praeter eos qui turrim[75] regiae domus 75
conscenderant, quam ipse ad portam castri fundaverat. Hanc itaque capere non valens, a civitate secludit, ducto intrinsecus muro. Quo comperto, Hugo[a] comes illo cum suis proficiscitur, et rex Chonradi[b] Lothariensium ducis auxilium, missa legatione, petit. Hugo vero appropians turri, ante portam metatur, et introducens in arcem custodes cum sufficiente victu, recedit a monte. Rex igitur obviam pergit Chonrado, et ipse dux cum rege locutus, indutias belli disponit inter ipsum et Hugonem usque ad mensem Augustum, dum rex idem locuturus pergat ad regem Ottonem. Cum quo postquam locutus est, Remos revertitur; ubi Adalbertus filius Heriberti ad eum veniens, ipsius efficitur. Ragenaldus[b'] comes, iunctis sibi quibusdam fidelibus Artoldi praesulis, munitionem quandam construit in fluvio Materna, scilicet apud Maroilum[c. 76]. Codiciacum castrum 76
domno Artoldo praesuli redditur ab his qui custodiebant illud ex parte Hugonis comitis vel Tetbaldi, quique se committunt eidem archiepiscopo. Altmontem praesidium, quod ingressus cum suis tenebat Hugo quondam episcopus, obsident Dodo, frater domni Artoldi, cum fidelibus ipsius et Theodericus, comes, et ante portam ipsius castri castra sibi constituunt atque praemuniunt.

Hugo comes collecta suorum multa Nortmannorumque manu, Laudunum adit, et suos qui arcis[d] domum tenebant educit, aliosque cum sufficiente victu custodes introducit. Et profectus hinc in pagum Porticensem, supra Caldionem[e] castra metatur, indeque ad regem Ludowicum Remis degentem quasi pacis petendae gratia mittit; insperatusque interim Laudunum[f] aggressus capere nisus est, frustratoque[g] consilio revertitur in sua. Rex vero, evocato Arnulfo atque[h] quibusdam Lothariensium, post eum proficiscitur usque in pagum Silvanectensem. Arnulfus itaque suburbium civitatis ipsius igne succendit, et sic ad propria regrediuntur. Hugo igitur, non modico[i] tam suorum quam Nortmannorum collecto exercitu, in pagum Suessonicum venit, et missis ad regem episcopis, Widone[k] Autisioderensi[l], et Ansegiso Trecassino[m], Ragenaldum[n] comitem sibi accersiit; et ita, dato alterutrum[o] iureiurando, treugae sunt acceptae usque octavas[p] paschae. Nec longum post, rex cum Arnulfo locutus est. Ragenaldus comes castrum quondam Herivei, videlicet Castellionem, conscenso[q] noctu muro capit; et Dodo, frater domni Artoldi, tertia dein[r] die Altmontem simili pene modo recepit[s].

Agapitus papa synodum habuit apud sanctum Petrum, in qua dampnationem Hugonis episcopi apud Ingulenheim factam confirmavit, excomunicans etiam Hugonem principem, donec Ludowico regi satisfaciat[t]. Bernardus quidam partium Hugonis, habens castellum super Isaram fluvium nomine Colnacum[u. 77], se cum ipso castello com- 77
mittit Adalberto comiti[v]. Quaedam aecclesia in honore sanctae Mariae dicata super Arnam rivum, claris illustratur miraculis, et sanitatum praesidiis. Item altera aecclesia in ipsius honore super Pidum rivulum[w] sita, pene simili resplendet nitela. Anno

950

rex Ludowicus ad Ottonem regem proficiscitur trans Mosellam, consilium quaerens et auxilium ab eo de pace fienda inter se et Hugonem. Qui promittit se missurum ei ducem Chonradum cum Lothariensibus ad id exsequendum. Qui dux veniens cum episcopis quibusdam et comitibus, locutus est cum Hugone de paciscenda pace; quodque apud ipsum invenit, Ludowico regi renuntiavit. Sicque ad Ottonem rediit[x], dimissis apud Ludowicum quibusdam comitibus, qui voluntatem regis Hugoni significent. Itaque rex Ludowicus et Hugo princeps super Maternam fluvium pacem facturi cum suis deveniunt. Et residentes isti ex hac parte fluvii, illi ex altera, legatos invicem sibi[y] mittunt; et mediantibus atque[z] sequestris Chonrado duce, Hugone Nigro, Adalberone[a] quoque ac Fulberto episcopis, Hugo ad regem venit et suus efficitur, pacaturque cum

a) H. 1. b) contra 2. 3 a. b') ragenoldus 2. 3. c) marcilum 1. mareillum 3. d) archis 2. 3. e) caudionem 2. f) laudum 2. g) frustroque *corr.* frustratoque 1. h) et 2. 3. i) n. m. *desunt* 2. k) vindone 3. l) antisioderensi 2. autisiodorensi 3 m) trecasino 2. 3. n) ragenoldum 2. 3. *ita et infra.* o) alterutrim 3. p) octabas 2. q) consensu 2. r) deinde 2. 3. s) recipit 2. 3. t) satisfaciant 3. u) calnacum 2. 3. v) A. c. *desunt* 3 w) riuolum 2. 3. x) redit 2. 3. y) s i. 2. 3. z) ipsis 2. a) adelb. 2. 3.

75) vidi eam adhuc anno 1827 mense Maio praesens; iam vero haud amplius extat in utilitatem publicam, ut dicunt, demolita. 76) Marcuil. 77) Chauny.

Arnulfo comite et Ragenoldo atque[a] Artoldo archiepiscopo, reddens regi[b] turrim Lauduni.

Post haec iterum Hugo[c] colloquium cum rege apud Compendium habuit, ubi datur episcopatus Noviomensis Rodulfo, archidiaconatus eiusdem aecclesiae ministerio fungenti, quem ipsi Noviomenses[d] sibi delegerant[e] dari praesulem. Nec longum post tempore[f] Hugo cum exercitu Ambianensem petit urbem, ibique in turri, quam Ragembaldus[g] episcopus tenebat, recipitur[h]; alterum vero turrim, quam Arnulfi comitis homines custodiebant, obsidet, rege Lauduni aegritudine decubante. Otto rex, qui quandam
78 Wenedorum[i] magnam obsederat urbem, nomine Proadem[k·78], regem ipsorum in subiectionem recipit; sed et Hungaros sibi subditos facit. Homines Ragenoldi comitis quandam munitionem Rodomensis aecclesiae super fluvium Vidulam[l] sitam, quam vocant Brainam[m], furtivo capiunt ingressu. Unde iratus Hugo princeps, ad regem mittit; et rex illo profectus, eosdem invasores expellit inde, et[n] ipsum castrum prioribus reddit custodiis. Deinde colloquium petit Hugonis; quod dum haberet[o], custodes castri Codiciaci, qui desciverant a domno Artoldo praesule, Tetbaldum comitem in ipso recipiunt oppido. Quare iratus rex, rogat Hugonem, ut reddat ipsam sibi munitionem, sed quoniam id[p] optinere non potuit[q], Tetbaldo comite omnimodis[r] obsistente, infensus Laudunum, Hugone inconsulto, recessit[s]. Tetbaldus a Codiciaco[t] plures eorum, quos intus invenerat, expulit. Domnus Artoldus praefatum Rodulfum, Noviomensium electum, Remis ordinat episcopum. Berengarius quidam princeps Italiae, veneno, ut ferunt, necato Lothario rege, Hugonis filio, rex efficitur Italiae. Anno

951

Ludowicus rex Aquitaniam cum exercitu petiit[u], sed antequam eandem ingrederetur provintiam, Karlus Constantinus, Viennae princeps, et Stephanus Arvernorum praesul ad eum venientes, sui efficiuntur; idem vero episcopus opimis eum honorat muneribus. Willelmus quoque Pictavensis obviam[v] ei fuit. Dumque moratur Aquitaniam rex intrare, gravi corripitur infirmitate; quem suscipiens Letaldus[w], quidam Burgundiae comes, qui tunc etiam suus noviter effectus erat, utiliter eum in ipsa aegritudine observavit. Reparatis igitur sibi viribus, rex in Franciam regreditur. Interea Fredericus[x] Adalberonis episcopi frater, qui filiam Hugonis principis sibi desponderat, in hoc regnum
79 veniens, munitionem in loco qui dicitur Fanis[y·79], inconsulto rege vel regina construere coepit, et loca circumposita crebris depraedationibus diripit. Pro qua re valde molestus rex Ludowicus, legationem suam dirigit ad Ottonem. Hugo princeps ad eundem regem Ottonem, invitatus ad ipsum[z], vadens, duos illi praemisit leones, et ipse mox subsecutus[a], honorifice ab eodem in diebus paschae susceptus est; decenterque habitus ab eo, per ipsos paschalis sollemnitatis dies exultanter Aquis cum ipso[b] mansit; multisque donis opime ab eo muneratus revertitur, deducente se duce Chonrado usque ad fluvium Maternam. Qui dux Chonradus quibusdam infensus[c] Lothariensibus, turres quorundam deicit, et quosdam Virdunensium honoribus privat; Raginerii[d] vero comitis quoddam[e] castellum capit, cetera ipsius obsidere[f] facit. Legati regis Ludowici ab Ottone regressi, nuntiant, nolle immo prohibere Ottonem regem, ne Fredericus vel aliquis suorum ullam[g] munitionem in hoc regno habeat, nisi consensum regis Ludowici super hoc sibi obtinere queat.

Hungari ab Italia transcensis[h] Alpibus egressi, Aquitaniam ingressi sunt; ibique tota pene demorati aestate, multis hanc regionem rapinis et internetionibus[i] attriverunt; sicque per Italiam reversi sunt in terram suam. Ludowicus rex munitionem quandam nomine Brenam, quam quidam praedones, Gotbertus scilicet ac frater eius Angilbertus, munierant[k], obsidet, penuriaque famis oppressam, capit tandem[l] ac diruit; inde reversus,

a) *deest* 2. b) *ita* 1. 2. 3. c) c. h. 2. 3. d) nouiomensis 2. e) deligerant 3. f) *deest* 2. 3. g) ragenh. 3. h) recipit. 1. i) wined. *corr.* wened. 1. k) praidam 2. 2a. praidem 3. 3b. l) uidullam 2. indellam 3. m) bramam 1. n) *deest* 2. 3. o) haberetur 2. 3. p) *deest* 3. q) n. p. obt. 2. 3. r) modis omnibus 3. s) recessit T. a C., et p. 1. t) codiaco 1. 2? u) peciit 2. petit 3. v) obvius 2. 3. w) letoldus 2. letod 3. x) Federicus Adelb. 3. y) Banis 3. z) i. ab eo 2. 3. a) secutus 2. 3. b) eo 2. 3. c) infensis 2. d) ragenari 2. 3. e) quondam 2. f) obsideri 2. 3. g) villam 3. h) trascensis 3. i) interminationibus 2. 3. k) munerant 2. l) t. c. 2. 3.

78) Pragam. 79) Fains prope Barrum.

ad colloquium Arnulfi et Hugonis proficiscitur. At Hugo, quoniam infensus[a] erat Arnulfo propter castrum Monasteriolum et terram quondam Erluini, quam idem Arnulfus occupaverat, ad ipsum colloquium venire noluit; sed ipsam terram ingressus cum Rotgario, Erluini filio, quoddam castrum obsedit. Rex autem, petente[a] Arnulfo, ad eum misit, ipsamque obsidionem resolvi fecit, induciasque vel treugas [inter ipsos[a*]] usque ad Kalendas Decembris accepit.

Ottogeba[b] regina, mater Ludowici regis, egressa Lauduno, conducentibus se quibusdam tam Heriberti quam Adalberti fratris ipsius hominibus, ad Heribertum proficiscitur; qui suscipiens eam, ducit in coniugem. Unde rex Ludowicus iratus, abbatiam sanctae Mariae, quam ipsa Lauduni tenebat, recepit, et Gerbergae uxori suae dedit; fiscum[c] quoque Atoniacam suo dominio subdidit. Otto rex Italiam adiit; ad cuius adventum Berengario Longobardorum[d] rege ab urbe Papia fugiente, ipse Otto eandem ingreditur urbem, uxorem quoque Lotharii regis defuncti, filii Hugonis, sororem Chonradi regis Iurensis, sibi coniugem duxit[e]. Sarraceni meatum Alpium obsidentes, a viatoribus Romam petentibus tributum accipiunt, et sic eos transire permittunt. Anno

952

Otto[f] rex legationem pro susceptione sui Romam dirigit, qua non obtenta, cum uxore in sua regreditur, dimissis ad custodiam Papiae quibusdam ex suis. Ludowicus cum Gerberga regina Laudunum repetit[g]. Berengarius rex ad Chonradum ducem, qui Papiae remanserat, venit; a quo in fide ipsius susceptus, ad Ottonem perducitur. Quem ille benigne suscipiens, concessis eidem rebus prout sibi visum fuit quibusdam in Italia[h], 80 pacifice redire permisit; ipse quoque Otto[80] post celebrationem paschae Papiam regreditur. Hugo comes cum suis super Maternam fluvium venit; cui occurrit dux Chonradus cum quibusdam Lothariensibus; obsidentque pariter munitionem apud Maroilum[i], quam Ragenaldus[k] comes cum hominibus domni Artoldi praesulis intra ipsum fluvium nuper construxerat; instructisque multis undique machinis, fortiter opprimunt; tandemque non sine suorum damno capiunt atque succendunt, his[l] qui intus erant ad fidem Chonradi egressis. Nepotes Hugonis, Heribertus et Rotbertus[m], interim in loco qui dicitur Mons-Felicis sibi munitionem instruunt; sicque tam Hugo quam Chonradus revertuntur in sua. Nec mora, rex Ludowicus et Artoldus archiepiscopus cum[n] Ragenaldo comite profecti super Maternam fluvium, munitionem, quam praefati principes succenderant, restruunt, custodesque ibi plures instituunt. Inde rex cum Ragenaldo proficiscitur in partes Victuriaci castri, quod tenebat Walterius quidam, qui nuper a rege defecerat, et cum ipso castro se Heriberto subdiderat. Cuius villas depraedationibus incendiisque devastant, necnon Pontigonem fiscum, quem Heribertus invaserat; aliamque munitionem rex contra Victuriacum instruit, et quosdam sibi fideles ex paribus[p] Walterii ad custodiam inibi[q] dimittit; ipsamque munitionem Odalrico abbati cuidam ex Burgundia committit; et sic Laudunum repetit. Nec mora, Remos cum regina revertitur. Artoldus archiepiscopus in monasterio sancti Basoli monachos mittit, expulsis clericis qui serviebant ibi[r], committens illud Hincmaro et Rotmaro abbatibus. Anno

953

incipiente, Hugo princeps legatos mittit ad regem Ludowicum pro pace ac[s] concordia inter ipsos firmanda, petens ut regina Gerberga suum petat colloquium[t]; quod et fecit, muneribusque ab eodem[u] honorata Remos rediit; obtinuitque Hugo a rege, ut munitio, quae contra Victuriacum castrum constructa fuerat, solveretur. Placitum ergo concordiae ac pacis rex et Hugo mediante quadragesima iniere Suessionis. Exoritur interea inter Ottonem regem et Liudulfum filium eius, Chonradum quoque ducem et quosdam regni ipsius primates, discordia. Nato siquidem regi filio ex moderna coniuge, ferebatur eidem puero rex regnum suum promittere, quod olim, priusquam Italiam peteret, Liudulfo delegaverat, et magnates suos eidem promittere fidelitatem iureiurando fecerat. Rex igitur Chonradum[v] a

a) potente 2. a*) *desunt* 1. b) *ita* 1. Aethgiva *Richer.* gerberga 2. 2a. 3. c) f. q. A. s. d. s. *desunt* 2. 3b. d) languob. 2. e) ducit 2. 3. f) ottho 3. *saepius.* g) recepit 3. h) quibusdam, in Italiam p. 2. i) maroillum 3. k) ragenoldus 2. 3. *saepius.* l) iis 2. 3. m) robertus 2. n) p. o. c. r. 2. 3. o) Wicturiaci 2. p) *ita* 1. 2. 3. partibus *du Chesne. Bouq.* q) ibi 3. r) illi 1. s) et 3. t) alloquium 1. u) eo 2. 3. v) c. si a 2.

80) de Berengario Flodoardus cogitasse videtur; Otto hoc anno minime in Italiam venit.

ducatu Lothariensium removet, et Chonradus quaerebat ut regem caperet. Quo comperto, rex[a] caute se agere coepit, de interitu vero Chonradi quaerere; Chonradus autem oppida sua munire. At Ragenarius[b], ei iam dudum inimicus, quoddam ipsius munitissimum obsidet[c] castrum. Collecta[d] ergo[e] Chonradus quanta potuit militum manu, ad resolvendam properat obsidionem. Quibus mutuo congressis et pluribus utrimque peremptis[f], Chonradus in fugam vertitur[g], et urbem[h] Mogontiam[i] ingreditur.

Interea Gerberga regina Lauduni geminos est enixa, quorum unus Karolus, alter vocatus est Heinricus; sed Heinricus mox[k] post baptismum defunctus est. Synodus quinque episcoporum apud sanctum Theodericum in territorio Remensi celebratur, Artoldo archiepiscopo praesidente. Ad quam vocatus Ragenaldus comes ob res aecclesiasticas ab eo pervasas, venire noluit, sed deprecatus est regem, ne excommunicaretur, ut ad synodum mitteret; cuius excommunicatio, rege petente, tunc intermissa est. Otto rex urbem[m] Mogontiam, ubi Chonradus se receperat, obsidet; tandemque post duos fere menses cum egresso ad se Chonrado locutus, et obsidibus ab eo acceptis, trans Rhenum regreditur. Nec mora, Chonradus, dimisso Mogontiae militum suorum praesidio, Mettensem appetit urbem, quam mox furtiva pervadit irreptione[l]. Otto rex vocatus a fratre Heinrico, Baioariam[m] petit, quam filius eius Liudulfus, captis quibusdam urbibus, devastabat. Chonradus Mettensem[n] quoque urbem, post non modicam ipsius depraedationem, hortatu[o], ceu fertur, Agenoldi abbatis reliquit. Wicfredus Coloniensis antistes defungitur, et Bruno, frater regis Ottonis, inibi pontifex ordinatur; cui etiam rex Otto regnum Lothariense committit. Anno

954[p]

praememoratus Chonradus, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lothariense deducit, usque in terram Ragenarii[q] scilicet, aemuli sui, atque Brunonis episcopi; nimiaque[r] peracta depraedatione, cum praeda magna captivorumque multitudine regnum ingrediuntur Ludowici. Sicque per pagos[s] Veromandensem, Laudunensem atque Remensem, Catalaunensem quoque transeuntes, Burgundiam intrant. Quorum non parva manus tam proeliis quam morbis interiit; ceteri per Italiam revertuntur in sua. Ludowicus, filius regis, Lauduni defungitur. Ludowicus rex egressus Lauduno, Remensem, velut[t] ibi moraturus, repetit[u] urbem. Antequam vero ad Axonam[v] fluvium perveniret, apparuit ei quasi lupus praecedens; quem admisso insecutus equo, prolabitur, graviterque attritus Remos defertur, et protracto langore[w] decubans, elefantiasi[x] peste perfunditur. Quo morbo confectus, diem clausit extremum, sepultusque est apud sanctum Remigium. Gerberga regina mittit ad Hugonem, eius consilium et auxilium petens. Quam ille ad colloquium asciscit, et venientem honorifice suscipit atque consolatur; et[y] de provectione filii eius in regnum pollicetur. Liudulfus, expulso Heinrico patruo[z] suo, tocius Baioariae nanciscitur principatum. Lotharienses tam Chonradi ducis infestationibus, quam mutuis inter se depraedationibus lacerantur. Fulcharius[a], decanus monasterii sancti Medardi, Noviomensium Remis ordinatur[b] episcopus. Fredericus, frater Adalberonis[b] episcopi, Hugonis principis filiam ducit uxorem. Rauciacum, munitionem Ragenaldi, Heribertus comes per quosdam satellites suos furtiva pervadit[c] irruptione[d].

Lotharius puer, filius Ludowici, apud sanctum Remigium rex consecratur ab Artoldo archiepiscopo, favente Hugone principe, ac Brunone archiepiscopo, ceterisque praesulibus ac proceribus Franciae, Burgundiae[e] atque Aquitaniae. Burgundia quoque et Aquitania Hugoni dantur ab ipso. Castrum Rauciacum Ragenaldo redditur, datis quibusdam villis Heriberto ex parte Ragenaldi. Et regina Gerberga cum filio rege[f] Laudunum revertitur. Nec longum post milites Ragenaldi quandam munitionem Heriberti, quae dicitur Mons-Felicis, trans Maternam fluvium clandestina[g] irruptione[h] capiunt. Heribertus igitur et Rotbertus frater eius eandem munitionem

a) *deest* 2. b) regen. *corr.* ragen. 2. c) o. m. 2. 3. d) Collecto 2. e) igitur 2. 3. f) interemptis 2. 3. g) versus est 2. 3. h) in urbem 3. i) maguntiam 2. 3. *constanter.* k) *deest* 2. l) inrept. 2. 3. m) baioriam 2. n) metensim 3. o) ortatu 2. p) Anno LIIII. post nongentesimum 1. q) ragnari 1. r) nimiaque 3. *typorum errore.* s) pagum 2. t) velud 2. veluti m. 3. u) repetit 2. 3. v) axonem 2. 3. w) languore 2. x) *ita* 2 *et Richer.* elefantiae 1. elephantiasis 3. y) ac 2. 3. z) patrio 1. a) fulcarius 2. 3. fulcanus 3 a. b) ordinatus 3. b) adelb. 2. 3. c) invadit 3. d) inr. 2. 3. e) *deest* 2. *adest at apud Richerum.* f) *deest* 1. g) clandestina 2. h) irreptione 2. 3.

obsident, et Heribertus legatos Remis ad Ragenaldum mittit, pro reddendo sibi oppido. Abnuit Ragenaldus, nisi ab obsidione discedatur, et ad examinis rationem conveniant pro subreptis[a] mutuo sibi castris. Quo facto, villas recipit ab Heriberto, quas pro praedicto[b] castro dederat, et oppidum Montis-Felicis Heriberto reddit. Albrico patricio Romanorum defuncto, filius eius Octavianus, cum esset clericus, principatum[c] adeptus est· quique postea, defuncto Agapito, suggerentibus sibi Romanis, papa Urbis efficitur. Anno

955

rex Otto Hungaris de locis suis praedatum progredientibus obviam profectus, pugnavit cum eis, et vicit, nec eos ingredi regna sua permisit. Hugo princeps Gerbergam reginam cum filio suo rege Lothario Parisius honorifice ad pascha suscipiens, decenter secum per plures detinuit dies; inde cum ipso rege in Aquitaniam[d] profectus, urbem Pictavim petiit. Willelmum vero ibi non inveniunt, ipsam tamen urbem obsident, diuque in eadem obsidione residentes nihil proficiunt; castrum tamen sanctae Radegundis urbi contiguum Ragenaldus comes clandestina[e] irruptione[f] capit, atque[g] succensum est; tandem post duos menses, exercitu victus indigentia fatigato, ab obsidione disceditur. Willelmus collecto exercitu suo, exercitum regis insequitur. Quo audito, rex et Hugo contra redeunt. Quorum multitudine comminus visa, Willelmus in fugam vertitur. Quem regiae acies insecutae, multos Aquitanorum interimunt, nonnullos nobilium vivos capiunt. Willelmus cum paucis vix evasit[h].

Hungari cum inmensis copiis et ingenti multitudine Baioariam ingrediuntur, volentes venire in[i] Franciam. Contra quos Otto rex cum Burislao, Sarmatarum[81] principe, et Chonrado iam sibi pacificato pugnavit[82]; et eosdem Hungaros interimens, cunctos pene delev . Chonradus autem, qui valde fortiter ea die pugnaverat, et regem praecipue de victoria confortaverat, ibidem peremptus est. Post hoc bellum pugnavit rex Otto cum duobus Sarmatarum regibus; et suffragante sibi Burislao rege, quem dudum sibi subdiderat, victoria potitus est. Fulchario episcopo defuncto, tandem post quinque menses Hadulfus quidam, Laudunensis clericus, a Noviomensibus electus, ab Artoldo, Roricone ac[k] Gibuino Remis ordinatur episcopus. Anno

956

rex Otto placitum habuit apud Engulenheim[l] cum Lothariensibus, a quibus et obsides accepit de cunctis pene ipsorum oppidis. Item aliud placitum ab[m] eo post pascha Coloniae habitum est; ubi non paucos a Lothariensibus thesauros accepit. Moxque pestilentia super Germaniam omnemque Galliam effusa, interiere nonnulli, plures gravi sunt langore confecti. Rotbertus Trevirensis episcopus[n], et Balderi-cus[o 83], et[p] duo alii episcopi ex ea peste sine mora defuncti sunt. Lotharius rex munitionem quandam super Charum[q] fluvium, quam Ragenarius[r] comes Ursioni cuidam Remensis aecclesiae militi abstulerat, pugnando recepit; et infantes Ragenarii ac milites quosdam ibidem inventos secum abduxit; ipsumque castrum direptum incendit. Hugo princeps obiit. Gerberga regina colloquium habuit cum Brunone fratre suo, ubi praedicto Ragenario sui milites et infantes redduntur; reginae vero possessiones, quas illi quondam Gislebertus dux dotis nomine dederat, restituuntur. Episcopatus Trevirensis cuidam Haynrico[s], regis Ottonis propinquo, datur. Fulbertus Camaracensis episcopus defungitur; et ipsum episcopium cuidam Berengario Transrhenensi clerico tribuitur, nepoti Bovonis, Catalaunensis[t] quondam episcopi, quique Remis ordinatur ab Artoldo archiepiscopo[u]. Anno

957

quadam nocte in mense Ianuario illustrata est aecclesia Remensis sanctae Dei geni-

a) subrectis 1. b) pedicto 2. c) patriciatum *Hugo Fl.* d) aquimaniam 2. e) clam destinat 2. f) irrept. 2. 3. g) et 3. h) eundit 2 3. i) *deest* 2. k) et 3. l) engulehem 2. engulheim 3. m) hab 2. n) e. Raguarius et 3. *sed vox deest in* 1. 2. o) baldricus 2. 3. p) ac 2. q) caruna 2. 3. r) ragnarius *saepius* 1. ingenarius 3. s) hayrico 1. *cf. Hugo F.*, hainrico 2. hoinrico 3. t) catalaunensi 2. u) episcopo 2. 3.

81) Bohemorum. 82) diem quarto Idus Augusti etiam Hugo V. notavit. 83) Leodiensis.

tricis repente paulo post mediam noctem[a] magno splendore, praesente domno Artoldo archiepiscopo, ammirante[b] quoque pariter Withardo custode. Lotharius rex in superiorem profectus est Burgundiam. Bellorum tumultus agitantur inter Brunonem, ex praesule ducem, et Ragenarium comitem ceterosque Lotharienses; item in Francia inter Balduinum filium Arnulfi et Rotgarium quondam Erluini ob castrum Ambianense[c]. Rotbertus filius Heriberti se Lothario regi committit. Lotharius rex cum matre[d] et amita[e] sua, relicta Hugonis[f], obviam pergit in pagum Camaracensem avunculo suo Brunoni. Videns vero Ragenarius, non posse se venienti resistere multitudini, ad Brunonem venit[g]. At quia quaesitos dare noluit obsides, eum[h] Bruno comprehendens, sub custodia secum deduxit; nec multo post trans Rhenum in exilium misit. Liudulfus Ottonis filius, qui pene totam obtinuerat Italiam, obiit, sepeliturque Mogontiae apud sanctum Albanum. Anno

958

castrum Codiciacum quidam fideles Artoldi praesulis clandestina capiunt irruptione[i]. Harduinus subiectus Tetbaldi, cui Tetbaldus idem commiserat castrum, videns oppidum captum, confugit[k] cum suis in arcem. Erat autem turris illa firmissima. Ad quam expugnandam veniens rex Lotharius cum domno Artoldo et nonnullis aliis episcopis atque comitibus, per duas fere hanc obsidet ebdomadas; tandem nepotibus Harduini[l] acceptis obsidibus, ab obsidione disceditur. Tum Tetbaldus adveniens, oppido non recipitur, reversusque per pagum Laudunensem et Suessonicum, rapinis desaeviens, in sua regreditur. Homines Tetbaldi munitionem [quandam*], quae vocatur Fara, tradentibus eam sibi quibusdam proditoribus, capiunt. Ad quam obsidendam Rorico praesul Laudunensis, cum militibus aecclesiae Remensis et aliis, quoscumque ascisci potuit, amicis advenit. Rege tandem Lothario adventante, mediantibus Heriberto ac Rotberto fratribus, castrum iussione Tetbaldi redditur. Otto rex bellum[m] adversus Sarmatas habuit[n]. Bruno Coloniensis archiepiscopus cum exercitu Lotharingensium per Franciam proficiscitur in Burgundiam, locuturus cum sororibus ac nepotibus suis. Anno

959

Bruno iterum[o] in Franciam venit, et apud Compendium cum regina sorore ac nepotibus suis discordantibus pro quibusdam castris, quae rex Lotharius ex Burgundia receperat, colloquium habuit; obsidibusque datis, pacem inter ipsos usque ad[p] futurum placitum[q] pepigit. Lotharius rex cum matre regina Coloniam proficiscitur[r] in diebus paschae, moraturus hac festivitate cum avunculo suo Brunone. Dataque illi securitate de regno Lotharingense, et quibusdam acceptis ab avunculo donis, Laudunum revertitur. Lotharienses a duce Brunone[s] desciscunt, suadente quodam Immone, qui eius pridem consiliarius extiterat et ab eo nuper recesserat, propter oppida quaedam ipsorum novitia, quae idem dux everti praecipiebat, aliaque onera ipsis[t] insueta, quae illis imponere velle ferebatur. Quibus postmodum evocatis[u], Fredericum quendam comitem eis vice sua praefecit. Arnulfus comes Remis venit, et aecclesiam sanctae Mariae non modico argenti pondere muneravit; unde arcae, quibus sancti Calisti[v] sanctique Nicasii ac sanctae Eutropiae membra ceterorumque sanctorum quorundam pignera continentur, ornatae vel coopertae[w] sunt. Sed et quendam euangeliorum huius aecclesiae librum auro argentoque decoravit; monasterio quoque[x] sancti Remigii dona contulit. Castrum Divionem[y] Rotbertus comes invadit, regis expulsis fidelibus. Quapropter accitus[z] Bruno regis ac reginae petitione, in Burgundiam venit cum[*] Lotharingis aliisque sibi subditis populis; idemque castrum, sed et Trecas civitatem, quam praefatus potiebatur Rotbertus, obsidione vallat. Anno

960

apud Altmontem castrum proditores quidam deprehensi sunt a Manasse, nepote

a) media nocte 2. b) adm. 2. 3. c) ambianensem 1. d) m. sua 2. 3. e) amica 3a. f) hugoni 1. 3. g) v. ad B. 2. h) *deest* 2. i) irreptione 2. iruptione 3. k) c. s. conf 2. 3. l) arduini 2. 3. *) *deest* 1. m) *deest* 2. 3. n) habuit 2. o) etiam 2. 3. p) in 3. q) f tempus placiti 2. 3 r) p—r, i. d. paschae m. 1. s) B. d. 2. 3. t) illis 2. u) revocatis 2. 3. v) calixti 3. w) comptae 1. x) monasterioque 2. y) divionum 2. 3. z) accinctus 3. *) *deest* 2.

domni Artoldi praesulis, ac damnati suspendio; inter quos etiam presbiter quidam. Munitio quam vocant Macerias[a], sita[b] supra Mosam infra terram Remensis aecclesiae, Artoldo archiepiscopo redditur, [coram[c] Frederico Lothariensium duce], a Lautherto, qui eam tenere prohibebatur. Richardus filius Willelmi, Nortmannorum principis[d], filiam Hugonis, Transsequani[e] quondam principis, ducit[f] uxorem. Divionem quandam munitionem, quam regis Lotharii fideles tenebant, Rotbertus frater Heriberti, fidelem regis se fallens, dolo ingressus invadit, regiis expulsis custodibus. Ad quam recipiendam rex cum matre regina profectus, ipsum obsidet[g] castrum. Bruno[h] praesul cum Lothariensibus et aliis sibi subditis illuc adveniens, obsides a Rotberto accepit, quos regi tradidit. Quorum unus, Odelrici[i] comitis filius, proditor comprobatus et iudicatus atque decollatus est, alter vivus retentus. Otto et Hugo, filii Hugonis, mediante avunculo ipsorum Brunone, ad regem veniunt ac sui efficiuntur. Quorum Hugonem rex ducem constituit, addito illi pago Pictavensi ad terram quam pater ipsius tenuerat; concessa Ottoni Burgundia. Audiens autem Bruno, quosdam adversum se Lothariensium insurgere, illo cum festinatione regreditur, rege ad obsidionem cum suis consobrinis dimisso. Quidam Brunonis hostium, Rotbertus nomine, Namuurum[k] 84. 85 castrum muniebat; alter Immo munitionem quam dicunt Capraemontem. Ad cuius obsidionem properans[l] Bruno, loca circumquaque rebus exhausta[m] repperit; sicque alimentis[n] abundantem obsidet hostem. Datis ergo treugis, Coloniam ingreditur. Rex quoque Lotharius, Divionis[o] munitione recepta, intromissisque custodibus suis, Laudunum reversus est. Anno

961[p]

Wido praesul Autisioderensis[q] obiit. Otto, filius Hugonis quondam principis, ad regem Lotharium in ipsis festi paschalis diebus Laudunum venit, sed et nonnulli tam Franciae quam Burgundiae proceres[r]. Placitum regale diversorumque[s] conventus principum Suessionis habetur; ad quod impediendum, si fieri posset, Richardus, filius Willelmi Nortmanni, accedens, a fidelibus regis quibusdam pervasus, et interemptis suorum nonnullis, in fugam conversus[t] est. Hugo, filius Rotgarii quondam comitis, adolescens[u] defungitur, et apud sanctum Remigium sepelitur. Artoldus Remensis archiepiscopus decessit[v] pridie Kalend. Octobris. Lotharius rex cum matre [Gerberga[w]] regina et quibusdam Franciae proceribus Burgundiam petiit; quo quidam ex Aquitania[x] praesules ac primates ad eum venerunt. Anno

962

Gerberga regina fratris Brunonis colloquium petiit[y], eique hic frater eius, ne Hugoni Remense redderet[z] episcopium, prout fratres ipsius[85] petebant[a], suggessit. Otto rex 85
Romam pacifice adiit, et amabiliter exceptus, atque honore illic imperiali sublimatus est. Quod Berengarius Italiae rex indigne ferens, regiones, quas regere debebat, incendere atque vastare coepit. Rex Lotharius locutus cum Hugone consobrino suo, petitus est ab eo, ut praefato Hugoni Remensem restituat episcopatum; indeque inducias paciscuntur usque ad medium mensis Aprilis. Synodus tredecim episcoporum in pago Meldensi super Maternam fluvium, ex Remensi videlicet ac Senonensi diocesi, celebratur, praesidente Senonensi praesule, satagentibus quibusdam episcopis, ut Hugoni saepedicto Remense rediberetur[b] episcopium. Renitentibus autem praecipue Roricone Laudunensi et Gibuino Catalaunensi praesulibus, et asserentibus, quod a tot episcopis excommunicatus a minore numero absolvi non poterat[c], ita relinquitur usque ad interrogationem papae Romani. Die[d] nativitatis dominae nostrae Dei genitricis daemoniacus quidam, servus Gerbergae reginae, nudus accurrens per mediam aecclesiam usque ad altare, ibidem prostratus iacuit ut mortuus, tandem[e] a nequam spi-

a) materias 2. b) sitam 3. c) c. F. L. d. *desunt* 1. d) princeps 2. 3. e) trans Sequanam 2. 3. f) duxit 3.
g) *deest* 1. h) castrum bruno 1. i) odalrici 2. 3. k) *ita* 1. manuvium 2. 3. manurium 2a. l) approperans 2. 3.
m) exausta 2. n) ab. al. 2. 3. o) diuione 2. p) post nongentesimum sexagesimo primo 1. 2. 3. q) autisiodor. 2. antisiodor. 3. r) *deest* 1. s) diversarum *corr.* diversorum 1. t) versus 2. 3. u) *deest* 3.
v) recessit 2. w) *deest* 1. x) aquitaniam 3. y) peciit 2. *et infra.* z) redderetur 2. 3. a) frater eius petebat 2. 3.
b) redderetur R. 2. 3. a) potuerat 2. b) Die — illuminatus *in fine anni habentur* 2. 2a. 3. c) t *sp. s. purg.*
est inmundo 2. 3b.

84) Namur. 85) scilicet Hugonis, Heriberti filii.

ritu surgens purgatus est. Ipsa die quidam caecus nomine Harbertus[a] ibidem est illuminatus[b]

Rex[c] Lotharius cum Arnulfo principe locutus, pacem fecit inter ipsum et nepotem ipsius omonimum[d] eius; quem infensum [hic comes[d*]] habebat ob necem fratris eiusdem, quem de infidelitate[e] sua[f] deprehensum idem comes interimi fecerat. Tunc ipse princeps omnem terram suam in manu regis dedit[g], ita tamen ut ipse in vita sua inde honoratus existeret. Tetbaldus quidam[h] cum Nortmannis confligens, victus est ab eis, et fuga dilapsus evasit. Qui seniorem suum Hugonem proinde infensum[i] habens, ad regem venit; a quo, sed et a regina Gerberga[k], benigne susceptus, et miti consolatione refocilatus, abscessit. Vulfaldus[l], abbas monasterii sancti Benedicti, praesul efficitur urbis[m] Carnotensis. Legatio veniens a[n] Iohanne papa, intimat praefatum Hugonem quondam episcopum tam ab ipso papa quam ab omni Romana synodo excommunicatum, sed et[o] ab alia synodo apud Papiam celebrata. Cuius legationis redditi certiores per Brunonem archiepiscopum, elegimus ad episcopatum[p] Remensem Odelricum[q] illustrem clericum, Hugonis cuiusdam comitis filium, favente Lothario rege cum regina matre praefatoque Brunone. Quique Remis ordinatur ab episcopis Widone Suessonico, Roricone Laudunensi, Gibuino Catalaunensi, Hadulfo Noviomensi, Wicfredo Virdunensi. Anno

963

Odelricus[r] Remensis archiepiscopus proceres Franciae, qui possessiones quasdam Remensis occupaverant aecclesiae, vocari fecit. Ego vero, fractus aetate et attritus infirmitate, ministerium[s] abdicavi praelaturae coram eodem praesule. Quique me hoc absolvens iugo, imposuit illud per electionem fratrum nostrorum[t] nepoti meo Flodoardo[u], septuagesimo aetatis meae anno. Catalaunensem urbem, praesule Gibuino egresso, Heribertus et Rotbertus fratres obsident; explicitisque tandem[v] nundinis, igne succendunt; milites vero in[w] turre quadam[x] loci conscensa, liberantur. Anno

964

hiemps[y] magna et aspera valde fuit[z] usque Kalendas Febroarii[*] mensis. Domnus praesul Odelricus Tetbaldum quendam procerem excommunicat[a] propter castrum Codiciacum et quaedam praedia sancti Remigii, quae improbe obtinuerat et pertinaciter retinebat. Heribertus comes villam Sparnacum ei reddit, et amiciciam praefati praesulis impetravit; ceteras quoque villas[b] Remensis aecclesiae, quas occupaverat, eidem pontifici repetenti[c] non ambigit reddere. Anno

965

Otto filius Hugonis, qui Burgundiae praeerat, obiit; et rectores eiusdem [terrae[c*]] ad[d] Hugonem et Oddonem[e] clericum, fratres ipsius, sese convertunt. Arnulfo quoque principe decedente, terram illius rex Lotharius ingreditur, et proceres ipsius provintiae, mediante Roricone praesule Laudunensi, eidem subiciuntur regi. Quo Laudunum repetente[f], mater ipsius Gerberga regina cum filio Karolo puero ibidem remansit. Odelricus archiepiscopus Sparnacum ab[g] Heriberto recepit, et Codiciacum a Tetbaldo; quemque[h] a vinculo[i] excommunicationis absolvit; et filio ipsius, qui eidem se commiserat, ipsum concessit castrum.

Otto imperator ab urbe Roma regrediens, Coloniam venit, ibique Gerbergam reginam, sororem suam, cum[k] filiis Lothario rege Karoloque puero ad se venientem, excepit; et cum eis aliisque multis proceribus placitum magnum habuit. Qui Romae, Octaviano papa, a quo fuerat susceptus et ad imperii regenda gubernacula benedictus, ab Urbe digresso, et saepe illum revocante imperatore, a quo, quia de inreligiositate sua corri-

a) herbertus 2. heribertus 3. b) inl. 2. 3. c) *deest* 2. d) ononmum 1. d*) *desunt* 1. e) infirmitate 2. 3. f) *deest* 2. 3. g) d. ut t. ipse 2. h) quidem 2. 3. i) offensum 2. 3. k) g. r 2. 3. l) vulfoldus 2. 3. m) *deest* 2. 3. n) ab 2. 3. o) *deest* 2. p) episcopum 2 3. q) odelricum *corr.* odelrico 1. odalricum 2. 3. r) odelricus 2. 3. s) ministerio me 2. 3. t) meorum 3. u) frodeardo 2. 3. v) *deest* 2. w) v. i. *desunt* 2. 3. x) l. q. 2. 3. y) hyemps 2. z) *deest* 2. *) februarii 2. 3. a) excommunicauit 2. b) *deest* 1. c) reposcenti 3b. c*) *deest* 1. d) et 2. e) odonem 2. 3. f) repedante *corr.* repetente 2. g) *deest* 2. h) quoque 1. i) anunculo *corr.* a uinculo 1. k) et 1.

piebatur reverti nolente, congregata synodo, Iohannem[86] illustrem quendam eiusdem 86
aecclesiae clericum per electionem Romanorum papam ordinari fecit. Sed eo Papiam regrediente[a], Octavianus a Romanis recipitur; nec multo post vita decessit. Iohanne vero cum imperatore demorante Papiae, Romani quendam Benedictum ipsius aecclesiae scriniarium eligunt atque pontificem sibi ordinari faciunt, qui in Iohannis electione consenserat[b] et eidem subditus extiterat. Imperator Otto Romam reversus, convocata magna synodo, et[c] Iohanne in sede sua restituto, Benedictum[d], episcoporum[e] totius synodi iudicio depositum, abduxit[f] secum et in Saxoniam direxit. Anno

966

Lotharius rex uxorem accepit Emmam, filiam.....[87] regis quondam Italici[g]. Odelri- 87
cus archiepiscopus Ragenaldum comitem excommunicat pro villis aecclesiae Remensis, quas pertinaciter retinebat[h]. Et ipse comes loca quaedam eiusdem episcopii cum suis pervadens, rapinis incendiisque devastat.

Addit codex 1.

Eodem tempore directae sunt litterae a quodam comite duci Aquitanorum, haec continentes. *Duci Aquitanorum G. Raynaldus comes Portinensis, quicquid quilibet bonus aestimat primum. De collocutione nostra et de profectione, de qua me monuisti, contradico omnino. Nam aetas et alia impedimenta officiunt itineri nostro. Sed de genealogia, seu de parentela, qua me praesente narrare volebas, quod inde novi, litteris tibi mea cura mandat. Mathildę et Alberada filiae fuerunt Gerbergae. De Mathilde processit Rodulfus rex, et Mathildis soror eius. De Alberada Ermentrudis. De Mathilde filia Mathildae Berta. De Ermentrudę Agnes. De Berta Geraldus Genevensis. De Agnete Wido*[i].

Addit codex 2.

Ipso anno vir vitae venerabilis, et Remensis aecclesiae presbiter, nomine Frodoardus, sanctitatis honore[k] venerandus, castitatis splendore angelicus, fulgore sapientiae caelicus[l] caeterarumque virtutum insignibus abundanter[m] oppletus, praecedentis libelli aliorumque librorum dictator egregius, quinto[n] Kalendas Aprilis[o] terrenae peregrinationis relinquens exilia, civica, ut credimus, adeptus est iura. Mira et inaudita inundatio pluviae et fragor tonitrui ac coruscatio fulgoris decima Kalendas Augusti accidit[p]. 967. 968.
969.
970.
971.
972.
973.
974.
975.

Anno 976 destruxit Adelbero, nomine non merito archiepiscopus, arcuatum opus, quod erat secus valvas aecclesiae sanctae Mariae Remensis; supra quod altare sancti Salvatoris habebatur, et fontes miro opere erant positi. Et in ipso tempore quadragesimae[q], maioris ebdomadae feria quarta, tertia decima Kalendas Maii. indictio[r] quarta, circa mediam diem, bellum agitur inter Karolum, regis filium fratrem[88], et Godefridum 88
atque Arnulfum, Lotharienses comites. In quo bello ceciderunt ex parte Karoli de proceribus Emmo de Longia, qui erat miles Hugonis ducis, et Hetdo[s] fidelis Karoli et alii; ex parte vero Godefridi multo plures; et ipse Godefridus lancea perfossus ad terram cecidit; tandem a suis post solis occasum utcumque sublatus deportatusque est. Qui postea per spatia temporum vixit, sed numquam pristinae sanitati plenissime restitutus fuit. Arnulfus quippe, ut ferunt nonnulli, fugam tamdiu remeans tenuit, quousque in propria veniens, quiescere quivit. Ipso in anno tertia decima Kalendas Ianuarii praesul Rorico sanctae Laudunensis aecclesiae, qui erat langore[t] paralisi[u] correptus, post multas ac debitas Deo pro ipsa infirmitate redditas gratias, vita decessit, videlicet

a) ingr 2. 3. b) consens 2. c) *deest* 3. d) B. quia patris cubile ascenderat *Hugo V.* e) episcopum 2. 3. f) s. adduxit 2. s. abduxit 3. g) Italiae 3b. h) detinebat 2. 3. i) *hinc dimidiae paginae spatium vacat.* 1. k) h. s. 3. l) caelitus 3. m) habund. 3. n) quinta 3. o) apriles 3. p) *Hic deficit cod.* 2a. q) quadragesimu 3. r) indictione 3. s) d. Ahetdo 3. t) languore 2. u) paralisis 3.

86) Leonem VIII. vide supra pag. 345; Hugo V. magis errat, Iohannem XII. tunc constitutum esse asserens. 87) Lotharii, Hugonis filii. 88) filium Ludowici, fratrem Lotharii, regum.

vigilia sancti Thomae apostoli post laudes Dei matutinales. Ipso anno circa mensem Augustum septem denariis emebatur vini modius.

Anno 977 Adalbero[a] iuvenis, qui erat ex Lotharii natus regno, Rouriconi episcopo successit tali modo. Septima decima[b] Kalendas Februarii, in natale sancti Marcelli papae, donum episcopii Laudunensis aecclesiae in ipsa accepit aecclesia Lotharii regis largitione. Deinde nonas[c] Kalendas Aprilis, vigilia videlicet annuntiationis dominicae, presbiter est[d] ordinatus in praescripta sanctae Mariae aecclesia ab archiepiscopo Adelberone Remis. Denique[e] postea Kalendas Aprilis episcopus est ordinatus in sancto palmarum die. Exin Laudunum rediens, sacrum chrisma sacravit aecclesiastico more; die vero paschae primum[f] in propria resedit sede. Hadulfus Noviomensis episcopus, qui erat tempore prolixo paralisi pessime percussus, nativitate sancti Iohannis Baptistae, quae tum temporis dominica accidit die, spiritum exhalavit[g]. Ipso anno tempore vindemiae magna fuit copia vini, in tantum ut non amplius pro uno vini[h] modio venditores nisi aut quinque aut quattuor seu tres[i] denarios ab emptoribus accipiebant.

Anno 978 vir Domini Malcallanus[k], natione Hibernicus, in vigilia sancti Vincentii levitae et martiris vitam transitoriam, quam habebat exosam[l], deseruit, et cum Deo vivo, cui[m] indesinenter dum adhuc viveret servivit[n], vivere feliciter inchoavit. Qui praefatus abbas in corpore humatus, quiescit in aecclesia beati Michaelis archangeli; cuius abbatiam, dum corporaliter in hoc seculo vivens mansit[p], pio moderamine rexit.

Explicit.

a) adalberto 2. adelbero 3. b) septimo decimo 3b. c) nona 3. nono 3b. d) *deest* 3 e) Remis denique 3. f) prima 2? 3b. g) exalavit 3. h) vini uno 3. i) q. severos d. 3. k) Malcallinus 3. malcalnus 3b. l) exossam 2. m) cum Domino cuius 3. n) serviverat 3. o) *deest* 2. p) s. maneret 3.

WIDUKINDI RES GESTAE SAXONICAE

EDENTE

D. GEORGIO WAITZ, Ph. D.

Widukindum, libri quem iam edituri sumus auctorem, Saxonem et monachum fuisse Corbeiensem, satis constat, et ipse praefatione profitetur. 1 *Vixit medio saeculo decimo. Chronico brevi Corbeiensi*[1] *teste, Folkmaro abbate, qui inde ab a.* 917—942 *monasterio praefuit, monachus receptus est; inter quadraginta novem ipse ultimo proximus nominatur; ita ut postremis Folkmari annis demum coenobium intrasse videatur. Folkmari successorem Bovonem, qui annis* 942—948 *monasterium Corbeiense rexit, a Deo ostensum non concessum memorat*[2]*, cuius tempore a.* 946 *obsides Boemorum iussu Ottonis populo praesentatos vidit*[3]*. Sigebertus Gemblacensis tam in chronico a.* 973 *quam in libro de SS. eccl.*[4] *ipsius librorumque ab ipso relictorum mentionem facit. Trithemius*[5] *vero plus quam* 40 *annis eum scholae Corbeiensi praefuisse monet, et ipsum Meginradi scholastici*

1) Meibom. I. p. 756. Ann. Corbeienses ap. Leibn. II. p. 301, quos dubiae fidei esse facile est intellectu a. 971: *Claruit*, inquiunt, *Wittichindus noster, praeclarus historicus, Mathildae reginae specialiter carus.* 2) III. 2. *codd.* 2. 3. 3) II. 40. 4) c. 129. ap. Fabricium bibl. eccl. p. 108. 5) Ann. Hirsaug. p. 98.

Cod. Cantuar. fol. 89

Addomine mechilde imperatricis
phie Liber primus.
Incipit prologus.

Postquam wigmarly cum marchisse ac
imperatrice ac reliquis singulas
prelegimus domine mechildis.
dignum visum est opus materiarum
rechar marg. uiri. Postea uidukindi
monachi. res a regibus saxonum. et
maxime a rege domino nostro ottone
magno. et a domina matre eius
adelheida. huic uxore eius.
Quarum uita et conversatione gloria

Cod. Dunelmensis

multas gentes fidei catholicae gladium sumere: et post
eum hostium cum his uerbis tradidit. Accipe
inquit hunc gladium a dextra dei tui. quo per
signum victoriae illi semper: impiorumque animos
transmittas. quo fidem aut hostem occisum
urbem. aut arcem penitus deflere. Christia
nis omnibus ad omnem. ut potuit pacis accu
dii gerendae. animisque multas miseras in
commodis replecam. pietati cunctis omnibus
effudit: Is finis wigmanno. tabisque omnibus
fere: qui contra imperatorem arma sumpserit
parreo vvvo.;

Cod. Remensis

Si aut unquam bellum ingruerit. fuere eligunt. cui omnis
obedire oporteat. ad Imperatricis imperium bella. Quo per
acto. equus aurea lege per pharetram ponitur. unus filius ut
habeat. Delegati ad imperatorem urbem ii est in hoc libello dicitur
esse. ex apud plures. Imperatorem per Saxoniam diligenti descrip
tum. Deinde ad transpadanas illas quas incolunt regiones eo tem
pore transiit.

Cod. Remensis fol. 83

Formidare erant omnes regnum unius
gubernatio esse perfidiae. Alberici principis omnium
potentissimi in urbem romam sicut patrem
gerendum suum. Cui enim terribilis
non. Quae barbarum regum fuga romanos.

Cod. Remensis

Ut ipsum bellum ingruit. Quo ictu impellit corpus mulier
longius cubitum. Deq. excussus equo uno ictu dem
erat eo. Postea succedit bello berengarii
hortandam manus. quae multis formidinem

Respuit uulnera ensis pueri per parentis sua

Cod. Gaufredi Bigotiani

Sepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios
sacerdotib; negotia sua committunt. et qua sacer
dotes sepe administrationis salutis elaborant: ibi con
fortant regib; fieri iudices. ubi iurare iurando supplici
ei indulgentia promittet. non ubi discriminis sententia
ua preparet., Siquis tuam sacerdotum contra
hoc commune consultum discussor malignus per

Hirsaugiensis fama allectum hunc adiisse et per aliquot dies apud eum commoratum fuisse tradit. De Widukindi vita praeter haec nihil constat; de se ipso nihil annotavit; neque quo anno obierit compertum habemus[6]. 6

Widukindi memoriam quae scripsit opera nobis servarunt. Tradit Sigebertus, eum praeter historias etiam vitam S. Pauli heremitae et passionem Teclae virginis composuisse[7] *Idem monet Trithemius,* 7 *praeterea vero plura eius scripta recenset. Ita librum de studiis veterum monachorum eum confecisse testatur, ex quo haec affert verba*[8]: **Monachorum ille** (*Meginradus*) **doctissimus praeceptor veluti Hie-** 8 **ronymus alter divinarum interpres scripturarum profundissimus sua nos eruditione vertit in stuporem, ut vere caelestis sapientiae dici queat armarium, quippe quem nihil lateat doctrinarum.** *Sermones ad fratres, epistolarum ad diversos librum unum, epigrammaton librum unum in catalogo illustrium virorum*[9] *ei tribuit, quorum alibi nullam fecit mentionem,* 9 *quaeque an revera a nostro sint conscripta, non sine causa dubitari posse videtur*[10]. *Certe omnia deperdita sunt aut hucusque nos latent;* 10 *longe his vero praestant quae de Saxonum imperatorumque Saxonicorum historia scripsit Widukindus. Sigebertus Saxonum historiam usque ad mortem Ottonis primi et praeterea huius vitam eum scripsisse tradit. Sigeberto ut videtur auctore, haec repetivit Trithemius*[11], *in chron. Hirsaugiensi*[12] *vero nonnisi de gestis Heinrici I.,* 12 *Ottonis I. et origine Saxonum historiam tribus libellis digestam ei tribuit. Denique vero in annalibus eiusdem coenobii opera historica quatuor recenset*[13]. *Supersunt libri tres rerum gestarum* 13 *Saxonicarum, quibus auctor tam populi originem quam res ab Heinrico atque Ottone gestas descripsit. Eum de populi sui regumque historia alia quaedam confecisse, omnino negarim. Trithemius foedo errore modo totum opus modo singulos libros in catalogum recepisse videtur; quae de vita Mahthildis adiecit, unde hauserit nescio*[14]; *vitam editam nostro nequaquam tribui posse, satis constat;* 14 *huius scriptor vero aliam vitam nullam cognovit, sed quum talis desideraretur a reginae nepote, imperatore Heinrico II., istam confecit. — Sigebertus vero fortasse ipsius Widukindi verbis in errorem ductus est. Librum primum enim his incipit:* **Post operum nostrorum primordia, quibus summi Imperatoris militum triumphos declaravi** *etc. Haec procul dubio ad martyrum, Dei militum, vitas supra allatas spectant, Sigebertus vero de imperatore Ottone cogitasse videtur, ideoque eius gesta iam antea separatim descripta et edita esse statuit.*

6) Soli annales Corbeienses recentiores ap. Leibn. SS. I. 302. tradunt, a. 1004 Hosed monasterii abbatem ipsi monumentum erexisse; pium et doctum scholae magistrum et historicum etiam regi et reginae carum ibidem vocatum esse, addunt; quod quanti sit habendum, certo definire nolo. 7) In Actis Sanctorum utriusque vitae nulla mentio fit; ideo deperditae esse videntur. 8) Ann. Hirsaug. l. l. 9) Opera Francof. 1601. II. p. 129. 10) Versus quos edidit ex cod. Corbeiensi Widukindi nomine inscriptos Letznerus in vita Ludowici Pii c. 19. f. 63'. ad ipsum pertinere omnino negarim. 11) cat. ill. virorum l. l.; SS. eccl. c. 301. apud Fabr. p. 78. 12) Opera II. p. 32. 13) Ann. Hirs. p. 98: *Hic inter reliqua ingenii sui opuscula scripsit de origine Saxonum libros III, ad Mathildam quoque filiam Ottonis primi scripsit gesta Heinrici primi regis librum unum, ad eandem vitam et gesta Mathildis reginae uxoris eiusdem Heinrici regis primi; Ottonis quoque primi gesta ad eandem conscripsit.* 14) nisi fortasse libri tertii continuationem hoc nomine indicaverit.

Libros rerum gestarum Saxonicarum Widukindus Mahthildi, Ottonis regis filiae, inscripsit; Heinrici et Ottonis, avi et patris, gesta scribere summum eius fuit propositum; de Saxonum origine pauca tantum praemisit. Studuit brevi sed eleganti et perspicuae narrandi et scribendi rationi; **strictim,** *inquit,* **et per partes scribimus, ut sermo sit legentibus planus, non fastidiosus.** *Dolet quidem librum ingenii sermonisque claritate egere; sed quod dolet, eum haec affectasse ostendit. Et revera Widukindus apta et quasi rotunda verborum constructione, narratione perspicua et gravi, tantum non omnibus huius saeculi scriptoribus longe praestat. Quae descripsit magnam partem ipse vidit, alios libros nusquam fere exscripsit, ideoque inter praestantissimos historiae medii aevi fontes est referendus. De temporibus antiquissimis solam pene famam secutum se scripsisse, ipse testatur*[15]*; vidit historias Anglosaxonum, nisi fallor, Bedae*[16]*, Langobardorum Pauli Diaconi*[17]*, Gothorum Iordanis*[18]*, Francorum gesta*[19]*, sed pauca tantum ex his libris suo inseruit. In bellis a Francis cum Saxonibus gestis*[20] *et Ottonis habitu moribusque describendis*[21] *Einhardi vitam Karoli prae oculis habuisse videtur. Ruodolfi vero translatione sancti Alexandri eum usum fuisse*[22]*, vix putarim; uterque ex eodem fonte, prisca traditione, hausisse mihi videtur; ideoque valde inter se conveniunt, neque tamen omnino concordant. Ubi cum Liudprando in rebus enarrandis congruit*[23]*, idem fere statuerim; certe ipsius libros non vidit. Etiam postea ex populi rumore, ex carminibus vulgaribus plura in historiam suam recepit; quae de Hattonis perfidia erga Adalberhtum traderentur, tanquam vulgi rumore ficta, postea respuit quidem*[24]*; vix tamen maiorem fidem ea merentur, quae de dolo adversum Heinricum excogitato narrat. Hoc loco et saepius*[25] *vocabulo* **fertur** *similibusque fontem illum indicare videtur; mimorum carmina et ipse affert*[26]*; et haud errare mihi videor, si magnam libri primi partem ad haec revocandam esse statuam. Primis Heinrici ducis annis ipse nondum natus aut puer fuit primae aetatis; quae postea de his scripsit, ex sola traditione haurire potuit. Nam libro scripto in his rebus narrandis se usum esse, nusquam indicavit; ex chronico quodam Corbeiensi eum hausisse, quod plures statuerunt, ostendi nequit. Chronicon sub hoc nomine a Cl. Wedekind editum saeculo superiori ex ipso Widukindo magnam partem est compilatum; annales vero Corbeienses supra editos non vidisse, certe non ad librum scribendum adhibuisse videtur*[27]*. Nam annorum computationem, quam illi satis accuratam exhibent, noster prorsus neglexit, praeterea plura in illis relata ipse omisit. Widukindi historiam non ex annalibus confectam, sed ex rerum cognitione aliunde hausta scriptam esse, cuique librum pervolventi perspicuum fore confido. Ultimis Heinrici annis et praesertim Ottonis temporibus res quas narrat bene com-*

15) I. c. 2. 16) I. c. 8 17) I. c. 14. 18) I. c. 18. 19) I. c. 15. 20) I. c. 15. 21) II. c. 36. 22) Mon. II. p. 673. 23) cf. I. c. 19 de Ungariis, I. c. 22 de Adalberhti morte. 24) I. c. 23. 25) I. 23. II. 23. 26) I. 23. 27) Quae annis 963 et 964 leguntur cum Widukindo III. 63 quodammodo conveniunt; de Calabria ab Ottone a. 964 subacta Corbeiam rumorem pervenisse haec ostendunt, id quod noster libro suo inseruit, monachus quidam — fortasse ipse Widukindus — in annales retulit.

pertas habuit; his fuit coaevus, regiae domui et ipse coniunctus ideoque procul dubio rerum cognitione satis instructus. Errores etiam hac parte commisit; sed quae in ipsa Saxonia gesta sunt, recte perspexit, et haec ipsi credere fas est.

Libri editi usque ad Ottonis primi mortem historiam deducunt; maximam vero partem iam antea conscriptam esse, facile est demonstratu. Nam Ottone imperatore vivo se scripsisse, Widukindus saepissime indicat[28]*; et codex Dresdensis non integrum tertium librum* 28
exhibet, sed c. 69 *his verbis finitur:* **Is finis Wichmanno talisque omnibus fere qui contra imperatorem arma sumpserunt, patrem tuum.**

Hucusque vero, ni fallor, a. 967 *vergente Widukindus scripsit. Sunt quidem quae ipsum iam antea libro finem imposuisse, innuere videantur. Wichmanno subacto, rebusque, ut ipsius verbis utar, rite compositis, Ottonem iterum in Italiam profectum esse tradit, res vero ibidem gestas quam brevissime attingit. Haec* **nostrae,** *inquit,* **tenuitatis non est edicere, sed, ut initio historiae praedixi, in tantum fideli devotione elaborasse sufficiat. Caeterum erga tuam claritatem serenitatemque — magna devotio opus humile magnificet. At finis civilis belli terminus sit libelli.** *Haec verba quam maxime fini convenire, nemo non videt. Res sive in Italia sive in Germania a.* 964—967 *gestas, si bella Slavica excipias, nullae ne indicantur quidem a nostro. Usque ad medium a.* 964 *c.* 63 *res perstringit; a.* 965 *incipiente Otto in Germaniam rediit, mense Iunio Gero, Octobri Bruno obierunt. Anno sequenti Mahthildis, Ottonis filia, abbatissa Quedlinburgensis electa et constituta*[29]*, imperator vero iterum in Italiam profectus est.* 29
De his omnibus nihil Widukindus. — Attamen iam a. 964 *librum eius conscriptum esse, statuere non licet. Post obitum Brunonis archiepiscopi*[30]*, dum imperator Otto cum filio Ottone in Italia morabatur*[31]*, tricesimo anno post victoriam de Ungariis a.* 938 *in Saxonia* 30 31
reportatam[32]*, Widukindus in historia scribenda occupatus fuit. Wichmannus, de cuius interitu ultimis capitibus dicit, mense Septembri a.* 967 *mortuus esse videtur*[33]*; in nativitate Domini eiusdem anni* 32 33
Otto II. imperialem accepit coronam. Cuius rei cum nonnisi in continuatione post addita mentio fiat[34]*, ultimis anni* 967 *aut* 34
primis a. 968 *mensibus*[35] *librum esse absolutum, recte statuere* 35

28) *Ex hoc, res Francorum coeperunt minui, Saxonum vero crescere, donec dilatatae ipsa sua iam magnitudine laborant, ut videmus in amore mundi et totius orbis capite patre tuo; — habeamus te advocatum apud terrenum regem, tuum scilicet patrem et fratrem* (I. c. 34); — *quamquam in Africam Asiamque patris tui iam potestas protendatur* (II. praef.); — (Otto) *Romana lingua Slavanicaque loqui scit, sed rarum est, quo earum uti dignetur, . . . tabularum ludos amat* etc. (II. 36); — *nati sunt regi filii — tertius paterni nominis maiestate designatus, quem iam post patrem dominum ac imperatorem universus sperat orbis* (III. 12). 29) Ann. Quedl. h. a. Ideo iam Bouquet VIII. 217 n. a. ipsi iam antea librum Widukindi dedicatum esse putavit. 30) I. 31: *quem pontificis summi ac ducis magni vidimus officium gerentem.* cf. II. 36. De Gerone, qui paucis post mensibus obiit, III. c. 54. dicit: *Erat Gero* etc. 31) III. 63. *quam* (Mahthildam) *patris fratrisque celsitudo patriae ad omnem honorem nobisque ad solatium reliquit.* 32) II. 4. 33) Sigebertus, quem Ann. Saxo et Chron. S. Bavonis secuti sunt, in anno 967 Wigmanni mortem collocavit, qui quamvis in annis indicandis nullibi certam fidem meretur, ex verbis c. 70, quibus continuatio incipit, haec recte fere statuit. Meibomius p. 701. et van Spaen *Inleidning tot de Historie van Gelderland* p. 53. Wichmannum ante Geronem defunctum esse putarunt; cum huius mors demum in continuatione III. c. 75. tradatur. 34) Ipse imperator in epistola 18. Ian. 968 scripta Saxonibus hanc rem indicavit. 35) antequam epistola ista in Saxoniam perlata erat.

mihi videor. Sed res ab Ottone his annis gestas per partes scripsit; usque ad a. 958 *res Saxonicas satis fuse exposuit; postea cum imperator in Italiam profectus esset ibique per plurimos annos*
36 *degeret, quae ibidem gesta sunt memoriae tradere noluit*[36]*; turbarum vero quas Wichmannus in Saxonia et Slavia excitavit finem descripsit. Denique Ottone magno imperatore mortuo, pauca historiae adiicienda esse iudicavit. Imperatoris epistola* (968)*, bella cum Graecis gesta* (969)*, nuptiae Ottonis secundi* (972)*, obitus Mahthildis reginae, Wilhelmi et Bernhardi pontificum* (968)*, Hermanni ducis, ipsius denique imperatoris* (973) *his referuntur. In plerisque codicibus cum prioribus arctissime coniuncta leguntur, iam Thietmarus iis usus est, Sigebertus, Ekkehardus, Annalista Saxo eadem adhibuerunt; ideoque quin etiam haec ab ipso Widukindo addita sint, minime dubito, quamvis dicendi rationem paulo diversam offendere mihi videar, et Trithemius Widukindi historiam ab alio quopiam*
37 *completam esse moneat*[37]*. Quae ad vitam Mahthildis prope accedere videntur, ex ea revera hausta esse, nullo modo concesserim. Procul dubio paulo post Ottonis mortem haec scripta sunt, ab ipso Widukindo addita, ut imperatoris res absolveret, quas in Germania gestas ipse vidit. Non continuam horum annorum confecit historiam, sed pauca tantum quae huc facere viderentur, memoriae tradidit. Utinam haec quoque accuratius exposuisset, utinam alter Widukindus Ottonis II. et III. historiam conscripsisset!*

Ipse vero, cum postea continuatione illa librum augeret, etiam III. c. 2. de Bovone Corbeiensi quae in codice Dresdensi desiderantur addidisse videtur; historiam vero Hattonis et Adalberhti qua-
38 *lem in eodem codice legimus ieiunam et nimis timidam*[38] *non Widukindo sed nescio cui Moguntinae dioceseos scribae tribuendam esse puto. — Postea vero totum librum retractasse videtur. In codice enim Casinensi, quae de Adalberhti interitu et de Bovone scripta erant, omittuntur, quaedam aliter expressa, verba verbis mutata leguntur. Libros in capita divisos hic solus habet, singulisque libris eorum indicem praemittit. Quod, cum Widukindus ultimam operi manum imponeret, factum esse videtur.*

Novae vero Widukindi editioni procurandae haec fuerunt subsidia:

A.) Codex olim archivi, iam vero bibliothecae regiae **Dresdensis**, *membr. 21 fol., olim monasterii Veteris Cellae, Pertzio qui ipsum vidit teste, saeculi XII. Ebert ex codice quodam Corbeiensi eum*
39 *descriptum esse, putavit*[39]*. Finitur c. 69 verbis supra allatis, continuatione destitutus; ideoque primum locum ei tribuendum esse censui. Alioquin optimus iudicari nequit, scriptor non ubique satis accuratus fuisse, nomina interdum mutasse, neque verecunde antiquam scribendi rationem servasse videtur; Hattonis historiam nisi fallor,*

36) libros enim *rerum gestarum Saxonicarum* scribendos susceperat. 37) Chron. Hirs. praef. opp II. p. 2. 38) Widukindo, et in culpis Frithurici archiepiscopi Mogunt. recensendis nimis timido, narrationem recensionis primae de Hattone, certe magis ieiunam quam res postulabat, sed et loco Cassella indicato dittiorem, haud abiudicaverim. PERTZ. 39) Arch. III. p. 605. Sed omnes Widukindi codices haud dubie ex libris Corbeiensibus derivandi sunt.

interpolatam sistit. Hoc codice Fabricius in libris suis usus est; Reineccius ex eodem editionem suam adornavit; postea varias lectiones a Tenzelio secum communicatas Leibnitz edidit[40]*; denique b. m.* 40
Ebert a. 1821 *codicem cum Meibomii editione accuratius contulit, eoque duce integram lectionis varietatem annotavi. Duo eius desunt folia*[41]. 41

Reliqui codices et editiones omnes usque ad annum 973 *historiam deducunt:*

1) *monasterii Casinensis Nro.* 289 *membr.* 4°. *fol.* 39—120, *saec. XI. vergente vel XII. incipiente, manu Beneventana, scriptus*[42], 42
cuius lectiones a L. Zaccagnio bibl. Vaticanae custode sibi transmissas Leibnitz edidit[43]. *Codicem iterum cum editione Frechtii Pertz contulit eumque accuratius descripsit*[44]. *Est omnium qui supersunt antiquissimus, et Widukindi libros ab ipso singulis locis retractatos servasse videtur. Neque tamen mendis vitiisque caret. Saepius quam ceteri contra linguae Latinae regulas peccat, quod an Widukindo tribuendum sit valde dubito; verborum scribendorum ratio saepius a vulgari recedit, et multa sunt quae scriptorem Italicum comprobent*[45]. 43 44 45

2) *C. olim monasterii Steinvelt*[46]*; medio ut videtur saec. XII. scriptus, fol.* 135—198, *quem ipse quam accuratissime possim contuli. Bis*[47] *quae in codice Casinensi omittuntur, postea ut videtur a Widukindo deleta, hic exhibentur. Codex quamvis non ubique pari diligentia scriptus, magni faciendus est et in singulis verbis exhibendis vix minoris auctoritatis quam Casinensis. Scriptor quod habuit exemplar plerumque accurate secutus esse videtur, verborum tamen ordinem interdum turbavit, aliisque mendis nonnihil laborat.* 46 47

3) *Primam Widukindi editionem curavit Frecht typis Hervagianis Basileae a.* 1532 *fol., usus codice monasterii Erbaci (Eberbach) prope Rhenum, cuius aetatem et conditionem non indicavit. Locis supra allatis cum codice* 2. *convenit, attamen ex ipso transscriptus esse nequit. Multa quae in* 2. *desunt vocabula apud* 3. *recte leguntur, quae codex Steinvelt. depravata exhibet, Frecht sana expressit, alibi Widukindi verba mutavit quae in* 2. *integra exstant. Utroque accurate collato, maiori inter se quam cum ceteris affinitate eos coniungi, si duos illos locos allatos excipias, vix deprehendes. — Ceterum Frechtianum exemplar Widukindum satis depravatum exhibet, nihilominus vero lectiones omnes adnotandas iudicavi.*

Hanc editionem codicis Dresdensis ope Reineccium emendasse (Francf. ex officina Wecheli 1577 *fol.) iam dixi; eleganti vero studens sermoni, auctoris verba saepe mutavit (e. gr.* quia *semper in* quod), *alia addidit alia omisit, praeterea typorum erroribus valde librum*

40) SS. I. p. 211. 41) II. c. 11. *pacem fecit cum rege* — c. 24. *constantia ac imperio.* 42) an iussu Wibaldi abbatis Corbeiensis et Casinensis? P. 43) SS. I. p. 221. 44) Arch. V. p. 144. 45) ita scribitur: *iudicabit, iudicabimus* pro *iudicavit* etc., *ververibus* pro *verberibus, vestucam* loco *festucam; structio* pro *strutio; iosceppo* pro *ioseplio; impuero; discendendi, oppugnare, hammaburgnensem; scisitare; progecit, agebat* pro *aiebat; atho, omerus, erimannus, odiernum, reveunt; afinitas, afirmare, calliditas, conexerat, rarisumus, redidit; erumpando, difficele, palulum* pro *paululum; odoni* pro *odonis, generis* pro *generi* etc. 46) cf. Archiv VII. p. 364. 47) I. 22, III. 2.

maculavit; ideoque nullam eius rationem habui, nisi quod lacunam illam codicis Dresdendis ex ipso supplere conatus sim. Nam folia duo iam Tenzelii tempore deperdita Reineccius legit; ideoque his capitibus eius lectiones omnes, quamvis procul dubio non omnes ex codice haustas, annotavi et littera α significavi.

4) Meibomius senior Francf. **1621** *fol. iterum Widukindum edidit annotationibusque non contemnendis illustravit, quam editionem nepos in Volumine primo SS. rerum Germ. (Helmstadii* **1688** *fol.) repetivit. Ille ope manuscripti codicis, etsi non integri sed alicubi mutilati, se editionem adornasse, plerumque vero Frechtianum exemplar secutum esse, testatur. Codicis vero nonnisi bis mentionem*
48 *facit*[48]*. Ceterum modo Frechtium, modo Reineccium, nullo certo consilio ductus, secutus est, in notis quoque nonnisi Reineccii et Urspergensis lectiones cum Frechtii editione comparat. Quamvis igitur codicem, fortasse ipsum Dresdensem, eum vidisse, haud negarim, nusquam tamen eo usum esse satis apparet. Editorum mendis nova accesserunt; sive typorum errore, sive editoris incuria, sive corrigendi audacia. Nonnisi paucis locis lectiones annotavi.*

Leibnitz SS. rer. Br. I. pag. **70** *et Bouquet SS. rer. Gall. VIII. pag.* **217** *etiam Widukindi fragmenta receperunt, nullius vero codicis ope adiuti.*

49 *Codicem monasterii Corbeiensis penes se habuisse Falke testatur*[49]*, atque in codice traditionum Corbeiensium plures ex illo affert lectiones (p.* **159, 307, 401, 416, 456, 465, 471, 574, 584**). *Codicem pariter atque chronicon Corbeiense esse ficticium, lectiones vero ex illis quas*
50 *edidit Leibnitz desumtas, sane putarem*[50]*, nisi Grupen, vir summae*
51 *fidei, se ipsum hunc vidisse codicem, professus esset*[51]*, quem a Falkio delusum esse, equidem haud facile dixerim. Codicis vestigia nulla reperi, sive sit deperditus sive tenebris obrutus. Ut nihil desit editioni nostrae, lectiones varias a Falkio enotatas recepi easque β signavi.*

Saeculo XVI. incipiente Widukindi codicem in monasterio Novi
52 *operis prope Halam fuisse, Ebert ostendit*[52]*; nisi vero idem sit qui Dresdensis, deperditus haberi debet. — De aliis libris mss. per tria saecula fama nihil vulgavit.*

Per medium aevum vero plura fuisse exemplaria videntur; nam Widukindi librum multi chronographi secuti sunt ipsumque pro parte ad verbum exscripserunt. Primo loco Thietmarus nominandus est, quem magnam primi et secundi libri partem ex nostro hausisse, iam satis constat. Attamen nullibi fere ipsius verba retinuit, sed suo more easdem res mutato sermone expressit. Ideo magis ad Widukindum explicandum quam ad verba restituenda adhiberi potest.

48) Ad locum illum interpolatum de Hattonis perfidia monet (p. 675) pro *aequius* legi *iniquius*, quod alius nullus suppeditat codex; I. c. 35 vero quaedam exemplaria habere *Rietni*, quaedam *Kiesni* dicit (p. 682). Reineccius ex cod. Dr. edidit *Rietni*; *Kietni* ibidem legi iam constat. 49) Braunschw. Anz. 1752 p. 1443. 50) Loco p. 456 exscripto cum ed. Meibomiana et lectt. cod. Casinensis collato, hoc sane etiamnum verisimile mihi est. 51) Obss. I. p. 553. 52) Arch. V. 526.

5) *Annales Metenses saec. X. aut XI. conscripti ex Widukindo quam plurima sumserunt eiusque narrationem in epitomen redegerunt. Codex a Chesnio editus verbis I. c.* 36 **acceptoque sacramento** *finitur*[53] *et plerumque veris lectionibus concordat.* 53

6) *Ekkehardus Uraugiensis magnam Widukindi partem ad verbum fere descripsit, codice usus, qui ad* 2. *prope accedere videtur*[54]. *Ex ipso vero ad chronographos medii aevi quam plurimos Widukindi narratio pervenit, monachum Hamerslebensem, Chronographum Saxonem, chronici Halberstadensis auctorem, Albertum Stadensem, chronicae sancti Pantaleonis scriptorem, Heinricum de Hervordia, Andream Ratisbonensem, Trithemium, Staindelium et alios*[55]. *Hi omnes, si Trithemium excipias, Widukindi librum haud habuisse videntur*[56], *sed in rebus Saxonicis enarrandis Ekkehardum secuti sunt.* 54 55 56

Sigebertus Gemblacensis vero ipso Widukindo ad chronica sua scribenda usus est, sed brevi narrationi studens sermonem ubique fere mutavit, ita ut vix semel aut bis codicis lectionem perspicere liceat; his locis vero cum 1. *fere convenit.*

7) Annalista Saxo et Ekkehardum et Widukindum adhibuit, huius codicem 2 (3) *et* 6 *similem secutus, quem satis accurate expressit, ita ut saepius ad veram lectionem firmandam facere possit.*

Chronographi Saxonici posterioris aevi plures fortasse Widukindum habuerunt (id quod de Gobelino Persona[57] *constat), sed integra verba nullus exscripsit ante Trithemium, qui quamvis plerumque Ekkehardo usus sit, certe tamen electionem et coronationem Ottonis Widukindo duce narravit*[58], *quam plurima vero ex ingenio addidit.* 57 58

His subsidiis adiutus Widukindi libros integritati restituere conatus sum, maxime codicem Casinensem tanquam antiquissimum secutus, quem ope Dresdensis et Steinveldensis emendavi. Alius ex alio minime descriptus est; ideoque errores et vitia communia vix deprehendas; unius vero menda ne Widukindo obtruderem cavi. Ita quod saepe neque tamen semper 1. *exhibet:* urbs qui, *recipere nolui,* fluvius quod *vero ex* 1. *et A. scribendum esse duxi. In verbis exprimendis plerumque* 1. *et* 2. *secutus sum; ubique scripsi* namque tamquam, umquam, aliquamdiu, dampno, tempto, sumptus, promptus *etc.,* adm., adn., adp., adq., adt., inb., inm. *et* inp., *exceptis verbis* imperio *et* imperatore, obp., obt., subc., subp., *quod in utroque codice plerumque, in* 2. *semper fere legitur; praeterea* heremitis, *ex* 1. nothus, *ex* 2. totiens *etc.* 1. *et* 2. *exhibent* indutiae, contio, convicia, deliciae, *ceterum vero in eiusmodi verbis inter se valde discordant neque sibi ipsi semper constant.* 1: otium, pretium, nuntius, negotium, initium, audatia, tertius, vitium, palatium, *ubi* 2: ocium *etc.; hic etiam:* amicicia, spacium,

53) cf. Archiv VII. p. 365. 54) Ita p. 143 (ed. a. 1609) in dolo ab Hattone contra Adelbertum excogitato enarrando cum 2. omnino convenit. 55) Ita historia: *quomodo Saxones primo venerunt ad terram Saxoniae* a Ludewig Rel. mss. VIII. p. 154 edita, et quae scripsit anonymus de Suevorum origine (Goldast SS. rer. Suev. p. 1.) ex Ekkehardi chronico hausta sunt. 56) Chron. Saxo quae Ekkehardus omisit ex Ann. Saxone recepisse videtur. 57) cf. VI. c. 38. 58) Ann. Hirs. I. p. 73.

hospicium, sentencia, *econtra vero*: conditio, militia, *quae apud* 1: condicio, milicia. *In hac varietate maxime* 1. *secutus sum et ti prae uli. Ubique etiam ae et oe scripsi quamvis* 2. *saepissime e pro ę et ę pro ae et oe exhibeat. ę vero in his verbis*: pęne, ęlatus, episcopus, ęquus, varię *etc. ex* 1, ęquus, legatus *ex* 2. *recipere nolui, neque de his omnibus codicum lectiones singulis locis annotavi; ubi vero singularia quaedam in* 1. *occurrunt ut* redidit, afirmare, neglego *etc. haec in notas criticas retuli.*

Caeterum in adnotationibus adiiciendis id maxime consilii egi, ut auctoris errores corrigerem, locos obscuriores explanarem, res geographicas et chronologicas illustrarem. Quae recte iam Meibomius vidit, ipsi tribuere fas duxi, plerasque tamen eius notas reieci. Quae Leibnitz et Bouquet annotarunt, vix semel aut bis quae repeterentur digna visa sunt. Ubique vero in hac Widukindi editione adornanda me summo Pertzii consilio et auxilio adiutum fuisse gratissimo animo profiteor.

Hannoverae a. d. 3. *Idus Febr.* 1839.

G. WAITZ.

AD DOMINAM MAHTHILDAM[a] IMPERATORIS FILIAM

LIBRI PRIMI INCIPIT PRAEPHATIO.[b]

Flore virginali cum maiestate imperiali ac sapientia singulari fulgenti dominae Mahthildae[c] ultimus servulorum Christi martirum Stephani atque Viti, Corbeius[d] Widukindus[e], totius servitutis devotissimum[f] famulatum veramque in Salvatore salutem. Quamvis te paternae potentiae[g] gloria singularis magnificet ac clarissima decoret sapientia, nostra tamen humilitas praesumit de proxima sceptris semper clementi, quia nostra devotio a tua pietate suscipiatur, etiamsi non mereatur. Nam cum nostro labore patris potentissimi avique tui gloriosissimi res gestas memoriae traditas legeris, habes unde ex optima et gloriosissima melior gloriosiorque efficiaris. Nec tamen omnia eorum gesta nos posse comprehendere fatemur, sed strictim et
1 *per partes*[1] *scribimus, ut sermo sit legentibus planus, non fastidiosus. Sed et de origine statuque gentis, in qua ipse rerum dominus Heinricus*[h] *primus regnavit, pauca scribere curavi, ut ea legendo animum oblectes, curas releves, pulchro otio vaces. Legat igitur tua claritas istum libellum ea pietate nostri memor, qua est conscriptus devotione. Vale*[i].

EXPLICIT[k] PRAEPHATIO.

a) mathildam 1. b) *Ita* 1; *desunt haec* 2 *et* A; ad mathildam reginam witichindi praefatio 3. c) mahthildi 2; 1 *hic et plerumque* mathildae, *semel tamen* mahtilda; mahtildi A. d) chorbeius 3. e) widikindus 2; V. 3. A. f) devotissimus 1. g) sapientiae A. h) henricus 3. *semper; deest* A. i) *deest* 1. k) *Haec ex* 1. *addita sunt.*

1) cf. praefatio p. 412.

INCIPIUNT CAPITULA.

1. Quia alios libellos scripserit preter istum.
2. De origine gentis Saxonica variam opinionem multorum narrat.
3. Quod navibus advecti sint in locum, qui dicitur Hathalaon.
4. Quod graviter adventum eorum Thuringi ferant et cum eis pugnent.
5. Quomodo adolescens terram auro comparavit.
6. Thuringi accusant Saxones de rupto fedęre; Saxones autem victores existunt.
7. Unde Saxones dicantur.
8. Nomen Saxonum celebrę fit et a Brettis in auxilium sumuntur.
9. Thiadricus[a] in regem eligitur et Saxones vocat in auxilium contra Hyrminfridum.
10. Iring[a*] Thiadricum[b] contra Saxones instigat.
11. Hathagath Saxones ad bellandum provocat.
12. Saxones capta urbe deponunt aquilam.
13. Thiadricus[c] Saxonibus terram tradit, et Hirminfridus occiditur.
14. Qualiter Saxones agros dividunt, et quia triformi genere ac lege vivunt.
15. Qualiter eos magnus Carolus christianos fecit.
16. De Luthuvico et Brunone et Oddone et Conrado rege.
17. De rege Heinrico.
18. De Ungariis qui et Avares dicuntur.
19. Ungarii a magno Carolo clausi sed ab Arnulfo dimissi.
20. Qualiter Ungarii Saxoniam vastabant.
21. Heinricus fit dux Saxonie.
22. De Heinrico[d] et episcopo Hathone et comite Adelberhto.
23. De Conrado et eius fratre Evurhardo[e].
24. Conradus obsedit Heinricum.
25. Conradi regis sermo ante mortem.
26. Evurhardus[f] regem constituit Heinricum.
27. Heinricus autem rex factus confusum in brevi colligit regnum.
28. De Luthuvico et filiis eius.
29. De Carolo et Odone et posteris eorum.
30. Qualiter Heinricus rex[g] regnum Lothariorum obtinuit.
31. De filiis regis Heinrici et regina Mahthilda, et genealogia eius.
32. De Ungariis et de captivo[g*] eorum, et quia pax per eum novem annis firmata sit.
33. De manu Dyonisii martyris.
34. De sancto martire Vito.
35. Qualiter rex Heinricus novem annos pacis habuerit.
36. De Redariis quomodo victi sunt.
37. De nuptiis filii regis.
38. Contio regis, et quomodo Ungarios publico bello vicit.
39. Quomodo victor reversus est, et de moribus eius.
40. Quomodo Danos vicit.
41. Quomodo morbo gravatur et moritur, et ubi sepelitur.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER PRIMUS RERUM GESTARUM SAXONICARUM[h].

1. Post operum nostrorum primordia, quibus summi Imperatoris militum triumphos declaravi[1], nemo me miretur principum nostrorum res gestas litteris velle commendare; quia in illo opere professioni meae, ut potui, quod debui exolvi, modo generis gentisque meae devotioni, ut queo, elaborare non effugio. 1

2[i]. Et primum quidem de origine statuque gentis pauca expediam, solam pene famam sequens in hac parte, nimia vetustate omnem fere certitudinem obscurante. Nam super hac re varia opinio est, aliis arbitrantibus de Danis Northmannisque[k] originem

a) thriadricus c. a*) irring c. b) thadricum c. c) thadricus c. d) hinrico c. e) euuthardo c. f) euuhardus c. g) regnus *cod.* g*) captiva c. h) *Haec desunt* 2. 3. i) *Hic cap.* 2. *numerum posui, et numeros sequentes usque octavum emendavi.* k) Nortmannisque 3. A. l) v. supra p. 409.

duxisse Saxones, aliis autem aestimantibus, ut ipse adolescentulus audivi quendam praedicantem, de Graecis, quia ipsi dicerent, Saxones reliquias fuisse Macedonici exercitus, qui secutus magnum Alexandrum inmatura morte ipsius per totum orbem sit dispersus[2]. Caeterum gentem antiquam et nobilem fuisse, non ambigitur; de quibus et in contione Agrippae ad Iudaeos in Iosepho[a] oratio[b] contexitur[3], et Lucani poetae sententia probatur[4].

3. Pro certo autem novimus, Saxones his regionibus navibus advectos[5], et loco primum applicuisse qui usque hodie nuncupatur[c] Hadolaun[d.6].

4. Incolis ve o adventum eorum graviter ferentibus, qui Thuringi traduntur fuisse, arma contra eos movent; Saxonibus vero acriter resistentibus, portum obtinent. Diu deinde inter se dimicantibus, et multis hinc inde cadentibus, placuit utrisque de pace tractare, foedus inire; actumque[e] est foedus eo pacto, quo haberent Saxones vendendi emendique copiam, caeterum ab agris, a caedo hominum atque rapina abstinerent; stetitque illud[f] foedus inviolabiliter multis diebus. Cumque Saxonibus defecisset pecunia, quid venderent aut emerent non habentibus, inutilem sibi pacem esse arbitrabantur[g].

5. Ea igitur tempestate contigit, adolescentem[h] quendam egredi de navibus oneratum multo auro[i], torque aurea, simulque armillis aureis; cui obvius quidam Thuringorum: *Quid sibi vult*, inquit[k], *tam ingens aurum circa tuum famelicum collum? Emptorem*, inquit, *quaero, ad nichil aliud istud aurum gero*[l]*; qui enim fame periclitor, quo auro delecter*[m]*?* At ille qualitatem quantitatemque pretii rogat. *Nullum*, inquit, *michi est*[n], Saxo, *discrimen in pretio; quicquid dabis gratum teneo.* Ille vero[o] subridens adolescentem: *Quid si*, inquit, *de isto pulvere sinum tibi*[p] *impleo?* erat enim in praesenti loco egesta humus plurima. Saxo nichil cunctatus aperit sinum et accipit[q] humum, ilicoque Thuringo tradidit aurum; laetus uterque ad suos repedat. Thuringi Thuringum laudibus ad coelum tollunt, qui nobili fraude Saxonem deceperit, fortunatumque eum inter omnes mortales fuisse, qui vili pretio tam ingens aurum possederit. Caeterum certi[r] de victoria, de Saxonibus iam quasi triumphabant. Interea Saxo privatus auro, oneratus vero multa humo, appropiat navibus. Sociis igitur ei occurrentibus, et quid ageret admirantibus, alii eum irridere coeperunt amicorum[s], alii arguere, omnes pariter amentem eum crediderunt. At ille postulato silentio: *Sequimini*, inquit, *me, optimi Saxones, et meam vobis amentiam probabitis utilem.* At illi, licet dubii, sequuntur[t] tamen ducem. Ille autem sumpta humo, per vicinos agros quam potuit subtiliter sparsit, et castrorum loca occupavit.

6. Ut autem viderunt[u] Thuringi castra Saxonum, intolerabilis res eis visa[v] est, et missis legatis conquesti sunt de rupto foedere ac violato pacto ex parte Saxonum. Saxones respondent, se hactenus foedus inviolabiliter servasse; terram proprio auro comparatam cum pace velle obtinere aut certe armis defendere. His auditis, incolae iam maledicebant aurum Saxonicum, et quem paulo ante felicem esse praedicabant[w], auctorem perditionis suae[x] suaeque regionis fatentur. Ira deinde accensi, caeco marte sine ordine et sine consilio irruunt in castra; Saxones vero parati hostes excipiunt sternuntque, et rebus prospere gestis, proxima circumcirca loca iure belli obtinent. Diu itaque

a) ioseppo 1. b) *deest* A. c) **vocatur vel nuncupatur 2.** d) hadolàm 1. e) ictumque 3; initumque A. 6. f) *deest* 1. g) arbitrantur 3. h) adolescentulum 2. i) auro multo 2. k) inquid 1. *et ita saepius*; sibi, inquit, vult A. l) foro 2. m) delector 1. n) saxo michi est 2. 6. o) *deest* 1. p) tibi sinum 2. q) accepit 3. r) ceteri A. s) coeperunt, amicorum alii 3. t) secuntur A. *semper.* u) videre 3. v) res visa est eis 2. w) praedicabant esse 2. x) *deest* 3.

2) Fabulosa Saxonum origo, qui a Macedonibus usque arcessuntur, quantum constat primum habuit assertorem Widukindum nostrum. MEIBOM. 3) Locus Iosephi extat Lib. II. cap. 16. de bello Iudaico, ubi tamen non Saxonum fit mentio, sed in genere de Germanis dicitur. MEIBOM. Hegesippum in hist. belli Iudaici Iosephum de Saxonibus perorantem inducere, alii annotarunt; nonne noster de hoc loco cog avit? 4) Apud Lucanum I. v. 423 antea legebat r: *et Biturix, longisque leves Saxones in armis;* iam vero ex Micylli et Turnebi sententia optimorum codicum fide confirmata: *Suessones.* 5) cf. Ruodolfus de transl. S. Alexandri Mon. II. p. 674, qui addit, ab Anglis Brittanniae incolis egressos esse Saxones; id quod noster minime innuere videtur cf. Lappenberg Hist. Angl. I. p. 87. — Noster Saxones his regionibus, i. e. Saxoniae quae Nordalbingiam complectitur, navibus advectos tradens, eos ex regione quadam remota ut Ruodolfus ex Britannia advectos opinatur; quod traditionis rationi congruum supra monui. PERTZ. 6) In Haduloha (Hadeln) nunquam Thuringos sedisse, satis constat.

crebroque cum ab alterutris pugnatum foret, et Thuringi Saxones sibi superiores fore pensarent, per internuntios postulant, utrosque inermes convenire, et de pace iterum tractare, condicto loco dieque. Saxones postulatis se oboedire[a] respondent. Erat autem[b] illis diebus Saxonibus magnorum cultellorum usus, quibus usque hodie Angli utuntur, morem gentis antiquae sectantes. Quibus armati Saxones sub sagis suis, procedunt castris occurruntque Thuringis condicto loco. Cumque viderent hostes inermes, et omnes principes Thuringorum adesse, tempus rati totius regionis obtinendae, cultellis abstractis, super inermes et inprovisos irruunt et omnes fundunt, ita ut ne unus quidem ex eis superfuerit. Saxones clari existere, et nimium terrorem vicinis gentibus incutere coeperunt.

7. Fuerunt autem et qui hoc facinore nomen illis inditum tradant[c] Cultelli enim nostra lingua sahs dicuntur[7], ideoque Saxones nuncupatos, quia cultellis tantam multi- 7
tudinem fudissent.

8. Dum ea geruntur[d] apud Saxoniam[e] quae ita modo vocitatur regionem, Brittannia[f], a Vespasiano principe iam olim inter provincias redacta et sub clientela Romanorum multo tempore utiliter degens, a vicinis nationibus inpugnatur, eo quod auxilio Romanorum destituta videretur. Populus namque Romanus, Martiali imperatore a militibus interfecto[8], externis bellis graviter fatigatus, non sufficiebat solita auxilia adminis- 8
strare amicis. Exstructo tamen ingenti opere ad munimen regionis inter confinia a mari usque ad mare, ubi inpetus hostium videbatur fore, relinquebant regionem Romani. Sed hosti acriori et ad bellandum prompto, ubi gens mollis et pigra belli resistit, nulla difficultas in destruendo opere fuit. Igitur fama prodente de rebus a Saxonibus prospere gestis, supplicem mittunt legationem ad eorum postulanda auxilia[9]. Et procedentes legati: 9
Optimi, inquiunt, *Saxones, miseri Bretti*[g] *crebris hostium incursionibus fatigati et admodum contriti, auditis victoriis a vobis magnifice patratis, miserunt nos ad vos, supplicantes, ut ab eis vestra auxilia*[h] *non subtrahatis. Terram latam et spatiosam et omnium rerum copia refertam vestrae mandant ditioni parere. Sub Romanorum hactenus clientela ac tutela liberaliter viximus; post Romanos vobis meliores ignoramus; ideo sub vestrae virtutis alas fugere quaerimus. Vestra virtute, vestris armis hostibus tantum superiores inveniamur, et quicquid inponitis servitii, libenter sustinemus.* Patres ad haec pauca respondent: *Certos amicos Brettis Saxones sciatis, et eorum necessitatibus atque commodis aeque semper affuturos.* Legati laeti redierunt in patriam[i], exoptato nuntio socios laetiores reddentes. Deinde promissus in Brittanniam[k] mittitur exercitus, et gratanter ab amicis susceptus, in brevi liberat regionem a latronibus, restituens patriam incolis. Neque enim in id agendo multum laboris fuit, quippe qui iam olim audita fama Saxonum perculsi terrebantur, dummodo praesentia eorum procul pelluntur. Erant enim hae gentes Brettis adversae, Scotti et Pehti[l], adversus quos militantes Saxones, accipiebant a Brettis omnia ad usum necessaria. Manserunt itaque in illa regione aliquanto tempore, vicaria Brettorum bene usi amicitia. Ut autem viderunt principes exercitus terram latam ac fertilem et incolarum manus ad bellandum pigras, se vero ac maximam partem Saxonum sine certis sedibus, mittunt ad revocandum[10] maiorem exercitum[m], et pace facta cum Scottis et Pehtis[n][11], in commune contra Brettos 10 11
consurgunt, eosque regione propellunt, suae ditioni regionem distribuunt. Et quia illa

a) *Ita ex* 1. *recepi.* *deest* 3. c) *deest* A. d) *add.* quae 2. e) saxonicam 2. f) britannia 3. *semper.* g) britti A. *postea vero* retti; 3 *semper* bracti. h) auxilia vestra 2. i) in patriam redierunt A. k) brittaniam 1. l) scothi et pechti 1, *postea vero* scotti et pehti; scoti et pehiti 2, *post* scotti; scotti et pehtti A; scoti pehiti 3. m) ad rev. m. ex. mittunt 2. n) cum scottis et pehttis facta A; cum scotis et pehitis firmata 3.

7) cf. Nennius hist. Britton. cap. 48. Schaten hist. Westphal. (ed. II.) pag. 119: „*Usus*, inquit, *huius vocis hodiedum in Saterlandia obtinet apud incolas prisci sermonis retinentissimos, apud quos coram audivi loquentes sachs cultrum sonat*“. 8) An Martiali hic idem quod bellicoso, Maximo scilicet. LEIBN. Certe imperatoris Martialis alibi nulla mentio fit; neque Widukindum de Marco imperatore in Britannia electo, paulo post vero interfecto (cf. Zosimus VI. 2.) cogitasse verisimile est. — Cum hic de traditionibus agatur, Marciani imperatoris nomen, eodem saeculo quinto clari, perperam immisceri, haud mirum. PERTZ. 9) Legationem missam esse etiam Beda II. c. 15. tradit; hanc vero orationem noster solus exhibet. 10) cf. III. 54. „*totum exercitum revocavit*“. 11) Beda II. 15: *inito ad tempus foedere cum Pictis*; cf. Lappenberg p. 70. n. 4.

12 insula in angulo quodam maris sita est [12], Anglisaxones usque hodie vocitantur. De qui-
13 bus omnibus si quis plenius scire voluerit, historiam gentis eiusdem legat [13], et ibi [a] inveniet, quomodo aut sub quibus ducibus haec omnia acta sint, vel qualiter ad christianitatis nomen per virum suis temporibus sanctissimum, papam videlicet Gregorium, pervenerint. Nos vero coeptam historiae viam recurramus [b].

9. Post haec moritur Huga [c] rex Francorum, nullumque alium heredem regni relinquens praeter unicam filiam nomine Amalbergam, quae nupserat Irminfrido [d] regi Thuringorum. Populus autem Francorum, a seniore suo humane clementerque tractatus, pro gratiarum actione rependenda filium quem ex concubina genuit, nomine
14 Thiadricum [e], ungunt [f] sibi in regem [14]. Thiadricus autem designatus rex, mittere curavit legationem ad Irminfridum pro pace atque concordia; et ingressus legatus ad Irminfridum: *Mortalium*, inquit, *optimus maximus, dominus meus Thiadricus misit me ad te, exoptans te bene valere et lato magnoque diu imperio vigere, seque tibi non dominum sed amicum, non imperatorem sed propinquum, propinquitatisque iura inviolabiliter tibi fine tenus velle servare demandat; tantum ut a populi Francorum concordia non discordes rogat; ipsum* [f*] *namque sibi regem sequuntur constitutum.* Ad haec Irminfridus, iuxta quod regalem decuit dignitatem, clementer legato respondit, placita sibi placere populi Francorum [g], ab [h] eorum concordia non discordare, pace [i] omnimodis indigere, super negotio vero regni responsionem suam in amicorum praesentiam velle differre. Virumque honorifice tractans, fecit [k] eum secum aliquamdiu manere. Audiens autem regina, legatum fratris supervenisse et locutum cum rege super negotio regni, suasit Iringo [l], ut pariter persuaderent viro, quia sibi regnum cessisset iure hereditario, utpote quae filia regis erat et filia reginae, Thiadricum vero suum [m] servum, tamquam ex concubina natum, et ideo indecens fore, proprio servo umquam manus dare [n]. Erat autem Iring [o] vir audax, fortis manu, acer ingenio, acutus consilio, pertinax in agendis rebus, facilis ad suadendum quae vellet, hisque rebus animum sibi Irminfridi connexerat [p]. Convocatis principibus et necessariis amicis, Irminfridus verba legati in praesentiam eorum contulit; at illi unanimiter suadebant quae pacis atque [q] concordiae sunt eum sentire [r], quia inpetus Francorum ferre non posset, maxime qui acrioribus hostium armis ex alia parte premeretur. Iring vero votis lasciviae mulieris satisfaciens, suasit Irminfrido, Francis cedere non debere, super negotio regni iustiorem causam se habere, latum praeterea imperium, militum manus [s] et arma
15 caeterasque belli copias sibi ac Thiadrico parum procedere [15]. Secundum haec verba Irminfridus respondit legato, amicitiam quidem sui et [t] propinquitatem Thiadrico non negare, mirari tamen [u] non posse, quomodo usurpare vellet prius imperium, quam libertatem; servum natum, et quomodo sui quaereret dominium [v]? Proprio servo non posse manus dare. Legatus contra haec satis commotus: *Mallem*, inquit, *hoc caput meum tibi tradere, quam huiuscemodi verba a te audire* [w], *sciens ea multo sanguine Francorum atque Thuringorum deluenda* [x]. Et haec dicens reversus est [y] ad Thiadricum; quae audivit non celat. Thiadricus autem nimiam iram vultu celans sereno [z]: *Oportet nos*, inquit, *ad servitium* [*] *Irminfridi festinare, quatinus qui libertate privamur, inani*

a) *deest* S. 1? b) recurramus *corr.* decurramus A. *rec. manu.* c) hugo 2. A. d) 3 *semper* ermenfrido; 1 *interdum* yrminfridus. e) 2 *semper* thiedericus; 3 *pleramque* thiadericus; A. *semper* theodericus. f) ungent 3. f*) ipsum *usque* constitutum *desunt* 1? g) placita s. f. p. placere 2. h) ad 1 i) pacem 1. k) facit A. l) hiringo 3. m) *deest* 3. n) daret A. o) irring 1. *alibi vero* iring, hiringus 3. *semper.* p) conexerat 1. connexuerat 3. q) et 2. r) consentire 2. s) manus militum 2. t) ac 3. u) *add.* satis 6. *Rein.* cf. *tamen c.* 13. v) dominum (dām) 1. w) audire a te 1. x) diluenda 2. *sec. manu.* 3. y) *deest* A. z) sereno celans 2. *) servitutem 1.

12) cf. Iordanis de rebus Geticis c. 2: *Britannia insula quae in sinu Oceani inter Hispanias Gallias et Germaniam sita est.* Mirum est Widukindum veram nominis originem latitasse; Procopium et Gregorium papam primos novos Britanniae incolas omnes Anglos vocasse, Lappenberg monuit p. 88. 118; quo tempore vero nomen Anglosaxonum increbuerit, nusquam indicatum legi. 13) Quin Bedae historiam indicaverit non dubito, ibi et Saxonum gesta et conversio (II. 23.) narrantur.

14) Haec omnia quam maxime a vero abhorrere neminem fugiet; Theudericus rex Francorum cum tribus fratribus patri Chlodovecho successit; ipsum e concubina natum fuisse etiam Gregorius Turonensis II. c. 28. tradit; de patris nomine Huga cf. Ann. Quedl. supra p. 31. Amalberga, Irminfridi uxor, neptis fuit Theoderici Gothorum regis. Iordan. c. 58. cf. Procop. I. 14. 15) i. e. parum inter se differre cf. II. c. 10.

saltem vita fruamur. Et cum gravi exercitu appropians terminis Thuringorum, invenit cum valida quoque[a] manu generum[16] suum se expectantem in loco qui dicitur Runibergun[b,17]; et commisso certamine pugnatum est ancipiti bello una die et secunda; tertia vero die victus Irminfridus cessit Thiadrico, et fugiens tandem se recepit cum reliquo comitatu in urbe[c] quae[d] dicitur Scithingi[e,18], sita super fluvium quod[f] dicitur Unstrode[g]. Thiadricus autem, congregatis ducibus ac militum principibus, exercitus sui rogat sententiam, utrumnam censerent Irminfridum persequendum, an patriam remeandum. Inter quos Waldricus[h] consultus: *Censeo*, inquit, *causa caesos sepeliendi, vulneratos curandi, maiorem exercitum congregandi, patriam remeandum; neque enim arbitror, multis milibus tuorum amissis, sufficere nos posse ad peragendum praesens bellum. Si enim barbarae nationes innumerae in nos consurgunt[i], multis nostrorum debilitatis, per quos vincis[k]?* Erat autem Thiadrico servus satis ingeniosus, cuius consilium expertus est saepius probum, eique propterea quadam familiaritate[l] coniunctus. Hic rogatus sententiam dare: *In rebus*, inquit, *honestis pulcherrimam semper esse arbitror perseverantiam, quam ita coluerunt maiores nostri, ut acceptis[m] negotiis raro vel numquam deficerent[n]; nec tamen labores nostros eorum aequandos putaverim, qui parvis copiis ingentes gentium copias superaverunt. Nunc terra in nostra est[p] potestate, et discessione nostra victis occasionem vincendi praestabimus? Amplecterer et ipse patriam redire, familiarem necessitudinem videre, si hostem nostrum eo spatio scirem otio vacare. Sed vulnerati nostri forsitan hac re indigent. Castrorum esto labor; inpigris animis, reor, pro maxima voluptate est. Ergo caesa multitudine exercitus est vehementer attenuatus. Hostesne omnes evaserunt[q]? certe rarissimus[r]; ipse namque dux ut quaedam bestiola suo munitur latibulo, urbis circumdatur claustro, nec ipsum coelum secure audet inspicere, nostro cogente timore. Sed non desunt ei pecuniae, quibus conducantur nationes barbarae; non deest militum manus, licet lassa. Quae tamen omnia[s] nostra absentia redintegrantur. Indecorum est victoribus, victis vincendi locum dare. Num singulis urbibus administranda sufficimus[t] praesidia? Et eas omnes perdimus, dum imus et redimus.* Haec eo prosequente, placuit Thiadrico omnibusque gloria[u] victoriae avidis, manere in castris et mittere ad Saxones, qui iam olim erant Thuringis acerrimi hostes, quatinus ei essent in[v] auxilio: si quidem vincerent Irminfridum urbemque caperent, terram eis in possessionem aeternam traderet. Saxones nichil cunctati, novem duces cum singulis milibus militum destinare non dubitant. Et ingressi duces in castra singuli cum centenis militibus, reliqua multitudine extra castra dimissa, salutant Thiadricum verbis pacificis. Quod[w] cum Thiadricus hilarior suscepisset, dextris datis et acceptis, copiam viris fandi concessit. At illi: *Populus*, aiunt, *Saxonum tibi devotus et tuis parens imperiis, misit nos ad te; et ecce assumus, parati ad omne quodcumque[x] tibi[y] voluntas suggesserit, parati, ut aut hostes tuos vincamus, aut, si fortuna aliud iusserit, pro te moriamur; aliam enim causam nullam Saxonibus esse scias, nisi[z] vincere velle, aut certe vivere nolle; neque enim gratiam maiorem amicis exhibere possumus, quam ut pro eis mortem contempnamus; et ut hoc experimento discas, omnino desideramus.* Illis haec loquentibus, mirati sunt Franci praestantes corpore et animo viros; mirati sunt[*] et novum habitum, arma quoque et diffusos scapulas caesarie[a], et[b] supra omnia ingentem animi constantiam. Nam vestiti erant sagis, et armati longis lanceis, et subnixi stabant parvis scutis, habentes ad renes cultellos magnos. Erant etiam qui dicerent, tantis ac talibus amicis Francos non indentem distans, in pago Marstem, mallo antiquo celebris; v. supra Ann. Quedlinburg p. 32. PERTZ.

a) quoque cum valida 2. b) runibergum 2. rumbergum 3. c) urbem 3. d) qui 1. e) scidingi A; scithinge 3. schidingin 2. schidinga 6. f) qui 2. 3. g) unstredę 1. unstrod 2. unstruod 3. h) waldericus 2. 3. i) consurgant A. 2. 3. nationes in nos consurgant innumerae 2. k) vinces 3. l) quadam fam. propterea 2. m) a ceptis? n) deficeret 1 o) superaverint 1. superavere 3. p) est in nostra 2. q) evasere 3. r) rarisumus 1. s) *deest* 1. t) sufficeremus 1. u) gloriae 3. v) *deest* 3. w) quos A. x) quod 2. y) voluntas tibi 3. z) ni A. *) m. s. *desunt* 3. et novum habitum mirati sunt 2. a) *ita* 1. *pr. manu et* 3. diffusas 1. *sec. manu et* 2. diffusos scapulis caesarie A. diffusam scapulis caesariem 6. b) et ut s. 1.

16) generum a Widukindo saepissime pro sororio dici, iam Meibomius annotavit cf. I. c. 22. II. c. 18. et saepius. Interdum etiam latiori sensu eodem verbo utitur cf. I. c. 39. II. c. 2. 17) hodie Ronneberg. MEIBOM. — Ronnenberg villa, hora et dimidia ab Hannovera inter meridiem et occi- 18) hodie Burg-Scheidungen. Thuringos a Theuderico rege victos usque ad Unstrud fluvium fugatos esse, etiam Gregor. Turon. III. c. 7 narrat.

digere; indomitum genus hominum fore, et si praesentem terram inhabitarent, eos procul dubio esse, qui Francorum imperium quandoque destruerent. Thiadricus vero, propriis utilitatibus consulens, suscepit in fide viros, demandans ut ad obpugnandam urbem praepararentur [a]. Illi a rege regressi, castra metati sunt ad meridianam plagam [b] urbis in pratis fluvio contiguis; et postera die prima luce surgentes, sumptis armis, obpugnant [c] oppidum [19] incenduntque. Capto oppido et incenso, aciem ordinant ex adverso portae [d] orientalis. Clausi muris dum acies vident ordinatas, ac se in ultimis [e] necessitatibus constitutos, audacter erumpunt portis caecoque furore irruunt in adversarios, et telis emissis, gladiis proinde res agitur. Cumque grave bellum oriretur, plures hinc, plures inde sternuntur; istis [f] pro patria, pro uxoribus ac [g] natis, postremo pro ipsa vita pugnantibus, Saxonibus vero pro gloria et pro terra adquirenda certantibus. Attollitur clamor [h] virorum invicem exhortantium, fragor armorum et gemitus morientium, talique spectaculo tota dies illa trahitur. Cumque ubique [i] fierent caedes, ubique ululatus, et neuter [k] agmen loco cessisset, iam tardior hora proelium diremit. Eo die ex Thuringis multi interfecti, multi sauciati; de Saxonibus vero numerati [l] sunt sex milia caesa.

10. Mittitur igitur Iring ab Irminfrido cum supplici legatione et omnibus suis thesauris ad Thiadricum pro pace ac spontane deditione. Et accedens Iring haec ait: *Misit tibi quondam tuus propinquus, modo servus, ut* [m] *si non sui miserearis, miserae saltem tuae* [n] *sororis miserearis, nepotum quoque tuorum in ultima necessitate constitutorum.* Dum haec lacrimans [o] dixisset, interpellatio principum auro corruptorum adiecit, quia decens foret clementiae regali, quo talem supplicationem non sperneret, communium quoque naturae rerum non oblivisceretur, utiliusque esset [p], eum in fide suscipere, quem iam superatum haberet tamque [q] contritum, ut numquam se contra eum possit levare, quam illud genus hominum indomabile et ad omnem laborem perdurabile, a quo nichil expectaret Francorum imperium nisi solum periculum. In peracto [r] quoque bello considerare posset, quam duri [s] et insuperabiles [t] existerent Saxones, ideoque melius esse, ut susceptis Thuringis pariter eos eicerent de finibus suis [u]. His dictis, licet invitus, flectitur tamen Thiadricus, promisitque postera die generum suum se [v] suscepturum Saxonesque abiecturum. His auditis, Iring vestigiis prosternitur regis, laudavitque sententiam clementiae imperialis, et misso ad dominum optato nuntio, laetum eum omnemque urbem securiorem reddidit, mansitque ipse [w] in castris, ne quid adversi nox ipsa moliretur. Interea urbe ex pace promissa securiore reddita, egressus est quidam cum accipitre, victum quaeritans supra litus fluvii supradicti. Emisso [x] vero volucre, quidam ex Saxonibus in ulteriore ripa ilico eum [x] suscepit. Quo rogante [y], ut remitteretur, Saxo dare negavit. Ille autem: *Da,* inquit, *et secretum tibi sociisque* [z] *utile prodam.* Saxo econtra: *Dic, ut accipias quod quaeris. Reges,* inquit, *inter se pace facta decretum tenent, si cras inveniamini in castris, capiamini, aut certe occidamini.* Ad haec ille: *Serione* [*] *haec an ludo* [a] *ais? — Secunda hora,* ait, *sequentis diei probabit, quia vos oporteat sine ludis agere. Quapropter consulite vobis ipsis, et fuga salutem quaerite.* Saxo statim emittens accipitrem, sociis retulit [b] quae audivit. Illi satis commoti, in promptu [c] non inveniebant, quid super hoc agere debuissent.

11. Erat autem tunc in castris quidam de veteranis militibus [d] iam senior, sed viridi senectute adhuc vigens, qui merito bonarum virtutum pater patrum dicebatur, nomine Hathagat [20]. Hic arripiens signum quod apud eos habebatur sacrum, leonis atque draconis et desuper aquilae volantis insignitum effigie [e], quo ostentaret fortitudinis atque prudentiae et earum rerum efficatiam, et [f] motu corporis animi constantiam declarans,

a) praeparentur 2. A. b) *deest* 3. c) oppugnant 1. d) ex adversa parte A. e) ordinatos ac se multitudinis 1. f) illis 2. 6. g) et 2. h) *deest* 3. i) ibi 2. k) neutrum 2. 3. 6. l) numerata 3. 1? 6. m) et A. n) sororis tuae 2. 6. o) lacrimis 1. p) eum esset 1. esse A. 2. 3. q) tamquam A. r) i perato 1. imperacto A. s) quandiu 1. quam diu 3. t) superabiles A. u) 1 *hic caput* 11. *incipit, quod cum indice praemisso haud convenit; scriptorem errasse inde apparet, quod postea c.* 17. *bis numeravit.* v) *deest* 2. w) in castris ipse 3. x) emissa — eam 3. y) in ulteriore — Quo rog *in* A. *secunda manu aliis erasis scripta sunt.* z) *add.* tuis A. *) serio A. 6. a) an ludo haec 2. b) rettulit 1. c) non inu. in promptu 2. A. d) de vet. mil. *desunt* 4. e) effige 2. f) *deest* 2. A.

19) Oppidum aedificia significat extra murum sita, nullo munimine tuta, ideoque plerumque primo impetu capta cf. III. 45. 20) Eum tunc Saxonum ducem fuisse, Ruodolfus dicit l. l.

ait: *Huc usque inter optimos Saxones vixi, et ad hanc fere ultimam senectutem aetas me perduxit, et numquam Saxones meos*[a] *fugere vidi; et quomodo nunc*[b] *cogor agere quod numquam didici? Certare scio, fugere ignoro, nec valeo; si fata non sinunt ultra vivere, liceat saltem, quod michi dulcissimum est, cum amicis occumbere. Exempli*[c] *michi paternae virtutis*[d] *sunt amicorum corpora circa nos prostrata, qui maluerunt*[e] *mori quam vinci, inpigras animas amittere quam coram inimicis loco cedere. Sed*[f] *quid necesse habeo exhortationem protrahere tantisper de contemptu mortis? Ecce ad securos ibimus, ad caedem tantum, non ad pugnam; nam de promissa pace ac nostro gravi vulnere nichil suspicantur adversi; hodierno quoque proelio fatigati, quemadmodum sunt sine metu, sine vigiliis et solita custodia manent. Irruamus*[g] *igitur super inprovisos et somno sepultos; parum laboris est! Sequimini me ducem, et hoc canum caput meum vobis trado, si non evenerit quod dico.* Illius igitur optimis verbis erecti, quod supererat diei in reficiendis suis corporibus expendebant; deinde prima vigilia noctis dato signo, qua solet sopor gravior occupare mortales, sumptis armis, praecedente duce, irruunt super muros, invenientesque sine vigiliis ac custodiis, ingressi sunt urbem cum clamore valido Quo excitati adversarii, alii fuga salutem quaesierunt, alii per plateas et muros urbis ut ebrii erraverunt, alii in Saxones, cives suos putantes, inciderunt. Illi vero omnes perfectae aetatis morti tradiderunt, inpuberes praedae servaverunt[h]. Eratque nox illa plena clamoribus, caede atque rapina, nullusque locus in omni urbe quietus, donec aurora rutilans surgit, et incruentam declarat victoriam. Cumque penes regem, videlicet Irminfridum[21], summa victoria[i] esset, requisitus, cum uxore ac[k] filiis ac raro comitatu evasisse repertus est. 21

12. Mane autem facto ad orientalem portam ponunt aquilam, aramque victoriae construentes, secundum errorem paternum sacra sua propria veneratione venerati sunt; nomine Martem, effigie[l] columpnarum imitantes[m] Herculem, loco Solem[n], quem Graeci appellant Apollinem[22]. Ex hoc apparet aestimationem[o] illorum utumque probabilem, 22 qui Saxones originem duxisse putant de Graecis, quia[p] Hirmin vel Hermis[q] graece Mars dicitur; quo vocabulo ad laudem vel ad vituperationem usque hodie etiam ignorantes utimur[23]. Per triduum igitur dies victoriae agentes et spolia hostium dividentes 23 exequiasque caesorum celebrantes, laudibus ducem in coelum attollunt, divinum ei animum inesse coelestemque virtutem acclamantes, qui sua constantia tantam eos egerit perficere victoriam. Acta sunt autem haec omnia, ut maiorum memoria prodit,

a) meos saxones 2. b) *deest* 2. A. c) exempla 2. exemplo 3. 6. d) virtutes 2. 3. 6. e) maluere 3. f) set 1. g) irruere 3. h) quaesiere — erravere — incidere — tradidere — servavere 3. i) victoriae 2. 3. k) et A. l) effige 2. m) innitentes 4. n) solis 3. *codices ita verba distinguunt, ut recepi.* o) existimationem 2. aest. illorum app. 3. p) qua A. q) chermis 3.

21) i. e. in rege Irminfrido capiendo vel occidendo. 22) Deum Hirmin victoria reportata Saxones venerati sunt; Hirmin eundem quem Hermem Widukindus putavit, quem vero Hermem i. e. Mercurium appellat a Graecis Martem dici, erronee statuit. Ceterum verba V. clarissimi I. Grimm litteris mecum communicata affero: *Widukind sagt also: der sächsiche Hirmin bedeutet dem namen nach den Mars (d. i. den Mercur), dem bilde nach den Hercules (weil er heldenmässig gerüstet erscheint, wie Wuotan in der regel nicht) dem orte der aufrichtung nach die Sonne; das kann, wie Sie selbst schon anmerken, bloss auf die orientalis porta bezogen werden.*" De deo Hirmin cf. eiusdem Myth. p. 209 etc., ubi vero priorem lectionem secutus est. — Locum, Ruodolfi sententia de Irminsula (supra SS. II. 676.) allata, ita explicaverim: in construenda ara victoriae deos suos veneratione cuilibet eorum propria venerati sunt, scilicet Martem nomine eius i. e. Irmin arae imposito, Herculem forma eius effigie columnarum (bild-säule) imitata, columna lignea in altum erecta quae Herculis signum quodammodo exprimeret, Solem loco arae ad portam orientalem selecto. Ea Widukindi sententia; narrat itaque, Saxones in signum victoriae ad portam Schidingae orientalem aram Irminsul erexisse. Hinc et loco Taciti Ann. I. 61. „*truncis arborum antefixa ora; lucis propinquis barbarae arae apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactaverant*" lux affunditur. PERTZ. 23) „*heissen die letzten worte: wir verwenden das verstärkende praefix irmin — ohne seinen sinn zu verstehen bei wörtern guter und übler bedeutung?*" ita I. Grimm Myth. p. 210 n.*) dubio procul recte haec verba interpretatus est cf. ib. p. 82 sqq. — Mihi relativum ad Mars referendum esse videtur, quo vocabulo ignorantes — nam Hirmin minime ignorabant — Saxones lingua sua ad laudem in voce *mâri, mâr*, clarus, ad vituperationem in voce incubum significante *mara* et compositis earum utebantur. PERTZ.

die [a] Kal. Octobris, qui dies erroris religiosorum sanctione virorum mutati sunt in ieiunia et orationes, oblationes quoque omnium nos praecedentium christianorum. [24]

13. His itaque omnibus patratis [b], reversi sunt ad Thiadricum in castra, et ab eo suscepti satisque laudati, et [c] terra praesenti in aeternam possessionem donati sunt. Socii quoque Francorum et amici appellati, urbem, cui ab igne ut propriis moeniis peper- cere, primum incoluerunt. Qui autem finis reges secutus sit, quia memorabilis fama est, prodere non negligo [d]. Missus denique Iring ad Thiadricum eo die, quo capta est civitas, proxima nocte susceptus ab eo permansit in castris. Audito autem, quia elapsus esset Irminfridus, egit, ut dolo revocaretur, et Iring eum interficeret, tamquam claris muneribus ab ipso donandus ac magna potestate in regno honorandus, ipse vero Thiadricus caedis illius quasi alienus existeret. Quod cum Iring aegre suscepisset, falsis promissionibus corruptus, tandem [e] cessit seque parere voluntati illius confessus est. Revocatus itaque Irminfridus, prosternitur vestigiis Thiadrici. Iring vero, tamquam armiger regalis stans secus evaginato gladio, prostratum dominum trucidavit [f]. Statimque ad eum [g] rex: *Tali facinore omnibus mortalibus odiosus factus, dominum tuum interficiendo, viam habeto apertam a nobis discedendi [h]; sortem vel partem tuae nequitiae nolumus habere. Merito*, inquit Iring, *odiosus omnibus mortalibus factus sum, quia tuis parui dolis; antequam tamen exeam, purgabo hoc scelus meum vindicando [i] dominum meum.* Et ut evaginato gladio stetit, ipsum quoque Thiadricum obtruncavit, sumensque corpus domini, posuit [k] super cadaver Thiadrici, ut vinceret saltem mortuus, qui vincebatur vivus; viamque ferro faciens discessit. Si qua fides his dictis adhibeatur [l], penes lectorem est [25]. Mirari tamen non possumus [m], in tantum [n] famam praevaluisse [o], ut Iringis nomine, quem ita vocitant, lacteus coeli circulus usque in praesens sit notatus [26].

14. Saxones igitur possessa terra summa pace quieverunt, societate Francorum atque amicitia usi. Parte quoque agrorum cum amicis auxiliariis vel manumissis distributa, reliquias pulsae gentis tributis condempnaverunt [p]; unde usque hodie gens Saxonica [q] triformi genere ac lege praeter conditionem servilem dividitur [r]. [27] A tribus etiam principibus totius gentis ducatus administrabatur, certis terminis exercitus congregandi potestate contenti [s], quos suis locis ac vocabulis novimus signatos, in Orientales scilicet populos, Angarios atque Westfalos [t]. Si autem universale bellum ingrueret [u], sorte eligitur, cui omnes oboedire oportuit [v], ad administrandum inminens bellum. Quo peracto, aequo iure ac lege, propria contentus potestate unusquisque vivebat [28]. De legum vero varietate nostrum non est in hoc libello disserere, cum apud plures inveniatur lex Saxonica diligenter descripta. Suavi [w] vero Transbadani [x] [29] illam quam incolunt regionem eo tempore invaserunt, quo Saxones [y] cum Longobardis Italiam adierunt [z], ut eorum narrat historia [30], et ideo aliis legibus quam Saxones utuntur [31]. Igitur Saxones variam

a) *deest* 3. b) peractis A. 2. 3. c) *add.* in 3. d) neglego 1. e) *deest* 1. 3. f) truncavit 2. g) *add.* ait 3. 6. h) discendendi 1. i) vindicabo 1. 3. k) *deest* 3. l) adhibeatur dictis 2. m) *add.* satis 6. cf. *supra* c. 9. n) tantam 1. o) praevaluisse famam 2. p) condemnavere 3. q) saxonia 3. r) praeter — dividitur *desunt* 2. s) contendendi 2. t) westvalos 3. u) ingruerit 2. *sec. m. et A.* v) oporteat 2. w) suuavi 1. suabi 2. suevi 3. x) transpadini 2. transalbini 3. y) saxonis 1. z) adiere 3.

24) Inde a dominica proxima post festum Michaelis incipit hebdomas illa *die gemeine Wochen*, cuius vestigia usque ad s. XVI. et ultra inveniuntur, quamque etiam chron. vetus ducum Brunsw. Leib. II. p. 16. cum hac Saxonum victoria coniunxit. Plura de eo testimonia collegit Halthaus cal. medii aevi p. 131. Iisdem diebus etiam festum Cisae deae Suevicae celebratum esse, Grimm annotavit Myth. pag. 188. 25) Hanc narrationem ex priscis carminibus haustam esse nemo non intelligit. 26) cf. Grimm Myth. p. 214 sqq. 27) Saxones bello attenuatos terrae partem maxime orientalem colonis tradidisse, Ruodolfus narrat p. 675; postea quatuor gentis ordines affert, quarto loco servos ponens. Ipso auctore nostrum haec scripsisse, vix tamen putarim. 28) cf. Beda V. c. 11: „*Non enim habent regem iidem antiqui Saxones, sed satrapas plurimos suae genti praepositos, qui ingruente belli articulo mittunt aequaliter sortes, et quemcunque sors ostenderit, hunc tempore belli ducem omnes sequuntur et huic obtemperant; peracto autem bello rursum aequalis potentiae omnes sunt satrapae*". Haec verba Widukindo haud repugnare videntur; Frecht etiam ex illis nostrum sua hausisse statuit. 29) i. e. Suevi trans Badam (Bode) in pago Suevego habitantes cf. Grupen Origines II. p. 397 sqq. 30) Paulus Diaconus II. c. 6. 31) Huius rei vestigia per totum medium aevum mansisse, ex Speculo Saxonum, quod dicunt, apparet cf. Homeyer Index s. v. Schwabe p. 372.

fidem Francorum experti, de quibus nobis non est dicendum, cum in eorum gestis[32] inveniatur scriptum, paterno errore obligati usque ad tempora Karoli [a] Magni perdurarunt [b].

15. Magnus vero Karolus cum esset regum fortissimus, non minori sapientia vigilabat. Enimvero considerabat, quia suis temporibus omni mortali prudentior erat, finitimam gentem nobilemque vano errore retineri non oportere; modis omnibus satagebat, quatinus ad viam [c] veram duceretur, et nunc blanda suasione, nunc bellorum impetu ad id cogebat, tandemque tricesimo imperii sui anno obtinuit; imperator quippe ex rege creatus est, quod multis temporibus elaborando non defecit. Ob id qui olim socii et amici erant Francorum, iam fratres et quasi una gens ex christiana fide, veluti modo videmus, facta est.

16. Ultimus vero Karolorum apud orientales Francos imperantium Hluthowicus [d] ex Arnulfo [e] fratruele Karoli, huius Lotharii regis proavi[33], natus erat. Qui[34] cum accepisset uxorem nomine Liudgardam [f], sororem Brunonis ac magni ducis Oddonis [g], non multis post haec vixerat annis. Horum pater erat Liudulfus [h], qui Romam profectus transtulit reliquias beati Innocentii papae[35]. Ex quibus Brûn [i] cum ducatum administrasset [k] totius Saxoniae, duxit exercitum contra Danos, et inundatione repentina circumfusus, non habens locum pugnandi, periit cum omni exercitu[36], fratri natu quidem [l] minori, sed omni virtute multo potiori, relinquens ducatum. Regi autem Hluthowico non erat filius, omnisque populus Francorum atque Saxonum[37] quaerebat Oddoni diadema inponere regni. Ipse vero quasi iam gravior[38] recusabat imperii onus; eius tamen consultu Conradus [m] quondam dux [n] Francorum unguitur [o] in regem; penes Oddonem tamen summum semper et ubique [fiebat [p] imperium.

17. Natus est autem ei filius toto [q] mundo necessarius, regum maximus optimus, Heinricus, qui primus libera potestate regnavit in Saxonia[39]. Qui cum primaeva aetate omni genere virtutum vitam suam ornaret, de die in diem proficiebat praecellenti prudentia et omnium bonorum actuum [r] gloria; nam maximum ei ab adolescentia studium erat in glorificando gentem suam et pacem confirmando in omni potestate sua. Pater autem videns prudentiam adolescentis et consilii magnitudinem, reliquit [s] ei exercitum et militiam adversus Dalamantiam [t][40], contra quos diu ipse militavit. Dalamanci [u] vero inpetum [v] illius ferre non valentes, conduxerunt adversus eum Avares, quos modo Ungarios [w] vocamus, gentem belli [x] asperrimam.

18. Avares autem, ut quidam putant, reliquiae erant Hunorum [y]. Huni egressi sunt de Gothis, Gothi autem de insula, ut Iordanis [z] narrat[41], nomine Sulza egressi sunt. A proprio autem duce, nomine Gotha [*], Gothi appellati sunt. Coram quo cum

34 880. 35 36 37 911. 39 40 906. 41

a) 1. 3. (A) *semper* carolus. b) perdurabant A. 2. 3. c) ueram uiam A. 2. 3. d) *ita ubique scripsi, duce Ann. Corb. et* 1. *ubi interdum* hluthouicus et hluthuuicus *saepius vero* luthuuicus *aut* luthouicus; ludewicus *postea* ludewicus A. ludowicus 2.; 3 *semper fere* Lothowicus. e) 3. *plerumque:* Arnulpho. f) 2. *modo* luidg., *modo* liudg.; A. *semper* ludgarda. g) 2. *modo* otto, *modo* oddo, A. et 3. *semper* otto. h) 2. luidolfus *et* liudolfus, A. *semper* ludolfus, 3. *plerumque* luidolphus. i) Bruno 3. k) administraret 3. l) quoque A. m) cõnradus 2. chûnradus A. Cunradus 3. n) *deest* 2. o) ungitur A. 2. 3. p) vigebat 2. 3. 7. q) toti 3. *deest* 2. r) bonarum artium A. s) reliquid 1. t) 2. *semper* dalmatiam. u) dalanci 1 dalamanti A. dalmatii 2. Dalmatae 3. v) inpetus 2. w) 3. *semper* Ungaros. x) *deest* 2. y) hunonum 1. z) Iordanus 3. *) Gotho 3.

32) Fortasse Einhardi libri, Karoli vita et Annales, ex quibus quae sequuntur hausta possunt videri. 33) Lotharius inde ab a. 954 rex Francorum occidentalium; Widukindus vero eius abavum (non proavum) Karolum Calvum et Karolum Crassum Arnulfi patruum inter se confundit cf. c. 28. 34) Non Ludowicum Arnulfi filium, sed Ludowicum quem dicunt iuniorem, Ludowici Germanici filium, Pii nepotem, Liudgardam duxisse, iam Meibomius satis probavit. 35) De hac translatione cf. Agius vita Hathumodae cap. 1, Hrotsuith de coenob. Gandersh. v. 118 *sqq.*; Wedekind (Noten I. p. 159 *sqq.*) eam a. 844 factam esse ostendit. 36) cf. Ann. Fuldenses a. 880, de loco proelii vero Grupen Orr. Germ. II. p. 214 *sqq.*; Wedekind Noten I. p. 295 *sqq.* Idem monuit, cum Thietmaro (p. 32.) fluminis, neque cum Ann. Saxone (a. 879) copiarum inundationem esse intelligendam. 37) cf. I. c. 26; II. c. 1. 38) Iam a. 866 ante quadraginta sex annos pater eius Liudulfus mortuus est v. Ann. Xantenses h. a. 39) Haec verba ex alio Widukindi loco (I. c. 34.) interpretanda esse, iam Meibomius intellexit; Heinricus primus ita Saxoniam rexit, ut omni alia potestate semota ipse rex et dux totum terrae imperium teneret. 40) Haec Slavorum provincia, ab ipsis Thietmaro teste (p. 4.) Glomaci vocata, prope Albiam in territorio Misnensi sita fuit. 41) Iord. c. 3, qui insulam Scandza appellat; quae sequuntur ex eodem c. 24 desumta sunt.

quaedam mulieres in exercitu suo rerum veneficarum arguerentur, requisitae sunt et inventae culpabiles. Quarum cum esset multitudo, a merita quidem poena abstinuit, ab exercitu tamen omnes eiecit. Eiectae autem silvam proximam[a] petierunt; quae cum mari cingeretur[b] et Meoticis paludibus, inde exeundi aditus non patebat. Praegnantes autem iam quaedam[d] ex illis ibidem partum ediderunt. A quibus cum alii atque alii nascerentur, facta est gens valida; ferarumque more viventes, inculti et indomiti, facti sunt venatores acerrimi. Post multa vero saecula, cum aliam mundi partem illic commorantes penitus ignorarent, contigit cervam venatu inveniri eamque persequi, donec ipsa praecedente, omnibus retro mortalibus intransmeabilem hactenus viam per Meoticas paludes transmearent; ibique urbes et oppida et invisum antea genus hominum videntes, eadem via reversi sunt, sociis talia referentes. Illi autem curiositatis causa cum multitudine perrexerunt audita probare. Finitimae autem urbes et oppida, cum ignotam multitudinem et corpora cultu habituque horrenda vidissent, daemonia esse credentes, fugiebant. Illi vero ad novas rerum facies stupentes, admirati[e], primum quidem a caede atque rapina abstinuerunt, sed nemine resistente, humana tacti cupidine[f], multa caede hominum facta, nulli rei proinde parcebant; et capta praeda magna, ad sedes suas reversi sunt. Videntes autem, quia res eis secus cederent, cum uxoribus ac filiis et omni agresti[g] suppellectili iterum venientes, et finitimas gentes circumquaque vastantes, Pannoniam postremo inhabitare coeperunt.

19. Victi autem a magno Karolo[h] et[i] trans Danubium pulsi ac ingenti vallo
42 circumclusi[k] [42], prohibiti sunt a consueta gentium depopulatione. Imperante autem Arnulfo, destructum est opus, et via eis nocendi patefacta, eo quod iratus esset im-
43 perator Centupulcho[l] regi[m] Marorum[n] [43]. Deinde quantam stragem quantamque iniuriam imperio Francorum fecerint, urbes ac regiones adhuc desolatae testantur. Haec ideo de hac gente dicere arbitrati sumus, ut possit tua claritas agnoscere, cum qualibus avo tuo patrique certandum fuerit. vel a[o] quibus hostibus per eorum providentiae virtutem et armorum insignia tota iam fere[p] Europa liberata sit.

20. Praedictus igitur exercitus Ungariorum a Slavis[q] conductus, multa strage in Saxonia facta, et infinita capta praeda, Dalamantiam[r] reversi, obvium invenerunt alium exercitum Ungariorum, qui comminati sunt bellum inferre amicis eorum, eo quod auxilia eorum sprevissent, dum illos ad tantam praedam duxissent. Unde factum est, ut secundo vastaretur Saxonia[s] ab Ungariis, et priori exercitu in Dalamantia secundum expectante, ipsa quoque in tantam penuriae miseriam ducta sit, ut aliis nationibus eo anno, relicto proprio solo, pro annona servirent.

912. 21. Igitur patre patriae et magno duce Oddone defuncto, illustri et magnifico filio Heinrico totius Saxoniae[t] reliquit[u] ducatum. Cum autem ei essent et alii filii, Thancmarus[v] et Liudulfus, ante patrem suum obierunt. Rex autem Conradus cum saepe
44 expertus esset virtutem novi ducis, veritus est ei tradere omnem potestatem patris[44]. Quo factum est, ut indignationem incurreret totius exercitus Saxonici[w]. Ficte tamen pro laude et gloria optimi ducis plura locutus, promisit se maiora sibi daturum, et honore magno glorificaturum[x]. Saxones vero huiuscemodi simulationibus non adtendebant, sed suadebant[y] duci suo, ut si honore paterno eum nollet sponte honorare, rege[z] invito, quae vellet obtinere posset. Rex autem videns vultum Saxonum erga se solito austeriorem, nec posse publico bello eorum ducem conterere, subpeditante[*]
45 illi fortium militum[45] manu, exercitus quoque innumera multitudine, egit, ut quoquo modo interficeretur dolo.

a) *deest* 2. b) cingerentur 2. 3. c) *deest* 1. d) quaedam iam 2. e) admirari 2. f) sed — cupidine *desunt* 2. g) aggresti 1. h) karolo magno 2. i) *deest* A. k) circumfusi 3. l) Centupulchro 3. m) *deest* 3. n) maurorum 2. Moravorum 3. o) *deest* 2. p) *deest* 1. q) 1. *plerumque* slavi, *nonnunquam* c. *littera superscripta*, 2. *modo* slavi, *modo* sclavi, A. *et* 3. sclavi. r) in Dalmatiam 3. s) vastarent saxoniam 1. t) *add.*: ipse 3. 1? u) reliquid 1.) thangmarus A. 2. w) saxonici exercitus 2. x) et — glorificaturum *desunt* 1. y) sed suadebant *desunt* 1. z) regi A. 1? *) suppetente 3.

42) Karolum Magnum Avares vallo magno circumclusisse, saeculo X. vulgaris fuit opinio. cf. supra Liudprand. I. c. 13. 43) Swatopluk sive Zwentibaldus dux Moravorum. 44) Thietmar (p 6.): *hereditatem iure et maximam beneficii partem gratuito regis suscepit ex munere.* Conradus Thuringiae pagos a patre Ottone administratos novo duci denegasse videtur. 45) Milites Widukindo vassalli maiores sunt cf. c. 22. II. 1.

22. [a] Erat autem ea tempestate Magontiacae sedis antistes nomine Hatho[b], [c] acutus consilio, acer ingenio, et qui varietate sibi consueta multos mortales praecederet. Hic volens placere regi Conrado Francorumque simul populo, arte solita virum nobis proprie a summa clementia concessum aggressus est, fecitque ei torquem auream[46] fabricari, et invitavit ad convivium, quo magnis ab eo muneribus honoraretur. Interea pontifex opus considerandi gratia ingreditur ad aurificem, et visa torque, ingemuisse fertur. Gemitus causam aurifex interrogat. Cui respondit, quia optimi viri [e] et sibi carissimi, scilicet Heinrici, sanguine illa torques deberet intingui. Aurifex audita silentio texit[d], et opere perfecto traditoque, missionem petit [e] et accipit; et obvians duci eunti ad ea negotia, indicavit ei quae audivit. Ipse autem vehementer iratus, vocat legatum pontificis qui iampridem aderat invitandi eum gratia: *Vade*, inquit, *dic Hathoni*[f], *quia durius*[g] *collum non gerit Heinricus quam Adelberhtus*[h], *et quia melius rati sumus, domi sedere, et de eius servitio tractare, quam comitatus nostri multitudine modo eum gravare.* Is, ut ferunt, Adelberhtus, ab ipso quondam pontifice in fide susceptus, eius est consilio deceptus; quod quia, non probamus, numquam adfirmamus, sed vulgi rumore magis fictum credimus. Et statim omnia quae iuris ipsius[i. 47] erant in omni Saxonia[k] vel Thuringorum terra occupavit. Burghardum[l] quoque et Bardonem[48], quorum alter gener regis erat, in tantum afflixit, et bellis frequentibus contrivit, ut terra cederent[49], eorumque omnem possessionem militibus[m]

Codd. 2. 3. Ad hocque negocium habens, ut fertur, maxime idoneum Mogonciacae sedis episcopum, nomine Hathonem[n]. Hic obscuro genere natus, ingenioque acutus, ut[o] qui difficile discerneretur, melior consilio foret an peior. Quod ex uno eius actu colligi potest. Nam cum bellum esset Cuonrado[p], regis Cuonradi patri[q], et[r] Adelberto[s] [Heinrici ex sorore nepoti[t]], primus[u] interfectus est frater Adelberti; postea[v] in ultionem fratris Cuonradus quoque occisus est ab Adelberto, nec[w] ullus regum tam ingens bellum inter eminentes viros potuit sedare[x]. Summus postremo pontifex mittitur ad sedandam tam ingentem discordiam; et ingressus civitatem Adelberti, sub iureiurando spospondit, aut ei pacem cum rege facturum, aut incolumem loco suo restituturum[y]. His pactis consentiens Adelbertus, fidei gratia et amicitiae quod dignaretur aliquid gustare, rogavit. Quo negante, ilico egressus est urbem. Cumque pertransisset oppidum cum omni comitatu, fertur clamasse[z]: *Proh*, inquit, *saepius petit, qui oblata spernit; taedet me longioris viae, tardiorisque horae; nam ieiuni tota die non possumus ambulare.* Laetus Adelbertus inclinatur[a] ad genua pontificis, et ut gustandi gratia in urbem reverteretur deposcit. Pontifex in urbem reversus cum Adelberto, liberatur a lege iuramenti, ut sibi videbatur, eo quod incolumem eum loco suo constituisset. Post haec regi a pontifice praesentatus Ludwico et dampnatus, capitalem accepit sententiam.

Codex A. Denique ab amicis aglis ei insidiae[a] machinantur. Quae tamen ab aurifice, torquem auream ad usus doli fabricante, detegantur. Quidam enim insidias tendentium ingressus ad aurificem opus considerandi gratia, eoque inspecto, altius ingemuisse fertur. Tanti gemitus causam dum faber interrogat, hoc responsi accepit, quia optimi viri Heinrici post modicum deberet illa torques sanguine infundi. Audita faber tanquam parvipendens silentio texit. Opere perfecto traditoque, missionem petit et accepit, occurrensque duci iuxta locum qui dicitur Cassala, secreto interrogat, quo iturus esset. Ille se ad convivium munusque honorificum invitatum, et ad hoc ire velle respondit. Aurifex ilico audita prodit et ducem ab itinere prohibuit. Vocat autem legatum qui ea hora invitandi eum gratia aderat, imperatque suis dominis gratias agere pro fideli invitatione, non posse vero in praesenti eos visitare propter repentinas barbarorum incursiones; ceterum in sui servitio incunctanter permansurum. Ad orientem autem versus cum suo comitatu, collecta manu, omnia quae erant pontificis qui eo tempore Maguntiae praeera, Hathonis, in omni Saxonia vel Thuringorum terra occupavit. Burchardum quoque et Bardonem, quorum alter gener regis erat, in tantum afflixit et bellis frequentibus contrivit, ut terra cederent, eorumque omnem possessionem suis militibus divideret. Hatho[b] autem videns suis artibus finem impositum, Sa-

a) *De hoc loco cf. praefatio; textum codd.* 2. 3. *etiam* 6. 7. *legerunt.* b) hattho 1. c) *deest* 1. d) tegit 2. *prima manu.* e) petiit 1. f) athoni 1.; 3 *semper* Hattoni. g) duriorem 1. h) adelberthtus 1. *postea vero* adelberhtus; 2. 3. *semper* adelbertus. i) sui iuris 2. k) saxonia omni 2. l) Burchardum 2. m) suis militibus 2. 3. n) Hattonem 3. o) et 3. p) Chuonrado *β*. q) patre 2. r) et cum *β*. s) Adalberto *β*. t) nepote *β*. h. e. s. n. *desunt* 2. u) primum 3. *β*. v) est, f. A. p. *β*. w) ne 2. x) s. p. *β*. y) const. 3. z) proclamasse 3. *) inclinavit se 3. a) insidiare *c*. b) hattho *c*.

46) De hoc mortis genere cf. Waltharius 1059, ed. Grimm p. 39 cf. p. 72. 47) i. e. Hathonis, ut et Thietmarus locum intelligit. 48) Burchardum et Bardonem filios fuisse Burchardi ducis, a. 908 occisi, recte Wenck (hist. Hass. II. p. 545. n. e.) statuisse videtur; uter gener i. e. sororius regis fuerit, non constat. 49) Comites illos in australi Thuringiae parte possessiones suas habuisse, iisque potitum, totam Thuringiam Heinricum inde ab hoc tempore tenuisse, verisimile est.

suis divideret. Hatho autem videns suis calliditatibus finem inpositum, nimia tristitia[a] ac morbo pariter non post multos dies confectus interiit. Fuerunt[b] etiam, qui dicerent, quia fulmine coeli tactus eoque ictu dissolutus, 913. Mai 15. diem postremum defecisset[50].

Hac igitur perfidia quid nequius? Attamen uno capite caeso, multorum capita populorum salvantur. Et quid melius eo consilio, quo discordia dissolveretur, et pax redderetur. Ea itaque varietate virum nobis *etc. ut codex 1. omissa tamen sententia.* „Is ut ferunt Adelberhtus. . . credimus“. *usque* dissolutus post tertium diem[d] defecisset.

xonumque res florescere, nimia tristitia ac morbo pariter confectus, non post multos dies deficiens, diem extremum obiit, vir magnae prudentiae, et qui tempore Ludewici adolescentis super imperio Francorum acri cura vigilabat, multas discordias in regno reconciliabat, templum Maguntiae nobili structura illustrabat.

915. 23. Rex autem misit fratrem cum exercitu in Saxoniam eam devastandam. Qui appropians urbi quae[e] dicitur Heresburg[f], superbe locutum tradunt, quia nichil ei maioris[g] curae esset, quam quod Saxones pro muris se ostendere non auderent, quo cum eis dimicare potuisset. Adhuc sermo in ore eius[h] erat, et ecce Saxones ei occurrerunt miliario uno ab urbe, et inito certamine, tanta[i] caede Francos mulctati[k] sunt, 51 ut a mimis[51] declamaretur, ubi tantus ille infernus esset, qui tantam multitudinem caesorum capere posset. Frater autem regis Evurhardus[l], liberatus a timore absentiae[m] Saxonum — nam eos praesentes vidit — et ab ipsis turpiter fugatus, discessit.

24. Audiens autem rex male[n] pugnatum a fratre, congregata[o] omni virtute Francorum, perrexit ad requirendum Heinricum. Quem compertum in praesidio urbis 52 quae dicitur Grona[p. 52], temptavit illud obpugnare praesidium. Et missa legatione pro spontanea deditione, spondet, se per hoc sibi amicum affuturum, non[q] hostem exper- 53 turum[53]. Huic legationi intervenit Thiadmarus[r] ab Oriente[54], vir disciplinae militaris peritissimus, varius consilioque magnus, et qui calliditate ingenita[s] multos mortales superaret. Hic superveniens legatis regis praesentibus, interrogat, ubi vellet exercitum[t] castra metari[u]. At ille iam suasus cedere Francis, accepit fiduciam, audiens de exercitu, credens ita esse. Thiadmarus vero ficte loquebatur; cum quinque enim[v] tantummodo viris venerat[w]. De numero autem legionum sciscitante[x] duce, ad triginta fere legiones se producere[y], respondit[z]; et ita delusi legati regressi sunt ad regem. Vicit vero eos calliditate sua Thiadmarus, quos ipse dux ferro vincere[*] non potuit Heinricus. Nam antelucanum relictis castris[a] Franci, unusquisque rediit[b] in sua.

55 25. Rex autem profectus in Boioariam[c], dimicavit cum Arnulfo[55], et ibi, ut qui- 918. dam tradunt, vulneratus, revertitur in patriam suam. Cumque se morbo sensisset laborare pariter cum defectione primae fortunae, vocat fratrem, qui eum visitandi gratia aderat[d], quemque[e] ita alloquitur: *Sentio*, inquit, *frater, diutius me istam vitam tenere non posse, Deo, qui ordinavit ita[f], imperante, gravique morbo id cogente. Quapropter considerationem tui habeto, et quod ad te maxime respicit, Francorum toto[g] regno consulito[h], mei[i] adtendendo, fratris tui, consilio. Sunt nobis, frater, copiae exercitus congregandi atque ducendi, sunt urbes et arma cum regalibus insigniis, et omne quod decus regium deposcit, praeter fortunam atque mores. Fortuna, frater, cum*

a) iustitia 4. b) fuere 3. c) 4. *ad hunc locum* p. 675: *Ms. codex legit* iniquius. d) *deest* 2. e) qui 1. f) heresburch 2. A. g) maiori 3. h) *deest* 2. i) tantos 2. k) multati 2. A. l) 2. 3. *semper* everhardus, A. *semper* eberhardus. m) absentium A. n) turpiter A. o) congregato 1. p) Grona 6. 7. q) ne 1. r) thiatmarus 2. *pr. manu et* 3. *semper*; thietmarus 2. *sec. manu et postea semper*; A. *semper* diethmarus. s) ingenti 2. ingenii 3. 7. t) exercitus 1. u) castra metiri 2. *pr manu.* v) *deest* A. w) veniebat 2; cum quinque — venerat *desunt* 1. x) scissitante 1. y) p. posse 3. A. z) de numero — respondit *desunt* 2. *) vincere ferro A. a) *deest* 1. b) redit 1. c) bawariam A. 2.; *interdum vero* 2. boioariam; Baioariam 3. d) adierat 2. 3. 5. 7. e) quem 3. f) ita ordinavit 2. g) toti 3. h) consulto 1. i) *deest* 3. meo 6. 7.

50) Ekkehardo teste (Mon. II. p. 101.) Italica febre consumptus est. 51) Ioculatores, histriones, scurrae saeculo IX. et X. saepius memorantur; iidem mimi etiam in epistola Ermenrici Augiensis nominati sunt, Mon. II. p. 101 n. 39. 52) Grona villam prope Gottingam intelligendam esse, verisimillimum videtur; de Grohnde et Gronau alii cogitarunt. 53) cf. III. 53: *amicum per hoc adepturum, non hostem experturum.* 54) Comes pagi Nordthuringowe, Heinrico rege inter primores Saxoniae cf. c. 36. Quae vero de ipso hoc loco traduntur, vix historiae conveniunt. 55) Arnulfum a. 917 rebellasse, tradunt Ann. Alam. (Mon. I. p. 56); tunc secundo contra eum profectus est Conradus eumque Liudprando teste (II. 19.) ad Ungarios expulit.

nobilissimis moribus Heinrico cedit, rerum publicarum secus Saxones summa est. Sumptis igitur his insigniis, lancea sacra[*], armillis aureis cum clamide, et veterum gladio regum ac diademate, ito*[a] ad Heinricum, facito pacem cum eo, ut eum foederatum possis habere in perpetuum. Quid enim necesse est, ut cadat populus Francorum tecum coram eo? ipse enim vere rex erit et imperator multorum populorum.* His dictis frater lacrimans se consentire respondit. Post haec autem rex ipse moritur, vir fortis et potens, domi militiaque[b] optimus, largitate serenus, et omnium virtutum insigniis[c] clarus; sepeliturque in civitate sua Wilinaburg[d.56] cum moerore ac lacrimis omnium Francorum[57] 918. Dec. 23. 56 57

26. Ut ergo Rex imperarat, Evurhardus[e] adiit Heinricum, seque cum omnibus thesauris illi tradidit, pacem fecit, amicitiam promeruit, quam fideliter familiariterque usque in finem obtinuit. Deinde congregatis principibus et natu maioribus exercitus Francorum in loco qui dicitur Fridisleri[f] [58], designavit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum. Cumque ei offerretur unctio cum diademate a summo pontifice, qui eo tempore Hirigerus[g] erat[59], non sprevit, nec tamen suscepit: *Satis,* inquiens, *michi est, ut prae maioribus meis*[h] *rex dicar et designer, divina annuente gratia ac vestra pietate; penes meliores vero nobis unctio et diadema sit; tanto honore nos indignos arbitramur*[i]. Placuit itaque sermo iste coram universa multitudine, et dextris in coelum levatis, nomen novi regis cum clamore valido salutantes frequentabant. 919. 58 59

27. Eo ordine rex factus Heinricus, perrexit cum omni comitatu suo ad pugnandum contra Burghardum[k] ducem Alamanniae[l]. Hic cum esset bellator intolerabilis, sentiebat tamen, quia valde prudens erat, congressionem regis sustinere non posse, tradidit semet ipsum ei cum universis urbibus et populo suo[m]. Et rebus prospere gestis, transiit inde in Boioariam, cui praesidebat Arnulfus dux. Quo comperto in praesidio urbis quae[n] dicitur Raginesburg[o], obsedit eum. Videns autem Arnulfus, quia resistere regi non sufficeret, apertis portis, egressus est ad regem, tradito semet ipso[p] cum omni regno suo. Qui honorifice ab eo susceptus, amicus regis appellatus est. Rex autem de die in diem[q] proficiens et crescens, robustior maiorque ac clarior pollebat. Cumque regnum sub antecessoribus suis ex omni parte confusum civilibus atque externis bellis colligeret[r] pacificaret et adunaret, signa movit contra Galliam et Lotharii regnum. 920.

28. Lotharius enim erat filius Hluthowici[s] imperatoris, a magno Karolo nati; huic erant fratres Karolus et Hluthowicus. Karolo Aequitaniae[t] et Wascanorum[u] cessere regiones, terminum habens[v] ab occidente Barcillonam[w], Hispaniae[x] urbem, ab aquilone Brittannicum mare et ad[y] meridiem iuga Alpium. ad orientem vero Masam[z] fluvium. Inter Masam[z] vero fluvium et Renum[*] Lothario regnum cessit. Hluthowico[*] autem a Reno usque ad fines Illirici[b] et Pannoniae, Adoram[60] quoque[c] fluvium et terminos[d] Danorum imperium erat. Sub his fratribus bellum famosum actum est in Phontinith[e], antequam haec divisio regni fieret. Postea vero facta inviolabiliter mansit, quousque iure hereditario haec regna omnia cederent Karolo[61], huius Lotharii[f] proavo, de quo supra[62] mentionem fecimus. 60 61 62

*) sacra lancea 2. a) et ito 1. b) militiaeque 3. c) insignis A. d) wilinaburch 2.; Quidelingaburg 3. e) euuthardus 1. *et ita saepius.* f) fridislere 2. g) hirisgerus 2. Herigerus 3. h) mei A. i) arbitramus 2. k) 2. A. *semper* burchardum; Burckhardum 3. l) alemanniae A. m) *deest* 2. n) qui 1. o) raginesburch 1. reginesburg A. 3. ragenesburg 5. p) semed ipso 1. q) die 1. r) *add.* et 3. s) luthouici 1. t) equitaneae 2. *pr. manu.* aquitaneae 2. *sec. manu,* aquitaniae A. 3. u) uuasconorum A. v) habentes 2. w) barcilonam A. Barcinonam 3. x) spanie A. y) *deest* A. z) masan 1. Mosam 3. *) A. 3. *semper* rhenum. a) ludowicus 2. b) illyrici A. 3. c) ad oram quoque 3. odoramque 2. d) terminum 3. e) Fontinith 3. f) Ludovici 3.

56) Weilburg; regem in Fuldensi monasterio sepelitum esse, Contin Reginonis (I. p. 615) dicit, ex quo Annales Metenses (5) haec recepisse videntur: *sepeliturque in monasterio Fuldensi.* 57) „*cum lacrimis et planctu plurimarum gentium* I. 41; *cum gemitu et lacrimis omnium Saxonum* II. 37; *cum fletu et planctu omnium Francorum* III. 47; *cum luctu et planctu multorum populorum* III. 57. 58) Fritzlar. 59) Archiepiscopus Moguntinus, successor Hathonis. 60) Oder. 61) Haec non de Karolo Calvo, Lotharii abavo, sed Karolo Crasso dici possunt, quem Karoli Simplicis patrem a nostro fingi, iam Bouquet annotavit. — Noster aeque ac Liudprandus Antap. I. 5. 14. Karolos duos Calvum et Crassum pro uno habuit, et pro filio eius Karolum Simplicem, Hludowici Balbi posthumum. PERTZ. 62) c. 16.

29. Hunc quidam ex orientalibus Francis adiens, nomine Oda, vir fortis et prudens, egitque[a] consilio suo, ut cum Danis bene pugnaretur, qui iam multis annis Karoli regnum[b] vexabant, unaque die ex eis ad centum milia caederentur[63]. Ex hoc ille Oda clarus et insignis habitus et a rege secundus significatus, cum ad eum venerit uno tantum servulo comite contentus[c]. Moriens autem Karolus, iussit Odonem memorem beneficii sui[d] fore, et misericordiam sibi praestitam filio, si nasceretur, non negaret. Nam filius ei tunc non erat[e], sed regina praegnans fuit[64]; ouique post mortem patris filius nasceretur, Oda eum et regno pariter et nomine paterno declaravit[f]. Sed Arnulfus imperator, qui seniorem[65] Karolum Germania expulit[g], post mortem eius[h] omne regnum ipsius[i] sibi vendicavit. Huic Oda et[k] diadema et scep-
trum et caetera regalia ornamenta obtulit[66], imperiumque domini sui gratia[l] imperatoris Arnulfi obtinuit. Unde usque hodie certamen est de regno Karolorum stirpi et posteris Odonis[m], concertatio quoque regibus Karolorum et orientalium Francorum super regno Lotharii.

30. Ob quod Heinricus rex movit castra contra Karolum, eiusque saepius fudit exercitum[67], iuvitque virum fortem fortuna. Nam Huga[n], cuius pater Rodberhtus[o], 923. filius Odonis, ab exercitu Karoli occisus est[68], misit, et dolo eum cepit[69], posuitque in custodia publica, donec vitam finiret. Heinricus autem rex audiens casum[p] Karoli, dolebat, humanaeque mutabilitatis communem[q] admiratus est fortunam, quia non minori claruit religiositate quam armorum virtute. Iudicavitque[r] abstinere quidem ab armis, verum potius arte superaturos speravit Lotharios[70], quia gens varia erat et artibus assueta, bellis prompta mobilisque ad rerum novitates. Eo tempore erat quidam de Lothariis nomine Cristianus[s], qui videns regi cuncta prospere procedere, quaesivit, quomodo maiori gratia apud regem honoraretur; et[t] simulata infirmitate, vocavit ad se Isilberhtum[u. 71], cui principatus regionis paterna successione cessit[72], cepitque eum arte, et sub custodia regi Heinrico transmisit. Erat autem Isilberhtus nobili genere ac familia antiqua natus. Quem rex satis laetus suscepit, quia per ipsum solum totum Lotharii regnum se habiturum arbitratus est. Deinde videns adolescentem valde industrium, genere ac potestate, divitiis quoque clarum, liberaliter eum coepit habere, ac[v] postremo desponsata sibi filia, nomine Gerberga[73], affinitate[w] pariter cum amicitia iunxit eum[x] sibi, sublegato[y] omni ei Lotharii regno.

31. Genuit quoque ei et alios filios clara et nobilissima ac singularis prudentiae regina, nomine Mahthilda[z], primogenitum mundi amorem[*], nomine Oddonem, secundum patris nomine insignitum, virum fortem et industrium Heinricum, tertium quoque nomine Brunonem, quem pontificis summi ac ducis magni vidimus officium gerentem[74]. Ac ne quis eum culpabilem super hoc dixerit, cum Samuhelem[a] sanctum[b] et alios plures sacerdotes pariter legamus et iudices. Aliam quoque genuit[c. 75] filiam, quae

a) egit 2. b) regnum karoli 2. c) contentus comite 2. d) benef. sui mem. 2. e) fuit 2. f) depravit 2. g) expulsit 1. h) p. m. eius *desunt* 1. i) eius 2. k) *deest* 3. l) inperioque d. s. gratiam 2. m) odoni 1. A., *sed paulo post* odonis. n hugo A. o) robberhtus 1. rodbertus 2. 3. robertus A. p) casu 2. q) communemque A. r) iudicabitque 1. s) christianus A. 3. t) *deest* A. u) 2. A. *semper* isilbertum; isberhtum *vel* hisberhtum 1.; 3 *plerumque* Giselbertum; isliberhtum *β*. v) et 3. w) afinitate 1. x) *deest* 3. y) legato 1. z) mahtilda A. mathilda 1. *) amatorem 2. a) samuelem A. 2. 3. b) *deest* 2. c) filiam genuit A. 2. 3.

63) De urbis Parisiacae adversus Nordmannorum impetum defensione noster fortasse cogitavit, ceterum quae de Odone et Karolo Simplice tradit omnino falsa sunt; ille filius fuit comitis Rotberti, post Karoli Crassi depositionem a Francis occidentalibus rex constitutus, quam dignitatem Karolus Simplex Ludowici Balbi filius ei eripere conatus est. Similes errores etiam Richerus commisit, ita ut Ekkehardus utrumque secutus verum invenire non potuerit. 64) Ludowici Balbi uxor Adelheidis marito mortuo demum filium Karolum peperit, ideo Karolus Crassus regnum sibi vendicavit. 65) i. e. Karolum Crassum; sed de eodem Widukindus iam antea dixit. 66) cf. Ann. Vedastini a. 888. 67) Wid. has res nimis breviter perstringit ideoque quin errores commiserit fieri non potuit. 68) in pugna Suessionica; Rotbertus vero frater neque filius Odonis fuit. 69) Non Hugonem sed Heribertus Karolum captum tenuisse, constat. 70) Eodem fere modo c. 39. legitur: *ut etiam ludenti non crederent se dissolvendum.* 71) Saxones hoc nomen sine G aut K scripsisse, codices Widukindi omnes et Annales Corbeienses supra editi ostendunt. 72) Gisilbertus patre Reginario mortuo Lotharionum princeps fuit et dux; quo anno vero hanc dignitatem acceperit, non constat. cf. infra Richerus. Hanc eius captivitatem solus Wid. tradit. 73) Gisilbertus Gerbergam non ante a. 928 duxisse videtur. 74) v. supra p. 411. 75) Glaber Rodulfus hist. l. I. c. 4. Hadviden vocat. MEIB.

nupserat Hugoni duci. Erat namque ipsa domina[a] regina[b] filia Thiadrici[c], cuius fratres erant Widukind, Immed et Reginbern. Reginbern[d] autem ipse erat, qui pugnavit contra Danos, multo tempore Saxoniam vastantes, vicitque eos, liberans patriam ab illorum incursionibus usque in hodiernum[e] diem[f]; et hi erant stirpis magni ducis Widukindi, qui bellum potens[g] gessit contra magnum Karolum per triginta ferme annos.

32. Cumque iam civilia bella cessarent, iterum Ungarii totam Saxoniam percur- 924.
rentes, urbes et oppida incendio tradiderunt, et tantam caedem ubique egerunt[h], ut ultimam depopulationem comminarent[i]. Rex autem erat in praesidio urbis quae dicitur Werlaon[76]. Nam rudi adhuc militi et bello publico insueto contra tam saevam 76
gentem non credebat. Quantam autem stragem fecerint[k] illis diebus, aut quanta monasteria succenderint, melius iudicavimus[l] silere, quam calamitates nostras[m] verbis quoque iterare. Contigit autem, quendam ex principibus Ungariorum capi vinctumque ad regem duci. Ungarii vero ipsum in tantum dilexerunt[n], ut pro redemptione illius[o] innumera auri et argenti pondera offerrent. Rex autem spernens aurum, expostulat pacem, tandemque obtinuit, ut reddito captivo cum aliis muneribus, ad novem annos pax firmaretur[p].

33. Quando[q] vero rex Renum transierat ad dilatandum super Lotharios imperium suum, occurrit ei legatus Karoli, et salutato eo[r] verbis humillimis: *Dominus meus*, inquit, *Karolus, regia quondam potestate praeditus, modo privatus, misit me ad te demandans, quia nichil ei ab inimicis circumvento iocundius, nichil dulcius esse possit, quam de tui magnifici profectus gloria aliquid audire, fama virtutum tuarum consolari. Et hoc tibi signum fidei et veritatis transmisit;* protulitque de sinu manum pretiosi martiris Dyonisii[s], auro gemmisque inclusam. *Hoc*, inquit, *habeto pignus foederis perpetui et amoris vicarii. Hanc partem unici solatii Francorum Galliam inhabitantium, postquam nos deseruit insignis martir Vitus ad nostram perniciem, vestramque perpetuam pacem Saxoniam visitavit, communicare tecum maluit. Neque enim postquam translatum est corpus eius[t] a nobis, civilia vel externa cessavere bella; eodem quippe anno Dani et Northmanni[u] regionem nostram invaserunt*[77]. Rex autem mu- 77
nus divinum cum omni gratiarum actione suscipiens, prosternitur reliquiis sanctis, et deosculans eas, summa veneratione veneratus est.

34. Inclitus vero martir, de quo legatus Karoli disseruit, erat in Licia[v] provincia nobili natus familia, sed pagana. Quem pater praesidi provinciae Valeriano praesentavit, eumque ipse[w] praeses ad immolandum simulacris coegit; sed[x] interea manum perdidit, et oratione ipsius iterum sanam recepit. Brachia tortoribus aruerunt, sed meritis martiris restituta[y] sunt eis. Videns autem pater, quia tormenta irrisit, domum reduxit, cubiculo omnibus deliciis affluenti reclusit. Ibi cum archana quaedam Hylas[z] — sic enim vocabatur pater eius — conspiceret, caecus efficitur. Et coactus idolis abrenunciavit, Christum confessus est. Illuminatus autem per merita filii sui Viti, Christum negavit, et filium interficere quaesivit. Monitu angelico atque ductu Modestus, iam gravior paedagogus, puerum sumit, mare navigat[*], ad Siler fluvium pervenit. Ibi sub arbore quadam requiescentes, vacant orationibus, aquilis victum cotidianum[a] ministrantibus[b]. Populis eum[c] visitantibus puer praedicat Christum, plures convertit, plures baptismum suscipere fecit. Post haec a Diocletiano caesare vocatus Romam proficiscitur, et filio imperatoris per orationem[d] Viti a daemonio purgato, thura[e] diis offerre

a) domna *β*. b) *deest* 1. c) thiaderici 1. d) uuidukin. inmed et raeginberth (*corr.* raeinbern). raeinbern autem 1. uuidikint i. et reinbern r. autem 2. widikind i. et reinbern. Reimbern autem A. Widekind Immet Reginbern. Reginbern autem 3. W. Immed et Rainbern ex Reginbern. Rainbern autem *β*. (ex *pro* et *in coll. cod. Dr. apud Leibnitium falso legitur*). e) odiernum 1. f) *deest* 3. g) *deest* 2. h) egere 3. i) comminarentur 3. k) fecerint stragem A. l) iudicabimus 1. m) nostras calamitates 2. n) dilexere 3. o) *deest* 2. p) confirmaretur 3. q) quoniam A. r) *deest* 1. s) dionisii *alibi* dyonisii 1. diony ii A. 3. t) *deest* 3. u) nortmanni A. Normandi 3. v) litia 2. lycia A. 3. w) praeses ipse 3. x) set 1. y) restituti 1. z) ylas 1. Hilas 3. *) navigavit 1. a) cottidianum 2. b) administrantibus 2. c) enim 1. d) *add.* beati 1. *sec. manu.* e) tura 1.

76) palatium regale prope Goslariam cf. Grupen Obss. I. p. 1. *sqq.* — hodie Burgdorf prope Goslariam. *P.* 77) Translatio S. Viti a. 836 facta est; et inde ab annis 834 et 836 Nordmannorum incursiones revera increbuerunt. 78) Hanc sancti vitam Wid. ex passione ipsius sec. VI. aut VII. scripta hausit, quam vide in Actis SS. Boll. Iuni Vol. II. (die 15) p. 1021, *sqq.*

cogitur. Illi[a] vero durius[b] imperatori respondente, bestiis proicitur, nec laeditur. Deinde in medium clibani ardentis iactatur, et[c] angelo flammas sedante, illaesus egreditur. Vinculorum ingenti ferro oneratus carceri traditur, sed ibi a Domino et multitudine angelorum visitatur. Postremo tormento quod catasta dicitur cum Modesto et quadam nobili femina Crescentia figitur, et fractis omnibus membrorum motibus, a Christo consolatur. Nam fulmine coeli tortores tacti et tonitru[d] ingenti perterriti, ab eo fugantur; subitoque repertus est[e] in loco[f], ubi prius orationi vacabat, angelo Domini ibi eum restituente, et ultima oratione celebrata, animas coelo tradiderunt. Corpora vero Florentia, quaedam illustris femina, terrae tradidit in eodem loco, qui dicitur Marianus. Eius ultimam orationem tuae gloriae significare curavi, ut inde sumas[g], quo eius amore ardeas, et ardore ipsius amoris perpetuum eius patrocinium merearis. *Domine*, inquit, *Iesu Christe*[h], *fili Dei vivi, perfice desiderium cordis eorum*[i], *et libera eos ad omnibus inpedimentis huius saeculi, et perduc eos ad gloriam tuam, qui pro me glorificant te, et volunt gloriari de mei martirii passione*[k]. Hanc vocem subsecuta est sponsio divinae promissionis[l], rata et firma esse omnia quae rogasset. Post multa
79 vero[79] tempora Romam veniens quidam, Fulradus[m] nomine, et ibi gesta legens pretiosi martiris, notavit locum sepulcri; veniensque levavit reliquias sacras, et collocavit[n] eas in pago Parisiaco. Inde regnante Hluthowico imperatore, translatae sunt in Saxoniam, et ut legatus Karoli confessus est, ex hoc res Francorum coeperunt minui, Saxonum vero crescere, donec[o] dilatatae ipsa sua iam[p] magnitudine laborant, ut videmus in amore mundi et totius orbis capite, patre tuo, cuius potentiae maiestatem non solum Germania Italia atque Gallia, sed tota fere Europa non sustinet. Colito itaque tantum[q] patro um, quo adveniente, Saxonia ex serva facta est libera et ex tributaria multarum gentium domina. Neque enim talis ac tantus summi Dei[r] amicus tui gratia indiget, nos vero famuli ipsius indigemus. Unde ut eum possis habere intercessorem apud coelestem imperatorem, habeamus[s] te advocatum[t] apud terrenum regem, tuum scilicet patrem atque fratrem.

35. Igitur Heinricus rex accepta pace ab Ungariis ad novem annos, quanta prudentia vigilaverit in munienda patria et in expugnando barbaras nationes, supra nostram est virtutem edicere, licet[u] omnimodis non oporteat taceri. Et primum quidem ex agrariis militibus nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit[v], ut caeteris confamiliaribus suis octo habitacula extrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet servaretque; caeteri vero octo seminarent et meterent frugesque colligerent nono, et suis eas locis reconderent. Concilia et omnes conventus atque convivia in urbibus voluit celebrari; in quibus extruendis die noctuque operam dabant, quatinus in pace discerent, quid contra hostes in necessitate facere debuissent[w]. Vilia aut nulla[x] extra urbes fuere moenia. Tali lege ac disciplina cum cives assuefaceret, repente irruit super Sla-
80 vos qui dicuntur Heveldi[y·80], et multis eos proeliis fatigans[z], demum hieme asperrima castris super glaciem positis, cepit urbem quae[*] dicitur Brennaburg[a], fame, ferro, frigore. Cumque illa urbe potitus omnem regionem[b], signa vertit contra Dalamantiam, ad-
81 versus quam iam olim reliquit ei pater militiam; et obsidens urbem quae dicitur Gana[c·81], vicesima tandem die cepit eam. Praeda urbis militibus tradita, puberes omnes[d] interfecti, pueri ac puellae captivitati servatae[e]. Post haec Pragam adiit[f] cum omni exercitu, Boemiorum[g] urbem, regemque eius in deditionem accepit; de quo quaedam
82 mirabilia praedicantur, quae quia non probamus, silentio tegi iudicamus[82]. Frater tamen

a) illo 3. b) diutius 2. c) *deest* 2. d) tonitruo 2. e) *deest* 2. f) in loco *desunt* 1. g) ut inde sumas *desunt* 4. h) Iesu Christe, inquit 3. i) *add.* qui in tuo nomine volunt gloriari de mei martyrii passione 2. k) et volunt — passione *desunt* 2. l) div. sp. prom. 2. m) folradus A. n) collocavitque 3. o) *deest* 2. p) ipsa iam sua A. q) *deest* A. r) dei summi 2. s) habeat 1. *aliis erasis.* t) advocatum 3. 1? u) liceat 1. v) fecit habitare 2. w) deberent 2. x) *Reineccius nescio unde recepit* autem; *Leibnitz in cod.* Dr. (A) olà *legi annotavit, quod falsum esse Ebert diserte monet. Locus vexatissimus igitur sanus et integer.* y) havelli 2. 3. A. z) fatigare 2. *) qui 1. a) berneburch 2. brinnaborg 5. b) et omni regione 3. c) Grona 3. Grana 6. 7. kietni A. d) *deest* 2. e) reservatae 1. sunt servati 2. f) adito 3. g) 3 *semper* Bohemorum.

79) cf. Translatio S. Viti Mon. II. p. 576 *sqq.* 80) Heveldi Slavi sedes habuerunt ad Havelam *MEIB.* urbs eorum Brandenburg. 81) Iahna inter Meissen et Lommatsch esse videtur. Grona aut Kietni contra optimorum codicum consensum legere, iam minime licet. 82) Sanctum Wenceslaum satis aperte Wid. indicat; nomen regis vero eum fugisse videtur.

erat Bolizlavi[a]; qui[83] quamdiu vixit, imperatori fidelis et utilis mansit. Igitur rex 83
Boemias tributarias[b] faciens, reversus est in Saxoniam.

36. Cumque vicinae gentes a rege Heinrico factae essent tributariae, Apodriti[c], 929.
Wilti[d], Hevelli[e], Dalamanci[f], Boemi, Redarii[84], et pax esset, Redarii defecerunt a fide, 31
et congregata multitudine, inpetum fecerunt in urbem quae dicitur Wallislevu[g-85], cepe- 35
runtque eam, captis et interfectis omnibus habitatoribus eius, innumerabili videlicet multitudine. Quo facto omnes barbarae nationes erectae, iterum rebellare ausae sunt. Ad quarum ferocitatem reprimendam traditur exercitus cum praesidio militari Bernhardo, cui ipsa Redariorum provincia erat sublegata[h], additurque legato collega[i] Thiatmarus, et iubentur urbem obsidere quae dicitur Lunkini[k-86]. Quinto obsidionis die 86
venere custodes, exercitum barbarorum[l] non longe esse adnuntiantes[m], et quia nocte contigua inpetum in castra facere decrevissent. Cumque plures eadem confirmarent, populus fidem paribus dabat dictis; et cum conventus[n] esset populi[o] circa tentoria legati[p], eadem hora, collega dictante, praecepit, ut per totam noctem parati essent, ne qua forte irruptio[q] barbarorum in castra fieret. Cum autem dimissa esset multitudo, in castris variavere moestitia pariter[r] atque laetitia, aliis bellum formidantibus, aliis autem desiderantibus; et pro qualitate morum inter spem metumque versabantur bellatores[s]. Interea dies transit, et nox solito tenebrosior cum ingenti pluvia adest nutu divino, quatinus consilium pessimum inpediretur[t] barbarorum. Ut ergo iussum est, tota nocte illa armati erant Saxones, et primo diluculo dato signo[u], sacramentoque accepto[v], primum ducibus, deinde unusquisque alteri operam suam sub iuramento promittebat ad praesens bellum[87]. Orto autem sole, — nam post pluviam clara redit[w] serenitas — 87
erectis signis procedebant castris[x]; in prima quidem fronte legatus in barbaros inpetum faciens. Sed cum pauci non praevalerent adversus innumerabiles, reversus est ad exercitum, referens, quia barbari non plures haberent equites[y], peditum vero innumerabilem multitudinem, et nocturna pluvia in tantum inpeditam, ut vix[z] ab equitibus coacti ad pugnam procederent. Igitur sole cadente in humida vestimenta barbarorum, fumum ascendere fecit usque in coelum, spem fiduciamque praestans Dei populo[a], cuius faciei claritas atque serenitas circumfulsit illos. Igitur dato signo, et exhortante legione legato, cum clamore valido irruunt in hostes. Cumque nimia densitate iter pertranseundi hostes non pateret, dextra laevaque ferro erumpentes, quoscumque a sociis secernebant[b], neci dabant. Cumque[c] iam bellum gravaretur[d], et multi hinc atque inde caderent, et adhuc barbari ordines tenerent, legatus collegam, ut legionibus auxilio esset, expostulat. Ille vero praefectum cum quinquaginta armatis lateri[e] hostili inmisit, et ordines conturbavit; ex hoc caedi[f] fugaeque tota die hostes patebant. Cum ergo per omnes agros caederentur, ad urbem vicinam fugere temptabant. Collega autem hoc eis praecavente, proximum mare[88] ingressi sunt, et ita factum est, ut omnis illa nimia multi- 88
tudo aut gladio consumeretur aut in mari mergeretur. Nec peditum ullus superfuit, equitum rarissimus, deponiturque bellum cum casu omnium adversariorum. Ingens interea oritur laetitia ex recenti[g] victoria, dum omnes laudant duces, unusquisque vero militum praedicat alium[h], ignavum quoque, ut in tali fortuna solet fieri. Postera[i] autem luce movent signa urbi praefatae, urbani vero arma deponunt, salutem tantummodo deposcunt ac merentur. Inermes igitur urbe egredi[k] iussi; servilis autem conditio et omnis pecunia cum uxoribus et filiis et omni suppellectili barbarorum regis[l] captivita-

a) boritlavi 1. borizlavi 2. bolizlai A. Bolizlavi 3. bolizlawi 6. b) boemos tributarios 2. boemios tributarios A. 7. c) Abotriti 3. d) *deest* 1. uiulti 2. Vulzi 3. 7. e) hevelle 2. f) dalmaci 2 dalmatae 3. g) uuallislevi 2. 3. wallisleu A. wallisleheim 5. h) subiugata 5. 7. i) legato *corr.* collega 1. k) lunkani 2. l) barbarum A. m) dicentes vel annuntiantes 2. n) ventus 1. o) *deest* 2. p) tentoris, legatus 3. q) yrruptio 1. r) pariter mestitia 2. s) versabant.... *corr.* versantibus 1. t) impeditur 1. u) *deest* 1. v) *Hucusque* 5. w) rediit 3. 7. x) *deest* 3. y) equitates 1. z) *deest* 3. a) populo dei 2. b) cum 2. c) dextra laevaque — gravaretur *desunt* 1? d) laeturi 2. e) caede A. f) crescenti 1. g) *add.* evangelium 3. h) postea 1. i) degredi 1. k) *post* regis 1. *et* A. *punctum collocant.*

83) *i. e.* Wenceslaus. 84) Redariorum in terra Strelitziensi sedes nuperrime V. Cl. Lisch in Annalibus Societatis historicae Megalopolitanae T. III. 1. *sqq.* accuratissime investigavit. 85) Wahleben prope Albiam, inter Werben et Arneburg. 86) Chron. Quedlenburgense hanc urbem collocat ad Albim; erit igitur Leontium, Lentzen *MEIB.* 87) Idem in proelio adversus Ungarios a. 955 commisso factum esse, noster tradit III. 44. 88) Prope Lenzen duo quamvis minores lacus sunt.

tem subibant. Ceciderunt etiam ex nostris in illo proelio duo[a] Liutharii[b.89] et alii nobiles viri nonnulli. Igitur legatus cum collega et aliis principibus Saxoniam victores reversi, honorifice a rege sunt suscepti satisque laudati, qui parvis copiis, divina favente clementia, magnificam perpetraverint victoriam. Nam fuere qui dicerent, barbarorum ducenta milia caesa. Captivi[c] omnes postera die[d], ut promissum habebant, obtruncati.

37. Itaque recentis victoriae laetitiam augebant nuptiae regales, quae eo tempore magnifica largitate celebrabantur[e]. Nam rex dedit filio suo Oddoni coniugem filiam Ethmundi[90] regis Anglorum, sororem Adalstani, quae genuit ei filium nomine Liudulfum, virum magnum, meritoque omnibus populis carum, filiam quoque nomine Liudgardam[f], quae nupserat Conrado Francorum duci.

38. Rex autem cum iam militem haberet equestri proelio probatum, contra anti- 932. c. quos hostes, videlicet Ungarios, praesumpsit inire certamen. Et convocato[g] omni populo, tali oratione[h] eos est[i] affatus: *Olim ex omni parte confusum a quantis periculis imperium[k] vestrum modo sit liberum, vos ipsi melius nostis, qui civilibus discordiis et externis bellis totiens attriti laborabatis. At nunc, propitia nobis summa divinitate[l], nostro labore, vestra[m] virtute, pacatum collectumque cernitis, barbaros superatos et servituti subiectos. Quod superest, necesse habemus, ut contra communes hostes Avares pariter[n] consurgamus. Vos hucusque, filios filiasque vestras expoliavi, et aerarium eorum replevi; nunc templa templorumque ministros ut expoliem cogor, absque nudis corporibus nulla nobis alia remanente pecunia. Consulite igitur vobis ipsis, et quid super hac re nobis sit faciendum, eligite. Thesaurum divinis officiis sanctificatum tollamne[o], et dabo pro nostra redemptione Dei inimicis? an certe addam cultui divino pecuniae[p] honorem, ut ab[q] ipso potius redimamur, qui vere noster extat creator pariter et[r] redemptor?* Ad haec populus levavit voces in coelum, inquiens, se a Deo vivo et vero redimi omnimodis desiderare, quia fidelis et iustus sit in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis. Operam suam deinde promittens regi[s] contra gentem acerrimam[t], dextris in coelum elevatis, pactum firmavit. Tali itaque pacto cum populo peracto, dimisit rex multitudinem. Post haec legati Ungariorum adierunt regem pro solitis muneribus; sed ab eo spreti, in terram suam vacui sunt[u] reversi. Haec audientes[v] Avares, nichil morati[w] cum gravi hostilique manu festinant intrare Saxoniam. Et iter agentes per[x] Dalamantiam, ab antiquis opem petunt amicis. Illi vero scientes, eos festinare ad Saxoniam, Saxonesque[y] ad pugnandum cum eis[z] paratos, pinguissimum pro munere eis[a] proiciunt canem. Et cum non esset iniuriam vindicandi locus ad aliam pugnam festinantibus, cum ridiculosa satis vociferatione longius prosecuntur amicos. Igitur quam potuerunt 933. repentino inpetu intrant fines Thuringorum, illam totam terram hostiliter pervagantes[b] Ibique divisis sociis, alii ad occidentem pergebant, ab occidente et meridie Saxoniam quaerentes intrare. Sed[b] Saxones pariter cum Thuringis congregati, inito cum eis certamine, caesis ducibus, caeteros illius exercitus occidentalis[c] per totam illam regionem errare fecerunt. Quorum alii fame consumpti, alii[d] frigore dissoluti, alii autem caesi vel capti, ut digni erant, miserabiliter perierunt. Qui autem in oriente remansit exercitus, audivit de sorore regis quae nupserat Widoni[91] Thuringo[e] — erat namque illa[f] ex concubina nata —, quia vicinam urbem[g] inhabitaret[h], et multa pecunia ei esset auri et argenti. Unde tanta vi urbem obpugnare[i] coeperunt, ut nisi nox visum pugnantibus impediret urbem caperent. Ea vero nocte audientes de casu sociorum regisque super eos adventu cum valido exercitu — nam castra metatus est rex iuxta locum qui dicitur Riade[k.92] —, timore perculsi[l], relictis castris, more suo igne fumoque ingenti agmina dif-

a) *deest* 1. b) luitharii 2. lutharii A. c) captivi *corr.* capiti 1. d) die postera 2. e) celebrantur A. 3. f) liutgardam 1. 2. g) vocato 1. h) ratione A. 2. 3. i) est eos A. k) *deest* 1. l) divina 2. m) vestraque 3. n) *add.* simul 3. o) tollam 2. p) pecuniam 1. pecunia A. 3. q) *deest* 2. r) ac 1. s) *deest* 1. t) asperrimam 2. u) reversi sunt 1. v) *deest* 2. w) *add.* sunt A. x) *deest* 2. y) saxones A. z) *add.* esse 2. *) eis pro munere A. a) totam illam terram pervagantes hostiliter 2. b) *deest* 2. c) occidentales 2. d) *deest* A. e) thuringorum 2. f) g) *deest* 1. h) inhabitarent 2. A. i) expugnare 3. k) riede A. 7. riaede 3. l) perculsae *corr.* perculsi 2.

89) de his cf. Thietmarus I. (p. 8.) 90) Edgitham filiam Ethwardi regis. 91) De Widone, eius uxore atque urbe certi nihil constat; cf. Gött. gel. Anz. 1838. Nro. 204. p. 2036. 92) De huius loci situ equidem nihil statuere audeo.

fusa collegerunt. Rex vero postera die producens exercitum, exhortatus est, ut spem suam divinae clementiae committerent, divinum sibi auxilium quemadmodum in aliis proeliis adesse non dubitarent; communes omnium hostes esse Ungarios; ad vindictam patriae parentumque solummodo cogitarent; hostes cito[a] terga vertere vidissent, si viriliter certando persisterent. His optimis verbis erecti[b] milites, imperatoremque in primis mediis et ultimis versantem videntes, coramque eo angelum — hoc enim vocabulo effigieque signum maximum erat insignitum[93] —, acceperunt fiduciam magnamque constantiam. 93
Rex vero veritus est, quemadmodum evenit, ut hostes, viso milite armato, fugae statim indulsissent; misit legionem Thuringorum cum raro milite armato, ut inermes prosequerentur, et usque ad exercitum protraherentur[d]. Actumque est ita; sed nichilominus videntes exercitum armatum, fugerunt[e], ut per octo miliaria[f] vix pauci caederentur vel[g] caperentur. Castra vero invasa, et omnis captivitas liberata est.

39. Rex vero victor reversus, modis omnibus gratiarum actiones divino honori, ut dignum erat, solvebat pro victoria de hostibus sibi divinitus concessa; tributumque[h], quod hostibus dare consuevit, divino cultui mancipavit et largitionibus pauperum deservire constituit. Deinde pater patriae, rerum dominus imperatorque ab exercitu appellatus[94], famam potentiae virtutisque cunctis gentibus et regibus[i] longe lateque diffudit. 94
Unde et aliorum regnorum proceres eum adierunt, gratiamque in conspectu eius invenire quaerentes, fidem talis ac tanti viri probatam habentes dilexerunt. Inter quos Hiriberhtus[k] gener Hugonis[95], cum ei adversaretur Rodulfus[m], contra ius fasque omne 95
rex constitutus, ut ei[n] apud dominum suum pro[o] praesidio esset, supplicavit. Ipse enim rex talis erat, qui nichil negaret amicis. Perrexit igitur[p] Galliam rex, regem alloqui- 935
tur, et perfecto negotio, reversus est in Saxoniam. Cumque esset in exaltando gentem suam, rarus fuit aut nullus nominatorum virorum in omni[q] Saxonia, quem praeclaro munere aut officio vel aliqua quaestura non promoveret. Et cum ingenti polleret prudentia sapientiaque, accessit et moles corporis, regiae dignitati omnem addens decorem. In exercitiis quoque ludi[r] tanta eminentia superabat omnes, ut terrorem caeteris ostentaret. In venatione[s] tam acerrimus[t] erat, ut una vice[u] quadraginta aut eo amplius feras caperet; et licet in conviviis satis iocundus esset, tamen nichil regalis disciplinae minuebat; tantum enim favorem[v] pariter et timorem militibus infundebat[w], ut etiam ludenti non crederent ad aliquam lasciviam se dissolvendum[x].

40. Cum autem omnes in circuitu nationes subiecisset, Danos, qui navali latrocinio 934.
Fresones incursabant, cum exercitu adiit vicitque, et tributarios faciens, regem eorum[y] nomine Chnubam[z.96] baptismum percipere fecit. Perdomitis itaque cunctis circumqua- 96
que gentibus, postremo Romam proficisci statuit, sed infirmitate correptus iter intermisit.

41. Cumque se iam gravari[*] morbo sensisset, convocato omni populo, designavit filium suum Oddonem regem, caeteris quoque filiis praedia cum thesauris distribuens; ipsum vero Oddonem, qui maximus et optimus fuit, fratribus et omni Francorum imperio praefecit. Testamento itaque legitime facto, et rebus omnibus rite compositis, 936.
defunctus est ipse rerum dominus et regum maximus Europae, omni virtute animi corporisque nulli secundus, relinquens filium[a] sibi ipsi maiorem[b], filioque magnum latumque imperium, non a[c] patribus sibi relictum, sed per semet ipsum adquisitum et a solo

a) vero A. b) certi A. d) et — protraherentur *desunt* 1? e) fugierunt 2. f) ut peracto miliario 3. g) aut 2. h) tributum A. 7. i) et regibus *desunt* 1. k) hiribertus 2. Hiriberthus 3. heribertus A. m) adverses rothulfus 1. rudolfus A. Ruodolfus 3. n) *deest* 2. o) *deest* A. 3. 6. 7. p) *add.* in 3. q) *deest* 2. r) *deest* 1. s) veneratione 1. t) acer 2. 6. u) *deest* 2. v) fervorem 3. w) tantum — infundebat *desunt* 2. x) dissolvendos 3. 6. y) *deest* 2. z) chonpám 1. *cuius lectioni Sigebertus Gembl. accedere videtur, apud quem regis nomen* Chuipia *aut* Chinpa *scribitur*; cnubam 2. Nubam 3. 7. Chnutam β. *) gravi 1. morbo gravari 2. a) *deest* 3. b) maiori 3. c) non a *in* A. *erasa sunt.*

93) cf. III. 44. 94) Idem de Ottone dicitur l. l. 95) Hugo filius erat Beatricis filiae Heriberti I., patris huius Heriberti, ac proinde sororis Heriberti. Hinc per generum hic intelligitur avunculus. BOUQUET. Fortasse vero Heribertus sororem Hugonis matrimonio sibi iunxit; nam filius eius postea (III. c. 3.) nepos Hugonis vocatur. 96) De Cnutone (ita Thietmarus I. p. 12.) regis Gormi filio, in australi parte Daniae regnante, Wid. cogitasse videtur; nomen tamen procul dubio cum b aut p scripsit. Kunt pro Knut etiam codex Viennensis Adami Bremensis exhibet. Illum vero baptismum accepisse, nostri error esse videtur.

936. Deo concessum. Erant autem dies quibus regnavit 16 anni[97], vitae autem fere 60. Translatum est autem[a] corpus eius a filiis suis in civitatem quae[b] dicitur Quidilingeburg[c], et sepultum in basilica sancti Petri ante altare cum planctu et lacrimis plurimarum gentium.

EXPLICIT[d] LIBER PRIMUS.

INCIPIT SECUNDUS GESTARUM RERUM SAXONICARUM.

AD DOMINAM MAHTHILDAM IMPERATORIS FILIAM

LIBRI SECUNDI INCIPIT PRAEPHATIO.[e]

Ingens opus coepturus, vel certe itenaturus — nam magna ex[f] parte peractum est — tua gratia fulciatur, quae domina esse dinosceris[g] iure totius Europae; quamquam in Africam[h] Asiamque patris tui iam[i] potestas protendatur. Spero enim, quicquid in eo invenitur minus idoneum, gloriosa tuae clementiae lenitate sublevetur, permaneatque ea devotione dedicatum, qua est conscriptum[k].

EXPLICIT PRAEPHATIO[l].

INCIPIUNT CAPITULA.

1. De conventu populi ad Aquasgrani palatii et electione novi regis eiusque victoria[m].
2. De ministerio regali et de principibus eius.
3. De bello contra Bolizlavum facto.
4. De expeditione regis in barbaras nationes.
5. De Ungariis.
6. De intestinis bellis.
7. De reliquiis Innocentii martyris.
8. De Arnulfo Boioariorum duce.
9. De Sifrido et Thancmaro regis filio.
10. De dissensione et legum varietate.
11. De Thancmaro et Evurhardo[n] et Heinrico, et bellis civilibus[o].
12. De Heinrico fratre regis.
13. De Evurhardo[o], qualiter veniam promeretur.
14. Item de Ungariis, qualiter non sine suo gravi vulnere recedunt.
15. Qualiter Heinricus ardet cupiditate regnandi.
16. De Hisbertho[p] Lothariorum duce.
17. De bello Biertanico.
18. Qualiter Dadi milites Heinrici callide ad regem convertit[q].
19. Heinricus revertitur in Saxoniam et victus a rege discedit.
20. Qualiter barbari Geronem interficere querunt, et multis diebus bellum protraxerunt.
21. De Slavo qui a rege Heinrico relictus erat.
22. Qualiter exercitus regis contra Heinricum ducitur.
23. De Immone et Hisbertho.
24. De Evurhardo[n] et Hisbertho.
25. De pontificibus Frithurico et Rothardo.
26. De nece ducum Evurhardi[n] et Hisberthi.
27. Item de Immone.
28. De nepotibus Isberthi et Ansfrido et Arnaldo.

a) *deest* A. b) qui 1. c) quidelingeburg A. 3. d) *ita* 2; Explicit liber primus A. e) *ita* 1; Prologus in librum secundum A. Praefatio ad Reginam 3. f) ex magna 2. g) dinoscetur 2. h) affricam 2. Aphricam 3. i) *deest* A. potestas iam 2. k) inceptum A. 2. 3. l) *ita solus* 1. Explicit prologus. incipit liber secundus. A. m) victorię *cod.* n) evuthardo *cod.* o) cibilibus *cod.* p) *ita* 1. pro Isilberhto. q) convertunt *c.*

97) Heinricum inde a mense Aprili anni 919 usque 936 diem 2. mensis Iulii septemdecim annos et tres fere menses regnum tenuisse, facile apparet.

29. Qualiter Heinricus veniam promeretur.
30. De Gerone praeside.
31. Item de Heinrico[a], qualiter multi cum eo adversus regem coniurabant.
32. De portentis.
33. De Oddone Lothariorum praeside[a*]
34. De Berhtaldo Arnulfi fratre.
35. Qualiter Hugonem armis alterum edomuit.
36. De concordia fratrum, et moribus eorum et habitu.
37. De persecutione monachorum.
38. De Hathumaro[b] abbate.
39. De Luthuwico rege et filiis eius.
40. De obsidibus[c] Bolizlavi.
41. De obitu Edidis reginae.

EXPLICIUNT[c*] CAPITULA.

INCIPIT LIBER SECUNDUS[d].

1. Defuncto itaque patre patriae et regum maximo optimo[e] Heinrico, omnis popu- 936.
lus Francorum atque Saxonum iam olim designatum regem a patre, filium eius Oddonem, elegit sibi in principem; universalisque electionis notantes locum iusserunt esse[f] ad Aquasgrani palatii[g]. Est autem locus ille proximus Iulo[1], a conditore Iulio Caesare 1
cognominato. Cumque illo ventum esset, duces ac praefectorum[h] principes cum caetera principum[i] militum[k] manu congregati in sixto[l·2], basilicae magni Karoli cohaerenti, 2
collocarunt novum ducem in solio ibidem constructo, manus ei[m] dantes, ac fidem pollicentes, operamque suam contra[n] omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum regem. Dum ea geruntur a ducibus ac caetero magistratu, pontifex maximus cum universo sacerdotali ordine et omni plebe infra in basilica[o] praestolabatur processionem novi regis. Quo procedente, pontifex obvius laeva sua dextram tangit regis, suaque dextra[p] lituum gestans, linea indutus, stola planetaque[q] infulatus, progressusque in medium usque fani subsistit[r]; et reversus ad populum, qui circumstabat[s] — nam[t] erant deambulatoria infra supraque in illa basilica in rotundum facta[3] — quo ab omni populo 3
cerni posset[u]: *En*, inquit, *adduco vobis a Deo electum, et a domino rerum Heinrico olim designatum, nunc vero a cunctis principibus regem factum Oddonem; si vobis ista electio placeat, dextris in coelum levatis significate.* Ad haec omnis populus dextras in excelsum[v] levans, cum clamore valido inprecati sunt prospera novo[w] duci. Proinde processit[x] pontifex cum rege, tunica stricta more Francorum induto[y], pone[z] altare, super quod insignia regalia posita erant, gladius cum balteo, clamis cum armillis, baculus cum sceptro ac diadema[a]. Eo quippe tempore erat summus pontifex nomine Hildiberhtus[a], Franco genere, monachus professione, nutritus vel doctus in Vuldo monasterio, et ad id honoris merito progrediens, ut pater eiusdem loci constitueretur, deinde summi pontificatus Mogontiacae[b] sedis fastigium promeruisset. Hic erat vir mirae sanctitatis, et praeter naturalem animi sapientiam, litterarum[c] studiis satis clarus. Qui inter caetera gratiarum dona spiritum prophetiae accepisse praedicatur. Et cum quaestio esset pontificum in consecrando rege, Treverensis[4] videlicet et Coloniae Agrip- 4

a) hinrico *cod.* a*) presidę c. b) authumaro *cod.* c) opsidionibus *cod.* c*) explicit c. d) *Haec unus* 1. e) optimo maximo 3. f) *deest* 3. locum duxerunt etiam 2. g) palatium 2. h) et torum 1. *scribendi errore.* i) *deest* 2. k) militumque A. ac militum 7. l) sexto 2. sistorio 3. m) et 1. n) *deest* 1. o) infra basilicam 2. 7. p) *deest* 2. q) plantaque 3. *Ex codd. hanc verborum distinctionem recepi.* r) substitit A. s) circumstabant 1. t) *deest* 1. u) possit 1. v) in coelum A. 7. w) novoque 1. x) procedit A. 2. 3. y) induta 2. z) penes 1. *) diademate 3. a) hilberhtus 1. hildeberht A. hildibertus 2. 3. *et ita infra.* b) mogantiacae 1. moguntiacae 2. magunciacae A. Mogonciacae 3. c) *deest* 2.

1) Iülich; vulgo creditur a Iulio Caesare conditum et appellatum. MEIB. 2) Ita Widukindum scripsisse, xystum vero, i. e. porticum, intellexisse, putarim; de basilica a Karolo Magno aedificata cf. Einhardi vita c. 26. 3) adsunt adhuc, basilica in eadem forma servata. *P.* 4) Rotbertus. — Eucharium a S. Petro missum cum sociis Treverim venisse ibique fidem christianam docuisse, vulgo credebatur cf. Gesta Trev. c. 21 *sqq.*

936 pinae — illius, quia antiquior sedes esset, et tamquam a beato Petro apostolo[a] fundata; istius vero, quia ad[b] eius diocesim pertineret locus; et ob id sibi convenire arbitrati sunt huius consecrationis honorem — cessit tamen uterque eorum Hildiberhti cunctis notae almitati. Ipse autem accedens ad altare, et sumpto inde gladio cum balteo, conversus ad regem ait: *Accipe,* inquit, *hunc*[c] *gladium, quo eicias omnes Christi adversarios, barbaros et malos christianos, auctoritate divina tibi tradita, omni potestate totius imperii Francorum, ad firmissimam pacem omnium christianorum.* Deinde sumptis[d] armillis ac clamide, induit eum: *His cornibus,* inquit, *humitenus*[e] *demissis*[f] *monearis, quo zelo fidei ferveas, et in pace tuenda perdurare*[g] *usque in finem debere.* Exinde sumpto sceptro baculoque: *His signis,* inquit, *monitus, paterna castigatione subiectos corripias, primumque Dei ministris, viduis ac pupillis manum misericordiae porrigas; numquamque de capite tuo oleum miserationis deficiat, ut in praesenti et in futuro sempiterno praemio coroneris.* Perfususque ilico[h] oleo sancto et coronatus diademate aureo ab ipsis pontificibus Hildiberhto et Wicfrido[i.5], ac omni legitima consecratione completa, ab eisdem pontificibus ducitur ad solium, ad quod per cocleas ascendebatur, et erat inter duas marmoreas mirae pulchritudinis columpnas constructum, unde ipse omnes videre et ab omnibus ipse videri posset.

2. Divina deinde laude dicta, sacrificioque sollempniter celebrato, descendebat rex ad palatium, et accedens ad mensam marmoream regio apparatu ornatam, resedit cum pontificibus et omni populo; duces vero ministrabant. Lothariorum dux Isilberhtus, ad cuius potestatem locus ille pertinebat, omnia procurabat, Evurhardus mensae praeerat, Herimannus[k] Franco pincernis[l], Arnulfus equestri ordini et eligendis locandisque castris praeerat. Sigifridus[m] vero, Saxonum optimus et a rege secundus, gener quondam regis, 7 tunc vero affinitate[n] coniunctus[6], eo tempore procurabat Saxoniam[7], ne qua hostium interim irruptio accidisset, nutriensque iuniorem Heinricum secum tenuit. Rex autem post haec unumquemque principum iuxta munificentiam regalem congruenti sibi munere honorans, cum omni hilaritate dimisit multitudinem.

8 3. Interea barbari[8] ad novas res moliendas desaeviunt, percussitque Bolizlav[o] fra- 9 trem suum[9], virum christianum et, ut ferunt, Dei cultura religiosissimum, timensque sibi vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad expostulanda sibi auxilia. Mittitur autem[p] ei Asic[q] cum legione 10 Mesaburiorum[r] et valida manu Hassiganorum[s.10], additurque ei exercitus Thuringorum. Erat namque illa legio collecta ex latronibus. Rex quippe Heinricus cum esset satis severus extraneis, in omnibus causis erat clemens civibus; unde quemcumque videbat 11 furum aut latronum[t.11] manu fortem et bellis aptum, a debita poena ei parcebat, collocans in suburbano[u] Mesaburiorum[r], datis agris atque armis, iussit civibus quidem parcere, in barbaros autem, in[v] quantum auderent, latrocinia exercerent. Huiuscemodi ergo hominum collecta multitudo plenam in expeditionem produxit legionem. Bolizlav autem audiens de exercitu Saxonico, et quia Saxones seorsum, et[w] seorsum Thuringi irent contra se, divisis et ipse sociis, sicuti erat acerrimus[x] consilio, utroque[y] exercitui[z] occurrere disposuit. At Thuringi ut hostes inprovise sibi[*] occursitare viderunt, fuga periculum devitaverunt. Asic[a] autem cum Saxonibus et caeteris auxiliariis nichil cunctatus in hostes ruit, maximamque partem ex eis armis fudit[b], caeteros fugere con-

a) apostolo petro A. b) eius ad A. 2. 3. c) hoc 1. d) desumptis (*deest* deinde) 1. e) humetenus 3. f) dimissis 3. g) perducere 3. h) perfusus itaque 3. i) wichfride 2. 3. k) A. *semper* hermannus. l) pincerna 2. m) sifridus A. 3. n) afinitate 1. o) bolizlaf 2. 3. *semper.* p) ei autem 2. q) aesic A. 3. r) Mesaburiorum 3. s) Hasiganorum 3. hassigavorum? t) furem aut latronem 3. u) suburbio 1. v) *deest* 2. w) et a 1? x) sociis sicuti erant, acerrimus 3. y) utrique 2. 3. 7. z) exercitu 1. *) *deest* 1. a) aesic A. 3. b) fudit armis A.

5) archiepiscopo Coloniensi. 6) cf. c. 9. 7) *i. e.* regis absentis loco imperium in Saxonia tenebat. De his Widukindi verbis alio loco (Jahrbücher I. 1. p. 159) accuratius dixi (cf. II. 26. 34. III. 23. urbem procurare II. 15). 8) Barbaros Slavos esse gentiles (cf. II. c. 19. 20. III. 48), neque Boemos christianos hoc nomine indicari, Köpke satis probavit (Jahrbüch. I. 2. p. 85). — Sed haud omnes Bohemi tunc christiani fuerunt. *P.* 9) Wenceslaum die 28. Sept. 936 occisum esse, plurimi sibi persuaserunt cf. Dobner ad Hagecium III. p. 652—657; rectius vero a. 935 statuendus esse videtur. 10) Incolae pagi Hasgowe, in qua et ipsa urbs Merseburg sita fuit 11) cf. Cont. Reg. a. 920: *Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrociniis insudabant.*

pulit, victorque ad castra reversus est. Et cum ignorasset de exercitu qui insecutus 936.
fuerat Thuringos, minus caute usus est victoria perpetrata. Bolizlav autem videns exercitum nostrum dispersum, et alios in extrahendis spoliis caesorum, alios in suis corporibus reficiendis, alios in paleis equorum congregandis occupatos, fugatum reversumque[a] coadunans exercitum, super inprovisos ac recenti victoria securos[b] subito irruit, et ducem[c] cum omni nostro[d] exercitu delevit. Pergensque inde ad urbem subreguli[11a], primo 11a
eam inpetu cepit, et usque in hodiernum diem solitudinem fecit. Perduravitque illud bellum usque ad quartum decimum regis imperii[e] annum[12]; ex eo regi fidelis servus et 12
utilis[f] permansit.

4. Rex autem, audito huiuscemodi nuntio, minime turbatur, sed divina virtute roboratus[g], cum omni exercitu intrat terminos barbarorum[13] ad refrenandam illorum 13
saevitiam. Datum quippe erat illis et antea a patre suo bellum, eo quod violassent legatos Thancmari filii sui, de quo in sequentibus plenius[h] dicturos arbitramur. Placuit igitur novo regi novum principem militiae constituere; elegitque ad hoc officium virum nobilem et industrium satisque prudentem, nomine Herimannum. Quo honore non solum caeterorum principum, sed et fratris sui Wichmanni[i.14] offendit invidiam. Qua- 14
propter et simulata infirmitate, amovit se ab exercitu. Erat namque Wichmannus[i] vir potens et fortis, magnanimus, belli gnarus, et tantae scientiae, ut a subiectis supra hominem plura nosse praedicaretur. Herimannus autem cum esset in prima acie, in introitu regionis in hostium pugnam incidit, eosque fortiter vicit, et ob hoc maiori invidia inimicos accendit[k], inter quos Ekkardus[l], filius Liudulfi, qui in tantum aegre passus est fortunam Herimanni, ut sese promitteret maiora facturum, aut vivere nolle. Unde collectis ex omni exercitu fortissimis viris, interdictum regis rupit, et paludem, quae erat inter urbem hostium et castra regis, cum sociis transiit, statimque hostes offendit, et ab his circumfusus, cum omnibus suis periit. Erant autem qui cum eo ceciderant[m] electorum ex omni exercitu virorum decem et octo. Rex autem caesa hostium multitudine, et caeteris tributariis factis, reversus est in Saxoniam. Acta sunt autem haec 7.[n] Kalend. Octobr.

5. Post haec antiqui hostes Ungarii venerunt[o] virtutem probare novi regis. In- 937.
trantes autem Franciam, statuerunt, si possent, ab occidentali plaga invadere Saxoniam. Rex autem audiens, nichil moratus, cum exercitu valido occurrit illis, fugavitque et a terminis suis abegit.

6. Cessantibus autem bellis externis, civilia oriri coeperunt. Nam Saxones imperio regis gloriosi[p] facti, dedignabantur aliis servire nationibus, quaesturasque quas habuerunt[q] ullius alii[r], nisi solius regis gratia, habere contempserunt. Unde iratus Evurhardus contra Bruningum[s], collecta manu, succendio[t] tradidit civitatem illius vocabulo Elmeri[u.15], interfectis omnibus eiusdem civitatis habitatoribus. Qua prae- 15
sumptione rex audita, condempnavit Evurhardum centum talentis aestimatione equorum, omnesque principes militum, qui eum ad hoc facinus adiuvabant, dedecore canum, quos portabant usque ad urbem regiam, quam vocitamus Magathaburg[v].

7. Eodem tempore transtulit rex reliquias[w] Innocentii martiris in eandem urbem[17]. Ipse autem rex, ut erat clementissimus, dum turbatores pacis merita casti- 17

a) reversusque 2. b) *deest* 1. c) *add.* eum 2. d) *deest* 1. 7. e) *deest* 1. f) fidelis etulis 2. *vocabulum* servus *in* 1. *erasum est.* g) corroboratus 3. h) *ante* plenius *in* 1. *vocabulum* nos *superscriptum est*; plenius nos 2. i) *Hoc loco omnes (A semper fere)*: wichmannus, *et ita ubique scripsi*; *plerumque* 1. uuicmannus, 2. uuigmannus. k) maiorem invidiam accendit 2. l) eckardus A. ekkehardus 2. 3. m) occiderant 3. 1? n) VIII. 2. o) venere 3. p) facti gloriosi A. 2. 3. q) habuere 3. r) alius 2. 3. s) brunignum A. t) incendio 2. u) elmeri vocabulo 2. v. Elveri 3. v. Helmeri *β* v) magathaburch 2. magedeburg A. Magadaburg. 3. w) *add.* sancti 1. *vocabulo superscripto.*

11a) De regulo eiusque urbe quid cogitarint annalistae Boemici, vide Dobnerum ad Hagecium III. p. 658. 12) cf. III. c. 8. Anno 950 bellum compositum est. 13) Non contra Boemos, quod vulgo statuitur, sed aliam Slavorum gentem Otto hanc expeditionem sumpsit; ipse vero hoc anno contra Riadros i. e. Redarios se profectum esse profitetur cf. dipl. ap. Schannat hist. Fuld. Cod. probb. p. 143. 14) cf. Wedekind Not. II. p. 63. 15) Helmershausen ad Dimelam inferiorem, ut iam Meibomius voluit, aut Elmershausen aut Helmarshausen in eadem regione esse videtur. 16) cf. Grimm. Ant. iuris. p. 715, qui antiquius huius poenae testimonium non vidit. 17) Has ipsi Rudolfus rex Burgundiae transmisit cf. Ottonis diplomata ecclesiae Magdaburgensi 21. et 27. die Septembris 937 data apud Meibomium I. p. 741.

937. gatione afflixit, ilico cum pietate suscepit, et unumquemque eorum regio munere honorans, dimisit in pace[a]. At illi nichilominus duci suo haerebant[b] ad omne nefas, quia ille quidem erat iocundus animo, affabilis mediocribus[c], largus in dando, et his rebus multos Saxonum sibi associavit.

Iul. 11. 8. Ea tempestate defunctus est Arnulfus Boioariorum dux, et filii eius in superbiam elati, regis iussu contempserunt[d] ire in comitatum.

18 9. Illo quoque tempore defunctus est Sigifridus[e] comes, cuius legationem[f. 18] cum sibi vendicasset[g] Thancmarus[h], eo quod propinquus ei esset[i] — nam mater eius filia
938. erat materterae Sigifridi[k], de qua genuit rex Heinricus Thancmarum[19] —, et regali dono cessisset[l] Geroni comiti, afflictus est Thancmarus tristitia magna. Rex autem transivit in Boioariam, et rebus ibi rite compositis[m], reversus est in Saxoniam.

10. Dissensio autem, quae[n] facta est[o] inter Evurhardum et Bruningum, ad hoc pervenit, ut caedes publicae fierent, depopulationesque agrorum agerentur, et ab incendiis nusquam abstinerent. De legum quoque varietate facta est et contentio, fueruntque[p] qui dicerent, quia filii filiorum non deberent computari inter filios hereditatemque legitime cum filiis[q] sortiri, si forte patres eorum obissent avis superstitibus. Unde exiit edictum a rege, ut universalis populi conventio fieret apud villam
20 quae dicitur Stela[20], factumque est, ut causa inter arbitros iudicaretur debere examinari. Rex autem meliori consilio usus, noluit viros nobiles ac senes populi inhoneste tractari, sed magis rem inter gladiatores discerni iussit. Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant[r] inter filios, et firmatum est, ut aequaliter cum patruis[s] hereditatem dividerent pacto sempiterno. Ibi quoque pacis[t] turbatores facti sunt[u] manifesti, qui hactenus[v] se negabant contra regiam potestatem aliquid fecisse, sed iniuriam tantummodo in socios vindicassent[w]. Rex autem se contemptum ab eis animadvertens — neque enim ad placitum iuxta iussum venire dignati sunt —, arma distulit, veniae locum dedit, proxima sibi semper solitus clementia. Sed haec dilatio ad maiorem perniciem multos protraxit[x]. Fiebant praeterea multa nefaria a seditiosis, homicidia, periuria, depopulationes, incendia; aequum pravumque, sanctum periuriumque illis diebus parum procedebant.

11. Iunctus est autem et Thancmarus Evurhardo, collectaque valida manu, op-
21 pugnat[y] praesidium quod dicitur Badiliki[z. 21], in quo erat Heinricus iunior, dataque praeda urbis suis commilitonibus, abiit, secum adducens[a] Heinricum quasi vile quoddam mancipium[b]. Interfectus est autem ibi Gevehardus[c], Udonis filius[d], fratris Herimanni ducis, ob cuius necem, Deo omnia ordinante, duces Francorum inter se
22 sunt[e] divisi[22]. Tantis igitur spoliis Thancmari milites[f] ditati, iam ad omnia parabantur. Post haec cepit urbem quae dicitur Heresburg[g], et collecta valida multitudine, sedit[h] in ea, multa inde exercens latrocinia. Evurhardus autem secum tenuit Heinricum. Eo quoque tempore occisus est Dedi[i] ante portas urbis quae dicitur
23 Larun[k. 23], in qua erant milites Evurhardi. Wichmannus autem, qui se primum alie-

a) in pace dimisit 2. b) adherebant 2. 7. c) mediocris in rebus 3. d) contemserant 1. e) 3. *semper* Sisfridus, A. sifridus. f) ditionem 3. g) vindicasset 3. h) thangmarus A. i) esset ei 1. eius esset 2. A. 7. k) sifridis A. materterae erat Sifridi 3. l) concessit 1. m) rebus positis 1. n) *deest* A. o) erat 2. p) fuereque 3. q) cum filiis legitime 2. r) computabat 1. s) patrius *corr.* patribus 1. t) *deest* 2. u) facti sunt *desunt* 1. v) quiá actenus A. w) vindicasse 2. A 7. x) pertraxit 3. 7. y) oppugnant 2. z) Badilici 3. a) abducens 3. a) mancipium quoddam A. b) geuuthardus 1. euerhardus 2. gebehardus A. Gevehardus 3. c) filius udonis 2. Udunis f. 3. d) *deest* 1. e) *deest* 2. f) heresburch 2. *semper*. g) sedet 3. h) dendi 1. 3. i) laerun 2

18) *Legatio* comitis limitum significat dignitatem cf. I. 36. 19) Ita hi inter se conjuncti fuerunt:



20) E regione Werdenae ad Ruram fluvium, hodie Steil. MEIBOM. Regem ibidem die 18. Maii 938 fuisse, diploma ostendit apud Möser hist. Osnabr. I. App. p. 4. 21) Belike e meridie civitatis Lippstadt. 22) Francorum duces hi fuerunt:



23) Larun in pago Westfalon, castrum ditionis Arensberg, esse videtur.

navit a rege, audiens tantum facinus seditiosorum, conversus[a] pacem fecit cum rege, 938.
quia prudentissimus erat, et utilis ac fidelis usque[b] in finem permansit[24]. Thancma- 24
rus autem, filius Heinrici regis, natus erat ex matre nobili[25], manu promptus, acer 25
ingenio, bellandi peritus, sed inter arma honesta minus pudicitia usus. Erat autem
mater eius multam habens possessionem[c], qui licet a patre alia plura[d] sit ditatus,
materna tamen se hereditate[e] privatum aegre valde tulit, et ob hanc causam arma
sumit[f] ad perniciem sui suorumque contra dominum suum regem. Rex autem, licet
invitus, videns rem ad tam ingens periculum procedere, ad edomandam Thancmari
insolentiam cum multo comitatu perrexit ad[g] Heresburg. Cives autem urbis illius
cognoscentes de rege, quia[h] super se cum valida manu appropinquasset, apertis portis,
introduxerunt exercitum, qui obsederat urbem. Thancmarus autem fugit in aecclesiam,
a Leone papa beato Petro apostolo dedicatam[26]. Exercitus autem persecutus est eum 26
usque in templum, et maxime satellites Heinrici, dolentes ac vindicare contendentes
iniuriam domini sui; nec veriti ianuas ferro incidere, cum armis ingressi sunt sacram
aedem[i]. Thancmarus autem stabat iuxta altare, depositis desuper armis cum torque
aurea. Cumque ex adverso telis urgeretur, Thiadboldus[k] quidam, nothus Cobbonis,
cum conviciis vulnus ei inflixit, ilicoque ab eo recepit, quo vita cum terribili insania
in brevi caruisset. Quidam autem militum, Maincia[l] vocabulo, per fenestram altari Iul. 28.
contiguam lancea a tergo perfossum ibi secus aram extinxit Thancmarum. Ipse au-
tem fraternae fautor[m] discordiae, in Biertanico postea bello vitam cum auro ab al-
tari nequiter rapto miserabiliter perdidit[27]. Earum rerum rex ignarus et absens cum 27
audisset, super temeritate militum indignatus[n] est, sed fervente[o] adhuc bello civili,
non potuit eos contristari[p]. Miseratus autem fratris fortunam, suique ingenii osten-
dens clementiam, pro laude eius ac industria pauca locutus, Thiadricum[q] et tres ami-
tae illius filios, qui Thancmaro manus iunxerant[r], lege Francorum dampnatos stran-
gulo[s] fecit deficere. Inde vertit militem avidum pugnae et praeda urbis ditatum
in Laras[t]. Illi autem, urbis praefecto auctore acriter resistentes, lapides lapidibus,
tela telis obicere non cessabant. Aggravatique bello, super consulto[u] ducis[28] indutias 28
deposcunt. Quibus concessis[v], ducis eis praesidium[w] negatur[x]. Unde urbe egressi,
potestati se regiae tradiderunt[y]. Ea[z] pugna Tamma[*] pincerna, multis aliis rebus bene
gestis olim famosus, factus est clarus. Evurhardus autem audiens de nece Thancmari
et[a] defectione suorum militum, fractus animo, prosternitur captivo suo, veniam petit,
ac nequiter promeretur.

12. Heinricus autem erat[b] eo tempore nimis adolescens[29], fervens[c] animo; et ni- 29
mia regnandi cupiditate illectus, eo pacto crimine solvit eum, quo coniuratione secum
facta contra regem dominum suum et fratrem, sibi regni diadema, si possibile foret,
inponeret. Foedus itaque invicem percussum. Inde liberaliter Heinricus ad regem
reversus, puriori fide ac caritate ab eo est susceptus quam ingressus.

13. Suasione quoque optimi inprimis viri et omni religione probatissimi Fri-
thurici[d], successoris Hildiberhti[30] archiepiscopi, Evurhardus adiit regem, supplex ve- 30
niam[e] deposcit, se suaque omnia ipsius arbitrio tradens. Ne igitur ingens scelus
inemendatum maneret, quasi in exilium in Hildinensem[f] urbem a rege dirigitur.
Sed non post multum temporis in gratiam clementer recipitur, et honori pristino
redditur.

a) *Quae sequuntur usque ad verba* ac imperio usus est (cap. 24.) *in A., cuius folia duo desunt, desiderantur.* b) *deest* 2. 3. c) possessionem habens 2. d) aliis pluribus 2. 3. 7. e) hereditate se 2. f) sumsit 3. 7. g) *deest a.* h) quod *a.* i) *add.* tunc 1. k) thiatboldus 2. 3. Theobaldus *a.* l) mancia 1. m) fautor *corr.* auctor 2. n) dedignatus 2. 7. o) ferventi 2. p) contristare *a.* q) thiedericum 2. thiadericum 3. theodericum *a.* r) vinxerant 3. s) strangula 3. *a.* t) Lares 3. Larun 7. u) consulta 2. v) concessit 3. w) *add.* non 3. *a.* x) negavit 1. y) tradidere 3. z) et 1. *) tammo 2. *a.* 7. Dammo 3. a) et de *a.* b) *deest* 1. c) *deest* 3. d) friederici 2. *a. semper.* e) *deest* 3. f) Hildenensem 3. Hildesheimensem *a.*

24) Obiit 23. die Aprilis 944. 25) cf. Thietmar I. (p. 5.) 26) Ecclesia aedificata est a. 785 (v. Ann. Laureshamenses h. a.); Leonem papam eam consecrasse, nemo quod sciam praeter Wid. tradit; diploma vero ab eodem ecclesiae a. 799. in ipsa urbe Heresburg datum extat, v. Meibom SS. III. p. 21. 27) cf. c. 17. 28) i. e. contra ducis sive praefecti voluntatem. — Ducem scil. Everhardum consulturi. P. 29) Heinricus inter annos 919 et 922 natus tunc decimum sextum vel octavum annum agebat. 30) Hildibertus obiit a. 937 die 31. Maii mensis.

938. 14. Dum ea interea loci geruntur, antiqui hostes nostri Ungarii subito irruunt in Saxoniam[a], et castris super litus Badae[b] fluminis conlocatis, inde in omnem regionem diffunduntur. Dux autem missus a castris cum parte exercitus, eo die ad
31 vesperam signa movit circa urbem quae dicitur Stedieraburg[c 31]. Urbani autem videntes hostes et ex itinere et ex pluvia, quae ingens erat, segniores[d], audacter erumpunt portis[e], et clamore primum territantes, demum repente in adversarios irruentes, plurimis ex eis caesis, et copiosa equorum multitudine cum aliquibus signis capta, caeteros fugere compulerunt[f]. Urbes quas obvias habuere[g], illorum fugam animadvertentes, armis eos omnibus locis urgebant, et maxima ex eis parte prostrata, ducem ipsum in quendam luti[h] puteum cogentes obpresserunt. Altera autem pars[i] exercitus
32 ad aquilonem versus, et arte cuiusdam Slavi in locum[k] qui dicitur Thrimining[l 32] deductus, difficultate locorum ac manu circumfusus armatorum periit, timoremque nimium caeteris incussit. Dux autem illius exercitus cum paucis elapsus, comprehenditur, et ad regem deductus, pretio magno redimitur. His auditis, castra hostium omnia[m]
33 turbata, fuga salutem quaesierunt[n], nec ultra per triginta annos[33] in Saxonia apparuerunt[n].

939. 15. Post haec Heinricus ardens cupiditate regnandi, celebre parat convivium in
34 loco qui dicitur Salaveldun[o 34]. Cumque esset magnus ac potens, maiestate et potestate regali plurimis plurima donat, et factionis huiuscemodi plurimos ob id sibi associat. Fuere tamen multi, qui[p] rem celare potius arbitrati sunt, ad hoc tantum, ne rei[q] fraternae discordiae invenirentur. Dabant tamen consilium, quo facilius bellum solveretur, ut videlicet[r] ipse relinqueret Saxoniam sub praesidio militari, et[s] sese inferret[t] Lothariis[u], generi hominum inbelli; et ita factum est, ut primo inpetu eos rex devinceret, et uno certamine fatigaret. Commilitonum itaque consulto[v] Saxonia, ut diximus, relicta, et urbibus[w] Saxoniae vel in Thuringorum terra praesidio mili-
35 tari traditis[x], ipse cum amicis Lotharios adit. Cuius rei fama undique omnes perculsi, quia tam subitaneae recessionis a rege ac repentini belli causam penitus ignorabant[y]. Rex autem audita huiuscemodi fama, primum non credidit, postremo certum de belli negotio probans, nichil moratus cum exercitu prosecutus[z] est fratrem. Et ut[*] appropiat urbi praesidiis fratris munitae, quae dicitur Thortmanni[a 35], mi-
36 lites qui erant in ea, non inmemores fortunae Thancmari, nequaquam sunt ausi inibi regem expectare, sed egressi urbe[b], tradiderunt se ipsos regi. Erat autem Agina[c], qui illam urbem ad manum Heinrici procurare deberet. Hic a rege vehementi iuramento constrictus, quatinus, si posset, dominum suum a bello ad pacem et concordiam revocaret, vel certe ipse ad regem reverteretur; ita dimissus, adiit dominum suum. Ductus autem exercitus a rege, pervenit usque ad litora Reni fluminis.

36 16. Eo tempore[36] quo erat bellum Evurhardi cum rege, missus Hadaldus[d], qui erat super cubiculum regis, ad Isilberhtum[e] pro concordia et pace, cum necdum ad neutram partem palam declinaretur[f], indigne suscipitur, et responsio[g] de[h] die in diem differtur. Ipse autem simultates ducis sentiens, nec ultra talibus versutiis contentus[i]: *Imperio*, inquit, *tibi regali denuntio, teste populo*[k], *tribunali regis condicto die praesen-*
37 *tari, aut certe hostem te scias iudicari.* Simili modo et pontificem Bernhardum[1. 37], a rege missum, inhonoratum et responsi incertum a se dimisit. Fertur etiam et regalium litterarum saepius sigilla corrupisse. Post haec vero[m] verba legatum meliuscule[n] coepit habere, et cum honore transduci fecit.

a) Saxones 3. b) Bode α. c) stederburg *corr.* stedieraburg 2. Stedieresburg 3. Steidiereburg α. d) seniores 3. e) portas 3. f) compulere 3. 1? g) habuerunt α. h) loci α. i) alterae autem partes 3. alter autem Ung. exercitus α. k) loco α. l) thriminig 1. triminig 7. m) *deest* 1. n) quaesiere — apparuere 3. o) Salaveldun 3. Solaveldun α. p) quae 1. q) regi 3. r) scilicet α. s) ut 3. 1? t) inferior 2. u) Lotharius 3. v) consultu 3. 7. w) ut diximus — urbibus *desunt* 3. x) tradito 3. y) ignorabat 1. z) persecutus 2. α. 7. *) *deest* 1. a) thormanni 1. throtmanni 2. 3. b) urbem 2. c) α. *semper* Hagina. d) Healdus nobilissimus et regi consanguinitate coniunctus β. *procul dubio Falkii figmentum* (p. 581). e) isberhtum 1. f) declinaret 3. α. 7. g) responso 1. h) a α. i) contemptus 1. k) imperium tibi, inquit, regale facio (i. i. r. t. f. α.) praesente populo 2. 3. α. *Hic locus est quem ipse W. mutasse videri potest.* l) berthardum 1. m) *deest* 1. n) melius 3.

31) Stederburg prope Wolfenbüttel. 32) Intelligit saltum qui hodie nominatur: der Drömling. MEIB. Palustris regio Drömling, in qua Alerae et Orae fontes; supra Ann. Corbei. pagum Belxa dicunt. P. 33) Anno 967 vergente Widukindum haec scripsisse, supra monui. 34) Saalfeld. 35) Dortmund. 36) Prioris belli tempore a. 938. 37) Halberstadensi.

17. Igitur copias belli parantes[a] Heinricus et Isilberhtus, decreverunt ad Renum 939.
occurrere regi. Agina quoque memor iurisiurandi, praecedens exercitum, transito
Reno, regi sese praesentavit; et salutato eo verbis humillimis, ait: *Frater tuus, dominus meus, salvum te et incolumem magno latoque imperio diu regnare exoptat, tumque*[b] *ad servitium demandat se*[c] *quantocius festinare.* Rege autem interrogante de eo, pacem bellumne cogitasset, prospiciens vidit multitudinem nimiam erectis signis tractim procedere, et ad sui partem exercitus, qui[d] iam Renum transierat, tendentem. Et [d] quae?
conversus ad Aginam: *Quidnam vult,* inquit, *illa multitudo, aut quae est?* At ille satis otiose[e]: *Dominus meus,* inquit[f], *est, frater tuus. Si meae suasioni dignaretur animum inclinare, aliter venisset*[g]. *Modo ut ipse iuravi veni*[h]. Rex autem his auditis, dolorem animi motu corporis non celabat, eo quod non adessent[i] naves, per quas Renum transcendere posset; et ingens flumen aliud iter non praebebat[k], nec tempus subitanei certaminis in ulteriore[l] ripa constitutos aliud sinebat cogitare, nisi aut coram hostibus cadere debere[m], aut certe armis vitam defendere[n]. Unde ad Deum[o] supplices expandens manus rex, ait[p]: *Deus*[q], inquit, *omnium rerum auctor et rector, respice populum tuum, cui me praeesse voluisti, ut ereptus ab inimicis, sciant omnes gentes, ullum mortalium tuae dispositioni*[r] *contraire non posse, qui omnia potes et vivis et regnas in aeternum.* Qui autem erant in ulteriore[s] ripa, sarcinas et inpedimenta quaeque transmittunt in locum qui dicitur Xantum[s. 38]; ipsi vero parati hostes expectant[t]. Cum- 38
que esset piscina inter nostrates et hostes, Saxones divisis sociis, pars una[u] ex adverso ruit in hostes, altera pars a tergo insequitur, in mediis hostes[v] opprimens, pauci plures vehementer urgebant. Neque enim[w] nostratium[x] supra centum armatos fuisse perhibetur, adversariorum vero magnus satis exercitus. Sed cum a fronte pariter et a tergo urgerentur, qua parte potissimum cavere debuissent, in promptu non erat. Ex nostris etiam fuere, qui Gallica lingua ex parte loqui sciebant[y], qui clamore in altum Gallice levato[z], exhortati sunt adversarios ad fugam. Illi socios huiuscemodi clamasse arbitrati, fugam, ut clamatum est, inierunt. Eo die ex nostris multi[a] vulnerati, aliqui etiam caesi, inter quos[a] Ailbertus[b], qui cognominatus est Candidus, telo ducis Heinrici vulneratus, non multis interiacentibus diebus defunctus est. Hostes autem omnes aut caesi vel capti vel certe fugati; sarcinae omnes et omnis hostium suppellex[c] inter victores divisa. Ex parte Lothariorum bene pugnasse praedicabatur illo certamine Godofridus[d], Niger cognominatus. Sed et Maincia, cuius supra mentionem fecimus, eo die cecidit.

18. Dadi[e] autem Thuring[f] mandavit ad praefectos urbium, qui[g] erant in oriente partis ducis Heinrici, de victoria regis, et quia ipse dux in bello cecidisset; egitque callide, ut omnes se traderent regiae potestati. Heinricus autem hoc factum nequaquam[h] reliquit inultum. Ipsi autem duae tantummodo ex omnibus remanserant[i] urbes, Mersburg[k] et Scithingi[l]. Regi[m] autem post victoriam visum[n] est persequi fratrem suum generumque.

19. Audiens vero de defectione urbium suarum[o], fractusque recenti regis victoria, cum novem[p] tantum armatis iter arripuit, Saxoniamque iam tardius[q] adiens, urbem Mersburg[r] ingressus est. Quo rex comperto, et ipse reversus est Saxoniam, urbemque, in qua frater erat, cum exercitu obsedit. Sed cum non posset fortiori ac maiori resistere, post duos ferme menses, tradita urbe, egressus[s] est Heinricus ad regem. Datae sunt autem ei indutiae triginta dierum, quatinus cum militibus sibi cohaerentibus secederet a Saxonia; si cui vero illorum regem adire placuisset, locum veniae haberet. Quievitque Saxonia post haec ab intestinis bellis paucis diebus.

*) *hoc loco* cap. 17, *in codice omissum, posui* a) parentes *a.* b) totumque *a.* c) *deest* 1. d) iciose 3. e) dominus, inquit, meus 2. f) veniret *corr.* venisset 2. g) venit 2. h) essent 2. i) praeberet 1. k) ulteriori 3 *a.* 7. l) deberet 3. *deest* 2. m) defenderet 3. n) dominum *a.* o) *deest a.* p) domine *a.* dominus 3. q) dispositione 1. r) ulteriori 2. 3. 7. s) xanctum 2. Sanctum 3. t) expectarent 1. u) uno 1. v) altera — hostes *desunt* 1. w) *deest* 3. x) nostratum *a.* y) qui gallicam linguam ex parte sciebant 1. z) elevato *a.* a) multi ex nostris 2. a) quas *a.* b) Eilbertus *a.* Albertus 3. c) supplex 1. d) frid 2. Godefridus *a.* e) Dedi *a.* f) Thuringus *a.* g) quae *a.* h) nequaquam hoc factum *a.* i) remanserunt *a.* k) 1. *semper* mesburg. l) scitingi 2. Schidingi *a.* m) regiam 3. n) iussum 3. o) *add.* Henricus *a.* p) novis 3. q) tardus 2. tarde 7. r) mersbug 2. s) ingressus *a.* congressus 7.

38) pugnam prope Biertanam (Birthen), commissam esse Cont. Reg. a. 939 et Liudprandus IV. c. 23. narrant, ideoque Wid. quoque hoc bellum Biertanicum appellat c. 11. et III. 16.

939. 20. Barbari autem labore nostro elati, nusquam ab incendio, caede ac depopulatione vacabant, Geronemque, quem sibi rex praefecerat[39], cum dolo perimere cogitant. Ipse[a] dolum dolo praeoccupans, convivio claro delibutos ac vino sepultos ad triginta fere principum barbarorum una nocte extinxit. Sed cum non sufficeret contra omnes nationes barbarorum — eo quippe tempore et[b] Apodriti[c] rebellaverant, et caeso exercitu nostro, ducem ipsum nomine Haicam[d] extinxerunt —, ab ipso rege saepius ductus exercitus eos laesit et in multis afflixit et in ultimam pene calamitatem perduxit. Illi vero nichilominus bellum quam pacem elegerunt, omnem miseriam carae libertati postponentes. Est namque huiuscemodi genus hominum[e] durum et laboris patiens, victu levissimo assuetum, et quod nostris gravi oneri[f] esse solet, Slavi pro quadam voluptate ducunt. Transeunt sane dies plurimi, his pro gloria et pro magno latoque imperio, illis pro libertate ac ultima servitute varie certantibus. Multos quippe illis diebus Saxones patiebantur hostes, Slavos ab oriente, Francos a meridie, Lotharios ab occidente[g], ab aquilone Danos itemque Slavos; proptereaque barbari longum trahebant certamen.

21. Fuit autem quidam[h] Slavus a rege Heinrico relictus, qui iure gentis paterna successione dominus esset eorum qui dicuntur Heveldi[i], dictus Tugumir. Hic pecunia multa captus et maiori promissione persuasus, professus est se[k] prodere regionem. Unde quasi[l] occulte elapsus, venit in urbem quae dicitur Brennaburg[m], a populoque[n] agnitus et ut dominus susceptus, in brevi quae promisit inplevit. Nam nepotem suum, qui ex omnibus principibus gentis[o] supererat[p], ad se invitans, dolo captum interfecit[q], urbemque cum omni[r] regione ditioni regiae tradidit. Quo facto, omnes barbarae nationes usque in Oderam[s] fluvium simili modo tributis regalibus se subiugarunt.

22. Heinricus igitur discedens a Saxonia, Lotharios iterum adiit, et cum genero suo, duce scilicet Isilberhto[t], cum suis militibus aliquamdiu moratus est. Iterum ducitur exercitus a rege contra Isilberhtum[u], et omnis regio Lothariorum illius imperio subiacens igni traditur. Obsessusque in urbe[v] quae dicitur Kievermont[40], elapsus inde proficiscitur. Et cum obsidio difficultate locorum parum procederet, vastata undique regione, rex in Saxoniam revertitur.

23. Sciens autem comitem Isilberhti[w] versutum et callidum nimis, nomine Immonem[x], artibus illius melius arbitratus est pugnare quam armis. Ille vero, ut erat astutissimus, meliori ac maiori se subdens, arma sumit contra ducem; quod ipse dux omnium laborum gravissime tulit, quia eum sibi adversum sustinere debuisset, cuius consilio ac fidei hactenus se maxime credebat. Augebat quoque indignationem ducis[y] grex porcorum ab Immone callide captus. Nam subulci ducis cum contra portas[z] urbis transirent, Immo porcellum pro porta agitari fecit, et omnem gregem porcorum apertis portis intra urbem recepit. Quam iniuriam dux ferre non valens, coacto exercitu, obsedit Immonem. Ille autem plurima apum examina habuisse fertur[40a], quae frangens proiecit[a] contra equites. Apes autem aculeis equos stimulantes, in insaniam vertebant, ita ut equites periclitari coepissent. Quo viso Immo prospiciens de muro, eruptionem cum sociis minitavit[b]. Huiuscemodi igitur artibus saepius dux ab Immone delusus, solvit obsidionem. Discedens vero fertur dixisse: *Immone mecum sentiente, omnes Lotharios facile captos tenui, modo ipsum solum cum omnibus Lothariis capere nequeo.*

24. Tractum tamdiu bellum Evurhardus considerans, ultra non quiescit. Quin contempto rege, et iure spreto iuramentorum, ut initio[b], conserta manu cum Isilberhto[c] ad incentiva bellorum pariter conspirant[d]. Nec contenti[e] regno occidentali solummodo, in Reni orientalem agrum depopulandum cum exercitu demerguntur. Haec cum audiuntur

a) *add.* vero *α.* b) *deest* 3. c) Abotriti *α.* 3. *semper.* d) haincam 1. e) hominum genus *α.* f) g. oneris 2. gravioris 1. g) Francos — occidente *desunt* 1. 7. h) quidam autem 3. i) Hevelli *α. semper.* k) *deest* 1. l) quia *α.* m) Brandenburg 3. n) populo *α.* o) gentibus 1. p) superaret 2. q) interficit 1. r) *deest* 3. 7. s) Odoram 3. t) isberhto 1 Isilbertho 3. u) histberhtum 1. v) arce 4. w) Giselberthum 3. x) Ymmonem *α. semper.* y) duci 3. ipsius *α.* z) porcos 3. a) minitatus est 3. b) in initio *α.* c) hisberhto 1. iselbertho 3. *saepius.* d) conspiraret *α.* e) contempti 1.

39) Gero praeter pagum Suevon iam a. 937 etiam Nordthuringowe rexit, et his annis marchio limitis Saxonici constitutus esse videtur.

40) Chèvremont prope Leodium. 40a) Sunt qui, ex vocabulo Germanico *Imme*, (*impi*), apis, hanc famam natam esse, putent.

in castris regis — nam ea tempestate[a] rex erat pugnans contra Briseg[b.41] et alias 939.
urbes, quae erant Evurhardi ditionis —, multi se a[c] castris eruebant, nec ultra spes erat regnandi Saxones. Rex vero ea[d] turbatione tanta constantia ac imperio usus est, licet raro[e] milite constiparetur, ac si nichil ei difficultatis obviasset. Nam summi pontifices, relictis tentoriis et alia qualibet suppellectili, ipsi etiam defecerunt a fide.

25. Defectionis causam edicere et regalia misteria pandere, super nos est; verum historiae satisfaciendum arbitramur; quicquid in hac parte peccemus veniabile[f] sit. Summus pontifex missus ad Evurhardum pro concordia et pace, cum esset earum rerum desiderantissimus[g], pacto mutuo suum interposuit iuramentum, et ideo ab eo non posse desinere[h] fertur narrasse. Rex autem per pontificem officio suo congruentia dirigens responsa, nil ad se pertinere voluit, quicquid episcopus egisset sine suo imperio. Quare quia contra auctoritatem regi quasi praecellenti noluit subici, sed recessit ab eo[i], in Hammaburgensem[k] urbem quasi in exilium destinavit, Rothardum[l] vero episcopum[m.42] 42
novam Corbeiam direxit. In brevi vero utrisque clementer ignoscit, in sui gratiam suscipit[n], et honori pristino reddidit.

26. Ad coercendam[o] igitur ducum[p] praesumptionem missus Herimannus[43] cum 43
exercitu, invenit eos super litus Reni, magnamque partem exercitus[q] abesse, eo quod iam Renum cum praeda transissent[r]. Circumfusus itaque dux ipse Evurhardus militum armis, multis vulneribus acceptis ac viriliter redditis, perfossus tandem telis corruit. Isilberhtus autem fugiens, navem[s] cum pluribus[t] ascendit, quae onere praegravata subcumbens mergitur, ipseque dux cum caeteris mersus, numquam est inventus[44]. Rex 44
autem audita victoria suorum[u] militum ac morte ducum, gratias egit[v] omnipotenti Deo, cuius saepius auxilium expertus est oportunum; praeficiensque regioni Lothariorum Oddonem, Ricwinis[w] filium[x], et ut nutriret nepotem suum filium Isilberhti, optimae spei puerulum, nomine Heinricum, reversus est in Saxoniam. Mater autem pueri copulata est coniugio Hluthowico[y] regi, et Heinricus frater regis discedens a Lothariis, secessit in regnum[z] Karoli. Necem ducum asperrima hiemps, hiememque secuta est 910.
fames validissima[*][45]. 45

27. Post haec Immo[a], revera[b] nescio an falso, arma sumit contra regem, et media hieme circumdatus exercitu, se pariter cum urbe[c] tradidit, ac deinceps fidelis et utilis permansit.

28. Nepotes quoque Isilberhti servituti regiae se subiciebant[d], urbibus quas tenebant nichilominus retentis. Kievermont etiam ab Ansfrido[e] et Arnaldo[f] adhuc tenebatur, ad quos Immo mandatum huiuscemodi[g] dirigens ait: *De me non sentio nisi quod vos sentitis, de vobis autem notum est, quia huius gentis principes estis. Nulli ergo dubium, quin duabus manibus quisque magis valeat quam una. Certum est itaque, tres unum fortitudine praecedere. Et nunc quae necessitas cogit, ut serviamus Saxonibus, nisi nostra discordia? Quando vos armis circumdederunt, num victoria laetati sunt? Victoribus certe turpe est servire. Optimum omnium mortalium, qui me a puero nutrivit et inter amicos semper habuit et magna potestate clarificavit, nostrum communem dominum deserui, et Saxoni me[h] periculo capitis mei sociavi; modo, ut scitis, pro merito honore contumelia ab eo affectus, armis circumdatus, pene ex libero servus factus sum[i]. Ut ergo noveritis, me ex fide communi utilitati velle consulere, tibi Ansfrid unicam filiam meam desponsabo, quo nullo apud vos infidelitatis scrupulo notari queam. Date igitur locum mutui[k] colloquii, et ex me ipso fidem probabitis, quam*

a) potestate 3. b) Brisag *a.* c) *deest* 3. d) in ea 3. e) coram 3. f) veniale 2. g) desideratissimus 3. 1. A? h) *ita corrigendum esse videtur;* desipere 1. 2. A. deficere 3. i) ab eo *desunt* 2. k) hammaburgnensem 1. hammenburgensem 2. Hommaburgensem 3. l) ruthardum A. Ruodhardum 3. m) episcopum vero 3. n) suscepit 2. 3. o) coercendum 2. p) ducis 2. q) *deest* 2. r) transisset 2. s) navim 2. t) multis 2. u) *deest* 2. v) agit 1. w) ricwini 2. Ricuinis 3. x) *add.* ut et regnum procuraret 6, *quod in codd. omissum esse, fere putarim.* y) luthuuico 1. ludwico A. z) regionem 3. *) fames val. secuta est 2. a) Ymmo A. *semper.* b) vera 3. c) orbe A. d) subiacebant 1. e) Anfredo 3. f) arnoldo 2. 3. A. g) huiuscemodi mandatum 2. h) saxonibus me 1. Saxonine 3. 7. i) *deest* A. k) *deest* 1. mutuo colloquio A.

41) cf. SS. I. 618. III. 321. 42) Strazburgensem. 43) De Herimanno Alamannorum duce cogitare videtur. 44) De die mortis nihil constat. 45) cf. Ann. Colonienses a. 939 (Mon. I. p. 98) et Ann. maiores San Gall. a. 940 (ib. p. 78).

per nuntium necdum potestis. Ipsi ad haec, quamvis ferrei pectoris essent, et illum iam olim suspectum haberent, tantae tamen calliditati[a] cedentes, suasibilibus emolliti verbis[b], mutuo dabant locum conspectui. At ille armatos habens locis oportunis absconditos, dolo ambos cepit, et sub custodia regi destinavit, mandato[c] in haec verba pariter
46 directo: *Elatior*[46], inquit, *est mollior, vinclis*[d] *aut verberibus non indiget, minis*[e] *pandit universa quae scit. Ansfrid vero durior ferro est*[g], *hunc si tormenta acerrima rimentur, magnum est.* Quos cum rex suscepisset, aliquanto tempore custodiae mancipatione castigavit; postea suae gratiae lenitate sibi associans, in pace dimisit. Cum ergo causae causis et res[h] rebus ita copulatae sint[i], ut sententiarum ordine discerni adeo non debeant, nemo me temporum[k] vicissitudine accuset, dum posteriora anterioribus praeposuerim gesta.

29. Rex igitur vicina sibi[l] semper clementia graves[m] fratris miseratus labores, aliquantis urbibus suis usibus concessis[n], permissus est intra[o] regionem Lothariorum habitare.

30. Eo[p] tempore barbarorum[q] bellum fervebat. Et cum milites ad manum Geronis praesidis conscripti crebra expeditione attenuarentur, et donativis vel tributariis praemiis minus adiuvari possent, eo quod tributa passim negarentur, seditioso odio in Geronem exacuuntur. Rex vero ad communes utilitates rei publicae Geroni semper iuxta erat. Unde factum est, ut nimis exacerbati, odia sua in ipsum quoque regem vertissent.

31. Quae causa Heinricum minime latuit[r], et — ut solet, amaris animis dum[s] dulce aliquid offertur, — facile persuadebat[t] huiuscemodi homines sibi concordare, spem habens iterum regnandi, dum nosset[u] exercitum regi offensum. Denique multis intercurrentibus legatis, et munusculis invicem missis, omnes pene orientalium partium milites sibi
941. colligavit. Quae res ad tantum nefas processit, ut coniuratione valida facta, in paschali festivitate, quae erat proxima, cum ipse Heinricus ad[v] palatium adisset[w], regem occidere cogitassent, ipsi vero regni diadema inponerent[x]. Earum rerum dum non esset publicus proditor, semper se protegente summa divinitate, notae factae sunt regi insidiae modicum ante pascha. Qui fidelium militum[y] vallatus manu die ac nocte, nichilque decoris vel maiestatis regiae coram populo ea sollempnitate minuens, nimium hostibus intulit timorem. Post diem vero sollempnem, consilio maxime Francorum qui eo tem-
47 pore[z] sibi adstabant, Herimanni[*] scilicet, Udonis atque Conradi[a] qui dictus est Rufus[47], secrete proditos iubet comprehendi vel certe occidi. Inter quos erat primus in caeteris omnium bonarum virtutum rebus absque hac noxa fortissimus optimusque Erich[b]. Hic cum armatos ad se properasse intellexisset, conscius causarum, equum ascendit, arma sumit, circumfususque hostium turmis, memor pristinae virtutis ac nobilitatis, elegit mori quam inimicorum dominationi subici. Nam lancea perfossus occubuit, vir omni virtute ac industria civibus carus atque clarus. Caeteri autem insidiarum conscii in alteram hebdomadam[c] differuntur, et secundum leges[d] sceleribus suis meritas poenas solventes, capite caeduntur. Heinricus autem fugiens regno cessit.

32. Eo anno et portenta quaedam apparuere[e], scilicet cometae. am a quintadecima Kalendas Novembris[f] usque in ipsas Kalendas visae sunt. Quibus visis[g] multi mortales[h] territi, aut nimiam pestilentiam vel certe regni mutationem metuebant; quoniam[i] quidem ante regis Heinrici excessum multa prodigia monstrata sunt, ita ut solis splendor forinsecus aere[k] absque nubilo pene nullus appareret[l], intrinsecus autem per fenestras domorum rubeus tamquam sanguis infunderetur. Mons quoque, ubi ipse rerum dominus sepultus est, fama prodidit, quia multis in locis flammas evomeret.

a) caliditati 1. b) verbis emolliti 2. c) *deest* 2. d) vinculis A. 3. e) ververibus 1. f) minus 1. g) ferro durior est 2. d. est ferro A. h) *deest* 1. ac rebus res 3. i) sunt 2. k) temperum 2. l) semper sibi A. 3. m) gravis 1. n) concessis usibus 2. o) in terra 3. p) *cod.* 1. *cap.* 30. *verbis:* Et cum milites *incipit.* q) b. barbarum 2. bellum barbarorum A. 3. r) causae — latuere 2. s) ut solet armis, dum amaris animis A. t) persuadebat facile 3. u) nossent 2. v) *deest* 2. 7. w) adiisset 3. isset A. x) inponere 2. 7. y) militum fidelium 2. z) *add.* maxime 3. *) herimannus 1. a) Chuonradi 3. *et ita saepius.* b) Erik 3. c) ebdomadam 2. d) legis 1. e) apparens 1. f) Novembres 3. g) visus 1. h) mortales multi 1. i) quo 1. A. quomodo 3. 7 k) aerem 2. l) appareat 1.

46) Arnaldus. 47) Conradus aut Curcipoldus ille, ducis Eberhardi fratruelis, cum Udone contra Eberhardum et Giselbertum a. 939 missus, a. 948 mortuus, aut Conradus Werinheri filius, post gener regis et dux Lotharingiae, habendus est.

Hominis[48] etiam cuiusdam manus sinistra ferro amputata, post annum fere integrum restituta est ei dormienti, qui pro signo miraculi sanguinea linea loco coniunctionis notabatur. Sed cometas inundatio nimia, inundationemque boum pestilentia subsecuta est. 942.

33. Defuncto autem Oddone[a], Lothariorum praeside[49], ac regis nepote Heinrico, 943.
ducatus regionis conceditur Conrado, cui et unicam filiam suam rex desponsavit[50], quia[b] erat adolescens acer et fortis, domi militiaque[c] optimus, commilitonibus suis carus.

34. Illis diebus Berhtoldus[d], frater[e] Arnulfi, procurabat Boioariam, pugnansque contra Ungarios, victorque existens, triumpho celebri factus est clarus[51]. 51

35. Rex autem de die in diem proficiens, paterno regno nequaquam est contentus, sed abiit Burgundiam, regem cum regno in suam accepit potestatem[52]. Hugonem[53] alterum armis edomuit[f] ac sibi subiectum fecit. Cuius fibulam auream regi[g] dono concessam, gemmarum varietate mirabilem, videmus in altari protomartiris Stephani rutilantem[h]. 53 944.

36. Igitur cum omnia regna coram eo silerent, et potestati ipsius omnes hostes cederent, monitu et intercessione sanctae matris eius recordatus est multis laboribus fatigati fratris[i], praefecitque eum regno Boioariorum, Berhtoldo[k] iam defuncto[54], pacem 945.
atque[l] concordiam cum eo faciens, qua usque in finem fideliter perduravit[m]. Erat autem ipse dominus Heinricus copulatus matrimonio filiae ducis Arnulfi[55], feminae egregiae 55
formae mirabilisque prudentiae. Fratrum vero pax atque concordia, Deo acceptabilis hominibusque amabilis, toto orbe fit[n] iam celebris, dum unanimes res publicas augent, hostes debellant, civibus paterna potestate praesunt[o]. Ducatu igitur Boioariorum accepto, nequaquam desidia torpuit, sed abiens Aquilegiam[p] cepit, Ungarios duabus vicibus armis superavit[q. 56], Ticinum transnatavit, et praeda magna intra regionem hostium 56
capta, exercitum incolumem patriam[r] reduxit[57]. Talium igitur et tantorum mores 57
habitum formamque, quos summa clementia mundo ad delicias omnemque decorem destinavit, nostrae[s] non est omnimodis virtutis[t] exponere. Verum devotionem, quam erga eos habemus, penitus celare nequimus. Ipse denique dominus rerum, fratrum natu maximus optimus, inprimis pietate erat clarus, opere omnium mortalium constantissimus, praeter regiae disciplinae terrorem semper iocundus, dandi largus, dormiendi parcus, et inter dormiendum semper aliquid loquens, quo eum semper vigilare aestimes, amicis nichil negans, et supra hominem fidelis. Nam quosdam audivimus accusatos et peccati manifestos, ipsum eorum advocatum et intercessorem et criminis nullo modo credulum, et[u] ab eo post habitos[v], tamquam nichil umquam in eum peccassent. Ingenium[58] ei admodum mirandum; nam post mortem Edidis[w] reginae, cum antea nescierit, 58
litteras in tantum didicit, ut pleniter libros legere et intelligere[x] noverit. Praeterea Romana lingua[59] Slavanicaque[y] loqui scit[z]. Sed rarum est, quo' earum uti digne- 59

a) udone 3. b) qui A. 2. 3. c) militiaeque 3. d) bertoldus 2. A. Bertholdus 3. e) *deest* 1. f) edomavit 2. g) regni 3. h) in altari — rutilantem *desunt* 2. i) *add. iterum* recordatus est 1. k) Bertholdo 1. 3. bertoldo 2. A. l) et 3. m) permansit 3. 6. n) *deest* A. o) praesumit 3. p) aquilegam 2. A. q) superavit armis 2. r) in p. 3. s) nostrum 3. t) virtutibus 1. *deest* 3. u) *deest* 3. v) posthabitos 3. w) ędidis 1. x) intellegere 1. y) slavicaque 2. Sclavonicaque 3. z) sciebat 3. 7. °) qua 2. quod 3.

48) Hoc miraculum non Heinrici mortis tempore, sed his annis factum esse, ex Flodoardo a. 944 apparet. 49) Oddonem a. 944 mortuum esse, Flodoardus h. a. tradit; Cont. Reginonis mortem in a. 943 collocat. Apud Calmet hist. Loth. Probb. p. 340 legitur, Ottonem diploma Adalberonis ep. confirmasse; notae chronologicae tamen non satis inter se concordant. De Heinrici morte nihil constat. 50) cf. I. c. 37. Nuptias a. 947 celebratas esse, Cont. Reg. tradit. 51) Berhtoldus iam a. 937. Bawariae dux constitutus, prope Wels Ungarios magna caede prostravit, quae victoria cum Ann. mai. San Gall. in a. 943 collocanda esse videtur, quamvis Cont. Reginonis et Ann. Salisburgenses a. 944. exhibeant. Diem 11. Aug. Aventinus IV. 23. 17 annotavit. 52) Hoc iam diu ante factum esse, ex Flodoardo a. 940 apparet. 53) Hugonem Magnum, quocum his annis Ottonem modo amice modo hostiliter egisse, Flod. tradit. 54) Obiit a. 945 teste Cont. Reginonis; die 23. Nov., si Aventino credere licet (IV. 23. 21.) 55) Iudithae. 56) Ungarios a. 950 a Bawariis occisos esse, Annales Hersfeldenses (supra p. 58.) tradunt. 57) De hac Heinrici expeditione nihil certi compertum habemus. Hansiz de Tiza (Theiss), Ungariae fluvio, cogitavit, cui an assentiar dubito, cum fortasse in Italia Ungarios, cum patriarcha Aquileg. confoederatos Heinricus debellarit. cf. Staindelii chron. Bawariae a. 948. 59) In sequentibus Widukindum Einhardi vitam Karoli prae oculis habuisse, legenti facile patebit. *P.* 59) Non de lingua Latina, quam Ottonem ne intellexisse quidem facile est demonstratu, (Flod. a 948, Liudpr. hist. Ott. c. 11. Ekkehard. de casibus, Mon. II. 139.) sed de vulgari Galliae lingua, supra quidem Gallica, alibi vero quam saepissime Ro-

tur[a]. In venationibus creber, tabularum ludos amat, equitatus gratiam regis grav tate interdum exercens. Accessit ad haec et moles corporis, omnem regiam ostendens dignitatem, capite[b] cano sparsus capillo; oculi rutilantes et in modum fulguris[c] cita repercussione[d] splendorem quendam emittentes; facies rubicunda, et prolixior barba, et[e] haec contra morem antiquum; pectus leoninis[f] quibusdam sparsum iubis; venter commodus; incessus quondam citus, modo gravior; habitus patrius, et[g] qui numquam sit peregrino[h] usus. Quotienscumque autem sit opus corona portanda, ieiunium semper praecedere[i] pro vero traditur. Heinricus vero morum gravitate pollebat, et ob id ab ignotis minus clemens iocundusque praedicabatur, constanti admodum animo; fidelis et ipse amicis, ita ut mediocris[k] substantiae militem coniugis suae sororis matrimonio honoraret, socium sibi[l] amicumque faceret[59]. Erat corpore praestanti, et qui in adolescentia omnem hominem egregia forma ad se inclinaret. Iunior vero fratrum domnus Brún[m] magnus erat ingenio, magnus scientia et omni virtute ac industria. Quem cum rex praefecisset genti indomitae Lothariorum[60], regionem a latronibus[n] purgavit, et in tantum disciplina legali instruxit, ut summa ratio summaque pax illis in partibus locum tenerent.

37. Igitur cum bella intestina externaque cessarent, leges divinae atque humanae auctorali vigore pollent. Gravisque persecutio monachis oritur in diebus illis, affirmantibus[o] quibusdam pontificibus, melius arbitrati[p], paucos vita claros quam plures negligentes inesse[q] monasteriis oportere; obliti, nisi fallor, sententiae patrisfamilias[r] prohibentis servos[s] zizania colligere, sed utraque crescere oportere et[t] zizania et triticum usque ad messem. Quo factum est, ut plures propriae infirmitatis conscii, deposito habitu et relictis monasteriis, grave onus sacerdotum devitarent. Fuerunt autem quidam qui summum pontificem Frithericum[u] hoc non pure sed ficte fecisse arbitrati sunt[v], quatinus venerabilem virum regique fidelissimum abbatem Hadumarum[w] quoquo modo[x] posset[y] dehonestaret.

Math. 13.29.

38. Ipse enim erat vir[z] magnae prudentiae ac industriae. Sub eius temporibus templum famosum Vuldense igne consumptum est[61], et ab eo restauratum et multo maiore[a] decore perfectum[a]. Hic pontificem sub custodia tenuit, secunda coniuratione culpabilem[62], primum honorifice, sed cum litteras ab eo scriptas reprehendisset, satis severe. Pontifex vero dimissus dum ultionem quaerit, contra[b] tantum virum leges non praevalent, humillima monasteria auctoritate temptavit, ut ad excellentissima aequaliter procederet. Sed huiuscemodi simulationes incassum profusae. Nam abbas in gratia et amicitia regis permansit, et causis intercurrentibus, pontifex quod cogitavit non inplevit.

39. Soror igitur regis[c.63] Hluthowico regi genuit tres filios, Karolum, Lotharium et Karlomanum[d]. Ipse enim[e] Hluthowicus[f] rex a ducibus suis circumventus, et a Northmannis[g] captus, consilio Hugonis Lugdunum[h.64] missus custodiae publicae traditur. Filium autem eius natu maiorem Karlomannum[i.65] Northmanni secum duxerunt Rothun[k.66]; ibi[l] et mortuus est. Audiens autem rex, super fortuna amici[m] satis doluit, imperavitque expeditionem in Galliam contra Hugonem in annum secundum.

916. 40. Eo tempore cum moraretur rex[n] in campis silvestribus venationem agens, obsides Bolizlavi[o] ibi[p] vidimus, quos populo rex[q] praesentari iussit, satis super eis laetatus.

a) dignaretur 3. b) *deest* 1. c) fulgoris *corr.* fulguris 2. d) f. citharae percussione 2. e) *add.* sd A. f) leonis 2. leoninum 3. g) ut 3. h) peregrino sit 2. i) cędere 2. k) melioris 1. l) *deest* 1. m) dominus Bruno 3. n) *add.* ita 3. o) afirmantibus 1. p) arbitrari 2. 3. 7. videri 6. q) esse 2. r) patrisfamiliae 1. A. 3. s) servo 1. t) *deest* 3. u) fridericum 2. A. friederichum 3. v) arbitrati sunt fecisse A. w) hadumarem 2. x) quomodo 2. y) possit A. z) *deest* A. a) maiori 2. a) *add.* est 3. b) et tantum A. c) regis igitur 2. autem regis 3. d) carlomannum 1. 3. karolomannum 2. e) autem A. 2. 3. f) luthuuicus 1. *tam semper.* g) normannis 1. nortmannis A. 3. h) lucdunum 1. i) carlomannum 1. *et Sigebertus;* Karolum A. 2. 3. k) Rothum 3. l) ubi A. m) amicis 1. n) *deest* 3. o) bolizlai A. p) *deest* A. 2. 3. q) *deest* A.

mana appellata (Nithard III. c. 5. cf. Hist. litteraire de France Vol. VII. Avertiss. p. XI. *sqq.*) Widukindus dicere videtur. 59) Iudithae soror (Adelheid?) comiti Burchardo nupsit. 60) a. 953. 61) a. 937; ecclesia nova dedicata est a. 948, v. Flod. h. a. 62) cf. supra c. 25. 63) Gerberga. 64) i. e. Laudunum, Laon, v. Flod. a. 945. 946. 65) De Karlomanno regis Karoli filio nihil compertum habemus. Flodoardus dicit, Gerbergam filium minorem, id est Karolum, a. 945 natum, misisse; hic vero ibidem minime mortem obivit. 66) Rothomagus, Rouen.

41. Ille annus notabilis casu calamitoso totius populi, de morte scilicet beatae memoriae Edidis reginae, cuius dies extrema septimo[a] Kal. Februar. celebrata est cum gemitu et lacrimis omnium Saxonum. Haec nata ex gente Anglorum, non minus sancta religione quam regali potentia pollentium stirpe claruit. Decem annorum regni consortia tenuit, undecimo obiit. Saxoniam vero decem et novem annis inhabitavit. Reliquit filium nomine Liudulfum, omni virtute animi et corporis ea aetate nulli[b] mortali[c] secundum; filiam quoque nomine[d] Liudgardam, quae nupserat Conrado duci. Sepulta est autem in civitate Magathaburg[e] in basilica nova latere aquilonali[f] ad orientem.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS[g].

AD DOMINAM MAHTHILDAM IMPERATORIS FILIAM LIBRI TERTII INCIPIT PRAEFATIO[h].

Quemadmodum coeli terraeque facies, hominum[i] voces, vultus ac mores mille modis concordi discordia variantur, sed[k] unius luminis sensusque ducatu, Dei cuncta regentis providentia, coguntur, ita publicis ac privatis rebus intentis imperiale decus, quod te ut serenissimum splendorem gemmamque lucidissimam mundo effudit, unum iustitiae moderamen est normaque rectitudinis. Unde laboris nostri opus, quod a diversis moribus diverse accipitur, eo quod[l] ingenii sermonisque claritate egeat, sinu gloriosae clementiae tuae suscipiatur, nec in eo[m] nostra insipientia, sed maior consideretur devotio, humiliter deposco.

EXPLICIT[n] PRAEPHATIO. INCIPIUNT CAPITULA.

1. Quomodo creavit rex filium suum Liudulfum post se regem.
2. De Gallia profectione, et altercatione regis et Hugonis ducis, et rege Luthwico.
3. Quomodo rex Lucdunum adiit.
4. Quomodo Rothun adiit et inde Saxoniam reversus est.
5. Quomodo Huga occurrit regi iuxta fluvium Car.
6. De Liudulfo filio regis, quomodo Italiam adiit.
7. De Bernhario rege Longabardorum.
8. Quomodo rex duxit exercitum contra Bolizlavum.
9. Quomodo rex reginam[o] sibi sociavit, et Liudulfus ideo tristis inde discedit.
10. Celebratis rex nuptiis revertitur in Saxoniam, secutusque eum Bernharius[p] pacem cum eo secuturus[p*].
11. De conventu populi apud urbem Augustanam[q] et miraculo quod ibi accidit.
12. De filiis regis.
13. De insidiis quas paraverunt regi.
14. De apparatu paschali.
15. De filio generoque regis et pontifice Frithurico.
16. De conventu populi apud Fridisleri et Dadano[r] et Wilhelmo[s] comitibus.
17. De pugna Lothariorum cum Conrado duce.
18. De obsidione Mogantiaca et altercatione Heinrici et Liudulfi.
19. De Ecberhto[t] regis consobrino.
20. De Boioariis quomodo iuncti sunt Liudulfo.
21. De Arnulfo et fratribus eius, et quia exercitus missionem petiit et accipit[u].
22. De rege, et quia multi defecerunt a fide.
23. De exercitu Saxonico qui Mogontiam adiit.
24. De Thiadrico et Wicmanno.

a) VI. Kal. A. b) nullo 3. c) mortalium A. d) Liutgardam nomine 3. e) magdeburg A. f) aquiloni A. 3. g) *ita* A.; 1. 2. 3. *haec omittunt.* h) *ita* 1. Prologus in librum tertium A. Epistola Witichindi ad reginam Mathildim Ottonis Imperatoris filiam 3. *Haec omnia desunt* 2. i) homines 2. k) sed ad u. l. s. ducatum A. 2. 3. l) *add.* in A. m) ea 1. 2. 3. n) Explicipit 1. o) reginas *cod.* p) bertharius *cod.* p*) facturus? q) angustanan *cod.* r) dano *corr.* dadano *cod.* s) uulhelmo *cod.* t) etberhto *cod. saepius.* u) acipit *cod.*

25. De Ecberhto et Wicmanno et duce Herimanno[a].
26. De regis adventu in Boioariam.
27. De pontifice Frithurico et ceteris pontificibus.
28. Quomodo rex infecto negotio revertitur in Saxoniam.
29. De causis Herimanni et nepotum eius.
30. Avares iunguntur Boioariis[b], rex vero occurrit eis cum valida manu.
31. Boioarii bello fatigati de pace tractant.
32. De placito regis apud Cinnam.
33. De pontifice Frithurico et Conrado duce.
34. De Liudulfo qui a patre iratus discessit, et rex eum persequitur.
35. Pugna apud Horsadal.
36. Obsidio urbis quae[c] dicitur Regnesburg.
37. Liudulfus pacem postulat sed non impetrat, et de morte Arnulfi.
38. Liudulfo pax datur, et rex Saxoniam revertitur.
39. Heinricus Novam urbem adiit.
40. Qualiter rex filium clementer suscipit.
41. De fine pontificis Frithurici.
42. Qualiter Ucri a Gerone capiuntur.
43. Qualiter Reinesburg se tradit, et regionem fratri restituit.
44. De famoso triumpho quem rex de Ungariis obtinuit.
45. De pugna Thiadrici adversus Slavos.
46. De portentis quae interim acciderunt.
47. De casu Conradi ducis.
48. De tribus ducibus Avarorum.
49. De triumpho regis.
50. De rege et versutiis Wicmanni.
51. De exercitu qui Wicmannum pene cepit in urbe Suitleiscare.
52. Quomodo capta est urbs Cocarescemiorum.
53. Quomodo ultus est rex illam depopulationem.
54. De Gerone preside.
55. De Stoineffo barbarorum rege et milite qui eum occidit.
56. De rege quia crebris victoriis gloriosus factus est.
57. De Liudulfo quia patria cessit propter amicos.
58. De litteris obitum eius significantibus.
59. De Wicmanno qui Saxoniam occulte intravit.
60. Quomodo fide Geronis susceptus est Wicmannus.
61. De prodigiis quae apparuerunt in vestimentis.
62. De infirmitate imperatoris.
63. De profectione secunda regis in Italiam.
64. De Wicmanno, quomodo iterum rebellavit.
65. De Danis, quomodo christiani perfecte facti sunt.
66. Gero propter iuramentum dimisit Wicmannum.
67. Quomodo Gero[d] Lusiki vicit.
68. De duobus regulis et Wicmanno.
69. De nece Wicmanni.
70. Acceptis armis Wicmanni imperator iam factus, scripsit epistolam in Saxoniam mittendam.
71. De legatis Grecorum et eorum fraude.
72. De Gundthario et Sifrido.
73. De populo Constantinopolitano et eorum imperatoribus.
74. De Mathilda matre imperatoris et obitu episcoporum Bernhardi et Wilhelmi.
75. De reversione imperatoris ab Italia et de obitu eius.
76. Quomodo populus pro patre elegit filium eius in principem.

EXPLICIUNT[e] CAPITULA.

a) hirimanno *cod. saepius* b) boicarios *c.* c) qui *c.* d) ergo *c.* e) explicit *c.*

INCIPIT LIBER III[a]

1. Post excessum[b] Edidis reginae omnem amorem maternum transfudit rex in 916
unicum filium[c] suum Liudulfum, factoque testamento creavit eum regem post se. Ipse autem tener adhuc erat adolescens, aetatis non habens amplius quam sedecim annos.

2. Rex vero in Galliam[d] proficiscens expeditionem, coacto apud Camaracam[e] urbem exercitu, festinat intrare regnum Karoli, vindicandae causa[f] iniuriae generi[g] sui Hluthowici. Quo audito Hugo, missa legatione, iurat per patris sui[i] animam, qui iam 1
olim periit Deo regique[h] proprio repugnando[i], quia tanta sibi esset copia armorum[k], quantam[l] hactenus rex numquam vidisset; additque[m] contemptum, vane tumideque super Saxones loquendo, quia inbelles essent, et quia facile posset una potione telorum Saxonicorum septem obsorbere[n]. Ad quod rex famosum satis reddit[o] responsum: sibi vero fore[p] tantam multitudinem pilleorum foeninorum, quos ei praesentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus umquam[q] viderit[r]. Et revera cum esset magnus valde exercitus, triginta scilicet duarum legionum, non est inventus, qui foenino non uteretur pilleo, nisi Corbeius abbas, nomine Bovo[t], cum tribus suis sequacibus[t]. Hic[t] erat vir sapiens ac clarus, a Deo nobis ostensus, non[u] concessus[3]. Huius patris avus[v] 3
Bovo[4] Graecas litteras coram Cuonrado[w] rege 4
legendo factus est clarus; et huic eiusdem nominis avus erat, ut natu maior, omni[x] virtute ac sapientia potior. Sed et ipse nepos erat Warini, qui ex milite factus est monachus et primus omnium apud Novam Corbeiam[y] regulariter electus est[z] in patrem. Qui cum esset admirandae sanctitatis, ad augmentum virtutum suarum beataeque memoriae Saxoniae preciosum attulit thesaurum, reliquias videlicet pretiosi martiris Viti. (2. 3.)

tantam multitudinem pilleorum ex culmis contextorum[2], quos ei praesentari oporteret, quantam nec ipse nec pater suus umquam viderit. Et revera cum esset magnus valde exercitus, triginta scilicet duarum legionum, non est inventus, qui huiusmodi non uteretur tegumento, nisi rarissimus quisque. Certus autem factus de adventu regis Huga, timore quoque perterritus, dimisit Hluthowicum[s]. (A.)

Dimissus igitur Hluthowicus regi occurrit, iungiturque cum sociis exercitui illius.

3. Rex autem cum exercitu Lugdunum[a] adiit, eamque armis temptavit, inde Parisius[b] perrexit, Hugonemque ibi obsedit, memoriam quoque[c] Dyonisii martiris digne honorans veneratus est. Ductus inde exercitus contra urbem Remensem, ubi erat nepos Hugonis[5] contra ius fasque omne subrogatus episcopus, legitimo pontifice[6] adhuc super- 6
stite. Armis autem urbem capiens, iniuste constitutum expulit sacerdotem, legitimum ecclesiae sedique propriae restituens.

a) *Ita* 1. Explicit prologus. Incipit liber tertius A.; *etiam haec desunt* 2. b) discessum A. c) *deest* 3. d) gallicam 2. 3. 6. 7. e) cameracam A. f) causae 1. g) generis 1. h) regi 2. i) repugnando 1. k) armatorum 3. l) quanta 1. A. m) additque A. 2. 3. n) absorbere 3. o) reddidit 2. 3. 6. p) esse 3. q) *deest* 2. r) videret 3. 6. s) nomine Bovo *et* Hic erat — martiris Viti *desunt* 6. t) sequacibus suis 2. u) sed non *β*. v) Huius pater *β*. w) chuonrado *β*. x) sic omni *β*. y) Chorbeiam 3. z) *deest β*. a) luthuuicum 1. *iam semper*. a) lucdunum 1. *semper*. b) parisium A. 2. 3. c) *add.* sancti 1. *sec. manu*.

1) Rotberti regis, cf. I. c. 30. 2) Subiicimus hic potissimum Ratherii Veronensis episcopi locum, unde pileos stramine confectos Saxonibus proprios fuisse constat; exscripsi eum ex codice regio Monacensi saec. X. fol. 7.: *Sanctus iste nuda seminudus et inequalissima volutabatur diebus ac noctibus per septennium humo. Nos criminosi veniam rogaturi, pilleum villosum capillis, quos extrahere lugendo debueramus, ne infrigidemur, superinducimus, eius cuphia nix grando et aura erat imbrifera. Hiemalis satis rigor incommodus, qui lavaret utique quod commiserat scelus. Pro pilleo, quem moris est incesta etiam generalitati adversa vel eiusdem estimationis innumera plangentes, pelliculis exoticis intus farcire, brumali caput ipsius operiebatur lanugine. Stipularis illa ritus Saxonici camera quam vertici pro vitando solis imponunt ardore, Phoebus illi erat flamivomus ipse.* PERTZ. 3) Nam nonnisi 6 annos monasterio praefuit a. 942—948. 4) Bovo, ut ex Annalibus Corb. patet, abbas 900—916 fuit; Conradus rex vero anno 913 Corbeiam visitavit; senior Bovo denique a. 879—890 abbatiam rexit. 5) Hugo Heriberti Viromandensis filius, qui Remensem episcopatum invaserat, consobrinus erat Hugonis comitis. BOUQUET. cf. tamen supra p. 435. nota 95. 6) Artoldo.

946. 4. Exinde, collecta ex omni exercitu electorum militum manu, Rothun Danorum
7 urbem adiit[7], sed difficultate locorum, asperiorique hieme ingruente, plaga eos quidem magna percussit; incolumi exercitu, infecto negotio, post tres menses Saxoniam regressus est, urbibus Remense atque Lugduno cum caeteris armis captis Hluthowico regi concessis.

947. 5. Huga[b] autem expertus potentiam regis virtutemque Saxonum, non passus est ultra terminos suos hostiliter intrare, sed pergenti[c] in eandem expeditionem anno
9 sequenti, occurrit[8] iuxta fluvium qui dicitur Char[d][9], manus dedit, iuxtaque imperium regis pactum iniit, utilisque proinde permansit.

6. Videns autem rex filium suum Liudulfum virum factum, dedit ei coniugem divitiis ac nobilitate claram, ducis Herimanni filiam, nomine Idam. Quam cum acce-
949. pisset, in brevi post haec socer moritur, cum ducatu omni ei possessione relicta.
Dec. 10. Accepta autem potestate, animum tranquillum, quem in puero[e] gessit, exuit, armatum-
950. que militem in Italiam ducens, aliquantis ibi urbibus captis et sub custodia traditis, ipse revertitur in Franciam.

7. Eo tempore usurpato imperio, regnavit in Longobardia homo ferus[f] et avarus,
10 et qui omnem iustitiam pecunia venderet, Bernharius[g][10]. Veritus autem singularis
11 prudentiae reginae virtutem[h], a Hluthowico rege[11] relictae, in multis eam afflixit, quo tanti decus splendoris[i] extingueret, vel certe obscuraret.

12 8. Illo tempore rex proficiscitur in militiam contra Bolizlavum[k] regem[12] Boemio-
13 rum, et cum capienda esset urbs quae nuncupabatur Nova[13], in qua clausus obsidebatur Bolizlavi[k] filius, prudenti rex consilio diremit proelium, ne miles in rapiendis hostium spoliis aliquod periculum incideret[l]. Considerata itaque virtute regis ac innumera multitudine exercitus, Bolizlav[m] urbe egressus, maluit tantae maiestati subici, quam ultimam perniciem pati; sub signisque stans, et regem audiens[n] responsaque reddens, veniam tandem promeruit. Inde plena victoria gloriosus factus rex, Saxoniam regreditur[o].

951. 9. Cumque eum virtus praefatae reginae non lateret, simulato itinere Romam proficisci statuit. Cumque in Longobardiam ventum esset, aureis muneribus amorem reginae super se probare temptavit. Quo fideliter experto, in coniugium sibi eam sociavit, cumque ea[p] urbem Papiam, quae est sedes regia, obtinuit. Quod cum vidisset filius eius Liudulfus, tristis rege discessit, profectusque in Saxoniam, aliquamdiu
14 moratus est in loco consiliis funesto[14] Salaveldun.

15 10. Rex vero in Italia celebratis iuxta magnificentiam regalem nuptiis[15], proficiscitur inde cum novi matrimonii claritate, acturus[q] proximum pascha in Saxonia, laetitiam patriae magnamque gratiam conferens. Persuasus quoque rex Bernharius a Conrado duce, cui Papia cum praesidio militari relicta[r] erat custodienda, regem subsecutus est in Germaniam, pacem cum eo facturus, et omnibus quae imperavisset obtempe-
16 raturus. Cui regiae urbi[16] appropinquanti, occurritur miliario ab urbe a ducibus et praefectis palatinorumque primoribus, et regaliter susceptus, ductus in urbem, iussus est in hospitio sibi parato[s] manere. Neque enim faciem regis intra tres dies videre promeruit. Quod aegre ferens Conradus, qui eum adduxerat, unumque cum eo sentiens filius regis Liudulfus, suspectum super[t] hac causa Heinricum, fratrem regis, habentes, quasi antiqua stimulatum invidia, devitaverunt eum. Heinricus autem sciens adolescen-

a) rothundanorum 2. A. b) hugo A. 2. 3. c) perg. ei 2. d) car A. 2. 3. Kar 6. e) quam impuero 1. f) fortis 3. g) brenharius 2. *post vero* bernharius; 3 *semper* Berngarius. h) virtutum A. i) ducis splendorem A. k) bolizlaum — bolizlai A. l) milites — inciderent 2. m) bolizlaf 2. Bolizaf 3. n) adiens 1. o) regressus est 3. 6. p) eam 1. q) acturusque 3. r) relicto 2. s) praeparato 3. t) *deest* 2.

7) De hac Rothomagi urbis Nordmanniae obsidione, a Flodoardo praetermissa, cf. Dudo S Quintini decanus lib. III. ap. du Chesne SS. R. Norm. p. 130 *sqq.* 8) intrante mense Augusto cf. Flod. a. 947. 9) Chiers. 10) i. e. Berengarius. 11) Lotharii vidua fuit. 12) Insolens est, quod Boleslaum regem appellat Bohemorum; idem tamen facit Frodoardus ad a. 950. *MEIB.* cf. Dobner ad Hagecium III. pag. 640—642. 13) Nova urbs (*Niuunburg* in dipl. Ottonis Mon. Boica XXVIII. p. 183) urbis Pragae pars esse videtur. — Est Niuunburg, in cuius suburbio, Beheim, Otto 17. Kal. Aug. donationem pro S. Emmeramno edidit, urbs vel a. 1343 Neunburge appellata, hodie Niemburg vel Nimburg ad confluentem Albiae et Marlini ab oriente Pragae. *BOEHMER.* 14) cf. II. c. 15. 15) De nuptiarum die non constat, certe ante natale Domini celebratae sunt. 16) Magadaburg.

tem maternis destitutum[a] suffragiis, contemptui coepit[b] eum habere, in tantum ut a conviciis ei quoque non parceret. Interea rex regem alloquitur, in gratiamque regis ac reginae susceptus, deditionis sponsionem dat, foederisque[c] spontanei[d] diem locumque[e] apud urbem Augustanam[f] designans.

11. Ubi cum[g] conventus fieret, Bernharius manus filii sui[h] Adalberhti[i] suis[k] manibus implicans, licet olim Hugonem fugiens regi subderetur[17], tunc tamen renovata fide coram omni exercitu famulatui regis se cum filio subiugavit. Et ita dimissus, in Italiam remeavit cum gratia et pace. Ibi mirae magnitudinis lapis grandinis tonitru[m] ac tempestate turbulenta de coelo iactus, ingens miraculum multis visentibus praebuit. Aug. cf. Leg. II. 27.

12. Nati sunt autem regi filii ex serenissima regina primogenitus Heinricus[18], secundus Brun[n-19], tertius[o] paterni nominis maiestate designatus[20], quem iam post patrem dominum[p] ac imperatorem universus sperat orbis; filiam quoque sanctae matris eius vocabulo insignitam[21], de qua non praesumimus aliquid dicere, cum eius claritas praecellat omne quod dicere aut scribere valemus[q]. 18 20 21

13. Enimvero rex cum regiones Francorum urbesque circuiret, audivit, quia ei insidiae pararentur a filio generoque; quapropter summus pontifex revocatus, ubi austeriorem vitam more solito cum heremitis et solitariis ante pascha agebat, suscepit regem Mogontiae, ibi ei aliquamdiu ministrans[r]. Nefanda consilia prodita, a filio generoque animadversa; purgandi locum criminis cum consilio pontificis petunt[s] et inpetrant. Qui licet sceleris manifeste arguerentur, paruit tamen rex eorum sententiis in omnibus[t], locorum temporumque angustia. 953.

14. Et cum apparatus paschalis apud[u] Aquas fieri oporteret, comperit, quia nichil sibi dignum ibi paratum esset[v-22]; maternis gaudiis et officiis decenter curatur, regemque quem in Francia[w] pene perdidit, in patria magnifice recepit. 22

15[x]. Nam confortatus amicorum gentisque propriae praesentia, irritum[y] fecit[z] pactum, quod coactus inire confessus est; edictumque est filio generoque, auctores sceleris puniendos tradere, aut certe se[a] hostes[a] publicos nosse. Pactis pristinis pontifex intercessit, tamquam paci et concordiae consulturus; ob id regi fit suspectus, amicis regalibus consiliariisque omnimodis spernendus. De eo nostrum[b] arbitramur nequaquam aliquid[c] temere iudicare; sed quod de eo probamus, quia magnus erat in[d] oratione die noctuque, magnus elemosinarum largitate, praecipuus verbo praedicationis, non silere dignum duximus; caeterum de accusatis[e] causis qui iudicat Dominus est.

16. Earum rerum dum ibi finis non fieret, universalis populi conventus esse iubetur apud villam quae dicitur Fridesleri[f], super his causis discutiendum[g]. Ubi cum frater regis Heinricus adesset, multas ac graves causas summo pontifici obiciebat; propterea-que regis totiusque pene exercitus offensam incurrit, dum eum penitus culpabilem ex illius[h] dictis censerent. Praeterea[i] rex severiorem[k] animum gerens ex recenti iniuria, eminentissimos viros ac sibi quondam caros et in Biertanico[l] bello fideles, fratri[m] traditos exilio dampnavit, dum accusati rationem redderent, nec[n] se[o] purgare[p] sufficerent. Hi erant[q] Thuringi genere, potestatis praefectoriae, Dadanus[23] et Willehelmus[r] nomine. Hoc facto multi scelerum conscii satis[s] perterriti. Soluta contione, multitudine dimissa, sese rex in orientales partes contulit. 23

a) destinatum 2. b) eum coepit 1. 3. c) foederis 3. d) *deest* 1? e) *deest* A. 3. f) Augustam 3. 6. g) *deest* 2. h) filii sui manus 2. i) adalberthi 1. adalberti A. adelberti 2. 3. k) l) *deest* 2. m) tonitruo 2. tonitrui 3. n) Bruno 3. o) *add.* Otto 3. p) dominum post patrem 2. q) valeamus 3. r) ministrabat 2. s) petierunt 3. t) in omnibus *desunt* 1. u) aput 1. v) esse A. w) q. infantia 2. x) 1. *a verbis* est filio *hoc incipit caput.* y) initium 1. z) facit 2. *) *deest* 2. 7. a) publicos hostes 3. b) necessarium 3. c) aliquod 1. d) *deest* A. 2. 3. e) actis 2. f) fridislar A. g) discutiendis 3. 7. h) illis 3. i) propterea 3. k) saeviorem A. 3. l) Britannico 3. m) *deest* 3. n) et 3. ac 7. o) *deest* 2. p) *add.* non 3. 7. q) hic erat 1. r) uulelmus 1. wilhelmus A. 3. s) *deest* 3.

17) cf. Liudprand. V. 12. 18) Quo anno natus et mortuus sit, non constat; a. 953 tamen filii mentio fit (Flod. h. a.). Diem mortis 7. Aprilis Necrologium Merseburgense indicavit. 19) Brun obiit d. 8. Sept. a. 957. Necrol. Fuld. 20) Otto filius natus est a. 955, si Cont. Reginonis fidem praebemus.

21) i. e. Mahthildis, quam Ann. Quedl. et ipsam a. 955 natam fuisse tradunt. 22) Hoc loco quamvis non addendum, cum Reineccio tamen supplendum esse videtur: *Quare cum in Saxoniam perrexisset.* cf. Cont. Reg. a. 953. 23) Dadanus procul dubio idem, quem supra (II. 18) Dadi nominavit. cf. Wedekind Noten I. p. 205.

17. Lotharii autem, cum regem duci Conrado sensissent offensum, cum iam olim ei infesti essent, eo quod ducatum super eos administraret ipsis invitis, arma contra eum sumunt[a]. Ille vero inperterritus, leoninum exerens[b] animum, signa signis contraria invexit, et incredibilem multitudinem ex eis propria manu fudit, dum sanguine amici, quem in proelio amisit, Conradi scilicet Evurhardi filii[24], ut fera[c] saevissima acueretur. Itaque illi fortissimo subpeditante[d] fortium militum manu, adverso exercitui dum novus semper additur, a meridie usque in vesperum protrahitur bellum; nocte proelium dissolvitur, nullus victoria laetatur.

18. Rex autem circa Kalendas Iulii[e] moto exercitu, armis filium generumque quaerere temptavit; obvias urbes partis adversae aut armis cepit aut in deditionem accepit, quousque Mogontiam perveniret, quam filius cum exercitu intravit, patremque, dictu[f] miserabilius, armatus expectavit. Ibi plus quam civile et omni calamitate acerbius bellum coeptum; multae machinae muris admotae, sed ab urbanis destructae[g] vel incensae; crebrae ante portas pugnae, raro forinsecus stationes[h] fusae. Cunctando enim res[i] universae variavere, dum dominatorem regni[k] foris, intus successorem metuebant. Obsidio itaque dum sexaginta ferme dies[l] excederet, sermo fit de pace; unde datus est obses in urbem consobrinus regis[25] Ecberhtus[m], quo libera via cuilibet pateret in castra crimen purgandi, de pace atque concordia tractandi. Filius cum genero[n] castra ingressi, regalibus vestigiis prosternuntur, pro scelere omnia sustinere paratos fore, saltem ut amici auxiliatores in fide suscepti, nichil adversi paterentur. Rex autem non inveniens, quomodo meritas poenas filio inferret, fautores insidiarum expostulat. Illi autem iuramentis vicariis obligati, et quodammodo arte antiqui hostis constricti, hoc omnino negabant. Ingens interea oritur laetitia in castris, et a castris circumquaque fama diffusa, numquam urbe egressos[o], nisi omnibus essent a rege imperatis obtemperaturi[p]. Eae[q] spes incassum conceptae; nam cum non[r] oboedirent edictis regis, motus Heinricus adversus adolescentem: *Nichil te,* inquit, *iactitas contra dominum meum regem fecisse, et ecce omnis exercitus usurpatorem te regni invasoremque novit. Ipse ergo si accusor reus criminis, si culpabilis existo, quare non contra me legiones ducis? Signa adversum me move;* et festucam[s] de terra sumens: *Huius,* inquit, *pretii a me meaque potestate rapere non poteris. Quid tibi visum est sollicitare huiuscemodi rebus patrem tuum? Contra summam divinitatem agis, dum domino patrique tuo repugnas. Si aliquid scis vel vales, in me furorem tuum evome[u], ipse enim tuam non timeo iram.* Ad haec adolescens nichil respondit, sed audito rege, cum suis urbem ingressus est.

19.[v] Consobrinus autem regis Ecberhtus cum obses datus esset in urbem, suasibilibus[w] corruptus verbis, regi fit aversus, cum et antea ei iratus esset, eo quod arguerentur incauti[x] certaminis, ubi oculum perdidisset[26].

20. Dum haec agerentur, proxima nocte Boioarii[y] comites[z] fratris[*] regis, relicto eo[a], iuncti sunt Liudolfo; qui pergens cum eis, cepit urbem regiam quae dicitur Rainesburg[b] cum caeteris in ea regione munitissimis; omnemque pecuniam ducis[c] suis militibus divisit, coniugem cum filiis patrui et amicis non solum urbe sed et regione excedere cogit. Haec omnia a Deo credimus acta, ut qui[d] serenissimum regem plurimis populis ac gentibus praeficere voluit, disceret parum in se, in Deo vero omnia posse.

21. Erat autem iunior Arnulfus cum fratribus, qui tale consilium machinatus est contra Heinricum, eo quod paterno regno subrogaretur, ipse autem honore patrio privatus esset. Porro exercitus diutino labore fatigatus, missionem petit et accipit, rege[e] cum paucis admodum filium in Boioariam subsequente.

a) sumit 1. b) exercens 2. 3. exhibens 7. c) sera 1. d) suppetente 3. e) iulias 3. f) dicto 1. *deest* 3. g) muris – destructae *desunt* A. h) stationis A. i) rex 1. k) regens 2. l) dies ferme 1. 3. m) etberhtus 1. ekbertus, 2. 6. *semper.* ecbertus A. 3. *semper.* n) gerone 1. o) egressuros 2. 3. p) a rege esset imp. optemperatura 2. q) Hae 2. hee A. r) *deest* 3. 7. s) vestucam 1. t) domno 2. u) evove 1. v) *Cum caput* 19 *in codice non legatur, indicem secutus hic eius signum posui.* w) suasilibus 2. x) incepti 3. y) boiarii 1. Boidarii 3. Bawarii. A. *ut semper.* z) comiti 2. *) fratres 1. a) ei 1. b) reinesburg 1. Reinesburg 3. regnesburg A. c) ducis pecuniam 2. d) quem *Wid. scribere debuisset.* e) regem 1.

24) Conradum Eberhardi ducis Francorum filium esse habendum, alii negarunt (Wenck II. pag. 655 n. a.), alii defenderunt (Leutsch p. 40 n. 75). De proelio hoc contra Raginerum comitem commisso cf. Flodoardus a. 953. 25) De cognatione eius cf. Ann. Quedl. a. 955; ipsum et Wichmannum iuniorem fratres fuisse, Scheidt Orr. Guelf. IV. p. 568 sqq. n. probavit. 26) Inde monoculus saepius a recentioribus nominatur.

22. Ipse namque erat patiens laborum, supra quam[a] credi possit de homine ab 953.
adolescentia delicate nutrito. Multitudine denique deficiente a fide, rari admodum erant,
qui partes regis adiuvarent; inter quos erat quidam Adalberhtus[b,27] et alii cum eo 27
admodum pauci.

23. Militante adversum[c] Mogontiam[d] rege, Herimannus dux Saxoniam procurabat[28]. 28
Cum novus exercitus a Saxonia ad supplementum veteris mitti debuisset[29], Thiadricus[30] 30
iuniorque Wichmannus ei praefuere. Attingentes terminos Francorum, a Liudulfo duceque Conrado subito circumfusi, in desertum quoddam coguntur castellum. Quod cum obpugnare nituntur, iactu rotae signifer ante portam brachium perdidit; quo facto bellum est sedatum, indutiaeque concessae trium dierum in Saxoniam revertendi.

24[e]. Thiadricus a Liudulfo magnis promissionibus est temptatus, Wichmannus autem admodum corruptus[f], patruum[31] exin[g] arguere, paternae hereditatis raptorem 31
dicere et suorum thesaurorum praedonem vocare coepit. Ipse autem consilii nequaquam ignarus, quanta sapientia quantaque prudentia contra propinquos et hostes manifestos vigilaverit, difficile[h] est omnimodis edicere.

25. Iungitur quippe Ecberhtus Wichmanno, eademque sententia consurgunt in ducem, nullumque ei dant[i] quietis otium. Ille autem nobili patientia iuvenum furorem frangens, cavet tumultum aliquem rege absente illis in partibus accrescere.

26. Boioarii repentino regis adventu nec ad pacem vertuntur[k], nec bellum publicum praesumunt, sed clausi muris grandem exercitui laborem suaeque regionis solitudinem parant. Unde minus procedente negotio, absque animabus[l] exercitus a nulla re abstinebat, sed omnia vastabat.

27. Summus pontifex interea, ut[m] ipse aiebat[n] timore regis, officio pontificali amisso, heremiticam cum solitariis ducebat vitam. Non minima quoque caeteris pontificibus cunctatio erat in Boioaria, dum favent partibus nunc regi assistendo, nunc alienas[o] partes adiuvando, quia[p] nec sine periculo alienabantur a rege, nec sine sui[q] detrimento ei adhaerebant.

28. Agens tres integros[r] menses, a Mogontia[s] recedens, rex in illis regionibus, demum circa Kalend. Ianuar.[32], infecto negotio, amissis duobus principalibus viris ac pote- 32
state claris, Immede et Mainwerco[t], quorum uterque ictu sagittarum periit, alter Mogontiae, alter in itinere Boioariam pergentibus, revertitur in Saxoniam.

29. Causas dicentibus coram rege Herimanno suisque nepotibus, omnes iusti tena- 954.
ces sententiam ducis[u] laudavere, adolescentes castigandos iudicantes[v]. Rex autem amans parcebat[w] illis, sub custodia militari tantum intra palatium tradens Wichmannum.

30. Interea audit, quia Avares intrantes Boioariam, iungerentur adversariis, disponerentque publico bello eum temptare. At ille satis inperterritus tali necessitate, numquam se gratia Dei dominum ac regem oblitus est, sed collecta valida manu, obviam procedit acerrimis hostibus. Illi autem divertunt[x] ab eo, acceptisque ducibus a Liudulfo, omnem Franciam pervagati sunt, et tantam stragem dederunt, primum amicis, ut cuidam Ernusto[y] vocabulo, qui erat partis adversae, sui iuris familias supra millesimum numerum captivassent, deinde caeteris omnibus, ut dictu fidem excedat. Domi-

a) *add.* quod A. 3. b) adalberthus 1. adelbertus A. 2. 3. c) adversus A. d) maguntiam A. e) *indicem secutus hoc loco caput* 24. *posui, et ita deinceps numeravi; in codice ordo saepius turbatur.* f) correptus *corr.* corruptus 2. g) exinde 2. h) difficele 1. i) dedè 2. k) revertuntur 1. l) a manibus 3. m) *deest* 1. n) agebat 1. o) alienos 1. alias 3. p) qui 1. q) *deest* 3. r) menses integros 3. s) mogontio 1. moguncia 2. *saepius vero* moguntia; A. *plerumque* maguntia. t) meinuuerco 2. A. u) ducis sententiam A. v) iudicandos 2. w) parcens 2. x) diverterunt A. 3. 7. y) ernesto A. 2 3.

27) Comes Sueviae potens cf. Ann. mai. San. Gall. a. 954, Vita S. Udalrici X. 39. 39. 28) Hermanno idem quod supra (II. 2.) Sigifrido tribuitur; neque tamen tunc temporis dux fuit constitutus (Wedekind Noten II. p. 357). 29) Quae a Widukindo de Thiadrici et Wichmanni expeditione narrantur, iam antea gesta sint oportet; nam Liudulfus tunc Radasponam, Conradus Metim se receperat, neque iuncti obviam his copiis ire potuerunt. Exercitum non in Bawariam sed Franciam ductum esse, Wid. ipse indicat, et fortasse e cap. 25. coniicere licet, iam ante Ecberti defectionem haec acta esse. Hoc loco referuntur, ut Saxoniae motus causae appareant. 30) Thiadricus idem esse videtur, qui Geroni in marchia septentrionali regenda successit. v. Leutsch Gero p. 92. n. 149; Wichmannus filius fuit Wichmanni, cuius II. c. 4. et 11. mentio fit, cf. Wedekind Noten II. p. 66. sqq. 31) Hermannum. 32) i. e. die 14—31 mensis Decembris; natalem Domini rex iam in Saxonia celebravit. Cont. Reg. a. 954.

nica ante pascha Wormatiae[a] eis est publice ministratum, et muneribus auri et argenti plurimum donatum. Inde[b] Galliam profecti, per aliam viam[33] in patriam revertuntur.

31. Boioarii civili exercitu externoque fatigati — nam Ungariis egressis, exercitu regali premuntur — coacti sunt de pace tractare; factumque est, ut pax daretur usque in 16.[c] Kalend. Iulii, et locus esset apud Cinnam[d,34] rationis dandae et responsionis reddendae.

32. Ad condictum locum dum universalis populi conventus fieret, talem rex orationem exorsus est: *Paterer* inquit, *si indignatio filii mei caeterorumque insidias tendentium me solum torqueret, et non totum christiani nominis populum perturbaret; parum esset, urbes meas more latronum invasisse, regionesque[e] a mea[g] potestate rapuisse, nisi*[h] *propinquorum meorum ac carissimorum comitum sanguine satiarentur. Ecce sine filiis sedeo orbatus, dum filium gravissimum hostem patior. Quem*[35] *plurimum amavi et a mediocri loco ad summum gradum summumque honorem provexi, unicum filium meum habet*[i] *adversum me*[k]. *Tolerabile*[l] *hoc utcumque*[m] *foret, si non*[n] *Dei hominumque inimici his causis*[o] *introducerentur. Modo regnum meum habent desolatum, populum captum vel interfectum, urbes destructas, templa succensa, sacerdotes extinctos; adhuc madent sanguine plateae; auro meo et argento, quibus filium generumque ditavi, hostes Christi sedes suas remeunt*[p] *referti*[q] *Quid igitur*[r] *supersit sceleris, quid perfidiae, excogitare nequeam.* His dictis, tacuit rex. Heinricus laudans sententiam regis, subiunxit, quia hostes secundo victi[s] publico certamine, maligne ac pessime conducerentur, quo via eis iterum laedendi aperiretur; omnem calamitatem omnemque laborem consultius[t] velle pati, quam communem hostem umquam in fidem[u] susciperet[v]. His dictis, Liudulfus procedens ait: *Conductos adversum me pecunia, fateor, obtinui, ne me michique subiectos laederent; si in hac parte culpabilis praedicor, sciat me omnis populus hoc non*[w] *voluntarie, sed ultima necessitate coactum fecisse.* Postremum pontifex summus rationem redditurus intravit, promittens, se quocumque[x] rex[y] imperavisset iudicio significaturum, numquam contra regem sensisse vel velle vel fecisse; timore coactum a rege discessisse, offensum sibi eum quia[z] intellexisset, innocentem gravissimis accusationibus obrutum; de caetero iuramentorum omnibus argumentis[*] fidem servaturum. Ad haec rex: *A vobis non exigo iuramentum, nisi pacis et concordiae consilium*[a], *in quantum possitis, adiuvetis.* Et hoc dato, in fide ac pace eum dimisit[b].

33. Pontifex cum duce Conrado cum adolescentem non possent inclinare, quatinus patri subderetur eiusque sententiam secutus sustineret, discesserunt ab eo, Deo regique sese[c] iungentes.

34. Proxima nocte Liudulfus cum suis a rege discedens, urbem Rainesburg[d] cum exercitu intravit. Rex autem sequens filium, urbem[e] offendens quae dicitur Horsadal[f,36], obsedit eam.

35. Facta autem pugna, durius certamen circa murum nemo umquam viderat[g] mortalium. Multi ibi ex utraque parte caesi, plures sauciati; noctis tenebrae proelium dirimere[h]. Saucius ancipiti bello postera luce ducitur inde[i] exercitus, diutius ibi non morari[k] visum ad graviora tendentibus.

36. Trium dierum itiner[l] proinde ad Rainesburg[m]. Castrorum loca occupata munitionibusque circumsepta, obsidio[n] urbis diligenter est incepta. Sed cum multitudo machinas muris adplicari non sineret, satis dure interdum ab utrisque pugnatum[o] pro muris. Diu tracta obsidio[n] cogit clausos[p] belli negotiis aliquid actitare. Arbitrati sunt enim fame peius torqueri, si ad id cogerentur, quam in acie fortiter mori. Iussum itaque, occidentali porta erumpere equites, quasi inpetum in castra facturos, alios naves

a) uurmaciae 1. b) *add.* in A. 2. 3. c) XVII. 3. d) cirinam 2. e) pater A. f) regiones 3. g) antea A. h) ni 3. i) habeo 2 3. k) aversum a me 2. A. l) tollerabile 2. m) totum 3. n) *deest* A. o) *add.* non A. p) remeant A. 3. *corr.* remeunt 2. redeunt 7. q) referri 2. r) ergo 3. 7. s) victo 2. t) consultus 2. u) fide A. v) suscipere 2. w) *deest* A. x) quemcumque 2. y) *deest* A. z) qua 2. *) iuramentis 3. a) consilio 2. b) dimisit eum 1. c) se 2. d) reinesburg 1. reinesburg 2. Reinespurg 3. regensburg A. e) urbemque A. 7. f) horsedal A. 2. 3. g) vidit A. h) dirimerq. 1. direinere A. 3. i) exercitus inde 3. k) maiori 1. l) i. e. iter. — itinere 2. iter A. 7. itur 3. m) raeinesburg 1. Reinespurg 3. regensburg A. *et ita deinceps.* n) obsidia 2. o) *add.* est 2. 6. 7. p) clausis 2. 3.

33) Cont. Reg. a. 954: *per Italiam redierunt.* 34) Langen-Zenn prope Nürnberg. cf. Wedekind Noten I p. 28. 35) scil. Conradus dux. 36) Rossthal in praefectura Cadolzburg, Wedekind l. l.

ascendere, et per flumen[a] urbi contiguum[b], dum equestri proelio pugnaretur, castra ar- 954.
matis deserta invaderent. Urbani signo nolae congregati, condicta peragere; quod in castris usu non ignotum. Quapropter et ipsi non segniter praeparantur. Moram facientibus in erumpendo[c] equitibus, classis[d] ab urbe longius elabitur[e], exsilientesque de navibus irruunt[f] in castra, offendentesque[g] armatos, dum trepidi fugae consulunt, circumfusi undique caeduntur. Alii naves ingredi nisi[h], timore perculsi deviantes, flumine absorbentur; alii naves plus aequo ingressi, dimerguntur, factumque est, ut vix pauci de pluribus superessent. Equites vero ab equitibus fatigati devictique, plures saucii, in urbem[i] coguntur. Miles regius victor in castra reversus, unum solummodo letali vulnere percussum pro portis secum revehunt[k]. Pecus omne urbis loco herboso delatum, qui erat inter Rain[l] et Donov[m] fluvios[n], sed a fratre regis Heinrico captum, et inter socios divisum est. Urbani crebris proeliis triti, fame quoque periclitari coeperunt.

37. Unde egressus[o] urbe Liudulfus cum principalibus viris, pacem postulat, sed non inpetrat, quia patri obedientiam negat. Ingressus vero urbem, portam orientalem obsidentem armis temptat Geronem, tot victoriis quot proeliis clarum. A tertia hora usque in nonam acriter pugnatum[p]; ante portam urbis, equo[q] cadente, ascensor Arnulfus armis exutus ilicoque telis[r] perfossus occubuit. Post biduum a muliere famem urbis fugiente mors illius notificatur, dum antea incertum esset. Cuius morte urbani satis confusi, iam de pace tractabant.

38. Interventu proinde principum iterum Liudulfus cum sociis urbe egressus, dum mense integro[s] et dimidio obsideretur, pacem obtinuit usque ad condictum diem, dum de his causis diiudicaretur; locusque concilii[t] apud Fridesleri[u] notabatur. Rex inde patriam reversus[v].

39. Heinricus vero Novam urbem[37] obtinuit; Rainesburg pene omnis proxima nocte 37
concremata[w].

40. Exercitandi gratia venationem agens rex in loco qui dicitur Suveldun[x.38], filius[y] 38
patri[z] nudatis plantis prosternitur, intima tactus poenitentia; oratione flebili patris[*] primum, deinde omnium praesentium lacrimas extorquet. Amore itaque paterno susceptus in gratiam, spondet[a] se obtemperaturum consensurumque[b] omni paternae voluntati.

41. Interea summus pontifex aegrotasse nuntiatur ac desperari. Quapropter regis Oct.
placitum modice est dilatum[c]. Finem summi pontificis qui interfuere satis laudabilem 25.
praedicant. Defuncto pontifice, universalis conventus[d] populi celebratus[39]; Mogontia[e] 39
post annum et dimidium regi tradita cum omni Francia; filius ac gener in gratiam suscepti, qua et in finem usi sunt fideliter.

42. Eo anno Slavi[f] qui dicuntur Uchri[g] a Gerone cum magna gloria devicti, cum ei praesidio esset dux Conradus a rege missus. Praeda inde ingens ducta; Saxoniae laetitia magna exorta.

43. Proximum agens rex pascha[h] cum fratre, ducit post haec exercitum contra 955.
Rainesburg, iterum armis machinisque urbem torquens. Dum praesidio Saxonum destituitur ac fame vexatur, portis urbani egressi, cum urbe tradiderunt semet ipsos regi. Qui principes exilio dampnans, reliquae multitudini parcit, victoriaque gloriosus remeavit in patriam, omni regione Boioarica fratri restituta.

44. Ingressusque Saxoniam circa Kal. Iulii, obvios habet legatos Ungariorum, tamquam ob antiquam fidem ac gratiam eum visitantes, re autem vera, ut quibusdam

a) fluvium A. 3. b) urbem contiguam 2. c) erumpando 1. d) clausis 3. e) elabuntur 3. f) irrunt 1. g) offendentes 2. h) non 3. i) urbe 1. k) reveunt 1. l) raim 1. rein 3. erat in terra 2. m) danubium 1. 3. Donau 7. n) fluvius 2. o) *add.* est 1. p) *add.* est A. 3. q) *ex* 1. *et* 2. *hanc verborum distinctionem recepi.* r) telo *corr.* telis 2. s) integra 1. t) consilii 3. *deest* A. u) fridislar A. v) rex redit inde in patriam 3. w) est arsa A. arsa 3. exusta est 6. incensa est 7. x) seveldun *corr.* suveldun 2. y) si filius A. z) patris A. *) patri 3. 1? a) spondit 1. b) consenseruntque 1. c) dilatatum 3. d) *add.* est A. e) moguncia A. f) A. *hic et deinceps* flavi g) uchri A. h) rex in pascha 1. pascha rex 3.

37) Fortasse recentiorem urbis Regensburg partem, ad sinistram Danubii ripam, noster ita appellavit. 38) Fortasse Saufeld in districtu Berka ad Ilmam in terra Wimariensi cf. Acta societ. hist. Thuring. Sax. IV. 2. p. 172. 39) d. 17. Dec. in loco Arnstedt cf. Ann. Augienses h. a.

955. videbatur, eventum belli civilis[a] considerantes. Quos cum secum aliquantis[b] diebus retinuisset et aliquibus munusculis donatos remisisset in pace, audivit a nuntiis fratris, ducis scilicet Boioariorum: *Quia*[c] *ecce Ungarii diffusi invadunt terminos tuos, statuuntque tecum inire certamen.* His auditis rex, quasi nichil laboris[d] praeterito bello toleravisset, coepit ire contra hostes, sumptis[e] secum paucis admodum ex Saxonibus, eo quod iam bellum Slavanicum[f] urgeret. Castris positis in confiniis Augustanae urbis, occurrit ei exercitus Francorum Boioariorumque; cum valido quoque equitatu venit in castra Conradus dux, cuius adventu erecti milites[g], iam optabant non differre certamen. Nam erat natura audacis animi, et quod rarum est audacibus, bonus consilii[h], et dum eques et dum pedes iret in hostem, bellator intolerabilis, domi militiaque[i] sociis carus. Igitur ab utriusque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longe exercitus ab altero fore. Ieiunio in castris praedicato[k], iussum est omnes in crastino[l] paratos esse
Aug. 10. ad bellum. Primo diluculo surgentes, pace data et accepta, operaque sua primum duci, deinde unusquisque alteri cum sacramento promissa[m], erectis signis procedunt castris[n], numero quasi octo legionum. Ducitur exercitus per aspera et difficilia loca, ne daretur hostibus copia turbandi sagittis agmina, quibus utuntur acerrime, arbustis ea protegentibus. Primam et secundam tertiamque legionem direxerunt Boioarii, quibus praefuerunt praefecti ducis Heinrici; nam ipse[o] bello interim aberat, eo quod valitudine corporis laborasset, qua et mortuus est[40]. Quartam[p] ordinavere Franci, quorum rector ac[q] procurator erat[r] dux Conradus. In quinta, quae erat maxima, quae et dicebatur regia, ipse princeps vallatus lectis[s] ex omnibus[t] militum milibus[u] alacrique iuventute, coramque eo angelus, penes quem victoria, denso agmine circumseptus. Sextam et septimam construxerunt Suavi[v], quibus praefuit Burghardus[w], cui nupserat filia fratris
31 regis[41]. In octava erant Boemi electi milites mille, armis potius instructi quam fortuna; in qua et sarcinae omnes ac[x] inpedimenta quaeque, quasi ipsa esset lutissima, quae esset novissima. Sed aliter res acta est ac[y] arbitrabatur; nam Ungarii nichil cunctantes, Lech fluvium transierunt, circumeuntesque[z] exercitum, extremam legionem sagittis lascessere[a] coeperunt, et inpetu cum ingenti vociferatione facto[b], aliis caesis vel[b] captis, sarcinis omnibus potiti, caeteros legionis illius armatos fugere compulerunt. Similiter septimam ac sextam aggressi, plurimis ex eis fusis, in fugam verterunt. Rex autem cum intellexisset, bellum ex adverso esse[c] et post tergum novissima agmina[d] periclitari, misso duce cum quarta legione, captivos eripuit, praedam excussit, latrocinantiaque[e] hostium agmina proturbavit[f]. Fusis latrocinantibus undique adversariorum agminibus, signis victricibus dux Conradus ad regem revertitur; mirumque in modum[g] cunctantibus veteranis militibus, gloria victoriae assuetis, cum novo milite et tere bellandi ignaro[h] triumphum peregit.

32 13. Dum ea geruntur in Boioaria, varie pugnatum est a praeside Thiadrico[42] adversus barbaros. Cum capere nisus[i] esset quandam urbem illorum, usque[k] introitum portae persecutus est adversarios, cogens illos intra murum, oppido potito et incenso, et omnibus quae[l] foras murum erant captis vel interfectis. Cum iam incendio extincto reveteretur, et paludem, quae erat urbi[m] adiacens, medietas militum transisset, Slavi videntes nostros in arto sitos ob difficultatem[n] loci, nec copiam habere[o] pugnandi nec locum adeo fugiendi, insequebantur a tergo revertentes clamore magno. Peremerunt[p] ex eis ad[q] quinquaginta viros, foeda[r] fuga nostrorum facta.

a) civilis belli 2. b) aliquot 3. c) *add.* et 1. d) quasi laboris oblitus, quem p. 3. e) sumtisque A. f) sclavonicum 2. g) milites erecti 2. 6. h) boni consilii 2. bono consilio 3. bonus consilio 6. 7. i) militiaeque 3. k) indicto 3. l) crastinum 3. 7. m) promisso 2. n) e castris 3. 6. o) ipso 3. 1? p) *add.* vero 3. q) p. et r. 3. r) *deest* 2. s) electis 2. 7. t) multis 3. u) militibus 2. 7. v) suevi A. 3. 6. 7. w) burgardus 1. burchardus 2. A. Burcardus 3. x) et A. y) quam A. 7. z) circueuntesque 2. 7. a) lacessere A. 3. b) aliis 3. 6. c) *deest* A. 7. d) *deest* A. e) latrocinantium 2. f) perturbavit A 2. 3. g) immodum 1. h) ignara 1. i) uisus 3. k) *add.* ad 2. A. 7. l) prae 1. m) *deest* 3. n) diffucultatem 1. o) haberet A. p) et peremerunt 2. q) *deest* A. r) *deest* 2.

40) Obiit die 1. Novembris. 41) Burchardus, filius, ut videtur, ducis Burchardi a. 926 occisi, filiam Heinrici Hadwigem duxit, et Liudulfo deposito, a. 955 ducatum Sueviae recepit. 42) cf. c. 23; praeses a Widukindo idem qui marchio dici videtur, cf. II. 30. III. 54. 67. de Gerone, III. 51. de Heinrico; II. c. 33. Oddo Lotharioruм dux hoc nomine appellatur, in diplomate a. 932 (Schannat tradd. Fuld. p. 234.), quod tamen vix genuinum haberi potest, Meginwardus comes.

46[a]. Ingens interea pavor omnem Saxoniam trepidam pro rege et exercitu[b] eius pro hac re adversa[c] invasit. Terrebant nos praeterea portenta inusitata. Templa denique plerisque in locis tempestate valida concussa visentibus et audientibus horrorem nimium incussere; utriusque sexus sacerdotes ictu fulminis interierunt, et alia multa illo tempore contigerunt dictu horrenda et propterea nobis praetereunda. Totum pondus proelii ex adverso iam adesse[d] conspiciens rex, exhortandi[e] gratia allocutus est socios[f] hoc modo: *Opus esse[g] nobis bonorum animorum[h] in hac tanta necessitate, milites mei, vos ipsi videtis, qui hostem non longe sed coram positum toleratis. Hactenus enim inpigris manibus vestris ac armis semper invictis gloriose usus, extra solum et imperium meum ubique vici[i], et nunc in terra mea et regno meo terga vertam? Superamur scio multitudine, sed non virtute, sed non armis; maxima enim ex parte nudos illos armis omnibus penitus cognovimus, et quod maximi est nobis solatii, auxilio Dei. Illis est sola pro muro audatia[k], nobis spes et protectio divina. Pudeat iam nunc dominos pene totius Europae inimicis manus dare. Melius bello, si finis adiacet, milites mei, gloriosè moriamur, quam subiecti hostibus vitam serviliter ducamus, aut certe more malarum bestiarum strangulo deficiamus. Plura loquerer, milites mei, si nossem verbis virtutem vel audatiam animis vestris augeri. Modo melius gladiis quam linguis colloquium incipiamus!* Et his dictis, arrepto clipeo[l] ac sacra lancea, ipse primus equum in hostes vertit, fortissimi militis ac optimi imperatoris officium gerens. Hostium audaciores[m] primum resistere[n], deinde ut socios viderunt terga vertere, obstupefacti nostrisque intermixti, extinguuntur. Caeterorum vero alii, equis fatigatis, villas proximas intrant, circumfusique armatis, cum moeniis[o] pariter[p] concremantur; alii flumen contiguum transnatantes, dum ripa ulterior[q] ascendentes non sustinet, flumine obvolvuntur et pereunt. Eo die castra invasa, captivique omnes erepti; secundo die ac tertio a vicinis urbibus reliqua multitudo in tantum consumpta est, ut nullus aut rarus evaderet[r]. Sed non adeo[s] incruenta victoria fuit de tam saeva gente. 955 Aug. 10.

17. Conradus quippe dux[t] fortiter pugnans, animi fervore solisque ardore, qui eo die nimius erat, accensus aestuat, vinclisque[u] solutis, dum auram captat, vulnere sagittae adverso gutturis defixae cadit. Cuius corpus iuxta regis imperium honorifice collectum transportatur Wormatiam[v], ibique sepelitur vir omni virtute animi et corporis magnus atque famosus, cum fletu et planctu omnium Francorum.

18. Tres duces gentis Ungariae capti, ducique Heinrico praesentati, mala morte, ut digni erant, multati[w] sunt; suspendio namque crepuerunt.

19. Triumpho celebri rex factus gloriosus[x], ab exercitu pater patriae imperatorque appellatus est. Decretis proinde honoribus et dignis laudibus summae divinitati per singulas ecclesias, et hoc idem sanctae matri eius per nuntios demandans[y], cum tripudio ac summa laetitia Saxoniam victor reversus, a populo suo[z] libentissime suscipitur; neque enim tanta victoria quisquam regum intra ducentos annos[43] ante eum laetatus est. [Nam ipsi bello Ungarico aberant, Slavanico[*] certamini reservati[a].] 43

20. Igitur, ut supra retulimus, cum deficeret in ratione reddenda contra suum patruum Wichmannus, intra palatium custoditur. Cum vero[b] rex in Boioariam proficisci vellet[44], simulata infirmitate, ipse iter negavit; unde monitus ab imperatore, quia destitutus a patre et matre loco filiorum eum assumpserit liberaliterque educaverit, honore paterno promoverit, rogatque[c], ne ei molestiam inferret, cum alia plura gravaretur. Ad haec nichil utile audiens imperator discessit, commendato eo Iboni[d] comiti. Aliquantis diebus cum eo degens, petit post haec venandi gratia[e] silvam ire[f] liceret. 44

a) *inde ab hoc capite codicis numeri cum indice conveniunt.* b) exercitui A. c) adverso 1. adversam 3. invasit adversa A. d) esse 2. e) hortandi 1. f) *deest* 1. *add.* suos 3. g) esset 2. h) bonis operibus 3. i) vici ubique 2. k) audacia pro muro A. l) gladio et clypeo 3. m) auditores A. n) restitere A. 3. restiterunt 6. o) menibus 2. 6. p) quoque 1. q) alterior 1. altior A. r) discederet A. s) *deest* 1. t) dux quippe 1. u) vinculi-que loricae 6. v) uurmatiam 1. vormaciam 3 w) mala — multati *desunt* 1. x) gloriosus factus 1. y) *add.* ut 1. z) *deest* 3. *) sclavonico 3. a) nam ipsi — reservati *desunt* 1., *quae quamvis glossatori caidam tribui possent, quum tam* 2. (3.) *quam A. exhibeant, omittere nolui.* b) igitur A. 3. c) rogatusque 2. d) bono 2. e) post haec petit ut eum venandi gratia 2. f) inire 2. intrare 3.

43) Widukindus de Karoli Martelli victoria a. 732 de Sarracenis reportata cogitasse videtur.
44) Loquitur de expeditione anno 954, Ungariis fugatis, suscepta (c. 31.)

Ibi[a] absconditos socios secum sumens, perrexit in patriam, et occupatis[b] aliquibus[c] urbibus, iuncto sibi Ecberhto, arma sumit contra imperatorem. Industria autem ducis Herimanni facile eos oppressit, trans Albiamque[d] coegit. Illi cum se sensissent duci resistere non posse, sociaverunt sibi duos subregulos barbarorum [45], Saxonibus iam olim infestos, Naconem et fratrem eius.

51. Ductus exercitus a duce, reperti sunt in urbe quae[e] dicitur Suithleiscranne[f] [46]; et pene erat, ut cum urbe[g] caperentur, nisi[h] clamore cuiusdam citarentur[i], et ad arma prosilirent; caesis tamen ante portam urbis ad[k] quadraginta armatis, caesorumque[l] spoliis potitus dux Herimannus discedit[m]. Erant autem qui eum adiuvarent Heinricus praeses cum fratre Sifrido[n], viri eminentes et fortes, domi militiaque[o] optimi. Facta sunt autem haec initio[p] quadragesimalis ieiunii[q].

52. Barbari vero post proximum pascha irruunt in regionem, ducem habentes Wichmannum, ad facinus tantum, non ad imperium; nullam moram agens[r] sed et ipse dux Herimannus, cum praesidio militari adest, vidensque exercitum hostium gravem, sibique parvas admodum belli copias affore[s], civili bello urgente, arbitratus est consultius[t] differre certamen in dubiis rebus constitutis, multitudinique imperare[u], quae maxima in unam urbem confluxerat, dum caeteris diffiderent[v], quoquo[w] pacto possent, pacem expostularent. Quod tamen consilium milites aegre valde tulerunt, et maxime Sifridus, qui erat bellator acerrimus. Faciunt tamen cives Cocarescemiorum[x] [47], ut dux imperarat, pacemque eo pacto obtinent[x*], quo liberi cum uxoribus et natis supra murum inermes ascenderent, conditione servili et omni suppellectili in medio urbis hostibus relicta. Cum intra urbem irruerent barbari, quidam illorum suum mancipium agnoscit in cuiusdam liberti uxore; quam cum rapere de manu viri niteretur, ictum[y] pugni[z] accipit, irritumque pactum ex parte Saxonum proclamitat; unde fit, ut omnes ad caedem verterentur, nullumque relinquerent, sed omnes perfectae aetatis neci darent, matres[*] cum natis captivos ducerent[a].

53. Quod scelus imperator ulcisci gestiens, victoria iam de Ungariis patrata[b], regiones barbarorum hostiliter intravit. Consultum de Saxonibus, qui cum Slavis conspiraverant[c]; iudicatum[d] est, Wichmannum et Ecberhtum pro hostibus publicis habere[e] oportere, caeteris vero parcere, si quidem remeare voluissent ad suos. Aderat et legatio barbarorum, tributa socios ex more velle persolvere nuntians; caeterum dominationem regionis velle tenere; hoc pacto pacem velle, alioquin pro libertate armis certare. Imperator ad haec respondit, pacem quidem eis nequaquam[f] negare, sed omnimodis dare non posse, nisi iniuriam perpetratam digno honore ac emendatione purgarent; omniaque vastando et incendendo per illas regiones duxit exercitum, donec tandem, castris positis super Raxam [48] fluvium ad transmeandum paludibus difficillimum, ab hostibus circumfunditur. A tergo namque via[g] arborum robore obstruitur, eademque armatorum manu vallatur; ex adverso fluvius fluvioque contigua palus, et cum ingenti exercitu Slavus[h], bellatores et ab opere et ab itinere prohibens. Vexatur autem et aliis incommodis exercitus, morbo pariter ac[i] fame. Dum talia agerentur per plures dies, mittitur ad principem barbarorum, qui dicebatur Stoinef, Gero[k] comes, quatinus imperatori se dedat, amicum per id adepturum, non hostem experturum.

a) ibique 3. b) *add.* ibi 3. c) aliquibibus 1. d) transabiamque A. trans Albimque 3. e) qui 1. f) suithelei scrannae A. Suuithleiscranne 3. g) cum urbe *desunt* 2. cap. cum urbe 3. h) ni 3. A. i) excitarentur 3. k) *deest* 2. 7. l) caesorum A. m) discessit 2. 7. n) 2. 3. *semper* sigifrido. o) militiaeque 3. p) in initio 3. 7. q) quadragesimae vel ieiunii 1. r) agentes 2. s) adesse 3. t) consulcius 1. u) imperarat 2. v) differrent 1. w) quo 1. x) *hoc vocabulum erasum est* 1. convocare. scemiorum 2. x*) optinerent 1. y) ictu 1. iectum A. z) pugne 1. pugnae 2. pugno 7. *) matresque 3. a) matres — ducerent *desunt* 1. b) parta 3. c) conspiraverunt 2. conspirant A. d) iudicatumque 2. 3. e) haberi 2. 7. f) non 3. 7. g) *deest* 1, 2. 3. 7. h) slavus *corr.* slavos 1. sclavos 2. 3. slavi — prohibentes 7. i) et 2. A. 7. k) stoinefgero 3

45) cf. Ann. mai. Sangall. a. 955. 46) De urbe Schwedt Hahn. H. G. II. p. 62. n. i. et Wedekind Noten I. p. 21 cogitarunt; aliam proposuit sententiam Leutsch Gero p. 97 n. 153. 47) De urbis situ adhuc sub iudice lis est; cf. libri n. f. allati. — Vox Slavica locum aut prope Albiam aut in altera Albiae ripa haud procul a Magdeburg situm fuisse indicat, ubi complures loci extant, qui aliquam vocis similitudinem praeferunt. *P.* 48) Minime cum Ann. Saxone Taxa legi fluviumque Dosse intelligi posse, omnium codicum consensus ostendit; videtur igitur esse Reckenitz ducatus Megalopolitani fluvius, populos quibuscum bellum erat pertransiens.

54. Erant quippe[a] in Gerone multae artes bonae[b], bellandi peritia, in rebus civi- 955.
libus bona consilia, satis eloquentiae, multum scientiae[c], et qui prudentiam suam opere[d] ostenderet[e] quam ore; in adquirendo strenuitas, in dando largitas, et quod optimum erat, ad cultum divinum bonum studium. Igitur praeses super paludem et flumen, cui palus adiacens erat, barbarum salutabat. Cui Slavus aequalia respondit. Ad quem praeses: *Satis tibi esset, si bellum gereres contra unum nostrûm de servis domini mei, et non etiam contra dominum meum regem. Quis tibi exercitus, quae arma, ut talia praesumas? Si aliqua vobis virtus adsit, si artes, si audatia, date nobis locum ad vos transeundi, sive nos vobis huc veniendi; et aequato loco, fortitudo appareat pugnatoris.* Slavus barbarico more frendens, et multa convicia evomens, irrisit Geronem imperatoremque et omnem exercitum, sciens eum multis[f] molestiis aggravatum. Gero ad haec commotus, ut erat animi ardentissimi: *Crastinus*, inquit, *dies declarabit, tu et populus tuus fortes[g] viribus sitis, an non; cras enim nos vobiscum congredientes procul dubio videbitis.* Gero denique olim licet multis gestis[h] insigniis[i] clarus haberetur, iam tamen magnus ac celebris ubique praedicabatur, eo quod Slavos qui dicuntur[k] Uchri cum magna gloria cepisset[49]. Gero reversus in castra, retulit quae audierat. 49
Imperator vero de nocte consurgens, iubet sagittis et aliis[l] machinis ad pugnam provocare[m], et quasi vi flumen paludemque transcendere velle. Slavi autem hesterna comminatione nichil aliud arbitrati, ad pugnam pariter conspiravere, iter totis viribus defendentes. At Gero cum amicis Ruanis[n.50] miliario ferme uno a castris descendens[o], 50
hoste ignorante[p], tres pontes celeriter construxit, et misso nuntio ad imperatorem, totum exercitum revocavit. Quo viso barbari, et ipsi obviare legionibus contendunt. Pedites barbarorum dum longiorem viam currunt, et certamen ineunt, fatigatione[q] dissoluti, militibus citius cedunt; nec mora, dum fugae praesidium quaerunt, obruntur.

55. Stoinef[r] autem colle eminenti cum equitibus eventum rei expectabat; socios inire fugam cernens, fugit et ipse, lucoque[s] quodam cum duobus satellitibus repertus, a viro[t] militari, cuius vocabulum erat Hosed, certamine fatigatus armisque nudatus, capite caesus est. Satellitum alius vivus captus, imperatorique cum capite et spoliis reguli ab eodem milite praesentatus est. Ex hoc Hosed clarus et insignis habitus; merces tam famosi gesti[u] donativum imperiale cum reditu[v] viginti mansuum. Eo die castra hostium invasa, et multi mortales interfecti vel capti, caedesque[w] in multam noctem protrahebatur. Postera luce[x] caput subreguli in campo positum, circaque illud septingenti[y] captivorum capite caesi, eiusque consiliarius, oculis erutis, lingua est[z] privatus, in medioque cadaverum inutilis relictus. Wichmannus vero et Ecberhtus[*] scelerum conscii in Galliam profecti, ad Hugonem ducem fuga elapsi sunt.

56. Crebris victoriis imperator gloriosus factus atque famosus, multorum regum ac gentium timorem pariter et favorem promeruit; unde plurimos legatos suscipit, Romanorum scilicet et Graecorum Sarracenorumque[a], per eosque diversi generis munera[b], vasa aurea et argentea, aerea quoque, et mira varietate operis distincti[c], vitrea vasa, eburnea etiam, et omni genere modificata, stramenta[d], balsamum et totius generis pigmenta, animalia Saxonibus antea invisa, leones et camelos, simias et strutiones[e]; omniumque circumquaque christianorum in illo res atque spes sitae.

57. Liudulfus autem, imperatoris[f] filius, cum fidem vult servare amicis, patria 956.
cessit, Italiamque cum eis adiit; quo agente annum fere[g] totum, diem extremum[h] 957. Sept.
obiit, toto[i] Francorum imperio relinquens suo vulnere vulnus durum. Funus autem 6.
eius a militibus debito honore curatum, et ab Italia Mogontiae[k] corpus translatum, in

a) *deest* 2. b) bonae artes A c) multum scientiae *desunt* 1. d) *add.* magis 3. 7. e) ostenderat 1.
f) *deest* 1. g) fortis 2. A. h) gestiis 1. i) insignibus 2. 3 k) eo — dicuntur *desunt* A. l) alios 2.
m) *add.* hostem 3. n) ruianis 2. rivanis 7. suis 3. o) discedens 3 p) ignorante hoste 2. q) fugatione 2.
r) stoinefgero 3. s) locoque A. t) r. suro 2. u) facti A. v) redita *corr.* reddito 2. w) caedes 3.
x) die 3. y) septuaginta 3. z) eius 2. *) echberthus 1. a) saracenorumque 1. 3. b) *deest* 1.
c) distincta A. 7. *ex* 2. *et* A. *verborum distinctionem recepi.* d) modificata stramenta A 2. 3. e) structiones 1. struciones A. 7. struthiones 3. f) filius imperatoris A. 2. 3. g) fere annum 2. h) die extremo 2. i) toti 3.
k) mogonciam 3. 7.

49) cf. c. 42. 50) Razi, Ruani et Rugiani iidem sunt, variata tantum pronunciatione. MEIB.

957. basilica[a] Albani martiris sepultum est, cum luctu et planctu multorum populorum. Re-
51 liquit post se filium patris vocabulo insignitum[51].

58. Litterae autem obitus eius allatae sunt imperatori, cum esset in militia[b], qua militavit contra Redarios; quapropter[c] satis plurimum lacrimarum pro filii interitu fudit; de caetero, qui adhuc ordinavit imperium suum, rectori omnium Deo fideliter commisit.

59. Eodem tempore Wichmannus sciens[d] Saxoniam bellatoribus vacuam, a Gallia profectus, Saxoniam occulte intravit, domum coniugemque revisit, inde se iterum alienigenis immersit. Ecberhtus[e] vero interventu magni pontificis Brunonis in gratiam recipitur.

958 60. Ductus exercitus contra Wichmannum tertia vice[52], vix obtinuit, ut in fide Geronis filique sui susciperetur, ipsique apud imperatorem obtinerent, quo patria coniugisque patrimonio cum gratia imperiali frueretur. Iussus[f] sacramentum terribile dedit, se contra imperatorem imperatorisque regnum numquam aliquid inique consilio aut actu facturum[g]. Ita fide data, in pace est dimissus[h], et bonis promissionibus ab imperatore erectus.

61. Peracta caede barbarorum, eo anno prodigiosae res apparuerunt[i], notae scilicet crucis in vestimentis plurimoram. Quibus visis, plurimi salubri timore perculsi, adversa formidabant; idemque[k] vitia multa ex parte emendaverunt. Fuerunt et qui lepras vestium[l] interpretarentur[m], eo quod subsequens lepra multos mortales corrumperet[n]. Sapientiores autem signum crucis salutem victoriamque praefigurasse[o] praedicabant, quibus et nos fidelem assensum praebemus.

62. Eo tempore imperator et ipse aegrotare coepit, sed meritis sanctorum, quibus fidele iugiter obsequium praebet, maximeque patrocinio incliti martiris[p] Viti, cui aperuit os suum, de infirmitate convalescit, et mundo ut sol lucidissimus post tenebras ad omnem decorem et delicias condonatur.

63. Rebus igitur rite compositis per omnem Franciam Saxoniamque et vicinas[q]
961 circumquaque gentes, Romam statuens proficisci, Longobardiam[r] perrexit. Ergo qualiter regem Longobardorum Bernharium[s] duobus annis obsessum, cum coniuge et
961 filiis captum, in exilium destinaverit, Romanos duobus proeliis vicerit, Romamque[t] expugnaverit, duces Beneventorum subiecerit, Graecos in Calabria Apuliaque[u] superaverit, terra Saxonia[v] venas argenti aperuerit[w], imperiumque cum filio quam magni-
962 fice dilataverit, nostrae tenuitatis[x] non est edicere, sed ut[y] initio historiae praedixi[53], in tantum fideli devotione elaborasse[z] sufficiat. Caeterum erga tuam claritatem serenitatemque, quam[a] patris fratrisque celsitudo patriae ad omnem honorem nobisque ad solatium reliquit, magna devotio opus humile magnificet[b]. At finis civilis belli terminus sit libelli.

963 64. Enimvero donatus patriae Wichmannus aequanimiter se continuit, donec imperatoris adventum speravit. Cum autem[b] eius reversio differretur, ad aquilonales[c]
54 partes se contulit, quasi cum rege Danorum Haraldo[d. 54] bellum ab integro machinaturus. At ille mandavit ei[e], si ducem necasset vel alium quemlibet principum, nosset sine dolo eum[f] sibi sociare velle[g], aliter rem fraudulenter agitasse[h] non dubitaret. Interea ab emptore praetereunte latrocinia eius produntur, sociorumque aliqui[i] comprehensi, et tamquam contra publicam rem agentes, a duce dampnati, strangulo vi-
55 tam perdiderunt; ipse autem cum fratre[55] vix evasit.

65. Dani antiquitus erant christiani, sed nichilominus idolis ritu gentili servientes. Contigit autem altercationem super cultura deorum fieri in quodam convivio

a) *in* 1. sancti *alia manu superscriptum est.* b) italia 1. c) qui 3. d) sciens wigm. 2. e) egberhtus 1. f) Inussus A. 2. 3. *quod an praeferendum sit nescio.* g) acturum 2. h) dimissus est 2. i) apparuere A. 2. 3. k) iidemque 3. l) *deest* A. m) interpretaretur 1. n) corrumperent 1. o) praefigurans se 2. p) *in* 1. sancti *superscriptum est.* q) vicinos 1. A. 3. r) in long. A. 3. s) bernhardum 2. berengarium 3. t) romam 3. u) appuliaque 3. v) terrae saxonia *corr.* saxoniae 1. terra saxonica 6. in terra saxonia 3. w) aperuit 2. x) tenuitati 1. y) *add.* in 3. z) laborasse 3. a) magnifice 2. b) *deest* 3. c) aquilonares 3. d) halardo A. e) ei *corr.* eis 1. f) quum 3. g) vellet 3. h) egisse 2. i) alii 3.

51) Ottonem, natum a. 951. 52) Primo a Hermanno a. 955 (c. 51), secundo a rege eodem anno (c. 53). 53) cf. praefatio libri primi. 54) Loquitur auctor de Haraldo cognomento Blaatand Gormonis filio. MEIB. 55) De Ecberto dicere videtur.

rege praesente[a], Danis affirmantibus, Christum quidem esse deum, sed alios eo fore maiores deos, quippe qui potiora mortalibus signa et prodigia per se ostenderent. Contra haec clericus quidam, nunc vero religiosam vitam ducens, episcopus[56], nomine 56
Poppa[b], unum verum Deum patrem cum filio unigenito domino nostro Iesu Christo et Spiritu sancto, simulacra vero daemonia esse et non deos, testatus est[c]. Haraldus[d] autem rex, utpote qui velox traditur fore[e] ad audiendum, tardus ad loquendum, interrogat, si hanc fidem per semet ipsum declarare velit. Ille incunctanter velle respondit. Rex vero custodire clericum usque in crastinum iubet. Mane facto ingentis[f] ponderis ferrum igne succendi iubet, clericumque ob fidem catholicam candens ferrum[h] portare iussit. Confessor Christi indubitanter ferrum rapit, tamdiuque deportat, quo ipse[i] rex decernit; manum incolumem cunctis ostendit, fidem catholicam omnibus probabilem reddit[k]. Ad haec rex conversus, Christum deum solum colendum decrevit, idola respuenda subiectis gentibus imperat, Dei sacerdotibus et ministris honorem debitum deinde praestitit. Sed et haec virtutibus merito patris tui adscribuntur, cuius industria in illis regionibus ecclesiae sacerdotumque ordines in tantum fulsere.

66. Gero igitur comes non inmemor iuramenti, cum Wichmannum accusari vidisset reumque cognovisset, barbaris, a quibus eum assumpsit, restituit. Ab eis libenter susceptus, longius degentes barbaros crebris proeliis contrivit. Misacam[l] regem[57], 57
cuius potestatis erant Slavi qui dicuntur Licicaviki, duabus vicibus superavit, fratremque ipsius interfecit, praedam magnam ab eo extorsit.

67. Eo quoque tempore Gero praeses Slavos qui dicuntur[m] Lusiki[58] potentissime 963.
vicit et ad[n] ultimam servitutem coegit, non sine sui tamen gravi vulnere nepotisque[p] optimi viri casu[59], caeterûm[q] quoque quam plurimorum[r] nobilium virorum. 59

68. Erant[s] duo subreguli Herimanno duci, inimicitiae a patribus vicariae relicti, alter vocabatur Selibur, alter Mistav. Selibur praeerat Waaris[t][60], Mistav Abdritis[u]. 60
Dum invicem quam saepe accusantur[v], victus tandem ratione Selibur[w], condempnatus est quindecim talentis argenti a duce. Eam dampnationem graviter ferens, arma sumere contra ducem cogitavit. Sed cum ei belli copiae non sufficerent, missa legatione, postulat praesidium ab[x] Wichmanno contra ducem. Ille nichil iocundius ducens, quam aliquam molestiam inferre posset[y] patruo, cito cum sociis adest Slavo. Ut autem suscipitur in urbem Wichmannus, statim urbs obsidione vallatur ab inimico. Ductus quoque exercitus a duce urbem[z] obsedit; interim, casu nescio an prudenti consilio, Wichmannus cum paucis urbem est egressus, quasi ad extrahenda sibi de Danis auxilia. Pauci dies intererant, dum victus[*] bellatoribus et pabulum iumentis defecerat[a]. Fuerunt etiam qui dicerent, Slavum speciem quidem belli gessisse, non verum bellum; incredibile omnimodis fore, hominem a puero bellis assuetum bellicas res tam male praeparatas habuisse; sed id consilii machinatum ducem[b], ut quoquo pacto posset nepotem vinceret, ut saltem[c] in patria salutem[d] recuperaret, quam inter paganos penitus perdidisset. Fame[e] itaque urbani ac foetore pecorum aggravati, urbe egredi sunt coacti. Dux Slavum austerius[f] alloquens, de perfidia et nequam eius actibus arguit; hocque[g] ab eo responsi accepit: *Quid me*, inquit, *de perfidia arguis? Ecce, quos nec tu, nec dominus tuus imperator vincere potuistis, mea*[h] *perfidia inermes assistunt*[i]. Ad haec dux conticuit, eum suae ditionis regione privans, filio ipsius, quem antea obsidem accepit, omni ipsius[k] potestate tradita. Milites Wichmanni variis poenis afflixit, urbis praedam suis militibus donavit, simulacro Saturni[61] ex aere 61

a) regio (*deest* praesente) 2. b) poppo 2. A. c) est testatus 2. d) haroldus 2. siardus A. aroldus 7. araldus *Sigeb. Gembl.* e) *deest* 2. 7. fuisse 3. f) ingens 1. g) igne — ferrum *desunt* 3. 4. h) *deest* 2. k) reddidit A. 7. l) misicam 1. miscam 3. *et ita deinceps.* m) ducuntur 2. n) in 2. p) *add.* sui 2. q) cęterum 1. r) plurimum A. plurium 3. s) *add.* autem 2. t) waris A. u) addritis 3. v) acc. quam saepe 3. w) *add.* alter mistau 2. x) a A. 3. y) *deest* 3. z) urbe A. *) victis A. a) defecerant 3. b) ducem mach. 2. c) *deest* A. d) salutem in p. A. e) famę 2. f) basterius 2. g) hoc quoque 1. 3. h) in ea 3. i) existunt 1. k) quem — ipsius *desunt* A.

56) cf. Adamus Brem. II. 26.; episcopatum Slesvicensem Poppo recepit. 57) Misaca rex sive dux fuit Polonorum; Licicaviki iidem qui Lechi. 58) Lausitzer. 59) De filio, cuius mentionem facit Thietmar. l. II. (p. 30.) haec intelligenda esse, tantum non omnes minus recte statuerunt. 60) Wagrii, ducatus Holsatiae orientalis incolae, Abodriturum vicini, esse videntur. 61) Saturnum glossae Boemicae ab Hanka editae Sytiwrat appellant.

fuso, quod ibi inter alia urbis spolia repperit, magnum spectaculum populo praebuit, victorque in patriam remeavit.

69. Audiens autem Wichmannus[a] urbem captam sociosque oppressos[b], ad orientem
62 versus[c] iterum se paganis inmersit, egitque cum Slavis qui dicuntur Vuloini[d] 62, quomodo Misacam, amicum imperatoris, bello lacesserent[e]; quod eum minime latuit. Qui misit
63 ad Bolizlavum[f] regem Boemiorum[g] — gener enim[h] ipsius erat 63 — accepitque ab
967? eo equitum duas acies. Cumque contra eum Wichmannus duxisset exercitum, pedi-
Sept. tes primum ei inmisit[i]; cumque ex iussu ducis paulatim coram Wichmanno fugerent,
21. a castris longius protrahitur, equitibus[k] a tergo inmissis, signo fugientes ad[l] reversionem hostium monet[m]. Cum ex adverso et post tergum premeretur[n] Wichmannus, fugam inire temptavit[o]. A sociis igitur arguitur sceleris, quia ipse eos ad pugnam[p] instigaverit, fidensque equo, cum necesse fuerit, fugam facile inierit. Coactus itaque equo cessit, pedestris[q] cum sociis certamen iniit, eoque die viriliter pugnans armis defenditur. Ieiunio autem et longiori via, qua[r] per totam noctem armatus incessit,
Sept. mane cum paucis admodum aream cuiusdam iam[s] fessus intravit. Optimates autem[t]
22. hostium cum eum repperissent, ex armis agnoscunt, quia vir eminens esset, interrogatusque ab eis quisnam esset[u], Wichmannum se fore[v], professus est. At illi arma deponere exhortati sunt; fidem deinde spondent, salvum eum domino[w] suo praesentari, hoeque apud ipsum obtinere, quatinus incolumen imperatori restituat[x]. Ille licet in ultima necessitate sit constitutus, non inmemor pristinae nobilitatis ac virtutis[y], dedignatus est talibus manum dare; petit tamen, ut Misaco[z] de eo adnuntient, illi velle arma deponere, illi manus[a] dare. Dum ad Misacam ipsi pergunt, vulgus innumerabile eum circumdat, eumque[b] acriter inpugnat[b]. Ipse autem quamvis fessus, multis ex eis fusis, tandem gladium sumit, et potiori hostium cum his verbis[c] tradidit: *Accipe*, inquit, *hunc gladium, et defer domino tuo*[d], *quo pro signo victoriae illum teneat, imperatorique amico transmittat*[e], *quo sciat aut hostem occisum irridere vel certe propinquum deflere.* Et his dictis, conversus ad orientem, ut potuit, patria voce Dominum[f] exoravit, animamque multis miseriis et incommodis repletam pietati Creatoris omni-
61 um effudit 61. Is finis Wichmanno, talisque omnibus fere, qui contra imperatorem arma sumpserunt [patrem tuum][g].

CONTINUATIO.

968 70. Imperator itaque acceptis armis Wichmanni, de nece eius iam certus[h] factus, scripsit epistolam ad duces et praefectos Saxoniae in hunc modum: *Oddo divino nutu imperator augustus, Herimanno et Thiadrico*[i] *ducibus*[k] *caeterisque*[l] *publicae rei*[m] *nostrae praefectis omnia amabilia. Deo volente, salus omniaque prospera plane succedunt. Caeterum nuntii Constantinopolitani regis, dignitate satis insignes, nos adeunt, pacem, ut intelleximus, admodum quaerentes. Quoquo modo tamen res agatur, bello, Deo volente, nullo modo nos temptare audebunt. Apuliam*[n] *et Calabriam provincias, quas hactenus tenuere, nisi conveniamus, dabunt. Si vero voluntati nostrae paruerint, ut praesenti aestate coniugem cum aequivoco nostro in Franciam dirigentes, per Fraxanetum*[o] *ad destruendos Sarracenos, Deo comite, iter arripiemus, et sic ad vos, disponimus*[p]. *Praeterea volumus, ut si Redares, sicut audivimus, tantam stragem passi sunt* 65 — *citis*

a) wichmannus β, *ex quo hunc locum se descripsisse Falke p. 456. asserit.* b) afflictos 2. 3. circumventos A. c) reversus 1. β. d) wlovii A. uulonuini β. e) egitque — lacesserent *desunt* 2. f) bolizlaum A. β. bolizlavum 3. g) boemorum 2. β. h) *decst* 1. i) in eum misit 2. k) equitibusque β. l) *deest* β. m) movet 3. n) premeret 2. premerentur A. o) tentavit β (1). p) ad pugnam eos β. (4). q) pedestre 2. r) *deest* 1. quam A. s) *deest* 3. t) *deest* 1. u) interrogatusque — esset *desunt* A. v) esse A. 3. β. 7. w) domno β. x) restituit 2. y) non immemor — virtutis *desunt* 1. z) misaco *corr.* misiconi 1. misacae 3. *) manum β. 4. a) eum 3. b) impugnant 3. c) *decst* 2. d) suo 3. e) illum tradat vel transmittat 2. illum transmittat 7. f) deum A. g) patrem tuum *unus cod. A., qui his verbis finitur.* h) certior 3. i) thiederico 2. 3. k) *deest* 1. l) cęteris 1. m) rei publicae 2. 7. n) 3. *semper* Appuliam. o) fraxinetum 3. 7. p) disponemus 3.

62) Slavos Wilinos afferunt Adamus Brem. II. c. 10. et Helmoldus I. 2.; recentiores ad lacum Bellinensem et urbem Fehrbellin eorum sedes collocarunt. 63) *Hic* (M.) *a Boemia regione nobilem sibi uxorem senioris Bolizlavi duxerat sororem; — Bobrawa — Sclavonice dicebatur*, Thietmar IV. (p. 97.) 64) Diem mortis Necrol. Luneburgense (Wedekind Not. III. p. 70.) nobis indicare videtur: X. Kal. Oct. (22. Sept.): *Wichmannus comes et multi alii occisi et Hoico occisus.* 65) De hoc bello nihil compertum habemus.

enim, quam saepe fidem fregerint, quas[a] *iniurias attulerint, — nullam vobiscum*[b] *pacem habeant. Unde haec cum Herimanno*[c] *duce ventilantes, totis viribus instate, ut in destructione eorum finem operi inponatis. Ipsi, si*[d] *necesse fuerit, ad eos ibimus. Filius noster in nativitate Domini coronam a beato apostolico in imperii dignitatem suscepit. Scripta* 15. *Kal. Febr. in Campania iuxta Capuam.* 968. Ian 18.

His litteris lectis in conventu populi, in loco qui dicitur Werla, coram principibus et frequentia plebis, visum est, pacem iam datam Redariis oportere stare, eo quod tunc bellum adversus[e] Danos urgeret, et quia copiae minus sufficerent ad duo bella pariter conficienda.

71. Graecorum itaque legatis imperator satis credens, partem[f] exercitus cum plerisque principalibus viris direxit ad condictum locum, quo eis secus[g] sponsionem legatorum[h] puella traderetur, et cum honore filio adduceretur. Graeci vero ad artes paternas[i] conversi — nam erant ab exordio fere mundi plurimarum gentium domini, et quos virtute nequibant, artibus[k] superabant — subito super[l] inprovisos et nichil adversi suspicantes irruunt, castra diripiunt, plures occidunt, plures capiunt, quos et Constantinopolim imperatori suo[m] praesentant. Qui vero effugere poterant, reversi ad imperatorem, quae acta sunt nuntiant[n]. 969.

72. At ille super his commotus, ad hoc dedecus diluendum cum gravi manu viros eminentes, domesticis et externis rebus iam saepe claros factos, Guntharium et Sifridum[o] mittit in Calabriam. Graeci autem praeterita victoria elati et minus cauti, ceciderunt in manus eorum; ex quibus innumera multitudine caesa, quos supererant[p] capientes, obtruncatis naribus, novam Romam remeare permiserunt. Tributum in Calabria et Apulia a Graecis extorserunt, talique victoria illustres facti, et spoliis hostium ditati, ad imperatorem reversi sunt[66]. Sept. 66

74. Populus autem Constantinopolitanus audiens a suis[q] male pugnatum, consurrexerunt adversus imperatorem suum, et machinatione coniugis propriae cuiusdam militis insidiis occiderunt, locoque domini militem imperio[r] designantes[67]. Constitutus[s] autem rex continuo captivos absolvit, puellam cum magno exercitu et claris muneribus ad imperatorem destinavit. Quam ipse statim filio tradidit, celebratisque magnifice nuptiis, omnem Italiam super hoc et Germaniam laetiores reddidit. Eo tempore, quo haec intra Italiam gerebantur, summus pontifex Wilhelmus[68], vir sapiens et prudens, pius et cunctis affabilis, a patre sibi commendatum regebat Francorum imperium. Dec. 11. 972. 68

75. Cuius mater licet peregrina, nobili tamen erat genere[t] procreata[69]. Hic cum audisset, aegrotare coepisse matrem imperatoris, mirae sanctitatis feminam, nomine Mahthildam[u], dumque eius expectat funus, proprio funere ipsius funus procedit[v]. De cuius laude[w] si aliquid dicere cupimus, deficimus, quia omne argumentum ingenioli nostri superat virtus tantae feminae. Quis enim digne possit explicare eius[x] vigilantiam erga cultum divinum? Omnis nox[70] omnibus modis et omni genere cellulam suam divinorum carminum melodia inplebat. Erat enim ei[y] cellula ecclesiae proxima, in qua modice requiescebat; de qua omnibus noctibus consurgens intrat ecclesiam, nichilominus cantoribus et cantricibus[z] intra cellulam et pro foribus et in via triformiter constitutis, qu divinam clementiam laudarent atque benedicerent. Ipsa intra ecclesiam in vigiliis et orationibus perseverans, missarum sollempnia expectabat. Deinde infirmos ubicumque audivit in vicino visitavit, necessaria praebuit, deinde pauperibus manum porrexit, deinde hospites, qui semper aderant, cum omni largitate suscepit; neminem sine affatu blando dimisit, nullum fere[*] sine munusculis vel necessa- 69 968. Mart. 2. 70

a) quasi 1. b) nobiscum 2. 7. c) primanno 1. d) *deest* 2. e) adversum 2. 7. f) par. 2. g) *deest* 1. h) legatis 2. i) primas 1. k) arte 3. l) *deest* 1. m) *deest* 1. n) nunciabant 2. 3. o) sigifridum 2. 3. p) superant 2. q) a suis audiens 3. *In* 2. *folio exciso quae sequuntur usque ad verba c.* 75. a externis cuncta retro etc. *desiderantur.* r) in imp. 3. s) constitus 1. t) genere erat 3. u) mathildam 1. 3 v) praecedit 3. w) *deest* 1 x) *deest* 1. y) *deest* 1. z) cantatricibus 3. *) sine munusculis fere 3.

66) Huius victoriae praeter Widukindum soli Annales Cavenses (ap. Pratillum hist. Long. IV. p. 416.) mentionem faciunt. 67) Imperator Nicephorus Phocas uxoris Theophanu insidiis a Ioanne Tzimiske d. 11. Dec. 969 occisus est; Ioannes imp. constitutus Theophanu, uxoris suae neptem, Romani II. filiam, transmisit. 68) Successerat Friderico a. 954. 69) Natus a. 928. (Cont. Reg.). 70) cf. Vita Mathildis §. 12 et §. 6, ubi similia narrantur.

968. riis adiumentis vacuum reliquit. Saepe viatoribus, quos longius de cella prospexit, necessaria transmisit. Talia opera licet valde humiliter diebus ac noctibus exerceret, cf. Iob. 29. 25. tamen nichil de honore regio minuebat, et sicut scriptum est, quamvis sederet tamquam regina[a] circumstante populo, semper et ubique tamen erat moerentium consolatrix. Domesticos omnes famulos et ancillas variis artibus, litteris quoque instituit; nam et ipsa litteras novit, quas post mortem regis lucide satis didicit[71]. Ergo si omnes virtutes eius velim narrare, hora deficeret; facundia Homeri[b] vel Maronis michi[c] si adesset, non sufficeret. Igitur plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis et elemosinis, cunctis divitiis regalibus distributis servis Dei et ancillis Mart. 14. ac pauperibus, secundo Idus Martias animam Christo reddidit[d]. Illo quoque tempore Bernhardus, ut ab omni populo praedicabatur suis temporibus sacerdotio dignissimus, Febr. 2v. 3. diem funxit[e] extremum. Piam famam super his nemo nos vituperet prodidisse, dum veri[f] periculo non subcumbimus. Audivimus enim a quodam solitario, in spiritu nescio an manifesta visione, animam reginae et episcopi infinita multitudine[g] angelorum cum gloria ineffabili coelos deferre[h] vidisse. Igitur imperator audita morte matris et filii caeterorumque principalium virorum — nam et Gero, vir magnus et po-
72 tens, iam antea defunctus est[i] 72 —, iudicavit ab expeditione Fraxaneti[k] abstinere, et dispositis in Italia rebus, patriam remeare. Pulsavit quoque fama eum, quasi plerique Saxonum rebellare voluissent; quod quia inutile erat, nec relatione[l] dignum arbitra-
972. mur. Egressus est itaque[m] de Italia cum magna gloria, capto rege Longobardorum, superatis Graecis victisque Sarracenis; cum victricibus alis Galliam ingressus est, in-
973. de Germaniam transiturus, et proximum pascha loco celebri Quidilingaburg[n] celebraturus, ubi diversarum gentium multitudo conveniens, restitutum patriae cum filio cum magno gaudio celebrabant[o]. Manens autem ibi decem et septem non amplius[p] diebus, descendit inde, ascensionem Domini apud Mersburg[q] celebraturus. Tristis autem Mart. 27 illa loca perambulat[r], obitu optimi viri ducis Herimanni, qui prudentiae ac iustitiae miraeque vigilantiae in rebus civilibus et externis, cunctis retro mortalibus[s] aeternam reliquit memoriam. Post susceptos ab Africa[t] legatos, eum[u] regio honore et Mai 6. munere visitantes, secum fecit manere. Tertia autem feria ante pentecosten[v], locum[w] devenit qui dicitur Miminlevu[x]. Proxima nocta iuxta morem diluculo de lecto con-
Mai 7. surgens, nocturnis et matutinis laudibus intererat. Post haec paululum[y] requievit. Missarum deinde officiis celebratis, pauperibus iuxta morem manus porrexit, paululum gustavit, iterumque in lecto requievit. Cum autem hora esset, processit laetus et hilaris ad mensam resedit. Peracto ministerio, vespertinis laudibus interfuit. Peracto cantico euangelii[z], aestuari atque fatigari iam coepit. Quod cum intellexissent principes circumstantes, sedili eum inposuerunt. Inclinantem[*] autem caput, quasi iam defecisset, refocillaverunt[a], expetitoque[b] sacramento divini corporis ac[c] sanguinis et accepto, sine gemitu cum magna tranquillitate ultimum spiritum cum divinis[d] officiis pietati Creatoris omnium tradidit. Transportatur inde in cubiculum; et cum esset iam sero, nuntiatur populo mors eius. Populus[e] autem pro eius laude et gratiarum actione multa locutus, memoravit, eum paterna subiectos rexisse pietate, ab hostibus eos liberasse, superbos hostes Avares, Sarracenos[f], Danos, Slavos armis vicisse, Italiam subiugasse, delubra deorum in vicinis gentibus destruxisse, templa ministrorumque ordines constituisse; multaque alia bona invicem conferentes, regali funeri insistebant.

76. Mane autem iam facto, licet iam olim unctus esset in regem et a beato apostolico designatus in imperatorem, spei unicae totius ecclesiae, imperatoris filio, ut in[g] initio certatim manus dabant, fidem pollicentes et operam suam contra omnes adversarios sacramentis militaribus confirmantes. Igitur ab integro ab omni populo electus in principem, transtulit corpus patris in civitatem, quam ipse magnifice construxit,

a) regio 3. b) omeri 1. c) nichil 1. d) redidit 1. e) finivit 3. f) vero 3. g) infinitam multitudinem 3. h) deferri 7. i) erat 3. k) Fraxineti 3. l) ratione 1. m) itaque est 3. n) Quidilingeburg 3. o) celebrant 3. p) diebus non amplius 3. q) mesburg 1. merseburg 3. r) perambulabat 3. s) *hic pergit* 2. t) affrica 2. aphrica 3. u) cum 2. cum cum 7. v) pentecostes 1. w) loco 3. x) Mimileuu 3. y) palulum 1. z) euuangelii 2. *) inclinante 1. a) refocilaverunt 1. b) *add.* iam. 2. c) et 2. 3. d) divino 2. e) populo 1. f) saracenos 1. g) *deest* 3.

71) cf. Vita Math. §. 13. ad fin. 72) d. 19. (Necrol. Fuld.) aut 20. Maii (Thietmar. II. p. 30) 965.

vocabulo Magathaburg[a] Itaque defunctus est Nonis Maii, quarta feria ante pentecosten, imperator Romanorum, rex gentium, divinarum humanarumque rerum multa ac gloriosa[b] saeculis relinquens monimenta[c].

EXPLICIT LIBER III. RERUM GESTARUM SAXONICARUM[d].

a) magadaburg 2. Magdaburg 3. b) religiosa 3. c) *in* 3. et 4. *procul dubio ex* 6. *haec in codd. haud obvia adduntur:* Huius anno primo, qui est a dominica incarnatione DCCCXXXVII Ungari Franciam et Alemanniam et Galliam usque Oceanum Burgundiamque devastantes, per Italiam redierunt. Monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii cremantur. Rudolphus rex Burgundiae et Arnoldus dux Noricorum obierunt. d) *Ita* 1 et 2.

CHRONICON SALERNITANUM.

Salerni civitas fertilissimae Nuceriae valli proxima nec plus quadraginta milibus a Neapoli, Capua, Beneventoque distans, in sinu maris amoenissimo condita, Paestum prospicit, paucarumque spatio horarum ab Amalfi totidemque diebus a Sicilia et Africa navibus appetitur. Munivit eam palatioque ornavit Arichis dux, cuius a tempore inter praecipua Langobardorum ducatum Beneventanum inhabitantium praesidia eminuit, ac post Sichardi ducis obitum principum sedes constituta est, qui meridionalem ducatus partem iure, armis et pacto sibi vindicabant. Quorum gesta monachus quidam[1] sancti Benedicti Salernitani[2], Pauli et Erchemperti exemplum secutus, collegit et circa annum 978[3] memoriae tradidit. Opus inde a tempore quo Paulus scribendi finem fecit exorsus, non solum Gestis pontificum Romanorum[4] Zachariae et Stephani II., Vita S. Anselmi[5], Actis translationis sanctae Trophimenae[6], Erchemperto[7], et Chronica sancti Benedicti[8], sed et tabulis publicis in archivis Salernitanis[9] et Amalfitanis[10] adservatis, et inscriptionibus palatii Salernitani et ecclesiarum[11] usus est. Quibus quum fabellas et carmina in ore populi circumlata admisceret, nec ubique temporum et rerum rationem haberet, factum est, ut et vera atque genuinis ex fontibus derivata, quum vanis admixta prodirent, falsi speciem induerent, et opus per saecula fama quodammodo immerita laceraretur. Nam licet Leonem Ostiensem[12], Romualdum[13] et Chronici Amalfitani auctorem[14] ex nostro hausisse constet, Peregrinius tamen, qui codicis unici olim Salernitani iam vero in bibliotheca Vaticana sub Nro. 5001. adservati[15] apographum nactus erat, nonnisi particulas aliquas inde decerptas Historiae Langobardorum inserendas censuit. Quibus T. II. Scriptorum Italicorum p. 287 sqq. repetitis, Muratorius T. II. P. II. reliqua quae in apographo a Caracciolio sibi transmisso legerat

1) monachum eum fuisse patet ex cap. 33; cf. c. 37. 2) c. 37, 64, 84 3) c. 123. 4) cap. I sqq. 5) c. 7. 6) c. 72. 7) Loca inde excripta in margine indicavimus. 8) v. catalogos operi praefixos. 9) c. 84. 10) c. 90. 11) c. 20, 21, 29 et al. 12) Lib. I. capp. 7, 15, 36, 37, 55 etc. 13) Murat. SS. VII. 150 sqq. 14) Murat. Antiqq. I. 353 sqq. 15) v. supra pag 241. in eodem codice Erchempertus habetur, cuius noster nomine nonnunquam venit; e. g. apud Leonem Ostiensem I. 20; unde et hunc codice eiusmodi usum esse patet.

addidit; sed Pratillus tandem a. 1750 integrum opus T. II. collectionis suae edidit, apographis Neapolitanis et lectionibus haud paucis codicis Vaticani sibi transmissis suffultus, quibus tamen in nullam aliam rem usus est, nisi ut repetito Muratorii textui, quem valde corruptum ipse profitetur, codicum lectiones nec integras subiiceret. Hinc igitur fit, ut editio nostra codici Vaticano, unde reliquos omnes derivatos esse supra p. 241 monui, qua diligentia fieri potuit exscripto superstructa, genuinum textum prima exhibeat. Quod tamen ita intelligi velim, ut quum codex Vaticanus innumeris locis manu recentiori arrasus atque correctus magnam subinde verae lectionis restituendae difficultatem praebeat, nonnulla eiusmodi coniectura magis quam oculorum acumine assecutus esse mihi videar; ductus scilicet scribendi ratione auctori nostro propria, quam orthographia, vocibus, flexione et syntaxi ab antiqua meliorum temporum quam maxime abhorrere atque linguam Langobardorum rusticam, Italae matrem, referre nemo non videt. A quibus medendis [16] tum tantum manum non retraxi, quum manifesta calami vitia [16] deprehendisse mihi persuasum haberem; cetera intacta relinquenda esse, Andreas presbyter, Benedictus monachus et Salernitana decimi saeculi diplomata docuerunt. Nec mirum videbitur, monachum, artis [18] grammaticae cupidum [17] et B. Augustini lectorem [18], notissimas tamen grammatices regulas in scribendo minime attigisse. Ceterum auctorem Langobardum fuisse et gente haud ignota prognatum, ex iis [19] quae [19] de abavo suo Rodoalt propter Sicardi principis crudelitatem una cum Alfano Beneventum relinquente commemorat, efficitur. Ipse fidelem se Gisulfi principis profitetur, et proceribus terrae notus familiarisque fuisse videtur, siquidem Rofridum comitem cum uxore eius Dauferanda, et Adelferium quendam inscriptione sepul- [20] crali celebravit [20]; quod si, ut Muratorius putavit, aliud quoque in Rofridum comitem carmen, quod in eodem codice una cum aliis diversi argumenti scriptis post Erchemperti historiam legitur, nostro tribuendum esset, nomen eius Arderícus evaderet; quod tamen ut haud satis compertum in medio relinquam.

Opus, quale hodie possidemus, aut ab auctore ad finem propositum minime perductum est, aut eo postea caruit, quum ampliorem Petri episcopi et inventionis Bartholomaei apostoli historiam cap. 163 et 165 promissam frustra quaesieris; opinioni tamen eorum, qui, nostrum anno tandem 995 scribere desiisse, ex catalogo imperatorum operi praefixo, ubi Otto III. duodecim annis regnasse legitur coniece-

16) Correxi etiam quae nonnisi scribae saeculi XIV. ineuntis debentur, simplex *c* et duplex *cc* et *tt* loco simplicis *t* subinde usurpanti; e. g. ecciam, raccio, ammoniccio, moccio, poccio, palaccium; omicto, Octo (Otto), dictus, factus, directus, profectus, effectus, luctus, tractus, nectere, rette, octo (octo), nocte, ammonictio, cuncta; obscidens, abscens, accinti, septrum, scdula, (sceptrum, scedula); tum *x* et *s* passim sibi substituuntur e. g. in: iusta, usor (uxor), ressit, essitare (excitare), lasso, intessere, retessere; audas, sagas, procas, iuxit (iussit), fexa (fessa), auxi (hausi), profexus, vidixet, extote (estote), mox (mos), morx, protex; scribitur etiam: platum (pratum), complehendo, sacax (sagax), plago (placo), nego (neco), et littera duplex loco simplicis et vice versa in: tirani, exteritus, premissimus, abstullit, eddicio, atterrere, deffferre; *h* abiicitur e. g. in: istoria et ystoria, abitus, abeo, tronus; scribitur et: inyvit et introyssent, et Neapolitum more hodieque servato: frabica et strupata. 17) cf. capp. 99, 100, 149, 154, 156, 175. 18) capp. 70, 80. 19) cap. 68. 20) c. 184—186.

runt, haud assentior, quum et imperatorum catalogos a posterioris aevi scriptoribus subinde auctos fuisse nemo ignoret, et nostrum opus absolutum Pandulfo Capitiferreo tradidisse constet, qui anno 980 vel 981 vivendi finem fecit.

Hoc demum loco ex iis quae in eodem codice post Erchempertum leguntur, Arderici carmen in Rofridum comitem et laudes Landulfi principis, filii Pandulfi Capitisferrei, sistere vacat, aliis, praecipue capitularibus principum Beneventi, alii loco reservatis.

Ardericus ad Rofridum comitem.

O comes, excelso praefulgens[a] culmine, Rofrit,
Pectore Pierium percipe poema pio.
Mos tuus et species nam prodit et actio, quicquid
Ardericus refero haec ego pauca boans.
Promere nam[b] digno nequeunt te famine mille
Ora stilique; loquar parcius ipse tamen.
Stirpe satus celsa, renites virtutibus almis,
Ardentes oculos cordis in arce gerens.
Carne es sic pulcher, sic pulcher acumine sensus,
Alter te ut nullus pulchrior esse queat.
Es[c] sapiens, verax, sollers, mitissimus, insons,
Praesagus, caeleps, dapsilis, atque potens.
Tu concors, prudens, dives, moderatus, honestus
Nosceris in cunctis orbis, opime, locis.
Facundus, castus, clemens, cautusque, benignus,
Iocundus, miserans, fortis, amandus, amans,
Famosus, clarus, verecundus, promtior, audax,
Angelicus, dulcis, aequus ubique manens,
Longanimis, laetus, vivax, elegansque, quietus,
Pacificus, largus, magnanimisque, sagax.
Astutum, sobrium, parcum, purumque, piumque
Te recinit mundus omnis amore sacro.
Comunem, gratum, iustum, fidumque, pudicum
Te docet ac humilem actio sancta tua.
Te paradisiacus divino dogmate fervor
Fastibus et dapibus farsit ab aethre[d] datis;
Astrigerae calles rectis pro moribus aulae
Scandere[e] iam summos crederis, alte comes.
Urbs valet in magno ceu sistens monte latere,
Sic latitare tua iam bona cuncta queunt.
Qualiter abscondi poterunt magnalia tanta,
Quae tellus, quae aether clamitat atque tonat.
Te bona cuncta volunt, vis tu bona cuncta tenesque;
Te fugit omne malum, tu fugis omne malum.
Sardius et cuncti lapides, pariterque smaragdus,
Te coram vilent, sicque beryllus, onix[f].
Iaspis carbunculusque, topacius ast iacinthus,
Chrisolitus, nec non teque saphirus amant.
Te varius secli flos, te redimicula cuncta,
Te nix cristalli, te aurea flamma cupit.
Tu coluber prudens, simplex sine felle columba,
Fessorum requies, ops inopumque manes.

a) perfungens c. b) *deest in* c. c) Ex c. d) ethere c. e) scandere c. f) onis c.

Aut sensus praefert tete Salomonicus amplus,
Vultu Absalomicum, superorumque decus.
Robore Samsonem, Aitofel consultibus artas.
Te prae omni populo gratia maior alit.
En quia te tantum virtutum culmen adauxit,
Ut mihi sis carus, opto precando Deum.
Te genus et sensus dat cunctis esse sodalem,
Te mihi propitium praestet amica fides.
Ne exiguum spernas me, qui prae nectare mellis
Diligo te, placidus set sociare michi.
Hinc ego te patrem, matrem, fratremque, sororem
Optatum reputem, corpore, corde colens.
Laudum iamque precum finito carmine, Christus
Concedat nobis, dicta quod ista docent.

Laudes Landulfi principis.

Eia fratres decantemus carmina dulcissima,
Ad Landolfi domni laudem sublimis patritii,
Ac eius recenseamus cuncta felicissima.
Ortus fuit ex Bardorum stemate clarissima,
Illius de quibus duxit parentes propaginem,
Omnium Vardigenarum extitere principes.
Sapiens in verbis iste, prudens in operibus,
Audax nimis, velox, fortis, rex David ut extitit[a].

Anno[b] ab incarnatione Domini quingentesimo septuagesimo quarto incepit regnum Ytaliae occupari[c] per reges Langobardorum[c]. Quorum primus vocabatur Alboin, qui regnavit annos 3, menses 7. Cleph regnavit annos 5. Authari[d] crinutus ann. 9 Agilulfus regnavit ann. 22. Adeloaldus[d*] crinutus ann. 10; iste primum calciavit osam parucam. Arioaldus regnavit ann. 10. Rothari[e] regnavit ann. 13. m. 6. Rodoaldus regnavit m. 4. Aripert regnavit ann. 9. Grimoald regnavit ann. 9. Bertharit[f] regnavit ann. 14. Cunipert regnavit ann. 14. Liutpert regnavit ann. 2. m. 7. Aripert alter regnavit ann. 12. Anspran regnavit m. 3. dies 5. Liutpran regnavit ann. 33. Hilpran regnavit m. 8. Ratchis[f*] regnavit ann. 5. m. 3. Aystolfus regnavit ann. 8. m. 6. Desiderius regnavit ann. 15. m. 10. Et sic complentur ann. 201, in quibus praefati viginti reges regnaverunt in regno Ytaliae, prout particulariter superius denotatur. Quo tempore capta fuit Papia, et incarnacio domini nostri Iesu Christi eo tempore ibat ann. 775[g].

Post vero praedictos viginti reges pervenit dominium regni Ytaliae ad Carolum imperatorem, succedentem regi Desiderio supradicto, secundum quod in antea plenius enarrabimus; qui Karolus imperator fuit ex genere regum Francorum infra scriptorum, qui regnaverunt in Francia ante praefatum inperatorem Karolum per tempora infra scripta. Videlicet Pipinus senior regnavit in Francia ann. 27. Karolus regnavit in Francia ann 27. Pipinus et Karolusmagnus regnaverunt[h] in Francia ann. 10. Pipinus regnavit ann. 27. Karolus et Karolusmagnus regnaverunt ann. 4. Karolus imperator,

a) *Spatio interiecto, haec leguntur:* Sicut Navigator desiderat ad portum venire. Ita scriptor desiderat Librum finire. *ex autographo aut certe codice antiquo recepta, quum in codice nostro alia, scilicet Gilberti chronica pontificum et imperatorum, eadem manu subsequantur.* b) *Haec praemittantur in codice, ad historiam ipsam minime pertinentia:* In nomine domini et salvatoris nostri Iesu Christi. Incipit liber quarundam ystoriarum dominorum diverssarum guerrarum regni Ytaliae, prout inventum fuit in quodam antiquo libro scripto litterarum Longobardarum cuius libri principium non continebatur, et propter hoc, sicut incipiebat praedictus liber suas ystorias recitare, ita et nos incepimus in praesenti libro ipsius ystoriae scribere et continuare. c) oc::::::: *vel* or::::::: c. *) *cod. plerumque:* longobardorum. d) auchari *c.* d*) adebaldus *c.* e) raccari *c.* f) bercharit *c.* f*) rathis *c.* g) C^vn. LXXV *c.* h) reges *c.*

de quo praediximus, regnavit in Ytalia ann. 38. imperavit annos 7. Pipinus in Ytalia imperavit ann. 24. Ludovicus imperavit ann. 25. Lutharius imperavit ann. 30. Ludovicus imperavit ann. 28. Carolus imperavit ann. 6. Carolus imperavit ann. 8. Guido imperavit ann. 6. Lanbertus imperavit ann. 4. Ludovicus imperavit ann. 2. Verlengarius ann. 22. Uvo rex ann. 20. Lutharius ann. 2. Verlengarius ann. 11. Otto imperator augustus ann. 6, iste fuit primus inperator Theotonicus[a]. Otto imperator augustus ann. 21. Otto imperator 12.

Anno ab incarnatione Domini quingentesimo sexagesimo octavo principes coeperunt principari in principatu Beneventi, quorum primus vocabatur Zotto, qui sedit ann. 20. Arechis[b] sedit ann. 50. Ayo filius eius sedit ann. 1. et m. 2. Radoaldus sedit ann. 5. Grimoaldus sedit ann. 25. Romoald filius eius sedit ann. 16. Grimoaldus sedit ann. 3. Gisulfus filius eius sedit ann. 14. Romoaldus filius eius sedit ann. 26. Audelaius sedit ann. 2. Gregorius sedit ann. 7. Godescalcus sedit ann. 3. Gisulfus sedit ann. 14. Liuthprandus sedit ann. 8. m. 3. Arechis sedit ann. 29. m. 5. Grimoaldus filius eius ann. 18. Grimoaldus alter Storesayz sedit ann. 11. m. 1. et dies 10. Sico exul de civitate Spoletina sedit ann. 12. et m. 2. Sicardus filius eius sedit ann. 6. m. 10. Radelchis sedit ann. 11. Radelgarius filius eius sedit an. 3. m. 3. et dies . . Adelchis frater eius sedit ann. 24. menses 6. Gayderis filius supradicti Radelgarii ann. 2. m. 6. dies 19. Radelchis filius supradicti Adelchis sedit ann. 3. mens. 8. dies 21. Aio frater eiusdem Radelchis ann. 6. Ursus filius praedicti Aionis ann. 1. Postea dominantur[c] in principatu Beneventi ann. 4 Sabbaticius stratigo et Georgius patricius, Graeci, qui tunc in tempore praeherant in Apulia pro parte inperatoris Constantinopolitani. Guido marchisis tenuit postea praefatum principatum ann. 1. m. 8. Radelchis princeps sedit ann. 1.

I[d]. Residente in apostolica sede Zacharia papa, qui ob reverenciam principis apostolorum continuo inclinatus in universo Italiae populo viginti[1] annorum spatio pacem et concordiam ordinavit, Karolusmagnus[2], filius Karoli Francorum regis[3], praesentis vitae relinquens gloriam atque potestatem terrenam, ad beatum Petrum apostolorum principem devotus cum aliquantis suis advenit fidelibus, seseque eidem Dei optulit apostolo, atque in spirituali habitu se fore spondens permansurum, clericatus iugum ab eodem sanctissimo suscepit pontifice. Et inter alia multa dona optulit beato Petro apostolo et ante confessionem eius arcum argenteum maiorem pensantem[e] libras septuaginta; et post aliquantum temporis ad beati Benedicti[f], quod Aquinensium finibus situm est, profectus est monasterium[g], in quo etiam sanctam[h] finire vitam iure professus est iurando. Ipsis[4] itaque temporibus Ratchis[i] Langobardorum rex ad capiendam civitatem Perusiam sicut cetera Pentapoleos oppida vehementi profectus est cum indignatione, quam et circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens sanctissimus papa, continuo spe divina fretus, assumtis aliquantis ex suo clero necnon et optimatibus, quanto citius ad eandem perrexit civitatem, impensisque eidem regi plurimis muneribus atque opido[k] eum deprecans, opitulante Domino ab oppressione ipsius civitatis eum ammovit. Cui et salutifera praedicans, Deo aiutore, valuit animum eius ad spirituale studium inclinare; et post aliquantos dies idem Ratchis rex relinquens regalem dignitatem, devote cum uxore et filiis ad beati Petri principis apostolorum coniunxit[l] limina; acceptaque a praefato sanctissimo papa oratione, clericusque effectus, monachi indutus est habitu cum uxore et filiis. Regnavit denique annos quattuor, menses novem; fuit Langobardis pius atque amabilis, et multa per singulos homines dona largitus est. 1 747. 1 749.

2. Post hunc in regnum elevatus est Aystulfus, vir per omnia astutissimus et ferox. Per idem tempus Euthicius Romanorum patricius se Aystulfo tradidit, simulque Comia-

a) *Haec alia sed coaeva manu addita sunt.* b) archis *c.* c) *ita* 1? dominati fuerunt in *codicis manus* 2. d) *capitum distinctionem usque ad c. 22, quam in codice non habeatur, Pratillianam servavi; deinde codicem secutus sum.* e) pene *c.* f) B. monasterium 2. g) monachus *c.* h) et suam *V. d.* i) rachis *c. sed infra* ratchis. k) *ita V. Z.* opicio *c.* l) *ita V. Z.* ::::::: *c.*

1) decem. 2) i. e. Karolomannus. Quae sequuntur usque *professus est iurando* ex Vita Zachariae in Gestis pontiff Rom. cap. 21. desumta sunt. 3) maioris domus. 4) *Ipsis — filiis* ex Vita Zach. c. 23.

culum[a] atque Ferrariam seu et Istriam pugnando optinuit. Per idem tempus invidia diaboli Stephanus papa Romanus inter Langobardos[b] et gens Francorum, Allamannorum, Burgundiorum superseminavit zizania, hoc ordine, quod inferius declaramus. Igitur[5] dum isdem Stephanus papa iam fatum Langobardorum regem, immensis vicibus innumerabilia tribuens munera, deprecaretur[c] pro gregibus sibi a Deo commissis et perditis ovibus, silicet pro universo exarchatu Ravennae, atque[d] ab eo nichil de hac re optinere cerneret, per quendam peregrinum suas misit litteras Pipino regi Francorum, nimic dolore huius provinciae inhaerente, conscriptas. At tunc etiam inter alia verba dicendum rogavit[e], ut suos huc Romam ipse Francorum rex mitteret[f] missos[g], per quos ad se eum accessere[h] fecisset[i].

6 3. Et[6] dum valide ab eodem Langobardorum rege civitates et provincia Romanorum opprimerentur, subito coniunxit missus iam fati[k] regis Francorum, nomine Hrottigangus[l] abbas, per quem misit in responsis, omnem voluntatem ac petitionem praedicti 7 papae[m] adimplere; et postmodum alios missos[n] familiares eius coniunxit[o]. Cumque[7] a Langobardis, ut praelatum[p] est, antiqua Romana urbs et castra universa distringuerentur, ita eciam, ut et Cicanense[q] castellum, quod colonorum sanctae Dei ecclesiae existebat, usurparent; quo peracto, ipse papa Stephanus propter nimium amorem Urbem 8 deserit, ut ad Aystulfum regem properaret, secutique[8] sunt[r] plures Romanorum et ceterarum civitatum populi flentes ululantesque; nequaquam eum penitus ambulare sinebant. Qui videlicet sanctissimus vir sese in Dei virtute et protectione beatorum principum apostolorum confidens[s], laboriosum arreptus est inter, assumens secum sacerdotes proce- 9 res eciam et ceteros clericorum ordines, necnon et ex militia optimates. Igitur[9] coniungente[t] eo fere quadragesimum miliarium Langobardorum fines[u], in una nocte[v] signum in coelo magnum apparuit, quasi globus igneus a parte australi, declinans a Galliae finibus in Langobardorum partes. Itaque unus ex eisdem Francorum missis, 10 scilicet Aucharius dux, quantocius procedens, Ticino eum praestolatus est. Cum[10] vero appropinquasset iam fatus papa civitatem Papiam, direxit ad eum saepe fatus rex Aystulfus[w] missos suos, obtestans eum ut nulla[x] penitus racione auderet verbum illi dicere[y] petendi Ravennancium civitatem, exarchatum ei pertinentem[z], vel de reliquis rei publicae locis quae ipse vel eius praedecessores Langobardorum reges invaserant. Ille vero ita ei misit in responsis, asserens, quod per nullius trepidationis terrorem sileret. Coniungente vero eo Papiam in civitatem, et praedicto regi praesentato, plura illo[a] tribuit munera, et nimis eum obsecratus est atque lacrimis profusus eum petiit, ut dominicas quas abstulerat redderet oves et propria propriis restitueret, set nullo modo apud eum impetrare valuit. Praedicti vero Francorum missi imminebant fortiter apud eundem regem Aystulphum, ut praefatum papam pergere in[a] Franciam relaxaret. Ad haec convocans iam dictum papam interrogavit, si ei[b] in Franciam properandi esset[c] voluntas? Quod videlicet ille nequaquam siluit, set suam illi propalavit voluntatem. Unde ipse rex ut[d] leo dentibus fremebat; pro quo et diversis vicibus suos satellites ad eum clam 11 misit, ut illuc minime pergeret. Quod dum ille fortiter restitisset, absolutus[11] est ab eo; Papia[e] movens, suum Franciam profectus est iter.

12 Et[12] post eius absolutionem adhuc mittebat[f] Langobardorum rex, a praedicto itinere eum deviare, quod minime ipsum papam placuit[g].

4. Unde et cum nimia celeritate, Deo praevio, ad Francorum coniunxit clausas[h];

a) *ita emendandum iam Pratillus consuluit;* iacul:: c. b) diaboli inter Stephanum papam Romanum, Longobardos 2. c) m. precare deprecaretur c. d) :. 1. et 2. e) *ita correxi, Vita Stephani evoluta,* dicend:: ::::::: 1. dicendo misit 2. f) mitt::: 1. mittens? g) nuntios 2. h) *ita* 1. accedere 2. accersiri *V. St.* i) f::c::et 1. faceret 2. k) *ita locum ope Vitae Stephani restitui, cui reliquiae scripturae adhuc consentiunt;* applicuit nuntius praefati 2. l) dottigrangus c. m) p. velle 2. n) nuntios 2. o) subiunxit 2. p) praefatum *V. St.* q) cicaneus et c. r) *add.* eum 2. *V. St.* s) *deest* c. t) :::::nte 1. appropinquante 2. u) fin::: 1. fines 2. *V. St.* v) notte c. w) austulfus c. x) obtestan::::::nulla c. obtestans eum ne ulla *V. St.* y) diceret *corr.* dicere c. z) pertine::::: c. a) illi *V. St.* b) :: c. c) ::::: c. d) *ita* 2. *V. St.*; *deest* 1. e) et de Papia 2. f) nitebatur *V. St.* g) latuit *V. St.* h) cl...sas c.

5) *Igitur — fecisset* ex Vita Stephani II. c. 15. 6) *Et — coniunxit* ex Vita Stephani c. 16. 7) *Cumque — usurparent* ibid. c. 17. 8) *secutique — optimates* ibid. c. 19. 9) *Igitur — praestolatus est* ibid. c 20. 10) *Cum — restitisset* ibid. c. 21. 11) *absolutus — iter* ibid. c. 23. 12) *Et — defunctus est* ibid. c. 24.

quas ingressus cum his qui cum eo erant, confestim laudes Deo omnipotenti reddit, et coeptum gradiens iter, ad venerabilem monasterium sancti Christi martyris Mauritii[13], in quo et constitutum[a] erat pariter se cum Francorum rege conveniri, in quo et aliquantis demorantes diebus; ubi Ambrosius primicerius febre correptus defunctus est. Audiens[14] vero idem Pipinus[b] rex eiusdem pontificis adventum, nimis festinanter in eius advenit occursum una cum coniuge, filiis eciam et primatibus. Pro quo et non pauca milia filium suum Karolum in occursum ipsius papae direxit cum aliquibus ex suis optimatibus, ipseque in palatio suo in loco qui vocatur Pontiana[15], ad fere trium milium spatium, descendens de equo, cum magna humilitate terrae prostratus, una cum sua coniuge, filiis et optimatibus eundem iam fatum papam suscepit, cui et vice stratoris usque in aliquantum locum iuxta eius sellarem[c] properavit. Tunc[16] praedictus pontifex cum omnibus suis extensa voce gloriam et incessabiles[d] laudes omnipotenti Deo ferens, usque ad praefatum palatium pariter cum iam dicto rege omnes profecti sunt. Mox ibidem be[illegible]s papa praefatum christianissimum regem lacrimabiliter deprecatus est, ut per[illegible]s foedera causam beati Petri et rei puplicae Romanorum disponeret. Qui de praesenti iureiurando eidem beatissimo papae satisfecit, omnibus eius mandatis et ammonitionibus sese totis nisibus obaudire[e], et uti illi[f] placitum fuerat, exarchatum Ravennae et rei publicae iura seu loca redderet modis[g] omnibus. 753. 13 14 15 16

5. Pipinus[17] iam dictus rex cum admonitione, gratia et oracionis ipsius pontificis absolutus, in loco qui Cariciaco appellatur pergens, ibique congregans proceres cunctos regiae suae potestatis, et eos tanti patris sanctam ammonicionem imbuens, statuit cum eis, quae simul[h] Christo favente una cum eodem beatissimo papa decreverat perficeret. Interea[18] rex Aystulfus Karulummagnum fratrem benignissimi Pipini regis, a monasterio sancti Benedicti[i], in quo devote per evolutum temporis spatium monachice degebat, dyabolicis eum suasionibus suadens, Franciae provinciam obiciendum atque adversandum causam redemptionis sanctae Dei ecclesiae rei puplicae direxit; dumque illuc coniunxisset, nitebatur omnino et vehementius decertabat sanctae Dei ecclesiae causas subvertere, iuxta quod a praefato Aystulfo regi fuerat directus. Set propiciante Domino, minime valuit sui germani, christianissimi Pipini regis Francorum, in hoc firmissimum cor inclinare; potius autem comperta Aystulfum regi[k] versutia, tota virtute isdem Pipinus rex professus est decertare, ut sicut pridem iam fato spoponderat pontifici. Tunc pari consilio hisdem papa[l] cum denominato rege consilio inito iuxta id quod praefatus Karlomagnus Deo se voverat monachicam degere vitam, et in monasterium eum illuc Franciam collocaverunt; ubi et post aliquantos dies divina vocatione de hac luce migravit. Porro[19] Pipinus rex direxit suos missos Aystulfo, Langobardorum regi, pro pacis foedera[l] et proprietate sanctae Dei ecclesiae restituendi, atque bis et tertio iuxta saepefati papae ammonicione eum deprecatus est, et plura ei pollicitus est munera, ut tantummodo propria restitueret ecclesiae. Set ille, peccato imminente, obedire distulit. Ad[20] haec isdem Francorum rex, quod atrocissimi[m] Aystulfi nequaquam valeret quo modo saxeum mollire cor, generali contra eum decrevit facere monitionem[21]. Et dum iam fere medium itineris spatium Francorum exercitus graderentur cunei, rursum ipse Pipinus rex demum missos saevissimo Aystolfo dirigit dicendum, si quo modo potuisset vel sero tandem eius sedare saeviciam, et propria propriis redderet absque humani[n] sanguinis effusione. Set[22] ipse rex Aystulfus omnimodis fortiter resistebat. Inter quae erat Pipinus rex simulque cum pontifice iam dicto qui dirigens litteras idem Aystulfi regis, per omnia divina misteria et futuri examinis diem coniurans atque obtestans, ut pacifice sine ulla sanguinis effusione propria sanctae Dei ecclesiae rei puplicae Romano- 17 754. 18 19 20 21 755. 22

a) constitutus c. b) pipino *corr.* pipinus c. c) sellam rem c. d) gloria:::::::: c. gloriosas et excelsas *ed.* e) ꝟaudire c. f) ::: c. g) mo:is c. h) semel *V. St* i) *in margine recentiori manu 2 additum:* quod est in monte casino supra sanctum germanum in terra laboris. k) aystulfi regis 2. l) foedere 2. m) a...tissimi c. n) humana c.

13) St. Moritz ad Rhodanum, in pago Wallisiorum, ubi fluvius montes perrumpens, angustissimam itinerantibus viam relinquit. 14) *Audiens—properavit*, ibid. c. 25. 15) Pontigone. 16) *Tunc—omnibus* ibid. c. 26. 17) *Pipinus—perficeret* ibid. c. 29. 18) *Interea—migravit* ibid. c. 30. 19) *Porro—distulit* ibid. c. 31. 20) *Ad—effusione* ib. c. 32. 21) *i. e.* motionem. cf. c. 40. 22) *Set—adventum* ibid. c. 33.

755. rum reddidisset. Set sublimitate[a] eius obsistente, nequaquam acquiescere voluit. Pocius autem e[b] contrario minas et indignationes praefato pontifici et Pipino regi vel[c] cunctis Francis direxit. Tunc fisus in omnipotentis Dei misericordiae[d] antefatus Pipinus rex, iter suum profectus est, praemittentes ante suum occursum validissimos ex suis proceribus et cum eis exercitales viros ad custodiendum proprias Francorum clusas; ibique
23 coniungentes, remoti residebant proprii[e] regis praestolantes adventum. Audiens[23] itaque audax ille Aystulfus, paucos[f] fuisse Francos illos qui ad custodiam propriarum advenerant[g] clusarum, confidens in sua ferocitate subito aperiens clusas, super eos diluculo cum pluribus irruit exercitibus. Set iustus iudex Dominus victoriam paucissimis illis tribuit, et multitudinem illam Langobardorum superantes trucidaverunt, ita ut ipse Aystulfus rex fugam arreptus, vix ab eorum evadere potuisset manibus, et usque Papiam civitatem absque armis fugam arripuisset; in qua et prae timore Francorum aliquantis[h] retrusit. Ipsi vero Franci introeuntes clusas, cunctum[i] fossatum Langobardorum post
24 peractam caedem abstulerunt, spolia multa auferentes. Coniungens[24] vero Francorum rex Pipinus, sequipes[k] etiam eius et antefatus papa, usque ad muros civitatis Papiae utrique veneront; quam et obsidentes aliquantos dies, viriliter cum[l] Francorum exercitus constrinxerunt[m]. Tunc praedictus papa Pipinum saepefatum deprecatus est, ut eciam
25 amplius malum non proveniret, neque sanguis effunderetur christianorum. Ad[25] haec Pipinus, Francorum rex, eiusdem patris audiens adimplens monicionem, Dei dilectam pacem[n] inientes atque in scripto foedere pactum affirmantes, inter Romanos, Francos et Langobardos; et obsides Langobardorum idem Francorum rex abstulit. Spopondit ipse Aystulfus cum universis suis iudicibus sub terribile fortissimo sacramento, atque in eadem pacis foedera[o] per scriptam paginam affirmavit, se ilico redditurum civitatem Ravennancium cum diversis civitatibus. Et post hoc ad invicem segregati sunt[p]. Set ille Langobardorum rex incedens[q], quod iureiurando promisit reddere abstulit[r].

26 6. Cumque[26] ipse papa Stephanus Romam cum suis pervenisset, universus sexus et aetas Deo gratias agentes clamantes et dicentes[s]: *Venit pastor noster, et post Deum*[t]
27 *salus nostra!* Post[27] aliquanta temporum spatia furore vehementi repletus rex ille Lan-
28 gobardorum Aystulfus, non solum ea quae promiserat minime adimplevit, cum[28] universo regni sui Langobardorum populo Romanam advenit urbem, quam et trium mensium spatia[u] obsedens atque ex omni circumdans parte, cotidie fortiter eam expugnabat, omnia extra urbem ferro et igni devastans atque funditus demoliens consumpsit, ut Romanam capere potuissent urbem. Nam et multa corpora sanctorum effodiens, eorum sacra misteria abstulit. Castrum itaque illum Narniensem, quem pridem reddiderat, a
29 iure beati Petri abstulit. Haec[29] dum gesta fuissent, Stephanus papa per marinum iter suos ordinans et Franciam dirigens missos unâ cum quodam religioso viro Guarnerio
30 nomine, et per ordinem omnia referens Pipino Francorum regi. Ad[30] haec vero Pipinus
756. rex, de quo diximus, fervore fidei motus, iterum cum Dei virtute generalem faciens motionem, Langobardorum partes coniunxit, et clusas funditus eorundem evertit Langobardorum. Coniunxerunt itaque in Romana urbe imperiales missi, Georgius silicet et Iohannes, directi ad[v] praedicto Francorum rege; quos suscipiens iam fatus papa, eisdem mocione Francorum praefati regis nuntiavit, quod quidem illi dubium habuerunt credendi. Et adhaerens eis missum apostolicae sedis, iter arripuerunt, et pergentes[w] marino itinere quantocius Marsiliam venerunt; in qua ingredientes, didicerunt iam praedictum
31 Francorum regem Langobardorum fines fuisset ingressus[x]. Itaque[31] unus ex ipsis, Georgius nomine, praenominatum Francorum assecutus est regem; quem in finibus Langobardorum non procul a Papia repperit civitatem, et nimis eum deprecans atque plura spondens, tribuit imperialia munera, ut Ravennancium urbem cum cetera

a) iniquitate *V. St.* b) et c. c) pipin:: reg:: c. d) misericordia:: c. e) rediebant propria c. f) pa::os c. g) advenerat c. h) cum aliquantis se *V. St.* i) cuntta:: c. k) se::pes c. l) eum c. m) constri::: c. n) diletta est pace c. o) in eodem—foedere *V. St.* p) s. c. q) in periurii reatum incidens *V. St.* r) distulit *V. St.* s) clama::::: et dicen:::: c t) ::: c. u) spatio *V. St.* v) am c. w) pergens c. x) *ita aut* ingressi c.

23) *Audiens—auferentes* ibid. c. 35. 24) *Coniungens—christianorum* ibid. c. 36. 25) *Ad haec—abstulit* ibid. c. 37. 26) *Cumque ipse—nostra* ibid. c. 38. 27) *Post—adimplevit* ibid. c. 39. 28) *cum—P. abstulit* ibid. c. 41. 29) *Haec—regi* ibid. c. 42. 30) *Ad—ingressus* ibid. c. 43. 31) *Itaque—dicionem* ibid. c. 44.

eiusdem exarchatus civitatis et castra imperialem tribuens concederet dictionem[a]. Set[32] 32
ille rex Francorum taliter dedit responsum. *Quomodo alienare talia potero, ut non pro alia re quam pro sancto Petro certamen gessui?* asserens et hoc, quod nulla eum thesauri copia suadere valeret. Praedictum vero imperialem[b] missum ut ad propria remearet dixit; qui et sine effectu Romam coniunxit.

7. Dum[33] vero Francorum rex Papiam obsidens constringeret civitatem, tunc Aystulfus, rex ferocissimus Langobardorum, ut veniam illi tribueret[c], et quas prius contempserat conscriptas in pacti foedere reddere civitates, se modis omnibus professus est redditurum. Et denuo confirmato anteriore pacto, qui per lapsam octavam indictionem[34] inter partes provenerat, restituit ipsas praefatas civitates, addens et castrum qui 34
connominatur Comiaclum; de quibus omnibus receptis civitatibus donacionem in scriptis apostolicae sedis commisit possidendas. Aystulfus rex, de quo promisimus, regnavit annos 7, menses 5; fuit audax et ferox[e], et ablata multa sanctorum corpora ex Romanis finibus, in Papiam construxit eorum oracula; ubi et monasterium virginum et suas filias dedicavit. Idemque et fecit monasterium in fines Aemiliae, qui dicitur Mutina, loco qui nuncupatur Nonantula, per eius cognato, abbate Anselmo[f], virorum coenobium fundatum est[35]; necnon sibi proiectas[36] provincias, ad sacra monachorum coenobia 36
multa est dona largitus; set valde dilexit monachos et in eorum est mortuus manibus[37]. 37

8. Tunc[38] Desiderius quidam dux[g] Langobardorum, qui ab eodem rex Aystulfo 38
Tusciae[h] in partes erat directus, audiens[i] obisse praefatum Aystulfum, ilico agregans ipsius Thusciae universum[k] exercitûm multitudinem, regni Langobardorum arripere nisus est fastigium. Huius personam despectui habens Ratchis[l], dudum rex et postmodum monachus, germanus praefati Aystulfi, set et alii plures Langobardorum optimates cum eo[m] eundem Desiderium spernentes, plura transalpinorum[n] vel ceterûm Langobardorum exercitûm multitudinem aggregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt. Ut[39] 39
haec praefatus Desiderius audisset, praedictum pontificem Stephanum deprecatus est sibi auxilium ferre, quatenus ipsam regalem valeret assumere dignitatem, spondens iureiurando, omnem praedicti pontificis adimplere voluntatem, insuper et[o] rei publicae se redditurum professus est. Tunc isdem pontifex, inito cum suis consilio, Paulum suum germanum atque Christoforum consiliario in partes Tusciae ad praedictum Desiderium misit; cum quo loquentes, confestim per scriptam paginam hoc quod spoponderat Desiderius terribili iuramento firmavit. Hoc[40] vero peracto, statim suum missum prae- 40
dictum papa Stephanum[41] exortatoriis[p] litteris praefato Ratchiso[q] vel cunctae genti[r] Lan- 41
gobardorum direxit, properans et Fulradus venerabilis abbas cum aliquantis Francis in auxilio ipsius Desiderii. Set et plures exercitus Romanorum, si necessitas exigerit, in eius disposuit occurri adiutorium; et suffragantibus[s] praedicti pontificis Deo receptis precibus, ita omnipotens Deus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefatus Desiderius per iam dictae coangelicae papae concursum[t] eandem, quam ambiebat, adsumeret regalem dignitatem. Dum[42] vero haec agerentur, direxit missum suum prae- 42
fatus pontifex, et abstulit ipsis civitatibus, quas se praedictus Desiderius rex reddere promiserat.

9. Cumque per viginti et octo[43] annos placide Langobardos regisset, omnis tunc 43
Ytaliae finibus . . . . . [u]. Tantum in initio sui regni Spolitini[v] et Beneventani rebelles fuerunt; qui hiemis tempore cum suo exercitu pergens, per pugnam ad suum

a) castra implere tribuens concedere diccionem c. castra imperiali tribuens concederet diccioni *V. St.* b) imperiale c. c) et ab obsidione cessaret rogabat *add. V. St.* e) feros c. f) alsemo c. g) *vocem inserui, Vitam Stephani secutus.* h) tusie c. i) adiens c. k) universam *V. St.* l) raichis c. m) otimates cum quo c. n) trasalpinorum c. o) *supple* civitates. p) exortatorii c. q) rachiso c. r) ::::cu::te genti c. s) suffrantibus c. t) cursum c. u) finis valde quievit *ed.* v) spoliti c.

32) *Sed—coniunxit* ibid. c. 45. 33) *Dum—possidendas* ibid. c. 46. 34) a. 755. 35) cf. opusculum vitae Anselmi sive de fundatione Nonantulae apud Murat. SS. I. B. 189 sqq. 36) *i. e.* subiectis provinciis. 37) haec verba in vita Anselmi l. c. p. 194 et Catalogo saeculi XI. Nonantulae adservato apud Tiraboschi Nonantula II. 5. de Anselmo, hic igitur erronee de Aistulfo usurpantur. 38) *Tunc—profecti sunt* Vit. Steph. c. 48. 39) *Ut—firmavit* ib. c. 49. 40) *Hoc—dignitatem* ib. c. 50. 41) postea Stephanum III. papam. 42) *Dum—promiserat* ib. c. 51. 43) Desiderius annis 757—774 regnavit.

reduxit servitium. In praefati Desiderii temporibus floruit in artis gramatica dyaconus Paulus, qui fuit ortus ex Forciulanensis civitas, parentibus secundum seculi dignitatem non infimis, et ille praecelsus atque carus ab ipso rege et ab omnibus erat, in tantum ut ipse rex in omni archana verba consiliarium eum haberet. Per idem tempus Pipini filius Karolus sua filia sibi in matrimonium sociavit; et aliam praefatum regem habuit filiam, cui nomen Adelperga fuit, quem nuptui tradidit Arichis Beneventanus dux. Set de praedicto Paulo, unde fecimus mentionem, licet inculto sermone aliquid de gestis eius huic historiae intexere[a] cupio; et ut praedictum est, ab omnibus erat dilectus, et merito proinde ei concessit gratiam Christus, ut ab omnibus amaretur. Et quo modo homo eum exosum habere poterat, qui erat a Christo dilectus? Set dum iniqua cupidi-
773. tate Langobardi inter se consurgerent, quidam enim e proceribus Langobardis clam legationem mittunt Karolo, Francorum regi, quatenus veniret cum valido exercitu et regnum Italiae sub sua ditione optineret, asserentes, quia istum Desiderium tyrannum sub potestate eius traderent[b] vinctum, et opes multas cum variis indumentis auro argentoque intextis[c] in suum committerent[b] dominium. Quod ille praedictus rex Karolus talia cognoscens, cum Francis et Alemannis, Burgundionis necnon et Saxonis, cum ingenti multitudine Italiam properavit. Postquam Italiam rex Karolus venit, rex Italiae Desi-
774. derius a suis quippe, ut dudum diximus, fideles callide ei traditus fuit, quem[d] ille vinctum suis militibus tradidit, et ferunt alii, ut lumine eum privasset. Atque ipse Karolus rex totius Italiae rex est firmatus; solus dux Arichis Beneventi iussa eius contempnens, pro eo quod capiti suo pretiosam deportaret coronam. Ut comperit talia rex Karolus, valde est iratus, atque nimirum iusiurandum asseruit dicens: *Nisi sceptrum quod manu gesto Arichis percucio pectus, vivere nolo.* Ipse, de quo praediximus, Paulus bis denique regi Karoli mortem molitus est pro sui regi Desiderii fide; cumque talia regi Karoli delata a suis fidelis fuissent, diu[e] toleravit propter nimium amorem quo eum diligebat. Set dum tertio perpetrasset, eum comprehendi iussit atque in medium introduci. Cumque perductus fuisset, taliter rex eum allocutus est verbis: *Dic mihi*, inquiens, *diacone Paule[f], pro qua re bis terque inferre nostrae eminenciae mortem[g] molitus es?* Ille, ut erat magnanimis, audacter ei responsum reddidit: *Fac quod facturus es, quia veritatem dico et falsum ex ore meo de hac re nil profero! Fui quippe fidelis quondam Desiderii regis, et ipsa fides apud nos actenus manet.* Cumque in patulo omnibus assistentibus proceris talia protulisset verba, cum iurgio suis militibus praecipiens, qualiter eum sine mora privarent manibus. Set dum ministri dicta implere vellent, ipse piissimus rex pro nimium amorem quo[h] diligebat eum et propter sagacitatem eius alta trahens suspiria, et in voce erupit: *Eu pro dolor*, inquid, *quo modo manus eius abscidimus, ubi tam elegantem scriptorem reperire valemus?* Assistentes denique, ut praediximus, proceres necnon et optimates qui eum exosum abebant[i] propter quondam[k] ut diximus regi Desiderii fidem, in hunc modum responsum dederunt: *Quia si hunc diaconum, o rex, illaesum sinis abire, regnum tuum stabilitum minime habebis.* At rex talia depromit verba: *Mihi*, inquid, *dicite quid exinde vobis comparet.* At illi dolosa voce dixerunt: *Ilico evellantur eius oculi, ut nec scedulas nec litteras contra vestra dignitati nec contra vestrum imperium actenus peragat manibus*[l]. Cumque severitatem[m] simulque et duritiam suis militibus cerneret, sese valde
41 perturbavit, cogitans, qualiter eum de iam dicta penuria[44] liberaret, adiciens: *Ubi tam industrissimum atque praeclarissimum poetam*[n] *necnon et historiografum invenire queamus?* His dictis, optimates eius ipsius praeceptis obedire maluerunt, adnectentes, ut in insulam quandam[o] missus in exilium, diu illo[p] cruciaretur; quod factum est.
45 Dumque vinctum, ut diximus, in insula[45] deveniret exilium, diu illic nempe est cruciatus. Set ipse Paulus veritas, quae Christus est, secutus, veritas eum per magnam suam potentiam mirabiliter liberavit. Nam quidam homo qui saepissime eius famulatui inerat, clam de iam dicta insula expulit et cum eo Beneventum repedavit. Cumque nunciatum fuisset principi Arichis, magno gaudio est repletus, eo quod multis ante

a) intexero 1. b) traderet — committeret *c.* c) intestis *c.* d) quod *c.* e) dius 1. *an* diutius? f) pale *c.* g) morte *c.* h) que *c.* i) abebat *c.* k) quoddam 1. l) *ita ed.* perga:nbus *c.* m) se ueritatem *c.* n) *deest; sed ex Leonis Ost. lib. I. 15. desiderari videtur.* o) quoddam *c.* p) ill: *c.*

44) *i. e.* poena vel angustiae. 45) Diomedis ex Leonis Ostiensis lib. I. c. 15; hodie *isola de Tremiti.*

temporis[a] formam eius cernere optaret, atque ex ore eius dulcia verba in archana sui pectoris informaret. Illico non paucis e suis proceribus cum equitibus in eius misit occursum. Cumque honorifice Beneventum introyssent, super collum eius ipse piissimus princeps ruens, flebat plane prae gaudio et eum osculabatur. Ipse, de quo iam diximus, Paulus ad[b] quondam sui domini filiam venit atque uxorem iam fati principis, Adelperga nomine, de qua iam supra diximus, humiliter se subdedit adiciens: *Sum fraudatus a genitore tuo piissimo; non me fraudavit Dominus de suis natis; insuper et ostendit mihi tuas sublimissimas proles!*[46] Ipsa principissa piisima inter dicta verba dolenter[c] flebat. 46

10. Arichis, de quo praediximus, piissimus princeps, familiae copiam, varia[d] indumenta dapesque ei habundanter tribuit, atque in suo palacio eum morari iussit, et crebissime de liberalibus disciplinis cum eo sermocinabatur. Cumque illi de[e] divinis scripturis invicem colloquerentur, insatiabili pectore ipse princeps quippe gerebat. Et dum de fatus Karolus sermo fuisset exortus, ipse Paulus inter alia verba sermonem nempe talem prorupit: *Isdem de quo nunc praediximus Karolus*[f], *quantum illuc*[g] *conicere valui, cum ingenti exercitu est super te venturus.* Quod ille nimirum[h] audiens, Beneventum simulque et eius filias muniens secessit Salernum[47], quod est valde munitissima atque praeclarissima et opes dapesque sufficienter habundat, et proinde eam ipse princeps mirabiliter ampliavit propter eius tuitionem. Rex de quo iam diximus Karolus 787
Gallorum, Saxonum, Alemmannorum, simulque et Langobardorum Burgundiorumque validum movens exercitum, cum ingenti ira[i] civitates Arichis subiectas invadere est conatus. Quod dum Arichis audiens, nimis exterruit, in tantum ut muros iam dictae civitatis in altum mirabiliter elevaret, et per finibus Beneventanis suos missos mittens[k], quatenus ad eum accersirent[l] omnes praeclarissimis antistites. Qui cum ad praedictum principem antistites properarent, eos in secreto palacio introduci iussit, et per semet ipsum illuc gradiens, sicuti mos erat ipsius, subnixo vultu ab eis poposcit benedictionem. Qua peracta benedictione, ipse princeps taliter prorupit in vocem: *Eia beatissimi patres, iniamus consilium, qualiter e nostris finibus nefandum Karolum evellamus.* Et consilium inierunt, quatenus iram eius saevissimam[m] blandirentur. Tunc singuli episcopi ciliciis sunt induti, humilis vehiculi asellis[n] sunt superpositi, profecti sunt obviam ei; cumque simul carperent iter, nichil aliud nisi oracioni[o] vacabant. Dum Capuam properant ipsi iam fati antistites, statim Vulturnum fluvium celeriter transmearunt. Quidam homo eorum[q] dixit: *Bene veniant domini mei; ubi pergitis?* At illi responsum reddiderunt dicentes[r]: *Ad magnum regem Karolum cupimus properare.* Ipse homo eorum[t] dixit: *Videte, quia ipse cum suo exercitus in locum qui Garilianus nuncupatur applicuerunt.* Illi[u] quippe cum ingenti[v] cursu ibidem[w] pervenire maluerunt[x]. Set iam eum in hac parte fere duodecim miliaria cum suo exercitu applicantes reppererunt, et non procul ab eius castra de asinis se eiecerunt, et singulis clericis[y] ante se unusquisque cum ferulis incedere iusserunt. Quod dum a longe ipse rex talia cerneret, admiratus est valde, cumque a suis relatum fuisset, quod Beneventani episcopi essent, ipse rex dixit: *Pro quam rem adveniunt Beneventani antistites, cum ipsi*[z] *suo principi coronam eius capite iam detulerunt?* Inter dicta verba praesules eius approximaverunt atque in faciem super terram se prostraverunt. Rex itaque, ut erat pius, bis terque ut surgerent dixit; cumque cum pavore surrexissent, rex taliter eos est allocutus: *Video pastores sine oves.* At illi, accepta fiducia, talia verba praedixerunt: *Lupus venit et dispersit oves.* Ipse rex cum iurgio ait: *Quis est lupus?* Illi nichil metuentes responderunt dicentes: *Tu es ipse.* Ipse piissimus rex ut eorum vidit audaciam,

a) tempor:: c. b) a c. c) doliter c. d) *ita ed.* famili:: ::::varis: c. e) ::li::: c. f) harolus c. g) illu:: c. h) *vox erasa* c. i) is ;entira c. k) mittentes c. l) accersiret c. m) saevissimi 1? n) aselli c. o) oracio::: c. q) e:::: c. r) dicens 1? t) ei: c. u) illis c. v) ingn:: c. w) i:::::: c. x) mal:::: c. y) clerici c. z) ipse c.

46) Manus secunda haec in margine huius narrationis scripsit: *recte sic dominus ioannes de procida venit ad constantiam consortem petri regis aragonum mortuo manfrido rege sicilie cuius ipsa constancia filia fuerat et idem manfridus suum secretum consiliarium eundem dominum ioannem abuit sicut desiderius hunc paulum.* 47) in margine: *De qua Lucanus libro I.: radensque Salerni Culta Siler.*

dulcia verba eis depromit: *Licet infelix, in*[a] *sacra unda renatus sum, et a Christi nomine christianus vocor, et signum crucis saepissime meum munio corpus, et vos pro qua re me appellate lupus?* Unus ei ex dictis episcopis, David nomine, qui erat ex Beneventana urbe, sagaci relatione in hunc modum respondit: *Ne indigneris, domne imperator, si loquor. Non inferimus vestrae dignitati iniuriam, si*[b] *bestiae vos comparemus, ...*[c] *sicut lupus discerpit*[d] *praedam quam accipit, sic nimirum si fores venturus dominus noster Samnii, similiter ad instar lupi discerperes*[e] *christianorum corpora.* In quo tractatum introduxit plane personam Domini loquentis imperatori: *Ego te ex ultimum imperatori feci, ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego tibi copias quas ille adversum te exercitui suo*[f] *praeparaverat dedi; ego inimicum tuum in potestatem tuam redegi, ego de semine tuo super solium regni tui constitui, ego te triumphator sine labore feci, et tu de meis fidelibus, quem olim meo sanguinem acquisivi, triumphare*[g] *cupis?*

II. Imperator interea cum se sagaci ratione superatum cerneret, et aditum evadendi minime inveniret, excusationem ei inferre molitus est adnectens: *Coeptum iter linquere quomodo valeo, qui iusiurandum nuper asserui, nisi sceptro quod manu*[h] *gesto Arichis percucio pectus, vivere nolo?* Tum[i] episcopus Salernitanus, cui nomen Rodepertus fuit: *Audi me, benignissime imperator. Ipse tetrarcha Herodes, qui tunc Iudaico populo praeerat, quando ad mensam ebriosus cum suis satellitibus recumbebat, et introductam suam privignam saltando ei complacuit, die itaque illa iusiurandum pollicitus*
18 *fuerat Herodes dare idem*[48] *puellae quidquid postulasset; numquid non fuerat melius iuramentum spernere quam caput sancti Iohannis abscidere*[k]*?* Ad haec imperator: *Nempe melius.* Idem episcopus: *Et si melius, quomodo eum imitari malis.* Respondit imperator tranquillo animo: *Quid facimus exinde, evidentius seriatimque mihi celerius pande.* Cui omnes episcopi dixerunt: *Faciemus, ut ipsum sacramentum perficias sine ulla dampnica res, et Arichis vestrae ditioni sistere facimus, ut quae Deo vovisti, in ipso perficias.* Necdum verba ipsis antistites adhuc expleverant[l], ipse rex ovans quippe et cum magna alacritate eos[m] effavit: *Ut dixistis perficite, quia dum nunc ex ore vestro sermo processit, ita gaudio sum repletus, ut putet me subito renovatum.* His dictis statim exinde sunt moti, atque simul gradiens pervenerunt ad quadam ecclesiam, quae non procul a Capuam urbe sita erat. At ipsi episcopi: *Hac quidem nocte, domne imperator, hic quiescamus, et crastina die quod diximus dudum vestrae ditioni adimplemus.* Tunc magis magisque est laetus, putans[n] adipiscere quod cupierat. His dictis, diei iam fuerat cursus expletus. Postera namque die surgente[o] idem rex, ad se iussit antistites vocare. Cumque vocati venissent omnes, accipiens blandis eos sermonibus, alloquens ait: *Quod usque nunc quippe spondistis, celerius ad finem usque perducite.* Statim illi dixerunt: *Sequaris nos, dominus noster, et nunc quod desideras ostendimus confidenter.* Ilico de throno in quo residebat exiliens, cum ipsis pariter properabat. Ipsi denique iam saepe fati episcopis in quedam ecclesiam[p] vocabulum sancti protomartyris Stephani eum perduxerunt, atque utinam[q] ipse rex introgrederetur[r] exflagitabant. Cumque ecclesiam cum ipsis pariter et[s] cum suos proceres aliquantis ingressi fuissent, veniam ut mos erat eis a Domino[t] poposcebat. Oratione completa, conversus ad episcopos dixit: *Quod iam plane pridie*[u] *eminenciae nostrae promisistis, nunc demonstrate; asserens, quod Arichis, de quo nuper diximus, inter omnes meos optimates magnatem illum habeo, et honorem a parte nostrae potestati optinendum tribuo; unum est quod quaero, ut armiger meus unus miliarius fiat.* Denique ipsi episcopi cum magno pavore ingentem effigiem Arichis in angulo ipsius ecclesiae depictam ostenderunt. Itaque, aversa facie, rex cum ingenti ira taliter prorupit in vocem: *Vosne estis, qui usque nunc illusio simulque et yronia de me gessistis? amplius iam non sinam*[v] *facere; tantum quod*[w] *dixistis perficite; sin autem, in exilium vos Galliam mittam.* At illi perterriti, set tamen fisi in Domino, dixe-

a) ::: c. b) si: c. c) *fortasse* ut. d) discerp.. c. e) discerperis *aut* discerpens c. f) sui *corr.* suo c. g) *ita ed.* triumpha.... c. h) sceptri quo manum c. i) cum c. k) ascidere c. l) *ita ed.* ex:::erant c. m) *ita aut* eorum c. n) putant c. o) surge.. c. p) *in margine recentiori manu:* ecclesia est cardinalis et metropolitana in Capua civitate. q) ut n::: c. r) introgre:ere: c. s) :: c. ipse 2. t) addomino c. u) *ita corrigendum videbatur;* pend:: c. v) sinat c. w) quo c.

48) *i. e.* eidem.

runt: *Quod dignitati vestrae nuper promisimus simulque nimirum et implevimus; minas tuas non pavemus*[*]*; fac quod facturus es; non dicimus Galliam, sed si velis nos mitte Africam.* Hisdem rex dixit: *Lutum mihi spondistis ostendere aut hominem? formam hominis aut colores variis?* Ad quod responderunt: *Ne irascaris, domne imperator.* Nam sic eum vocitabant omnes qui aderant in familia sua, qui pretiosam coronam in suo prorsus capite gerebat. Imperator quippe omnimodis non dici potest, nisi qui regnum Romanum praeest, hoc est Constantinopolitanum. Reges Gallorum nunc usurparunt sibi talem nomen; nam antiquitus omnimodis sic non vocitati sunt[b]. Interim ad istoriae ordinem redeamus, ad verbum quod supra quippe inchoavimus: *Arichis non est lutus? Numquid non dicitur in Genesi: Creavit Deus hominem de limo terrae? Numquid non est varius post carnem vermis, post vermis pulvis? Tantum si placet, ut diximus, in formam eius, hoc est in picturam eius, quod Deo vobisti adimple; nam propriam eius effigiem omnimodo non videbis nisi in examinis diem.* Gen. 2. 7. Cumque ex omni parte se superatum cerneret, cum ingenti ira super illam imaginem venit, et sceptrum quod manu gerebat illius imaginis percutiens pectus, et[c] coronam quam depictam in capite gerebat disrumpere fecit, addens hoc: *Sic eveniat omni*[d] *qui super se ponit quod ei licitum non est.* Tunc prostrati episcopi in faciem super terram, eumque[e] adoraverunt, adicientes, ut pacem inibi pariter firmarentur. Ipse benignissimus rex audiens ammonitionem tantorum patrum, firmam pace[f] iniens atque in scripto foedere pactum affirmans inter Beneventanos et Francos, et obsides Beneventanorum simulque et Grimoalt, Arichis filium, isdem Francorum rex fecit abstollere. Cumque talia patrassent, ab invicem sunt sequestrati; episcopi arva repedaverunt sua, et ipse rex cum suo exercitu reversus est itinere quo venerat. Tantum unum eminentissimus e suis proceribus Salernum misit, quatenus foedera pacis firmarent, et obsides, ut iam diximus, ab ipso Arichis principe acciperent.

12. Qui dum properasset Salernum cum suis non paucis fidelibus, ipse de quo iam diximus Arichis cum magno apparatu eum suscipiens, sicuti nunc subsequens sermo declarat. Tunc Arichis exercitus copiam adunare fecit, quatenus ipsum missum honorifice et cum magna sublimitate reciperet, et diverso habitu variisque instructos armis ante oculos legatorum apparerent. Nam in scala ipsius palatii adolescentes hinc inde astare fecit, qui gerebant in manibus sparvarios cum ceteris huiusmodi avibus; deinde iuvenes astare fecit floridam aetatem habens, et ipsi alii accipites et huiusmodi manibus avibus[g] gerebant; quidam enim ex his ad tabulam ludebant. Id ipsum hinc inde, ut diximus, canos spargens astare fecit, deinde senes[*] undique circumstans cum baculum in manibus, inter quos ipse princeps in throno aureo in eorum residens medium. Cumque urbem ipsum legatum cum suis appropinquassent, non paucos e suis proceribus in eorum misit occursum. Set dum eis approximassent, putaverunt, ut ipsum principem inter eos essent, et inter sese sciscitabant, qualis esset forma ipsius, ut eum penitus adorarent[**]. Set dum eorum responsum est, quod illic minime esset, gradierunt simul, et dum sunt urbem ingressi, statim palacio[h] adierunt; cumque ad scalas iam dicti palacii pervenissent, reppererunt adolescens[i], quod dudum diximus, hinc inde accincti astarent. Quod dum talia legati cernerent, putaverunt, ut illic ipsum principem convenirent. Set responsum est: *In antea perambulate!* Dum paulisper alium in locum devenirent, cum aliis indumentis iuvenes floridas aetates habens reperierunt hic inde astarent, iam omnimodo putans, ut inibi esset. Responsum est: *In antea pergite!* Cumque admirati in antea paululum properarent, invenerunt iam canos spargens cum variis indumentis. Iam pro certo aestimantes intentosque oculos[k] imaginem[l] illius videre cupientes. Set responsum est: *Ite in antea!* Dum properassent in aulam in qua ipse princeps erat, cernerunt ibidem astaret senes venusta forma habens, et ipsum Arichis in throno aureo in medium eorum residentem. Mox quippe ipse princeps de aureo quem resedebat throno exiliens, cumque ut invicem se adorare adiungeret, hac arte[m] eum delusit, sceptrum quod manu gerebat proiecit protinus. Ipse legatus ut vidit, mox subnixo vultu eum elevavit atque ipsius principi detulit, eumque pronus adoravit, asserens: *Non*

a) *itm-ed.* pau:::: c. b) vocita:: ::: c. c) pettus:: c. d) eveni:: o::: c. e) eum:: c. f) firma::: pa:: c. g) a:::::s c. *) senex c. **) adoraret c h) palac:::: c. i) adolesce:: c. k) oculo c. l) imagino *aut* imaginos 1. m) acarte c.

sicut audivimus vidimus, set plus plane vidimus quam nuper audivimus! Cui denique ipse princeps Arichis ad vesperam diversos cibos, vina quoque praecipua variaque pocionum[a] genera transmisit, atque in regia aula eum cum suis fidelibus morari iussit.

13. Alia nempe die ipse princeps visitandi causa ad eum venit eumque percontari coepit de eius sospitate. Cui ille: *Melius numquam aliquando memini*[b] *me esse quomodo sum nunc!* Et videns autem omnem sapientiam Arichis; et palatium quam haedificaverat, et cibos mensae eius, et habitacula[c] servorum, et ordinis[d] ministrantium, vestesque eorum et pincernas, miratus est valde, adiciens: *Verus est sermo quod audivi in harba*[49] *mea super sapientia tua et super gloria tua, et non credebam narrantibus mihi, donec per memet ipsum veni, et vidi oculis meis, et probavi quod media pars mihi nunciata non fuerit.* His dictis, ipse Arichis suum filium, ut diximus, Grimoalt cum aliis obsides dedit, atque dona ei plurima est largitus. At illi vale facientes principi, laboriosum iter aripuerunt. Ferunt plane nonnulli, quod ipsum saepe dictum Karolum in legati formam se transformasset, ut audita Arichis magnitudo cernere potuisset, et ipsum legatum quem[e] supra diximus Karolus fuisset.

14. Igitur Grimoalt dum devenisset cum suis Papiam, cum gaudio ab ipso rege exceptus est, moratusque est apud eum temporibus multis. Ipse saepedictus[f] Arichis erga Dei praecepta sese coartabat, atque creberrime pauperibus elemosinam condonabat. Factum est, ut una die ex more quidam[50] presbyterum proprio hore clamaret, quatenus pro sua delicta mitissimum agnum mactaret. At ille, postposita verecundia, mox ecclesia est ingressus, missamque quamvis foedatus canere coepit. Mox altithronus Dominus suum angelum e coelo cum spongiis misit eumque abluit, et nullus nisi Arichis cernere potuit. Sacrificium ex more peracto, sordes quod angelus detulerat super eum ingecit. Princeps presbyterum iam fatum ante suum obtutum[g] venire iussit, eumque delicacius[h] percontavit videre quae acciderat. At ille seriatim, licet clam, omnia enodavit, qualiter cuiusdam viri feminam stuprasset[i], et non lotus sacrificium, licet non dignus, Deo offeruisset. At ille contestans[k] eum, ait, nullo modo huic rei assensum daret. Vir ille, cuius mulier foedata fuerat, omni nisu decertabat, quatenus presbyterum illum extingueret; unde non modice ab ipso principe est obiurgatus, interminans, si occisurus fore, ille et domus sua igne esse cremandus. Quid multa dicam? Quadam die clam super eum venit, fortique hictu percussit et in terram mortuum stravit. At princeps ex improvisu virum illum cum uxore et liberos, clausa domo[l], licet non recte gessisset, igne cremari fecit. Uxor illius praegnans erat, vicinaque partui dedit sine ossibus filium, ut patenter daretur intelligi[m], misericordiam sine discretione haberet; sicut suus natus carni habebat et tamen fortitudinem obmiserat, unde penitencia sine mora poposcit. Et quemammodum misericordia sine discretione nil valet, sic ille infantulus sine ossibus minime valuit.

15. Quaedam mulier virum proprium abebat et cum alio viro se commiscebat. Factum est, ut una nocte una cum adultero[n] in dolo virum proprium stranguillaret; et cum ipsum ingens vocem emitteret, inquid ad suos: *Surgite, quia meus vir apoplexia est nimirum extinctus.* Dum ex more vicini et consanguinei circumquaque altrinsecus flerent, cum magno obsequio ad sepulcrum usque perducitur, eumque humarunt. Dum ad aures principis pervenissent, eum non proprio a morte fuisset extinctus, statim comprehendi virum illum qui mulierem defuncti foedaverat iussit, et in verbis talia promit[o]: *Nisi extimplo quod clam iessisti nobis enodaveris*[p], *ilico nimirum morieris!* At ille, quod nequiter gessit, omnia propalavit. Princeps idem alta trahens suspiria, tandem in voce erupit; inquid ad suos: *Virum histum comprehendite, eumque super mortuum facie ad faciem districtius*[q] *colligate; et quid exinde redemtor humani generis iudicaverit, intimate.* Quo peracto, tertia die indagere iussit, quid exinde fuisset factum. Tunc reppererunt virum illum qui fuerat stranguillatus desuper stratum et ore[r] naresque sui perentori corrosit. Proinde huic istoriae conscripsimus, ut fideles mulieres halienas[s] omnimodis caveant et ulcio divina certissime[t] metuant.

a) porcionum *c.* b) meminit *l.* c) habicula *c.* d) *ita aut* ordini *c.* e) que *c.* f) sepredictus *c.* g) delicaciicius *c.* h) stupasset *c.* i) contenstans *c.* k) *ita aut* domus *l.* l) intelgi *c.* m) *ita ed.* n:::: *c.* n) premit *c.* o) enodaverit *c.* p) dixtriccius *c.* q) o:: *c.* r) haliena *c.* s) c::::issime *c.*

49) *i. e.* arva. 50) *i. e.* quendam.

16. Quidam illo in tempore patriarcha Constantinopolim praeerat, vir bonus et iustus, set hoc carnali amore nimirum foedatus, in tantum ut neptem suam quasi eunuchus in domo propria[a] haberet, eamque undique insignis vestimentis fulciret. Ille patriarcha morti approximavit, atque omnibus suum nepotem[b], qui videbatur, commendavit. Dum obisset, una omnes illam[c], qui erat foemina, cunctis nescientibus praesulem elegerunt[d]. Praefuit illorum ferme unum et semis annum. In tempesta noctis quando sopore corpora fessa premuntur, malignus spiritus ante stratum ubi Arichis dormiebat sese obduxit, et vocem emisit asserens: *Quid agis Arichis?* At ille dum insolito clamori aures innecteret, idem diabolus: *Propalabo tibi, quid egi. Constantinopolitani nimirum feminam habent, ideoque terrae illius sui redemptoris detinetur iram.* Et haec dicens abscessit. Idem princeps statim Constantinopolim apochrisarios[e] direxit, et cuncta quae ei diabolus propalaverat aperuit. Illi vero curiosius indagarunt, et qualiter per Arichisum promulgatum fuerat reppererunt, et tunc pestis ipsa quievit.

17. Interim protelata verba omnimodis homittamus et stilum ad propositam rem revocemus. Ipse, de quo praemisimus, Arichis cum regnasset annos viginti et novem 787.
et mensibus sex, iam aetate maturus apud Salernum placida morte quievit, atque iuxta ecclesiam Dei genitricis sedis ipsius est humatus. Per idem tempus, ut diximus, sanctae ipsius ecclesiae Roppertus episcopus praeerat, qui[f] ab amore tanti viri super tumulum eius eiusque uxoris et filiis cameram instruere fecit. Fuit eciam vir mitis audaxque et aprime liberalibus disciplinis imbutus, et ut iam diximus, hanc civitatem[51] undique mu- 51
nivit atque in ea mirae[g] magnitudinis, immo et pulcritudinis, palacium construxit, et ibidem in aquilonis parte ecclesiam in honorem beatorum Petri et Pauli instituit, quae, ut aiunt, olim asilum Priapris[52] fuisset, et ipse princeps[53] idolum ingens illic invenisset 53
ex auro fabrefactum, inde ipsam ecclesiam deaurandum[h]. Sufficiant quae de[i] Arichis eiusque proles effavimus; nam saepe dictus Paulus in locum ubi eorum corpora requieverunt, plenissime ea versibus illustravit, quod nos huic ystoriae inserere fecimus.

18. Ut retro traham stilum, aliquid inter plura, qualiter se iam dictus princeps gerebat[k], fidelibus innuam, ut[l] praelatis saepissime exemplum teneant et subiectis omnimodis gaudeant. Ipse, de quo praemisimus, Arichis erga Dei culturam sese crebrissime coartabat, et undique prospera illi Dominus condonabat. Nam Argibos potenti dextera superavit et fugam nimirum compulit ire; qua peracta victoria, in elacione non est ductus, sicut tiranni assolent facere et ad deteriora perveniunt, set Creatori suo, qui conterit bella, inmensam gratiam exibebat ad[m] ipsum. Inopes et debiles diverso habitu induebat, cibariaque habundanter nimirum tribuebat; et Redemptor mitissimus vires necnon et gloriam libenter illi largiebat[n], et sua arva illaesa optinebat, et omnes sub sua dicione laetabant et exultabant.

19. Enodare autem fidelibus volo, qualiter omnipotens Deus, antequam[54] ad digni- 54
tatem perveniret principalem, ostendit, qualiter honorem vigoremque ei cederet. Nam quadam die dum cum suo principe[o] in ecclesia beati protomartiris Stephani — quae sita est in veterrima[p] urbe Capua ab imperatore, Elenae filio, Constantino, eamque in honore omnium apostolorum dedicari decrevit, licet postea a beatissimo Germano, eiusdem[q] episcopo urbis, collatas[55] ab imperatore reliquias beati protomartiris Stephani 55
necnon et beatae Agathae virginis, proinde eam in honorem protomartiris Stephani vocari iussit; — et ut diximus, dum in eadem ecclesia, Langobardorum sicuti mos est, cum pugionibus accincti altrinsecus introiissent, et unusquisque Deum indesinenter oraret, sic ille adolescens Arichis: *Miserere mei Deus* labiis impressis canere coepit. Cum venisset ubi dicitur: *Spiritus*[r] *principalis confirma me*, ilico spatham illius contremuit, acsi quislibet illam concuteret. Ille vero, oratione completa, cum pavore seriatim suis collactaneis enodavit. Unus ex his qui erat sapientior caeteris, talem sermonem erupit: *De hac instabili vita minime es, quantum mihi videtur, processurus, antequam ad dignitatem principalem Dominus te perducat.* Quod postea annuente Deo ad tutelam

a) proprias *c.* b) nepote *c.* c) illa *c.* d) egerunt *c.* e) apochisarios *c.* f) quia *c.* g) mi::: *c.* h) deaura:::: *c.* i) *deest c.* k) gerabat *c.* l) ait *vel* aut *c.* m) ::: *c.* n) largi::bat *c.* o) p. Liutprando *ed.* p) veterrime *c.* q) eidem *c.* r) spiritu *c.*

51) Salernum, auctoris patriam. 52) *i. e.* Priapi. 53) 54) scilicet Arichis. 55) *i. e.* collatis... reliquiis..

Langobardorum probavit eventus. Dum dux nomine Liudbrandus fuisset extinctus, una omnes Arichisum principem acclamabant, quapropter ad principalem dignitatem honorifice illum videlicet asciverunt. Nam non, ut assolent plurimi, per pecuniam et per pollicitationes plurimas optinere nimirum honorem, set cunctis uno agmine coacti, licet non a se set ab illo qui dixit: *Ubi duo vel tres congregati fuerint*[a], *ibi sum in medio illorum*, illum principem sublimarunt.

Math. 18. 20.

20. Haec de pluribus pauca dixisse sufficiat; nunc quae a diacono Paulo, eleganti viro, prolata sunt, minime omittamus, set huic ystoriae enucleatim inserere faciam.

Lugentum[b] *lacrimis populorum roscida tellus*
Principis haec magni nobile corpus habet.
Hic namque in cunctis recubans celeberrimus heros,
Praepollens Arichis, oh[c] *decus atque dolor!*
Tullius ore potens cuius vix pangere laudes
Ut dignum est posset, vel tua lingua Maro.
Stirpe ducum regumque satus[d], *ascenderat ipse*
Nobilior generis culmina celsa sui[e],
Formosus, validus, suabis, moderatus et acer,
Facundus, sapiens, luxque decorque fuit.
Quod logos et phisis moderansque quod ethica pangit,
Omnia condiderat mentis in arce suae[f],
Strenuus eloquii[g] *divini cultor et index,*
Pervigil in lacrimis tempora noctis agens,
Anteibat iuvenes[h] *venatu, viribus, armis;*
Flaminibusque ipsis famina sancta dabat.
Ter binis lustris patriae sic rexit abenas,
Fluctibus ut lintrem navita doctus agit.
Sollicite gratiam[i] *pacis servavit amator,*
Consilio cautus, providus atque sagax;
Cum natis proprium nil ducens tradere censum[56],
Insuper et patriae promtus amore mori.
Moestorum solamen erat, solamen egentum,
Hos satagens verbis, hos relevare manu.
Ornasti patriam doctrinis, moenibus, aulis[k. 57];
Hinc in perpetuum[l] *laus tua semper erit.*
Tu requiesque[m] *tuis portusque salusque fuisti,*
Gloria, deliciae, tu generalis amor!
Heu[n] *mihi! quam subito perierunt omnia tecum*
Gaudia, prosperitas, paxque quiesque simul!
Planctus ubique[o] *sonat; te luget sexus et aetas*
Omnis, et ante omnes tu Benevente doles.
Nec minus excelsis nuper quae condita muris,
Structorem, orbe, tuum, clara Salerne, gemis.
Apulus et Calaber, Vulgar, Campanus et Umber[p],
Quosque[q] *Siler potat Romuleusque Tibris,*
Quique bibunt Ararim te flent Histrumque[r] *Padumque,*
Extimus adfinis, seu peregrina falanx[s].
Tam felix olim, nunc namque miserrima, coniux,
Regali in thalamo quam tibi iunxit amor,
Heu perpetuo pectus transfixa mucrone,
Languida membra trahens, te moribunda dolet[t].

a) fuerit c. b) *ita cum editis scribo;* Lugenti c. c) ho c. d) satis c. e) f) suis c. g) eloquii divini c. h) iuvenis c. i) solliciteque gratie c. k) *ita corrigo;* oulis *superinscripto* o c. l) imperpetuum c. m) res quiesque c. n) He c. o) subitoque c. p) vel afer 2. q) quo usque c. r) histruque c. s) falans c. t) *ita editi;* temporibunda dolore c.

56) scilicet Karolo Magno. 57) palatiis Beneventano et Salernitano et basilica sanctae Sophiae.

Viderat unius heu[a] nuper funera nati,
Ast alium extorrem Gallia dura tenes!
Huic geminae natae vernanti flore supersunt,
Solamenque mali, sollicitusque timor;
Has cernens reddi vultus sibi credit amatos[b];
Hae ne praeda fiant, fluctuabunda pavet.
Solatur tantos spes haec utrumque dolores,
Quod te prae meritis nunc paradysus habet.
O regina potens, Virgo genitrixque Creantis,
Prosit ei huc sacro membra dedisse lari.

Vixit autem quinquaginta tres annos; obiit 7. Kal. Septembris, anno ab incarnatione Domini 787, indictione 9[c]. Ex domina Adelperga principissa filios Romoald, Grimoald et Gisifum[d], Theoderadam[e] et Adelchisam.

21. Item alios versus, quae super tumulum Romoald, filii[f] Arichis, repperibimus.

Alta ruit subito Beneventi gloria tristis,
Quam tenet hic tumulus; vae tibi Barda[58] cohors! 58
Hic Arichis dormit magni pulcherrima prolis,
Unica spes patriae, murus et arma suis,
Cuius fessa patris bene iam virtute senectus
Tuta regebatur, tutio matris erat.
Hic novus a multis Arichis vocabatur herilis,
Moribus et forma consilioque vigens;
Grammati pollens, mundana lege togatus,
Divina instructus nec minus ille fuit,
Religione[g] patrem aequiparans matremque pudore,
Illius heu[g'] tristes, quos mala flamma cremat.
Subditus ad mortem dulcisque parentibus usque,
Nullus plus voluit amplius aut potuit;
Ceu[h] Abraham genitor Ysaac, sic iste peregit,
Oblatus tacuit, iussa parentis agens.
Traditus ob patriae populi cunctique salutem,
Se opponens voluit pro pietate[i] mori;
Obvius[k] occurrit regi innumeraeque[l] falangi,
Munivit fines, o Benevente, tuos.
Tu placida regis sedasti mente furorem,
Obruta Gallorum te ira loquente[m] fuit.
O Romuald, mitis ductor, sine felle suavis,
Terrea liquisti, regna superna tenes;
Terreno verbis placuisti quam bene regi,
Coelesti[n] melius huic sine fine places!
Hoc lacrimans cecini David ego flebile[o] carmen
Praesul, cui semper te sine velle mori est!

Vixit annos viginti quinque; depositus est duodecimo Kalendas Augustas principante[p] patre anno tricesimo, indictione percurrente decima.

22. Refertur[q] a multis, quod propiante rex Karolus Campaniae finibus, statim, ut diximus, ipse Arichis obviam[r] ei praesules misit cum ipsum Romuald, qui fastigium cum patre principatui optinebat; set valde nimirum ab ipsius praesules ipse rex fuerat oratus, ut ipsum Romoald suo patri transmitteret, et Grimoald, aliud suum filium, libenter acciperet; quod ille, ut ferunt[s] audito ammonicionem tantorum patrum, talia fieri dixit. Sic denique illo redeunte, et Grimoald, ut dudum diximus, illuc properante, sicuti iam quippe superius declaravimus.

a) he *c.* b) amat' *c.* c) VIIII *c. lege* X. d) Gisolfum? e) theoderada *c.* f) filiis *c.* g) religionem *i.* g') eu *c.* h) seu *c.* i) proprietate *c.* k) obbius *c.* l) immunereque *c.* m) loque *c.* n) coeleste *c.* o) flevile *c.* p) principipante *c.* q) Fefertur *c.* r) obvia *c.* s) fierunt *c.*

58) *i. e.* Langobarda.

787. 23. Cumque talia patrata fuissent, Beneventanorum populus, qui suis ductoribus semper fidelis extitit, nuntiandum protinus Karoli regi mittunt, ut citius Grimoald Beneventum mitteret, ut principatum, quod suo patre ammiserat, ipsum nemppe exciperet. His auditis[a], rex statim ut ad se citius Grimoald veniret[b] dixit. Cum vero venisset ante suis aspectibusque astaret, ipse rex, ut erat benivolus, cum magna moestitia ei dixit humili voce: *Ut mihi relatum est, tuus pater mortuus est.* Ille, ut erat sagax[a] nempe strenuusque, in hunc modum regi responsum dedit: *Domine piissimeque imperator, quantum prorsus conicere valeo, sospes est pater meus, et gloria eius viget, et opto, ut vigeat per secula cuncta.*

24. His auditis, rex taliter quippe eum est allocutus: *Vere tuus genitor ex hac iam luce subtractum est.* Idem Grimoald: *A die, domne imperator, qua huc sub vestri dicione allatus sum, nec genitor, nec genitrix, nec ullus quippe ex meis stegmatibus*[59] *abui, nisi te rex.* Proceres quippe qui ante eius sistebant optutui, nimium collaudabant[b*] strenuitatem eius, asserentes: *Dignum est, ut Samnitum ducatum istius Grimoald dicioni proveniat.* Cumque rex aures innecteret in sermones, quod effaverat suis fidelibus, conversus ad Grimoald eum taliter est allocutus: *Dic mihi,* inquiens, *Grimoald, vis arva tua repedare?* Qui ait[c]: *Domine, volo.* Idem rex: *Et si mabis*[d], *unum quod a te quaero, nostrae eminentiae iusiurandum promitte, ut statim dum Salernum fueris*[e] *ingressus, muros eius a fundamento dirnas et ad solum usque perducas; sic facies et Cumsae*[f] *simulque et Aggerentiae.* Quod ille nimirum iusiurandum spopondit omnia esse facturum.

25. Ipse saepe dictus rex equos familiasque atque dona plurima est ei largitus, eumque Beneventum misit, ammonens, ut ei quam spoponderat fidem servaret. At ille valefaciens regi, cum suis fidelibus iter arripuerunt. Set ipse rex e suis fidelibus duos praeclarissimos cum ipsum Grimoald viros misit, Autharim necnon[g] et Paulipert, ut quemadmodum suae dignitati, sic per omnia illius fidem servaret; et eidem Grimoald[h], ut eminentiores atque cum honore eos in sua patria optineret, et domos praediaque plurima eorum ditioni traderet[i], et ex nobili genere eorum puellae copularet[k].

26. Dum simul, ut diximus, caperent[l] iter, pervenerunt in Beneventano[m] finibus non procul a Capuana urbe. Set antequam Vulturnum fluvium transmearent, inmensam Langobardorum plebs in occursum eius venerunt, atque cum gaudio est ab eis exceptus. Qui dum catervatim Beneventum properassent, promiscui sexus fere miliarium unum ab urbe exierunt, cum ymnis et canticis Deo gratias referentes, id ipsum adnectentes: *Veni pastor noster et post Deum*[n] *salus nostra.* Dum urbem fuisset ingressus, statim Dei genitricis ecclesiam adiit, atque in faciem in pavimento se extensum prostravit, et veniam ab ipsa Dei genitrice exflagitabat. Cum paucos a Beneventanis illuc detinerentur dies, Salernum venit. Set dum Salernitanis fuissent cognitum, repente ex urbe egressi sunt tam virorum quamque et feminarum omnis sexus omnisque aetas ei obvia exierunt et magna multitudo fere miliare unum cum ymnis et canticis, dicentes: *Veni, domine, veni, qui proprium tuum corpus non es veritus pro tuis*[o] *ovibus tradere.* Atque in hunc[p] modum simul reiterabant voces. Cumque urbem Salernitanam fuisset ingressus, ilico Dei genitricis adiit ecclesiam, atque ab ipsa eiusque prolem veniam poposcebat. Super sepulchrum[*] veniens patris fratrisque[q], multum illic flevit. Cum veniret vero palacium cum suis proceribus, illic cum magno gaudio simul sunt epulati. Dum vero talia patrata fuissent, ipse de quo iam diximus princeps cunctos suos optimates accersiri iussit, quatenus prorsus quod dudum regi spoponderat panderet. Set dum optimates talia nimirum cognovissent, conturbati sunt valde, adiciens: *Quomodo tam praeclarissima moenia ad solum usque, sicut tu domine asseris, ducimus, quae, ut melius scis, tuus nuper piissimus genitor mirabiliter ampliavit?* His auditis, princeps ad instar sui genitoris blanditer alloquens eos: *Aliud facere nequeo, quia iusiurandum regi asserui omnimodis talia adimplendum.* Dum optimates illius voluntati obtemperare mallent, taliter proruperunt in verbis: *Dominus noster es*[r]*; quod bonum quippe et utile tuis*[s]

a) audis c. b) uenire c. *) sacax c. b*) collaudabat c. c) ais 1. d) *i. e.* mavis. e) fuerit 1. f) cusae c, Consiae *ed.* g) authari::::::::: et c. h) *scilicet* mandavit. i) tradere c. k) copularent c. l) carperent? m) *i. e.* beneventanos fines. n) *fortasse* deo c. o) suis c. p) huc c. *) sepulchum c. q) *ita ed.* :atrisque c. r) est c. s) util::::: c.

59) *i. e.* stemmatibus, genere.

comparet oculis[a] *facito.* At ille: *Eamus,* inquid, *in locum qui Veteri*[61] *nuncupatur, et* 61
plus tutissima civitas quam ista est inibi construamus.

27. Cumque cum suis proceris illuc, ut[b] diximus, carperet iter, locumque ipsum undique circumspectum[c], famulis suis praecipiens hinc inde muros aedificare; et statim revertens Salernum, et electa manus cum valido exercitu Cumsam[d] pergit, et locus, qui erat tutissimus sine muros, muris illic inventis disrupit, ut civitas omnimodis diruta esse videretur. Deinde Aggerentiam venit eamque funditus diruit et ad solum usque prostravit; set eam, plus melius quam ipsa vetustissima fuit, in locum alium aedificavit. Nam non procul ab ipsa civitas mons ingens erat, in quo ascendens eumque vehementer lustravit[e]; cumque oculis ipsius placuisset, ibidem construere civitas dixit; quod mox talia inchoarunt, atque ipse princeps ibidem et per Apuliae finibus est demoratus, donec ipsa civitas ad culmen usque perducta. Deinde Kalabriae finibus perambulavit[f]; dona simulque et magna exenia sunt oblata[h].

28. His ita gestis, callem nimirum quod[i] reliquerat iterum repedavit; cumque venisset Salernum, dum portam ipsius civitatis cum suis ingrederetur[k], ipse princeps alta trahens suspiria, tandem in voce prorupit: *Civitatem hanc praeclaram quomodo linquimus? quia*[*], *quantum conicere valeo, illa quae coepta est, callem ipsius scopolis plena est, et nec honeratum veiculum nec plaustrum illuc ducere valemus; et quid exinde peragam nescio, utrum illam perficiam, et istam*[l] *in qua nunc degimus diruam?* Quibus unus e Langobardis ad haec ita respondit: *Quid donum mihi dat dominus meus, si*[o] *faciam, ut ista civitas inibi*[m] *semper illaesa permaneat, et quod regi spopondisti*[n] *adimpleas.* Ad haec princeps: *Pete quod vis.* At ille: *Nichil aliud peto, nisi ut protinus des*[p] *mihi varium indumentum*[63]*, quod olim tuus genitor in paschali festivitas* 63
utebatur. Idem princeps: *Difficile postulasti res, attamen si perficis quod promisisti*[q]*, ego te induam ipsum.* Tunc ipse nimirum, ut erat consilio sagax, talem prorsus dedit responsum; ait: *Ipsum murum ab oriente, qui est situs iuxta Faustini rivum, protinus diruamus, quia nempe machina, quod nos patria*[64] *nuncupamus*[r]*, ibidem valde vi-* 64
detur esse contraria, eo quod ipsa terra ultra Faustini rivum eminet muro; et hac parte paululum murum ipsum construamus, et omnimodis iam ab hostibus in hac parte metus[s] *nichil habemus. Ipsum aliud murum qui est ab occidua parte, ultra ipso priori statim murum haedificemus, et est tutamentum contra marinos hostes. Et tunc denique quod dudum regi promisisti*[t]*, omnimodis videtur esse completum.* Tunc[t] omnes qui ibi erant[u] mirati sunt valde, quod tam salubre consilium citius potuisset repperiri, et protinus idem princeps indumentum deferri iussit. Cumque eum deferisset[v] ante suum optutus quidam eius famellus, ilico ipse princeps eum tulit atque sicut promiserat eumque induivit. Nam quod ex eius ore semel procedebat, nullatenus introrsus rediebat; praemia[w] non captans, sermones immobilis[x] extans.

29. Cumque fuissent patrata talia, ipsa quod inchoarunt, operari desierunt, et hac praeclarissima civitate quod vir ille magnificus dixerat omnimodis adimplere studuerunt, et Deo tuente inlaesa usque nunc actenus manet. Ipse ut diximus Grimoald[y] ad instar sui genitori undique muri civitas ista coepit, atque a parte australi antemuralem fecit. Fuit vir mirae fortitudinis, consilio cautus, cor denique capax. Et quid multa referam? Erat promptus ad omne bonum. Sufficiant de Grimoald pauca quae diximus. Nam quidam illorum cognitus et per omnia probabilis amicus plenissime acta quae in hoc mundo gesserat versibus illustravit, quod nos hic historiae scribere curavimus:

Magnus erat princeps Arichis, lux vestraque salus,
Restituenda Deo hic sua membra dedit,
Necnon et[z] *Romoald, ipsius maxima*[z] *prolis,*
Sub patre iam princeps hic requiescit humus.

a) ooculis *c.* b) *deest c.* c) circumsp::::: *c.* d) ::::::: *c.* Consiam *ed.* e) ::lustravit *c.* f) perambulaui *c.* h) ::blata *c.* i) *ita aut* que *l.* k) :grederetur *c.* *) qui *c.* l) ista *c.* *) sic *c.* m) ::::: *c.* n) *ita ed.* ::spondisti *c.* o) det *c.* p) festi::::: *c.* q) nunc cuparnus *c.* r) metu *c.* s) prompsisti *c.* t) *hic prima vice maiori littera capita distinguuntur, sed perperam.* u) ::::ant *c.* v) de::risset *c.* w) premina *c.* x) immobili *c.* y) hec *c.* z) maxime *c.*

61) Vietri prope Salernum. 63) pellis alba et pretiosa, *Vaio* dicitur Italis. MUR. 64) petraria?

Vir quoque magnificus Grimoald famosior illis
Hic situs[a] *est princeps, inter utroque loco*
Sensus et eloquiis forma describere[b] *laudis*
Cuius non possit[c] *pleniter ulla manus;*
Gloria magnificus, de Lango - maxime - bardis,
Praecelsa e quorum[d] *stirpe superstes erat*[e]*;*
Regalis genere existens ab utroque parente,
Transcendunt cuius gesta set alta genus[f].
In terris[g] *pollens, nimium pulcherrimus annis*
Spes iam Samnitis certa salutis erat[h]*;*
Mirandus specie[i]*, set plus mirabilis actis,*
A puero micuit promtus ad omne bonum.
O dolor immensus! pro[k] *ultimae dampna*[l] *ruinae,*
Quae gens Bardorum fraude subacta[m] *tulit!*
A patre pro patria directus regibus obses,
Placavit patriam funus ad usque patris.
65 *Cum Danahis vellum*[65] *felici sorte*[n] *peregit,*
Finibus et pellit[o] *belliger ipse suis.*
Extera regna sibi terenda pace subegit;
Dilectus[p] *cunctis terribilisque fuit.*
Pertulit adversas Francorum saepe falangas,
Salvavit patriam set, Benevente, tuam[q].
Set quid plura feram[r]*? Gallorum fortia regna*
Non valuere huius subdere colla sibi.
O quam longinquo fuerat dignissimus aevo,
De quo tantus erit tempus in omne dolor[s]*,*
Post casum infaustum quod regna Latina ruentis
Ipse suae gentis[t] *spes requiesque*[u] *fuit.*
66 *Terrenas gazas numquam servabit*[66] *amando,*
Sed mox captivis indigenisque dedit.
Itala, Romana, Illirica, Hebraea, Afra[v]*, Pellasga*
Morte tua, princeps, gens[w] *sine fine dolet;*
Mors tibi non nocuit, set nos linquendo peremit,
Dulcis alumne[x]*, tuo, quo tenet atra die.*
Vixisti[y] *septem, [bis ternis floridus annis*[z]*],*
Set cunctis seculis laude perempnis eris[a]*.*
Sint satis haec breviter de te prolata legenti,
Plenus laude tua qualibet[b] *mundus adest.*

807. 30. Igitur Grimoald postquam tenuisset principatum Samnitum annis videlicet decem et novem et mensibus sex, vocante eum divina potencia de hac luce, extinctus est, atque reconditus in iam dicta ecclesia sedis Salernitanae iuxta sepulchra patris[c] fratrisque[c].

67 68 31. Ipse de quo praediximus Karolus[67] cum iam per evolutis multis quippe temporibus regnasset, Pipino suo filio[68] regnum tradidit, praesentisque vitae relinquens gloriam atque potestatem terrenam, ad beatum Benedictum devotus cum aliquantis suis advenit fidelibus, seseque eidem Dei contulit confessori, atque in spirituali habitu fore spondens permansurum; et ibidem perfectus est monachus et in quo et sanctam[d] finire vitam iure professus est iurando. Igitur dum venisset monasterium quod prae-

a) IIbscitus c. b) scribere c. c) poseit c. d) ĕcorum c. e) stirpes superstet errat c. f) *ita versum restituere conatus sum; codex* Cras cendit (*in margine* Transcendit) gesta subdota genus. g) teris c. h) errat c. i) species c. k) pre c. l) dampne c. m) sub abta c. n) felicis orte c. o) pelli c. p) dilettis c. q) tue c. r) fera c. s) dolum c. t) *ita correxi*, Thes uegentis c. u) requiesce c. v) afla c. w) *ita edd.; vox deest in* c. x) salumno l. y) Vixistis c. z) b. t. f. a. *desunt, lacunam ita explere aggressus sum.* a) erit c. b) qua c. c) patri c. d) sancta c.

65) *i. e.* bellum. 66) *i. e.* servavit. 67) Karolomannus maior domus regiae, Pippini regis frater. 68) fratri. Auctorem Karlomannum iam Muratorius animadvertit. Karolum Magnum, Pippinum patrem et Pippinum filium Karoli Magni pro eisdem habere,

diximus qui est situm in Casinum castrum, cum omni humilitate abbati qui tempore illo ipsius ecclesiae praeerat se subdedit, atque cum omni mansuetudine saeperrime monachis exibebat obsequium. Quid multa referam? Qui ante purpuratus contextisque ex auro gemmisque bestibus[69] induere solitus erat, post vili tectus tegmine pau- 69
per ipse pauperibus ministrabat, et iuxta dicta apostoli qui ait, non tantum coram Deo set coram omnibus hominibus caritatem servarent, sic idem non tantum Deo exibebat servitium speciale, set et membra eius, id est monachis eius, sedulum cum omni humilitate sine querela exhibebat obsequium.

32. Libet sane me eiusdem Karoli humilitate pauca huic istoriae inserere, ut possit liquidius agnosci, quam humilis iste vir fuerit quantaeque innocentiae, sanctitatis. Dum denique abbas, qui tempore ipsum monasterium ut diximus praeerat[70], cu- 70
ius nomen memoriae non retinemus, eumque exprobrans[a], sicuti mos[b] est abbatibus, ut per exprobracione[*], quae monachis a foris infertur, de intus quod animo gerat cognoscere valeat, sic idem abbas in multis argumentis dura ei loquendo, irascendo, minando, pertemptabat. Set ille nimirum omnia tolerabat. Quid multa referam? Paucas oviculas ei ad pascendum curae commisit. Ad ille cum omni ut diximus humilitate[c] sui abbati voluntati[d] optemperans, omnimodis sese respondit esse factura. Cumque ad pastum per multos dies portaret et reduceret, una denique die in latronem incidit. Set cum super eum irruissed, ille nequaquam[e] est ei superbe locutus, adiciens: *Fac quippe quod vis; tantum ne oviculas tollas; de meis plane indumentis quid velis accipe.* At ille nimirum funditus eum expoliavit. Cumque se denudatum cerneret, parvipendens quod tegumentum femoris perdidisset, et non valens ferre verecundia, celeriter super eum irruit, eumque in terram protinus prostravit, tantum quippe tegumentum femoralium vim ab eodem abstulit, reliqua illi reliquid, addens hoc: *Non propter vires tuas set propter Dei omnipotentis eiusque confessoris*[f] *Benedicti talia tibi committo.* Dum vero nudus veniret monasterium, fratres ad eum cucurrerunt atque percontari eum vehementer coeperunt de re quae acciderat. Ipse quippe quae acciderant pandens, ordinem rei ipsi nempe ilico curaverunt nunciare abbati. Ipse abbas cum res inusitata audisset, statim ad eum venit, eumque vehementer increpavit, qualiter, ut iam diximus, de intus mores eius cognoscere valeret. Set ille nil aliud nisi se peccasse respondebat. Quod dum abbas talia cerneret, eumque praecipua vestimenta nimirum induere fecit.

33. Et alia nempe die rursum praecipiens, ut solita obedientia ilico perageret, set ille statim claustra relinquens, oviculas ad pastum deduxit. Dum vero ad oram[71] qua solitus erat nitebatur quippe revertere, unam ex ovibus valide claudicabat pede; quod ille dum cognoscens talia, quia ad monasterii claustra solita ora veniret nequiret, eam super umero proprio longius deportavit; cumque longo itinere eam deferisset, coinquinatus nempe est lutio[g][72] eius. Ad haec ipse taliter fertur dedisse respon- 72
sum: *Non propter te haec quippe patior, set propter Dei iussaque mei abbati; meisque*[h] *peccatis merentibus talia perago; nam propter te, non dico proprio humero portare, set etiam despectui aberem*[*] *vellere tuo contingere.* Quid multa dicam? Usque coenobii claustra eam plane perduxit. Set dum fratres monasterii talia cernerent[i], cum ingenti cursus id ipsum nuntiare studuerunt abbati; quod ille nimirum celeri cursum ad eum venit et in verbis talia promit: *Dic mihi*, inquid, *Karole frater, pro qua re solita hora huc nequisti*[k] *venire?* At ille: *Una ex oviculis minime valebat gradere; proinde, mi pater, solita hora huc properare nequivi*[l]. Cumque abbas crebrissime eum temptaret et ex omni parte se superatum cerneret, aliquantis e suis monachis fratribus sociavit, atque simul cum eis[m] sermocinabat de tantae[n] humilitatis tantaeque temptacionis[o], quod ille, quia dudum fuerat rex, tolerabat. Nam decreverunt, ut omnimodo in iam dicta obedientia minime iret, antum ibidem excolere ortus[73]. Ecce quan- 73
tae humilitatis vir iste fuit, qui cum fuisset praecelsus rex, oves ei commissae pascebat! Et quid multa dicam? Uni homunculi se ad spoliandum tradidit. Quod nos

a) exproba:: *c.* b) mox *c.* *) exprobacione *c.* c) hulitate *c.* d) voluptati *c.* e) nequa::::: *c.* f) confessori *c.* g) luccio *c.* h) meique *c.* *) aberet *c.* i) talias cernet *c.* k) nequiuit *c.* l) nequiuit *c.* m) eius *c.* n) tate *c.* o) *ita aut* temptacionibus *c.*

69) *i. e.* vestibus. 70) Optatus. 71) *i. e.* horam. 72) *i. e.* luto. 73) *i. e.* hortum.

non pro alia re huic historiae inseruimus, nisi ut nunc monachi radix omnium bonorum humilitatem habeant*, atque cum omni nisu et alacritate unusquisque obediencia inter se plane peragant, et iussa abbati quasi Dei metuant, et crebrissime sane Karoli
74 obediencia ante oculos ducant[74]. Nam sicut radix omnium malorum superbia est, sic nimirum omnium bonorum radix comprobatur esse humilitas.

34. Denuo de eodem Karoli humilitate dicere cupio. Ipse iam dictus, ut nuper diximus, dum ab eo eiusque exercitus mensis unius dies Martis capta esset Papia, Romam venit, ibidem introybit, et ab Adriano papa in capite eius, ut retro redeam, preciosam imposita est coronam. Ipso denique tempore imperator qui praeerat, eidem Karolo huiusmodi epistola misit[75]:

Imperator augustus patricii Karoli salutes. Scias quia dirigo tibi aureos centum milia; rursum si ad me veneris[a], *do tibi mille milia et totam ex topaciis coronam, insuper et sex mille miliaria de terra Asiae, quin etiam et super omnes patricios meos te collocabo; legionem Vulgarorum unam, et Persarum alteram, Armeniarumque tertiam, qui eiciant Normannos de Europa supiciantque tibi Asiae regna omnia. Vale mi prime consul.*

Item epistola qui est transmissa ad imperatorem:

Augusto imperatori Karolus. Grates referimus multas vobis de tot muneribus, quod mihi promisisti, sed honorem nullum mihi fecisti, quando consulem me scripsisti; quoniam licet honorem et terram habens maiorem centupliciter, quia tantum est Asya quantum Europa et Africa, tamen capud mundi Roma est, quae teneo. De meo autem adventu sciatis, quoniam ad vos non veniam, nisi quando resurgant mortui; quia scio Romanorum regnum esse sicuti fuit, meis vero temporibus volo, si placet Domino, ut existat[b]. *Valete; et scias, quoniam dirigo tibi centum canes.*

Quod nos huic historiae perinde inseruimus, ut per omnia eius humilitate nimirum hostenderemus. Numquid non poterat illum vocitare, sicuti ipse imperator potuit ipsum? Set humilitas, ut diximus, qui est omnium bonorum radix, est secutus; ad optimum namque fructum pervenit ad finem.

35. Igitur cum in praedicto monasterio aliquod tempore perdurasset, iam longaeva aetate, divina vocante potentia, placita morte quievit, atque ibidem digno tumulo est humatus. Iterum ad ystoriae retexendum ordinem redeamus.

36. Igitur Paulus, de quo superius mentionem fecimus, cum funus vidisset principis Arichis eiusque prolis, praesenti vitae relinquens gloriam, ad beati Benedicti pergens nimirum coenobium, ibidem sanctae religionis indutus est habitu, atque spopondit usque ad suae vitae exitum omnimodis ibidem esse mansurus. Dum vero aliquod dies percurrentibus illuc moraret, tantae innocentiae tantaeque humilitatis erat[c], simulque silentium deferebat ultra humanum usus. Set dum ab abate simulque et a fratribus de tali re coerceretur, ut non esset bonum immoderato silentio, et secundum dicta sanctorum patrum valde nimirum videtur esse contrarium, ipse vero, ud erat sagax prorsus atque strenuissimus, deliquisset se respondebat; et iterum aiebat: *Inanis verba multa quippe*[d] *iam olim nimirum locutus sum; iustum est, ut nunc a licitis*[e] *nimirum me subtraham, dicente quippe papa Gregorio: „Qui non commisit illicita, licita utatur; et qui commisit illicita, a licita subtrahat se.“ Proinde, mi pater, a licita nimirum, quae*[f] *mihi praecipis, me subtrahere cupio.* Ad haec ipse abbas: *Sufficiant nimirum quae*[g] *pater noster beatus Benedictus in sua regula edidit.* Ipse vero ut talia audiens, a nexu quo se districtius ligaverat solvit, atque nempe regulariter cum ceteribus fratribus quiescebat.

37. Set dum valde fuisset nempe oratus a patre ipsius monasterii simulque quippe et a fratribus, ut praedictam regulam, quicquid obscurius invenire ibidem, in patulo proderet, ipse vero obedienter omnimodis sese talia nimirum adimplere respondit, atque quicquid obscurius ibidem repperire potuit, mirabili relatione in patulo protulit, co-
76 dicemque illum „super regulam“ appellari praecepit[76]. Scripsit autem et nonnulla

*) habeat c. a) veneri c. b) ::istat c. c) humilitati *corr.* humilitatis erat c. d) aquippe c. e) *vox dubia.* f) quem c. g) quem l.

74) Hinc, auctorem monachum fuisse, patet. 75) Epistola utraque legitur etiam in codice Casinensi N. 353. extare visus est Leoni Ostiensi aliisque. Sed eum minime Paulo deberi, Angelus de Nuce ad Leonem Muratori SS. IV. 285 affirmat. 76) Commentarius hic Paulo tributus super regulam S. Benedicti in codice Cavensi edicti Langobardorum qui saeculo XI. ineunte scriptus est.

alia opuscula sermone luculento. Cumque diu illic in sancta conversatione moraretur, iam aetate maturus huius vitae cursus explevit, atque inibi in praedicto monasterio, de quo iam supradiximus et Aquinensium finibus situm est, ubi ipse beatus Benedictus decubuit, digno tumulo est humatus; atque super eius, tumulum partim quae in hoc mundo gessit, partim de eius prudenciis*, quove temporibus perdurasset, sacris litteris exaratum invenimus. Fuit vir per omnia sagax divinaeque legis dissertus et aprime liberalibus disciplinis imbutus, et patriarchio Aquilegae civitatis fuit dyaconus; in tantum ut ipsum palatium quod princeps, ut dudum diximus, Arichis strucxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit. Set quia fuerunt sequestrati et propter longo tempore sunt vetustati, numerare legereque illos nequivimus. Nam si in una quippe pagina fuissent nexi, comparare[a] illos profecto potuissemus Maroni volumina nimirum Catonique, sive profecto de aliis sophistis.

Interim nunc generalis historiae revertamur ad tramitem, et omnimodis de regibus obmittamus retexere. Tantum principibus qui fuerunt in nostris videlicet partibus, partim quae in hoc mundo gesserunt, partim de eorum audaciis, quive temporibus perdurarunt, huic compendioso[b] subdenda necto sermoni. Hac denique tempestate iam fatus Rodepertus, cum iam perevolutis aliquot annis Salernitanam sedem rexisset, longaeva aetate huius vitae cursus explevit.

38. Defuncto ut diximus Grimoalt, Idelrici[c] filius Grimoalt, quem lingua Todesca, quod olim Langobardi loquebantur, Stoleseyz fuit appellatus, quod nos in nostro eloquio „qui ante obtutibus principis et regibus milites hinc[d] inde sedendo perordinat“ possumus vocitare, in principali dignitate est elevatus. Cum vero ad principale, ut diximus, pervenisset fastigium, non sicut antecessores eius, principibus nimirum, se gerebat, sed elatione atque avaritiae simulque et discordia inter Langobardi fortiter inferebat, et de mendaciosa[e] eloquia per omnia cunctis cernentibus se ostendebat; unde saeperrime principibus seu regibus sive praelatis aliis de hac re solet nimirum eveniret exinde clades. Per idem tempus Francorum exercitus Beneventani finibus adiit, et quicquid repperiri potuit incendiis rapinisque demoliti sunt. Ut talia Grimoalt audiens[f], aessitare coepit, quatinus nempe castra eorum expiare[77] valeret. Unus e Beneventanis in hunc modum principi est effatus: *Si domini mei prorsus comparet, ego illuc pergo et omnia castra illorum illustro.* Erat denique ille audaxque nobilissimo viro, cui prince ilico: *Stabulum meum perge, et qualem volueris quippe equum exinde tolle.* At ille nimirum concite stabulum properavit; set antequam patefieret fores illius, baculum quem in manu gestabat liminarem nempe percussit. Equi vero perterriti, set tamen qui prius caput levavit comprehendi[g] iussit; atque ipse equo ascenso per debia silvasque tandem falanx Francorum properavit. Qui cum explorasset omnia castra eorum, sine mora ad dominum suum est reversus. Cumque in patulo omnibus assistentibus clam principi omnia quae vidisset panderet, ipse princes[h] talia verba depromit[i]: *Validusne est, super quem equitasti equus?* Ipse nempe ei protinus manus ostendit; habebat denique eas obdurata propter equi virtutem. At princeps: *Sit tibi concessum.* At ille protinus eum pronus adoravit, cumque talia assistentibus cernerent[k], unus ex his, qui cum ipso qui Francorum falanx exploraverat iam nuper consiliaverat, quatenus ipsum principem vita privaret, putantes, quod ipsum consilium principi panderet, voce misit magna inquid: *Melius vestrae dignitati illud intimabo quam iste!* Ad haec princeps: *Dic!* At ille nimirum, parvipendens de re quae promiserat, dixit: *Putavi, mi princeps, de alia re quod ipse fuisset locutus; proinde talia quippe depromi verba.* Cui princeps taliter cum ira exorsus est verba: *Si ilico coram meis sistentibus quae clam nuper gessisti in patulo non prodideris, sine mora te punire faciam!* At ille cuncta quae clam dudum gesserat pandens, ordinem rei, quomodo cum illo de quo[l] supra diximus consiliaverat, ut ipsum principem privaret vita. Statim ipse princeps famulis suis praecipit, quatenus sine mora ipsum qui haec dixerat, ut fertur, de hac luce extinguerent. Quod mox nimirum quae eorum praeceptum est, quamvis cum severitate, adimplere studuerunt. Quo facto, idem princeps ascito

807.

77

*) prudeciis *c.* a) compare *c.* b) compedioso *c.* c) Ilderici *ed.* d) hic *c.* e) emendaciosa *c.* f) audies *c.* g) comprehendit *c.* h) *i. e.* princeps. i) depmit *c.* k) cerneret *c.* l) *deest c.*

77) *i. e.* explorare, *spiare;* Germanicum *spähen.*

virum illum qui falanx exploraverat Francorum, eique dixit, ut unum ex duobus eligeret, aut amissione amborum oculorum aut esset privatus manibus. Quod ille, ut domum rediit, a tergo manibus districtius se ligari praecipiens; set dum una die simulque unaque nox talia sustinuisset et nec manus ad os duceret nec suum corpus undique muniri posse conspiceret, necnon et ad secessum mundiciam quippe minime exibere valeret, se nimirum iussit absolvi. Deinde ex omni denique parte sibi oculos tegere dixit. Dum vero oculos ligatos una die unaque nox haberet, et manus ad os duceret totumque muniret corpus valeret, ammissio duorum oculorum elegit. Et inter haec verba quae diximus affatim exflagitabat pontifices, idipsum optimates, forsitan ipsum principem veniam ei tribueret; et nullo modo veniam impetrare valerent[a]. Tercia denique die statim famulos suos princeps idem misit eumque luce privavit.

78 39. Dum tam crudelis tamque tirannus necnon et abidus[b.78] Beneventanis cernerent, nimirum de morte eius cogitare coeperunt, set omnimodis nequibant in eum profecto insurgere propter rixam quod ipse princeps inter eos inferebant. Cum haec augerentur, ipse saepedictus princeps per universis dictis suis civitatibus necnon et provinciis suos missos mittens, quatenus sine mora omnis suus exercitus copiam adunaret in unum. Quo facto, eminentiores illorum ad se fecit ascire; set dum essent congregati[c] in unum, ipse denique princeps taliter prorupit nimirum in vocem: *Eya consanguinei necnon et ex meis stegmatibus, simulque meique proceres cunctisque meis fidelibus, pariter iniamus consilium, qualiter ex nostris finibus superba gens protinus evellatur. Cupiunt denique a nostra parte censum optinere, quod nuper soliti erant accipere. Quid exinde vobis comparet, mox nostrae eminentiae intimate.* Cui pro cunctis quidam Maio castaldeus taliter verba depromsit[d]: *Auro argentoque, mi princeps, satis apud nos nempe redundat; si vestrae ditioni comparet, exiguam partem et exinde demus, et nostram terram illaesam quippe optineamus.* E contrario ab uno ex hiis, cui nomen Rampho fuit, qui praeerat ipso tempore Cumpsinis[e], est ei responsum: *Talia minime, domine mi, peragamus; melius multo est pugnando mori quam hic infelicius viveret. Numquid non plane, mi princeps, legisti, quomodo propriis aedibus patres nostri liquerunt propter vectigalia, quae Guandalis ab eis exposcebant?*

40. Hiis auditis, princeps confusionem ferre non valens, contra eosdem Francos
79 decrevit facere munitionem[79], et cum magno exercitu obviavit[f] eis. Quem cum cognovissent Francorum exercitu, omnes ad bellum sunt[g] praeparati. Qui priusquam Grimoalt bello cum eis iniret, a quatuor videlicet partibus tubas insonare praecepit; moxque super eos audacter irruit, Deo praevio ultima caede eos prostravit, ceteros fugam compulit ire. Cumque uterque acie procul prorsus sequestrarentur, unus e Francis audacior ceteris nominative castaldeus adclamans Rampho, ut pariter cum eo singulare certamen iniret. Ille ut erat magnanimis, audacter exiit obviam ei, set dum se in unum adiungerent, ilico super eum ipse Gallus irruit atque cum omni nisu nitebatur illum vita privaret. Set Rampho eius yctu fortiter resistebat, atque super eum venit, et citius de hac luce eum nimirum extinxit. Quo comperto Galli, obisse valis0 dissimum illorum sodalem, confusionem ferre non valentes, clam telus[g.80] Ramphonis lateri mittere iusserunt. Cum talia quippe quidam Sclabus iussa perficeret, ipse Rampho ibidem diem clausit extremum. Ut mortem illius comperit Grimoalt, lucxit[h] eum, mansit cum magna moestitia, et qui ante ilarior erat, postmodum quippe inmensas lacrimas effundebat; et cum magno eiulatu[i] totiusque exercitus perturbatus Grimoalt Ramphoni corpus elevans, eumque Beneventum perduxit, atque digno in loco eum tumulari[k] praecepit.

41. Maio, de quo iam supra diximus, dum inchoatum vidisset bellum, ut nonnulli nimirum ferunt, inivit[l] fugam; atque post victoriam absconsum in quoddam molinum reppererunt. Quod Grimoald comprehendi iussit atque eum venire fecit in medium; quem aspiciens, dura eidem Maio verba depromit: *Dic mihi*, inquiens, *Maio, pro qua re nos bello inchoante protinus liquisti et te incolumem reddidisti? Nonne ipsa erat verba quod dudum dicebas, ut cum Galli proelium minime committeremus?* Et

a) ualeret *aut* ualerent *c.* b) abitus *corr.* abidus *c.* c) congrati *c.* d) depromisit *c.* e) *ita aut* cumpsanis *c.* f) obuia *c.* g) sunt sunt *l.* g) tellus *c.* h) *ita aut* inucxit *c.* i) *ita cd,* elulatu *c.* k) tumulari *c.* l) inyniit *c.*

78) *i. e.* avidus. 79) *i. e.* motionem. 80) *i. e.* telum.

haec dicens, turpiter eum comprendi fecit, atque in aselli dorsum ponere iussit, et per plateas famulis suis fecit eius caedere dorsum. Effugati nimirum Franci, Beneventanis magno tripudio optinentes, cunctis laeti obantesque[a.81] manebant, aliis in domibus atque aliis 81
in praediis gradiebant nimirum et exultabant; et non erant plane, qui exterrerent eos.

42. Hac tempestate erat quidam vir insignis in civitate Spoletinam, nomine Sico. Cum fuisset nimirum apud Pipinum regem de quandam infamatus[b] re, civitatem propriam linquens, cum uxorem et filiis et cuncta sua[c] suppellectile, cum servis et ancillisque, ut maria transmearent atque ut Constantinopolim pergere, est profectus. Cumque Beneventum cum suis, ut diximus, quippe properarent, audito hoc princeps Grimoalt, non paucos ex suis fidelibus in eorum misit occursum. Set dum simul graderentur, a foris portam quae aurea dicitur[d] amplicuerunt. Cum ipse princeps diversos civos[82], vina quoque praecipua, variaque pocionum genera, transmiserat eis, post meridiem per semet ipsum illuc gradiens eumque quo tenderet[e] requisivit. Cui 82
ipse Sico: *Pro nulla re alia extera regna peto, nisi propter insidiam domini mei regis, qui me nimirum habet valde exosum; et vereor, ne una die incidam in manus eius; proinde, mi princeps, propria desero et aliena quaero.* Idem princeps: *Aliqua pars ex meis proceribus tecum nimirum venire iubeo, fiantque consocii vestri itineris, donec Ydrontum properetis, atque in diversis nostris civitatibus ac castellis[f] solamen vobis exibeant.* Hiis ita gestis, ipse princeps urbem ingressus, atque cunctos suos optimates iussit congregare[g] in unum, et dum simul sunt congregati, sermonem quippe ipse princeps talem depromit: *Quomodo[h] tam nobilissimum tamque praeclarissimum virum in extera regna sinimus ire?* Ad quae pro cunctis Radechis comes[i] in hunc modum principi est affatus: *Si velis nimirum huc in nostra urbe illum, domine, detinere, solamen a vestra dignitate et a tuis quippe fidelibus sufficienter poterit ipse habere; set prorsus exinde valde veremur, ne a parte regis nostrae patriae exinde evenire[k] clades.* Ad haec princeps: *Si Dei eius genitricis suffragium optinemus, si cicius ad dimicandum cum eis valido exercitu, Deo praevio, audacter pergamus, meliusque multo est pugnando mori quam alienae gentis nempe subdere colla.*

43. Cumque placuissent omnibus qui assistebant talia, decreverunt, ut ipsum Sico cum omnibus suis optimatibus quae[l] de ipso decreverunt per ordinem omnia ei depromeret[m]. Cui ille: *Melius est mihi, domine, meisque filiis et uxori apud vestram gratiam maneret cum exiguo pane et aqua, quam[n] in extera gente praecipua vina pluraque dapes[o] opesque plurima optinere.* Ad haec Grimoalt: *Caro nostra es; mane apud nos; quia de quibus[p] dixistis rebus, satis a parte nostra poteris ipse haberi.* Quapropter domos praediasque eius dicionem tradidit, atque post hoc non paucis percurrentibus dies, Aggerenciam ei ad optinendum tradidit, quae est nimirum spatiosa terra et ad venatum omnimodis apta, pro eo quod ipse Sico suaque proles talia diligere cognovit. Hiis ita gestis, non parvam moestitiam Beneventanis simulque et saevitiam exinde invexit, et inter se plane musitantes: *Non ipsa civitas proseliti, set Beneventi geniti, optinere quippe debuerant!* Et murmur magnum exinde inter eos erat. Set Grimoald nimirum omnia tolerabat, et proinde talia quippe operabatur propter illorum discordiam. Cum venisset ipse Sico cum suis Aggerenciam, a cunctis terrae illius hominibus dilectus est valde, pro eo quia quidquid habere poterat eorum ditioni tradebat; at illi nempe omnia inter se disperciebantur. Habebat ipse, ut praediximus, Sico filios duos floridam aetatem gestantes; maior denique Sicardus vocabatur, iunior vero Sikenolfus[q] appellabatur. Sicardus quippe erat statura pusillus, Sikenolfus[r] plane erat statura procerus, amboque validissimus in omnibus prorsus rebus se ostendebant et crebrissime venatui pergebant, sicuti ipsorum mos erant. Dum ex more[s] una denique die processissent venatum, ingentem reppererunt cervum, quem cum omni nisu sequere illum non desinebant; set dum longius ipse cervus petere videretur, Sicardus suo germano est

a) obenterque *c.* b) *ita ed.* inf::::atus *c.* c) cunctas suas *c.* d) *alia manu recenti additum:* husque in hodiernum diem sic vocatur illa porta. e) tendere **1**, *sed* t *manu fere eadem additum.* f) :::acstellis *c.* g) congregrare *corr.* congregare *c.* h) *ita ed. vox erasa est in c.* i) *in margine additur* Consinus 2. k) eventrem *c. habere videtur.* l) *deest c.* m) deprom:t *c.* n) qua *c.* o) dap:: *c.* p) *ita ed.* q) :::s *c.* q) sikelolfus *c. saepius.* r) sikelolifus *corr.* sikelolfus *c.* s) mor::, *fortasse* more **1**.

81) *i. e.* ovantesque. 82) *i. e.* cibos.

allocutus: *Mi frater, cervum illum sequere*[a] *nempe sinamus, set ubicumque fuerit, famulis nostris illum sequantur.* Ipse Sikenolfus dum sui germani voluntati[b] optemperare mallent, suis famulis cervum sequendum dimisit, et cum Sicardo Aggerentiam est regressus. Dum percontaretur a genitore, utrum repperissent aliquam venatio[c] an non, illis quidquid gesserant per ordinem ei omnia intimaverunt. Sed dum illorum famulis cervum sequere non desissent, in silva quippe condensa non procul a Cumsana civitate cum ipso pervenerunt. Cum vero Cumpsinis[d] fuissent cognitus, cum ingenti cursu ilico[e] pervenerunt, famulis aliquibus terga vertentibus, aliis, qui adventum Compsinorum praestularunt, vim ab eis cervum tulerunt et illorum nimirum canes, et quibusdam ex hiis vehementer dorsum caederunt adnectentes: *Non sufficit vobis Aggerenciam? Cumpsam vobis iungere temptatis?* deferentes[f] cervum cum canibus illorum[g] comiti Radechisio. Dum vero Radechissii per ordinem omnia gesta dicta[h] fuissent, magno gaudio est repletus, pro eo quod ipsi Siconem, ut supra diximus, exosum haberet. Denique dum confusi atque cum magna verecundia Siconi famuli redissent, ipse Sico, ut erat sapiens, minime exinde se perturbavit. Filii denique eius cum magna saevitia permanentes, set ipse Sico illorum duritiam molliebat, et pacifice ydoneos suos missos Radechisi comiti mittens[i], adiciens[k]: *Dicite*, inquid, *comiti Radechis; cervum ei fuit transmissum a Domino, canes meos dirige mihi. Set non recte homines illius gesserunt, eo quod famulos meos denique nimirum dorsum caederunt.* Cum Radechis talia perlata fuissent, taliter verba depromit: *Siconi*, inquid, *dicite, advena in nostram ingressus est patriam; numquid ut iudicet? plus nimirum magis eum affligo*[l], *insuper et canes minime reddere facio.*

11. Hiis auditis, Sico eiusque proles confusionem ferre non valentes, vehementer ira commoti sunt, manifestasque iniurias vindicare nituntur; statim audaces Cumpsam viros misit, ut exinde praedam acciperent. Cum talia fuissent peracta atque nimirum Radechis fuissent nuntiata, ilico ascenso equo, occasione accepta, cum non paucis suis adiit Beneventum, et cum magna quippe saevicia principi est locutus asserens: *Unum superbum accolam huc tenuisti, necnon et Aggerentiam ei tribuisti; si placet nimirum et Cumsam ei cede, quia valde eam iam depraedatus est.* Ipse princeps ut cognovisset Radechis[m] saevitiam, taliter quippe eum est allocutus: *Radechis, exinde minime perturbare*[n], *quia omnimodis vestram voluntatem adimplere valemus.* Et statim unum ex suis strenuissimum famulum Aggerenciam misit, quatinus sine aliqua dilatione Sico ante eius obtutum deveniret. Et dum Siconi in hunc modum perlatum fuisset, nimis quippe exterruit adiciens: *Quomodo pergo, qui sum nimirum in hac terra accola? Si Beneventum nempe adeo, Radechisi plane consanguinei vivere me non sinerent!* Et cum suis consilium inhiit, quatenus quippe navim statim[o] emere, ut possint Constantinopolim properare. Hoc consilium sine Aggerentinis peractum est; set dum in patulo nempe exiit, Aggerentinis in hunc modum responsum Siconi promserunt: *Constantinopolim quare sic cicius*[p] *tendere cupis? Numquid nimirum scis callem eius, aut per baratri fluctibus adhuc perambulasti? Arta est denique via, et illuc minime pergito.* Hoc quippe dicentibus, mox tellurem prostrati eumque vehementer obsecrabant, quatenus scilicet minime eos esset relicturus, adnectentes: *Clarum est plane, quia si tu nos deseris, omnimodis ad nichilum pervenimus. Tantum si dignitati vestrae comparet nos minime linquere, si morieris, nos pariter tecum moriemus; extimploque nos exinde iniamus foedus, quatenus quippe terra nostra inlaesa optineas.* Protinus plane talia iure firmaverunt iurando; quo facto, ipse Sico in hunc modum principi effandum direxit: *Illuc venire minime valeo, pro nimirum corpori meo taedio.* Set dum principi nuntiatum fuisset, confusionem ferre non valens, contra eum decrevit facere monicionem; et congregato valido exercitu, cum cunctis suis proceribus Aggerentiam venit, et non procul ab ipsa civitate castra posuerunt. Cui Radechis: *Nondum principi domini mei dixi, quia ipse Sico est tirannus et elatione tumidus superbiaque satis apud eum redundat?* Ipse vero, ut erat callidus, dissimulabat se audire. Coniungens vero Beneventanorum princeps Grimoalt, sequipes etiam eius et antefatus Radechis usque ad portam civitatis Aggerentiae utrique

a) sequ. c. b) voluptati c. c) aliq::a::enatio c. d) *ita aut* compsinis c. e) :::::: c. f) *ita correxi;* deserentes c. g) :::: c. h) dī c. i) mi:::: c. k) adfciciens c. l) afflido l. m) arechis c. n) pertur::::: c. o) :::: c. p) siccius c. Sico *ed.*

venerunt; quae obsedentes, aliquantos dies viriliter eam Beneventanorum exercitu constrinxerunt. At Sico econtra[a] de intus fortiter resistebat; set ipse princeps simulante molestia corpori detineri, ut exercitus a praedatione cessarent, et procul ab ipsa civitate tentoria nimirum figere iussit.

45. Una denique[*] die Radechis cum magna quippe audacia Cumpsinis quos[b] ipse nutrierat tollens, adderet[c] sibi aliquam partem exercitus, cum ingenti virtute usque ad portam ipsius civitatis pervenit. Set dum Siconi fuisset cognitum, nominative duos filios suos adclamat, quatenus cum audaces viros super eos irruerent et ultima caedo eos vastarent, ac deinde si victores reddirent, veraces eos filios appellare valeret; sin autem, ex alio patre geniti eos omnimodis asserebant. Ipse Sicardus una cum suo germano Sikenolfus ceterisque Aggerentinis expeditis iuvenibus hostium castra irrumpentes, magna eisdem inferebant undique clades, et non longius ab ipsa civitate eos persequi non sinebant. Ipse autem Radechis cum ceteris suis coaetaneis vix evasit.

46. Set dum principi delatum fuisset, a foris minas et indignationes praefato Siconi et cuntis Aggerentinis inferebat; de intus magnum gaudium exinde nimirum habebat, atque suis optimatibus talia verba clam referebat: *Unum exterum hominem habere propter vos non valeo.* Cumque a quibusdam talia Radechis nuntiata fuissent, ilico ad eum venit, et in verbis talia promit: *Audivissem, piissime mi princeps, quod dignitas tua aliquam murmurationem erga fidelem suum habeat, et exinde non parva moestitia mihi nempe evenit.* Cui princeps: *Vere, valde*[d] *mihi videtur persequere exulem, quem in fides mea olim suscepi.* Ad haec Radechis: *Crastina die, mi princes, ante vestrum obtutum, si vestrae dignitati comparet, eum sistere facio.* Et statim cum duos viros Aggerentiam adiit[e], atque ipsius fores pulsare praecepit. Cumque viri ipsi qui observabant fores, quidnam esset? inquirerent, responsum est, quod Radechis comes hic esset. Mox nimirum notum fecit Siconi. Sico nempe ut talia audiens, miratus est valde, atque portularium percontavit, cum paucis an cum multitudine esset? Ille nimirum, non esset nisi cum duos viros, respondit. Cui Sico: *Protinus eis plane aperi.* Et statim ingressus est Aggerentiam. Set dum pervenerunt in unum, invicem se adoraverunt atque ad ecclesiam pariter pervenerunt. Cumque accinti ecclesiam introyssent, statim ipse Radechis omnes de ecclesia ipsa eiecit, tantum ipse cum iam dicto Sicone ibidem sunt demorati. Cui Radechis: *Inter nos iniamus foedus, et sponde mihi, ut nullum consilium me absente peragas, et de meo nimirum honore si non augeas, nec minuas; et ego cum omni nisu omnimodo decertabo, si prosperum Christum fore, ut obtineatis principalem honorem.* Set dum in illius verbis Sico aures innecteret, metuens, ne de eo quippe illusio faceret, in excessu mentis opprimit eum videlicet, et nequibat ei responsum redderet. Cui Radechis: *Nil metuas*, inquid, *quia iusiurandum statim tibi promitto talia omnimodis adimplerem.* Set dum in se ipse Sico reversus, tales eum allocutus est verbis: *Vereor in tali re me quippe obicere, quia sum prorsus exulem, et ex meis stegmatibus erga me nullus habeo; valde metuo, ne domus meae exinde consumpcionem nempe eveniat.* Ad haec Radechis: *Ne timeas*, inquid, *tantum, ut diximus, iusiurandum sponde.* At ille respondit, omnia adimplendum[f].

47. Cum fuissent nempe talia patrata, ex urbe statim utrique egressi sunt, atque ubi ipse princeps cum suo exercitu degebat pariter pervenerunt. Statim ipse Sico pedibus eius provoluto, veniam poposcebat. Ipse princeps per semet ipsum eum de terra elevat eumque obsculatur, noxam ei condonavit, atque ut comes eius itineri esset, ei protinus intimavit; et cum magno gaudio catervatim Beneventum pervenerunt. Cum aliquot dies absentibus filiis et uxore Sico nimirum apud Beneventum maneret, uxor ipsius prolesque valde nempe erant exinde moesti. Set ipse Sico, comeato accepto, honorifice eos Beneventum venire[g] fecit, atque Siconi idem princeps praecipiens, ut minime ipse silicet pergeret, set quicquid[h] fiscalia ibidem fuissent reperta, proles illius ipse inde acciperet, ac apostolus terrae illius suaviter iudicarent. Cui Sico: *Quicquid dominus meus servo suo dixerit, sciat omnimodis eum ei esset obediturus.* Ipse, de quo diximus, Radechis quotquot exosos ipse princeps habebat, ipsos suo lateri adhaerebat; quotquot ipse[i] respuebat, ipse recipiebat; cui ille minas, dulcia verba ipse referebat.

a) ::econtra *c.* *) dinique *c.* b) quo l.? c) aderet *c.* d) *in margine secunda manu male additum.* e) adii *c.* f) adimple:::: *c.* g) :::: *c.* h) qu::::: *c.* i) *alia manu fere evanida additum:* scilicet princeps.

Cum talia ipse princes cognovisset, ascito eum clam nimirum eique dixit: *Ut video, erga me controversiam nempe peragis; quod ego sperno, tu recipis.* Cui ille: *Vere talia perago, domine, non propter me, set propter vestram dignitatem, ut omnes in vestra fides permaneant.* Quae cum audisset talia princeps, exinde recepit satisfactionem; ipse vero hac illac talia nimirum non desinebat.

48. Per idem tempus apud Beneventum erat illustris vir nomine Rofrit cum germano suo nomine Potelfrit, filii cuiusdam nobilissimi viri Dauferii. Set ipse Rofrit erat nimirum callidus et omni versutia plenus, Potelfrit denique licet fuisset magnus, tamen erat erga Dei cultores venivolus ac benignus. Rofrit vero quanto magnus erat, tanto nimirum humiles obprimebat; et cum cognovisset, quod Radechis de tali re decertaret, et putaret ut ipse principatum honorem obtinere valeret, propter invidiam alta trahens suspiria, tandem intra se cogitavit, qualiter ei omnimodo valeret esse contrarius. Una denique[*] die dum saepedictus Sico pergeret balneum, ipse Rofrit nempe ut talia cernens, famulis suis prorsus praecipiens, ut citius cum eo valneum properarent, et quoniam nequibat in patulo cum ipse sermocinaret, saltim nempe loqui in valneum cum ipso valeret. Set dum, ut diximus, valneum introyssent, Siconem profecto ibidem invenit, atque erga eum nimirum resedit. Dum denique Sico capud saponem inungeret, statim clam Rofrit dorsum eius coepit abluere. Dum Sico scisscitaret ac diceret *Quis ille est qui meum dorsum aqua perfundit?* ipse statim dorsum linquens, aquam capiti eius silicet fundere coepit, adnectens: *Sile, Sico, nunc sile, quia Rofrit ego sum.* Cum vero Sico vox eius nimirum cognovisset, ilico exiliens, cum magno pavore dixit: *Quid est, quod de me illusio simulque et yronia facis? Quis talia cognoscet, et non irridebit mihi?* Cui Rofrit: *In proximo, si prosperum Christum fore, tuo capiti septatam habebis*[a] *coronam.* Ad haec Sico: *Exulem ego sum, mihi autem talia dicite minime.* Ipse idem Rofrit: *Tantum mihi iusiurandum sponde, ut de meo honore si non augeas, nec minuas; quia Deo praevio omnimodis talia studenter adimpleo.* Ad haec Sico: *Terra vestra est, in vestra denique potestate sum; quod bonum quippe et utile vestris comparet oculis, facito; ego nempe de tuo honore si non augmentabo, nec minuabo* Ab illo denique die studenter quippe ipse Rofrit exinde omnimodis decertabat.

49. Ipse, de quo saepe diximus, princeps avaritiae simulque et discordiae gerulus erat, et iniusta consilia suis cognatis eis saeperrime inferebat, necnon et illustrissimos viros minas et indignaciones eos vehementer afficiebat, inopes vero simulque et ignobiles vehementer silicet obprimebat, et ut fertur, equo uno[b] de illustrissimo viro, cuius nomen Dauferius fuit, pater ut diximus Rofrit et Potelfrit, usque ad nates ad scalas ipsius civitatis palatii caudam illius turpiter caedere fecerunt. Dum suis cognatis talia operarentur, populusque terrae illius talia cernentes, prosternatis animis nimirum de morte eius, ut diximus, cogitare coeperunt. Set metuebant plane inter se de tali re, in patulo talia panderent. Causam vero quomodo terga equi foedarunt, subsequens sermo declarat. Domus saepe dicti, ut fertur, Dauferii erga plateam erat nimirum constructa; factum est namque, ut princeps inde transiret cognatis. Dauferius plane facies lota, foras nempe proiecit aquam nimirum eius famellus, dum nescientibus cunctis super nates equi[c], super quos equitabant principi[d] cognatis, tangeret aqua. Denique ipsi valde irati sunt, manifestasque iniurias vindicarent, adnectendo: *Ex animis suis cognovimus nempe honoris iniurias videlicet nostri.* Dum vero cum ira palatium adissent, res quae acciderat intimaverunt principi omnem. At princeps fatuus in hunc modum promsit[e] tunc talia dicta: *Ite, mei nimirum, vestrasque iniurias vindicate, cognati.* Cum vero Dauferius devenisset palatium, illi namque clam quendam ex suis miserunt, et ut diximus, album Dauferii equum turpiter foedarunt. Quidam enim Potelfrit Rofritque eius filii adclamans quae acciderant[f], pandens ordinem rei. At illi ut erant astuti, nemppe equum ad propriam nimirum miserunt, aliumque equum venire fecerunt. Dum illorum pater more solito ut in equum ascenderet deveniret, suum equum ibidem minime invenit, atque famulum suum percontavit: *Quidnam est factum meum equum?* Ille excusatio intulit inquid: *Equi inter se, mi domine, fremerunt*[g] *et retinaculum domini mei equi rumperunt, sic per plateas et inhonesta loca deambulante atque in luto se*[h] *volun-*

*) dinique c. a) *ita aut* habebit 1. b) *ita aut* equum unum 1. c) *vox deest* c. d) princ:: e) promsit c. f) acciderat c. g) fremerut c. h) lutose *aut* lutoso c.

tante, proinde nequaquam illum huc deferri. Ille vero haec audiente, equo ascendit, rediit domum.

50. Itaque dum saepedicti filii domum reddissent, moesti vultum genitoris se silicet obicierunt. Dum percontarentur a genitore, ut non sicut eri et nudius tertius suis natis facies cerneret, ipsi [a] nempe in hunc modum taliter verba promserunt: *Utinam nuper mortui fuissemus, quando in cunis baiulabamur, et non actenus in hac urbe mansissemus, ut tam foedus nostri honoris hodie cerneremus!* Cumque pater in sermonis filiorum aures innecteret, valde est exinde exterritus adiciens: *Si Dei meique benedicionibus adepturi valeatis, quidquid scitis nobis evidentius intimate.* At illi nimirum ei omnia patefacerunt. Dum vero talia nimirum audisset, mox valde infremuit asserens: *Nec Dei meique benedictionibus perfruatis, si iniuriam meam continuo non vindicatis!* Tunc Dauferii proles patris sermone stimulati, quae nuper in pectore clam gerebant, iam in patulo nimirum pandebant, atque hac illac pro principes funeribus videlicet discurrebant; assciveruntque erga se quendam crudelissimus vir, Agelmundus nomine. Sic denique et per iam dicti Radechis suffragium super principem irruerunt, atque vir, ut praediximus, Agelmundus, abstracto gladio, cum non paucis plagis eum penitus vita 817.
privavit. Regnavit quippe annis videlicet 11 et menses 7; ad Langobardos fuit austerus, set tamen audax et velox fuit, et pro sua denique sagacitate adeptus est principalem honorem, quod nos licet in finem nimirum annectere cupimus huic nempe ystoriae.

51. Tempore quo Grimoalt, antecessor [b] istius Grimoalt, Langobardorum regni moderabatur avenas [83], iste Grimoalt storesais illius videlicet fuit, per idem tempus Karoli 83
filius Pipini cum valido exercitu Beneventanis finibus adiit, atque in locum qui Trinius [84] 800.
dicitur tentoria figere iussit, quatenus inde se cum valido exercitu moveret, ut Beneventum undique obsideret. Cumque aliquot dies ibidem nempe degeret, quidam inops inibi erat et cotidie virentes herbam [*] Pipini equi in humero deferebat; et saeperrime ipse rex Pipinus eum videlicet cernebat atque alimonia ipsius deferri iubebat. Erat, ut diximus, inops ille per omnia similis Grimoalt. Congregavit denique iuvenes floridam aetatem gerentes Grimoalt, ut diximus, storesais; qui quadam vero die congregavit idem storesaiz quos noverat validos suosque sodales et suos consanguineos, non plures viros, et ivit nempe contra hostes Francorum. Quod cum cuneatis gradientes pervenerunt [c] in quodam firmissimum locum non procul ab eorum castra, atque inibi reppererunt inops ille, ut diximus, similis Grimoalt, quem comprehenderunt [d] atque ante aspectus Grimoalt eum perduxerunt, adnectentes: *Ecce homo per omnia similis tui!* Ille, ut erat sagacissimus, taliter prorupit in voce: *Eia mei nimirum coaetanei mei, pariter iniamus consilium, quatenus superba gens saltim per dolus [e] exercitu conterramus. In proverbiis nempe olim a maioris nostris dicebant, ut plus esset melius consilium quam validudinem. Inopem hunc protinus exuamus, atque suis tegumentis me nimirum induite, et ipsum inopem districtius apud vos detinete; et ego illuo pergo virentesque erbam ibidem feram, sicuti iste solitus erat.* Sic namque eum per omnia percontavit, quo iret et in quo loco herbas deferret [f], et quo modo dispensator vocitaret. Cumque ab eo omnia cognovisset, profectus ilico atque proprio humero virentes herbas sarcina baiulavit. Quem cum eum vidisset Pipinus rex, putavit, ut ipsum esset qui solitus erat, tribuit ei annonam [g]. Ipse enim Grimoald omnia eorum castra illustrat, atque enumerans est reversus ad suos, eosque ammonuit, ut metuerent [h] minime. Et noctis tempore irruit super eos, et attrivit maximam partem Gallorum, in tantum ut etiam properarent regis tentorium, undique inferente clade. Et sic nimirum callem quam remiserat iterum repedavit, et cum magno tripudio cum suis reversus est Beneventum suo principi gaudio nunciante. Ipse denique Grimoald princeps singuli dona largitus est, set plus omnibus Grimoald dedit.

52. Cum haec rex Pipinus audisset, nimis exterruit asserens: *Rem hanc quis fecit?* Ille homo, qui similis erat Grimoald per omnia, ei protinus intimavit. Ipse rex dixit: *Cognomen quomodo habuit?* Inops ille dixit: *Grimoald storesais vocitatur.* Rex inquid:

a) ipse *c.* b) antecessori *c.* *) *vox deest in c. vide infra* l. 38. c) perven:::: *c.* d) complehenderunt *c.* e) *vox dubia.* f) deferreret *c.* g) *vox ante* Ipse *erasa est.* h) metueret *c.*

83) *i. e.* habenas. 84) in margine codicis manu recenti habetur: *hunc nescio locum nisi loqui velit de castro Atini quod est in partibus illis.*

Si storesais talia gessit, princeps ergo terrae illius maiora faciet horum. Quamobrem est exinde motus, atque sua repedavit denique arva. De qua nempe re ipse Grimoald pervenit ad principalem dignitatem. Haec nos de Grimoald primum scire sufficiat; nunc namque ad aliorum facta succinte curramus, ut acta quae in hoc mundo gesserunt, partim districtius indagemus.

53. Dum talia patrata fuissent, intestinum gladium inter Beneventanos exortum est pro principale ambitione; set maxima pars populi Radechisso silicet adaerebat adnectentibus, dignum fore talem virum Beneventanorum principem optinere. Roffrit denique, de quo [a] superius fecimus mentionem, exinde omnibus decertabat, quare tantum dignitatis praemium obtineret, unde fecerat [b] ius Siconi iurandum. Quid multa referam? Inter agmen populi se Radechis obicit atque voce emisit magna, inquid: *Ex nostris prorsus omnimodis principem minime faciamus, set exterum hominem Siconem principem sublevemus, et forsitan Deo volente nostrae patriae invidiam exturbamus.* Dum talia Radechis verba promisisset, omnis denique vulgus necnon et sublimes voluntati eius obtemperantes, adiciens: *Bonus sermo ex ore tuo processit; quod inchoasti etiam perfice.* Id ipsum Rofrit, dignum fore talem virum tantae dignitatis fastigium obtinere. Ita omnipotens Deus disposuit, ut sine ulla animarum periclitatione antefatus Sico per [c] iam dictus Radechis cursum eandem quam hambiebat assumeret [d] principalem dignitatem.

54. Cum talia gesta fuissent, Dauferius, de quo iam supra diximus, ad animam mentem revolvens facinus, quo nuper nempe gesserat, affligebat se exinde valde, atque poenitentia ductus, sine mora in Iherosolimam est profectus. Mirum ammodum et res silicet inaudita, illuc eunte et inde Beneventum remeante, non valde exiguum lapidem in os gestavit; tantum quando cibum potumque sumebat, illo absentaverat; et ut fertur, in Dei genitricis [e] ecclesiae sanctae Beneventanae sedis actenus manet; et proinde accepit ipsum cognomen „propheta Daupherius". Radechis dum domum redisset cum suo videlicet filio, uxor illius eos nimirum percontavit: *Quid et qualiter gessistis hodie?* Cui Radechis: *Miserum*, ait, *principem Siconem elegimus.* Ad haec mulier: *Quare [f] dicis miserum? pro qua re non appellas eum gloriosissimum?* At ille: *Exterum est nempe; sicut volumus, sic eum habemus; quando volumus, tenemus; quando volumus, eum videlicet spernimus.* Uxor vero illius conversa ad virum suum ad suumque natum promsit tum talia dicta.

Accipite ergo animis atque haec mea figite dicta.
Ecce dies venit, praedo in quo dyrus atque audax
Callidiora praedecessoris sui instigamenta revolvat.

Id ipsum depromsit talia verba: *Quid est, quod dicis exterum? Numquid non Sico genuit filias? Eas Beneventanis mox viris copulando, tunc sic eum appellas exterum? Tantum meis acquiesce consiliis, et beacius tibi mihique fore, si meos optinebis sermones.* Inquid ad virum: *Indagemus omnimodis exinde huius et cuius suas filias copulat. Si unam ex eis nostro filio sociat, felicius nobis fore; sin autem, statim mundum linque et monachicum induens habitum, et non parvo exenio illius deferes [g], filiumque nostrum illius ditioni commenda, quia quantum conicere valeo, minime nos linquet [h] securum.*

55. Ipse saepe dictus Sico princeps omnibus hominibus benignus ac mansuetus nimirum se ostendebat [i], atque plurima dona eorum silicet condonabat, et nullum consilium absente Radechi peragebat. Factum est namque, ut Radechis degeret Cumpsiae, et princeps Sico eo absente iniret consilium. Ut talia audisset Radechis, nimis quippe exterruit, atque cum ira taliter prorupit in voce: *Ego iam nuper superavi falconem, astat mihi ad huc vulponem.* Cumque a quibusdam principis clam delatum fuisset, nimis iratus est, atque sine mora suas filias Beneventanis viros copulat; unam ex eis cuiusdam nobilissimi viri Azoni filio tradidit, cuius nomen Sikelenda [k] fuit, aliam namque cuiusdam viri sociat Ursi, tertiam id ipsum cuidam iuveni Radelmundus copulat; aliarum memoriam non retinemus. Ut talia comperit Radechis, nimis exterruit, atque consilium quod uxor sua dederat studenter omnimodis adimplevit, scapponem [l, 84] nempe argenteum cum ducentum solidos tulit atque ipsius principi detulit. Cum talia ipse princeps

a) denique :::: *c.* b) fuerat *c.* c) *deest c.* d) assumere *c.* e) genitricix *c.* f) *ita ed.* qua::: *c.* g) deferet *c.*
h) linque *c.* i) :::ndebat *c.* k) Iulenda *ed.* l) scapponem *corr.* scalponem *c.* 84) *i. e.* vas, a Germanico *schaff.*

cerneret, huiusmodi verba depromsit: *Ego denique copiosas opes largire vobis cupio, et vos defertis mihi vestra propria?* Ad haec Radechis: *Imploro vestra arcius gloria, quatenus munus nostro exiguo faciatis recipere.* At ipse ipsum ab illo per semet recepit. Idem ipsum Radechis nimis eum exflagitabat, ut monasterium pergeret, ipsum principe relaxaret. Ut talia ipse princeps comperit, huiusmodi tunc promsit dicta: *Nequaquam tuis acquiesco praeceptis, nec a latere meo te nimirum faciam alienum.* Hoc namque non de intus set a foris promebat[a], ut talia ipse perficere gratulabat. Cumque ante eum staret et obsecraret, voluntati eius licentiam dedit, et comeatum accepto, suum nempe illi commendavit filium; atque, ut fertur sibi in collo[b] funem ligavit, et suis servis praecepit, quatenus eum per longa terrarum spatia traherent usque Benedicti sancti coenobium. Dum devenisset cum plurima opes[c] monasterium praedictum, quod est 820.
in castrum situm[d] Casinum, valde ibi se nimirum affligebat. Uxor denique eius habitum sanctae religionis induta in ecclesia sancti Laurentii, quae sita est in territorio Cumpsano, orationibus ieiuniis vigiliisque valde se ibidem macerabat. Sic factum est, ut longo tempore in tali re utrique perdurarent; set iustus iudex Dominus ut flagitiosos corroboraret, talia demonstravit denique signa. Dum Radechis uxor defuncta fuisset, Radechis in Casinum degente, cognovit per spiritum suae coniugis exitum, atque abbati fratribusque talia nuntiavit; qui mox notaverunt horam, expeditumque virum Cumpsam miserunt; qui dum venisset, curiosus perquirente eadem hora cognoverunt eius exitum, quae vir eius fratribus nuntiavit.

56. Agelmundus denique, unde superius fecimus mentionem, dum deambulavit iuxta Siler clam fluvius accipite in manu gerente, cum paucis suis sodalibus, cum se unusquisque, ut mos est, procul sequestrarentur ad capiendas aves, subito ipse Agelmundus conspexit Grimoald princeps, quem ille dudum extinxerat, furentem cum albo equo, sicuti sessurus solitus erat, evaginatoque gladio contra se veniret[e]. Quem, ut assolet humana fragilitas, in fugam conversus est; qui vir illi qui ei apparuerat veloci cursu eum secutus est, atque inter ambas scapulas forti yctu eum percussit. Statim evomere sanguinem coepit, atque verso retro capite, suum perhemtorem minime vidit, et ad suos sodales magna voce emisit. Cumque venissent, omnia quae acciderant per ordinem eorum depromit. Ipsi vero talia audientes, mirati sunt valde. Ipse, ut diximus, Agelmundus post hoc factum tercia die exitiale morbo defunctus est. Quod[f], ut arbitror et quantum conicere[g] valeo, non pro alia re talia fieri Dominus voluit, nisi ut omnes inicere manum in suo domino metuant atque eius iussa quasi Dei denique peragant. Poterat enim Dominus clam illum pro reatu quod in suo domino gessit percutere atque sub terra eum obruere, ut ab humanis oculis esset absconditus, set ut diximus, pro suis quas redemit ovibus talia demonstravit, ut quem ammonitione vel minis atque promissa supplicia non terrent, corrigat nuntia morte.

57. Sico princeps, de quo praemisimus, exercitum copiam adunare iussit, atque 821.
magno apparatu Neapolim properavit, et eam undique constrinxit, et incendiis eam a foris silicet denudavit[85]. Quam et obsedendo aliquanto tempore viriliter cum[h] 85
Beneventanorum exercitu[i] constrincxisset, tunc Ursus, electus praedictus, Sico saepe fatus princeps deprecatus est, ut etiam amplius malum non proveniret neque sanguis effunderetur[k] christianorum. Ad haec Sico Langobardorum princeps ammonicionem electi praedicti audiens, Dei dilectam[l] pacem[m] inientes, atque in scripto pactum affirmantes inter Napolitanos et Langobardos, et obsides Neapolitanos isdem princeps abstulit. Spopondit ipse Neapolitanorum dux cum universis suis hominibus sub terribili fortissimoque sacramento atque in eadem pacti foedera per scriptam paginam affirmavit, se daturum ilico omni anno tributum quod inter eos statutum fuit, atque suos numismatibus in ipsa civitatem prae mercimonia graderent; et ipse princeps Sico Ianuariique sancti martiris corpus de basilica ubi per longa temporum spatia requievit elevans, et cum magno tripudio Beneventum regreditur.

58. Hac denique tempestate Lando Capuanus comes una cum episcopo Landolfo

a) premebat *c.* b) colo *c.* c) *ita c. legere videtur.* d) *ita ed.* scit::: *c.* e) *ita aut* venire *c.*
f) *ita aut* qui *c.* g) *ita ed.* con:::cere *c.* h) ::: *c. cf. c.* 5. i) exercitu *c.* k) effunderentur *c.*
l) d::::::: *c. cf. cap.* 6. m) pace: *c. et ita* (pace) *loco allato.*

85) v. supra cap. 5.

suoque germano ceterisque aliis Capuanis per iussionem iam dicti principis civitate in
86 monte qui Terfiliscus dicitur construxerunt[86]. Sed dum ad finem usque perducta fuisset, non paucis Capuanis cum suo Landolfo[a] comite Beneventum venerunt, atque ut ipse princeps cum non paucis suis proceribus Capuam properarent, vehementer exflagitaverunt. Ipse princeps eorum preces annuit, atque cum suis pariter cum suoque procere necnon et fidelibus cuneatim Capuam gradierunt. Dum constructam, ut diximus, novam civitatem adissent, conversus ad suos, huiusmodi verba depromsit: *Dicite*, inquid, *mei fideles meique obtimates, quo nomine ista civitate nimirum vocamus?* Ad quod responderunt: *Hoc tuum est dicere, domine.* Princeps ait: *Sicopolim eam appellemus.* Quibus unus ex Langobardis taliter verba depromsit: *Non Sicopolim set Revellopolim eam vocitemus.* At princeps cum ira conversus ad illum, promsit tunc talia verba: *Pro qua re talia ausus es promere?* Ipse inquid: *Quia subitos habere minime illos iam valemus, nisi et*[b] *consanguinitate pariter cum illis inimus.* At princeps conversus ad suos, exinde
87 qualiter ageret suis fidelibus expiavit[87]. Illi uno ore effarunt adicientes: *Nos pariter cum ipsis vicissim iungamus conubia, et sic obtinere erga nos illos prorsus valemus.* Ab illo denique tempore inter se, Capuanis videlicet Beneventanisque, invicem consanguinitatem iunxerunt.

59. Rofrit, unde mentionem superius fecimus, validum cum Azzone conflictum
88 habebat, et crebrissime inter se consurgebant, sicuti mos est praelatis[88] omnibus. Set ipse princeps a foris inter eos dulcia verba promebat, de intus vero ut rixa inter se reyterare gratulabatur, ut ipse eos atterere nimirum valeret.

60. Per idem tempus Agarenorum genus Siciliam invadit[c]. Set quomodo terram illam attriverunt, nunc materiam subministremus. Erat vir praedives quidam in Siciliae finibus, Eufimius nomine; disponsavit puellam, Homonizam nomine gerentem, mirae pulcritudinis. Illo denique tempore quidam Graeculus Siciliam praeerat. Accepta
89 pecunia ab alio viro, disponsatam Eufimii auferens atque aliis[89] iuri eam denique tradidit. Qui dum in patulo exiit atque Eufimii nuntiatum fuisset, talia nimirum verba depromsit: *Meam namque foedastis uxorem; hoc peream*[d] *anno, si non foedare facio plurimorum uxorum!* Quapropter cum servis suis navem ascendit Africamque properavit, atque regi terrae illius huiusmodi verba depromsit: *Multarum navium dirige mecum, quatenus spaciosa terra vestrae ditioni committam.* Ut rex barbarus talia audiit, nimis gavisus est, atque sine mora omnes navales exercitus iussit congregare in unum. Dum fuissent nimirum congregati in unum, rex ille barbarus huiusmodi exorsus verba: *Omne consilium ab isto nostro viroque amico percipite, atque eius iussa quasi mea metuite.* Et haec dicens, non exigua dona eos silicet condonavit, set amplissima plus omnibus Eufimius dedit. Cum vero Siciliam properassent, protinus eam videlicet invaserunt, atque multaque opes ibidem silicet reppererunt; ..... grediuntur[e], multorum populorum faciunt strages, vix paucis evadentibus, qui nuper tutissima castra et montium confugerunt iuga. Set et ipsum Graeculum ibidem necaverunt[e*] ceterisque illius sequaces; atque ab illo tempore Siciliam dominare coeperunt. Audito hoc princeps Sico, valde est exinde moestus, atque coronam in suo capite iam minime posuit, praedicens futurum gladium inter agmina Langobardorum. Pro una denique puella sunt aliorum multaeque denique viduatae. Et qui antea omnes in unum inter se epulabant et exultabant, postmodum per unum Graeculum immensas lacrimas effundebant. Et qui dudum in mercimonio per Calabriae fines gradiebantur, postmodum ab Agarenis puplice venundabantur. Ipse denique tempore Sicellenses vectigalia nimirum Langobardorum exibebant propter negotium quod in Calabriae finibus peragebant.

61. Gravis sane[f] per idem tempus inter Rofrit et Alfanum abbatem discordiae rixa surrexit, iam Azzone defunctum[g]. Set ipse princeps, ut mos est, minime se perturbat exinde, et obanter exinde permanebat.

62. Factum est autem eo tempore, ipse princeps in langorem decidens morte approximavit, quem Langobardi vitam excedere aestimantes, eius filium Sicardum ante eius

a) landofo c. b) ex c. c) invaditur ? d) pereat *corr.* péream c. e) Cataneam ingrediuntur *ed.* e*) negaverunt c. f) gravisane c. g) defunct:: c.

86) cf. supra pag. 205. 87) *i. e.* exploravit. 88) *i. e.* proceres, optimates. 89) *i. e.* alius.

obitum perduxerunt, atque ut eum salutifera monita illustraret, cum vehementer exflagitabant. At ille conversus ad filium, promsit tunc talia dicta: *Est mihi libertas tecum secreta loquendi; consilium ne sperne meum, tibi prospera monstro: nec Rofrit Alfano subdere, nec Alfanum abbate Rofrit ditioni obtrivere.* Erat siquidem ipse Alfanus dyaconus, et, ut iam diximus, abbasque, necnon et larga manu nimirum plurimis hominibus erat victum opesque tegumentasque eorum silicet condonabat. Haec dicta sufficiant; nunc ad ammonitionem iam dicti principis redeamus. Inquiens ad filium: *Habeant inter se rixa, et tu eorum dicioni calcare colla; te absente fac eos minime committere pugnam; tuum germanum alienum a latere tuo minime sinite*[a]. *Semper salvus eris, si mea monita obtinebis.* Et haec dicens spiritus exalavit; tenuitque ipse principatum annos 12[b] 833. et menses 3. Fuit autem corpore validus, audacia primus, statura procerus, non minus consilio quam viribus decoratus.

63. Sicardus princeps, dum pater suus obit, monita genitoris funditus ex animo repulit, nichilque ex eis in mente retinuit. Ipso[c] denique tempore ille Neapolitanus dux[89] 89 quod iureiurando promisit[d] tributum distulit dare. Post aliquantum temporis spatium furore vehementer repletus ille princeps Langobardorum Sicardus, cum universo prin- 83 cipatu suo Langobardorum prope Neapolitanam advenit urbem, quam et trium mensium spatium[e] obsidens atque ex omni circumdans parte, cotidie fortiter eam expugnabat[f], omnia extra urbem ferro et igne devastans atque funditus demoliens consumpsit, ut Neapolitanam capere potuisset urbem; nam et corpora sanctorum effodiens, eorum sacra misteria abstulit.

64. Haec dum gesta fuissent, Neapolitanis de intus veniam poposcebant; set ipse princeps ironiam eis nimirum faciens, iuxta ipsius civitatum moenia[g] telam ordire[g] denique fecit. At illi tanto metu perculsi, ut sermones non lapis eis inicerent; set consilium inierunt, quatenus iram eius saevissimam mollirentur. Tunc bona fama habentes monachus nimirum miserunt, ut ab eodem principe veniam optinerent. Dum monachus ante tentorium principis devenisset, mox tellure prostratus, pro suis civibus veniam poposcebat, atque, eius ditioni demum civibus deservirent, vehementer silicet asserebat. Ipse princeps misericordia motus, in eadem civitate iam dictus Rofrit legatum denique misit. Dum Rofrit Neapolim introysset, civitatem ipsam undique expiavit, atque in eius plateae montuosa terra cernere coepit. Set dum sciscitaret[h] atque diceret: *Quid velit*[i] *hoc esse?* illi Neapolitani nimirum taliter verba promserunt: *Nostrae aedes tritico nempe sunt plenae, set tritici remanente proinde ipsum in platea eiecimus, set iam denique periit.* Set aliud non erat nisi nimirum arena et pauca tritici grana super arenam sparsa habebant; et iam ipsa denique renascebant. In hunc modum virum strenuissimum illuserunt, quia iam valide fame oppressi erant, et mensis Iulii ipso tempore percurrebat, et inchoante mensis Madii ipse iam dictus princeps ipsa civitas circumdedit. Atque ut fertur plurimi, quod vulgus vas flascones vocant, solidi plenum dederunt Rofrit, in tali videlicet ordine, ut citius regredi[k] faceret. Dum Rofrit ad dominum suum venisset, talibus ei allocutus est verba: *Mi domine princeps, hinc minime maneamus et ad propriam*[l] *nimirum regrediamur, atque illorum dimitte denique noxam, et omni anno vestrae eminentiae exolvant tributum, quia modiorum multorum triticorum ego ibidem vidi; proinde, si placet, per paginam scriptam vestrae ditioni tributa persolvant.* Hiis auditis, princeps acquiescit denique sermonibus suis, atque ut talia fieri iussit; sic namque per paginam scriptam talia firmaverunt, atque ipsum foederis scriptum in sacro Salernitano palatio adhuc hactenus manet, et in sua inchoatione huiusmodi textum invenimus: *En ego Sicardus Domini gratia principis, concedo vobis Neapolitanis pacem et firmissimam libertatem.* Et ibidem continetur numerum solidorum[m] et foedere[n] pactionum, quem ommisimus plane singillatim retexere cuncta. His ita gestis, callem quam reliquerat iterum repedavit, atque cum magno tripudio Beneventum remeavit.

65. Cum vero Beneventum regressus fuisset, coepit huius mundi vanitati deservire atque aliorum uxores stupraret[o], necnon insaciabile exinde nimirum gestabat. Una denique die dum per plateam perambularet, ut moris feminarum, ad videndum eum

a) *ita aut* sinere *c.* b) *lege* XVI. c) ipse 1? d) promsit *c.* e) *ita?* spatia *supra c.* 6. f) *ita supra.* exp::::::: *c.* f') meniam *corr.* menia *c.* g) ordiram *corr.* ordire *c.* h) scitaret *c.* i) velis *c.* k) *scilicet* siconem. l) appropriam *c.* m) silidorum *c.* n) *ita c.?* o) struparet *c.*

89) Stephanus. MUR. cf. SS. R. IT. II. I 313.

nimirum cucurrerunt Ille vero retro capud revolvens, speciosissimam mulierem, cuiusdam viri Nannigoni uxorem, ibidem conspexit. Dum eam vidisset, statim eam denique concupivit atque in eius amore vim caloris sui ignis accendit. Clam dicendo continuo misit ad illam, ut opes a parte principis obtineret multas; tantum eius animo consentiret. Illa vero ut talia audiens, sese valde perturbavit, ac in hunc modum promsit tum talia dicta: *Opes et gloria sibi habeat multas; mihi nichil est necesse habere nisi iure viri mei timere, et illi pudicitiam reservare. Si demumque talia nuntiandum reiteraverat, sciat ille, viri mei prodendum.* Dum in hunc modum principi delatum fuisset, magis magisque urebat et crevissime exinde excitabat, quatenus ipsum facinum adipiscere valeret. Tunc Nannigonem ad se fecit ascire[a]; set dum[b] vocato venisset et[c] ante suum aspectum astaret, princeps taliter ei est allocutus: *Volueram*[d] *te legatum Africam*[e] *mittere, quatenus ad nos, Deo volente, cum honore a parte regis terrae illius reverteris.* Audito hoc Nanningo, nimis quippe exinde se turbavit adiciens: *Quomodo illuc pergam, qui sum valde infirmus? et, mi domine, metuo, ne illuc mihi mors eveniat.* At princeps: *Excusationem mihi exinde minime adnectere; tantum ut diximus celerius perfice.* Ille denique dixit: *Fidelis tuus sum; fiat ut comparet voluntati tuae.* Cumque ille nescius perrexisset, ipse princeps ad uxorem suam continuo famulos suos misit, quatenus per vim ad se adduceret. Quo facto, vi opprimit eam. Illa vero dum stuprata[e*] domum redisset, neque valneis neque unguentis minime iam usa est, inlotaque facie manebat, necnon sordidisque indumentis utebatur, nec in stratu dormiebat, set in terra nimirum prosternebat se; et si quislibet de tali re eam coercebatur, ut non esset bona immoderata moestitia, illa aiebat: *Non pro alia re talia denique nimirum facio, nisi propter mei absentiam.* Factum est autem, dum virum suum regrederetur et dum redisset domum, repperit eam moestam atque incomposito capite, vestibus vilis necnon et lutulenti indutam, sciscitavitque eam et dixit: *Pro qua re hispido*[f] *capite illotaque facie manes?* At illa: *Protinus gladium*, ait, *evagina et meum mox collum abscinde, quia foedata sum ab alieno viro.* Cum cognovisset omnia Nanningo quae fuissent facta, valde ingemuit atque sua coniugi affavit: *Illuc valneum perge, atque iocundatis vestibus*[f*] *te nimirum induere, et de tali re minime te coangustare.* Ab illa denique die, ut ferunt plurimi, minime risit.

60. Ipse princeps adhuc sine uxore erat et dicta illicita saepissime committebat. Factum est autem, ut exinde cum suis optimatibus una die sermocinaret, quatenus sibi copularet uxorem, aut ex rege filia aut ex stegmatibus. Unde eius optimates eum exinde fortiter adortabant, forsitan a perpetrato scelere eum deviarent. Set callidus ille Rofrit clam est ei locutus: *Nec filia regis nec de illius stegmatibus pulcram invenire valebis, qualem unam quae in nostro territorio deget.* His auditis[g], princeps amplexatus est eum, affatim eum exflagitabat, quatenus proprium eius diceret nomen. At ille protinus sua cognata pulcritudinem laudavit. Item princeps: *Vellem videre eam.* Ipse vero obanter dixit: *Ego tibi eam demonstro*, adiciens: *Inlotaque facie eam tibi ostendo; si vestris oculis comparet, lateri vestro eam sociate, sin autem, omnimodis servetur*[h] *ocultum. Ad tuum cernendo pratum te simula ire, et ego denique cras ad laxandum*[i] *pocionem potabo. Dum exinde remeas, ad domum meam quasi visitaturus*[k] *veni, et inlota facie ante me sistere illam facio. Tu nempe eam aspice atque formam eius perlustra. Ego te interrogabo: „Optimumne est pratum illum?“ Tu domine mihi responde, utrum optimum an non.*

67. Dum alia die princeps non cum plurimis ad pratum cernendum[l] properavit, statim regressus est urbem. Dum portam ipsius civitatis introisset, conversus ad suos huiusmodi verba depromsit: *Ad visitandum Rofrit pergamus, quia, ut mihi relatum est, ad laxandum pocionem potavit.* At illi: *Domine, eamus.* Dum pervenissent ad eius domum et Rofrit intimatus fuisset, ipsa vero, ut mos est innuptae puellae, fugere tempt avit; set Rofrit nequaquam penitus eam siniit ire. Dum introgressus[m] fuisset princeps ubi Rofrit manebat, contemplatus est eam valde, atque nimis eius oculis placuit. Dum eum sciscitaret Rofrit ac diceret: *Optimumne est pratum*[n] *illum quod expiasti hodie, mi princeps?* at princeps protinus ait: *Optimum.* Et haec dicens ad palatium

a) a:::e c. b) *vox deest* c. c) *vox deest* c. d) vololueram c. e) afrriam c. e*) strupata c. f) inspido c. f*) vestebus c. g) audis c. h) s::::: c. i) lassandum c. k) visitarus c. l) cern:: c. m) introgessus c. n) platum c.

rediit, moxque res quae iam gesserat suis optimatibus propalavit [a], protinusque ipsam videlicet disponsavit. Set non sapiens, set ut fatuus talia gessit; non illius mores set pulcritudinem expiavit. Proinde nempe ad exitum durum pervenit. Libet nos pro qua re vir ducit uxorem, huic intexere ystoriae, ut non pulcritudo set mores quaerantur. Tribus ex causis autem ducitur uxor: prima est causa prolis, de qua legitur in Genesis: *Et benedixit eos, dicens: Crescite et multiplicamini*; secunda causa adiutorii, de qua ibi in Genesi dicitur: *Non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adiutorium*, tertia causa incontinentiae, unde dicit Paulus apostolus, ut qui se non continet nubat. In eligendo marito quatuor res expectare solent, virtus, genus, pulcritudo, sapientia. Ex hiis [b] sapiencia potentior est ad amoris affectum, sicut et feminis mores. Set ipse Sicardus mores minime requisivit. Refert haec quae supra diximus quatuor Virgilius de Aenea, quod hiis Dido impulsa est in amore eius, pulcritudine: *Quem sese ore ferens* [c]; virtute: *Quam forti pectore et armis!* oratione: *He* [d] *quibus ille iactatus fatis* [e], *quae bella exausta canebat!* genere: *Credo equidem* [f], *nec vana fides, genus esse Deorum.* Item in eligenda uxore quatuor res impellunt hominem ad amorem, pulcritudo, genus, divitiae, mores. Melius tamen si in ea mores quam pulcritudo quaeratur. Nunc autem illae quaeruntur, quas aut divitiae aut forma, non quas probitas morum [g] commendat, sicut ipse iam saepe dictus Sicardus gessit. Ideo feminae sub viri potestate consistunt, quia levitate animi plerumque decipiuntur; unde ut aequum erat eas viri auctoritate reprimi. Proinde et veteres voluerunt, feminas innuptas, quamvis perfectae essent aetatis, propter ipsam animi levitatem in tutela consistere. Interim ad ystoriam retexendum ordinem redeamus.

Gen. 1. 28. 2. 18. 1. Cor. 7. 9. Aen. IV. 11. sqq.

68. Rofrit vero dum sua principissa facta esset cognata, in superbia atque in elacione plus magis tumuit, necnon et tirannus omnibus hominibus se ostendebat, et cum Alfano iam dicto abbate in patulo saeperrime conflictabat [h]. Factum est autem, ut ipse Rofrit fuisset missus cum pluris viris per Calabriae simulque per Apuliae fines a praedicto principe, ut vectigalia exinde exigeret. Cumque reversus fuisset, cum magno gaudio ab ipso principe est exceptus; assignavit ei omnem videlicet censum, et ex suo sumpto [i], ut nonnulli ferunt, duocentos detulit solidos, quos illemet neque [k] acquiescere ut eos accipere voluit [l]. Ille vero diu eum obsecrante, eos recipere iussit atque adnectens: *Postula a me quod vis!* At ille: *Nichil aliud meo domino quaero, nisi ut protinus mihi condonet proteccionem, quatenus inimici mei nimirum saeviciam obteri valeam.* At princeps plurima ei iussit offerre arma, inquiens: *Qualem ex his volueris, tolle.* Dum lorica, quae suis placuisset oculis, suo corpori induisset, et spatam suo lateri annexisset, ialeaque [90] suo capiti posuisset, lanceamque in sua manu iniecisset, de intus exiit foras clippeoque baiulante. Dum inusitata res Beneventani cernerent, mirati sunt valde asserentes: *Quid velit hoc esse?* Idem Rofrit: *Arma*, ait, *meus mihi dominus dedit, quatenus attribere valeam inimici mei saevitiam.* Cumque in patulo cunctis audientibus verba talia promsisset, atque Alfani abbati in hunc modum ei relatum fuisset, nimis quippe pertimuit, in tantum ad suos mox coaetaneos suosque sodales amicosque in unum congregaret se, et cum eis consilium exinde iniret. Et consilio inito, quatenus propriam relinquerent urbem atque Neapolim properarent; quod factum est. Cumque Neapolim adissent, a cunctis terrae illius hominibus dilecti sunt valde; et ut plurimi fuerunt ipsi iuvenes qui cum Alfano abbate illuc properaverunt, Beneventanis seu Salernitanis quadringentis fuerunt, inter quos Radoalt cum suo germano Radolfo affuerunt; ipse Rodoalt abavus [l] meus extitit. Ipse saepe dictus Alfanus una cum suis, ut diximus, sodalibus per Beneventanis Salernitanisque fines peragrantes, incendiis rapinisque cuncta quae repperire potuerunt demolientes, iterum Neapolim revertebantur. Cumque, creberrime talia iterarentur, atque obium, equorum vel ceteris animalibus cuneatim Neapolim deportaverunt, atque Beneventanis agricolae denudatione sustinentes, iam omnimodo non valentes, consilium inierunt, quatenus eos cum dolo videlicet superarent; et statim ad eos miserunt, ut cum ipso principe pacem firmarent atque per sacramenta exinde inirent.

69. Dum Alfani abbati delatum fuisset, exinde mox cum suis consilium iniit, ne

a) prolavit *c.* b) *deest c, ubi a vocabulo sap. nova pagina incipit.* c) quam se seu referes *c.* d) E *c.* e) antis *c.* f) equide *c.* g) pro::::::::::orum *c.* h) conflctabat *c.* i) *ita aut* sumptu *c.* k) ::i:: *c.* l) valuit *c.* l) abaus *l.*

90) *i. e.* galeamque.

forte pacifica cum dolo verba ipse princeps illorum transmitteret; atque eisque dicendum miserunt: *Ut minime nos sub eius dicione degimus, nisi prius episcopo sancto, monachosque, presbyteros, dyaconesque, seu nobilissimi viri, exinde nos per sacramenta firmarent.* Cum talia principi Sicardi enunciata fuissent, protinus per paginam scriptam eis misit promendum sacramenta: *Ut dicendum misistis vobis persolvimus.* At speciale Alfano in hunc modum videlicet per epistolam allocutus est: *Iusiurandum vobis facimus, salvum Salernitanam[a] urbem ingrediat, atque mecum de vestro honore consilium iniat. Si vobis comparet in pristinam redire gratiam, ita fiat, sin autem, salvus regrediat*[a]. Dum vero Alfanus talia cognovisset, et putaret, quod non in dolo ipsa verba princeps idem promsisset, unum ex suis vir strenuissimus Salernum misit, quatenus ipsa sacramenta reciperet. Cum vero Salernum introysset, ante optimates qui ibi erant et coram principe pervenisset, ipse princeps, ut erat nequitia plenus, statim accersiri iussit praesulem seu presbyteros id ipsum et monachos, quod ipsum missum, quod abbas Alfanus quaesivit, et totidem sacramento iuraverunt, ut ipse abbas Alfanus salvus ingrederet et salvus regredere faceret. Cum vero Alfano missum redisset, et omnia quae acta gesserat intimaret[b], statim ipse Alfanus cum paucis venit Salernum. Dum portam ipsius civitatis introysset palatiumque properare voluisset, callidus ille Rofrit principi huiusmodi verba depromsit: *Mi princeps, sacramentum completum est; sanus urbem ingressus est, sospes regrediat atque in patibulo suspensus intereat, quatenus nempe fama eius pervolet undique, ut talia committere minime audeat.* Haec cum audisset princeps, turpiter eum comprehendi iussit atque non procul ab ipsa civitate super mare, subtus viam quo ad[c] Nuceriam Veterimque pergit, cavato ligno eum suspendere iussit. Dum vero famuli iussa principis fecissent atque eum nimirum comprehendissent[c*], ipse denique, ut ferunt, valde eos exorabat, quatenus cum eo lente silicet peragerent; atque psallendum usque ad locum pervenit, et sic exitiale morte defunctus est. Atque ut nonnulli ferunt, ab illo tempore gelu glaciesque in tellure videlicet Salerno decidit[d] ad fruges demoliendum.

70. Quaestionem aliquam de periurio libet me huic ystoriae intexere, ut possit quilibet agnosci omnimodo, quam valde sit metuendum spernere iuramentum; atque
91 praeclarissimum[e] doctorem episcopum in medium obiciam Augustinum. Tam[91] magnum peccatum est falsum iurare, ut propter reatum falsae iurationis Dominus prohibuerit omnem iurationem. Cur enim dictum est: *Non periurabis. Ego autem dico*
Matth. 5. 33—37. *vobis, non iurate omnino, nec per coelum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia scabellum pedum eius est, nec aliud quodcumque iuramentum; nec per caput tuum, quia non potes facere capillum tuum album aut nigrum; sit autem in ore vestro: Est, est; non, non. Si quid amplius est, a malo est.* Dicit aliquis: Cum ergo Dominus iuravit, quare dominus Christus suis iurare prohibuit? Dico quare; non est peccatum verum iurare, set quia grande peccatum est falsum iurare, longe est a peccato falsum iurandi qui omnino non iurat. Dominus ergo quod prohibuit iurare? supra ripam te noluit ambulare, ne pes tuus in angusto labatur, et cadas. Aliquando et nolens homo iurat, cum verum putat esse quod iurat; non est quidem tantum peccatum, quantum eius qui[f] scit falsum esse, et tamen iurat. Herodes infelix, ne Deum offenderet[g] periurando, Deum offendit saeviendo. Ecce puella petivit capud sancti Iohannis; quid facere debuit Herodes? Consilium illi demus. Si dixerimus: Parce Iohanni! periurium suademus; si dixerimus: Noli periurare! ad scelus implendum provocemus. Antequam ergo veniatis ad istud: vim incipite, tollite de ore vestro temeritatis iurationem. Occurrit mihi tale exemplum. Iuravit sanctus David, Nabal occisurum se esse; incautus fudit in oracionem et coepit ire, ut faceret[h] quod iuraverat. Occurrit ei Abigail, uxor Nabal, rogavit flexis genibus, flevit amare, sanguinem revocavit. Ecce sanctus David non quidem iratus sanguinem hominis fundit, set eum falsum iurasse negare[i] quis potuit? De duobus peccatis elegit minus, set minus fuit illud in comparacione[k] peioris. Si quis autem te provocaverit ad iurationem, ut sibi existimet satisfieri pos-

*) salarn. c. a) *ita aut* regredias 1. b) intima:::: c. c) pro 1. c*) complehendisset c. d) decedito *corr.* decidit c. e) preclarissu c. f) quis *corr.* qui c. g) offendere c. h) facere c. i) negaret *corr.* negare c. k) comparacion::: c.

91) Quae sequuntur ex Augustini sermone 308. edit. Bened. excerpta esse, Muratorius adnotavit.

ses, si iuraveris[a], de illa re quam te putat commisisse[b], et forsitan facinora maneant in illo mala suspicio, si iuraveris tu non sic peccas, quomodo ille qui te provocavit. Quicumque homo provocat ad iurationem et scit eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occidit, ille animam, immo duas animas, et eum quem iurare provocavit et suam. — Si verum esse quod dicis, falsum esse quod ille dicit, et iurare compellis, et iurat et perit, tu quid[c] invenisti? Immo quia et tu peristi, quid de illius morte satiare te[d] voluisti? At illi quid dicam, quod numquam dixi caritati vestrae. Fuit hic homo simplex quidam bene fidelis a multis nostris cognitus Tutus Limeni vocatus. Ab illo audivi quid dico. Nescio quid negavit ei, vel quod commodaverat, vel quod ei debebatur, et hominis fidei se commisit; commotus provocavit eum ad iusiurandum. Ille iuravit, iste perdidit, set ipso perdente, ille periit. Dicebat ergo iste Tutus Limeni, ipsa nocte exibitum se fuisse ante iudicem in magno impetu atque terrore, pervenisse ad praesentem excelsum quendam et ammirabilem virum, cui parebat officium similis excelsorum, iussum fuisse perturbatum retro revocari, et interrogatus fuisse his verbis: *Quare provocasti hominem ad iuracionem quem sciebas falsum esse iuraturum?* Respondit ille: *Negavit mihi rem meam.* Idem dixit ei: *Et melius rem tuam quae exigebas perderes quam animam hominis falsa iuratione perimeres*[e]. Prostratus iussus est caedi; caesus est tam graviter, ut in dorso evigilantis vestigia plagarum apparerent. Set dictum illi, posteaquam emendatus est: *Parcitur inocenciae tuae; de cetero cave ne facias.* Fecit ille quoddam magnum peccatum, et emendatus est; set multo gravius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem et exortacionem tale aliquid fecerit. Nunc[f] quae ommisimus iterum retexamus[g], et de periurio pauca promsisse sufficiat.

71. Dum vero ipse princeps post factum facinus cum non paucis ex Salernitana urbe foras ad exercitandum deveniret, atque Lirinum[92] fluvium transmearet, Rofrit 92
ille callidus huiusmodi est ei locutus: *Retro mi aspice princeps, et nefandum pendentem cerne Alfanum.* Cum talia ipse princeps fecisset, statim una ex eius suris obriguit, atque ab illo iam tempore sospes exinde minime fuit.

72. Per idem tempus Agarenorum gens cum iam Siculorum provinciam aliquos[h] tenuerunt per annos pervasam, iam fretum conabantur transire, Italia occupandam. Dum vero cum multitudine navium fretumque[i] ille transmeassent, sine mora Brindisim[k] civitatem pugnando ceperunt. Set dum Sicardi factum fuisset cognitum, statim immensam multitudinem Langobardorum coadunare iussit, et dum nimirum in unum sunt congregati, ipse princeps huiusmodi exorsus verba: *Eia mei nimirum fideles, estote*[l] *fortes in bello atque Agarenorum gente nefanda nempe attrita colla sit, in sufragium Dei genitricis virginis.* Atque et haec dicens, non procul ab ipsa civitate eum ipsis pariter properavit, et illis relictis, cum paucis Beneventum revertitur. Cum vero adissent Brindisim astutissima Agarenorum gens, non procul ab ipsa civitate foveas faciunt et se de intus nimirum commiserunt. Dum hac illac catervatim Langobardi denique graderent, ipsi immensam multitudinem cernentes, a foris in patulo minime exiebant. Set accidit, ut una die post prandium tubis clangentes voces magnas emittentes et perstrepentes, Agarenorum exercitu exiit ubi occultas foveas erant atque inibi ad bellum praeparabant; dum nescientibus Langobardis ipsa decipula, forti animo super eos inruerunt, ut eos nimirum attriberent[m]. At illi retro terga dantes, et Langobardi eos sequi non desinens, pars ex eis maxima in foveis ceciderunt; reliqui terga dantes, Agareni eos nimirum necaverunt. Ibi maxima pars Beneventanorum Salernitanorumque vel de ceteris aliis civitatibus perierunt, tantique ibi viri fortes per contentionis[n] malum ex improviso debellati sunt, quanti possent per unum consilium et salubri concordia multa milia prosternerent aemulorum. Cum vero confusi sua arba repeterent[o], atque Sicardus multorum coadunare iussisset hostium, audito hoc Agarenorum exercitu, urbem ipsam in qua morabant igne cremarunt atque Siciliam adierunt.

a) iuraverit 1. b) commisse c. c) qui c. d) sacia:te c. e) periemeres c. f) Hunc c. g) retaxamus c. h) aliquam :::::::::: nos p. c. i) fletum::: c. k) bri::sim c. l) extote c. m) att::::::t c. n) contentencionis m. et c. o) repeteterent corr. repeterent c.

92) cf. Erchemperti cap. 3.

837. 72* Circa haec tempora Amalfitanus populus Salernum per vim transvectus est in hunc modum, sicuti subsequens sermo declarat. Facta est non minima dissensio inter utrumque populum, Amalfitanum videlicet et Salernitanum. Itaque dum sui regni gubernacula praefatus princeps moderantissime gubernaret, et primi civitati eius consilio et fortitudine summa pollerent, quidam Amalfitanorum maiores natu linquentes natalem solum, se huius dominatum sponte propria subdidere. Qui cum ab eo infinita dona perciperent, missis clam nimirum epistolis atque blandeque suos semper affines atque germanos monebant, quatenus propria linquerent et ad praedicta dona quanto cicius festinarent. Qui cum talibus, ut dictum est, diu monitis iterarentur, nequaquam huius rei acquiescere maluerunt. Interea factum est, ut Tireni aequoris insulas Ausoniaeque[a] universa loca idem princeps circuiret, quatenus corpora sanctorum, quotquot invenire posset, Beneventum devitum cum honore deferret; atque per idem tempus ex insula Liparitana Bartholomaei beati apostoli corpus Beneventum cum magno tripudio deferri iussit. Cum talia Amalfitani cernerent[a*] et metuerent, ne forte a propria frustrarentur[*] patrona, silicet sancta Trophimenis[93], qui in portum Reginum[94] illo denique tempore eius sacrum corpus degebat, plebem iam dictam in consilium, dantes operam natu maiores Amalfitanorum, antequam ipsa civitas[b] ab inclita[c] Langobardorum gente desolarentur, ablata est a propria aula. Nautica[d] pinus cum ingenti honore Amalfiam deveniunt, atque in ecclesiam beatissimae virginis Mariae eius sacrum corpusculum[e] honorifice collocaverunt. Set dum eius sacrum corpusculum Amalfiam transvectum fuisset, una mulier impudentior ceteris ex menbris illius fecit rapinam, furtimque quaeque poterat diripuit. Expleto igitur octavo diei cursu, in tempesta noctis, quando sopore gravi corpora fessa premuntur, in extasi Petrus Amalphitanus episcopus positus, videns in visione iam dicta martire Christi rubicunda pallio coopertam atque compellacionem minaci dicentem: *Cur, episcope, meum temere tumulum ausus es violare, pariterque meum cunctis corpusculum revelare popellis, et ex corpore meo quosdam artus violenter divelli? Nempe quia nullus pudor mei ergo fuit, scias te proximo mori[f] cadaverque tuum ex sepulcro expellendum.*

73. His namque praemissis, cum non multo post ipsius terrae desolacionem immineret, Langobardorum falanx[g] cum magna audacia a praedicto Sicardo principe absoluta[h] Amalfiam[95] devenit, atque ipsa civitate sine humani sanguinis effusione est silicet capta ac depopulata. Huius siquidem civitatis loca dum hac illac lustrando pergerent[h*], circumirent cubiculorum penetralia et aditus ecclesiarum, si forte thesauros occultos invenirent, praesertim cum opibus plurimi essent ditati, tandem aliquando veniunt ad locum, ubi episcopus e vicino sepultus iacebat; qui dum sperare ob fabricae recentis obstacula, quod in praesulis tumulo aurum argentumque laterent, confrangentes inveniunt episcopi cadaver iam foetidum[i] in monumento, compage corporis et pene membris omnibus solutum. O incomprehensibile Dei iudicium! Turba omnis retro cohacta est, et sepulcrum dimissum est patens. Peracto igitur excidio, cunctisque moeniis dirutis civitatis, adhuc ibidem civibus commorantibus, canes rabido ore latrantes, maturo cursu currentes abstrahunt ex tumulo praedictum cadaver episcopi, uti baticinatum fuerat a sancta Christi martira ac eidem episcopo hac revelatum, quod omnia super minime diximus.

74. Langobardi denique omnia, quae in ornatu illius ecclesiae ac illorum aedibus invenerunt, diripientes, necnon sacratissimum corpus sanctae martiris Trophimenis secum nimirum gestantes. Ita factum est, ut per circuitum cuncta depopularentur, non solum civitatis munitio intrinsecus, set eciam extrinsecus praedia cuncta concussionibus[k] subiacerent; et sic magno tripudio Salernum perveniunt, atque iam dictum sanctum corpusculum per iussionem iam dicti principis cum debito honore Beneventum perducitur. Revera dum una conterentur unusque fieret populus Salerni-

a) au romeque *corr.* ausoniaeque *c.* a*) cerneret *c.* *) frustar. *c.* b) civitatas *c.* c) inclipta *c.* d) Natica *c.* e) corpuscum *c.* f) merito *c.* g) falans *c.* h) absolutam *c.* h*) pergeret *c.* i) fetidumdum *l* k) concssionibus *c.*

93) Ista ex Actis translationis uberioribus desumta esse, advertit Muratorius. cf. Ughellium T. VII. 94) hodie Minori, haud procul ab Amalfi. 95) Surrentum quoque a Sicardo sed frustra obsessum memorat scriptor Vitae S. Antonini abbati Surrentini N. 12 sqq. Mabillon Acta SS. IV. I. p. 421.

tanus Amalfitanusque, et ipse princeps conabatur, quatenus Salernitanis cum Amalfitanis inter se inirent conubia, ut unum efficerentur populus, donisque plurimis utrique augerentur, tamen poenitudinem moti ob Langobardorum stropham, qui eos principi concusabant[96], quod duci Parthenopensi quidam Amalfitanorum flecterent capud. 96

75. Dum talia peracta fuissent, id ipsum eminentissimum suum germanum Sikenolfum Beneventani concusare[a] coeperunt, addentes, quia omnimodis satagens, quatenus honorem principalem arripiat. Qui dum huiuscemodi dicta princeps Sicardus audisset, immo incuntanter talia credidit, et omnimodis conabatur, qualiter eum de iam dicta gloria deviaret. Quid multa dicam? Eum comprehendi iussit atque eum invitum clericum fecit; feruntque alii, ut dyaconatum honorem eum per vim silicet sublimasset, necnon et euangelium in ecclesia eum legere fecisset, et postremum vinctum illum Tarentum[b] misit, et in ardua custodia retrudi iussit, quae fuit holim ad re- 834.
ceptum pluviale aqua constructa, quae nos cisternam[c] nuncupamus.

76. Hiis ita patratis, princeps idem cum non paucis suis fidelibus ludus causa seu arte venationis in praedio Labellaniensi devenit. Qui dum ibidem morarentur atque sua coniuge ibidem ascire fecisset, atque saeperrime exercitandum cum suis iret, una die accidit, ut principissa sub tentorio resideret atque in conca argentea pedes lavaret. Factum est, ut ante iam dictum tentorium quidam vir nobilissimus cum famulum suum transiret, atque verso capite eam denique vidit. Dum illa denique cognovisset, ut eam nudis pedibus vidisset, mox talia suo viro intimavit adnectens: *Si ilico exinde me non vindico, morti incumbo.* At princeps ait: *Exinde fac, ut comparet voluntati tuae.* Illa potestate accepta, statim famulos suos clam Beneventum misit, quatenus iam dicti viri uxorem cum verecundia ad eam asscirent[c*]. Dum famuli eius talia fecissent atque usque ad suras vestimenta abscidissent, eamque adduxerunt[d] ubi tentoria ficta* degebant, dum eam cernisset principissa, ipsa statim per tota castra deportare iussit. Cum deportata fuisset ad locum ubi vir eius manebat, atque cum suis coaetaneis ad tabulam ludebat, protinus suus germanus[e] huiusmodi ei adlocutus: *Mi frater, aspice et dedecus tuae coniugis cerne!* At ille nil ei respondit; erat enim ardens in animo suo, atque ipsam ad tabulam ludebat et minime eam videlicet vidit. Alia nempe die princeps idem, ut* mos est, cum suis optimatibus cum accipites iuxta aquosa loca gradiebant, quatenus quaslibet aves caperent. Qui dum accipitem suum, ut fama est, mitteret et unam cruribus longibus avem captasset, ad castra reversi sunt. Dum temptorium ipse princeps adisset, vir ille, cuius uxore foedata fuit, hac illac discurrebat, quatenus inveniret virum qui eum adiuvaret ad vindicandum suum dolorem. Set cum non paucis de ipsa re ad illum adnecteret et vicissim inter se exinde sermocinarentur**, factum est, ut Nanningo inde transiret. Quem cum eum vidissent, protinus eum vocaverunt atque ei omnia intimaverunt. Ille ut talia audiens nimis gavisus est adnectens: *Nisi extimplo talia committimus, statim eius dicioni illud videlicet intimabo.* Illi vero statim ad eius tentorium venerunt, atque abstracto gladio, non paucis plagis eum videlicet peremerunt. Ferunt namque nonnulli, quod dum ipsi tentorium introyssent et ipse princeps Nannigonem ibidem cernisset, taliter fertur dedisset responsum: *Misericordiam*, ait, *Nannigo nunc mihi facite.* Ille denique respondit: *Mihi minime mea facinora Deus indulgeat, si ego indulsero tibi!* Et sic evaginato gladio, eum penitus sauciavit, atque nimirum 839.
de hac vita extinxit. Suam coniugem, Adelchisam nomine, de qua iam supra diximus, cum verecundia[97] consanguineos suos Beneventum deducunt. Et merito; per vim illa 97
suumque virum multa incomoditatem aliorum intulerunt; necesse fuit, ut quandoque et ipsi peiora horum perciperent. Asserunt[f] plane non pauci, et verius est, quod ipsa Adelchisa filia fuisset Dauferii, qui cognominatus fuit Mutus propter impeditionem[g] suae linguae, et vivente princeps Sico suum filium per ordinem, quod supra diximus, Sicardum eam videlicet uxorem[h].

77. Igitur dum Sicardus fuisset extinctus, Beneventani quendam[i] Radelchis[k] principe sublimarunt; tenuit principatum totum fere duobus et dimidium annum. Set ut mos

a) concucasere *c.* b) terentum *corr.* tarentum *c.* c) nostisternam *corr.* nos cisternam *c.* c*) assciret. d) adduxerunt *c.* e) gernus *c.* *) *deest c.* **) s—retur *c.* f) A::::u:: *c.* g) impeditiorem *c.* h) *scilicet* dedit. i) quedam *c.* k) radechis *aliquoties c.*

96) *i. e.* accusabant. *) *i. e.* fixa. 97) *i. e.* dedecore.

est principibus seu regibus, in sui inchoatione honoris plures ex una urbe ideneos viros exturbant, sic ille conatus est facere atque non paucis ex Beneventanis exiliando, inter quos Dauferius cognominatus Mutus cum suisque natis, atque[a] in finibus pervenerunt Nuceriam in loco ubi Forma dicitur.

78. Comperta igitur evidentius principis morte, populus Amalfitanus ilico sanctuariis Dei ornamenta diripientes, igneque subposito antiqua civitatis moenia concremantes, cum ingenti[b] gaudio ad propria sunt reversi. Agebant vicissim inter se: *Ille qui nobis opes[c] varias tribuit habundanter, extinctus est; veniet ignotum nostrum alium, in servitutemque nos videlicet opprimet, filiasque nostras tollet et suis servis dabit.* Proinde Salernum liquerunt atque propria redeunt, atque, ut diximus, opes varia abstraunt, ditatique sunt valde, quia illo tempore per sua praedia Salernitani degebant, et mensis Augusti illo tempore percurrebat; proinde talia Amalfitani videlicet operarunt.

79. Exiliati interea dum aliquo tempore perdurassent, novissime iam dictus Daufe-
839 rius una cum Guaiferium Maioque[d] suis filiis clam legatione Salernitanis mittunt, asse-
840 rentes: *Tam praeclarissimam civitatem, qualem vos obtinetis, et sub ditione Beneventi persistitis, valde etenim videtur esse ignavia! Si vestrae nobilitati comparet, clam Tarentum[e] mittamus, quatenus annuente Deo Sikenolfus illuc accersamus[f] ipsumque principem sublevemus, et nobis vobisque tunc felicius fore, cum tantae dignitatis fastigium optinemus.* Dum in hunc modum relatum Salernitanis fuisset, exinde gavisi sunt adnectentes: *Talia valemus minime facere, nisi si suffragium Amalfitanorum optinemus; forsitan per mare ipsum videlicet furamus.* Quapropter Amalfiam miserunt, necnon per epistolam in hunc modum verba promserunt: *Incendia, rapinis, aut qualiscumque incommoditate in nostra urbe gessistis, fiat vobis dimissum; unum est quod petimus tantum, ut secrete[g] omnimodis nobiscum decertetis, forsitan Sikenolfus germanus defunctus[h] nostri principi erga nos optinere valeamus.* Ut talia Amal-
98 fitanus populus comperit, valde gavisus est, atque ut id fieret omnimodis gradiebatur[98], et inter se iusiurandum exinde sunt firmati; et partim Salernitanis partimque Amalfitanis navim ascendunt iterque arripiunt. Set cum Tarentum adissent, partim ex eis urbem ingressi sunt, partim in nave relicti sunt. Dum mixti Salernitani cum Amalfitanis per civitatem illius plateis graderentur, necnon mercimonia secum nimirum gestantes, fictilia vasa sive alia qualibet re, et tota die properarentur[i] quasi negotiatores, dum finem diei data fuisset, illi, ut diximus, hac illac vagabantur quasi incerti, et huiuscemodi emittebant voces, quatenus aliqui[k] eos darent mansionem. Set dum approximassent ubi ipsi carcerarii degebant, voces claras emittebant. Haec aures carcerarii aurientes, id ipsum et ipsi voces emiserunt asserentes: *Scopis mundatam domum nimirum habemus; venite et hac nocte hic manete, et quolibet munus exinde date.* At illi dixerunt: *Et vobis damus munera et grates referimus multas.* Dum illorum domum Salernitani Amalfitanique ingressi fuissent, statim plures numismatibus carcerarii dederunt dicentes: *Ad forum pergite, dapesque nobis emite necnon et praecipua vina[l] diversisque pocionibus, quia valde sumus fessi longo ytinere gradientes.* At illi accepto precium, adhierunt forum. Erat[n] tunc ipsa civitas opulentissima minimeque ab Agarenis adhuc attrita. Qui dum carcerarii remeassent, deferentesque secum vina praecipua variaque pocionum genera cibariaque optima. Cum vero Salernitani cum Amalfitanis carcerariique simul recumberent atque vicissim, ut mos est, verbis protelarent[o], Salernitani Amalfitanique hac arte carcerarii deluserunt. Pocula aqua implebant, et ipsi eam videlicet propinabant; carcerarii putantes, ut sicut hii de vino biberent, similiter vina[p] optima et ipsi nimirum potabant. Et dum essent valide temulenti madidisque[q] omnimodis, talis fertur verba promsisse: *Nos opprimit sopor, iam denique dormiamus.* Salernitani agebant: *Iterum optimum vinum potemus.* Illi iam demens effecti dixerunt: *Nimirum sic faciamus.* Statim adlata[q] sunt vascula plena, at illi fundifus ea quippe potarunt et ibidem in terram ad dormiendum se prostraverunt. Dum vero Langobardi Amalfitanique talia

a) *locus rasus* c. b) ingeniti *corr.* ingenti c. c) *add.* qui 1. d) maloque *corr.* maioque c. e) terentum c.
f) *ita aut* accersire c. g) *ita ed.* se::: c. h) defuntus c. i) properarentur 1? k) aliqui::: c. l) uina uina 1.
n) erant *corr.* erat c. o) uerb:: protelare ::: c. p) una c. *fortasse* una. q) madisque c. q) ablata c.

98) *i. e.* placuit; *gradisce* Itali hodie dicunt.

cernentes, e vestigio cum omni sollicitudine, arte[a] qua poterant, carcerem ingrediuntur Set cum Sikenolfus talia comperisset, pavor opprimit eum; putabat nempe, ne forte aemuli eius essent, qui eum saepe nimirum angebant. Set dum ei Salernitani omnia intimassent, et quare ad eum venissent, recepid vires. Sic denique Dei nutu foras eum abstrahunt et mature ad navem deducunt, atque cum omni nisu satagebant, quatenus Salernum in proximo adirent. Quid multa dicam? Annuente Deo sulcantes aequora, mare tranquillo obantesque Salernum veniunt, atque ipsum Sikenolfum principem sublimarunt.

80. Adelchisi Rofrit filius apud Beneventum omnimodis satagebat, forsitan aliquo modo principalem honorem invaderet; et suum cognatum Landolfum, comite Capuano, exinde eum videlicet omnimodis adiuvabat. Factum est una die, ipse Adelchisi valneum perrexisset, atque cum non paucis sui coaetaneis iuvenibus palatium adissent; cum eos cuneatim[b] per palatium principis Radelchisi gradientes conspicerent, valde iratus est, atque cum saevitia taliter fertur verba promsisset, inquiens ad suos: *Protinus gradite, atque cicius nimirum comprehendite, moxque per fenestras palatii foras dimittite, quatenus lapsu[c] ex alto sine mora intereat.* Cum vero suis famulis talia fecissent, atque iam dictus Landolfus talia[d] cernisset, excusationem moxque intulit, inquid: *Subitaneus dolor praecordia mea nimirum invasit.* Atque curvus[e] per palatium gradiens, quasi minime recte ambulare valeret, sic usque ad suam pervenit domum, moxque ascenso equo, cum non paucis suis fidelibus Capuamque properavit; agebat quippe: *Nequaquam sinet me Deus habitare in urbe, unde de alto homines praecipitantur.*

80ª. Sikenolfus dum talia audisset, statim Landolfo intimandum direxit, quatenus cum ipso pacem iniret. Ille vero ut talia audiret, valde gavisus est, atque ei in responsis omnem voluntatem silicet adimplevit. Id ipsum Aggerentiam Cumpsamque intimandum misit, quatenus suus cognatus Ursus, qui praeerat Cumsinis, necnon suum alium cognatum Radelmundum, qui et ipse illo in tempore Aggerentinis praeerat, venirent et eum ad obtinendum Salernitanum principatum omnimodis adiuvarent. Illi talia audientes, magno gaudio sunt exinde repleti, moxque cum suis Salernum venerunt, et principi Sikenolfi iusiurandum iurarunt. Ut talia Radelchisi Beneventanis princeps comperit, nimis iratus est, omnisque Beneventanis furore repleti sunt, necnon et ad bellum sunt praeparati, annectentes: *Nituntur nobis iugum imponere in cervicibus nostris; pugnemus, qualiter colla attribere valeamus; nostri denique incolae adversus nos consurgere autumant[f]!* Vereor ne[g] a quodam sophista reprehensionem habeamus. Incolae sive advenae utique adventicii perhibentur, quae cuncta ex vocabulo Graeco quod est hapicon[99] in sacris litteris habemus interpretata. Ex his derivantur nomina incolatus et inquilinatus[h]. Trahit autem inquilinus sicut et peregrinus nonnunquam dativum casum, ut Augustinus[i] de reprobis: *Sunt autem et ipsi peregrini et inquilini non huic terrae set populo Dei, a quo sunt alienigenae.* Haec me dixisse sufficiat, nunc quae omisimus delicatius perquiramus. 99

80ᵇ. Radelchisi collecta multitudine hostium — et, ut plurimi ferunt, cum equitibus viginti duo milia fuerunt — Salernum pervenit. At Salernitanis, Capuanis, Aggerentinis, necnon et Comsinis et Amalfitanis, cum magno apparatu exierunt obviam eis, et haut[h*] procul a Salernitana civitate[i] bellum nimirum inchoarunt. Set Sikenolfus princes cum ceteris suis forti animo pugnantes, undique et Beneventanis inferebant denique clades; atque non paucis ex eis sauciati in terra prostrati sunt, et non exiguis ex eis extincti sunt. Dum Beneventanum exercitum suorum interitum conspiceret, in fugam conversus est, relinquentesque omnem superlectiles, vix ex eorum manibus absque armis fugierunt. Set dum Salernitani eos persequi non desissent, plurimi ex eis comprehenderunt, atque cum magno triumpho propria reddiunt afferentes[k] secum spolia multa, ditatique sunt valde. Id ipsum Sikenolfus[l] valido exercitu congregans, sine mora Beneventani fines invadunt. Set dum Beneventani fuissent cognitum, repente ex urbe egressi sunt, contra

a) arta 1? b) cuneatim c. c) lapsum *corr.* lapsu c. d) fecisset *scripsit sed delevit* 1. e) corvus 1. f) utumant c. g) vereorme c. h) inquinatus c. h*) aut c. i) in Rota *Pratillus addicit, loco ab oriente Salerni.* k) ::::: c. l) sikelfus c.

99) *i. e.* ἄποικος. 1) Enarr. in Psalmum 118. Opera ed. Froben. VIII. p. 1340.

Salernitanos totis viribus pugnaturi perveniunt. Dum utraeque acies approximassent, moxque bellum inchoant, tandem Salernitani terga dantes, quamvis ex eis non pauci sauciati, suas repedant fines.

81. Cum vero talia peracta fuissent, non dissensio parva inter Salernitanam Beneventanamque civitatem exorta est[a], atque vicissim[b] inter se denique saeperrime consurgebant. Set dum creberrime talia iterarentur, audito hoc Agarenorum gens, generalem
841. faciens monicionem, Calabriae finibus adiunt circumque loca pervadunt, Tarentum veniunt eamque sine mora ceperunt; id ipsum in Apuliae finibus perveniunt, pene omnes civitates Apuliae depopularunt, homines, qui ad instar[c] segetum excreverant, succidunt. Comperta eorum fama, Salernitani ac Beneventani statim, ut unum principem aliud superaret, Agarenorum legationem mittunt, quatenus cum eis foedus inirent. Illo denique
1 tempore super Agarenos quidam Satan[1] praeerat atque in civitate Barim denique residebat. Alius Agarenus, Apolaffar nomine, Tarentum deiebat, et ipse illo in tempore Agarenorum qui in Calabriae finibus demorabant praeherat[d]. Cum conspiceret a Langobardis pro pacis foedere alternatim vehementer exflagitaret, plus eorum colla silicet obdurabant, atque in hunc modum Beneventanis legatis verba promserunt: *Vobiscum omnimodis pacem inimus, set cum Salernitanis minime foedus videlicet intremus.* Hoc autem dicebant, quatenus eorum terra depraedarent[e] valerent; quod factum est. Dum vero copiosa multitudo plebis Agarenorum Beneventum venisset, et princeps Radelchisi eos cum honore recipisset, statim per Salernitanas fines eos denique misit. Dum mixti Beneventani Agarenique nimirum graderent[e*], omnes quos inveniebant nempe debilitabant, et quicquid reperire poterant demoliebant. Set dum Agarenorum gens absoluta a Radelchiso Apuliam reversa fuisset, statim Sikenolfus princeps sicuti auribus audierat, ut Radelchisi Beneventanis princeps non parva thesauri copia et ecclesiae Dei genitricis Mariae abstulisset atque Agarenique ipsum silicet condonasset, sic idem Sikenolfus[f] ecclesiam Dei genitricis sedis Salernitanae ingressus est, atque ex ea auri copia abstraens, Tarentum ipsum videlicet misit, quatenus Apolaffar ipsum daret, eumque vehementer exflagitaret, qualiter Salernum cum non paucis veniret. Set dum fuisset factum, mixti Salernitani cum Agarenis per fines Beneventanos peragrant incendia, atque plurimos hominum enecant. Pene non procul a[g] Beneventani civitate perveniunt, omniaque diripiunt, Salernum videlicet redeunt. Dum vero una die princeps Sikenolfus cum ipso Apolaffar ad exercitum foras devenissent, necnon vicissim inter se, sicuti mos est, cum equitibus consurgerent, atque exinde utrique gauderent, Salernum nimirum remeant. Set dum scalas palatii adiissent per eamque ascendere maluissent, princeps Sikenolfus cum ipso nimirum ludebat, atque apprehenso eius brachium, nisu quo valuit super gradum in quo stabat[h] altius eum elevans, eumque in tertio superiore gradu deposuit, amplexatus est eum et obsculavit. Ille vero[i] alta exinde trahens suspiria, tandem in
2 voce erupit: *Ab hodierna die minime habebis amicum, quia probasti[2] illusistique mihi.* Extitit[k] denique ipse Agarenus statura pusillus, et animo et viribus pollens. Dum ille princeps ageret et diceret: *Quia non in dolo set pro dilectione talia gessi,* ille per Deum coeli iuravit, ut minime iam cum ipso foedus iniret. Statim cum suis ex urbe egressus est, callem quam reliquerat iterum repedavit, Tarentumque silicet remeavit. Ilico Beneventum misit, quatenus cum principe Radelchiso foedus iniret. Ut talia Radelchisi audiens, valde gavisus est, atque id fieret omnimodis gratulabatur, et nimirum inter se sunt foedus uniti, moxque cum paucis Apolaffar adiit Beneventum. Cum vero Beneventum venisset, cum magna sublimitate eum Radelchisi suscipiens, necnon iusiurandum inter se sunt nimirum firmati; statimque Tarentum misit, ut totum suum exercitum cicius fines Salernitanas invaderent atque funditus eam subverterent. Ut talia
3 Agarenorum intimatum fuisset, protinus Salernitanas fines adiunt, et quicquid repperiri poterant, nimirum demoliunt, perveneruntque pene fluvius qui Tuscianus[3] dicitur, hac illacque discurrentes vastantesque omnia, et homines quotquot repperiri poterant denecantes, aliosque secum gestantes; et sic cum magno gaudio propria redierunt, spolia multa secum nimirum gestantes.

a) c. e. est *iam erava, leguntur in edttis.* b) vicissimi *c.* c) istar *c.* d) *in margine secunda manu additum.* e) depredare:: *c.* e*) graderet c. f) sikelfus *c.* g) ab *corr.* a *c.* h) incustabat *c.* i) uo *c.* k) :::::: *c. an* Habebat?
1) aliis Seodan. 2) *i. e.* probrum fecisti. 3) a meridie Salerni mari iungitur. PRATILL.

82. Comperta igitur evidentius Sikenolfus Agarenorum adventu, ilico strenuissimos suos[a] optimates aliquantos silicet tollens, ad suum cognatum Guidonem, qui illo in tempore Tuscis praeerat, mittens, quatenus sine mora veniret suumque cognatum ab oppressione silicet Agarenorum liberaret. Ut relatum comiti Guidoni in hunc modum fuisset, statim cum valido exercitu Salernum venit; et statim utrique cum suis cum 843. magna audacia veniunt Beneventum; et dum muros civitatis properassent, unum ex Salernitanis in hunc modum verba depromsit: *Ubi est,* inquid, *ferrarius vester, aut quid agit?* Cui protinus est ei responsum: *Forfices finxit, quatenus clericum vestrum tondat!* Ipse Radelchisi aliquando in adolescentiae suae tempore, cum aurificis[b] plurimis Beneventum haberet, eorum domos peragrabat[c], qualiter exiguum saltim ex ipsa arte didiceret, sicuti mos est quippe iuvenibus; set quantum ad genus pertinet, illustrissimus et ex magno stegmate fuit nimirum hortus. Tusci[d] plane necnon Spolitinique simulque Salernitani undique Beneventum circumdant, creberrime fortiter eam videlicet expugnabant, omnia extra urbem ferro et igni devastant, qualiter eam attribere suorum viris valerent; set Beneventi Agarenique de intus fortiter resistebant.

83. Factum est, ut una die Agarenorum Apolaffar ad portam ipsius civitatis staret atque Tuscorum Spolitinorum Salernitanorumque hic inde per tutissima[e] loca deambularet, castraque illorum silicet exploraret, et quotquot conspiceret extra castra graderet, ilico cum[f] suo armigero Alim nomine super eos irruebat, atque plurimis ex eis in terram videlicet prosternebat. Cumque saeperrime talia ageret, necnon multorum ex eis quippe sauciaret atque iugularet, factum est, ut Guido cum suoque armigero, Fraumisi nomine, ubi ipse Apolaffar stabat inde transiret. Set dum eum Apolaffar vidisset, minime erga eum consurgit; set mox Radelchisi acclamans et in verbis talia dixit: *Per Deum magnum,* sicuti iurare solitus erat, *si cras talia peragit Guido qualia hodie gessit, vinctum in hac urbe cras illum tibi demonstro!* Cui protinus Radelchisi: *O si talia ego cernissem, vestraeque virtuti triumphum accresceret et nostrae patriae salutem adveniret!* Alio die mature ad locum praedictum Apolaffar cum iam dicto suo armigero venit, et Guidonem videlicet expectabat. Dum ex more Guido cum iam dicto armigero iuxta civitatem moeniae hac illacque graderet, quatenus inveniret locum ubi suis pugnare valeret, Apolaffar eum videlicet vidit; atque ascenso equo optimo, una cum suo armigero a tergo Guidoni denique venit, atque absente[g] Guido[1] cum magna virtute super eum irruit eiusque calea[2] forti yctu percussit, eamque super faciem illius obduxit, ita ut minime videre valeret; apprehensoque equi retinaculum[h], celeriter eum Beneventum ducebat, et armiger eius retro saepissime Guidoni equum astis tundebat. At ille vero in extasi denique erat, et quid ageret penitus ignorabat. Set praedicto Guidoni armigero dum talia cognovissent, moxque equum quem super residebat cum calcaribus[i] nimirum cruentavit, atque super Alim, Apolaffar armigerum, cum fortissimo animo venit, et eum nisu quo valuit corpus illius lancea perforavit. Ut suum armigerum Apolaffar extinctum[k] vidisset, protinus Guidoni equum reliquid ipsumque Guido cum lancea quae manu gerebat in pectore forti yctu percussit, perforavit eius lorica, et exiguum eum in pectore sauciavit. Dum vero Guido relictus fuisset, atque in pavore simulque minime cernere, eius equum nimirum Apolaffar sequebatur; set suum armigerum eius antecedit equum, eumque in fronte percussit, retro eum sine mora compulit ire. Et dum sauciato Guido castra repeteret, ilico ad eum omnis populus fluxit atque singillatim eum percontabant de insolita re quae acciderat. Ipse vero responsum minime eorum reddebat, set dum seriatim[l] ab eius iam dicto armigero nuntiatum fuisset, protinus armis arripiunt totisque viribus pugnare ipsa nimirum urbe coeperunt, in tantum ut non pauci ex ea urbe vulnerati atque aliquanti extincti sint. Hiis ita gestis, ortus est vesper et iam fessi tentoriae redierunt. Alio vero die Guido una cum Sikenolfo ceterisque aliis optimatibus inter se consilium iniunt, quatenus Guidoni foedus[3] ulciscere valeant. Set dum simul sunt congregati, ipse Guido tunc promsit talia verba: *Dicite,* inquid, *mei fideles meosque consanguineos, quid faciam de verecundia quae*

a) *addit sed delevit* viros *c.* b) arificis *c.* c) peragravabat *corr.* peragrabat *c.* d) Tuscis *l.* e) tussima *c.* f) *deest c.* g) abscente *c.* h) retinacum *c.* i) calcarilibus *c.* k) extinctitum *c.* l) seratim *m.*

1) *i. e.* haud animadvertente Guidone. 2) galeam. 3) *i. e.* dedecus illud Guidoni illatum.

mihi nimirum hodie accidit? At illi[a] nempe huiusmodi verba promserunt: *Tamdiu quippe urbem hanc cum diversis machinis expugnemus, donec per vim eam nostris viribus*[b] *videlicet optineamus, eamque funditus depopulemur, tuumque foedus nos pariter ulciscamur.* Comes inquid: *Nequaquam talia faciamus, set antea legationem illis prorsus mittamus, quatenus Agarenos statim in nostra ditione committant. Si* 4 *rennuunt talia facere, quod effastis*[4]*, omnimodis facere satagamus; et si nostrae voluntati optemperant, Agarenorum silicet colla truncemus et cum eis pacem denique iniamus.* Dum legati Guidoni civitatem ingressi fuissent, necnon principi Radelchisi omnia quae praediximus intimassent[b*], ille cum suis exinde consilium iniit, et inito consilio, legati depromsit talia dicta: *Re quam poscitis nequimus talia*[c] *facere hodie; cras omnimodis satagemus, quatenus vestram voluntatem adimplere valeamus.* Die autem alia in stratu in quo Apolaffar dormiebat armatos milites misit, eumque comprehenderunt et ad portam civitatis eum nudis pedibus detulerunt. Dum eum nudis pedibus Radelchisi vidisset, mox talia verba depromsit, ad suos inquid: *Nudis pedibus eum deferitis?* At Apolaffar verso capite torboque aspectu promsit talia dicta, sputo contra Radelchisim proiecit, inquid: *Non habes curam de capite meo, de pedibus meis perquiris?* At ille cum rubore mox inde se movit, et ipsum Apolaffar cum omnibus suis subditis ad Guidonem silicet misit; ille vero statim eos puniri iussit.

84. Dum talia peracta fuissent, Beneventani una cum suo principe de intus veniam poposcebant, munera necnon plurima promittebant; Sikenolfus exinde omnimodis satagebat, ut minime Guidonem ad sensum illorum cordemque inclinaret. Id ipsum iterum atque iterum talia gestare maluerunt, ut propria ipse Guido reverteretur; set minime illorum videlicet annuit preces. Set dum cernerent Beneventani, ut minime postulationes eorum augeret, mille promittunt solidos, tantum ut medietatem quam Sicardus tenuerat[d] Radelchisi cederet[e] et medietatem Sikenolfi iuris nimirum traderet. Hoc
819. autem audito, Guido exinde cum suis consilium iniit, qualiter exinde ageret, eis silicet indicare. Illi vero hunc modum verba promserunt: *Prolixim tempore huc nimirum morabimus; si vestrae eminentiae comparet, iam propria revertamur, atque inter se alternatim spaciosam dividant terram, quia amborum silicet sufficit atque eorum subditis.* Dum vero omnia Sikenolfi fuisset cognita, ilico talia fertur promsisse responsum: *Omnia quae vestrae sublimitati comparet, nos ilico talia adimplemus. Volueram ego principatum videlicet optinere, quemammodum genitor germanumque meum dominaverunt; nunc vero qualia vobis comparet, taliter peragamus.* Statim id ipsum Beneventum miserunt, qualiter Radelchisi in hunc modum verba praedicerent, ut citius principatum ipse cum suis nimirum dividerent. Moxque cum suis Radelchisi consilium iniit, quatenus ipsum principatum dispertire valerent; set nequibant mox talia videlicet adimpleret. Protinus unus ex Beneventanis, Toto nomine, huiusmodi verba depromsit: *Quid meis iuris*[f] *ad optinendum traditis, si venturam hanc noctem ipsum dispertio denique?* At princeps: *Nequaquam tuis acquiesco sermonibus, quia omnimodis minime talia adimplere valebis.* Id ipsum omnisque populus huiusmodi verba promebant. Idem ipse Toto: *Tantum ut iam dixi id mihi dabis, si ego quid pollicitus sum adim pleo?* Idem princeps ait: *Pete, quod vis.* Ille vero quoddam castellum ab eo exposcit. Idem princeps: *Facile res postulasti, at tamen si perficis*[g] *quod promsisti, statim illum iuris tuis illum nimirum trado.* Ille namque, ut erat astutus, ipsa nocte mirabiliter perfecit[h] illud, matureque surrexit, palacium adiit, et omnia quae gesserat eorum
5 silicet intimavit, adnectens: *Si placet, his finibus terminatur*[5]*:*

Inter Salernum et Beneventum, Tarentus, Latinianus[i], Cassanus[k], Cusentia, Malbitus[l], Anisunianus[m], Comsa, Montella, Rota, Salernus, Sarnus, Cimiterio, Furkle, Capua, Tyanum, Sura, et medius castaldatus Acerentinus, qua parte coniunctum est cum Latiniano et Compsa. Inter Beneventum et Capuam sit finis ad sanctum Angelum ad Car-

a) illum *corr.* illi c. b) *addit sed delevit* eam c. b*) intimasset c. c) *del.* c. d) tenerat c. e) cedere c. f) uris c. g) superficis c. h) *locus rasus in* c. i) latin::::, *ut videtur* latinius. k) ssanus c. l) laynus c. *Casin.* 353. m) :nisunian::: c. lucania c. *Casin.* 353.

4) *i. e.* effati estis. 5) Pactum Radelchisi et Siconolfi ope codicum Casinensis N. 353 et Vaticani N. 5001. in Legum tomo post edicta regum Langobardorum edituri sumus. Hic pacti eius capitum 9 et 10 pars refertur.

ros, et perexiens per serram Montis Virginis usque ad locum qui dicitur Fenestella. Inter Beneventum et Salernum sit finis ad locum qui dicitur ad Peregrinos, ubi est ex utraque parte 20 miliaria; inter Beneventum et Cumpsem sit finis ad ipsum staphilum ad Frequentum, ubi ex antico viginti miliaria sunt per partes.

84[a]. Dum talia princeps Radelchisi una cum suis proceribus audissent, mirati sunt valde, atque inter se exinde invicem nimirum conloquebantur[*] asserentes: *Quis temerarius talia ausus est promere et perficit*[a], *sicuti Toto perfecerit?* Statim per scriptam paginam Sikenolfi Guidonique mittunt nuntiandum. Dum paginam quidam ex eis legisset nimirum, et ipsi valde sunt mirati, et exinde inter se statuerunt, quatenus ante optutum Lodoguici regi talia firmarentur. Et ipse Guido mille solidi iam dicti tollens, una cum suo cognato suumque populum Beneventum deserunt, propria reddeunt. Atque dona plurima Guidoni sui cognati Sikenolfus denique dedit; et sic nempe ab invicem sunt sequestrati.

84[b]. Ab illo denique tempore Salernitani peculiarem optinent[b] principatum, et ipsum foederis scriptum in hac Salernitana urbe adhuc[c] hactenus manet, et sufficienter ab illustrissimis viris repperivimus eum nimirum firmatum. Et tamen nomina illorum non praetermittam. In primis Radelchisi princeps propria manu scriptum inibi erat, id ipsum Maielpoto[d], Rofrit, Bernaldus, Toto, Iohannes, Maio[e], Tassilo[f], Guala, Dauferi, Mathenolfus, Poto, Petrus, Caide, Laitu, Gualaizi, Ermengardus, Adelchisi, Tassilo, Roderisi, Iohannes, Arechisi, Adechisi, Auduini, Epo, Adelvertus, Guaiferi, comes Radoalt[g], Radolgari, Radelfrit, Azzo, Adelricas, Adelverto, Saductus, Landemari, Pandenolfo, Iugenprandus.

85. Dum talia patrata fuissent[g*], moxque Radelchisi princeps Beneventanus Totonem vocavit, et ei ad optinendum castellum coram suis optimatibus sicuti eum exoraverat tradidit, atque dona ei demum silicet promittebat; et ab omnibus nimirum saepissime collaudabatur, et meritorie; quae[h] vix a multos hominibus per multos dies operari potuissent, mox a sagacissimo viro sunt[i] nimirum completa.

86. Hac denique tempestate Amalfitani nimirum principi Sikenolfi et Salernitanis omnimodis[i*] obediebant, atque ipse princeps ad instar sui germani plurima illorum praedia condonavit, et illi, ut diximus, fideliter nimirum optemperabant[k], licet in sua urbe ad abitandum quemammodum antea reverti nolebant[l]. At Salernitani quanti ex hiis remanserunt Atraniensi[6] hac urbe, licet non fuissent cum illis qui moenia antica ecclesiaeque cremaverant ac denudaverant, foras expellunt habitandique locum eorum Veteri dant. Amalfiam denique ad habitandum ire minime audebant, quia iam omnimodis minime ab illis recipiebantur; et, ut ferunt, in Veterim habitaverunt usque in tempore principis Guaiferii. A tempore praedicti Guaiferii[7] in hanc urbem ad habitandum revertuntur propter Agarenorum metum.

87. Me denique libet Amalfitanorum originem, partim quomodo a maioribus nostris mihi relatum est, partimque a veteranis illorum libenter audivi, necnon in autenticos libros nomina iudicum comitique repperi[m] scripta, annectere huic ystoriae; quia hactenus cunctis mansit incognitum, ex qua provincia orti cuiusve[n] fuissent generis et ordinis seu officii, quorumque regis imperatorumve temporibus dimicassent; nec antecessorum nostrorum industria perquirere curae fecit, nec ulli sagaci relatione notum est nostrae silicet humilitati; et velud avidus indagor[8], quotquot ex circumfluis regionibus viros comperi, indesinenter perquirere curavi, ut si apud eos aliquid de gestis triumphisque praedictorum Amalfitanorum scripta continerent, vel apud notos et cognitos forte repperiri potuissent, fideli relatione nostrae ignaviae rescriptum traderent[n*]. Sicque factum est, ut haec quae subter annectimus, nostrae notitiae praedictorum Amalfitanorum originem sint[o] cognita et ostensa.

88. Tempore quo Constantinus[p] imperator Romanorum regni moderabat habenas et primi civitati eius consilio et fortitudine summa pollerent, dum sui regni gubernacula

*) conloquebatur *c.* a) perfici:: *c.* b) optinunt *l.* c) adduc *c.* d) malelpoto *c.* e) malo *corr.* maio *c.* f) tassillo *corr.* tassilo *c.* g) comes. Radoalt *l.* g*) fuisset *c.* h) *ita aut* quod *c.* i) *ita ed.* :: *c* i*) omnimodi *c.* k) optemperabat *c.* l) a. v. *restituenda videntur; locus corrosus est.* q. soliti erant vole bant *ed.* m) repperit *c.* n) cuiussue *l.* n*) traderet *c.* o) si *c.* p) costantinus *c.*

6) v. infra cap. 89. 7) Sedit annis 861—880. 8) indagator?

praedictus imperator moderantissime gubernaret, atque eum prodigia magna Dominus saeperrime nimirum ostenderet, per inspirationem divinam propria civitas linquens, cum uxore et natos, suis proceribus cum cunctisque optimatibus necnon et militesque Constantinopolim venit, atque ipsius civitati nomen nimirum dedit, quae antea fuit a Vizzans quodam rege Vizantia appellata. Romam quippe beatorum Petri et Pauli iuris reliquid. Dum vero unusquisque nimirum satageret, qualiter cum suis quippe opibus Constantinopolim properaret, factum est, ut multas navibus honeratas sulcantes aequora illuc gradere festinarent. Set dum simul alternatim deambularent, pervenerunt in Sclavorum fines, moxque procella ventorum exorta est, mareque[a] vehementer intumuit, et dum diu fluctuaret, duarum ex eidem navium sine hominibus interitus naufragatae sunt. Set dum suarum silicet rerum deperissent ibidem, et nec sumptum haberent, quatenus naves fractas solidarentur, incolis loci illius exorarunt, ut ibidem ad habitandum cum eis locum nimirum darent. Illi vero talia audientes, huiusmodi verba promserunt: *Et terram ad habitandum vobis*[b] *et sumptum vobis vestrisque uxoribus habundanter tribuemus.* Vocaturque nomen loci illius nimirum Ragusi, habitaveruntque inibi temporibus multis. Set dum a Ragusanis saepissime opprimerentur et iam omnimodis sustinere quippe nequirent, moxque furtim naviculas illorum ascendunt, Italiamque cum uxoris[c] et natis suisque suppelectile quippe properarunt. Nam donec Ragusim demorarunt, a iam dictis illius habitatoribus terrae Romani sunt vocitati; at ubi Italiam adierunt veneruntque in locum qui Melfis dicitur, ibique multo videlicet tempore sunt demorati, et inde sunt Amalfitani vocati; locum namque dedit nomen illorum. Ab illo denique tempore, ut diximus, Amalfitani fore[c'] vocati, sicuti[d] Suevi[e] a monte Suevo[f], de quibus Lucanus:

II. 51. *Fundit ab extremo flavos aquilone Suevos*[g].

Inde Alani dicti feruntur a Lanis fluvio[h] ultra Danabium, et populi inhabitantes iuxta Lemannium fluvium Alemanni vocantur, de quibus idem Lucanus:

I. 396 *Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.*

89. Igitur dum prolixo tempore ibidem Amelfitani morarentur, Italiaque diversis potestatibus diversarum gencium immutaretur[i], locus ille quo Malfitani degebant vilis erat, atque metuentes, ne eos nimirum[k] in servitute attriberent, et sustinere eam omnimodis non valentes[l], clam exinde sunt moti, pervenerunt in locum qui Ebulis[m-l] dicitur, qui est prope a Salernitana[m'] urbe fere miliaria 14, et de districtu ac iurisdicione urbis eiusdem. Set opprimebantur ab incolis loci illius, et illi nimirum metuebant, ne a maioribus in servitute amplius nimirum opprimerentur, quemadmodum oppressi in Ragusi fuerant. Set quidam ex eis dum perambularent hac illacque negotiantes[n], pervenerunt in locum ubi Scala dicitur; et dum fuissent ab hominibus qui ibidem morabantur multum rogati, ut ibidem paulisper morarentur, illi per[o] dies aliquot ibidem manserunt, atque deinde descenderunt in locum ubi nunc Amalfitani degunt, locumque illum undique circumeunt[p], eumque vehementer expiantes, tandem ad suos reversi sunt. Dum enim omnia quae vidissent eorum silicet retulissent, atque eorum tutissimum locum et abundanciae aquae nimirum collaudassent, minime eorum verba crediderunt; set statim strenuos illuc viros miserunt. Set cum omne ipso loco delicatius explorantes, eorumque oculis vehementer complacuisset, remearunt cum magno gaudio nimirum ad suos. Et dum promerent: *Quia tutissimum locum repperivimus; tantum eamus ibique silicet quiescamus, quia ibidem ab hostibus omnimodis metum nil habemus.* Cum talia Amalfitani certo certius cognovissent, moxque clam exinde sunt moti, cum uxoribus liberis et omnia quae portare poterant Scala deveniunt, locum eumque citius invadunt atque nomen ipsi loco dederunt, sicut in istoriis legimus, ut Medi a rege suo cognominati putantur. Namque Iason, Peliaci regis frater, a Peliae filiis[q] Tessalia pulsus est cum Media uxor sua, cuius fuit privignus Medus rex Atheniensium, qui post mortem

a) maresque 1. b) vobis ::::::mus c. v. praebemus *ed.* c) *ita cet* uxores c. c') ::: c. d) secuti 1. e) sueni c.? f) sueno c.? g) suenos c.? h) fluu: c. i) imm::::::: c. k) degebant vilu:::::::::: :::::: nimirum c. degebant afflictus est et verentes ne eos nimirum *ed.* locusque Melphii esset parvus et vilis, dicti Melphitani metuentes ne *etc. Chron. Amalfitanum.* l) *ita ed.* omnimodis :::::::::: c. m) *locus rasus in* c. m') salirnitana c. n) negoc :::: c. o) *ita ed.* ::: c. p) circu::::::: c. q) filii c. l) Eboli.

Iasonis orientis plagas perdomuit, ibique Mediam urbem condidit, gentemque Medorum nomine suo silicet appellavit. Set invenimus nimirum in Genesi, quod Madai auctor gentis Medorum fuisset, a quo et cognominati, ut superius dictum est. Sic denique Troianorum gens antea Dardinia a Dardino nominata. Nam Dardanus et Lasius, sicut in ystoriis perhibentur[a], fratres fuerunt, ex Graecia sunt profecti; ex hiis Lasius ad Traciam, Dardanus ad Frigiam pervenit, ibique primus regnavit, post quem filium eius Erictonium, deinde nepos eius Tros, a quo Troiani nunccupati sunt. Inde vero Amalfia ab Amalfitanis est nominata. Atranum[6] nempe est dictum ab obscuro; nam atra obscurum dicimus; et profecto congrue, quia ardua mole saxorum desuper hic inde extenduntur. 8

90. Primo anno quo sunt egressi de Salerno per indictionem ingredientem terciam per Kal. Septembr. praedicti Malfitani anno primo principis Radelchisi, comes praeposuerunt quidam Petrus nomine. Subsequente alio anno Sergius comes ordinarunt, filius[b] Gregorii comitis, deinde Urso comes, filius Mauroni comitis, et post eum Cunari comitis, et post eum Cunari comitis; iterum Sergio comes, filius Constantini comiti. Post ipsum comitem duos per annum, hii sunt Lupus et Iaquintus comites. Deinde incipientes illorum praeesse Marinus praefectus solus. Sequitur post eum Urso comes cum Fluro comite, et post eum Musco comes cum Sergio comite, et iterum Leo comes cum Mauro comite, et post eum Deatrano cum Mauro comite. Sequitur Lupinus comes et Iohannes comes, deinde Mauro comes cum Urso comite. Post eos Urso comes cum Sergio comes, qui dicitur de Marina; iterum Tauro et Constantino comitibus. Deinde Sergius, filius praefecti Marini, sedit annos 3, temporibus Mauri praefecti, Bonus et Iohannes comites; post ipsos Pantaleo et Pantaleo comites; deinde Leo et Iohannes comites. Sequitur Manso et Pantaleo comites; post ipsos Sergio et Iohanne comitibus. Deinde Marinus et Cimarius, necnon et Iohannes comitibus; et post Urso et Sergio et Manso comitibus; et iterum Sergius, filius Gregorii magistri militis; et post hunc Vitalem et Sergium et Maurum comites; et post ipsos anno uno[c] occiso Mauro praefecto, cui successit Sergius filius magistri militis in die 13, eique successit Urso comes post menses 3. Sergius comes filius Petri, et post dies 20 Ursus comes. In die sexto introivit dominus Marinus, et post eum dominus Pulcari. Isti sunt comites, quos in archibis illorum repperiri[d]. Deinde proposita re, quae omisimus devota industria indagamus, et de genealogia seu de sagacitatibus Melfitanorum nos dicta sufficiant.

91. Igitur Sikenolfus confirmato denuo principatu cum suis silicet exultabat atque saeperrime eis dona tribuebat. Factum est, ut una die ex more in sellam ad secessum resideret, ante optutumque eius Muti Dauferii filius Guaiferii staret, et in hunc videlicet modum principi verba promsisset: *Talem minime locum invenit homo, qualem ad secessum, suum dominum occidendum.* Ut talia princeps Sikenolfus audisset, nimis quippe exterruit, atque sine mora lancea mirae magnitudinis comere iussit. Die vero altera finxit se Sikenolfus ad sellam quasi ex more residere, atque Guaiferium iam fatus illuc iussit nimirum accersire. Dum eius obtutum Guaiferius adisset, mox taliter ei princeps Sikenolfus allocutus est verbis: *Tu heri mihi dixisti, ut non esset locum aptum nisi ad secessum principem occidendum; et ego nunc dico* — acutam lanceam ei demonstrans — *minime repperitur[e] locum in dolo suum inimicum occidendum quam eum in secreto vocatum.* Haec autem auribus auriente Guaiferius, mox valde pertimuit atque in hunc modum tunc talia dicta promsit: *Scit Deus, meus princeps, non in dolo talia promsi, set pro affectu mei domini principis talia nimirum gessi.* Ipse princeps Sikenolfus huiusmodi verba depromsit: *Conicio, quia meis ac tuis moribus non conveniunt[f]; vade et in alia terra nimirum morare, atque iuxta tuum morem dominum quaere, quia me post haec seniorem minime habebis.*

92. Dum Guaiferius talia auribus aurisset, mox eum opprimit moeror, atque sine delatione Neapolim properavit, iam uxore defuncta; defuncta, ut diximus, non propria morte. Nam cum fuisset a quodam Guaiferii intimatum, ut sua uxore ab alieno viro esset stuprata[g], statim ille, ut erat audax, evaginato gladio eam videlicet protinus

a) perrhibentur *corr.* perhibetur c. b) fili c. c) unuo c. d) *scil.* queunt. e) repperit c. f) convenitire 1. g) strupata c.

8) in margine alia manu: *locus est inter Amalfiam et Scalam.*

de hac luce extincxit. Cum vero Guaiferius Neapolim moraret, Sergio, qui tunc magister militiae praeerat, ei alimenta tegumentasque plurima exibebat. Factum est autem eo tempore, ut princeps Sikenolfus cum non paucis suis fidelibus ludus causa servandae venationis in praedium deveniret, ubi Cervaricia dicitur. Set dum hac illac-
9 que, ut mos est, alternatim discurrerent, ingentem singlerium[a] [9] repperiunt. Dum vero omnes satagerent, qualiter ipsum extinguerent[a*], princeps Sikenolfus omnes anticipat eumque forti yctu percussit atque in terram videlicet protinus mortuum iectavit[b]. Set dum paulisper cum ipsum aprum satageret, mox eum febris invasit, acrique coepit ardore fatigari, atque omnes illius artus depressit. Mox tuba nisu[c] quo valuit nimirum insonuit. Set dum insolita vox tubae suis optimatibus audissent, ilico omnes ad eum currerunt. Ille vero quae acciderat pandens ordinem rei; statimque quamvis cum moerore Salernum reddiit. Cum vero fuissent Salernum ingressi, cunctos suos optimates agregari iussit in unum. Set dum simul sunt congregati, ipse princeps[d] tunc promsit talia dicta: *Eia mei fideles meosque consanguineos, pariter iniamus consilium, qualiter meum infantulum Siconem per omnia sint vobis commendatum.* At illi una voce dixerunt: *Sicut per omnia fuimus genitori fideles, sic nimirum sumus demum illi atque plus*[e]. Haec autem dicentes, immensas lacrimas invicem effundebant. At princeps dextera sui filii Siconi tenens, cuidam Petro, qui eum ex sacra fonte susceperat, tradidit; cruce denique in alia manu tenens, dixitque: *Crux ista erit testis inter te et me hodie; intueatur Dominus et iudicet inter nos, si post meum obitum afflixeris filium meum et si introduxeris*[f] *alium super eum seniorem;*
819. *nullus sermonis nostri testis est absque Deo qui praesens respicit.* Set dum diu, ut fati sumus, aestuaretur febribus, de hac luce extinctus[g] est. Suae coniugi Ittae[h] non parvus[i] moerore reliquid; tenuitque principatum Salernitanum annos decem[k] et aliquod mensibus. Fuit autem corpore praevalidus, statura procerus, et multa per singulos homines largitus est dona.

93. Dum vero princeps Sikenolfus obisset, Petrus namque puerum regebat, et Salernitanis ei omnimodis optemperabant[l]. Per idem tempus Salernitani cum Beneventanis alternatim inter se pacem iniunt, atque Petrus, qui puerum regebat, multitudinem hostium congregans, una cum Adelchisum principe Beneventanum Varim cum magna virtute perveniunt, quatenus Agarenorum gentem videlicet debellarent. Cum talia Agareni qui Varim morabant comperissent, repente cum grandi strepitu eorum obviam exierunt, et sine mora bellum cum eis nimirum inchoaverunt. Set cum Langobardis totis viribus diu cum eis pugnassent, tandem Agareni terga dederunt. Set dum omnimodis Langobardi decertarant, ut eos ultima caede quippe vastarent, subito cuneus validus alius Agarenorum ex adverso cum ingenti virtute super Langobardos irruit. Set dum Langobardi iam fessi essent, et omnimodis illorum impetum sustinere nequirent, statim in fugam omnes conversi sunt, plurimis ex eis interempti et non pauci sauciati; postremum quamvis confusi, sine effectu propria redeunt. Agareni quippe omnes simul sunt denuo congregati, et protinus per Beneventanas Salernitanasque fines peragrant; quicquid repperiri poterant, ad instar plurimarum locustarum demoliunt, multosque homines necant, uxores liberosque eorum duxerunt captivi, vix paucis evadentibus, qui per tutissima castra et iuga montium fugerunt. Tandem Agareni suas fines repedant, spolia multa secum gestantes.

94. Set dum talia patrata fuissent, quosdam adolatores iam fati Petri promebant[m], ut principalem honorem ipse arriperet atque in illius nomine annales nimirum scriberet. Ille vero die exinde eorum minime optemperavit, tandem voluntati eorum
852. assensum dedit, et particeps factus est tantae dignitatis. Set cum talia reperissent Petrus filius Ademarius, id ipsum et ille omnimodo satagebat exinde, quatenus ad tantae sublimitatis fastigium perveniret. Quid multa dicam? Cum patri suo fuisset cognitum, ille qui ei minas indignationesque eum obiurgare debuerat propter huiusmodi ambicionem, quae iureiurando pollicitus fuerat oblitus est, eumque socium in princi-
853. patum honorem ascivit. Set Sikenolfi filius Sicone eorum deterior erat, et nullum

a) singl::::: c. a*) extingueret c. b) ::avit c. rutavit *edd.* c) nisi c. d) princeps c. e) ::::plis c. f) afflixerit — introduxerit c. g) extictinctus c. h) ::te c. ycte 2. i) parus c. k) plurimis *corr.* decem *prima manu* c. l) obtemperabat c. m) promebat c.

9) *sanglier*; aprum.

honorem ei videlicet exibebant; quapropter consilium inter se iniunt, quatenus eum de hac urbe omnimodis exturbarent. Sic idem Petrus promissiones, quas Sikenolfum promiserat, funditus eas oblitus fuerat, et quod ei iureiurandum iuraverat; atque ipsum puerum Sico ad se ascivit, et ei huiusmodi verba depromsit: *Volueram te Ytaliae regi Lodoguico cum honore*[a] *nimirum mittere, quatenus ibidem astutia mundi huius didiceres.* Cui ille: *In potestate vestra sum; quod vestris oculis comparet, facito.* Hoc autem faciebat, ut suum filium Ademarium optinere valeret solum Salernitanum principatum. Dum vero Lodoguico rege cum plurima opes ipse Sico transmissus fuisset, eum libenter suscepit, moratusque est apud eum aliquos annos. Set dum adolescentes factus fuisset, ei ex more ipse iam dictus rex arma donavit atque cum honore eum Salernum misit. Cum namque Capuam cum suis subditis venisset, a cunctis terrae illius hominibus dilectus est valde, eo quod esset adolescens florida aetate gerentes, micantibusque oculis, procerusque valde; et, ut diximus, ab omnibus diligebatur[b], set maxime a Landone tunc comite, simulque et a suo germano Landolfo episcopo nimium diligebatur affectu. Set dum aliquos dies ibi degeret atque cum iuvenibus terrae illius creberrime exercitaret, ille vero tantae fortitudinis erat, ut virga, quae in manu gestabat, anphitheatrum, quod olim ibidem constructum fuerit et est mirae altitudinis necnon et forti pulcritudinis, exuperaret. Dum patri filiique principibus fuisset cognitum, repente inibi satellites suos miserunt, atque clam per austum[*] letale ipsum Siconem fecerunt spiritu exalare. 855.

95. Per idem tempus Lando, ut diximus, Capuanus comes, una cum praedictum 856.
suum germanum Landolfum episcopum ceterisque aliis Capuanis civitatem haedificare conati sunt ad pontem qui Casulinus dicitur, iuxta Vulturnum[c] fluvium, quia ipsa civitas quae fuit in monte Trifrisco a Landolfo genitore istorum constructa creberrime ad ignem consumabatur. Set dum principi Ademari genitore extinctum fuisset, et ei a quodam de ipsa iam dicta civitate intimatum fuisset, valde iratus est, atque multitudinem hostium congregans, cum valida manu Capuam venit, et turrem qui nunc cognominata est Sancti Angeli protinus diruit et ad solum eam usque prostravit. Set Capuani[d] nil ei adversi fecerunt propter iusiurandum quod ei iam dudum iuraverant, set potius eum exflagitandum mittebant, ut opus eorum minime impediret, licet semet ipsis ei minime se credebant. Dum vero sine effectu Ademarius reversus fuisset, Capuani denique minime ipsa civitas operari desierunt, et ferunt nonnulli, quod hic[e] inibi Ademarius ut eam destrueret perrexisset; set nil ei profuit, et Deo tuente, usque nunc illuesa hactenus manet.

96. Factum est autem, ut comes Capuanus Lando eo tempore, pro qua re nescio, perrexisset Neapolim; atque cum Sergio magistro militiae in unum sermocinatur. Set cum notum fuisset Guaiferii, qui inibi exiliatus iam prolixo tempore morantes atque sine uxore nimirum adhuc manebat, moxque palacium adiit atque illius Sergii verba depromsit: *Exoro te valde, quatenus Landonem in secreto vocari facias, eique innuas, ut filiam suam mihi in matrimonium tradat.* Set dum ipse Sergius differret[f] talia facere, per semet ipsum Guaiferium Landonem vocavit, eique secrete huiusmodi verba praedixit: *Volo, quatenus mihi in matrimonium tuam filiam tradas.* Ille vero ut talia audiret, miratus est, eique cum rubore dixit: *Duas filias habeo, qualem ex eis volueris, tolle; tantum scito, quia ipsam formosiore*[g] *unum habet oculum claucosum.* At ille: *Ipsam opto, ut habeam*[h] *uxorem.* Et statim utrique Capuam venerunt. Dum vero Lando Guaiferium Capuam, sicut decebat, honorifice deduxit, ad suamque domum cum sublimitate, sicut ei decebat[i], eum videlicet deportasset, suae binae filiae ante[k] iam residebant. Ad Guaiferium Lando ait: *Ex eis elige, qualem vestris oculis comparet.* Ille vero quamvis cum rubore Landelaikae, de qua iam supra diximus, nimirum dexteram apprehendit; et licet unum oculum habuisset foedatum, decora facie aspectuque laetabile erat, et ut melius dicam, illo in tempore illius moribus[l] sexu femineo transcendebant. Cum vero honorifice nuptiae peractae fuissent, accidit, ut princeps Ademarius illo in tempore, nescio pro qua re, illuc suum fidelem quidam nomine Moncola mitteret. Set dum Capuam venisset, Lando comes taliter prorupit

a) hone *c.* b) dilgebatur *c.* *) *i. e.* haustum. c) uulturium *c.* d) capuanus 1? e) *ita aut* his *c.* f) diffe:::e *c.* g) forciore *c.* h) habeas *c.* i) dicebat *c.* k) adte *c.* l) *ita aut* moris *c.*

in vocem: *Arcius te exoro, quatenus pro nostro amore dompnum Ademarium enixius*[a] *exores, ut generum meum Guaiferium sua arva repetere iubeat.* Set dum Moncula illius verba auribus aurisset, taliter fertur promsisse responsum: *Nequimus talia nunc pollicere verba, quia quantum conicere valeo, de hac re ipse princeps minime nostra anuet preces.* Cui Lando: *Scit Deus, nisi mihi exinde iureiurando satisfeceris, minime illuc repedabis.* At ille necessitate compulsus, quod ab eodem poposcerat ei omnia adimplevit; quapropter dona ei Lando optima denique dedit, et sic Moncola Salernum repedavit. Dum vero Salernum, ut fati sumus, Moncola introysset, enixius Ademarium principem obsecrabat, quatenus Guaiferium propria regredi faceret; ille vero omnimodis de tali re saeperrime resistebat. Tandem eius postulationes annuit, ipsumque Guaiferium cum uxore, servis ancillisque, cum multitudine suppellectile opesque plurima regredi sua propria iussit.

97. Radoalt episcopus dum aliquo tempore Salernitanam sedem, ut superius fati sumus, rexisset, per idem tempus capta est ab Agarenorum gente civitatis Canusiae, quae sita fuit in Apuliae finibus. Set Dei nutu Petrus, qui illo in tempore illi civitati episcopus praeerat, cum suis non paucis fidelibus evaserunt, atque Salernum nimirum venerunt, opes plurimas secum deferentes. Dum vero Salernum aliquod[b] tempore cum suis mansisset, Rodoalt iam dictum episcopum diem clausit extremum; quapropter omnes exorarunt, ut per aliquod annos ipse Petrus episcopus ipsius ecclesiae facultas ipse nimirum regeret. Ille vero dum talia audisset, in hunc modum illis respondit: *Ad regendum ecclesium praeesse me dico, in sedem ipsius ecclesiae minime ascensurus sum.* Set dum aliquo tempore ipsam iam dictam ecclesiam moderantissime gubernaret, de suo sumptu ecclesiam iuxta praedictam sanctam sedem in honorem beati Iohannis Baptistae mirae magnitudinis construxit, licet minime eam ad culmen usque perduxit, quia, divina vocante potentia, de hac luce extractus est. Quo defuncto, Ractulus quidam episcopus ordinarunt; cumque hic obisset, Magnaldus episcopus ordinarunt; set dum ipse de hac luce migrasset, id ipsum tempus ....[c] episcopus elegerunt. Quo mortuo, praeclarissimum quidam Aionem[d] episcopum ordinarunt. Fuit autem vir bonus ecclesiaeque reparator; fecit autem mirae pulcritudinis lectorium ex gipso. Set dum et ipse in Domino obdormisset, Landemarius, qui ex Nuceriae finibus fuerat ortus, episcopum sublimarunt; cumque et hic obisset, temporibus iam dicti principi Sikenolfi quidam Bernaldus episcopum ordinarunt. Fuit autem ex civitate Latiniana ortus, parentibus quidem non infimis. Fecit autem in eadem ecclesia campanile mirae pulcritudinis, et ecclesiam sancti Iohannis Baptistae, quam Petrus episcopus, Grimoaldi principi cognatus, a novo fundamine construcxit, iste eam videlicet consumavit, atque ciburia[10] pulcrisque figuris eam silicet illustravit, et multa corpora sanctorum undique adunavit. Nam cum imminente Agarenorum populum metueret, ne a propriis frustraretur patronos, silicet sanctos martires Fortunatus, Gaius et Anthes, eorum sacras reliquias a propria aula, ubi per longa temporis[e] spacia requieverunt, iuxta fluvius qui Lirinus dicitur idem egregius praesul abstulit, easque cum debito honore intra civitatis moenia[f] in ecclesia iam dicti sancti Iohannis honorifice collocavit; ipsumque altare in honore sanctorum martirum Fortunati, Gaii et Anthes beatorumque omnium apostolorum silicet dedicavit. Id ipsum cum multitudine clericorum necnon et laycorum chaut[11] procul a civitate iam dicta locum pervenit qui dicitur Faianum finibus Salernitanae, et cum magna reverentia oracionesque assiduas beatorum confessorum pariterque pontificum corpora, ubi per longa tempora requieverunt, Cirini et Quingesi abstulit, atque in sindone munda involutos[g] cum sacra misteria ab ipso iam dicto episcopo deferebantur. Set dum paulisper equum, in quo ipse episcopus residebat, deportata fuissent, statim calcaribus qui in pedibus episcopi erant innexi, proiecti protinus in terra sunt, sic tamen ut fibulis aptatae essent, tanquam si in pedibus episcopi fuissent. Quo comperto omnes tale miraculum, una omnipotentis Deo gratias reddiderunt, atque omnis populus qui inibi erat necnon et clericos cum cereis et lampadibus discalciatis pedibus cum magno tripudio Salernum venerunt, et eorum sacra misteria

a) exius *c.* b) aliquo: *c.* c) *vox excidit in c.* d) alonem *c.* e) temp::: *c.* f) *ita ed.* m:::a *c., neque tamen* menia. g) *ita aut* involutis *c.* 10) *i. e.* ciborio. 11) *i. e.* haud.

honorifice collocaverunt, necnon et ecclesiam in honore eorum dedicaverunt, ubi saeperrime signa et miracula Iesus Christus dominus noster ad laudem nominis sui facit usque in hodiernum diem.

98. Dum talia peracta fuissent, res mira illo in tempore in hac sancta sede accidit, quod minime omitto retexere. Nam cum saepissime nocte dieque idem praesul Bernardus in sacra oratione diu persisteret et cotidie sacrificium Deo offerret, et dum diu, ut diximus, pervigil in lacrimis nocte dieque persisteret, factum est, ut ex more una cum suo familiare diacono nomine . . ecclesiam Dei genitricis introysset, et ante altare pro suis delictis necnon et plebi sibi a Deo commissi staret, et Dei eiusque genitricis suffragium vehementer exflagitaret, subito in tempesta noctis Dei genitrix cum suis virginibus a vestibulo cum claro lumine super eum venit. At ille dum insolito tanto splendore cernisset, immenso pavore perculsus, mox in faciem ruit; set dum super eum sancta Dei genitrix cum suis virginibus paululum staret, una ex iis virginibus Dei genitrix in hunc modum verba depromsit: *Mi domina mitissima, hunc servum tuum tibi sit commendatum.* At illa dulcia verba depromsit: *Natum meum et dominum meum exoravi, quatenus in coetu confessorum ipsum recipiat, et ab ipso piissimo exaudita sum.* Et haec dicens, cum ipsis virginibus coelo recepta est. Cum vero iam dictum dyaconum, qui in angulo ipsius ecclesiae stabat et pro suis delictis Dominum vehementer exflagitabat, omnia quae acciderant* audisset et vidisset, statim nocturnum [a] sonare iussit. Set cum uterque sexus ecclesiam adissent, invenerunt episcopum ante altare in extasi denique stratum; set cum ab ipso diacono omnia quae acta fuerat eis intimatum fuisset, una omnes gratias Deo eiusque genitricis reddiderunt dicentes: *Quia respexit Dominus humilitatem servi sui;* ipsumque episcopum beatissimum de pavimento, in quo prostratus iacebat, cum magna reverentia honorifice levaverunt, eumque in domum, ubi solitus erat requiescere, detulerunt. Cum namque non multos [b] post dies ad pristinam valitudinem venisset, eo ordine ipsum miraculum hominibus pandebant, quemammodum a dyacono antea eorum fuerat praedictum. Erat enim mitissimus ecclesiaeque reparator.

99. Set cum saepissime legati Agarenorum Salernum venissent, dum [c] iam dicto Sico Petroque rectore Salernitanis simul praeessent, accidit, ut unum eminentissimum Agarenum fuisset missus a Satan domino Salernum. Set cum Salernum venisset, cum magna sublimitate eum susceperunt, at episcopium illum miserunt, quatenus in domo, ubi Bernardus praesul morare solitus erat, degeret. Dum fuisset nimirum factum, ipse praesul exinde mox valde ingemuit, atque ex intimo cordis anelitum trahens, tandem de intus vulnus foras erupit, et quasi pro causa dictis principis Romam properavit. Cum namque Romam venisset, aliquod tempore ibidem moravit, et a papa qui tunc in tempore adherat et ab omnibus Romanis nimio diligebatur affectu. Set dum bis terque a praedictis principibus per epistolam exflagitatus esset, quatenus propria remearent, ille vero diu redire distulit. Tandem exoratus ab omni populo Salernitano et plus nimirum a clero, illis epistolam in hunc modum misit: *Si* [d] *illuc me habere cupitis, aedem mihi aliam in loco alio aedificate, quia post haec minime ubi moravi iam habito.* Et specialem quidam suum famulum, Gualpertus nomine, per epistolam in hunc modum est allocutus: *Praecipiendo tibi dirigo, quatenus cum omni sollicitudine domum mihi haedifices;* et locum ei scriptum et mensuram misit. At ille cum omni sollicitudine domum mirae pulcritudinis quamvis exigua construere fecit, mansiunculas in ea faciens, et eam mirae pulcritudinis pingere iussit. Set dum iam dictus praesul Salernum regressus fuisset, omnis populus omnisque aetas gratias Deo reddiderunt dicentes: *Veni pastor noster et orator patriae nostrae!* Dum in pristinum honorem iam dictus coangelicus praesul redisset, iterum ecclesiam inibi mirae pulcritudinis construere fecit, et pavimentum parvulis crustis ac [e] tessellis tinctis in vario colore componere iussit. Libet me eius ethimologiam fidelibus panderet. Vocata autem pavimenta, eo quod paveantur, id est caedantur; unde et pavor dicitur, quia caedit cor. Dicitur autem pavimentum [f] ab ostraca; nam ostracus est pavimentum testarium, eo quod fractis testis calce admixto feriatur; testa enim Graece ostraca dicuntur. Haec exigua verba me de pavimento dixisse sufficiant. Nunc ad obitum iam dicti episcopi stilo propria revertamur. Dum

*) acciderat c. a) nocturum c. b) multo c) ::: c. d) sic c.? e) al c. f) pauimentam l.

ipsam ecclesiam consumasset, variis pulcrisque figuris eam silicet decoravit atque in honorem Domini et salvatoris ipsam videlicet dedicavit, eiusque confessoris Felicis et multa alia corpora sanctorum ipsum sacratissimum nimirum altare replevit. Set dum feliciter ipsam iam dictam sedem decem annos et menses sex gubernasset, eum divina pietas vocavit, atque tenebras reliquit mundi, et perpetuam lucem adeptus est. Interim quod omisimus, subtilius nunc perquiramus.

100. Ademarius iam dictus una cum coniuge sua Gumeltruda[a] nomine avaritiae simulque et discordiae foedati erant, atque suos subditos variis casibus cruciabant. In tantum enim Gumeltruda, ut diximus, exarserat in avaritiam, ut si quilibet homo sine herede illo in tempore nimirum fuisset, et illi intimatum esset, suo viro protinus nunciabat, et sive praedium sive suppellectilem defuncti, sicuti mos est, per praeceptum stat ab ipso silicet ipsam videlicet[12] optinebat; et si eam, ut diximus, aliquis[*] exflagitaret, ut virum suum rogaret, quibuscumque[b] responsum reddebat, asserens: *Minime pro vestris partibus res ipsa accipere valui*[c], *set magna postulatione*[d] *res ipsa nos a parte denique mei viri optinemus*[e]. Dum talia Salernitani manifestius cognovissent, multi ex eis exinde in unum sunt congregati, atque inter se exinde colloquebantur de tanta cupiditate; set minime valebant mox in eum consurgere, licet ante illius obtutum moesti sistebant. Ipse vero Ademarius saepe dictus una cum sua, ut diximus, coniuge dum plurima opes congregassent, plus magis ad ipsam congregandam animos accendebant, et pro denique parva ammiserunt etiam magna. Quid multa referam? Mortuo, ut praediximus, bonae memoriae praesul Bernardus, statim suum filium Petrum electum sublimarunt, ut quemadmodum praeerant laycis, id ipsum et clericis nimirum cupiebant praeessent. Set non in longum permansit eorum facinus. Nam denuo Salernitani omnes in unum congregati, et invicem inter se colloquebantur, quatenus in dolo suum principem apprehenderent, adnectentes: *Nituntur inponere iugum in cervicibus nostris, omnia quippe funditus suis dicionibus congregant et nostros sermones deridunt.* Vereor, ne forte a quodam sagacissimo viro, qui de liberalibus disciplinis apprime est inbutus, de „inponere" reprehensionem habeam. „Inponere" est aliquam sive corporalem sive incorporalem alteri rei superinponere, set propter et „imponere" per fraudem facere aliquando dicitur, unde et „imponima"[13] vocantur, cum argentum aurumque viliori[f] metallo adulterantur, et qui hoc facit „impostor" vocatur. Unde etiam vulgo qui aliquid[g] fraudis facit aut simulationis, solet impostor appellari; unde beatus Gregorius inter cetera[h] sic ait: *Coepit illum simulatorem et verbo rustico impostorem clamare;* item in Genesi: *Quare imposuisti mihi? Nonne pro Rachel servibi tibi?* Et in Regum[i]: *Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul.* Hoc est: Quare me simulatione decipere et fraudem facere voluisti? Et sanctus Augustinus: *Ideo miser sibi imponit, sibi enim fraudem facit, qui perdit meliora amando peiora.* Credo enim, quia sufficit testimonia prolata.

Gen. 29. 25. 1 Reg. 28. 12.

861. 101. At Salernitani uno agmine incedentes, suum principem Ademarium comprehenderunt et in ardua custodia eum videlicet inclauserunt; omnes enim eum exosum habebant, et minime unusquisque exinde se perturbat, et ut diximus, pro exigua re perdiderunt etiam ampla; postremum lumen oculorum ammisit. Cum vero talia patrata fuissent, Dauferius[k] quidam, Maioni filius, qui fuerat Guaiferi germanus, omnimodis satagebat una cum collactaneis suis, quatenus principatum Salernitanum arriperet. Set diu exinde cum suis sodalibus decertaret quamvis sine effectu, principatum gestire maluerunt, ipsumque Dauferium principem sublimarunt, et quasi si fuisset firmatum ab omnibus, palacio manebat. Hoc autem factum est sine Salernitanis nutu, quia iuvenes illi Beneventani fuerunt et partim a Salernitanis suffragium habuerunt. Set cum talia Salernitani cognovissent, ut sine eorum suffragio princeps sublimatus fuisset, exinde in unum coniunti sunt, et dum simul inter se de praedicta re sermocinarentur, et Guaiferius, patruus iam dicti Dauferii, inter eos essent, ipse

a) guimeltruda *corr. eadem manu* gumeltruda *c.* *) aliquid *c.* b) q::::::: qu:: *c.* c) volui *c.* d) postulacione: *c.* e) *ita ed.* optine::: *c.* f) viilari *c.* g) aliqui: *c.* h) in : cetera *c.* i) regnum *c.* k) daferius *c.*

12) ipsa igitur fisco, ad quem eiusmodi bona devolvebantur (Rothar. 158—160. Liudprand. c. 23.), ea praeripuit. 13) impostura.

55

Guaiferius tale fertur dixisse[a] responsum: *Usque nunc partem cum tiranno habuimus, et tirannum elegerunt; valde etenim nobis stultum esse videtur et nobis nostrisque filiis oppressionem fore, si eum ilico non eicimus foras.* Set dum huiusmodi Salernitani verba captassent, valde exinde se perturbaverunt, atque in hunc modum verba promserunt: *Nos pariter super eum irruamus eumque citius per vim foras nimirum proiciamus, et quale competenter postmodum nobis est, principem sublevemus.* Quid multa dicam? Cum magna virtute palacium ascenderunt, atque Dauferium cum suis, ut diximus, hic inde stipatis in throno residere reppererunt. Cui pro cunctis Guaiferius sic pectore fatur: *Dic mihi,* inquid, *Dauferi, quis temerarius tibi ausus est promere, ut in tantam vesaniam curreres?* Et statim cum furore ei[b] praecepit, quatenus sine mora exinde exiliret. Ille vero quamvis cum timore ei respondit: *Isti comes fratres mei quamvis indignum elegerunt me sibi in principem.* At illi cum grandi strepitu omnes super eum inruerunt, eumque protinus comprehenderunt, et eos qui eum adiuvare conabantur fustibus attriverunt, et sic Dauferium cum suis germanis in obscura carcere reclauserunt. Cum namque peracta talia fuissent, omnis populus necnon et sublimes una omnes Guaiferium principem sublimarunt. Ademari filius, qui fuerat ordinatum electum, Petrus nomine, cum accidisset patri quae supra iam diximus, ille vero metu perculsum Sanctum Angelum, qui situm est in monte qui Aureus[14] dicitur, cum exiguis cleris[c] venit. Set dum Guaiferium principem sublimatum fuisset, statim illuc misit, illum quatenus apprehenderet. Set dum illuc bis terque misisset et propter loci munitionem eum apprehendere minime valuisset, tandem spontanea voluntate ipse Petrus illorum manibus se nimirum tradidit. At illi comprehenderunt eum Salernumque aduxerunt; set quid de illo factum est, penitus ignoramus, utrum eum dampnaverunt, an illaesum illum ire permiserunt; ferunt quod[d] plurimi. 14

102. Radelchis, ut supra diximus, Beneventanus princeps dum tenuisset principatum Samnitum annos 11 et menses 11, de hac luce extinctus est. Eius filium Radelgarium Beneventani principem sublimarunt; et ipse denique praefuit illorum princeps annos 3 et menses 6; set proelia quae[e] gesserunt qualisve[f] fuerunt, minime ad notitiam nostram usque pervenit. Set dum Radelgarium extinctum de hac luce nimirum fuisset, Adelchis, frater eius, principatum Samnitum optinuit. Dum vero principatum firmiter optinuisset, statim foedum firmissimum cum Guaiferium[g] iniit, atque pari consensu legationem Lodoguico miserunt regi, quatenus cum valido exercitu veniret et una cum ipsis Agarenis de finibus Italiae exturbarent, quia iam valide eam denudatam silicet habent. 851. 854.

103. Dum in hunc modum Lodoguico regi delatum fuisset, diu veniret distulit. Hac tempestate imperator Constantinopolim praeerat Basilius. Dum ipse Basilius cerneret, ab Agarenorum manibus Calabriam simulque et Apuliam esset detentam, et nullo modo per suos subditos illos exinde eicere valeret, legationem ipse Lodoguici regi protinus misit, quatenus cum suo exercitu veniret et Agarenos de Ausoniae finibus potenter silicet eiceret, muneraque illi infinita mittens. Cum vero Lodoguici regi munera simulque et epistola ei perlata fuisset, et iam bis exinde et ter a principibus iam dictis exflagitatus vehementer nimirum fuisset, statim universum suum exercitum congregare iussit in unum, moxque Romam properavit, et non exigua munera in sedem sacratissimam beatorum apostolorum obtulit; et a papa qui tunc in tempore aderat oleo unctionis est unctus, coronaque suo prorsus capite septus, et ab omnibus imperator augustus est nimirum vocatus[15]. Dum vero talia fuissent ordinata, cum valido, ut diximus, exercitu Campaniae finibus venit, et suum adventum principibus nunciandum misit, quatenus et ipsi cum suis hominibus ad bellum se praepararent. 15

104. Cum aliquanto tempore Dauferius praenominatus una cum suis germanis tenti[h] essent in carcere cum ingenti dolore, taliter proruperunt in verbis: *Pro nullius alia re nos in vinculis macerat nefandissimus noster patruus Guaiferius, nisi ut nostra opes sibimet societ, quod facere omnimodis non praevalet.* Ut verba inepta principi Guaiferii fuissent comperta, valde iratus est, et in verbis talia promit: *Nisi protinus omnes facultates illorum ante meam dicionem praesentaverint, ilico eos lumine coeli privare* 866.

a) dississe *c.* b) eis. c) *i. e.* clericis. d) *que aut* quod *c.* e) *deest c.* f) ::::: *c.* cuiusque fortitudinis *ed.* g) gaiferi::: h) temti *c.*

14) Montuoro oppidum, non longe a Salerno. PRAT. 15) Ludowicus a. 850 imperator coronatus erat.

866. *facio.* Set ut germani minas principis comperissent, statim omnes suas opes ante illius obtutum venire faciunt. At princeps continuo a loro in quo nexi erant iussit absolvi, et ante suum aspectum iussit venire, et in hunc modum verba praedixit: *Opes vestras tollite, et ubique competens videtur pergite; tantum in mea arba minime nimirum morate.* At illi, licet cum moerore, Neapolim adierunt.

105. Dum principi Guaiferii adventum imperatoris Ludoguici fuisset cognitum, protinus per diversis suis finibus misit, quatenus omnes in civitate, ubi ipse degebant, sine dilatione properarent. Dum omnes in unum simul adissent, ipse princeps in hunc modum promere tunc talia dicta: *Dicite,* inquid, *mei fideles meisque consanguineis, qualiter vel quomodo imperatorem Lodoguicum recipiamus, et ut mihi relatum est, Ademarium nobis illaesum poposcere cupit.* At illi in hunc modum principi verba promserunt: *Nos domine antea rem talia operemur, ut inlaesum ipse imperator Ademarium minime reperiat!* Et statim rem ipsam Rachenaldo episcopo indicare studuerunt. Erat siquidem ipse Rachenaldus in hac sedem Salernitana episcopus ab ipso Guaiferio praeordinatus. Fuerat denique inclausus non pro alia re, set pro perpetua vita. At ubi ei intimatum fuisset, ut praesulatum honorem ipse gereret, ex improviso inde exiit et ad tantae sublimitatis fastigium pervenit. Set ut eum interrogaverunt, utrum Ademari, qui in carcere nexus erat, eruerentur oculos an non, ipse praediceret, ipse in hunc modum verba depromsit: *Non dico, ut illius oculos eruatis, set tamen fuerat bonum, si minime coeli lumen aspexisset!* Igitur princeps Guaiferius, collecta multitudine, imperatori Lodoguici obviam exiit, aut[a] procul a Salernitana urbe ad locum cui Sarnum[a. 15] nomen est; utrique imbi in unum venerunt. Praedictus autem imperator Lodoguicus Ademarium ab ipso principe expetiit, quatenus inlaesum illum suis traderet viris. Cui princeps: *Quid est quod domino meo ipsum nimirum anxie quaerit? Est namque luce privatus, et vestrae sublimitatis iam quid est opus?* E vestigio nimirum clam ipse Guaiferius famulos suos Salernum misit, et in ardua carcere Ademarium luce privarunt iusto Dei iudicio. Nam Matth. 26. 52. Redemptor noster Petro sic ait: *Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit.* Ademarium iam fatum una cum suo genitore Siconem, liberum Sikenolfi, Galliam extorrem fecerunt, postremum per austum letale eum fecerunt spiritu exalaret; unde fecit[b] bis terque iusiurandum suo genitori. Unde ortamur atque omnimodis fideles omnes non modice obsecramus, ut praelatis omnimodis moderamine subiciatis atque 1 Petri 2. 13. fidem servetis, dicente apostolo: *Subditi estote omni creaturae propter Deum.* Si omni creaturae — subaudis omni homini — quanto magis illi cui fidem accommodatus es? Interim quae omisimus arcius indagemus.

106. Et ut certo certius imperator Lodoguicus Ademarium effosis agnovisset oculis[c], cum omni suo exercitu Beneventum adiit, digneque eum Beneventi princeps Adelchissus cepit; atque cum ipso imperatore ipsi principes Apuliam properarunt, et civitatem Barim, ubi ipse Sagdan Agarenus cum non paucis degebat, cum omni conamine eam undique constrinxerunt et variis machinis expugnare coeperunt. His ita gestis, praedictus ille Rachenaldus episcopus saepissime ecclesiam Dei genitricis nocte dieque pergebat et pro suis delictis Deum indesinenter[c*] exflagitabat. Factum est, ut ex more in tempestate noctis ecclesiam iam dictam introysset atque vestibulum iam fessus resideret, ilico apparuit ei mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, cum immenso splendore. At ille ut eum conspexit, obriguit et in faciem ruit. Cui Dominus trina voce praedixit: *Scis meum nomen?* Idem episcopus: *Scio et vere scio.* Ad haec Redemptor subiunxit: *Utinam fuisset calidus aut frigidus;* hoc est nec in fide fervidus nec in totum fidelis. Haec dicens coelo receptus est. Praedictus ille praesul statim elanguit, et cuncta quae ei dicta fuerant a piissimo Domino suis clericis enodavit. At illi cognoverunt, quod pro nulla alia re Redemptor talia dignatus est promere, nisi ut suos fideles innorniter pergentes recto tramite duceret[d] atque suis electis denique sociaret.

867 107. Imperator iam dictus Lodoguicus una cum ipsis principibus Apuliam simulque et Calabriam properat, atque minutas civitates sui dominii[e] pacifice subicit, et quot et quot ex

a) haud c. a) salernum 1. b) u::::::::: c. c) occulis c. c*) indisinenter c. d) ducere c. e) domini c.

15) Sarno, haud procul a Nocera. PRAT.

~~quot ex~~ Agarenis repperiunt denique trucidant. Set imminente peccato, Neapolim Agarenos suscipiunt alimentaque illis nimirum praebunt. Expulsi, ut diximus, Agareni ex Italia, tantum Varim, ubi ipse Sagdan praecrat, et aliquantae aliae civitates illorum omnimodis resistebant propter Agarenorum metum. Set ut cognovisset ille imperator, ut minime Varim expugnare valeret, eo quod non haberet marinas hostes, statim Constantinopolim Basilio imperatori legationem misit, quatenus sine mora navales exercitus mitteret, ut Varim una cum ipso posset attribere [a]. Basilius imperator Graecorum ut 869.
huiusmodi verba captasset, valde gavisus est, atque sine mora non pauca scelandria misit, et, qui praeessent illorum, quidam patricius Georgius nomine direxit, eumque ammonuit, ut sollerter invigilaret [b] et strenuo pro suo posse decertaret. Ille vero una cum suis placidissima aequora omni nisu sulcantes, Varim adierunt, et ab australi parte undique obsedunt; cumque per multas dies undique eam obsiderent atque variis machinis Langobardi Francique scilicet expugnarent, idem imperator Basilius quidam Iohannes patricius imperatori Lodoguici legatum misit, atque eum vehementer redarguendum direxit, eo quod ipse Lodoguicus se Imperator Augustus in epistolas quas dudum illi Basilii direxerat scribere iusserat, et quod pauci essent et sic infimi, ut si Graecorum exercitus ad illos adire potuissent, si ferrei Franci fuissent, Graeci lambentes sine dilatione ad nichilum deduxissent. Ille namque Lodoguicus confusionem sufferre non valens, Autprandum fidelem ac familiarem suum cum luciflua epistola Constantinopolim direxit, ut de omnia unde illum redarguendum miserat mira relatione dicta illius compescuit, et tamen illam huic ystoriae innexere facimus:

„In nomine domini nostri Iesu Christi Dei aeterni. Lodoguicus divina ordinante 871.
providentia imperator augustus Romanorum, dilectissimo spiritualique fratri nostro Basilio gloriosissimo et piissimo atque imperatori novae Romae. Probabile quidem et laudabile constat, aliquem fratrum [c] monitis [d] quasi quibusdam flatibus ad ignem caritatis accendi; probabilius autem est, sicut [*] ipse eius ultroneae voluntatis ad hoc motibus inflamari; set probabilissimum est, quandocumque viam quemquam virtutis arripere et magis magisque miris successibus in sublime proficere. Nam ille semper miles [e] a duce magis diligitur, qui post veniens hostium vires fortiter premit, quam his, qui maturius quidem accessit, set forte aut nichil aut certe modicum gessit. Secundum quam regulam divinitus sublimatum imperium nostrum ex die qua coepit erga fraternitatem tuam dilectionis radicem in corde suo plantare, multiplices fructus exibere non destitit [f], non minus quae vestra ac [g] quae nostra sunt procurans et vindicans. Quamvis quae circa missos nostros in causa familiaritatis et benignitatis te gloriaris egisse, nos prius erga [h] Iohannem famosissimum patricium gessisse patescat, quem revera non sicut amicum vel quemadmodum fratris, id est imperii tui, homines, sed quasi consanguineum nostrum et tamquam excellentiae tuae sobolem tractavimus et dilexımus; nec hunc penes nos positum aut tarditas umquam temporis aut intima locorum a penetralibus nostris fecere extorrem. Ceterum spiritualem fraternitatem tuam miramur tot sermonum ambages contentiosius adversus apostolum praetendentem, qui dicit: *Si quis vult contentiosus esse, nos talem* 1. Cor.
consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei, cum imperii dignitas apud Deum non 11. 16.
in vocabuli nomine, set in culmine pietatis gloriose consistat; nec nobis quod appellamur mirandum, set quod sumus magnopere providendum. Verum quia de imperatorio nomine multa nobis scripsisti, cogimur et nos quoque ad scripta tua quaedam rescribere, ne si usquequaque super hoc siluerimus, non ut contentionem vitantes, set quasi ratione convicti, siluisse ab insipientibus videamur".

„Indicat itaque dilectio tua, se maledictum legis pavescere, et idcirco terminos aeternos transferre, et veterum imperatorum formas commutare, ac praeter canonica ac paterna praecepta conversari rennuat et recuset. Et tamen, qui sunt illi, vel ubi, aut unde fuerint prolati termini aeterni vel veteres formae aut illa canonica et paterna praecepta, minus [i] aperte declarat, nisi forte super imperatoris [k] nomen velit haec cuncta sentiri. Verum apud nos multa lecta sunt, multa quidem indefesse leguntur; numquam tamen invenimus terminos positos vel formas aut praecepta prolata, neminem appellandum Basilea nisi eum quem in urbe Constantinopoli imperii tenere gubernacula conti-

a) attribuere c. b) *ita ed.* in::::::: et c. c) frm. c. d) monis 1. e) milex c. f) destititit c g) ::: c.
h) ergam 1. i) nimis c. k) imperatore 1? *) *i. e.* si.

gisset, cum gentium singularum monumentis[a] interim postpositis, sacrae nobis affluenter ystoriae monstrant, plurimos fuisse[b] Basileis nuncupatos, non solum electos quosque[c], quales videlicet fuere Melchisedech et David, verum etiam reprobos, quales primores Assiriorum, Aegyptiorum, Moabitarum et ceterarum nationum, quas denumerare longum est, extitisse probantur. Ergo cum ita sit, frustra causandum ducit prudentia tua, alios praeter se Basilis non[d] appellandos[e], nisi forte radendum ducat totius codices mundi, in quibus pene cunctarum gentium primi a temporibus priscis et deinceps Basilei inveniuntur ascripti. Et certe, ut de Latinis codicibus interim taceamus, si Graecos etiam noviter editos revolvas codices, invenies procul dubio plurimos tali nomine vocitatos, et non solum Graecorum set et Persarum, Hepierotarum, Indorum, Bithiniensium[f], Parthorum, Armeniorum, Sarracenorum, Aethiopum, Guandalorum et Gothorum atque aliarum gentium praelatos *βασιλεων* appellatione veneratos. Intuere igitur, frater, et considera, quod multi fuerint, qui Basilei diversis temporibus et in diversis locis et nationibus nuncupati sunt vel hactenus nuncupentur; et noli vel nobis quod dicimur invidere, vel tibi singulariter usurpare, quod non solum nobiscum set et cum pluribus praepositis aliarum gentium possides. Grave namque vitium est singularis dignitatis fastigium; qui quis in principio ambierit, vel quid ei ambiendo talia contingerit, commemorare nolumus, ne fraternitas commemoratum ad iniuriam suam existimet".

„Dicis autem, quod quatuor patriarchales sedes, unum imperium inter sacra misteria memorari, a deiferis apostolis usque nunc traditum habeant; nosque[g] hortaris, ut persuadeamus eis, quo nos imperatores appellent. Quod tamen nec ratio dictat nec opus est; primo quidem, quia nobis non congruit, alios qualiter nos vocent instruere[h], deinde vero quia, nobis etiam minime suadentibus, tam patriarchas singulos quam ceteros homines qui sub coelo sunt, excepta fraternitate tua, tam honoratos quamque privatos, tali nos novimus appellari cognomine, quotiens eorum accipimus epistolas et litteras. Invenimus praesertim, cum et ipsi patrui nostri, gloriosi reges, absque invidia imperatorem nos vocitent et imperatorem esse procul dubio fatentur, non profecto ad aetatem, qua nobis maiores sunt, attendentes, set ad unctionem et sacrationem, qua per summi pontificis manus, impositione et oratione divinitus ad hoc sumus culmen provecti, et ad Romani principatus imperium, quod superno nutu potimur, aspicientes. Porro si unum imperium patriarchae inter sancta sacrificia[i] memorant, laudandi sunt non utique inconvenienter agentes; unum est enim imperium Patris et Filii et Spiritus sancti, cuius pars est ecclesia constituta in terris, quam[k] tamen Deus nec[l] per te solum nec per me tantum gubernari disposuit, nisi quia sumus tanta ad invicem caritate connexi, ut non iam divisi set unum existere videamur. Non autem credimus, sanctissimos patriarchas sic tui memoriam facere, ut aliorum quoque principum[m], ut omittamus nostram, mentionem praetereant, cum pro huiusmodi etiam apostolus orare iusserit, cum persequerentur ecclesiam, ut securam et tranquillam vitam agerent[n] cum omni pietate; praesertim cum eos[o] etiam pro impiis orare non diffidamus sub quorum ditione consistunt, sicut ille quoque populus, in Babiloniam ductus, pro rege Babiloniae per Iheremiam iubetur orare; nam in illorum pace fidelis etiam populus constituit pacem".

1 Tim. 2 2.

„Illud autem mirari merito possumus, quod sublimitas tua ad novam vel recentiorem appellationem aspirare nos autumat, cum quantum ad lineam generis pertinet, non sit novum vel recens, quod iam ab avo nostro, non iam usurpatione[p], ut perhibes, set Dei nutu et ecclesiae iudicio summique praesulis per impositionem et unctionem manus obtinuit, sicut in codicibus tuis invenire facile poteris. Verum quid mirum, si novum sit, cum omne vetus a novo principium[q] habeat, non novum a vereri? Et certe cum primi Romani principes[r] imperare coeperunt, novum fuit, set de die in diem devenit in vetustatem; non ergo quaecumque novitas in culpa est, set reprehensibilis novitas; unde et apostolus, cum dilecto discipulo scriberet[s], non ait: „Vocum novitates devita", set: *Prophanas vocum novitates devita.* Sane antiquam esse imperii nostri dignitatem, nullus[t] ambigit, qui vel nos[u] successores antiquorum imperatorum esse non

1. Tim. 6. 20.

a) momentis *c.* b) fuisse :: *c.* c) electoresque *corr.* electos quosque *c.* d) *vox deest in c.* e) appellandus *c.* f) bithiensium *c.* g) mosque *c.* h) instrue *c.* i) sacramenta *corr.* sacrificia *c.* k) *ita ed.* ::a: *c.* l) ne *c.* m) principium *c.* n) ageret *c.* o) eis *c.* p) *ita aut* usurpatore *c.* q) principio *c.* r) princeps *c.* habeat *vocabulo* habeat *delto* 1. s) scribere *c.* t) de hac vita *addit sed delevit c.* u) *ita ed.* :::: *c.*

nescit, vel divinae pietatis divitias non ignorat. Nam quid mirum, si in fine temporis palam exibuit, quod ante tempora in abdito consilio suo praedestinavit?"

„Set nec hoc ammiratione caret, quod asseris, principem Arabum Protosimbolum dici, cum in voluminibus nostris nichil tale repperiatur, et vestri codices modo Architon modo Regem vel alio quolibet vocabulo nuncupent[a]. Verum nos omnibus litteris scriptur sacras praeferimus, quae per David non protosimbulos[b], set reges Arabum et Saba proficere[c] confitentur. Chaganum vero non praelatum Avarum, non Gazanorum aut Nortmannorum nuncupari reperimus, neque principem Vulgarum, set regem vel dominum Vulgarum. Quae omnia idcirco dicimus, ut quam aliter se habeant quae scripsisti, legens in Graecis voluminibus ipse cognoscas; quos nimirum suis cognominibus acquiescere perhibes, nec tamen propria ipsorum cognomina recolis. Verum idcirco ab his[d] omnibus astute βασιλεως vocabulum adimis, ut hoc soli tibi, non tam proprie quam violenter, inflectas. Illud autem ridere libuit, quod de imperatorio nomine dixisti, neque paternum esse, neque genti convenire. Quomodo[e] enim paternum non est, quod iam in avo nostro paternum fuit? Quomodo autem genti non convenit, cum sciamus, ut de ceteris brevitatis gratia taceamus, ex Hispanorum, Hisaurorum[f] et Chazarorum gentes imperatores Romanos effectos? Neque enim veraciter asseverabis, nationes has gente[g] Francorum aut religione aut virtutibus clariores, et tamen eas admittere[h] non renuis, imperatores ex his praedicare non despicis. Porro de eo quod dicis, non in tota nos Francia imperare, accipe, frater, breve responsum. In tota nempe imperamus Francia, quia nos procul dubio retinemus, quod illi retinent, cum quibus una caro et sanguis sumus hac unus per Dominum spiritus. Praeterea mirari se dilecta fraternitas tua significat, quod non Francorum set Romanorum imperatores[i] nos[k] appellemus; set scire te convenit, quia nisi Romanorum imperatores essemus, utique nec Francorum. A Romanis enim hoc nomen et dignitatem assumpsimus, apud quos profecto primum tantae culmen sublimitatis et appellationis effulsit, quorumque gentem et urbem divinitus gubernandam et matrem omnium ecclesiarum Dei defendendam atque sublimandam suscepimus, a qua et regnandi prius et postmodum imperandi auctoritatem prosapiae nostrae seminarium sumpsit. Nam Francorum principes primo reges, deinde vero imperatores dicti sunt, hii dumtaxat, qui a Romano pontifice ad hoc oleo sancto perfusi sunt. In qua etiam Karolus Magnus, abavus noster, unctione[l] huiusmodi per summum pontificem delibutus, primus ex gente ac genealogia nostra, pietate in eo habundante, et imperator dictus et christus Domini factus est, praesertim cum saepe tales ad imperium sunt asciti, qui nulla divina operatione per pontificum ministerium, proposita solum a senatu et populo, nichil horum curantibus, imperatoria dignitate potiti sunt; nonnulli vero nec sic, set tantum a militibus sunt clamati et in imperio stabiliti sunt, ita ut etiam horum quidam a feminis, quidam autem hoc atque alio modo ad imperii Romani sceptra promoti sunt".

Ps. 71. 10.

„Porro si calumpniaris Romanum pontificem, quod gesserit, calumpniari poteris et Samuel, quod spreto Saule, quem ipse unxerat, David in regem ungere non renuerit. Verum super hoc si est qui summo pontifici saltem unum faciat muctum, congruo profecto illius non carebit responso; set interim si paginas revolvas Graecorum annalium, et quae discrimina tam[m] ab alienis per vos nequaquam defensi, quam a vestratibus pontifices[n] Romani pertulerunt, perscruteris, profecto invenies, unde illos iuste non valeas redarguere. Verum haec illi quae extrinsecus agebantur facile parvipenderunt, nisi et intrinsecus per diversas haereses perimere conantium molimina deprehenderunt. Unde merito apostatis desertis — quae enim communicatio Christi et Belial? — adhaeserunt genti adhaerenti Deo et ipsius regni fructus facienti; quoniam non est personarum acceptor Deus, set ut eximius apostolorum[o] innuit: *In omni gente qui timet eum acceptus est illi.* Ergo cum ita sit, cur nos satagis reprehendere, quoniam ex Francis oriundi, Romani moderamur habenas imperii, cum in omni gente qui timet Deum acceptus sit illi[p]? Et certe Theodosius maior et filii eius, Arcadius et Honorius, atque Theodosius minor Arcadii filius, ex Hispanis ad imperii Romani culmen assumpti sunt,

Acta Ap. 10. 35.

a) nuncupet *c.* b) prosinbulo *c.* c) *i. e.* proficisci; — profice *c.* d) ab *add. sed delevit c.* e) *vox erasa.* f) histurorum *c.* g) gentes *c.* h) ammictere *c.* i) imperatore *c.* k) *deest c.* l) uncione *c.* m) discriminata *c.* n) ponfic *c.* o) *vox bis scripta sed altera deleta c.* p) ille *c.*

nec[a] tamen invenimus, quod aliquis clamaverit vel reprehenderint Theodosium, quod non Romanus set Hispanus[b] existeret, vel restiterint aut prohibuerint filios eius in loco patris et honore succedere, quemadmodum, ut cum pace tua dicamus, nunc tua conari videtur diligenda fraternitas et sustinenda dilectio, quasi gens Francorum non pertineat ad hereditatem, de qua Pater ad Filium loquitur: *Postula, inquiens, a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam* et cetera, et alibi: *Glorificantes me glorificabo*, et alia innumerabilia".

Psalm 2. 8.

1. Reg. 2. 30.

„Ergo, frater karissime, desine in hoc contentiosius agere, desine adolatoribus quibusque tandem aures tuae pietatis[c] inflectere. Denique gens Francorum multos et fecundissimos Domino fructus attulit, non solum cito credendo, verum etiam nonnullos alios salutifere convertendo. Unde vobis a Domino iure praedictum est: *Aufertur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius.* Sicut ergo potuit Deus de lapidibus suscitare filios Abrahae, ita potuit de Francorum duritia Romani suscitare successores imperii; et sicut, si Christi sumus, secundum apostolum Abrahae semen existimus, ita si sumus Christi, omnia possumus per gratiam ipsius, quae possunt illi qui videntur existere Christi; et sicut nos per fidem Christi Habrahae semen existimus, Iudaeique propter perfidiam Abrahae filii esse desierunt, ita quoque nos per bonam opinionem, orthodoxiam[d], regimen imperii Romani suscepimus[e], Graeci[f] vero propter kacodoxiam[g], id est malam opinionem, Romanorum imperatores existere cessaverunt, deserentes videlicet non solum urbem et sedem[h] imperii, set et gentem Romanam et ipsam quoque linguam penitus amittentes, atque ad aliam urbem, sedem, gentem et linguam per omnia transmigrantes".

Matth. 21. 43.

„Set ne, frater desiderabilis, tristitia cor tuum repleat, audi sequentia; qui: *Non repulit Deus plebem suam quam praescivit.* Dico ergo; numquid sic offenderunt, ut caderent? Absit. Set illorum delictum[h*] honor noster, et diminutio ipsorum plenitudo nostra effecta est. Cum enim fracti sunt rami, nos inserti sumus in illis, cum oleastri quidem ammodo fuissemus, et socii radicorum et pinguedinum olivae sumus effecti. Dicimus ergo: Fracti sunt rami, ut nos insereremur[i]; bene; non enim nisi propter credulitatem non rectam fracti sunt, nos autem fide stamus. Qui habet aures audiendi, audiat. Set dicis, quod esset tempus, secundum quod fraternitati nostrae repromiseris quando et hac potiremur appellatione, si Deus in finem ea quae consiliati sumus perducere voluisset. Et quidem de consilio quod asseris, quae diximus, haec ipsa et nunc dicimus; non enim est in nobis „est" et „non", et a verbo nostro nec ad dexteram nec ad sinistram divertimus, set in ipso immoti persistimus. Appellationem autem illam* sicut hactenus nec nos nec patres nostri per carnem et sanguinem possedisse dignoscimur, ita quoque de cetero non immerito possidere contemnimus[k]. Per patres etenim nos, non per filios, consuevimus honorari, et apud nos omnis gloria non a filiis ad patrem, set a patribus in filios derivatur. Quod enim nos a patre luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum, sumpsimus, neque a filio neque per hominem aut ab hominibus accipere volumus".

Rom. 11. 2.

Rom. 11. 17 — 20.

Iacob. 1. 17.

„Postremo scito, quia qui Riga quemquam appellat, quid dicat[l] nec ipse novit. Siquidem etiam si linguis omnibus more apostolorum, immo angelorum, loquaris, cuius linguae sit Rix, vel cui dignitati sonus ille barbarus congruit quod Rix dicitur, interpretari non poteris. Nichil enim est hoc, nisi forte ad idioma propriae linguae tractum, Riga regem significare monstraveris[m]. Quod si ita est, quia non iam barbarum set Latinum est, oportet ut, cum ad manus vestras pervenerit, in linguam vestram fideli translatione vertatur. Quod si factum fuerit, quid aliud nisi hoc nomine *βασιλευς* interpretabitur? Quod non solum Veteris set et Novi Testamenti omnes interpretes attestantur. Unde si in alienis personis hoc detestaris vocabulum, stude ex omnibus tam Latinis libris quam Graecis sive Regis sive *βασιλευς* nomen eradere. Nam nichil Rex* lingua Latina resonat, quam quod Graeca dicitur *βασιλευς*".

„Hiis igitur super hoc ita praelibatis, obstupescimus[o] in his quae serenitas tua prosequitur, dicens, suis, id est Graecis, Barim ex parte sua debellantibus et elidere decer-

a) et c. b) inspanus c. c) puritatis c. d) orthodosiam c. e) suscepi::: c. f) grecis l. g) kacodo- siam c. h) sedes c. h*) delicta c. i) inseremur c. k) contennimus c. l) dicam c. m) mostraveris c. n) deest in c. o) ostupescimus c. *) rix.

tantibus, nostros vel solum intuitos vel prandiis dissolutos nichil[a] auxilii praestitisse[b], hac ideo civitatem ipsam capi[c] minime potuisse; cum nostri, sive intuendo tantum sive prandendo sive aliud quid agendo, Barum tamen licet perpauci[d] et finemtenus impugnasse et ope divina cepisse noscantur. Vestri autem sicut bruchi prae multitudine apparentes, et sicut locustae primum impetum dantes, eo ipso quo conatum suum in prima fronte monstraverunt, pussillanimitate superati, protinus infirmati sunt, et more[e] locustarum repente quidem salierunt, set confestim fatigati quasi a nisibus volandi deciderint, ac per hoc neque intuendo neque prandendo neque bellando quibuslibet insignibus triumphi monstratis[f], motu subitaneo et clandestino recesserint, et inefficaces, nonnullis[g], et contra christianos, solummodo captivatis, ad propria repedaverint. Ergo, frater, noli de cetero Francos ridere, quia etiam inter mortis vicina student et prandia[h] et omnia caritatis indicia proximis habere, et tamen a proposito non lacessere[i], quoniam secundum apostolum sciunt et habundare et penuriam pati, et saturari et esurire, et, ut compendio dicamus, omnia possunt in Illo qui illos confortat". Phil. 4. 12.

„De paucitate vero quid miraris, si pauci fuerunt, et tamen multa lucra detulerint? Praeterea qua de re pauci fuerint nostri, pridem dilectioni tuae patefecimus; set quoniam nos super hoc pulsasti denuo, nostrum denuo sume responsum. Cum enim, diu demorante stolo fraternitatis tuae, illius iam minime praestolaremur adventum, et in anno ipso de obsidione Baris nichil omnino fieri putaremus, omnes ad sua[k] redire[l] permiseramus, hiis solummodo retentis quos ad prohibitionem recipiendorum alimentorum sufficere credebamus; et hoc est, quod stolus insperatus apparens non nisi paucos nostros invenerit. Verum tamen isti ipsi pauci, et adhuc pauciores, quibusdam horum diverso langore gravatis[m], effecti, antequam Varis caperetur, tres ammiradas[m'], qui totam Calabriam depopulabantur, numerosam multitudinem Saracenorum, prostraverunt et magnam vestratibus salutem divino brachio contulerunt; qua re[n] non solum Calabritanorum Hismahelitum ingens extunc facta est diminutio, set et Barensium potentatus omnimodo dissolutio, hac per id ad capiendum facilis adinventionem. Cuius facti tropaea vestros credimus tuo imperio retulisse, et opera Dei quae taceri non debent mirabiliter enarrasse".

„Ceterum fraternitatis tuae dilectionem rogamus, nullam Nicetae patricio molestiam irrogare, pro eo quod nostrum tam insolenter[o] offenderit animum. Nam licet adeo protervus et contumax erga nostrum fuerit imperium, ut fidelium quoque nostrorum numerosa[p] multitudo in eum severiore mente commoveretur[q], nisi a nobis causa tui honoris pariter et amoris praeventa compesceretur, tamen malum pro malo retribuere non tulimus nec debemus; et idcirco deposcimus, si quid minarum super ipsum potestatis tuae fortassis imminet, celeri[r] benignitatis tuae manu pro nostro removeatur amore".

„Non autem tales apocrisiarios apostolicae sedis esse, vel professio docet vel eruditio dictat vel conversatio anteacta demonstrat[s], quales illos scripta praedicant quae nobis fraternitas tua direxit. Electos enim et approbatos eos tam spiritalis pater noster summus pontifex quam ecclesia, per diutina tempora scientes et ecclesiasticae correctionis negocia strenue peragentes[t], ad preces sublimis a Deo servandi imperii tui illos direxisse noscuntur. Unde et decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut nullos vel piratarum vel aliorum pravorum incursus inciderent; grave namque contra te[u] super hoc tam spiritalis patris nostri apostolici papae quam totius ecclesiae Romanae murmur accenditur, eo quod illos a sede apostolica tam desiderabiliter expetieris, set tam improvida dispensatione remiseris".

„Et Niceta quidem patricius, Hadriano[v] loci servatore cum classibus[w] destinato, accepta quasi pro huiusmodi re occasione, multas praedas ab ipsis Sclavenis abstulit, et quibusdam castris dirruptis[x] eorum homines captivos adduxit. Nec tamen quae praefati venerabiles apocrisiarii[y] perdiderunt, hactenus[z] restituta sunt. Sane spiritalem tuam

a) null:::: *c.* b) praest:sse *c.* c) captioni *corr.* capi *c.* d) perpaucis *l.* e) mores *l.* f) mostratis *c.* g) inficaces nonnulli *c.* h) prandiam *l.* i) lascessere *l.* k) suas *c.* l) ridire *c.* m) gravati *c.* m') ammiredas *c.* n) *ita ed.* :::re: *c.* o) insollerter *c.* p) numerositas *corr.* numerosa *c.* q) commoverunt *corr.* commovere *c.* r) celeri: *c.* s) demostrat *c.* t) *ita ed.* peragen::: *c.* u) contente *c.* v) hadriano *c.* w) clausibus *c.* x) dirructis *c. et ita saepius.* y) aprocrisiri *c.* z) hacten: *c.*

nolumus ignorare fraternitatem, super castra nostra dirrupta et tot populis Sclaveniae nostrae in captivitate sine qualibet parcitate subtractis, supra quam dici possit animum nostrum commotum. Non enim congrue gestum est, ut eisdem Sclavenis nostris cum navibus[a] suis apud Barim in procinctu communis utilitatis consistentibus et nichil adversi sibi aliunde imminere putantibus, tam impie domi sua quaeque diriperentur, sibique contingerent, quae si praenoscerent, nequaquam prorsus incurrerent. Qua de re desiderabilem dilectionem tuam hortamur et ammonemus, quod mox id corrigere iubeat et ipsos captivos ad propria cum suis reduci praecipiat, si caritatis vinculum numquam inter nos fore cupiat dissolvendum. Nullus enim mortalium hactenus imperium nostrum talia commisisse recolit; ac per hoc nisi correctio iussione tua praeveniat, iustae severitatis nostrae proxima ultio procul dubio subsequetur; nec poterit remanere penitus impunitum, quod in contemptum nostrum tanta temeritate constat fuisse[b] patratum".

„Nichilominus etiam innotescimus[c], obstupuisse[d] nos talia de missis nostris audientes, qualia tua nobis dulcedine litterae intimarunt; adeo quippe illos inordinate significans ambulasse, ut semper evaginato gladio deportato, non solum iumenta set et homines interficerent. Quae res si ita se habuit, mansuetudini nostrae valde displicet, et ut ad certitudinem perducatur, vehementer exoptat. Verum et ipsi diligenter a nobis inquisiti, tale quid gessisse modis omnibus negaverunt, et quia non est qui illos super hoc in faciem arguat, non est profecto eis neque convictis neque confessis iustae correctionis aliquid ingerendum. Verum nos illos nec educavimus, nec ita docuimus, ut ad talia, qualia perhibes, laberentur; et ideo de illis quicquam horum credere non facile iudicamus. Ceterum indecorum sonuit, quod fraternitas tua perhibuit dicens, suos non gladiis set dentibus nostros[e] dilaniavisse, nisi causa timoris tui minime cohercerentur; cum si non essent in imperio tuo, nil tale sibi praetenderetur, set nec in regno tuo positi quicquam horum penitus formidarent; quin immo nec tanti numeri viros et aduc alios totidem, Deo gratias, expavescerent!"

„Postremo de Neapoli nobis in Christo fraternitas tua[f], quasi miserimus populum nostrum ad incidendas arbores et messes igne cremandas et hanc ditioni nostrae subdendam; cum licet ab olim nostra fuerit et parentibus nostris piis imperatoribus tributa persolveret, verum nos ab eius civibus praeter solitas functiones nichil exegimus nisi salutem ipsorum, videlicet ut desererent contagia perfidorum et plebem desisterent insequi christianorum. Nam infidelibus arma et alimenta et cetera subsidia tribuentes, et per tocius imperii nostri litora eos ducunt, et cum ipsis toties beati Petri apostolorum principis territorii fines furtim depraedari conantur, ita ut facta videtur esse Neapolis Panormus vel Africa. Cumque nostri quique Saracenos insecuntur, ipsi, ut possint evadere, Neapolim fugiunt, quibus non est necessarium Panormum repetere, set Neapolim fugientes, ibidemque quousque praeviderint latitantes, rursus improviso ad exterminia redeunt. Super quibus saepe illos monuimus, set ex ammonitione peiores effecti sunt, adeo ut episcopum proprium[16], quoniam eos ut vitarent consortia malignorum monitabat, ex urbe proicerent, et illustres ac proceres civitatis compedibus obligarent. Ergo si societatem non dissolverint infidelium, secundum apostolum, qui praecipit dicens: *Nolite iugum ducere cum infidelibus*, et pastorem ac episcopum proprium non receperint, portionem eorum ponemus cum his quorum libenter amplexi sunt unionem, et in una lance appendemus utrosque; quoniam non solum qui faciunt talia, set et qui consentiunt talia facientibus, dignos morte iudicat memoratus insignis apostolus; praesertim cum unanimiter arma contra christianos ferant et dimicent, et si quos fidelium capere possunt, Saracenorum manibus tradant, cum ipsis ad bella uno impetu procedentes".

16 2. Cor. 6. 14. Rom. 1. 32.

„De cetero, frater karissime, noveris, cum virtute summi Opificis nostri exercitum nostrum ordine praenotato Bari triumphis nostris summissa, Saracenos Tarenti pariter et Calabriae mox mirabiliter humiliasse simul et comminuisse, hos celerius duce Deo penitus contrituri, si a mari prohibiti fuerint escarum ammittere copias vel etiam classium a Panormo vel Africa suscipere multitudines. Quapropter specialis fraternitas tua, quia per sicca nostrorum cunei populorum in utrisque locis vix aut numquam dee-

a) manibus c. b) fuisset 1. c) ignotescimus c. d) obstipuisse c. e) nostris *corr.* nostros c. f) *scil.* scripsit.

16) Athanasium.

runt, studeat necesse est sufficientem stolum destinare, qui et illos a recipiendis alimentis a mare coerceat, et si plurimas[a] contingerit, sicuti saepe nunciatur, pessimae gentis advenire catervas, facilius illis resistere, divino munito brachio, valeat. Nam iste stratigus Georgius, licet sollerter invigilet et strenue pro suo posse decertare, non tamen sufficiet obviare, si plures inimicorum naves ex parte qualibet apparuerint, non videlicet nisi pauca prorsus chelandia possidens. Et quia nonnulli Saracenorum Panormi latrunculi cum sagenis[17], solatio et refugio iam memoratorum Neapolitanorum freti, per Tirrenum mare debachantur, oportet ut et hos capiendos tuae fraternitatis stolus sine dilatione mittatur. Isti sunt qui et Calabritanis Saracenis indefesse stipendia praebent, et hiis qui Panormi sunt auxilia cotidiana ministrant; unde si capiantur, sagenae maxima ex parte Sarracenorum tam Panormi quam Calabriae constringuntur. Nos enim Calabria Deo auctore purgata, Siciliam pristinae disponimus secundum comune placitum restituere libertati; quod tanto erit utrumque facilius, quanto illi divina dextera captis navibus et latrunculis fuerint amplius et celerius infirmati. Nulla ergo tarditas, frater karissime, nulla mora in mittendo stolo proveniat, ne vel per escarum a mari receptarum habundantiam vel per adventantium Agarenorum classium numerositatem horum vires non infirmentur set roborentur, et sic roborentur, ut postea difficilius infirmentur. Set et frustra nostri per sicca indefesse[b] certamen arripiunt, si et[c] ipsi per aequora fuerint aliqua stipendia vel copiosam multitudinem consecuti. Postremo misimus desiderabilissimae fraternitate tuae Auprandum, fidelem ac familiarem hominem nostrum, qui quaedam quae huic desunt epistolae viva voce tuo Deo tuendo reserabit imperio, qui diligenda nobis in Christo fraternitate tua susceptus benigne, non exceptis octo diebus quaesumus ullo modo retardetur, set celerius ad nos, quia ita convenit, nulla impediente mora Christo propitio remittatur."

17) naves leves.

108. Interim tramitem quae reliquimus[d] districtius gradiamur. Memoratus imperator Lodoguicus, antequam Baris caperetur, tres ammiradas, qui totam Calabriam depopulabantur, cum numerosa multitudine Saracenorum, missis suis fidelibus, prostraverunt, et non solum Calabritanorum Hismaelitum ingens extunc facta est diminutio, set et Barensium potentatus[e] omnimoda dissolutio. Set dum prolixa tempora eam videlicet undique obsedisset, postremum a Francis et Langobardis est capta. Ipse 871.
namque Sagdan in unam civitati illius turrem se communivit, et nominative Beneventanum principem Adelchisum adclamat; inquid: *In fide tua me suscipe, quia teste Deo tuam filiam incontaminatam penes me habeo.* Habuerat nuper eam obsidem, et minime, licet infidelis fuisset, adhuc contaminarat. Quo audito, princeps Adelchis statim ab ipso imperatore eum expetit et accepit, necnon et alios suos sodales, quorum nomina fuerunt Annosum et Abdelbach. Et tota Apulia simulque et Calabria Deo praevio ab hostibus potenter erepta, cum ingenti tripudio cuneatim Beneventum venerunt.

109. Cumque Beneventani[f] hostiliter insequeretur sua coniux, atque mulieres illorum omnimodis nimirum foedaret, id ipsa Beneventanis variis iniuriis afficeret, asserens ad suos: *Quia minime se sciunt communire Beneventi clippeis,* dum fere trium annorum tempore memoratus Lodoguicus una cum dicta uxore Beneventanos praeesset, Beneventani eum ex sua urbe expulerunt in hunc modum, quemadmodum subsequens sermo declarat. Igne vero undique palacium succenderunt, ubi ipse imperator cum sua coniuge degentes[g], et sic arma[h] tulerunt et ibi cum grandi strepitu adierunt. Ille imperator veniam postulabat, et inter haec verba suam coniugem cum magna ira iniuriis afficiebat, asserens: *Numquid non dudum dicebas, quia Beneventanis minime se sciunt munire clippeis? Cerne[i] nunc eos, qualiter undique se comuniunt atque ad bellum prompto animo sunt parati!* Quapropter per iusiurandum iuravit, ut cicius una cum suis Beneventum linqueret, et sine mora Galliam properaret, et nulla dampna vel oppressione in illorum amplius arva iniret. Et statim cum

a) plurimos *c.* b) indefessa *corr.* indefesse *c.* c) et si ::: *c.* d) :eliquimus *c.* e) potestatus *c. cf. supra p.* 525. *l.* 26. f) beneventa::: *c.* g) dege::da, *deletis* da, *c.* h) *ita ed.* arm:: *c.* i) cer:e *c.*

omnibus suis inde est motus Galliamque properavit, licet aliquanto tempore eum in custodiam habuissent[a]. Set antequam Adelchis memoratus princeps eum apprehenderet, consilio exinde expetit a praedicto Sagdane, Agarenorum rege, qui tunc in carcere tentus erat, utrum apprehenderet et[a] urbe eiceret imperatorem an non, ipse praediceret. Cui Sagdan: *Nequaquam talia facito, quia, quantum conicere valeo, minime me Agareni praetermittunt, set indesinenter perquirunt.* Ad haec princeps: *Confiteor, quia pluribus praedicta re innotuit.* At Sagdan, ut erat sagacissimus, in hunc modum verba depromsit: *Quod inchoasti perfice, ne forte consilium promulgetur.* Et sicut diximus superius seriatim, ex sua urbe expulit[18], omnemque eius thesaurum Beneventani diripiunt et inter se nimirum dispertiunt, ditatique sunt valde.

110. Factum est autem, ut aliquanto tempore post decessum imperatoris Lodoguici princeps Guaiferius balneum pergeret; set dum regredi una cum suis palatium maluisset, quidam Agarenus in foro Salernitanae civitatis residens, Guaiferium acclamat, inquid: *Da mihi, obsecro, tegumentum quod tuo capite geris.* At ille protinus suo capite denudato, ilico Agareni fasciolum condonavit. Dum autem iam fatum Agarenum Africam proprium solum adiret, et cerneret, quod[b] omnis navalis exercitus altrinsecus ad pugnam se praepararet, quatenus Italiam pergeret, et nominative castra contra[c] Salernum moraret eamque diversis machinis expugnaret[d], et dum illuc Amelfitani adessent, ipse Agarenus uni illorum talia verba depromsit: *Vidistine Guaiferium[e] Salernitanorum princeps aut scis eum?* Cui Amelfitanus: *Et scio eum et creberrime quando illuc sum ante illius optutum assisto.* Idem ipse Agarenus: *Per filium Mariae te obtestor, quem ut Deum colitis, ut fideliter meis dictis illius innuas, ut omnimodis undique urbem suam rehaedificari faciat, et antemuralem illum qui est iuxta mare sine mora in altum elevet, aliam turrem in uno capite et aliam in alio, simulque et in medium non exiguas faciat; et praeparet se ad proelium, quia omnis ex multitudine*[19] *quam cernis illuc properat. Et si te percontat, quis tibi talia intimavit, illi dicito: „Quia Agarenus cui fasciolum condonasti, ipse talia verba depromsit;“ tantum incunctanter credat.* Vocabatur Agarenus ille nomen Arrane.

111. Cum in hunc modum Amelfitanus ille, Flurus nomine, seriatim Guaiferio[e] principi omnia propalasset quae audierat quaeque viderat, valde est nempe perterritus, nimiumque illius dicta credulus, ilico deposita omni segnitia cum omni conamine undique urbem Salernitanam muniri iussit, atque quemadmodum Agarenus sagacissimus depromserat, a parte australi[g] turrem mirae magnitudinis necnon et altitudinis comere fecit. Illa vero qui est ab occiduo, Capuani construxerunt, eo quod illo tunc tempore sub ditione Salernae civitatis degebant. Aliam namque Salernitani construxerunt quae dicitur mediana, et secus illam turrem aditum[h] civitatis fecerunt, et forulis[i] et seris denique munierunt; illam vero quae est ab ortu, solis Tuscianenses[k] operarunt, et illi illo in tempore fere duo[l] milia fuerunt.

Altithronus Deus, qui proprium suum cruorem pro suis ovibus fudit, quatenus protoplausti contagione deleret, nolens suos perire[m], Hismaelitum animum adversus suos suscitans, ut flagitia, quae erga ipsum imperatorem, salvatorem scilicet Beneventanae Campaniaeque patriae, gesserant, ulciscerent, quemammodum olim Iudayco populo alophilis[n] subiciebat, eo[o] quod ab ipso se alienaret, sic nimirum nunc Agarenorum regem, cui nomen Abdila fuit, adversus christianos suscitans, ut variis cruciatibus quippe eos[p] attereret, ut, corpora diu castigata[21], animas coelorum gaudia concederet[q]. Agarenorum rex, de quo praediximus, Abdila cum sexaginta duo milia pugnatorum per Calabriam Salernum venit, et nonnulla oppida Calabritanorum cepit. Set antequam civitatis moenia propinquaret, princeps Beneventi Adelchisi cum omnibus suis proeliatoribus ocius Salernum venit, ut una cum Guaiferio bellum cum

a) habuisset c. a) ex c. b) *deest* c. c) ::::: salern::: morare:: c. d) expugnare: c. e) gaiferium c. f) guaiferi::: c. g) ustrali: c. h) :::ditum c. i) for::: c. k) tuscianesses c. l) du:: c. m) periret 1. n) alophili c. o) et 1? p) *deest* c. q) con:::::: c.

18) scilicet Hludowicum. 19) *i. e.* omnis haec multitudo. 20) in margine manu 2.: *Tussianus est locus prope Salernum ad XVI miliaria, et hodie est ibi quidam burgus modicus qui appellatur Battipalla.* 21) Accusativi absoluti.

Saracenis iniret. Et statim ex urbe Salernitana cum ingenti audacia Salernitani et Be- 872.
neventani exierunt, et ad bellum altrinsecus se pararunt. Agareni econtra omnimodis cum immani stridore se ante faciem illorum obicierunt. Set dum utraeque acies appropiassent, et nec Agareni neque Langobardi terga darent, sagax ille Beneventanorum princeps Adelchis de equo super quo residebat ilico exiliens, et in faciem ruit, quatenus caterva Agarenorum contemplaret[a] valeret. Set minime talia facere potuit propter densitatem equorum necnon et pedestrium. Continuo equo ascendit et Guaiferio principi verba depromsit: *Urbem propriam ingrediamur et inter nos consilium iniamus, quia, quantum aestimare valeo, minime cum illis certamen inire valemus.* Quapropter urbem iam dictam sunt nimirum regressi, et consilio inito, ab invicem sunt sequestrati. Beneventani sua propria adierunt, et Salernitani moeniam civitatis[b] ascenderunt, et omnimodis se munierunt. Agareni a foris undique tentoria fixerunt, et hic inde cuncta forinsecus stirpatim deleverunt, occisis innumerabilis colonis[21]; et ex parte depopulati sunt Neapolim, Beneventum et Capuam. Quid multa dicam? Crebrissime universa oppida atterebant. 21 Erch. c. 35.

112. Circumdata namque urbe terribiliter atque inaudite, capiendam nobis[21*] certaminibus per plurimum temporis pugnaverunt. At contra Guaiferium, ut erat magnanimus, imperterritus eis fortiter resistens, nunc ex muris nunc per improvisam interruptionem plurimam suorum hostium partem attribuit. Licet pro paucitate suis[c] exercitûm acies contra Agarenos in patulis pavebat dirigere, tamen expeditis suis iuvenibus incessabiliter[d] hinc atque inde subito inimicorum prostrabat[e] catervas. Set praedictus rex quanto plus sibi attentius cernebat obsistere, tanto eis ferventissime nova certamina obiciebat. Set Agareni cotidie vires augebant, et Salernitani nimium devilitabant. Factum est autem una diem[f], ut cum ingenti audacia Agareni iuxta mare deambulassent et usque portam iam fatam armati venissent. Set praedictus princeps non sinuit, ut ex suis quisquam saltem illis calculum iacteret, et interim Agareni ad castra reversi sunt. Set dum crebrissime talia iterarent, et nec lapis aliquis illorum iniceretur, inter se decreverunt, ut frequenter in armis[g] inde perambulassent, putantes, ut metuerent Salernitani aliquam rem improbam illis obicere. Cum huiuscemodi[g*] saepissime iterare[h] satagerent et christiani iniuriis lacescerent, Salernitani freti de Dei potentia, ilico audaci animo super Agarenos irruunt eosque undique comminuunt, septuaginta ex eis interimunt, ut ita cruore illorum litora maris replerent. Comperti Agarenorum suorum interitu, fistulae, sambucae et musicorum universa genera cecinerunt, tubisque clangentes ac perstrepentes undique mari terra inque praefatam urbem pugnare coeperunt, in tantum ut, si divina pietas abesset, capi potuisset. Nam plurimi ex Salernitanis vulnerati, pauci vero extincti. Set valde erant denique[k] perculsi; nam mane a solis ortu certamen iniebant; quatenus[22] Salernitani iuvas[23] solis[l] substinere nequirent et illi valerent, denique laniarent[24] versa vice; sic serotina a solis occasu[25] peragebant. Tirannus ille Agarenorum rex sanctissima haede beatorum Fortunati videlicet, Gagi et Anthes cum suis satellitibus degebat, atque in luxuriis et variis inquinamentis fervebat, in tantum ut ille Abdila thorum sibi parari iusserat super sacratissimum altare, ibique puellas quas nequiter depraedaverat deludebat. Set non diu perstitit tam immane contagium, immo et praesumptio, annuente Divinitas. Nam cum ei fuisset oblata quaedam christiana necnon speciosissimaque puella, continuo ad thorum suum illam deportari iussit. Set dum eam stuprare[m] satageret, et illa omni nisu ei resisteret, immo et si propria lingua diceret: *Antea morti incumbo quam sacratissimum altare nimirum polluam, quia multa sacrificia super eum oblata sunt,* tirannus rex verba illius deludens, vi opprimens eam; de[n] repente per angelorum manus trabs de alto disruptus est et super Abdilam regem decidit et sine mora extinxit; et mira Dei potentia puella illa minime est ab ipso trabe contacta et illaesa 22 23 24 25

a) contemplari:: *c.* b) menia:: ciuitat:: *c.* c) sui:: *c.* d) inconsubiliter *c.* e) prostrabant *corr.* prostrabat *c.* f) die::: *c.* g) *ita ed.* :::m:s, *iam* ineremes *c.* g*) huiuscemodi *c. saepius.* h) iteraret *c.* i) freta i? k) v. e. d. valde *c.* l) soli *c.* m) strupare *c.* n) :: *c.*

21) Manus 2. in margine adiecit: *Nota quod mala passi sunt miseri coloni Salernitani, quos Fucitanos appellamus, et adhuc hodiernis diebus paciuntur.* 21*) *i. e.* novis. 22) *i. e.* quia. 23) *i. e.* iubas. 24) scil. Agareni. 25) ad solis occasum.

872. permansit. Et ne[a] forte Agareni fingere, quod non fuisset gestum per Dei clementiam set casu accidit, quomodo crebrissime conspicimus per vetustatem plurimae ecclesiae dirruptae, et non solum trabes set etiam parietes usque ad solum prostrati, aut procul ab ipso altario quasi gubita tria sectum nimirum fuit, et ubi contumax ille Deique odibilis super sacratissimum altare praedictum ludebat, trabem proiecit eumque mortuum stravit. Et hactenus a parte australi in testimonium reliquit Redemtor suis fidelibus caput de ipso silicet trabe; et non solum tirannus ille set etiam plures illorum subitaneo contagio perdidit et extimplo de hac luce abstraxit. Ab illo namque die quamvis gentiles minime iam dictam ecclesiam in illo ordine intraverunt, christiani indesinenter Redemptorem omnium collaudabant; Agareni econtra nimirum obstupescebant. Extinto, quemammodum diximus, rege illo tiranno, Agareni ilico regem procreaverunt nomine Abemelec; licet fuisset eunuchus*, erga res humanas audax fuit et sagax.

871. Erch. c. 35. 113. Per idem tempus comites duo, amboque nomen unius Lamberti vocitabantur, augusti furorem metuentes, Beneventum recesserunt, et ab Adelchiso honorifice suscepti sunt. Cumque in hac obsidionem prope terminarentur annus, et nullus suffragium Salernitani obtinerent, et saepissime cum Agarenis certamen inirent, factum est, ut unum eminentissimum Agarenum tres testiculis[b] gerens, voci ingenti clamaret ac promeret: *O ercescende[c] filius Petre[d], veni et iniamus singularem certamen, et tunc conicere poteris Agarenorum virtutes!* Set dum diu exultaret eademque verba repeteret, Petrus ille fisus in Redemtoris clementiam, audaci animo Agareno exiit obviam, suosque interminans hiis, ut nullum auxilium illis cederent. Agarenus ille pone[e] civitatis cum ingenti audacia moeniam venit, loricaque indutus et capite galea septus et sex lanceis propria manu gestans, super eum irruit. Petrus ille iam dictus impetum illius omnimodis cavit[f]; set dum iterum Agarenus cum expedito equo super ilium veniret et lancea cum omni nisu, ut eum protinus in terram straret, iniceret, christianus quamvis cum metu agiliter feritam[26] illius evasit, et continuo Deum invocavit et suos martires, ante quorum ecclesiam certamen iniebat, silicet Cosmam[27] et Damianum, asta quae manu gestabat illi protinus misit, eumque inter duas percussit scapulas, et statim vitalis calor aufugit, amplexoque equi collum, ad suos refugit, et sine mora extinxit. Christiani una omnes Deum videlicet collaudabant, necnon et vires recipiebant; Agareni plus plane erga christianos fremebant, in tantum, ut machinam quam nos petraria nuncupamus construerent mirae magnitudinis, et valde turrem unam, quae nunc dicitur Solarata, atterent. Salernitani nullo modo ibidem valentes resistere, et nesciebant quid agerent; statimque Landemari, filius Ademari, talia verba depromsit: *Securam[g] mihi acutam deferite, et adiuvante Deo ego illuc pergo, et quantum valeo machinam illam confringo.* Statim acuatam securam ei obtulerunt, ilico per murum eum deposuerunt, et cum ingenti audacia illic properavit, et dextra laevaque prophanos prostravit, et machinam vehementer quantum valuit abscidit, et ocius moenia adiit. Et in eadem turrem ilico machinam construxerunt, et iam minime eadem parte metum habuerunt.

114. Helim filii erant quatuor, qui saepissime vehementer Salernitanos atterebant, eo quod prae ceteris Agarenis eminentiores erant; et praepotens statura illorum erat una, et similes equos habebant, et inter omnes illis[h] anticipabant. Unus illorum audacior ceteris, Salernitanis cotidie acclamabat: *Unus ex vobis veniat, singulare certamen mecum iniat, et tunc experiri valebitis, qualis est Helim filius.* Tunc unus ex Salernitanis, Landemari nomine, ocius urbem egressus est et omnimodis ad bellum se praeparavit. Set dum Elim filius super eum cum magna virtute veniret, et forti yctu percussit; set Domino non sinente, nequaquam illum namque sauciavit. Revolvente itaque ocius equum, qualiter eum prosterneret, ille christianus non segniter gessit, set continuo omni nisu lancea illi protinus misit et eum secus ilium[i] per-

a) ita ed. c. *) enuchus c. b) testicul::s c. c) execrande *ed.* d) pet:: c. e) pene c. f) caruit c. g) securim c. i. e. securim. h) illi:: c. i) illum *corr.* ilium c.

26) i. e. ictum. 27) Haec in margine codicis manu secunda leguntur: *Ista ecclesia usque in hodiernum diem est prope muros Salerni, et est vicina ecclesie sancte Marie de porta, que est locus fratrum Predicatorum.*

cussit. Ille vero iam nequaquam cum illo certamen iniit, set ad suos reversus est 872.
et non diu supervixit. Iam Redemptor a suo populo iram et indignationem abiciebat et gratiam condonabat. O incomprehensibilia Dei iudicia! Castigat et salvat; castigat, quatenus unusquisque cognoscat, quia omnis virtus et gratia necnon et sapientia ab ipso Domino est et cum ipso fuit semper et est ante eum. Nam ipse dixit: *Ego occidam et vivere faciam;* protinus addidit: *Et ego vivere faciam.* Delinquente suo populo castigat, quia propter scelera tradidit suos iniustis et indisciplinatos, quatenus eos variis cruciatibus atterat, ut recogitent et intelligant, quia a se nichil sunt; et ut talia recogitaverint, statim iram suam ab eis ammovet et profanos conteret. Guaiferius vero pro sua obsessione primum Petrum cognatum suum et Guaimarium filium suum legatos ad iam fatum augustum misit; quos ille consilio praesulis Landolfi retinuit et exilio destinavit. Cuius postea duos filios reliquos suscepit. Deut. 32. 39. Erch. c. 35.

115. Set dum fames valida praedictam urbem consumeret, coniux Guaiferii principis per semet ipsam per muros civitatis gradiebat, alimentaque deferebat nimirum et confortabat. Cumque se praefatus princeps iam eiusque concives undique artatos aspicerent, ita ut extra murum egredi non auderent, et crebrissime saevissimis proeliis lacesserentur[a], funditusque ab eis spes salutis esset ablata, capiendos se fore universi praedonibusque dirimendos valide ululatu flerent, ilia[b] valida fames attereret, in tantum ut cathos[28] et mures commederent, decreverunt, ut, si annus continuus misericordia Dei abesset, Agarenis se subderent. 28

116. Per idem tempus Amelfitanis Marinus praerat, qui pacem cum Agarenis a primitus[c] habebat, set Salernitani pleniter diligebat. Statim huiuscemodi dicta audivit, valde sese perterruit, atque ilico omnes suos vocavit et in verbis talia promit: *Eia mei consanguinei meique fideles, inter nos consilium iniamus, quatenus Salernitanis subveniamus.* Et probum consilium inierunt, suaque alimenta omnia dispertierunt, et arte qua poterant clam Salernitanis obtulerunt eosque refoverunt, necnon et consilium dederunt, ut sollerter invigilent et strenue nimirum decertent.

117. His ita gestis, Capuanus praesul Landolfus per semet ipsum Papiam pergens, 872.
quatenus imperatorem Lodoguicum suppliciter exoraret, ut patriae perditae subveniret. Set ut talia perficere mallet, ut mos est Galli, ipse cum suo exercitu in suis praediis repperit; statim suum adventum misit denique intimandum. At ille solita clementia non negavit, honorifice ante suum optutum venire iussit; cumque a longe, ubi ipse augustus in trono aureo residebat et secus ipsum similiter sua coniuge residebat et hinc inde optimates[d] sistebant, advenisset, honesta voce praedixit: *Aspice, domine, de sede sancta tua, et cogita de nobis!* Et inter verba immensas lacrimas fundebat et se in faciem stravit. At ille imperator clementissimus ilico suos proceres illuc misit, eumque a terra levaverunt et cum magno honore ad ipsum augustum perduxerunt. Imperator eum seriatim percontavit: *Pro qua re praesidium a nostra mansuetudine poscitis, quando nuper perfidi Beneventani me meamque coniugem turpiter comprehenderunt necnon et in carcerem vinxerunt?* Cui praesul: *Audi me, benignissime imperator. Rex omnium rerum propter nos in hunc per uterum Virginis venit mundum, ut qui erabamus*[29] *sub nodo peccati absolvere; nam et pro crucifigentibus se oravit, addens* 29
hoc: „Pater ignosce illis, non enim sciunt quod faciunt.“ Et nisi ipse misericors Luc.
non orasset, nequaquam ad Petri verbum una die tria milia aliaque die quinque milia, 23. 34
postea multa milia ex Iudaeis, qui Dominum comprehenderant, crediderant. Ipse etenim dixit: „Nemo venit ad patrem nisi per me,“ et paulo post adiecit: „Ego sum Ioh.
via.“ Nemo potest gaudia patriae coelestis anelare, nisi si Christum, qui est via, 14. 6.
imitat; et vos, quamvis honorem terrenum gestetis, mortales homines estis. Quapropter Redemptorem imitate, atque Agarenos Deo praevio debellate, ut dum[e] fideles suos ab oppressione humana eripitis, ipse vos ab invisibilibus hostibus potenter liberet atque inter sanctorum agmina copulet. Cum haec et hiis similia promeret, ut mos est feminarum saepe adversa diceret, sic uxor praefati augusti temptavit dicere; set vir suus illius verba omnimodis addicabat, et flebat, et statim omnes suos proceres vocari

a) lasserentur c. b) ::li: c. c) primatus c. d) optimate *aut* optimati c. e) *deest* c.
28) gatti, feles. 29) forma Itala, *eravamo.*

iussit, et in verbis talia promit: *Omnes parati estote, quatenus Agarenos de finibus Italiae exturbemus!* Vinum, ut illorum mos est, ascire fecit. Cumque pincerna imperatoris cum aureo poculum[a] vinum dedisset, exiguum exinde sumpsit, statim pincernae poculum[b] reddere voluit. Imperator adiecit: *Vestro famulo poculum reddite, sciatque vobis donatum.* At ille capite inclinato resalutavit eum. Die vero altera praesuli iam dicto praebuit comeatum, eique promisit, ut non multo post illum subsequeretur. At ille vale dicens, arva sua[c] cum gaudio repedavit. Imperator praedictus collecta multitu-
31 dine Campaniae finibus venit, et locum qui Patenara[31] dicitur adiit; quo ad eum legati
873. de diversis urbibus venerunt, inter quos Landolfus iam dictus praesul et nepotes sui ex diverso venerunt. Ilico ut[d] venerunt, omnes suos proceres sibi sistere iussit, et tunc promsit talia verba: *Consilium unanimiter[e] faciamus, quatenus catervam Hismaelitum Deo praevio atterimus.* Et vehementer indagavit, quot numero essent; at praesul: *Quinque milia sunt super Capuam.* Idem imperator: *Aestimo quia plus.* Ad haec episcopus: *Confiteor, domine, quia decem milia super Capuam et decem milia super Beneventum, at reliquum vulgus degit Salernum.* Et continuo unus ex circumstantibus tellure tenus prostratus, pedes imperatoris amplexatus est, asserens: *Da mihi, obsecro, potestatem, quatenus cum Agarenis certamen iniam.* At imperator cum fletu subiunxit: *Nequaquam talia facio! quia indolis aetatis teneres[f];* erat namque fere duodecim ille annorum, et vocabatur Cuntart nomine, nepusque[g] praedicti imperatoris. Set cum diu pedes illius teneret, tandem baculum quod manu gestabat illi dedit, adnectens: *Sit Dominus in suffragium vestrum!* comitemque dedit quidam comes, Suavius nomine. Et cum magna audacia Capuam venerunt, missamque ab episcopo Landolfo audierunt, et corpus et sanguis domini nostri Iesu Christi participati sunt; et continuo Saracenis una cum Capuanis obviam exierunt. Cumque unus dyaconus, Petrus nomine, illuc proficere armatus voluisset, nequaquam ipse episcopus sinebat eum; ille vero nullo modo obtemperans dictis eius, profectus est; ipse episcopus prophetica voce ei depromsit: *Vide, quia minime es reversurus!* Quod ita factum est. Cuntart comes iam dictum una cum Suavio et cum omnibus suis adversus Agarenos sunt egressi, sociantes sibi Capuanos Set dum utraeque acies inter se appropinquassent, et non Agareni Gallis aspicerent, neque Franci Agarenis[h], propter aeris densitatem, tandem iam fatus Cuntart
32 dum fremitum equorum stridorque Agarenorum aures innecteret, ilico manus ad hos[32]
33 ducens, manus cum dentibus abstridens[i.33], clangere iussit tubis, moxque super eos irruit ultimaque caede eos vastavit. Novem milia ex eis prostravit; ipse vero Cuntart ibidem occubuit et exigui alii ipsumque iam dictum diaconem. Mille vero qui evaserunt, absque armis fugierunt. Set ut talia comperit Landolfus, qui illo in tempore Suessulanis[k] praeerant, ocius illorum una cum suis exiit obviam, et omnes quos inveniebat nempe devilitabat, ut de mille pauci Salernum adirent.

118. Idem imperator clementissimus duos comites suos, Ardignum videlicet et Remedium, Beneventum misit, quatenus una cum iam dicto Adelchiso Agarenos debellarent. Dum autem Beneventum adissent, missa ab episcopo Aione, qui illo in tempore sanctam Beneventanam praeerat sedem, audierunt, et incuntanter una cum Beneventanis et memorati ambo Lamberti, qui inibi exiliati degebant, cum suis hominibus obviam[l] Agarenis perrexerunt. Agareni vero in locum, Mamma nomen est, degebant; cumque aut procul Beneventani Agareni illustrarent, et metuerent, ne forte Agareni fugam arriperent, hac arte eos denique deluderent. Omnes ramos de arboribus caederunt et unusquisque ante se propriis manibus tenuerunt, et sic contra Agarenos densi nimirum properarunt. Set dum Agareni a longe conspicerent et nequirent quid esset aestimarent, alii dicebant: *Mons est, et quasi contra nos venit!* Set dum christiani approximassent, statim ramos iactarunt et armis se munierunt; set dum huiusmodi Agareni conspicerent, quamvis territi, et ipsi ad pugnam se praepararunt. Cum autem pagani altrinsecus inchoassent, diu pugnarunt viriliter. Tandem Franci necnon et Beneventani forti-

a) pocul . . l. b) pocum c. c) aruam suam l. d) *deest* c. e) unamiter c. f) ::::res c. g) abnepusque *corr.* nepusque c. h) agareni c. i) *ita aut fortasse* abstrahens c. k) suessanis c. l) oviam c.

31) in finibus Campaniae, hodie Caianello in via Casino Capuam. PRAT. 32) *i. e.* os. 33) *i. e.* sibilum dans, quo et hodie equi excitantur, et hominibus silentium imponitur.

ter eos debellarunt, adeo ut pauci ex eis remanserunt, qui devia silvasque petierunt; postremum quamvis confusi Salernum remearunt. Set dum re quae acciderat regi Abelmelec[a] seriatim promulgassent, valde est perterritus, set ad solita vergens nequitia immo et saevitia, suos omnes ad bellum praeparari iussit, ne forte ex improviso Francorum scaram super eos irrueret. Quapropter Agarenorum in unum coniuncti, et inter se huiusmodi clam verba promserunt: *Veniet autem super nos Francorum cuneum, et debellabunt nos, quemadmodum sodales nostros prostrarunt.* Set cum regi fuisset cognitum, his verbis exorsus est: *Mihi de ipsa civitate promissiones non paucae venerunt, ut omnimodis nobis se subiciat, et quomodo tam praeclarissimam civitatem linquimus?* At Agareni metuentes adventum Francorum, ilico super suum iam dictum regem irruunt, eumque comprehendunt, manusque vinxerunt, et in navem retrudunt, et iter arripiunt. Set prius enim quam fugam arriperet nefanda[b] gens, huiusmodi signum de coelo Redemptor multis ostendit: faculam igneam permaximam[c] praepete cursu[d] in medio navium iecit, quam mox secuta est tempestas, quae cunctas liburnas frustatim dirrupit. Alii vero Calabriam adeunt, eamque intra se divisam reperientes, funditus depopularunt. Relinquentesque non modica suppellectile et immensa tritici[e] ordeique modia. Set ut talia Salernitani conspicerent, putaverunt, ut in dolo talia facerent, statimque aliquantis expeditis miserunt iuvenibus, qui omnia denique igne concremarunt; putantes facere rectius, in pessimum corruerunt. Erch. c. 35.

119. Memoratus augustus per semet ipsum Capuam venit et mortuorum corpora contemplavit, invenitque sui nepotis praedicti faciem totumque corpus sauciatum. Diu illic[f] flevit, adnectens: *In hoc enim cognosco, quia de meo stemate duxit prosapia!* Deinde cum universo suo exercitu Beneventum cupiebat pergere, ut si valeret eum denique optinere, set suis praedicta re minime propalavit. Set dum altrinsecus inter se scissitarent ac promerent[f]: *Quo pergit dominum nostrum?* et nullum sciret quo pergeret, ilico Gualperto episcopo, qui eminentiorem prae ceteris erat, indicare studuerunt. At ipse praesul augustum exinde percontatus est; set quae clam gestabat, minime promulgavit. Dum moenia Beneventi cuneatim adissent, statim Beneventani undique se munierunt, ipsumque imperatorem variis iniuriis afficiebant adicientes: *Caece, quo peggis? Numquid Beneventum ingredi cupis?* Lodoguicus autem volens, quemadmodum diximus, Beneventum acquirere, set minime valuit, ad propria recessit, coniugem natamque suam Capuam relinquens. Qua occasionem reperta, praesul Landolfus, de quo supra diximus, principem Guaiferium, qui illuc perrexerat, quatenus augustae solamen annecteret, cui noviter iuraverat, ipse et aliis Capuanis apprehendi[g] fecit et in custodia retrudi. Set quia non ea contigit illis quae putabant, dimissus est, et filios Landonis, Landonem silicet et Landolfum, cognatum suum, pro se obsides[h] dedit; quos secum remeans augusta detulit, et Ravennam exilio reliquid. Set non diu ipse augustus supervixit, set diem clausit extremum, sicque filii Landonis et princeps Guaiferius absoluti sunt. Qui dum ad proprium solum repedassent, filios Pandonis extra urbem suam exules invenerunt, sociatique sunt illi, quorum nexionem[i] ut intellexit praesul Landolfus, dolüit, mox principem Guaiferium in suum suffragium evocavit; qui sine mora veniens, utrosque fratres famulatui subdidit illius. Erch. c. 36. 874. 875.

120. Receptis etenim viribus, Agareni Tarentum ceperunt, eo quod minime iam metuebant adventum Lodoguici; audierant enim qualiter confusus abscesserat. Ceperunt pedetemptim[k] Varim et Cannensem[l] valide depraedarent; quibus ter occurrit Adelchis Beneventanorum princeps in finibus Apuliae. Quibus nichil praevalens, invictus[m] et intriumphator abscessit. Quo tempore Atmanus, quia Saugdane exul fuerat, ab Africa cum Annoso veniens, Tarentum intravit, rex effectus est, egressusque, Beneventum graviter depraedavit et Talessam et Alipham; tantamque victoriam adeptus est, ut Saogdanem saepedictum potestatem ab Adelchiso[n] recolligeret; nam Annosum et Abdellac ante apocrisarios miserat. Hoc audientes qui Barim residebant, Gregorium, baiolum imperiale[o] Graecorum, qui tunc in Idronto degebat, cum multis exercitibus asciverunt et Erch. c. 38. 876.

a) abelmec c. b) nefenda c. c) per::::::::nam c. d) cursum c. e) *ita ed.* tri::::: c. f) ilic c. f*) scissitaret ac promeret c. g) apprehendit l. h) obsidens *corr.* obsides c. i) noxionem c. k) *ita Erch.*; pede:e:::: c. l) canense territorium *Erch.* m) invinctus c. n) aldegiso c. o) imperialem *corr.* imperiale c.

Barim introduxerunt ob Saracenorum metum; qui statim apprehensum gastaldeum illiusque primores Constantinopolim misit, ut quibus iureiurando dederat fidem. Interea Erch. c. 39. Graeci saepius legatos Beneventano et Salerno dirigebant, ut ab hiis auxiliarentur contra Agarenos; set hii uno animo eorum spernebant flagitationes.

121. Tunc Salernum, Neapolim, Gaeta et Amalfim pacem habentes cum Agarenis, 875 navalibus Romam gravi angustiabant depopulatio. Set cum Carlus, Iudittae filius, sceptrum insigne Romam suscepisset, Lambertum ducem et Guidonem, germanum illius, Iohannis papae, qui tunc in tempore aderat, in adiutorium dedit; cum quibus Capuam et Neapolim profectus est. Set Salernitanorum princeps Guaiferius in cunctis obtemperans, 34 et foedus rupit et multos ex eis[34] peremit. Sergius vero magister militum, consilio 877 Adelchisi[a] principis et praedicti Lamberti deceptus, noluit se ab illis alienare, qui statim anathematizatus[b] est, et cum Guaiferio belligerare[c] coepit. Unde contigit, ut ipso octavo die anathematis viginti quinque Neapolites milites apprehensos decollari fecit; sic enim monuerat papa. Quo etiam anathemate multatus idem Sergius, non multo post a proprio germano captus est, Romamque mittitur suffosis oculis, ibique miserabiliter finivit vitam; ipse autem frater eius in loco illius se ipsum instituit.

122. Ut retro traham stilum, tempore quo Samnitibus Lodoguicus saepedictus 35 praeerat, triginta duobus philosofis[35] illo in tempore Beneventum habuisse perhibetur; ex quibus illorum unus insigne, cui nomen fuit Ildericus, inter illos degebat, et non solum liberalibus disciplinis aprime imbutus, set etiam proba virtute deditus; cuius facta minutatim omittimus pandere, set quamvis exigua omnimodis non praetermittam. Dum idem Lodoguicus quadam die notarium suum vocasset et ei praecepisset, quatenus epistolam comeret eamque quodam loco dirigeret, ille notarius verba augusti oblitus est. Die vero altera recordatus est re quae ei praeceperat; set nequibat mente redire[d], qualiter ei intimaverat; unde non exiguum exinde angustiatus est. Postremum ad virum Dei Ildericum properavit, adiciens: *Mi pater, praecepit mihi augustus heri, quatenus iuxta morem epistolam comerem, ego autem oblitus sum dictis illius, et quid faciam nescio; tantum te enixius exoro, ut mihi auxilium inpendas.* Cui philosophus Christi 1 Cor. 2, 11. dixit: *Et quomodo scire potero quod auribus non ausi, dicente Domino: „Nemo scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est?“* Ad haec notarius: *A Deo et eius genitrice optines.* Idem vir Dei Ildericus statim Dei genitricis ecclesiam est ingressus, et indesinenter[e] sanctam Dei genitricem eiusque natum exflagitavit, ut secreta re suo servo intimaret. Ilico domum suum habiit, set praedictum virum flentem reperit, eumque consolari coepit et adiecit: *Sede, cito scribe.* Set dum ille cum stupore resideret, ei praecepit, quomodo scribere et qualiter verba distinguere, in illo ordine quemadmodum augusta ei depromserat. Cumque iuxta morem augusto epistolam ille notarius cum magno gaudio detulisset eamque legisset, in hunc modum verba depromsit: *Veritatem mihi dicito; qualis fuit vir ille qui hanc epistolam indicavit?* Cui notarius: *Confiteor, domine, quia dictis tuis oblitus fui, et quid agere nesciebam; quapropter perrexi ad virum Dei Ildericum eique omnia intimavi. At ille ilico ecclesiam est ingressus; set dum paulisper ibidem moraret, ad me est reversus, et omnia quae cernis mihi studenter indicavit.* Statim augustus mirari coepit, et principem Adelchisum acclamavit, et in verbis talia promit: *Volueram veraciter agnoscere, quis in hac urbe liberalibus disciplinis super omnes est deditus[f].* At princeps coepit nominare ceteri sapientes, verum virum Dei Ildericum omisit. Rex ait: *Numquid non scis Ildericum?* Cui princeps: *Veraciter scio, set eum exosum habebam, eo quod non ei adolatoria verba sicuti ceteri exibebam[g].* Quapropter rex omnia suis optimatibus enodavit; ab illo die magnam reverentiam ei videlicet optulerunt. Set virum Dei nec adversa nec prospera eum urgebant, set plus plane in ieiuniis et in vigiliis sese cohartabat[h], in tantum ut in terra positus coelestia obsequia auribus auriret atque fidelibus intimaret. Agmina angelorum ante obtutum Redemtoris sistebant et in hunc modum laudes in versibus referebant: *O Redemptor mundi et plasmator omnium Christe, poenitentes et dolentes suscipe, et qui sunt septi peccatorum pondere.* Cumque vir Dei aures in ange-

a) adelchi *c.* b) anethematizatus *c.* c) belligara repire *c. vocabulo* repire *deleto.* d) retire *c.* e) indesnenter *c.* f) detitus *c.* g) *i. e.* eo q. n. mihi a. v. s. c. exhibebat. h) cohort. *c.*

34) scil. Sarracenis. 35) monachi vel clerici; v. Liudprandi Antap. lib. V. c. 21. supra pag. 333.

lorum dicta innecteret, statim distinctius propria manu scripsit et ex suo ingenio similia accommodavit, quod nos huic ystoriae nexi iussimus.

Angelicam Dominus naturam condidit olim,
Humanamque simul laudis honore suae.

Cumque Ildericus angelorum dicta audisset, ilico et ipse huiusmodi verba depromsit:

Hic opifex mundi, verbo qui cuncta creavit,
Ex nichilo finxit omnia nempe simul.
Absque labore labor, cui posse ac scire[a] quod esse,
Cuius opus velle est, ac labor alta quies.

Item angeli:

Laudet eum hinc coelum cuncta et coelestia semper
Luminis angelici castra beata nimis;
Laudet eum tellus omnisque creatio mundi,
Omne genus hominum, reptile, nansque, volans.
Dicant, dicamus: Tibi sit, Rex, gloria perpes,
Omnia qui retines, iure[b] regisque tuo!

Item Ildericus[c]:

Te decet omnis honor, tibi virtus, gratia, laus sit,
Quem digne metuunt inferus, arva, polus!

Item angeli:

Une ac trine Deus, lux et sapientia vera,
Regnum immortale tu sine fine tenes!

Item Ildericus[d]:

Tempora tu condens, solus sine tempore regnas;
Vere ut principium, sic tibi finis abest.
Principium et finis, primus, novissimus es tu,
Quem currunt infra tempora, secla, dies.
Cuncta arcens mutas, et tu non mutaveris[36] unquam,
Semper eras qui nunc, semper erisque manens;
Quem cherubin, seraphin, cunctis cum coetibus aethris
Proclamant sanctum concelebrantque, tremunt.
Tu pietas, bonitas, requies, patientia paxque,
Vita salusque, decus, castus amorque, timor;
Simplicitas prudens es tu, prudentia simplex;
Te recte metuit mundus, adorat, amat.

Item angeli:

Quaesumus, ut coelis cito des terrestria, Christe,
Una ut laudemus te tua membra capud.

Item Ildericus[e]:

Longanimis, verax, fortis, mirabilis, alme,
Terribilis, mitis, suscipe vota precum;
Cunctorum factor, tu, censor, tutor et altor,
Rex regum, populo parce, tremende, tuo!
Confer opem famulis, veniam da, destrue culpas,
Daemonas expelle, noxia cuncta[f] fuga!

Angeli:

Duc coelis plebem, tuus emit quam cruor, agne,
Denuo quam peperit[g] spiritus atque latex;
Respice propitius gemitum, suspiria, voces
Ad te clamantum, ac miserere pie!
Sancte, tua, Iesu, sic morte tuere redemptos,
Pestifer hos perimat[h] ne leo sive draco!
Sit tibi cunctipotens benedictio sitque potestas
Secla per inmensa, sit vigor omnis. Amen!

a) ascire c. b) iuris c. c) aldericus c. d) e) ardericus c. f) cunctas 1? g) peperi c. h) pereat *corr.* perimat c.

36) *i. e.* mutaberis.

878. Erch. c. 39. 123. Adelchis vero cum castrum Treventensem[37] obsidens[*] caperet, et dum maluisset propriam urbem adiret, a longe conspexit suos contra se properarent. Statim Aionem[a] episcopum vocavit eique dixit: *Si*[b] *evenit aliqua inepta re absque iussione omnipotentis Dei?* Sciebat illorum consilio et volebat retribuere malum. Cui episcopus: Rom. 12. 19. *Non, set dicit apostolus: „Date locum irae.“* Ille princeps nequaquam ab eorum aspectibus declinavit, set ut eorum approximavit, dulcia verba depromsit. At illi salutaverunt eum; set dum paulisper simul ambularent, a generibus[c] nimirum et nepotibus extinctus est. Fuit autem audax et sagacisimus necnon mitissimusque; praefuit Beneventanorum annis 24 et medium. Et statim in loco eius Gaideris filius Radelgari, nepos extincti, ordinatus est; et statim electus[d] est Cailo et Dauferius[e], gener illius. Hic etiam principare voluit, cuius cupiditate socerum suum peremit. Hic quoque susceptus est ab Athanasio, episcopo et magistro militum[f]. Ubi corpus illius volutatus est et cruor tabefactus est, ab illo ergo tempore nequaquam ibidem erba orta est, donec
38 usque nunc nostris quoque temporibus centum anni expleti sunt[38], et sic erba gignere coepit. Quapropter, quantum conicere valemus, omnipotens et misericors Deus delicta
39 illorum quae in suo domino[39] gesserunt omisit, atque coelestia gaudia participavit.

879. Erch. c. 10. 124. His quoque diebus Landolfus iam fatus praesul langore percussus interiit. Videntes autem nepotes sui depositionem, in unum collati diviserunt inter se sub iure-iurando Capuam aequa distributione[g], set sacramentum fraternum non diu extitit illaesum. Cupiditate etenim extorti[h], filii Pandonis Landenolfum et Atenolfum fratres suos,
c. 11. filios videlicet Landonolfi, dolo ceperunt et custodiae indiderunt. Set, ut coepta breviter persequar, Landonolfi filii iuncti cum filiis Landonis, ad suffragium principis Guaiferii se contulerunt, a[i] quo aliquando tutati sunt. Similiter Pandonolfus ad eundem Guaiferium legatos[k] cum chirographis[l] variis misit, set ab eo minime receptus est, favens supradictis fratribus. Cernens autem praedictus vir omnino se destitutum, Gaiderisum principem et Gregorium augustorum ballium[m], qui tunc cum[n] dicto Guaiferio[o] Nolam ad colloquendum in unum convenerant, ad Beneventum properabant[p], legatis invitabat, ut qui[q] primum venirent eum ad aiuvandum, et esset illis subditus. Quibus ex diversis sine mora per Caiaciam adventantibus, ab occasum iuxta urbem Capuanam resederunt; princeps Guaiferius econtra ab ortu solis adveniens, amphithea-
42. trum peramplicuit, et vallata est civitas hostibus. Inter haec Pandonolfus renuit subdere[r] Gaiderisi principi Beneventano, sicut promiserat, renitente maxime Landone filio Landonolfi[s], cognato eiusdem Gaiderisi; qua de re et dictus ballius[t] et[u] idem Gaideris alienati sunt ab eo. Mox alii per urbem Capuanam, nonnulli lintris[v] fluvium transmearunt partem ad alteram, Guaiferio principi proprio domino sociati sunt; et recollectis Landenolfo et Atenolfo fratribus iunctis, volentes Pandenolfum subdere Guaiferio principi; set non quiverunt, eo quod nolebat fratrueles suos[w] recipere infra urbem; idcirco a Guaiferio respuebatur. Cognoscentes autem supradicti viri versutias Pandenolfi, reversi sunt ad propria; Guaiferius tunc remansit Capuam.

125. Hac quippe tempestate pene omnes Capuani[x] illustres et omnis vulgus cum uxoribus et liberis et omnique suppellectile urbem egredientes, alii filii Landonis, nonnulli ex eis filii Landenolfi adhaeserunt, factaque est inter eos valida concertatio et pessima desolatio. Nam Guaiferius princeps hostiliter iuxta murum urbis residens, obsidebat eam; ultra fluvium vero cum Francis Lamberti comitis Landonem constituit.
c. 43. Alio quoque[y] anno superveniens iam fatus ille audax Guaiferius princeps cum Amelfitanis tempore messionis, et obsedit dictam urbem undique, donec inter se fratres sub sacramento pacem inierunt; et sic Guaiferius princeps cum Salernitanis et Amelfitanis propriam adiit urbem.

126. Per idem tempus Athanasius praesule Neapolim militum magister praeerat, qui,
c. 44. ut praemisimus, exulato[z] fratre proprio cum Agarenis pacem iniens ac primum

*) obsidem c. a) alonem 1. b) sic 1. c) *ita Erch.*; agarenibus c. d) electus c. e) giferius *corr.* dauferius c. f) milite 1? g) ::equ:: distribuccione *corr.* distribuccio c. h) exorti c. i) et c. *cf. Erch.* k) *ita Erch.*, legat:: c. l) chirophis c. m) ba::um (*i. e.* ballium) *corr.* bai(ul)um c. n) *ita Erch.*; *dest* c. o) guaferio c. p) pera::: c. q) q:: c. r) subdi *Erch.* s) *ita Erch.*; landolfi 1. t) ba::us c. u) *ita Erch. dest* c. v) lina *corr.* c.; *manu* 2. per linaris. w) suos suos c. x) capuam 1. y) aliquoque 1. z) eculato c.

37) in m. rec. m.: *Hodie est comitatus in Regno in terra Laboris.* 38) scripsit igitur anno 978. 39) Hludowico II.

infra portum aequoreum et urbis murum collocans, omnem terram Beneventanam necnon Salernitanam et simulque Romanam simul etiam et partem Spoletii dirruentes, cunctaque monasteria, ecclesias, omnesque urbes et oppida, vicos montesque collesque insulasque depraedarunt. A quibus etiam sanctissimi Benedicti coenobia decentissima, toto orbe veneranda, et sancti Vincentii martiris monasterium igne exustum est, aliaque innumerabilia exusta sunt. Set dum creberrime hac illacque Agareni pergerent omniaque denudarent, et maxime Salernitanorum tellus attererent atque demolirent, habitandi locum sibimet elegerunt, ubi Cetara[39] dicitur, non procul a Salernitana civitate, et undique, ut diximus, praefatam urbem affligebant, in tantum ut altrinsecus inter se foedus inirent, Agareni silicet et Salernitani. Set Salernitani non probum consilium inierunt; clam armis[a] tulerunt, et ubi Agareni sine excitatione degebant audaciter animo properarunt, quatenus prophanos potenter atterrerent. Set iustus iudex Dominus minime christianis[b] victoriam tribuit, eo quod obliviscerent iusiurandum quod Agarenis[c] iuraverant. Nam Agareni protinus scedulam ubi indita erat „*Sanctissimam et inseparabilem Trinitatem*“ lancea nexerunt, et in hunc modum promserunt: *O Iesu Mariae filius, in hoc cognoscimus veraciter, si coelum terramque regis et dominus totius creaturae, si isti periuri potenter prosternis.* Et continuo quamvis exigui illis obviam exierunt bellumque inchoaverunt. Set ilico Salernitani terga dederunt, et partim percussi in mare se necaverunt partimque gladio ceciderunt; reliqui, quamvis confusi, per devia silvasque propria adierunt. Ibi magna pars Salernitanorum interiit; putantes rectius facere, corruerunt in pessimum. Qua occassione, ut diximus, Agareni agmine[d] uno coacti, stirpitus a foris cuncta demolierunt, in tantum ut Salernitani potius mortem quam vitam sumerunt. Nam a foris[e] civitatis moenia quis egredi valebat? Et si quis temerarius propter necessitatem a foris moenia[f] properabat, statim Agareni eum videlicet devilitabant. Factum est quadam die, ut Salernitani non pauci adolescentuli in unum se congregarent atque ex sua[g] urbe exilirent, forsitan fruges aliquas reperirent sibimet refocilarent. Set dum non procul ab urbe properarent, et mala ceteraque alia poma gustarent, et altrinsecus onustarent, tandem adierunt locum, ubi Agareni degebant; ex improvisu Salernitani cum magno strepitu Deum in suffragium invocarunt, et super Agarenos irruerunt, eosque fortiter debellarunt, adeo ut ne unus evaderet; et sic cum magno tripudio Salernum remearunt, suppellectile multaque spolia secum gestantes. Ab illo ergo die vires christiani sumunt et multos ex eis peremerunt.

127. Ut retro reddeam, quod ipse saepedictus princeps Guaiferius gessit mirabiliter, loco proprio inseram. Dum idem princeps Salerno Capuaeque, simulque etiam diversis castellis, civitatibus praeesset, et praesidium undique illi adiret, factum est, una die non exiguo tritico a Capuana urbe Salernum suis famulis cum plaustra transvectarent. Set ut cognitum Neapolitanis fuisset, repente ex sua urbe prosiliunt, quatenus triticum Neapolim nimirum veerent. Set ut comperit audax ille Langobardorum princeps Guaiferius, ilico ex sua urbe cum paucis, silicet 18, egressus est, agiliter illuc est profectus. Set dum a longe cernerent Neapolitani Salernitanos, coeperunt inter se promerent: *Legati sunt isti.* Set dum eis approximassent, continuo ille princeps Guaiferius suo filio Guaimario talia verba depromsit: *Vide fili; ubi ego super Neapolitanos irruo, statim ex adverso forti yctu percutite.* Et protinus galea ex suo capite exilivit et magna vox emisit: *Ego sum,* inquid, *Guaiferius!* Et continuo super eos irruit ultimaque caede eos vastavit, adeo ut exigui ex eis evaderent, qui fuerunt firmiter ducentos, aliquanti comprehensi. Set dum unum adolescentulum[h] inter eos comprehendissent, ille adolescens veniam postulabat; at princeps cuidam suo fideli verba depromsit, ut citius eum de hac instabili luce extingueret. Statim cum ingenti virtute per medium cerebro[i] mucrone percussit, ita ut pars capitis dextro, parte laeva humero superiaceret, et iam exanimatum corruit miserabile corpus; et sic magno tripudio Salernum regressus est.

128. Circa haec tempora Guaiferius saepedictus princeps monachus effectus est, Erch. c. 18.

a) arm:: c. b) christiani c. c) agareni c. d) agm::: c. e) formis *corr.* foris c. f) menie *corr.* menia c. g) exuo c. h) adolessentulum c. i) celebro 1?

39) in sinu Salernitano inter Amalfim et Salernum sita. PRAT.

languore depresus gravi. Quapropter coenobium beati Benedicti anxiabiliter pergere cupiit, ut ibidem vitam finiret; et statim per marinum iter Neapolim est profectus. Set ut cognitum fuisset Dauferii sui nepotis cum ceteris suis sociis, qui iam prolixa tempora inibi exiliati degebant, statim magno ululatu flereque coeperunt. At princeps huiusmodi illis verba praedixit: *Nequaquam gaudete, quia minime Salernum revertemini, quia Guaimarium filium meum illuc praeest.* Set ut coenobium praedictum properare satageret, itinere diem clausit extremum. Et quia incursione Agarenorum
Erch. c. 48. corpus illius ad coenobium Benedicti patris ferri non valuit, Teanensi[a] in castro[b] eius ecclesia humatum est. Per idem tempus Beneventani una cum suo principe praedicto Gaiderisi foras deambulabant; set dum devenissent locum ubi extinctum fuit memoratus princeps Adelchisi, statim unum clericum Ercempertum nomine talia verba exorsus est: *In hoc loco ille nefandissimus princeps non paucis plagis extinctus est.* Ilico ultio divina eum percussit: mox ipse Gaideris famulis suis praecepit, ut brachia illius absciderent; quo facto, prolixa tempora miserabiliter vixit.

Erch. c. 48. 129. Eodem namque tempore suasus iam fatus Gaideris, a Landone cognato suo alienatus, Pandonolfo sociatus, filiamque ipsius suo tradidit filio; set in proximo ab
882. [contribulibus dicti Landonis captus ac custodiae mancipatus est][c] eiusque loco Radelchis, filius Adelchisi, princeps est constitutus. Qui tribus vix annis imperans, a Beneventanis electus[d], et Aio, frater eius, loco illius subrogatus est. Gaideris vero Francis traditus in custodia, fuga lapsus pervenit urbem Barensem, qua morabantur Graeci; a quibus missus est urbem regiam Basilio pio augusto, a quo honoratus ditatusque donis imperialibus, Oeream urbem accepit ad convivendum. Inter haec Agareni totam supra-
Erch. c. 51. dictam terram crudeliter laniabant, ita ut desolata terra cultoribus, sentibus[e] vebribusque repleta fatiscat.

Erch. c. 49. 130. Tunc agmina Agarenorum in unum congregata, funditus, ut diximus, omnia denudabant, atque prius in Agropolim[40] morarunt, deinde per iuga montium degebant omniaque demoliebant. Hiis diebus Athanasius praesul, de quo praemisimus, missis
41 apocrisariis[f] Siciliam, Agarenis ad radicem montis Vesubii[41] residentibus Suchamum regem exposcit, illis veniens praefecit. Set iusto Dei iudicio primo omnium super eum insurgens, coepit Neapolim graviter affligere, et devorare omnia exterius, ac puellas equos et arva[h] vi expetere. Hac turbine exactus, et ut apostolicum anathema, quo erat innodatus, a se et urbe sua expelleret, Guaimarium principem cum omni suo exercitu validissimo Salernitanorum silicet, Cumsinos, necnon Capuanos, seu etiam cetera castra[i] in adiutorium advocavit, et Saracenos ab eodem loco vi repulit. Hoc facto non post multo praedictus praesul a Guaimario principe, qui eum ab oppressione Agarenorum eripuerat, alienatus est. Agareni namque in unum sunt coacti et Garelianum properarunt, et ibidem prolixa tempora nimirum morarunt, et undique Capuam, Beneventum, Salernum, Neapolim affligebant. Set Athanasius ad solitam vergens fallaciam, cum Agarenis pacem iniens, et Salernitanorum tellus una cum illis fortiter affligebat.

Erch. c. 52 131. Basilio serenissimo augusto hiis diebus defunctum[k], duo filii eius in[l] imperium
886. sunt electi, id est Leo primogenitus et Alexander subsequens; tertius vero, Stephanus nomine, archiepiscopatum eiusdem urbis — electo[m] Focio, qui olim a Nicolao primae sedis pontifice ob invasione episcopatum Ignatio adhuc superstitis perpetuo anathemate fuerat multatus, et a Iohanne papa, ut ita dicam ignaro, ad pristinum gradum resuscitatus — regendum suscepit. Leo iam dicto non diu supervixit; ille Alexander dum funus germani vidisset, in magna superbia est elevatus, et non tantum coram hominibus set etiam contra Dominum conabatur se iactitaret[n]. Nam septuaginta statuae, quae olim Romani in Capitolio consecrarunt in honorem omnium gentium, quae scripta nomina in pectore gentium, cuius ymaginem tenebant, gestabant, et tintinnabulum uniuscuiusque statuae erat, et sacerdotes die ac nocte semper vicibus vigilantes eas custodiebant, et quae gens in rebellionem consurgere conabatur contra Romanum imperium, statua illius

a) tennensi c. b) caustro *corr.* castro c. c) contribulibus — est *desunt in* c. *ex Erchemperto cum ed. recepi.* d) electus c. e) vestibus c. *v. supra pag.* 257, 2. f) missi apocrisaris c. h) arma *Erch.* i) castrora c. k) defuctum c. l) *deest* c. *v. Erchempertum.* m) electo c. n) iactitare: c.

40) in sinu Salernitano. 41) Inde proverbium ortum esse: „*Quattro sono i luoghi della Saracina: Portici, Cremano, la Torre, e Resina*“ Caracciolius adnotavit.

gentis commovebatur, et tintinnabulum in collo illius resonabat; ita scriptum nomen continuo sacerdotes principibus deportarent, et ipsi absque mora exercitum ad reprimendam eandem gentem dirigerent. Set dum fuissent praedictae statuae aereae Constantinopolim deportatae, ille iam fatus imperator Alexander huiusmodi verba deprom- sit: *Illo denique tempore Romanorum imperatores erant gloriosi, quando istae statuae venerabantur.* Unde statim sericis vestibus venire iussit et singulas circumdedit. Nocte igitur subsecuta cum se sopori dedisset, vir clarissimus ei apparuit, et comminanter super eum venit, eumque in pectore forti yctu percussit, et nomen suum protinus propalavit, adiciens: *Ego sum,* inquid, *Romanorum princeps Petrus!* Et statim cum magno taedio evigilavit, sanguinemque suum vomere coepit, et sic exitiale morte defuntus est. Eo defunto, imperatoris filius Constantinus Leoni, quod super memoravimus, in[*] imperium est elevatus.

132. Aio autem, Beneventi princeps, et ante principatum et postea partim imbecillis partim roboreus extitit. Post haec princeps praedictus Aio[a] cum Beneventanis et Capuanis egrediens, cum filiis Landonolfi Amelfitanos habentibus certamen iniit, et aliquandiu pugnatum[b] est[c] iuxta portam urbis Capuae. Cumque neutra[d] pars alteri cederet, utraeque acies ad sua reversa sunt. Erch. c. 54. c. 49.

133. Eo tempore Guaimarius supradictus, princeps Salerni, per semet ipsum Constantinopolim est profectus, et honorifice ab augusto susceptus[e] est; patriciusque factus et donis regalibus ditatus, cum magno honore propria remeavit. Erch. c. 67.

134. Per idem tempus valde inter se Capuani et Neapolitani certamen iniebant. Nam Athanasius episcopus et magister militum omnimodis satagebat, quatenus Capuanos sub sua ditione attribere, et inter fratres discordiae rixae crevrissime[h] seminabat. Cum se a fratribus delusum cerneret, succendit[i] Decivilis Gaietano[k], ut clam Saracenos ad depraedandum Capuam mitteret. Qui statim centum viginti Agareni missi, Teanum abierunt, super quos Lando, ceu leo, audacter cum suis irruens, usque ad ultimam internicionem protrivit eos, ita ut de tanto numero non amplius quam quinque evaderent, ceteris interfectis, ni fallor, centum quindecim. Tum Athanasius[l] cernens se superatum. callide pacem cum Capuanis fecit, et tempore vindemiae una cum Graecis clam super Capuanos irrui apprehensis multis et praestantissimis viris peculiisque non modicis. Ab illo igitur tempore omnia circumquaque[m] devastans, Liburiam[n] vindicabat sibi. Nam et Saracenos Agropolitanos clam evocavit et Capuam misit; ubi tunc egredientes Capuani, valde resisterunt eis; ob hoc et absque praeda ad castra repedarunt. Dictus itaque vir, prout mente conceperat, novis et inauditis machinis insurgebat[o] adversus Capuanos, adeo ut tempore quadragesimali, cum omnis plebs christicola et praeterita defleret mala et poscit a Deo ut flenda minime committat ipso mediante, festo dominico subsequente crepusculo, collectis Graecis Materensibus, Agarenis et Neapolitibus, conscio[p] Guaiferio, urbem Capuanam temptavit invadere. Atque ascensis muro acsi trecentis viris armatis diversorum generibus telorum; set omnes in Domino adiuvante, alii ex eo dissilierunt, quidam cervice tenus imis iacti sunt, nonnulli vero gladio occubuerunt. Ex Capuanis unum solummodo, Onericus nomine, et ut fertur a suis, extinctus est. Bellum quippe hoc narratum in muro arbiter ludex non per belligerantes et armipotentes egit viros, set per quatuor impuves mirifice gessit[q] ad laudem nominis sui. Confractis itaque viribus, quod conceperat minime cessavit; nam et Salernum per Agarenos prius, et postea per Graecos, multotiens capere molitus est; set minime talia facere potuit, viriliter ei resistente Guaimarius princeps. c. 57. 885.

135. Eodem quoque tempore Guido, filius Guidonis senioris, super Agarenos in Gariliano castrametatos, ut retro reddeam, hostiliter irruens, castra eorum dirrupta[q'] depraedavit, et aliquantos eorum gladiis interfecit; reliqui montis[r] per opaca ut aqua diffusi sunt. Hic autem Capuam apropians[s], ultra transvadavit, et ad pontem qui Teudemundi vocatur castrametatus, resedit aliquandiu, et ablato ex Liburia[t] frumento aliisque victualis, Capuani refocilati sunt. Cum eodem duce non sunt foederati; set cum Erch. c. 58.

*) *deest c.* a) alo *c.* b) pugna 1. pugnatus 2. c) et *corr.* est *c.* d) ne ultra *c.* e) supsceptus *corr.* susceptus *c.* h) crevissime *c.* i) succesit *c.* k) galetan. 1. l) anathasius *c.* m) circumque *c.* n) liguriam 1. o) insurgebant *c.* p) consio *c.* q) cessit *c.* q') dirructa *c. saepius.* r) montes *c.* s) apropriano *c.* t) li::uria 1. *saepius.*

retroverteretur urbemque praedictam transiret, metu coacti subdiderunt se illi. Illo
886. abeunte, Athanasius praedictus, suffragante Graecorum auxilia, stirpitus [a] a foris omnia
Erch. c. 59. denudabat. Post haec suggestum est eidem duci, ut veniret quantocius et liberaret confidentes. Qui mox veniens Capuam, Aionem principem a Benevento ad se venientem consilium Capuanorum cepit, et sub custodia Beneventum duci fecit; in quam introyens, ordinavit eam. Inde proficiscens, Sepontum est ingressus, Aionem praedictum principem foris reliquid in castris Cum autem cognovissent Sepontini Aionem seniorem suum captum, supradictum ducem unanimiter irruentes, clauserunt eum quodam [b] in templo, captis eius optimatibus. Hac illacque tunc missus est, ac [c] aductus est Aio redditusque est suis; alia vero die sacramento dato, vix cum dedecore elapsus est.

Erch. c. 61. 136. Per idem tempus monasterium beati Benedicti a Saracenis prius dirrutum [d] anno Domini 884, ab Angelario venerabilis abbate coeptum est rehaedificare de iusso
c. 62. anni 886. [e] mense Augusto. Hiis ita gestis, Atenolphus Spoletium pergens, dato pretio Suavilum. castaldeum Marsorum, cum aliis sociis bassisque, quasi ad 300 armatos, secum adduxit; cum quibus consilium iniit, ut castaldatum Capuanum illi firmarent. Set ingredientes Capuam, cum hoc adimplere nequissent, dicti Franci ad sua reversi sunt. Quid multa feram? Omnimodis Atenolfus satagebat, quatenus solus castaldatum optineret. Quapropter consilio habito cum suis, Sadi cognatum suum ad Athanasium saepedictum subdole misit, hab eo [f] auxilium poscens, ut adiuvaretur singulariter fieri comes in Capua. Hoc autem audiens, gavisus est, et spopondit se in omnibus illi auxiliaturum; cumque hoc a plurimis et maxime terque quaterque Landoni fuisset relatum, ille solita segnitie detentus, pro nichilo ducebat huiusmodi nuntium. Quid multa dicam? Atenolfus per
c. 63. semet ipsum Neapolim adiit, et foedus cum Athanasio iniit et spopondit, Landolfum filium suum illius obsidem daret, et propria sine mora est reversus. Set dum cerneret,
64. sibi tempus adesset, quod coeperat perficere, et consanguineos suos aemulos ibidem non
887. essent, cum sompni tempus advenisset, sabbato prae epiphaniam, advocatis sodalibus suis, super filios Landonis irruit eosque ex urbe eiecit. At illi Teanum adierunt [g], Landonol-
c. 65. fus, Pando et nepos eorum. Atenolfus castaldatum Capuanum singulariter suscipiens, continuo se comitem appellari iussit, moxque praedictum filium suum Athanasium obsidem direxit sicut sacramento pollicitus fuerat, Liburiam et Capuam sub iureiurando illo concessit.

Erch. c. 66. 137. His quoque diebus Theofilactus stratigo a Baris [h] Teanum hostiliter advenit yemis tempore. Agarenos temptat impugnare; nichilque proficiens, infructuosus abscessit [i]; habiensque Neapolim, Marinum castaldum castri sanctae Agathae Aioni principi rebellem percepit, et Apuliam rediens nonnullas munitiones eiusdem Aionis vi apprehendit. Unde occasione accepta, idem Aio adversus agustale dominium revellionis iurgia initiavit, quod suo in loco inseretur [k].

Erch. c. 67. 138. Dum princeps Guaimarius Constantinopolim, ut superius diximus, adhuc degeret, Athanasius dolore conceptus in opus erumpens, Graecos et Neapolites seu omnes Capuanos generaliter movens super Avellanum misit castellum, quo tunc praeerat Landolfus Suessulanus. Mox autem ut illic supervenit exercitus, fraude illorum qui introyerant [l], captus est, apprehenso in eo Landolfo et filio eius iuniore nurumque illius, uxorem videlicet Landonis, qui cum Guaimario profectus fuerat.

42 139. Per idem tempus Agareni [42] qui in Gariliano degebant omnia denudabant; et
43 quando cum Salernitanis pacem iniebant, Neapolitanos Capuanosque agriter [43] affligebant; et quando Neapolitanis pacem dabant, urbem Salernitanam seu Beneventanam hostiliter atterebant. Set dum plura castella invasissent et christianos palam venumdassent, per-
44 venerunt castellum cui Apud nomen est Montem [44], et undique illum videlicet circumdederunt, eumque hostiliter expugnare [m] coeperunt. Set christiani, qui de intus degebant, illis omnimodis resistebant. Set dum castellum illum obsedisset et acriter afflixisset, postremum penuriae aquae illum videlicet abdicasset, in tantum ut etiam veniam postu-

a) stripitus c. b) quoddam c. c) ad c. d) dirructum c. e) DCCCLXXXIII. c. f) habeo c. g) audierunt c. advenerunt *Erch.* h) bari:: c. i) absescit c. k) inferetur c. l) intro erant *Erch.* m) expunare c.

42) De Saracenorum incursionibus cf. et auctorem Vitae S. Antonini abbatis Surrentini c. 19. sqq.

43) i. e. acriter. 44) in margine codicis: *Rocca Abamontis, prope Nuceriam christianorum.*

lassent, set aiebant[a]: *Tamdiu illum castellum expugnamus, donec per vim eum optineamus, omnesque qui in eum degunt gladio reverberamus.* At illi preces Domino optulerunt, et a quo mirabiliter liberati sunt. Nam ilico columba mirae pulcritudinis ex adverso veniens, undique castellum illum nimirum circumvolavit, deinde intro ingressa est, ecclesiamque resedit. Set cum diu resedisset, ilico omnipotens Deus tenuam nubem super castellum obduxit, et abundantia aquae christianis pluit tanta denique, ut omnes altrinsecus se satiarent et vascula alternatim replerent. Et ut certo certius Agareni cognoscerent, quod per deificam virtutem fuisset gestum, nam a foris castellum illum ne unam quidem stillam cecidit. Set illi dum talia manifestius cognovissent, exinde sunt moti, adicientes: *Deus magnus illos defendit.* Propter qua pacem illis cesserunt. 15. Jan.
In sollempnitate Viti martiris fuit hoc miraculum factum.

140. His ita decursis, suasus praedictus Lando a Capuanis, quandam tractoriam Erch. c. 68.
plaustro supposita intromissus, Capuanam urbem ingressus est, atque ad episcopalem abiit aulam; ubi paucis ex suis congregati sunt, Atenolfo accelerante. Tunc commissum est proelium, mortuoque Gualane[b] illustri viro, dissolutum est cor eorum qui in parte Landonis erant, et coeperunt illum relinquere et Atenolfo sociari. Tunc, licet fincte, pacis obsculum sibi mutuo fratres dederunt, quod in arca cordis minime retinebant. [Lando[c] autem post ista cum Guaiferio ad propria remeantes, reliqui consantanei illorum] capti sunt et vinclis inexi; inter quos et Landolfus praesul captus est et custodiae trusus. Post non multum tempus per singulos dies omnes absoluti sunt. Athanasius c. 70.
iam dictus in dolo Atenolfum[d] comprehendere conabatur, set dum talia perficere mallet, minime potuit; totam Capuam depraedavit. Praesciens autem Deus dicti viri malic. 71.
ciam, permisit eundem Athanasium elationem[e] in tantam prorumpere, ut etiam Beneventi fines bis terque praedari faceret. Aio autem princeps tunc Bari degens, valide impugnabat Graecos; ubi autem intellexit, Graecos[f] cum Neapolitanis residebat[g] super Capuam radicitusque eadem vastare, statim recto itinere super eos audacter adventare studuit. Set quidam naturaliter zizaniorum sator Dauferius, urbe Beneventi subdole egressus acsi secuturus principem praedictum Aionem, ex diverso Capuam cursim properavit, et dicto[h] exercitui Aionis adventum indicavit. At Neapolites Graecosque[i] relictam Capuam, confusi Neapolim sunt reversi; Aio autem iter quod coeperat peregit, illisque minime repertis, Liburiam cum magna audacia est ingressus, cum quo et Atenolfus abiit; et exusta tota[k] pene Liburia ac depraedata, populisque et animaliis ablatis, puteisque lapidibus repletis, anphitheatrum profectus est. Quo residens per aliquos dies, machinis et diversis telis fortiter expugnavit. Idemque habiens super castrum sanctae Agathae insedit, atque Marinus castaldeum sibi revellem in fide ad se remeantem suscipiens, abscessit; aliquandiu Benevento commorans, per Sepontum Varim reversus est; quia, ut erat audax, minime propria residebat, set certaminis campum quaerebat. Atenolfus autem a Guaimario dissidens, eo quod Landenolfum[l] Pandoque ceterisque aliis germanis, qui erant per ipsum Atenolfum a Capuana urbe expulsi, in urbe Salernitana recepissent atque crebrisime terra illius depraedarent. Quapropter Aioni principi se subdens per sacramentum[m], ab eodem principi in adiutorium sui centum viginti ferme bellatores suscepit, cum quibus graviter totam Liburiam depraedavit. Erch. c. 72.

141. Guaiferius enim qui iam prolixa tempora amphitheatrum degebat, per quem Erch. c. 74.
omnia mala in Capuana Beneventanaque pervenerunt, a suis comprehensus est, vinctusque Atenolfus adduxerunt, opesque eius inter se altrinsecus dispertierunt, atque se omnes Atenolfo subdiderunt; factumque est gaudium magnum, pax et securitas; coeperuntque praeesse qui subesse soliti erant. Interea videns se Athanasius in omnibus superatum, c. 75.
pudore obiectae[n] pacis expetiit foedus; quod adeptus est, praevitoque[o] iureiurando, pacti sunt ad invicem. Set non diu perduravit sacramentum illaesum. Denique Agareni ac illacque discurrentes invitantur ab omnibus, omnia devorant, universa consumunt, et contra Neapolim et Salernum unanimiter consurgunt. Set Salernitanorum princeps Guai-

a) ::bant *c.* b) gualano *corr.* gualane c) Lando *usque* illorum *desunt in c. sed ex Erchemperto adsumta.* d) atenolfus *corr.* atenolfum *c.* e) *ita Erch.;* relant *c.* f) u. a. i. G. *exciderunt in c. sed supplenda ex Erchemperto.* g) *i. e.* residere. h) dictum 1. i) graecosque *corr.* graecisque *c.* k) *ita 2. et Erch.* l) landenosum *c.* m) subdens. per sacramentum ab *c.* n) obiecta *c.* o) praevintoque *c.*

marius[a] viriliter illorum resistens; nam misso suo ex improviso exercitu, in itinere quae ad Nuceriam pergit catervam repperiunt Agarenorum, cum quibus bellum inchoaverunt, atque Deo praevio Agareni devicti sunt. Nam plurimi extincti sunt, aliquanti comprehensi, reliqui quamvis confusi per devia silvasque sua propria abierunt; Salernitani vero cum magno tripudio Salernum remearunt, suppellectile Agarenorum secum gestantes. Usque hodie locus ille Pugna dicitur.

Erch. c. 76. 142. Princes audax, de quo praemisimus, Aio, a Benevento, ut diximus, per Seponтum Varim profectus, super quam Constantinus augustorum vaiulus et patricius insidentem reperit, rebelles imperatorum viriliter impugnantem; adversus quem dictum principem Aionem, ut erat magnanimis, audacter insurgens, quamvis fultus auxilio Agarenorum et vallatus agmine pedestrium Apuliensium, primo impetu victor existens, de hostibus plures interfecit. Dehinc a Constantino, qui cum tribus milibus[b] equis in tuto consistebat locum, valide contritus, vix[c] cum aliquantis urbem ingredi valuit Varium; reliquos aut gladiis aut tradidit captivitati, post eum magnis vocibus pedestres clamitantibus: *Mi domine Aio, paululum erga nos revertere, quia pedestres defeciunt!* Et usque hactenus proloquium utuntur Beneventani Salernitanique verbum illum. Aio infra urbem Varim residens, sustinens suffragium Atenolfi, quem proinde protexerat, immo et ab hostibus potenter eripuerat, et non invenit; nam et Gallos quoque Agarenos promissis aureis[d] saepius mixtim invitans, optinere nequivit. Nam a Guaimario principe praesidium minime poscebat, eo quod Graeci Salernitanam urbem omnimodis die noctuque
c. 80. custodiebant; nimirum evigilabant propter Agarenorum metum. Praedictus princeps, id est Aio, cernens se elusum, doluit, quia Atenolfus rupto foedere cum Graecis pacem iniit. Tandem necessitate coartans[e], cum iam dicto patricio pacem faciens, urbem remisit et ad propria remeavit.

Erch. c. 79. 142*. Defunto autem Lamberto[f], filio Guidonis senioris, filiorum suorum[g] Spoletium reliquit; quo etiam decedente, Guido iunior Spoletium et Camerinum suscipiens, cum Agarenis, in Sepino, ubi olim a Romualdo principe Alcieco, dux Sclavorum, constitutus fuit, castrametatus[g*], pacem fecit, obsidibus datis et acceptis; cuius etiam tempore non modica monasteria urbesque et oppida a Sarracenis capta et exusta sunt. Constantinopolim[h] legationem dirigens, contra ius faciens, pecuniam accepit. Quam ob rem a Karlo
883 tertio augusto captus est, et nisi fugam arripuisset[i], capite plecteretur. Unum quippe illius narro factum aut indissimile, quod in Cariliano gestum est. Denique cum a Siponto idem dux Atenolfo comitante Capuam pergeret, ad Caudinas Furculas Arranem Hismaelitam, tirrannum crudelissimum, cum trecentis pene sequacibus peremit.
887. Cognoscens autem Guido Karlum augustum seminecem iacere, cupiditate regnandi devictus deceptusque a contribulibus suis, relinquens Beneventanam provinciam sibi subactam et Spolitensium ducatum, abiit Galliam regnaturus.

supra p. 201. 891. 143. Aio praedictus princeps dum tenuisset principatum Beneventanum annis 6, et Urso filio eius una cum ipso anno uno, Sabbatitius stratigo per idem[k] tempus cum valida manu Beneventum venit, et undique tentoria non procul ab urbe figere iussit, quia minime Guidoni adventum nimirum metuebant. Cumque[l] praefatam urbem undique coartarent[l*] et diversis machinis omni conamine expugnarent, Beneventani de intus omnimodis resistebant; et licet non in patulo, tamen furtim moenia urbis exiebant, undique Argiborum prostrabant catervas. Set dum a tertio Idus Iulii praedictam urbem diversis telis expugnassent, et Beneventani fortiter restitissent, praesertim cum iam multis Graecis laniassent, callidus ille stratigo cernens Langobardorum dura cervice, mollia verba promere est exorsus, quatenus per pacem urbem ingredi mereretur. Beneventani namque, qui semper nimirum fuerunt sagacissimi immo et robustissimi, dum viderent, tempus non esse, quatenus Graecis resisterent, et copias non haberent, unde exercitus coadunarent, ut palam cum Graecis certamen inirent, inter se consilio[m] Graecorum falanx pacifice Beneventum[n] introduxerunt, quia iam eam undique obsederent, ut diximus, a tercio Ydus Iulii usque ad quintum decimum Kalendarum Novembriorum. Set dum

a) guamarius *c.* b) militibus. *c.* c) vi *c.* d) auris *c.* e) *i. e.* coactus. f) berto *c.* g) filio suo *Erch.* g*) castrametatis *E.* h) constanopolim *c.* i) arripuisse *c.* k) ::dem *c.* l) Cum::::que *c.* l*) coactarent *c.* m) *scil.* inito. n) brevem *c.*

praedictam urbem Graeci dominarent, et licet dona plurima Langobardis ditarent[a], illi tamen valde etenim durum gerebant de moris Graecorum.

144. Factum est autem, ut princeps Salerni Guaimarius duos suos subditos propter scelus quem commiserant acriter caedere iusserant; at illi confusionem ferre non valentes, propriam liquerunt urbem, Beneventumque properarunt atque diu ibidem morarunt. Cumque duobus annis Sabbatitius[b] degeret Beneventum, per suggestionem augustorum Beneventum deseruit, regiam adeptus[c] est urbem; et quidam Georgius Beneventum directus est. Set dum et ille Langobardi donis augeret atque nimirum omnimodis altrinsecus honorarent, illi vero omnia pro nichilo ducebant. 803. Oct. 8.

145. Iam fati Salernitani, qui Benevento exiliati degebant, ad Georgium patricium clanculo perrexerunt, et in hunc modum verba promerunt: *Quid dabitis nobis, si nos munitam Salernitanam urbem sub vestra dicione committimus?* Ad haec patricius cum magno gaudio plurima et praecipua dona promittebat. Illi vero subiunxerunt: *Statue die quam illuc clam magno exercitu pergamus, quia nos incunctanter promittimus illius civitatis fores pate esse facturos.* Ille patricius ut talia auribus hausisset[d], valde gavisus est, atque ut id fieret omnimodis gratulabatur, et sine mora per Calabriae Apuliaeque fines misit, et exercitus coadunavit, faciens famam, ut super Agarenos, qui illo in tempore in Gariliano degebant, ex improviso irrueret. In tempesta noctis, quando fessi gravi sopore opprimuntur, dictus ille patricius cum magno apparatu Salernum venit, licet Beneventani cum eo mixti venerunt. Set dum non procul moenia properarunt, illi vero exiliati fores urbibus properarunt, et arte qua poterant portae patefecerunt et ocius patricius Georgio promulgarunt. Ille namque valde sese perturbavit, atque id ipsum unum ex suis ad explorandam urbem iterum misit; set dum et ille eadem verba retulisset, sagacissimus ille praesul Petrus, qui[e] sanctam Beneventanam sedem illo in tempore praerat, huiusmodi verba exorsus est: *Pro qua re nos huc fatigasti, et minime nobis quae clam in pectore gerebas enodasti? Pro certo scitote, quia si hanc urbem furtim ingredimur, omnes ibidem pariter periemus, et dum tripudiare satagis, veremur, ne veniat detrimentum.* Dum haec et his similia praesul praedictus verba repeteret, id ipsum et Beneventani exinde inter se susurrarent, patricius ille nefandissimus metu percussus, ceterique Argivi in fugam conversi sunt. De civitate vero omnimodis nil quae Graeci gesserant compererunt. Illi vero conductorum malorum, qui fuerant orti ex vico cui Saranianus nomen est, dum superati essent, per eundem vicum perrexerunt, uxores liberosque suppellectilemque secum gestantes, Beneventi fines abierunt.

146. Set dum Graeci Beneventanique cuneatim, ut diximus, graderent[a] Beneventum, quotquot ex Salernitanis in itinere repperiebant, nimirum comprehendebant secumque pariter conducebant, quia metuebant, ne civibus occultam rem panderent, ne forte Salernitani illos subsequerentur. Igitur dum inter eos comprehendissent vir quidam Adelpertus nomine, et Iohannes qui dicebatur Andreae abbati, et dum simul graderent, Adelpertus ille fugam iniit. Set antequam ille civitatem fuisset ingressus, Traselpoti filius, Petrus diaconus, ante nocturnum ecclesiam pergebat; set dum valvas civitatis adiisset, patefactae eas conspexit; unde miratus est valde. Quapropter veloci cursu domum Radoaldi sculdais perrexit, atque voce magna emisit, inquid: *Tune es Rodoalt qui fores pate in tempesta noctis fieri iussisti?* At ille insolito clamore perturbatus est, adnectens: *Claves penes me abeo; ocius illuc pergamus.* Set dum fores patulas et seras confractae cernerent, praedicti principi indicare studerunt. At ille furibundus indagari coepit, set nequibat certam rem exinde repperire. Cumque in tali re territi perdurarent, tandem illucescente sole Adelpertus urbem ingressus est, statimque palatium adiit, et quae viderat seriatim principis nimirum aperuit et adiecit: *Iohannes Andreae abbati inter eos conspexit.* At princeps ait: *Fraudulentus ille Graecos huc adduxit.* Inter dicta verba Iohannes iam fatus urbem et ipse ingressus est, quia dum Graeci suas fines repetissent, quos comprehenderant reliquerunt. Cumque acriter fuissent idem Iohannes iniuriatus ab ipso principe, ille quamvis territus ordinatim principi omnia promulgavit; quapropter exinde satisfacionem recepit.

146*. Atenolfus saepedictus ad instar arundinis se gerebat; nam pacem cum Atha-

a) ditarent *corr.* darent *c.* b) sabbatiticius *c.* c) *an* accitus? advectus? d) auxisset *c.* e) qui: *c.*

nasio, interdum cum Guaimario, plerique cum Graecis iniebat; et qui plus valebat, illi fidem servabat. Beneventani clam consilium inter se inierunt, quatenus se a nexione Argiborum eriperent, et qui praeesse exteras gentes soliti erant, ad tempus quasi subesse se videbantur, fremebant. Unde Guaimario principi epistolam in hunc modum miserunt: *Cum omni conamine omnique nisu satagite, ut nos ab oppressione Argiborum eripiatis, quia dum nos sub illorum ditione degimus, vos, qui sanguineo*[45] *nostro probaris, minime gloriosi persistitis. Tantum vos artius exoramus, ut Guidoni, cognato vestro, legationem dirigatis, ut citius cum magno exercitu quasi sororem suam vestramque coniugem visitaturus veniat; et quomodo vos scire facimus, sic in antea peragite.* Statim ille princeps strenuissimos aliquantos viros suos misit, ut quae supra retulimus marchioni Guidoni seriatim* enodaret[a] et adiecit: *Quia si*[b] *Divinita subesset, ego meamque coniugem vestramque sororem meumque subiectum populum a Graecis captum fuisset.* Dum huiusce modi verba captasset, deposita omni segnitia[c], ilico cum valido
896. exercitu Salernum venit, gaudium patriae suaeque sorori, Idte nomine, nimirum dedit. Cum vero a foris moenia Guido iam dictus una[d] cum principe devenirent, atque altrinsecus inter se luxuriarent, Guido ille marchio incredibilem causam peregit; nam sellam
47 super quam equitabat staffamque[46] solitum[47] ponebat, pedemque super solitum firmabat, et huc atque illuc discurrebat equumque valide cruentabat, et minime solitum de pede suo nimirum dissidebat. Dictis finem demus, et quae mirabiliter gesserunt, omnimodis indagemus.

147. Dictus Guido una cum suis cuncatim Beneventum gradierunt; at Graeci et Beneventani, licet fincte, omnimodis resistebant. Moenia civitatis minime Beneventani ascendere audebant, quia Graeci turres moeniaque possidebent. Georgius ille undique se artatum cernens, eminentiores praefatae urbis ad se fecit ascire, et tunc promsit talia
48 dicta: *Viriliter agite atque hostes omnimodo expugnate, quia dum in gestis vestris*[48] *agnovimus, patres vestri undique imperatoris Constantium populum inferebant denique clades.* Ad haec Beneventani responsum dederunt: *Urbem hanc illo in tempore patres nostri possidebant, et turres et moenia aditumque civitatis ipsi observabant; dum foras contra suos aemulos audatius*[e] *animo properabant, adversos prosternebant et obanter propria revertebantur.* Idem Georgius: *Turrem unam aditumque civitatis, qualem vobis comparet, eligite, vestrumque populum munite, et seras et fores vos nimirum tenete, et aemulorum caterva Deo praevio vehementer atterite.* At illi una omnes dixerunt: *Collatam nobis potestatem, tunc videtis, quomodo ab hostibus potenter denique auctore Deo liberamur.* Hiis dictis, loricas unusquisque se induerunt galeaque armisque se munierunt, et contra aemulos qui videbantur alacri marte exierunt. At Guidonis exercitus omnimodis ad bellum sunt praeparati; set dum utraque acie approximassent, Bene-
895. Aug. 7. ventani clam verba dixerunt, ut dum illi civitatem abierunt, cum immane stridore et ipsi civitatem introirent; quod et factum est. Nefandissimus ille patritius cernens se[f] delusus, veniam poposcebat, quem adeptus est; nam quinque milia aureos dedit, confusus et illaesus abscessit. Praefuit et ille Beneventanorum anno uno et menses novem et dies 30.

147*. Guido vero principatum[g] Samnitum optinuit et undique ab hostibus liberavit; set dum et ille feliciter Beneventanorum praefuisset anno uno et mensibus 9, nuncius venit, qui ei intimavit, augustum Karlum seminecem iaceret[h]. Ille vero continuo Guaimario, cognato suo, legationem direxit, ut citius una cum sua coniuge partimque ex suo populo veniret ad obtinendam Beneventanam dignitatem. Ille vero obanter[i] una cum iam dictam coniugem relicto adolescentulum filium, et ipse Guaimari nomine, qui iam principatum gerebat Salernitanum, illuc pergere cupit. Dum properassent castellum cui Montorium nomen est, ibidem prandium habuerunt; set cum alacriter comedissent, ingens pluvia erupit, ut extra limen egredi non auderent. Cumque paululum pluvia defuisset, sciscitaverunt incolae loci illius, si serenitas adesset; unus illorum ait: *Com-*

*) seratim c. a) edodaret *corr.* enodaret c. b) *hoc vocabulum superscriptum est.* c) senitia c. d) unam 1. e) audati:: c. f) cernense c. g) *deest, manu 2. additum.* h) iacere 2. i) ouanter 2.

45) *i. e.* consanguineus. 46) *i. e.* stapha. 47) *i. e.* solidum, nummum 48) scilicet apud Paulum Diaconum hist. Langob. Lib. V. c. 6. sqq.

paret serenitas affutura. Continuo exinde sunt moti; Avellinum oppidum gradierunt. Set antequam praedictum oppidum adirent, Iohannem clericum, qui prae ceteris audacior erat, ante se incedere iussit, et dum Adelferium, qui oppido illius illo in tempore praeerat, obviam eidem principi veniret, isdem Iohannes in eum audaci animo insurgeret et protinus de hac luce extingueret. Qui dum longe ante pergeret, Adelferius ille obviam principi veniebat; ilico praedictus clericus Iohannes super eum venit lanceaque nisus est, ut eum percuteret, id ipsum inuens, ut ab aspectibus illius se eriperet. Set non pleniter res innota cognovit; set et excepto itinere, quamvis territus, properavit. Dum autem ante optutum[a] principis deveniret, mutuo osculum pacis sibi dederunt, quod in archa pectoris minime retinebant. At princeps dulcia verba ei depromsit; ille vero Adelferius subiunxit: *Clericus ille, mi princeps, aut fatuus est aut daemonio detinetur, quia cum ingenti ira contra me venit, et nisi ab aspectu illius declinassem, forsitan de luce hac me extingueret.* Cui princeps subridens atque ait: *Solitus est nempe crebrissime nobiscum cum nostrisque optimatibus ludere.* At Adelferius, ut erat sagax, de se rem gestam cognovit, recepit exinde satisfactionem; quapropter gradierunt simul atque utrique Avellino oppido introierunt. Hiis itaque gestis, sol suas iubas attraxit, et opaca nimium nox pervenit, unde omnes coena facta abiditer sumunt cum ilaritate[b]. Dictus ille Adelferius ac illacque discurrebat, atque per se principi ministrabat. Ille princeps licet fincte eum rogabat, ut particeps fieret convivi atque secum ad mensam resideret. Cui Adelferius: *Nequaquam talia facio, quia domui huic hodie salus[c] facta est, et mea nunc anima magnifica est prae omnibus diebus meis, eo quod talem dominum una cum sua coniuge eiusque fidelibus dignum fuit domum meam optinere.* Et haec dicens, bina[49] optima variaque potionum genera infe- 49
rebat; at illi abiditer propinabant. Coena sumpta, princeps idem una cum sua coniuge thorum proprium requiescunt, ceteri autem sui fideles per domos illius oppidi quamvis non adunati requiescere iubentur. In tempesta noctis cum ingenti audacia Adelferius praedictus una cum suis fidelibus super principem Guaimarium irruit, eumque comprehendit atque luce privavit. Dum vellet illius amputaret testiculis, uxor illius memorata Idta super eum ingenti fletu se collocavit, voceque magna emittebat, ut amplius malum non augmentarent[d]. Unus ex Beneventanis, Iohannes[e] nomine, per mamillam principissam illa attrahere fertur. Alia die mane facto Salernitanis per domos, ubi soporati sunt, ibidem sunt detenti, nichilque scientes illud quod domino suo acciderat. Cumque seriatim intimatum Guidoni fuisset, valde infremuit, set non quibat Beneventum degeret, regnandi victus cupiditatem; unde sine mora cum omnibus suis Avellinum properavit oppidum et comminanter ab eis iam dictum principem expectabatur*. At Adelferius quamvis foedatum principem et suam coniugem cunctumque populum abire permisit. At illi, quamvis cum dedecore, Salernum reversi sunt.

148. Praedictus Guido ocius Papiam perrexit et Karlum defunctum reperit, cursum quam abierat adeptus est regalem dignitatem. Beneventum namque imperatrix Achel-
truda[f] nomine regendum suscepit, et praefuit Beneventanorum anno uno et octo mensi- 897, Mart. 31.
bus. In eadem urbem ingressa est pridie Kal. Aprilis, et cum consensu Beneventanorum Radelchis germanus suus principatui restituitur, qui fere duodecim annis ab eo fuerat expulsus. Fuit nichilominus simplex, caritate praecipuus, in tantum ut diceret suis optimatis solebat: *Quia si mons cui Virginis*[50] *nomen est argento purissimo fuisset, non sufficeret mihi tribus diebus; quia si quis ex vobis exinde mihi tamen poposcisset, statim partem tribueram*[g]. Et pro sua, ut diximus, simplicitate a Beneventanis terque quaterque a praedicta urbe ferme fuerat expulsus. Iterum ad dignitatem pristinam illum videlicet revocabant. supra p. 205. 50

149. Princeps saepedictus Guaimarius quamvis foedatus una cum suo filio, et ipse Guaimari nomine, Salernitanum principatum praeerant, atque variis casibus ipse senior Salernitanos atterebant, licet filio minime complacebat. Salernitani vero valde nimirum fremebant, unde inter se imprevavere[51] saepissime consiliabant. Tandem quae clam 51
consiliarunt in opere prorumperunt; legationem magistro militiae Athanasio, qui illo

a) opptutum *c.* b) claritate *c.* c) salus *c.* d) agmentarent *c.* e) *ita* 2. *aliis erasis.* f) dacheltruda *c.* g) tribuerat *c.*

49) *i. e.* vina. *) *i. e.* expetebat. 50) Monte Virgine. 51) improbaverunt? *an* in privato?

in tempore Neapolitanis praeherat[a] miserunt, dicentes: *Nobiscum*[b] *inite foedus, quatenus heros noster comprehendamus aliumque principem sublevemus*[c]. — Heros namque aliquando dominus, aliquando sacerdos, aliquando vir fortis et potens vel sapiens; nam in tres sensus dividitur[d]; ita caracteribus[e] discrepans: cum aspiratione enim, sicuti nunc super annotavimus, dominum dicimus, sine aspiratione sacerdotis, cum dictongo[f] autem virum fortem et sapientem dicimus. Credo equidem, quia peritis sufficit testimonia ab imperito[g] prolata. Iterum quae omisimus delicatius perquiramus.

Athanasius praedictus ut huiuscemodi verba captasset, valde gavisus est, atque ut id fieret omnimodis gratulabatur, et Salernitanos exinde coartandum misit, ut coeptum opus ad finem usque perficerent. Statimque Salernitani Beneventum miserunt ad virum quendam Sikenolfum nomine, ut sollicitus se gereret, quatenus, si dignum fore, accipiat principatum honorem. Fuerat namque idem Sikenolfum filius cuidam Sicardi. Sicardus dictus ex Beneventana civitate fuit nimirum ortum, unaque cum suis germanis exinde expulsus, Salernum venerunt. Aliquandiu ibidem morarunt; deinde dictus Sikardus una cum prole suo est motus, Neapolim adiit. Iterum suggestionem principi Radelchisi eiusque concives Beneventum regressi sunt nominati, alii consanguinei Salernum remearunt. Ipse Sikenolfus Beneventum minime dereliquid, quapropter a principe iam dicto Radelchiso Avellinum optinendum suscepit; unde indesinenter nocte dieque exinde satagebat, forsitan arriperet valeret principalem honorem. Unde legationem misit fato Athanasio, ut eum omnimodis adiuvaret ad optinendum principalem honorem. Ille procax, immo Deique odibilis, qui fuerat bis terque cum Guaimario fidem accomodatus, oblitus est, abiecto pudore, Sikenolfum intimandum misit, ut exinde indesinenter decertaret, et adiecit: *Ego nunc mitto Salernum et huc accersiam Guaimarium iuniorem principem; dum venit, ex improviso eum comprehendendo, ociusque vobis nunciamus; vos namque sine aliqua haesitatione*[i] *aripitis principalem honorem.*

150. Set dum Sikenolfo huiuscemodi verba delata fuissent, valde gavisus est, clam omnia Salernitanis qui in illo consilio erant studenter intimavit. Statim, ut diximus, ille nefandissimus praesul Athanasius nunciandum Salernum misit, ut citius Guaimarius incunctanter Neapolim pergeret essetque cum eo consiliaturus. Ilico Guaimarius iunior veloci cursu, aliquantos secum ex Salernitanis tollens, ad Athanasium, cum quo dudum foedum gesserat, pergere coepit. At Salernitani agmine uno coacti, armis cum ingenti audacia sumunt, moeniamque ascenderunt, tubisque cecinerunt; et ilico Avellinum miserunt, ut sine mora Sikenolfum praedictum veniret et principatum Salernitanum obtinere[52]: *Quia nos turres et moenia et portam quae dicitur Rotensis*[k.52] *possidemus.* At ille expectans responsum ab Athanasio, minime est profectus. Unus ex Salernitanis, Ursus nomine, Iohannis filius, cognomento Mancus, agiliter princeps Guaimarius est subsecutus, atque in extremis[l] Nuceriae finibus eum videlicet repperit, et quae acciderant studenter indicavit. Ille princeps, quamvis territus, civitatem rediit; erat adhuc adolescens; set dum portam praedictam veniret, una cum suis satageret intrare[m], minime potuerunt, quia Salernitanis cum grandi strepitu super illos irruerunt. Quapropter idem princeps portam quae iuxta mare venerunt, ut una cum patre properarent in exilio. Set Iohannes, quem supra memoravimus, asta quae manu gerebat equi capud, super quo equitabat dictus princeps, percutiens, et in verbis talia promit: *Revertere, revertere, adolescens, atque pariter contra aemulos pergamus eosque fortiter debellemus; sin autem, illuc nimirum pariter moriamur.* Statim cum ingenti audacia per plateas alias inibi abierunt bellumque inchoaverunt; set pars principis terga dederunt. Cumque iterum utraeque acies in unum adissent, id ipsum pars principis fugere temptarunt; set ipse princeps coepit plurima dona promittere omnesque ad se vocare; set multi coeperunt sodales suos linquere proprioque domino adhaerere. Id ipsum princeps magna voce emittebat, et adversarios nomine proprio adclamabat, asserens: *Inepta relinquite et ad me properate, quia teste Deo omnia quae adversus nos gessistis dimitto.* At plurimi principi sociabant suosque relinquebant. Set dum quidam Rodolgrimum proprios deserere[n] principique satageret sociare, eius filius Grimoalt nomine post eum cum magna

a) *deest* 1. b) *add. sed delevit* dicentes 1. c) sublemus *c.* d) divitur *corr.* dividitur *c.* e) carceribus *c.* f) dictongos 1? g) imperio *c.* i) excitatione *c.* k) rotenses *corr.* rotensis *c.* l) *ita ed.* extrem:: *c.* m) *in margine ut videtur ab* 1. *suppletum.* n) deserre *c.*

52) hodie *porta Retense*, ut Prat. monet.

virtute lanceam misit, ut patrem extingueret, set non quibit. Quapropter quantum valuerunt, diu cum eis pugnarunt. Tandem spes salutis ab eis ablata, eo quod pars principis praevalebant, et non tantum telis a terra set etiam per murum undique se artatos aspicerent, turrem illam linquere coeperunt; alii autem principi se per vim subdiderunt, alii per murum undique[b] cervice tenus a foris se iactaverunt. Cumque Ursus filius Iohannis, qui illo in tempore palatii scriba fuerat, prosperum sibi suique socii minime fore conspiceret, turrem illam descendit portasque aperuit, et quid ageret nescibat; statim una vetula ei est adlocuta: *Ut video, sapientia tua versa est in stultitia; tuis pereunt et tu huc deges?* Ilico cuidam famellus Rodelgardi dyaconus adveniens[c], qui ferebat equum cum sella; at Ursus exinde de equo famellum[d] eiecit, et incunctanter illum ascendit Neapolimque adiit. Ceteri alii qui non evaserunt valde sunt attriti, atque diversis suppliciis sunt macerati; tandem vincti Sirentum sunt deducti et in ardua custodia sunt retrusi.

151. Iam dictus autem Guaimarius una cum genitore praedictam urbem vehementer dominaverunt necnon et ab Agarenis manibus eripuerunt. Erant siquidem illo in tempore, ut superius diximus, sculdais Radoalt, vir strenuissimus et dictis principibus per omnia fidelissimus. Factum est autem, ut immensam multitudinem Agarenorum Salernum, licet per pacem, tamen in dolo, venerunt, ut praedictam urbem invaderent. Cumque portam dictae civitatis introissent cum armis, Radoalt ille sagacissimus, illorum cognoscens saevitiam, principi studuit indicare. Illi vero non signiter exinde gesserunt, focos per plateas Salernitani accenderunt, totaque nocte insomnem duxerunt. Alia die armis Agarenis tulerunt, et iam minime Agareni urbem praedictam cum armis introibant.

152. Radelchis memoratus princeps acriter Beneventani cruciabat, licet non per se set per suggestionem cuiusdam Vernaldi, qui illos[e] saepissime concusabat. Idem princeps, ut erat simplex, eum pleniter obscultabat, in tantum ut illi qui erant ex genere Rofrit Potelfritque, per quos Beneventana urbs illo in tempore et usque nunc tuta manebat, comprehenderent et ex sua urbe eiceret. Illi namque Capuam gradierunt, honorificeque ab Atenolfo, quem supra memoravimus, recepti sunt. Cumque diu ibidem morarent et saepedictus Atenolfus tegumentum dapesque vestimentaque quemadmodum illi decebant tribueret, atque aliis ex Beneventanis ibidem abirent, Beneventani Atenolfo huiusmodi verba promserunt: *Consilium inter nos iniamus, quatenus Beneventanam urbem capiamus, teque ibique principem sublimemus.* At ille, audito verbo, visus est ei quasi ludens loqui.

153. Inter dicta verba crebrissime idem Atenolfus legationem[f] Salernum mittebat 897.
nimirum et obsecrabat, ut filiam Guaimarii principis senioris Landolfo[f'] suo filio copularet, essetque illi subditus, sicut antecessores et praedecessores illius fuerunt; set omnimodis exflagitationes eius spernebant[g], quia Landenolfus et Pando, qui fuerant a Capuana urbe una cum suis germanis ab ipso Atenolfo expulsi, dicebant: *Nolite, domini nostri, pacem cum ipso habere; quia si prosperum Christum nobis fore, in proximo illum vinctum deferimus.* Idem Atenolfus id ipsum crebrisime Salernum mittebat eademque verba repetebat ancxiabiliter; set hii uno spernebant eius flagitationem, maxime resistente Idta uxore praefati principis senioris. Agebat namque: *Ego sum ex regali stegmate orta, et cum subdito meo consanguinitatem annecto?* Atenolfus cernens se[h] delusum, doluit, praesertim cum et crebrissime a Salernitanis tellus illius depraedaretur; necessitate coactus praefati Athanasii filiam suo filio in matrimonium tradidit. Magistri militum filiam Gemma nuncupabatur, Atenolfi filius[i] dicebatur Landolfus; et omnimodis pacem inter se inierunt sub iureiurando.

154. Beneventani namque intestinum gladium inter se illo in tempore habebant; quia, ut diximus, Radelchis princeps simplicitate devictus erat. Quapropter non pauci propriam linquebant urbem, et exiliati qui Capuam degebant se sociabant; unde in unum sunt congregati atque inter se consilium inierunt, quatenus Beneventum invaderent Atenolfumque principem sublimarent. Et inter dicta verba saepissime monendum

b) *vox iam delatu in c.* c) advenies *c.* d) famello *corr.* famellum *c.* e) illo *c.* f) misit *l. Sal. corr.* Sal. mictebat *c.* f') landonolfo *c.* g) sperabant *corr.* spernebant *c.* h) cernense *c.* i) filiis *c.*

suos adfines mittebant donaque plurima promittebant, tantum illorum animo consentirent. Quid multa dicam? Non pauci exinde consenserunt atque dictis illorum iusiurandum adhaeserunt; unde omnia seriatim Atenolfo studenter intimaverunt. Ille vero gavisus est exinde valde, set agebat: *Vereor ne praedictum opus minime perveniat usque ad finem.* Hiis ita gestis, dicti exiliati undique se armis muniunt, audaci animo clam Beneventum adiunt, et Atenolfum cum exiguis Capuanis pariter secum
899. ferunt. In tempesta noctis vim portarum seris confringunt urbemque Beneventani cun magna virtute ingressi sunt, ceterique alii sui consanguinei sibi sociant. Palatium ascenderunt et Radelchisum principem comprehenderunt, ecclesiamque, quae praecellentissimus princeps Arichis[a] in honore Dei filii construxit, eamque Agia Sophia vocavit, hoc est sancta sapientia, quia Dei filius est sapientia patris, deducunt, quia podagrico dolore erat vehementer constrictus. Et undique qui exiliati erant urbem adeunt, omnesque in unum conveniunt, et omnis populus necnon et proceres una omnes Atenolfum principem sublimarunt. — Proceres, id est principes vel maiores; semper nimirum plurale est, antepeneultima producta, generis communis; dicti a capitibus trabium qui extra haedificium procedunt, quia et principes excedunt dignitatem plurimorum. — Radelchis saepedictus princeps post recuperationem, ut dudum diximus, praefuit Beneventanis annos duos et menses 2. Atenolfus, ut diximus, principatum Beneventanum suscipiens, dona plurima condonabat, omnibusque hominibus se humilis ostendebat. Factum est autem, ut quidam vir suae genitrici, Potelfrit filia[b], nomine . . ., intimaret ac promeret: *Tuus natus Atenolfus principatum Beneventum arripuit ibique illum Beneventani sublimarunt principem.* Audito verbo hoc, valde sese exterruit, atque sine sermone morula stetit, et quasi in extasi verba effudit: *Ubi sunt illi sublimissimi Beneventani?* Coepitque nominare Beneventanorum genealogiam. Illa vero, quae debuerat de filio obanter permanere, moesta est et de suo stegmate condolebat, quia ad hoc venerant, ut ab extero dominarentur.

155. Guaimarius namque princeps Salerni valde erga suos fremebat, quamvis lumen coeli minime cernebat, licet suo filio minime complacebat, in tantum ut vir quidam nomine Malchenolfus, post singulare certamen quod gesserat et victor extiterat, pro infidelitate dictorum principum puplice capite caedi iusserat; quod et factum est. Unde omnes Salernitani valde sunt exinde exterriti; nam dyra rabie[c] efferati erant, et verba filii coniugisque minime recipiebant. Factum est autem una die,
900 iuxta morem veniret quidam Iohannes clericus, Odelpoti filius palatiique scriba liberalibusque disciplinis instructus[d], palatium; set ut sensit vestimentorum illius fragrantiam[e], ad se ocius illum vocavit; ut[f] ante optutum eius venisset, ilico in eum manum iniciens, eumque comprehendit, famulisque suis praecipiens, ut citius illius testiculi amputarentur[g]; quod sine mora iussa fecerunt. Unde omnes Salernitani immane temeritas cernentes, in unum congregati atque iuniori principi in hunc modum sunt allocuti: *Incuntanter nobis credite, quia omnimodis sub ditione genitoris vestri minime iam amplius perduramus; si committit funditus vobis principatus, nos sub vestra ditione degimus; sin autem, scire vos convenit, quia minime iam saevitiam illius toleramus.* Princeps Guaimarius non signiter gessit, set conclobatus Bardorum agmine, eum comprehendit, blandisque sermonibus ei est allocutus adiciens: *Mi pater, Salernitani erga me moliti sunt insurgere, eo quod minime iam amplius saevitiam tuam tollerare valunt*[h]. Et haec dicens, ecclesiam, quam in honore beati Maximi, quem pater illius princeps Guaiferius a novo fundamine construxerat, deducunt, ibique illum habitare fecerunt, et ipse Guaimarius principatum firmissime Salernitanum optinuit,
53 et omnis populus sub illius dicione gaudebat et exultabat[53].

a) archis c. b) potelfrit. filia c. c) dyrabie t. d) instruciam c. e) fraganciam c. f) *deest* c. g) amputaretur c. h) valent? volunt?

53) Hoc loco notitiam ex codice regio Bambergensi saec. XI., quo Ekkehardus Uraugiensis olim usus est iam a Cl. Iaeck liberalissime transmisso, quae fol. 351. legitur, proponere iuvabit: *Tempore Iustini minoris et Tyberii an. Domini* 568 *ingressi sunt Longobardi in Italiam indicc. prima paschate in Kal. April.* 27 *an. usque Gregorius papa efficitur; ex eo tempore quo Longobardi Italiam ceperunt usque quo Luduwinus Beneventum invasit sunt an.* 300, *et ex eo tempore quo Longobardi Italiam ingressi sunt usque dum Greci Varium urbem ceperunt sunt an.* 311. *Et ab ingressu Longobardorum in Italiam usque quo Greci Amanteum castellum et sancte Severine castrum*

156. Atenolfus, de quo praemisimus, princeps dum aliquod tempore Benevento degeret, Capuam rediit, Beneventum Petro episcopo, quem supra memoravimus, commendavit. Set ut illam praesul ille curam gerendam accepisset, Beneventani, licet non omnes, iusiurandum illius iuraverunt, quatenus illorum praeesset; et quamvis non habe- rent ex genere suo laicam personam, saltem ab episcopo dominarentur. — Saltem coniunctio est, significat: vel, licet; saltim adverbium est, a saliendo dictum, sicut a stringo strictim, a partior partim, a curro cursim, a furor furtim. Est etiam saltim adverbium praesentis temporis sicut: nunc, modo. — Cumque praefati principi cognitum fuisset, valde sese perturbavit, extimploque[*] clam legationem Beneventum misit, ut fidem promissam omnimodis servarent. At illi qui erant, sicut superius nominavimus, ex genere Potelfrit, una cum consanguineo suo principi Atenolfi intimandum miserunt, ut citius incuntanter Beneventum veniret; qui [a] sine mora audaci animo, fretus illorum praesidiis, Beneventum adiit, et ocius praesul iam dictus exinde expulit, et aliquantos 902.
ex Beneventanis comprehendit et in carcerem retrudi iussit. Ille vero praesul, quamvis cum rubore, Salernum properavit et aliquandiu ibidem moravit. Guaimarius princeps honorifice illum excepit victum dapesque [b].

157. Dum ipse iam dictus vellicosissimus [c] princeps Guaimarius iuxta Dei voluntatem [d] populum suum moderantissime gubernaret, et undique illum ab hostibus inlaesum nimirum servaret, et primi civitatum eius consilio et fortitudine summa pollerent, atque Dominus undique aliena castra ei nimirum subderet, multaque idem princes proelia gessisset, ex quibus alia dixisse iam memini, nunc vero unum quod mirabiliter gessit omnimodis non praetermittam.

158. Cum pene omnes civitates Apuliae simulque et Calabriae suis viris [e] attrivisset [f], una cum Landolfo Beneventanus princeps [g] factum est, ut inmensa multitudine [h] Graecorum super eum ubi residebat locum, qui Vasintellus [54] dicitur, cum grandi strepitu venerunt, et haut [i] procul ab eo castra posuerunt. Set dum iam dictus Guaimarius talia comperisset, minime est exinde exterritus, licet paucis set validissimis secum sociatis [k] degeret Langobardis; set dum bis terque ipse stratigo legati [l] Guaimario principi [m] mitteret, quatenus exinde cum suis se moveret suaque inlaesi arva repeteret [n], ipse vero Guaimarius taliter legati [o] fertur dixisset [p] responsum: *Domino vestro dicite, quia nos minime locum istum deserimus, donec pugnam vobiscum committimus; quia patres nostri, ut nobis relatum est, magis voluerunt mori in bello, quam inbelles [q] vivere; et non in multitudine freti [r] fuerunt, nec in paucis se desperarunt [s]. Nos namque vestigia illorum sequentes, omnimodis sine proelio arva nostra minime repedamus.* Dum in hunc modum Graecis relatum fuisset, nimis irati sunt, atque id ipsum legationem

[54] Basentello.

*) etstimploque c. a) quod c. b) *addit* 2: et alia necessaria tribuit. c) bellicosissimus 2. d) voluntate 2. e) viribus 2. f) actriuiuisset 1. g) beneventano principe 2. h) multitudo 2. i) *deest in codice.* k) sociatis *in margine prima aut* 2. *manu suppletum.* l) legatos 2. m) principi *in margine* 1. *aut* 2. *manu suppl.* n) repeterent 2. o) 1. *aut* 2. *manu correctum* legatis. p) dississet 1. dississe 2. q) infelius c. r) fleti c. s) desperunt c.

ceperunt sunt an. 318. — *Anno igitur ab incarnatione Domini nongentesimo secundo indic.* 5. 3. *Idus Octobris regnantibus Leone et Alexandro augustis residenteque quarto Benedicto Romano pontifice, Parthenopense duce Gregorio et Stephano tercio episcopo, factum est per otum mundum terribile miraculum in celo, a primo gallicantu usque ad solis ortum, vise sunt quasi stelle densissime in modum aste longissime per aera discurrere, contra omnes pene cardines celi, ita ut omnium aspicientium hominum mentes terrerent, eo quod nullius meminit etas nec ulla prodit historia huiusmodi mirabile portentum. Hac etenim empestate rex Africe cum innumerabili exercitu adveniens, totam Italiam invadere cupiebat, qui cum pervenisset in Siciliam Tauriminensem civitatem optime munitam et in montis vertice positam statim apprehendit, ibique multos christianos, cum ad nequiciam sue fidei eos flectere nequisset, eum Procobio episcopo eiusque clero in una aecclesia recludens, crudeliter* 902.
igne combussit, transfretansque ad Calabriam, Regium comprehendit. Cum autem eodem conamine obsideret Cosentiam Italiae urbem et apprehendere niteretur, eadem noc qua praedictum signum stellarum visum est, celesti gladio percussus, repentina morte interiit. Exercitus uero illius metu ac pavore perterritus, ad Africam redire cupiens, pene omnis naufragio consumptus est, sicque Dei omnipotentis misericordia Italia in articulo Martis posita ab eius gladio liberata est. Unde quidam astruere voluerunt, ab illius morte signum esse factum stellarum. Sed quia non solum in Italia sed in toto mundo visum est, magis credendum est eguangelii completam esse sententiam dicentis: „Erunt signa in sole et luna et stellis“; neque enim tale signum pro iniqui regis morte in universo orbe Deus ostenderat. Luc. 21. 25.

principi Guaimario mittunt, adnectentes: *Dicite, inquid, principi, quia si ille et qui cum eo* [a] *sunt eorum artora ferrea fuissent, cuntosque ex aere induti fuissent, multitudine hac* [b] *eos lambentes, sine dilatione ad nichilum deduceremus.* Set cum Guaimarius eorum [c] responsum fuisset [d]: *Ut minime dictis illorum optemperemus!* set potius minas indignationesque eos silicet obiurgaret; illi vero iam dicti Graeci cum magna superbia ad bellum sunt praeparati. Erat denique locus ille, in quo princeps Guaimarius manebat, tutissimus, et nequibant [e] Graeci ad eum accedere nisi per unum artissimum aditum. Et non erant pugnatores cum eo nisi pene trecentorum virorum suoque germano [f], vir elegans audaxque, nomine Guido. Dum comperisset Guido iam dictus, quia sine ulla ambiguitate bellum cum Graecis inirent, valde gavissus est, atque hac [g] illac per castra inter suos gradiebat [h], et in hunc modum verba promebat, asserens: *Cras quippe Deo tuente cum nefandis Graecis pugnam committimus!* Et inter dicta verba eosque obsculabat [i]. In ea nocte praecellentissimus princeps Guaimarius visionem vidit. Apparuit ei Dei genitrix virgo Maria, eique dixit: *Constans* [k] *esto, Guaimari, nichil metuere; cras namque pugnam commissurus es, victoriam tibi collatura sum* [l], *quia iam exinde natumque deumque meum exflagitavi, et ab ipso clementissimo et exaudita sum; et nullus in eodem praelio decidet ex tuis, nisi unus qui a regno Dei privatus est.* Cumque evigilasset et laetus de iam dicta visione persisteret, minimeque [m] suis subditis quae viderat intimaret, repente Graecorum exercitus [n], iam illucescente sole, cum grandi strepitu eorum approximavit; at Langobardi econtra ad bellum forti animo sunt nimirum parati. Set dum cuneum validum Graecorum aditum illum artissimum, ut eum comprehenderet, omni nisu satageret, iam eum a Salernitanis comprehensum reppererunt. Set dum diu cum eis pugnassent atque ex Salernitanis [o] aliquantis vulnerati fuissent et omnimodis illorum iaculis sustinere nequirent, suo domino Guaimario indicare studuerunt. At princes funditus eos vocari iussit. Dum Salernitanis locus ille [p] liquissent, et ad suum principem pervenissent, Graecorum falanx cum magna audacia in campum ultra artissimum locum ingressa est. Set dum ipse stratigo cum multitudine pugnatorum ingressi fuissent, et princeps iam dictus, ut plus locus ille ingredere, expectaret, quidam illustrissimus vir ex Langobardis, Grimoalt nomine, huiusmodi principi est allocutus: *Nequaquam mi princeps, Graecorum falanx iam amplius ingredere sinamus, set isti qui ingressi sunt totis viribus expugnemus; quia, quantum conicere valeo, decima illorum minime sumus.* Erat denique ipse Grimoalt sagacissimus proeliator. Statimque ipse princeps [q] clamare iussit tubis, moxque cum suis irruit super eos. Set dum utraeque acies approximassent, unum [r] ex Graecis clam nisu quo valuit [s] principi [t] equum forti yctu percussit, et sine mora extincxit. Protinus unus ex Langobardis, Maio nomine, de equo in quo [u] residebat exiliens, et ipsi principi detulit; quo comperto, omnis exercitus totis viribus pugnaturis [v] conveniunt. Cumque utraeque acie fortiter inter se [w] pugnarent et Salernitani nequaquam ab eorum aspectibus declinarent, praesertim cum illis [x] undique laniarent, et multos ex eis in terram videlicet strarent; quod cernentes Graecorum exercitus, mox inmenso pavore perterritus, in fugam convertitur, ultimaque pernicie caesus, sibi fugiens mortem, Guaimarius [y] et Salernitanis victoriam generavit. Germanus principis, de quo superius diximus, nomine Guido, dum plurimi [z] sauciasset, set cum ei [*] apropiasent, lanceaque nisus est, ut eum percuteret, Graecus ille misericordiam postulavit. At ille verso cuspide eum percusit, et in terram deiecit, et inlaesum sinit abire. Ita stratigo ille nomine Anastasi, qui se imperatori [a] suo victoriae trophaeum de Langobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans, ignominiam deportavit, atque crine solutus necnon discriminatus, ante Langobardorum acies, una cum suis silicet per devia silvasque fugiebat, necnon magna voce Guaimarium principem acclamabat, inquid: *Indulge nobis, benignissime princeps, parceque gladio tuo! Numquid usque ad internicionem*

a) cum eo 2. *manu appositum.* b) multitudinem hanc 2. c) eis 2. d) fecisset 2. e) *ipse scriba ex aliis quae non facile legas* nequibant *effecit.* f) trecenti viri suusque germanus 2. g) :ac c. h) gradiebatur 2. i) obsculabatur 2. k) costans c. l) *ante* collatura *in c.* commissura sum *scriptum sed deletum est.* m) minimque *prima manu, lineola postea adiecta.* n) exercitus *aut* 1. *aut* 2. *manu.* o) salernis 1. p) salernitani locum illum 2. q) pnceps c. *loco* princeps. r) unus 2. s) voluit 1. t) principis 2. u) in quo 2. *manu insertum, fortasse* quem *prestat.* v) pugnaturi 2. w) *fortasse olim:* forti internicione pugnarent. x) illos 2. y) guaimario 2. z) plurimos *prima aut* 2. *manu.* *) *fortasse:* alicui. a) imperari c.

mucro tuo[a] *desaeviet? Memorare, quia compatres*[b] *sumus, tuumque filium ad sacrum ordinem ego infelix sustinui!* Guaimarius plane dum talia audisset, statim clangere tuba iussit, moxque populum ab effusione humani sanguinis revocavit; patrataque victoria de inimicis, Salernum triumphans reversus est; patriae gaudium et cunctis securitatem sublato hostium timore convexit. Auferentesque secum spolia nimis, illos autem compulit fugam ire. Tantum unum, ut diximus, ex Salernitanis ibidem occubuit, cuius nomen Lando fuit, quemamodum a Dei genitrice eidem principi fuerat vaticinatum.

159. Dum talia patrata fuissent, et ad senectutem pervenisset, recordatus est ei Dominus, filiumque ei condonavit ex dompna principissa piissima Gaitelgrima nomine, Atenolfi principi[c] Beneventi filia. Set dum natus fuisset puer, atque sacra unda fuisset aspersus, Gisulfum[c*] eum appellaverunt. Cum vero puer ipse tribus annis gereret, omnis populus necnon[d] et sublimes una cum suo genitore ad principalem dignitatem eum videlicet asciverunt, atque eis iusiurandum iuraverunt. Illo in tempore, ut diximus, omnes Cala- 933.
briae regiones simulque et Apuliae pene Guaimari dicioni omnimodis optemperabant. Set cum ipse puer adolevisset, atque venusta forma et micantibus oculis, nares aequales et directae, decoraque facie, et ut melius dicam, sapientiam ipsum Deus illustrasset, suus benignissimus genitor de hac luce abstractus est. Tenuit principatum Salernitanum 946.
annos.. et menses.. Fuit autem corpore praevalidus, statura aequalis, quae nec longa nec brevis possit adverti, pulcherrimaque facie, et nec minus consilio quam viribus decoratus.

Mirandus species, set plus mirabilis actis,
A puero micuit, promtus ad omne bonum.

Sepultus namque est iuxta ecclesiam Dei genitricis et virginis Mariae sanctae Salernitanae sedis. Fecit autem in eadem ecclesiam[e] crucifixus ex argento purissimo, necnon et eius altare sacratissimum argento purissimo circumdedit, candelabraque argentea tria, id ipsum altare in honorem Domini et salvatoris construere[f] fecit, ipsum argentoque circumdedit, et eum ante conspectum vocari iussit. Ante conspectum subaudis. Cuius? Dei. Quia ymago Dei filii est nimirum ibidem depicta. Palatium illud quod penitus destructum[g] erat, ipse vero rehaedificavit eum, licet non totum, et in angulo ipsius ecclesiae sancti Petri campanile mirae pulcritudinis quamvis exiguum mirabiliter construere fecit; et multa alia gessit, quae omittimus plane retexere cuncta. Huius temporibus Atenolfus Beneventanus princeps propter suas nequitias suaque crudelitate, de quo iam superius diximus, ex sua urbe fuit expulsus, atque cum paucis suis fidelibus Salernum venit; set eum Guaimarius cum sublimitate recepit, quia socerus illius erat, et sua filia Rothilda iam nuper ei in matrimonium tradiderat. Set non reddiderat suo filio sicuti debuerat; set pro bona reddedit etiam mala.

160. Dum vero princeps Guaimarius de hac luce extinctus fuisset, sicuti mos est variis civitatibus, sic inter se Salernitani saepissime consurgebant[h]. Set ipse iam dictus Atenolfus una cum sua coniuge omnimodis satagebat, quatenus Salernitanum principatum[i] invaderet; set iustus iudex Dominus iniquitas[k] eius in capud illius convertit, atque de hac urbe cum verecundia fuit proiectus, et in exilium est nimirum extinctus, et omnis Salernitanus populus gloriosi[l] principi Gisulphi[m] est plane subiectus.

161. Set dum cum talia patrata fuissent, Landolfus germanus iam dicti Atenolfi, qui et ipse illo in tempore Beneventanis praeerat, iniit foedus cum Iohanne, qui et ipse illo in tempore praeerat Neapolitanis, atque pari consensu cum omnibus suis subditis in unum sunt congregati, quatenus venirent et principatum Salernitanum totis viribus expugnarent, atque, si valerent, usque moeniam civitatis properarent; putantes, ut minime princeps Gisulphus, qui erat adolescens, illis obviam irent[n]. Set dum princeps Gisulphus talia comperisset, statim cum valido exercitu exiit obviam ei; et aut procul a Salernitana urbe locum ubi Cakis[o] dicitur, tentoria fingere[p] iussit; abuitque in suffragium Mastalus, qui et ipse illo in tempore Amelfitanis praerat, cum suis hominibus. Set dum praedictis[q] Landolfus et Iohannes cum suis hominibus inivi properare maluis-

a) tuus 2. b) competes 1. competres 2. c) principis 2. c*) gisilfum c. d) nec 1. e) ecclesia 2. f) construe 1. g) *scriba prius* destructus *scripserat*. h) *prius* consurgerant. i) pneipatum c. k) iniquitatem 2. l) glorioso 2. m) gisulpho 2. n) iret 2. o) *ita aut* cabeis c. p) figere 2. q) predicti 2.

sent, statim Salernitanis[a] una cum Amelfitanis ad bellum sunt praeparati. Cum namque cernerent Beneventanis[b] Capuanisque[c] necnon et Neapolitanis, Salernitanis Amelfitanisque[d] totis viribus ad pugnam essent parati, terga dederunt, atque super eos in loco in quo Gisulfus cum suis manebat minime adierunt. Igitur cum ipse Landulfus et Iohannes conspicerent, quia sine effectu morarent, statim aliquantula praedia incendere iusserunt, et callem quam reliquerant iterum repedarunt. Cumque in suis urbibus remeassent, ipse princeps Landulfus statim foedus firmissimum cum Gisulfo principe iniit, atque in unum sunt congregati, necnon parique consensu cum multitudo[e] hostium Nolam venerunt, et ibidem tentoria figere iussit[f], et pene omnes[g] praedia Neapolitanorum depraedare iusserunt; et diversis machinis Nolam silicet expugnarunt eamque ceperunt et ad solum usque prostraverant. Et ab invicem pacifice sunt sequestrati, suasque[h] repedayerunt denique[i] fines.

57 162. Illo namque tempore Aquinensis castrum[57] suo principi Landolfi se revellavit, 58 et nequibat suis iuris[58] per vim illud nimirum subdere. Quidam Capuanus[k] Adenolfus nomine illis praeerat, atque cum ipsis suo principi se revellaverat. Set dum certo certius Landulfus princeps talia comperisset, statim Salernum misit, quatenus Gisulfus princeps cum suo exercitu validissimo veniret atque eum omnimodis adiuvaret, ut praedictum castrum suis viris attriberet. Dum autem clementissimi principi Gisulfi intimatum[k*] fuisset, ille, ut erat audax, ilico suum exercitum congregari iussit, et protinus cum suis iter arripiunt, Capuamque properavit, deinde Aquinensium finium venit, ipsumque castrum ilico expugnare coepit.

163. Landulfus, de quo supra diximus, princeps una cum suis omnimodis satagebat, quatenus ipsum castrum per vim iuris suis subdere; set non a Deo ei fuerat nimirum concessum, quia diversis machinis eum iam expugnaverat, set sine effectu permanserat. Set dum utrumque populus omni nisu exinde decertaret, et illum castrum illaesum perduraret, unus ex Salernitanis, Sikelmannus nomine, qui erat ex Acernio oppido ortus, strenuusque vir ad limpidanda[l] ligna, clam ad unum ex circumstantibus est locutus: *Volueram veraciter agnoscere voluntatem domini mei principis, utrumne placet ei, ut istum castrum comprehendamus, an non?* At ille protinus ei respondit: *Veraciter scito, quia si illud capere potuissemus, magnum gaudium ipse dominus noster habuerat exinde.* Ille inquid: *Volueram, si dignus sum, ex ore eius talia auribus auriret.* At ille dixit: *Ego te illius dicioni praesentabo.* Vocabatur autem ille, cum quo ipse Sikelmannus loquebatur, nomine Petrus, eratque clericus praecipuusque medicus et ab ipso principe valde dilectus, quin etiam postmodum eum in hac sede Salernitana praesul 59 constituit; de quo si vita comes fuerit, postmodum plenius disputavimus[59].

164. Cum vero principi Gisulfi ipse Sikelmannus praesentatus fuisset, in hunc modum promsit talia dicta: *Mi princeps, velis, ut capiamus hunc castellum?* At princeps: *Proinde huc veni, quatenus eum videlicet capiamus.* Et statim exinde exiit, et machina, quam nos petraria nuncupamus, mirae magnitudinis construxit, moxque ipsum castellum Salernitani totis viribus omnique conamine expugnare coeperunt, atque murus illius castelli fortiter confringebant. Dum talia Adenolfus et qui cum eo erant conspicerent atque aliquantis ex eis mortui essent, ilico veniam ab ipso piissimo principe[m] poposcebant. Ipse praeclarissimus princeps annuit eorum preces, atque princeps Landulfus exinde artius exoravit, quatenus veniam illorum tribueret. Ille vero voluntati eius assensum dedit noxamque illo condonabat; quapropter Adenolfus cum suaque uxore suosque liberos et cum suis famulis Gaetam inlaesum permittit[n] ire. Et sic cum magno tripudio Capuam catervatim venerunt, donaque plurima magni principi Gisulfi Landolfus princeps dedit, suaque arva cum suis obanter rediit.

950. 165. In ipsius temporibus inventum est sacratissimum corpus beati Mathaei apostoli in Lucaniae finibus atque cum debito honore per iussionem iam fati Gisulfi principi Salernum deducitur. Set quod miracula et signa et quomodo fuit repertus, omnimodis

a) salernitani 2. b) beneventani 2. c) capuanique 2. d) neapolitani quod salernitani amelfitanique 2. e) multitudine 2. f) iùxerunt 2. g) omnia 2. h) *fortasse* suaque *legendum.* i) dinique *c.* k) capuanis *c.* k*) in tantum *corr.* intimatum *c.* l) limpidandas 1? m) *add. sed del.* veniam *c.* n) permit 1.

57) Aquino. 58) *i. e.* suo iuri. 59) *i. e.* disputabimus.

nunc omittimus pandere; postmodum Deo iuente fidelibus innotescimus atque huic ystoriae annexere facimus.

166. Dum ipse Landulfus praefuisset Sammitis annos....[a], ab hac luce subtractus 960.
est; Beneventanorum principatum eius filii Pandolfum et Landulfum bifarie regebant.
Eo tempore sanctae Romanae sedis praerat papa Iohannes, filius cuidam Alberici patricii.
Dum esset adolescens atque huiusmodi vitiis deditus[b], undique hostium[60] congregare 60
iussit in unum, et non tantum Romanum exercitum[c], set etiam Tusci Spoletinique in
suum suffragium conduxit, populisque multum nimis et cum magna virtute Capuam pro-
perabat. Ilico princeps Pandulfus consanguineos[d] suos Salernum misit, quatenus emi-
nentissimum principem Gisulfum enixius obsecrarent, ut in eius adiutorium sine dila-
tione veniret. Ille vero ut talia audiens, protinus cum magna audacia magnoque appa-
ratu cum omnibus suis illuc properavit. Set dum Romani Spolitinique necnon et Tusci
adventum Gisulfi principis comperissent, magno metu perculsi, repente suas repedunt fines.

167. Dum autem famam eiusdemque principis Gisulfi undique pervolaret, atque
per diversas civitates eius gloriam nimirum fragraret[e], legationem illi papae Iohanni
misit, quatenus se nimirum coniungerent. Quapropter ipse princeps minime est mora-
tus, atque cum grandi apparatu per marinum iter Terracinam est profectus; moxque
iam dictus papa cum non paucis Romanis ad eum venerunt. Set cum facies principis
eiusque apparatu nobiliumque multorum gloriamque illius cernerent, mirati sunt valde
adicientes: *Plus nunc plane vidimus quae nuper audivimus.* Et inter se alternatim foedus
inierunt, atque ab invicem sunt segregati. Quid multa referam? Regnum Graecorum,
Agarenorum, Francorum Saxonumque ei nimirum obediebant, atque suoque principatu
inlaesum videlicet obtinebat, et omnis populus sub sua ditione positus gaudebant nimi-
rum et exultabant, et non erant plane qui exterrerent eos.

168. Per idem tempus pestis valida fuit infra principatum Salernitanum, et multos
ex eis interempti sunt, domuique plurimae vacuae remanserunt, donec civibus magna
instantia precum Domino obsecrant; et tunc pestis ipsa quievit. Tanta denique pluvia-
rum[f] antea quam ipse pestis eveniret, tantaque tonitrua et corruscationes, qualem num-
quam seniores nostri noverunt; atque pars multae montium ceciderunt.

169. Hac tempestate[61] Italiae rex praerat Verengarius una cum filio suo, Adelver- 61
tus[g] nomine. Set cum multa saevitia erga populum sibi subiectum ipse iam fatus rex
nimirum adnecteret atque variis casibus eos cruciaret, clam legationem Langobardi
Romanique Ottoni[h] regi miserunt, quatenus veniret et regnum Italiae sub sua ditione
obtineret; erat siquidem illo in tempore Saxonum Allemannorumque rex. Ut talia rex
Otto audisset, valde gavisus est, atque ut id fieret omnimodis gratulabatur, et sine mora
cum valido exercitu Italiam properavit. At vero rex Langobardorum Adelvertus[i] cum
magno apparatu populusque nimis valde clusas venit, quatenus cum Ottone certamen
iniret; feruntque plurimi, ut sexaginta milia pugnatorum cum rege Adelverto fuissent.
Set dum una die unaque nox ibidem morarent, et Ottoni exercitum ibidem non apro-
piarent[k], non pauci comitibus Adelverti regis promserunt: *Volueramus, domine rex,*

a) *ita spatio relicto c.* b) detitus *c.* c) exercium *c.* d) consansquineos *corr.* consanguineos *c.* e) fragaret *c.* f) p. abundantia fuit *ed.* g) adevltrus *c. et ita saepius.* h) octoni *c. constanter.* i) *add. sed del.* veni c. k) apropriarent *corr.* apropiaret *c.*

60) *i. e.* hostem, exercitum. 61) Hoc loco narrationem Ratherii episcopi Veronensis ex codice saec. X. iam regio Monacensi fol. 3'. 4. exceptam sistere placuit: „Nuper, hoc est tempore quo cuncto predicabilis seculo gloriosissimus aequissimus atque piissimus Otto imperator augustus Italiam intraverat feliciter triumphaturus, Veronensi populo gravissimum, culpa non solum illius qui tunc inibi indignissime praerat presulis, sed et sexageno qui eum praecesserant annorum curriculo, dampnum. Cuiusdam enim, hereo confessoris dicam an martiris, Metronis utique sancti corpus ex suburbio civitatis eiusdem quod basilica beati martiris continebat Vitalis, furto laudabili, ammisso dampnabili, fuerat asportatum, loquebatur uti vulgus indoctum. Cuius sancti memoriam pro signorum innumerabilium eiusdem beati patratu inibi exhibitorum cum vulgaris religioso amore frequentaret caterva, solis miserrimis episcopis et qui vanissimo labore xiliquis incumbebant porcorum edendis, quam illis triticeae dulcedinis panibus, quibus mercenariorum multitudinem habundare, prodigus ad patrem rediturus, se autem fame perire, deplorabat filius de euangelio ille, ita locus pro nefas viluerat isdem, ut militibus redita eidem ecclesiae competenti donato, presbiter nec illic esset aliquis, qui previderet locum tam pretiosum continentem thesaurum".

ut Papiam cum paucis pergas, et tuo genitori dicito, quatenus Bardorum regnum sub vestra ditione committant[a], *quia nos minime sub illius potestate iam amplius perduramus. Si vobis committit regnum, nos totis viribus pugnamus, sin autem, Italiae regnum exteri regi committimus, quia saevitiam illius suaeque coniugis omnimodis sustinere nequimus.* Set dum talia patri[b] matrique quod dictum ei fuerat intimasset, pater vero dictis eius optemperavit, mater namque dictis eius nullo modo assensum dedit. Quapropter ad clusas reversus est et suis comitibus omnia propalavit; at illi omnes exinde irati sunt, protinusque illum relinquerunt, et unusquisque in suis urbibus remearunt. Otto rex namque sine impedimento Italiam introivit atque Italiae regnum optinuit, ipseque Verengarius in oppido, in quo cum sua uxore fugierat, qui vocatur
964. sancti Leoni, per vim comprehendit, Galliamque vinctos illos direxit. Adelvertus cum suis germanis paucisque suisque fidelibus fugam iniit atque in insulam Corsecam venit. Ipseque Otto cum sua coniuge Aidelgaiza nomine Romam ingresus est, et a papa praedicto Iohanne oleo uncionis est unctus coronaque suo capite septus, et ab omnibus imperator augustus est nimirum vocatus, et multa incommoditate Romanis et apostolicae sedis indixit, quae nobis[c] est dicenda per singula. Deinde Campaniae finibus venit, statimque ei princeps Veneventanus Pandulfus in eius venit occursum, cum ipso suaque coniuge cum magno tripudio Capuam properarunt, et statim legationem idem imperator Gisulfo principi misit, donaque regalia, quatenus per semet ipsum, si ei durum non esset[d],
962. 964. 61 Capuam veniret, et suam sororem[61], illius imperatoris coniugem, nimirum videre. Set dum huiuscemodi dicta principi delata fuissent, moxque cum non paucis suis fidelibus ecclesiam Dei genitricis introivit, atque nimis eam exflagitabat, quatenus pro suis delictis suum natum ut veniam illi tribueret artius rogaret; et sic commeato accepto a praesule sanctissimo Petro, incunctanter illic properavit. Cum vero non procul a Capuana[e] urbe cum suis venisset, ilico Paldolfus et Landolfus principes ei obviam exierunt, atque cum debito honore ad imperatorem Ottonem eum videlicet perduxerunt. Ille imperator, ut eum vidit, ilico de throno in quo residebat exiliens[f], paululum ei obviam exiit, invicemque se obsculaverunt. Deinde imperatrix ut vidit atque lacteo vultu conspexit, super collum eius ruit eumque osculavit[g], atque eum pariter secum sedere iussit, quia ex consanguinitate erat ei nimirum coniuncta. Agebat plane: *Confrater meus Gisulfe, quare non venisti tuamque sororem non requisisti?* Et inter dicta verba eum amplexabat et creberrime osculabat. Idem princeps eis[h] pulcritudinis equum cum aurea sella dedit opesque plurimas, et ab eis dona dignisima accepit; et sic cum magno gaudio cum suis Salernum remeavit; omnis populus exinde gavisus est.

170. Ipse imperator deinde Apuliae finibus venit et valide eam silicet denudavit, et civitas Varim aliquantulum eam obsedit et quantum valuit undique constrinxit. Id ipsum
966. iterum arva sua remeavit, iterum Italiam venit Romamque properavit, et aliquantulos
965. ex Romanis suspendere iussit, quia dum ipse imperator abesset, valde decimus[i] tertius papa Iohannes a Iohanne Alberici filius afflixerunt atque foedarunt. Deinde Calabriae
967 finibus venit, incendiis, praedationibus[k] vehementer eam videlicet attrivit et nulla[l] dampna vel oppresionem in principatum Salernitanum gessit. Igitur dum Paldolfus cum ipso imperatore Calabriam morarentur, eius germanus Landulfus princeps diem clausit
969 extremum. Tenuit principatum una cum suo germano iam dictus Paldolfus annos octo; fuit denique avidus et minime[m] legis tramitem fuit sequentem. Set dum talia comperisset Paldulfus, Calabriam reliquit imperatorem, Beneventum venit, suumque filium Landolfum principem sublimavit. Iterum ipse Otto Ravennam properavit.

171. Dum haec patrata fuissent, ipse Paldulfus Ottonem rogavit, quatenus secum de suis aliquantos in suffragium mitteret, ut Apuliam cum ipsis nimirum graderent. Ille vero aliquantos ex suis illi dedit, et sic ipse Paldulfus cum paucis iuvenibus Bene-
62 ventanis Capuanisque civitatem Bivinem[62] adiit. Dum mixti Graeci cum hominibus ipsius civitatis egressi fuissent, et cum Paldolfo pauci adessent, ad pugnam sunt nimirum protinus parati. Paldulfus cum suis super eos irruit ultimaque caede eos vastavit,

a) commictant *corr.* commictat *c.* b) *deest c.* c) *scil.* non? d) est *c.* e) cupuana *c.* f) exilies *c.* g) ocluavit *corr.* osculavit *c.* h) ei:: *c.* ei magne p. 2. i) *deest c.* k) predicacionibus *corr.* predacionibus *c.* l) *an* multa? m) mini *c.*

61) Hoc falsum esse, neminem fugit. 62) Bovino, urbs Apuliae. PR.

sicque pervenit usque ad portam illius civitatis. Dum ei obviam quidam Graecus 555
nomine . . . . .[a] cum magna virtute venit, fortique ictu percussit, et eum in terram protinus stravit; denuo denique similia fecerunt. Set cum iterum Graeci aditum civitatis cum grandi strepitu exissent, et Paldulfus et qui cum eo erant ad pugnam se praeparare maluissent, ilico dum retro sibimet conspexissent, catervatim venire cernerent multitudo hostium; set nequibant optutum illorum discernere, utrum Paldulfi[b] homines essent qui exspectabant, an e contrario Graeci. Set dum eis approximassent, cognoverunt, quod Graeci essent; unusquisque omnimodis ad pugnam sunt praeparati. Set dum bellum inchoassent, statim Paldulfi equus[c] vulneratus est et sine mora extinxit. Set unus ex suis dum talia vidisset, moxque equum in quo residebat exiliens, et ipsi principi detulit; ille vero statim equum ascendit, ut cum Graecis certamen iniret; set nichil ei profuit, quia iam suis dispersi erant et huc atque illuc vagabantur incerti. Dum vero Paldulfus plurimi ex Graecis sauciaret et iam fessus esset, super eum quidam Graecus cum magna virtute venit fortique ictu percussit, eumque de equo in quo residebat deiecit, quia iam arma confracta habebat; sic super eum irruerunt eumque comprehenderunt atque ad suum patricium perduxerunt; et non paucis ex suis vulnerati, aliquanti comprehensi, etsi quos[d] ex eis extincti; reliqui[e] quamvis confusi suas veniunt fines.

172. Princeps saepedictus Gisulfus illuc Landonem castaldeum in suffragium misit, quatenus cum suis eum nullo modo relinquerent; et dum illuc gradere festinaret, subito ei in itinere nuncius venit, qui ei omnia intimavit. At ille, quamvis cum moerore, Salernum remeavit. Ille patricius, Eugenius[f] nomine, Constantinopolim Paldulfus cum suis militibus misit, et ille cum multitudine hostium Beneventi fines invadunt; Avellino oppido adiunt, et illorum castaldeus, Sikenolfus nomine, eum consensu illorum comprehendunt, Capuamque properarunt, multosque homines promiscui sexus inibi capiunt, ipsam urbem diversis machinis expugnare coeperunt, obsideruntque eam fere quadraginta diebus. Marinus, qui praeerat illo in tempore Neapolitanis, cum omnibus suis accepta occasione Capuam venit, incendiis, rapinis et quicquid repperiri poterant demoliunt. Set iniquitas eorum in illorum verticem nimirum descendit; quia dum cerneret ipse patricius sine effectu ibidem morarent, et crebrissime Langobardi suos[g] non paucos vulnerarent atque necarent, et metueret, ne forte Francorum exercitum super eos irrueret, praesertim cum plurima opes essent ditati et promiscui sexus fere quingentos comprehendissent, Capuam liquit et cum paucis pacifice Salernum venit. Reliquum vulgus per Beneventum habiit iter, et multa oppida in dolo ceperunt, pene[63] civitatem Beneventanam venerunt, ibidem vir unus, 63
Zotto[h] nomine, comprehenderunt, quia germanus Paldulfi Romualt inter Graecos a pueritia fuerat et iam minime patria sua repedare volebant propter suam superbiam; et sic Apuliam remearunt. Ipse vero Eugenius dum apud Salernum aliquos dies mansisset, et princeps praedictus Gisulfus ei delicias vinaque optima diversaque potionum genera saepissime suis famulis illius fecisset ministrare, Apuliam est reversus.

173. Dum patrata talia fuissent, non multos[i] post dies exercitus Alamannorum, Spolitinorum Saxonumque Capuam venit, set Graecorum falanx minime ibidem repperit. Deinde exinde sunt moti, territorium Neapolitanorum[k] invadunt, undique inibi praedam capiunt, et vehementer una cum Capuanis civitatem Neapolitanam constrinxerunt; exinde sunt moti, Avellino oppido adierunt, quia Graecis se, ut[k] iam fati sumus, tradiderat; proinde Beneventani una cum Francis eum expugnabant. Id ipsi Beneventum venerunt, missamque ab archiepiscopo Landulfo audierunt, et corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi participati sunt; et sic accepta benedicione a praedicto sanctissimo pontifice, Apuliam pervenerunt. Ipse Eugenius, de quo[l] praediximus, propter suam crudelitatem comprehensus est a suis atque Constantinopolim missus. Hac tempestate imperator Niciforus praeerat, vir bonus et iustus atque diversorum gentium proeliator, de quo non est nostrum dicendum, quia ad aliorum

a) *spatium vacat in c.* b) paldulfi *corr.* pandulfi c. c) equum *corr.* equus c. d) et si qui: c. e) :liqui c. *an* aliqui? f) egenius c. g) langobardi: suis *corr.* suos c. h) zocto c. i) multo c. k) nap. c. k) *manu 2.* l) *deest* 1.

63) *i. e.* penes, prope.

969. facta percurrimus[a], silicet Langobardorum. Cum Franci catervatim graderent Escu-
64 lum[64], repente Abdila patricius cum magna multitudo Graecorum exiit eis obviam, et non procul ab ipsa civitate utraque acies se coniunxerunt. Set dum in unum adissent, et comes Alemannorum Saxonumque contum gestassent, super eos subito irruit, multosque ex eis interemit, reliqui fugam compulit ire. Ipse autem patricium[b] occidere noluit; proinde eum secutus est, ut vivum illum apprehendere valeret; set minime talia facere potuit, quia expeditum equum sidebat; quapropter asta quae manu gestabat illius protinus misit equumque percussit, atque sauciatus Esculum introivit. Ipse autem comes vocabatur nomine Cono. Cuneus alius validus, qui fuerat ab ipso patricio missus, quatenus ex alia parte clam super Francos irrueret ultimaque caede eos vastaret, dum talia perficere vellet atque super Spolitinos irrueret, ilico Spolitinorum comes, Sico nomine, cum valida manu super eum venit, ultimaque caede eos vastavit, ipseque Romualt, qui illorum praeerat, cum non paucis comprehendit, et ne unus ex Francis est mortuus, nisi unus ex Spolitinis[c] est sauciatus. De exercitu vero Graecorum ceciderunt fere mille quingentos viros; auferentesque spolia multa, ditati sunt valde, et sic cum magno tripudio Avellino oppido adierunt, et sic pacifice Beneventani in eodem oppido introierunt.

970. 174. Dum talia peracta fuissent, Otto iam saepe dictus cum multitudine hostium Neapolim properavit atque undique eam animaliis denudavit. Statim coniux praedicti principis Pandulfi, Aloara nomine, una cum suo filio exiit obviam[d] imperatori, et virum suum omnimodis commendavit. Ille vero statim Apuliam venit, et non procul a[e] civitatem Bibinae applicuit, et totam Apuliam depraedare iussit, ipsamque Bibinam fortiter circumdedit, et undique suburbana eius incidere[f] iussit. Set dum haec agerentur, Pandulfus, de quo praemisimus, princeps dum apud Constantinopolim vinctum
969 morarent, atque ipse iam fatus Niciforus imperator eum plus cruciare satageret, subitanea mors[g] illi imperatori evenit. Nam cum esset iustus et iure legis servator, Theophanu crudelissima sua uxor propter suae cupiditatis[h] ardorem una cum Iohanne Similchi, et qui ille illo in tempore ducatum gerebat, crudeliter illum, quod dictum nefas[i] est, necaverunt, et imperium ipse Iohannes excepit; statimque Pandulfum a vinculis cum quibus nexus erat iussit absolvi[k], atque celeriter illum Apuliam misit, quatenus
970. Otto suas arvas sine dilatione regredi[l] faceret et illi Iohanni imperatori omnimodis fidem servare. Dum pervenisset ipse Pandulfus Varim, statim illuc Otto imperator misit, ut eum sine mora illius ditioni ipse iam dictus Abdila honorifice transmitteret. Quapropter protinus illius dicioni miserunt, et per exorationem Pandulfi ipse
972. imperator Apuliam deserit et Galliam properavit. Ipse vero Pandulfus ad dignitatem pristinam est reversus. Haec me dixisse sufficiat; nunc plane quod ipsi benignissimo iam fati Gisulfi principis eiusque serenissimae coniugi, Gemma nomine, accidit, quamvis cum moestitia, seriatim districtius stilo proprio percurramus atque fidelibus innotescamus.

175. Factum est autem, ut ipse princeps in gravi langore caderet[m], ante optutumque eius sua benignissima mater staret, et doliter fleret atque immensas lacrimas funderet. Siscitavitque eam ipse clementissimus princeps, pro qua re sic acriter fleret? Illa vero dixit: *Dulcissime fili, proinde ploro, quia meis peccatis merentibus derelicta sum a meo viro, et nunc te cerno infirmum et non habeo consolatorem, quia uterinus meus germanus longe a me nimirum abest.* Cui princeps: *Et quid tibi, mitissima mater, exinde comparet, mox nostrae eminentiae ilico pande.* At illa dixit: *Volueram, dulcissime fili, quatenus illum cum suaque domo huc profecto accersiamus.* Idem princeps: *Fiat, ut comparet voluntati tuae.* Cum autem princeps ille ad pristinam valitudinem Dei nutu venisset, statim suus patruus, Landolfus nomine, cum omni domo sua Salernum venire iussit, quia illo in tempore Neapolim manebat. Fuerat idem Landulfus filius, ut fati sumus, Atenolfi principis, et propter suam nequitiam suamque crudelitatem superbiamque cum[n] suis filiis a Capuana urbe, in qua natus fuerat, cum verecundia fuit eiectus, Neapolimque exulaverat. Deinde

a) percuririmus c. b) patrici c. c) expolitinis c. d) oviam c. e) ad 2? f) incendere? *ita ed.* g) *deest* c. h) cipiditatis c. i) nempe *aut* nempe c. k) absolvit 1. l) regredidi c. m) ::a::eret c. n) *manu* 2.
64) Ascoli in Apulia.

venit Salernum, Cumsamque[a] a praedicto principe Salernitano optinuit. Set sua nequitia suaque aviditate Conseni sustinere nequiverunt, celeriterque eum exinde expulerunt. Iterum ex urbe Salernitana fuit eiectus, et Neapolim properavit. Nunc vero, ut fati sumus, Salernum cum tota domo sua, relicto Neapolim filium suum vir callidissimus et ipse Landulfus nomine, ad habitandum pervenit. Set dum Salernum adissent, ipse mitissimus princeps, licet non recte gessisset, ei victum opesque varias domosque contulit[b], praediis colonisque eum ditavit Consemque ei ad optinendum tribuit. Quid multa referam? secundus eum in hac urbe nimirum constituit. — Valde veremur, ne a quodam sagacissimo, qui liberalibus disciplinis aprime[c] est eruditus, habeam reprehensionem; saepe enim vir qui est minime audax, hostium insidias pertimescit plus nimirum quam audax; sic denique et nos qui liberalibus disciplinis periti plenissime non[d] sumus, crebrissime guaros timemus. Quapropter, quantum valemus, rationem illorum reddimus. „Secundum" quando nomen est ordinis, in penultimo acuitur, ut est illud beati Gregorii: *Iohannes in spiritu et virtute Heliae praecessit ante Dominum; quia sicut Helia secundum Domini adventum praeveniet, ita iste praevenit primum.* Hom. 7. in Ioh. Quando vero praepositio est, omnibus sillabis gravatur, et duplicem habet intellectum, modo propinquitatem, ut „secundum fores," id est prope vel iuxta ianuas; modo[e] aemulationem, id est imitationem seu similitudinem, ut „secundum apostolos vivo," id est similiter ut et illi, quod Graece *cata* dicitur; unde et euangelium *cata Mathaeum* dicitur. Item nomen est similiter in penultimo acutum, cum significat prosperum vel tranquillum atque quietum et placidum[f], ut illud Virgilii: „*Ventisque secundis;*" unde et verbum derivatum est: „secundo," „secundas," „secundat," id est tranquillo, tranquillas, seu prosperum facio, vel quietum et suavem facio, mitigo, placo[g], propitium facio. Credo equidem, quia peritis sufficit testimonium ab imperito prolatum; nunc vero quae omisimus, iterum artius indagemus.

176. Habebat plane nefandus ipse Landulfus quatuor filios, Landenulfus, Landulfus, Indulfus et Guaimarius. Ipse Landenulfus habuit unum claucosum oculum; disponsavit puellam quaedam, Tasselgardi filiam. Dum illuc civitatem Tranam cum non paucis nobilibus, ut eam Salernum cum magno tripudio perduceret, perrexisset, in itinere eum videlicet invasit[i] febris, qui mox correptus[k] acrique coepit ardore fatigari, Deique nutu in Consena civitate est nimirum extinctus. Gaudium plane est versus in luctum, ipsamque puellam quamvis corruptam cum[l] suis hominibus suas repedant fines, eiusque cadaver per iussionem iam dicti principis Salernum deducunt. Dum iste Landenulfus obisset, statim ipse princeps ad se accersiri[m] iussit callidus ille Landulfus, qui fuerat Neapolim derelictus, eique Laurim[65] castellum ad optinendum dedit, quod suus extinctus germanus tenuerat, atque cum domo sua et ipse Salernum venit. Indolfi Sarnum, Guaimari Marsicum, pene omnia fiscalia eorum ditioni tradebat; omnis Salernitanus populus necnon et sublimes[n] valde exinde frebant. At ille nefandus Landulfus una cum suis callidissimis filiis Salernitanos, quibus se credere poterant, pro principe suaeque coniugi interitu copiosa praemia condonabat, et hac illac proinde clam pergebat et sermoniciabant, necnon[o] et sacramenta exinde recipiebant, quatenus Salernitanum principatum invaderent ipsumque Indolfum principem constituerent[p]; et si quislibet ipsi benignissimo principi suaeque dilectissimae coniugi praedictam rem intimasset, minime dictis illius credebat.

177. Factum est autem eo tempore, ut saepedictus Pandulfus cum multitudine Spolitini[q] necnon et suumque populum Neapolim adisset, et eam undique variis casibus cruciasset, et omnimodis nitebatur, quatenus praedicti principis Gisulfi terram invaderent. Set dum ipsi sagacissimo principi fuisset cognitum, repente multitudinem hostium congregare iussit, moxque locum ubi Flumicellus[66] dicitur misit; caveaque sunt ibidem antiquitus factae, et est tutissimus locus. Dum illuc validissimum suum exercitum pergeret, atque forti animo ad bellum esset paratus, audito hoc Pandulfus

a) cumque 1. b) *deest* c. c) a prima c. d) *deest* 1. e) :::: c. quando vero notat 2. f) placitum c. g) plago c. i) *in loco raso.* k) correctus c. l) cor *corr.* cum 1. m) at cersiri c. n) sullimes c. o) nec 1. p) *ita ed.* constituer::nt c. q) spolictini c.

65) haud procul Salerno. PRAT. 66) locus non longe a fluvio Sarno Nuceriam versus. PR.

et qui erant cum eo, minime Salernitanorum adiunt fines. Set dum Salernitani non paucis diebus illic mansissent, consilium pessimum nefandus Landulfi filius una cum Maraldi filius Riso, et cum Romualt filius Teurici, illuc inierunt, quatenus, ut praediximus, Salernitanum principatum invaderent.

974. 178. Cumque omnes per iussionem iam dicti principis in suis aedibus remeassent atque funditus locum illum liquissent, in magnaque pace degerent et ex omni parte in circuitum tranquillitatem haberent, surrexit contra eundem principem filius iniquitatis cum suisque filiis, ut praediximus, Landulfus nomine, per quem in principatum Salernitanum perturbata pace maximae populorum factae sunt strages; et Risum et Romualt una cum suis eos omnimodis adortabant, quatenus facinus adipiscere valerent; et non tantum ipsis, verum etiam aliis infanda re adnectebant.

67 179. Cumque per multos dies exinde satagerent, atque cuius[67] se credere poterant, nunciabant et promebant: *Numquid non scitis, quia vult dominus noster Gisulfus vobis abstrahere oculos?* Id ipsum eorum iusiurandum iurabant, et omnimodis eos contestabant, ut dictis illorum minime proderent. Quid multa dicam? Quotquot ipse benignissimus princeps diligebat, Landolfus cum filiis suis illos exosos habebant; cui princeps minime clemens erat, illos pleniter diligebant atque sibimet sociabant; cui ille minas, illi vero dulcia verba referebant. Quid multa referam? Illo igne, qui in eorum pectora ardebat, iam foras illud per os evomebant, atque non solum eorum animas, verum etiam corpora illorum omnimodis concremabant. Landulfus vero una cum suis filiis iam dudum conceptam iniquitatem parturiens, adnitentibus Risonem et Romualdum set et[a] alii ex Salernitanis, principatum eius et palatium hoc modo invaserunt.

180. In tempesta noctis, quando sopori gravi corpora fessa premuntur, iam dicti Landulfi filii cum paucis palatium non per ianuam, set per fenestram ingrediunt, et quicquid ibidem dormire comperiunt comprehendunt, ibique vestarius praedicti principis, Balsamus nomine, vehementer constringunt; et sic ad aulam, ubi ipse benignissimus princeps cum suaque serenissima coniuge quiescebat, audaci animo properarunt, atque ex more illius fores pulsarunt. Cum talia princeps idem audisset, miratus est, suaeque coniugi dixit: *Perconta, quis est, qui nos insolita hora inquietat.* At illa ad ianuam per semet ipsam venit, eosque sciscitavit, quis essent. At illi nomina sua dixerunt; statimque eorum ianuam patefecit. At illi introgressi, princeps eos perquisivit: *Pro qua re in tempesta noctis ad me, fratres, venistis?* Illi dixerunt: *Quia Salernitani arma tulerunt et te propter tuam uxorem occidere*[b]*, malunt.* Et haec dicentes, eu pro dolor! in eum manus iniecerunt, eumque comprehenderunt, suamque benignissimam coniugem foras deducunt, iniuriisque eam afficiunt, et in ipso palatio eam includunt[c], ipsumque piissimum principem in altissima turre, quem olim proavus[d] eius Guaiferio[e] construxerat, deposuerunt; et est sita iuxta ipsius civitatis portam quae ad mare deducit; omnemque eius thesaurum diripierunt, et sic per domos[f] cum quibus illud peccatum consiliaverunt pergunt. Et si quis eos interrogarunt de re quae acciderat, illi promebant: *Quia ambo pariter mortui sunt.* Et protinus Alfanum, patrem serenissimae principissae, vocare quasi a parte piissimi principis iusserunt. Set dum ille more solito illuc pergere maluisset, repente illum comprehenderunt et Petrum et Pandonem archidiaconum, eius nepotes. Deinde omnes palatium adierunt, quia putabant principem cum suaque coniuge extinctos, quemamodum ipsi crudelissimi iusiurabant fuissent, et ipsi Landulfo tiranno iusiurandum iuraverunt; Riso et Romualt una cum suis exinde omnimodis decertarunt. Atque sequenti nocte ipsum iam dictum principem una cum sua coniuge Amalfim deducunt. Illa vero quae antea purpurata contextisque ex auro gemmisque vestibus ipsaque per palatium gradere solita erat, post tecta vilibus vestibus ipsaque confusa iacebat.

181. Cum talia vero peracta fuissent, Marinus, qui praeerat illo in tempore Neapolitanis, et Mansone, patricius Amalfitanorum, Salernum cum non paucis venerunt, atque Landulfum nitebantur adiuvaret[g], quatenus principatum ipse firmiter optinere. Set non

a) *deest c.* b) occider:: *c.* c) *ita* 1, *sed antea concludunt scripsisse videtur.* d) proaus *c.* e) *ita aut* Guaiferio *c.* f) d. illorum *c.* 2. g) adiuvare: *c.*

67) *i. e.* iis quibus se *etc.*

valet suffragium humanum, ubi non adest divinum. Ille Neapolitanorum patricius Marinus, oblitus beneficiorum tantorum quod in eum princeps Gisulfus impenderat, oblitus etiam iusiurandum quod iuraverat, cum omni conamine suisque hominibus omnimodis eum videlicet adiuvabat. Facta est autem magna tribulatio omnibus qui eum diligebant, maxime sacerdotibus et clericis, necnon et viduis, quod Gisulfus princeps alere solitus erat. Set dum omnis populus comperisset, ut ipse cum sua uxore adhuc viveret, licet non in patulo, et tamen clam exinde suspiria traheret, et deintus fortiter de illusione quae facta fuerat fremebat, facta est non minima dissensio inter germanos pro principale ambitione. Indulfus iniquissimo suo patri promebat: *Numquid non mihi iam nuper cum tuis natis iurastis, quatenus me principem sublimares*[a]? At eius pater in extasi denique erat, et quid ageret penitus ignorabat. Ipse vero Indulfus quicquid habere poterat, clam illud dabat, et sacramenta recipiebat[b]; id ipsum Landolfum[c] omni nisu exinde satagebat et praedictum Marinum artius exflagitabat, ut eum omnimodis adiuvaret ad optinendum principalem honorem. Dum vero utrique omni nisu decertarent, consilium inierunt, quatenus Indulfum comprehenderent et clam illum Amelfim dirigerent; quod sine mora talia fecerunt. Set dum ipse Indolfum Amelfim fuisset missus, statim omnis Salernitanus populus illi crudelissimo iuniori Landolfo iurarunt. Set dum aliquot dies ipse Indulfus Amelfim degeret, iterum Salernum[d] per iussionem amborum nequissimorum rediit. Cum vero Salernum reversus fuisset, coepit iterum plurimis dona largire, eis[*] consilium iniret, quatenus per castella se communirent et Pandulfi iuris se nimirum traderent. . . . . .[e] *Quia meus genitor una*[f] *cum crudelissimo meo germano vos lumine privare!* Illi vero erant ex genere iam fati benignissimi principis. Statim per castella se communerunt; nam Domini super illos dicta veniebant, qui dixit: *Omnis plantatio quae non plantavit pater meus coelestis eradicabitur.* Et alibi: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur.* Illi nefandissimi plantati erant a Deo, plantati fuerant ad bonum, non ad malum. Illi vero contra suum dominum surrexerunt iusto Dei iudicio, ut filius adversus patrem et frater adversus fratrem consurgent atque simul omnes depereant. Matth. 15. 13. Luc. 11. 17.

181. Riso iam dictus et Romoalt poenitudine moti, et licet non in patulo et tamen clam suspiria trahebant, et quibus se credere poterant huiusmodi verba eorum promebant: *Melius nobis fuerat, si nati non fuissemus, quando piissimum dominum nostrum tradidimus una cum sua coniuge!* Et inter dicta verba eiulabant[g] et doliter flebant; pro qua re? nescimus; utrum ipse iam dictus Landulfus una cum suis filiis promissiones quas illis promiserant non adimplerunt, aut de thesauro exiguo dederunt illis. Quapropter per iussionem illorum nequissimorum Amalfim perrexerunt, et ante optutum mitissimi principis venerunt eiusque coniugi, et multum illic pariter fleverunt, et illi principi eiusque coniugi arte qua poterant promissiones fecerunt, quatenus, si valerent, in proximo ad dignitatem pristinam illos facerent remearent, tantum illis tribuerent veniam. Quid plura? Fleverunt, et inter se sacramenta dederunt. Ab illo die studenter omnimodis Riso et Romualt exinde decertarunt.

182. Dum principi Pandulfo ab illis nobilibus qui per castella manebant nunciatum fuisset, quatenus cum suis veniret et una cum ipsis urbem Salernitanam expugnarent, magno gaudio est repletus et sine mora Salernum venit. Ilico Indolfus exiit obviam[g*] ei et Consem ab eo exposcit. Set dum a praedicto principe responsum[h] ei fuit, ut minime talia facere valeret, ab optutu illius cum moestitia exiit Salernumque rediit, et omnimodo nitebatur, quatenus Salernum remearet. Set nil ei profuit; nam a suis comprehensus est, atque per iussionem iam dicti Pandulfi est delata.

183. Princeps idem Pandulfus cum suis et cum Salernitanis qui per castella manebant omnisque oppida qui sub iure Salernitanae civitatis fuerant ipsam civitatem expugnabant, et quicquid repperiri poterant depraedabant atque funditus demoliebant; at deintus, non licet omnes, tamen fortiter resistebant. Ipseque Amelfitanorum patricius una cum suis deintus palatium cum ambobus nequissimis manebat, atque Amelfitani per istius civitatis moeniam pergebant, omnesque turres ipsi possidebant, quia ipsi nefandissimi minime Salernitanis iam credebant.

---

a) sublimaret 1. b) reciebat c. c) *ita ex Peregrinii coniectura, sententiam secutus, correxi;* indolfum c. d) *add. sed del.* venit c. *) et cum eis. e) *ita c. spatio relicto.* f) un:: *iam c.* una 2. g) elulabant c. g*) oviam c. h) *manu 2.*

184. In tumulum Dauferandae, uxoris Roffridi[g].

Nobilis, a veteri proavorum femina stirpe,
Viva manens meritis, hic sua membra locat;
Haec viduata viro[a], cuius per saecula fama est,
Ferre pudicitiae vovit abinde iugum.
Dauferanda huic patrio datum est de nomine nomen,
Regia progenies cuius ubique patet.
Quanta tamen Rofrit fuerit qualisque iugalis,
Quisquis hoc ignorat, nec mea lingua[b] capit.
Carpere hos pariter dum vitae contigit auras,
Plura Deo statuunt templa referta bonis;
E quibus hoc unum est, quo se natumque recondit
Mater, et in tumulis consociare iubet,
Sanctorum meritis ut captent praemia vitae.
Hiis pete, qui nostrum, advena, gramma vides.
Ter ternis vitae consumans tempora lustris,
Septenis Martis Idibus aethra petit. —

Obiit die 16. *Kal. Novembris, id est die* 17. *mensis Octubr.*

185. In tumulum Adelferii[g].

Clausus in hoc tumulo iuvenis quiescit humatum,
Expectans iterum surgere vivus ab hoc.
Dictus Adelferi fuerat de nomine quondam,
Utroque ingenuus nempe parente fuit.
Robustus, strenuus, primaevo in flore puellus,
Insidiis socium oppetit atque[c] ruit.
Quatuor expletis lustris annoque secundo,
Procubuit moriens, hacque locatur humo.
Huic, rogo, lectores, veniam implorate perempto,
Crimine dimisso scandat ut astra coeli.

186. In tumulum Roffridi[g].

Bardorum fulsit magno de germine Roffrit,
Cui palatina micat intima valde domos.
Nobilis iste fuit multum, set dives in urbe,
Et multas nimium novit habere dapes.
Iocundus semper necnon facundus, amicis
Et probus famulis verba iocosa dabat;
Formosus facie, rubro hic crine refulsit,
Mellifluam vocem promsit[d] utique suis;
Ditavit famulos, coluit set rura potenter,
Dona dedit multis, auxit et ipse domum.
Bis senis vitae[d] complevit tempora lustris,
Aeterni spatii coepit habere viam.
Christicola, culpis huius pro posce Tonantem
Habens[69], *ne Stigias[e] spiritus intrat aquas,*
Set paradisiacas[f] epulas sine fine capescet,
Nec meritis propriis hunc stimulare sinat.
Angelicis manibus septum hinc inde, precare,
Spicula ne possint magna timere mali.
Nec totum cecini; pro magnis parva susurro:
Sacra poli pateant regna beata tibi!

187. Ad Pandulfum principem Capuae, Beneventi et Salerni[g].

Vir bone, dulcis, amans; mitis, serenissime princeps,
Armis, aio, Dei auxiliove potens.

a) uirgo c. b) *vocem inserui, deest in c.* c) oppemtatque c. d) promisit c. d) *deest c.* e) *ita Muratorius coniecit.* vestigias c. f) paradisi diacas *corr.* iacas c. g) *inscriptiones adieci.* 69) *i. e.* avens, havens.

Hanc quam misit iners cape, deprecor, ystoriolam,
Perlege cuncta libens, abdita[a] corde tege.
Hanc quia adhuc lacerant[b] insontem quique supersunt
Et rodunt fantis famina vera crebro,
Etsi indigna tuli prudens, prudentius en tu
Ignosce ignaro, aut calamo reseca.
Aurea nam Capua sine principe desiit esse;
Ticinum[c] geminum[70] heu viduata manes; 70
Iudicibus tumuit sive subiecta superbis,
Hostibus innumeris hinc spoliata gemit.
Sentibus et ramnis tabefactaque tota fatiscit,
Civibus exuta, atque referta feris.
Lux redit[e] ecce nova, altorem cum suscipit, illi;
Te quoque magnanimum gaudet adesse patrem.
Gemmea nunc iterum exultans urbs cantibus, odas
Principe sub tanto euge canendo boat.
Lusibus exultat, gaudet, splendet, nitet omnis
Aetas, conditio, sexus uterque nimis.
Tempore praeterito tellus divisa maligne
Uniturque tuo, ecce, tuente Deo.
Aëra, terra, polum[f], freta, mundi climata tota
Alleluya canant laudis amori tuae.
Tu fretus[g] pietate Dei exime gente profana[h]
Christicolum populum, oro, mucrone tuo.
Te Deus ipse regat, foveat, virgoque Maria,
Concio apostolica, agmina sancta novem;
Det tibi laetitiam[i] vitae regnique triumphum,
Post funus tribuat regna beata tibi.
Tu quoque belligerator ave, fortissime princeps,
Salve et ubique vale tempus in omne tuum!
Meque instructorem plebeii[k] carminis huius
Comendo in sursum, vir pie sive potens!

a) addita c. b) i. l. c. d) Licinum c. e) rediit c. f) pollum c. g) frenus 2. h) prosana c.
i) leticia c. k) *ita emendavi;* De instructore blebe in c.

70) *i. e.* Beneventum.

RICHERI HISTORIARUM LIBRI IIII.

Quod raro tantum historiae commodo fieri solet, ut antiquorum regum casum novique hominum generis ortum vir utrisque necessitudine quadam coniunctus et historiae scribendae capax stilo committat, ea ultimis Karolorum et Hugoni, regum hodieque in Gallia florentium principi, claritas Richero nato concessa est. Hic, ut ipso tradente discimus, Sancti Remigii extra muros Remenses monachus[1], patrem habuit Rodulfum, Ludowici Transmarini regis mili- 1

1) Prologus operis et lib. IV. 50.

tem et consiliarium. Pater „consilio commodus, facundia simul et audacia plurimus, unde et rex admodum ei consuescebat et apud eum saepissime consultabat," inter alia quae patravit, anno 949 Lauduni capiendi ordinem in consilio regis proposuit et ipse dux feliciter executus est[2], atque a. 956 Gerbergae reginae vindex Montem Castriloci, Hannoniae caput, noctu expugnavit, et Ragenerum, qui reginae iniurias intulerat, uxore et liberis inde ablatis, ad satisfaciendum reginae coegit[3]. Tali patre editum et Lothario rege, qui ultimus Karolorum dignitatem regiam inter bella civilia et externa haud infeliciter sustinuit, adultum, Richerum studio regii generis et patriae amore flagrasse et primam rerum publicarum et artis militaris notitiam domi consecutum esse, haud est quod mireris. Ultimis Odelrici archiepiscopi annis[4], vel quod potius credam Adalberone archiepiscopo, monasterium Sancti Remigii intravit, ubi sub Rodulfi abbatis disciplina ab egregio magistro Gerberto litteris instructus, artibus liberalibus studium advertit, diversasque philosophiae partes edoctus et classicis Romanorum scriptoribus, philosophis, poetis, historicis, cosmographis imbutus, ut de monacho sperari poterat, sanctis patribus etiam et canonibus ecclesiasticis legendis operam dedit[5]. Erat tunc Remorum urbs ut inter Galliae civitates ab antiquo clara et primatu praesulis insignis, ita Adalberonis regimine nobilitata, eoque non minus exemplis quam doctrina animis moribusque iuvenum formandis valida. Richerus igitur bonitate et ingenio amicitiam Gerberti sibi comparavit, „viri, ut eius verbis utar, magni ingenii ac miri eloquii, quo tota Gallia acsi lucerna ardente vibrabunda refulsit." Qui quum intimis Adalberoni archiepiscopo a consiliis esset, atque itineribus, epistolis et magisterio summis in Gallia, Germania et Italia viris familiaritate iungeretur, optimam iuveni rerum sui temporis cognoscendarum et perspiciendarum facultatem dedit. Medias tamen inter turbas, quae Karolorum casum et novi regni initia comitabantur, Richerus arti medicae se addixit, quam quo studio sit amplexus, ex plurimis morborum descriptionibus operi insertis[6] colligitur. Anno 991 mense Martio ab amico Heribrando, medico, Carnotensi clerico, litteris et legato arcessitus, Carnotum adiit, ubi apud magnae liberalitatis et scientiae virum Hippocratis aphorismos et librum de concordia Hippocratis Galeni et Suriani studiosius evolvit; cuius itineris molestias libro IV. capite 50. exposuit. Paulo post quum, Arnulfo, Adalberonis successore, deposito, Gerbertus regum Hugonis et Rotberti, discipuli sui, favore archiepiscopatum Remensem susceperisset, Richero historiae Gallorum conscribendae auctor factus est. Quod quidem munus „ob summam quam afferre videbatur utilitatem et materiae ubertatem eo animi nisu suscepit, qua lubentis mira benivolentia se pertrahi" dicit[7], triennioque absolvit. Siquidem annis 995 et 996 litteras ad Gerbertum operi praefixas,

2) II. 87—91. 3) III. 6—10. 4) certe haud ante annum 966; nam Flodoardum non novisse videtur. cf. prologum. 5) I. 3. Hieronymus et Sulpicius memorantur, III. 46 sqq. auctores classicos a Gerberto adhibitos recenset. 6) e. g. I. 11. 13. 18. 49. 56. 65. II. 37. 46. 59. 99. 103. III. 13. 96. 109. IV. 5. 24. 50 sqq. 94. 7) Prologus.

librum I. et libri II. capita 1—78, *quibus historia usque ad annum* 948 *perducitur, conscripsit, reliqua libri II. capita, librum III. et IV. historiam annorum* 948—995 *complexos, annis* 996—998 *addidisse et tum quoque totum opus retractasse ultimamque ei manum admovisse videtur*[8].

Consilium et rationem operis ipse praefatus ita prodit: **Bella a Gallis patrata variosque eorum tumultus ac diversas negotiorum rationes ad memoriam reducere scripto specialiter propositum est. Si qua vero aliorum efferantur, ob incidentes rationes quae vitari non potuerunt id evenisse putetur.** *Initium operis ab eo tempore sumsit, quo Hincmarus annalibus suis finem dederat*[9]. *Et quum per centum amplius annos librum deducendum proponeret, Iulii Caesaris exemplo a divisione Orbis et descriptione Galliae populorumque eam incolentium exorsus*[10], *historiam Odonis et Karoli IV regum usque ad a.* 920.[11] *ex fontibus, si Flodoardi historiam Remensem excipias, unde pauca tantum mutuatus est, nobis inaccessis proponit; historiam Karoli IV, Rotberti, Rodulfi, Ludowici et initia Lotharii inde ad a.* 920 *usque ad a.* 965 *ex Flodoardi annalibus*[12] *et fontibus nobis ignotis concinnavit*[13], *denique regna Lotharii*[14], *Ludowici V, Hugonis et Rotberti*[15] *ab a.* 969 *usque ad a.* 995 *historico nullo adiutus, adhibitis tamen chartis nonnullis archivi Sancti Remigii*[16] *atque Gerberti*[17] *historia concilii Remensis et synodi Mosomensis, conscripsit. Quod quo consilio quave fide fecerit, collatis cum historia fontibus eius qui hodieque extant, perspicietur. Igitur quum non annales sed historiam Gallorum scribendam sibi proposuisset, Flodoardi libro adhibito, „non verba eadem, sed alia pro aliis longe diverso orationis schemate disposuit*[18]*, satisque lectori fieri arbitratus est, si probabiliter*[19] *atque dilucide breviterque omnia digessisset.“ Certe neminem latebit, nec reprehendi potest, Richerum plurima a Flodoardo prolata omisisse, reliqua saepe ita disposuisse, ut ordo rerum gestarum multo melius intelligeretur*[20]*, additisque suis omnia ita digessisse, ut plane nova probabilisque narratio evaderet; nec tantum indulgendum, sed gratulandum est, quod pro varia qua excelluit doctrinae copia, res a Flodoardo interdum non nisi verbo attactas amplius exposuit, ita ut vel ea pars operis, quae ex uno Flodoardo fluxit, commentarii*[21] *perpetui a viro insigni scripti vices quodammodo expleat; ignosci potest, quod Flodoardum nonnunquam haud bene intellexit*[22]*; at acri censura animadvertendum, quod nonnun-*

8) Haec inde efficio, quod, quum prior operis pars atramento fusco, reliqua inde a capite 79. libri II. nigriori, quo et correctiones et additamenta prioris partis, conscripta sint, eadem atramenti diversitas in notitiis historicis offenditur, quae ultimae codicis paginae a Richero illatae, praecipua annorum 995 et 996 facta atramento fusco et vix legendo, quale in prima parte operis occurrit, reliqua annorum 996—998 nigriori, quali reliqua operis et correctiones conscripta sunt, exhibent. 9) Prologus. 10) Lib. I. 1—3. 11) I. 4—19. 12) I. 19 usque III. 21. 13) Prologus. 14) III. 22—109. 15) liber IV. 16) III. 29. 30. 17) IV. 73. 18) Prologus. — e. g. I. 49. Flodoardi locum *Warnarius comes ibi, equo cui sedebat occiso, captus et interemptus est*, Richerus ita exprimit: *Warnerius comes ibi, equo occiso quo vectus ferebatur, decem vulneribus perfossus interierit.* I. 51. *rex inter humeros sauciatus*, ubi Flodoardus *rex ibi vulneratus* scribit. 19) vox ambigua ab ipso adhibita. 20) e. g. II. 27. 43. 21) e. g. I. 64. commendationis usus exponitur, I. 69. 61. consecratio, I. 62. Lauduni captio, II. 45. Remorum obsidio. 22) e. g. I. 50, ubi reversos e pugna Nortmannos insulam ingressos esse scribit,

quam a Flodoardo recedens, in bellorum descriptione aut per-
magnos[23] *aut multo maiores quam Flodoardo teste novimus*[24] *pugna-*
torum aut occisorum numeros refert, quod Gallis victoriam imme-
ritam[25] *attribuit, immo Flodoardum undecim millia in parte Rot-*
berti, in parte Karoli septem millia centum et duodeviginti caesos
scripsisse dicit[26]*, ubi Flodoardi codices et editiones omnes*[27] *nonnisi*
haec verba: **multis ex utraque parte cadentibus** *legunt. Quod ut ve-*
ritati aperte contrarium nec ulla excusatione obvelandum, ita leve
tamen vitium videbitur, si alium locum intuearis, quo se in licentiam
viro candido, qualem historiarum scriptorem esse decet, plane in-
dignam, partium studio et vanitate abripi passus est. Nam quum
operi ad finem perducto secundam manum admoveret, eam libri primi
partem, quae de rebus Karoli cum Belgis et duce eorum Giselberto
agit, ita retractare non erubuit, ut Belgicae loco Germaniam et pro
Giselberto Heinricum scriberet, quo scilicet Germaniam Karolo eo
tempore subiectam fuisse simularet; quod ab Ekkehardo Uraugiensi,
qui nostrum evolverat, receptum, quum reliquis omnibus testimoniis
repugnaret, ad nostra usque tempora scrupulum saltem historicis
iniecit, nec nisi authentico reperto explicari potuit. Talibus Riche-
rum patriae ultra quam ferri potest studiosum et vanae gloriae,
quae vel in Napoleonis nuntiis[28] *indignationem populorum incurrit,*
deditum experti, si totum opus caute legendum, nec ullo eius loco
nisi fundamentis eius bene perspectis utendum esse censemus, nihil
ultra iustum et verum statuere videbimur. Et vel primis libris prae-
ter ea quae Flodoardi auctoritate nituntur plura nostro propria
inesse, quibus fidem praestare fas sit, ultro fateor. Pertinere eo
videntur historia Odonis regis, praecipue narratio de victoria apud
Montem Panchei[29]*, licet nulla eius in annalibus Vedastinis, Abbone*
vel Reginone mentio occurrat, in historia Karoli et Rodulfi notitiae
de rebus Belgicis[30] *ex antiquo fonte derivatae, sed supra adultera-*
tionis notatae, narrationes de Haganone, de captione Karoli[31]*, de*
rebus Nortmannorum[32]*, et pauca alia*[33]*, multa*[34] *in historia Ludo-*
wici IV, cui et Richeri patrem a consiliis fuisse diximus, et cuius
extrema ipse fortasse puer vidit. In hac igitur operis parte ita pro-
cedendum est, ut adhibito Flodoardo, primum quid ei debeatur aut
nonnisi pro commentario eius habendum sit intelligatur, deinde
reliquorum in fidem, auctoris vaniloquentiae ac nimii patriae studii
ratione habita, inquiratur. Qua via licet eorum quoque, quae ex
fontibus nobis incognitis fluxerunt, auctoritas aliquotiens infringa-

quum Flodoardus id a Nortmannis Rodomensibus factum narret; ibidem regem Rodulfum insulam expugnasse dicit, quod, rege in pago Bellovacensi morante, Heriberto comiti debetur. II. 82. synodos S. Vincentii Laudunensem et Trevirensem confundit. 23) e. g. I. 62. 8000; I. 44. primo 5000 scripsit, tum 6000, deinde 10000. 24) I. 49. plusquam 800 Flodoardus, 960 Richerus, I. 51. Flodoardus 1100, Richerus 8000. II. 86. occisi, plus quam 560 Richerus, quadringenti Flod. Hist. Rem. quadraginta Fl. Annales. 25) I. 49. victoria de Nortmannis reportata, castrorum incensio, 3000 Normanni occisi Flodoardo repugnant. 26) I. 46. 27) a. 923. Alteram Flodoardi editionem vel aliud fortasse eius opus nobis incognitum hic minime in calculum venire posse, quae sequuntur demonstrant 28) *bulletins*. 29) I. 4—13. 30) I. 20. 23. 24. 34. 35—41. 31) I. 14—16. 21. 22. 32) I. 28—33. 33) e. g. I. 63. 34) e. g. II. 1—5. 16—20. 30—35. 51—59. 87—90. 93. 94; in principio Lotharii III. 6—10.

tur[36], *ea tamen ad historiam saeculi decimi intelligendam plurimum conducere reperies. Altera operis pars, libri III. capita* 22—110 *et librum IV. complexa, praecipuam sibi laudem comparabit, quippe qua auctor suum tempus et res, quas ipse expertus fuerat aut a Gerberto, operis scribendi suasore, didicerat, candide, perspicue et accurate conscripsit. Laudi accedit, quod animum Karolorum studiosum vel post exitium eorum servavit; nam licet Adalberonem et Gerbertum secutus, regum novorum auctoritatem agnosceret*[37], *et tyranni vocabulum, quo antea rebelles et desertores*[38] *Karoli et Ludowici nuncupare solitus fuerat*[39], *inde ab Hugonis coronatione in Karolum transferret*[40], *eius tamen causae iustitiam minime celavit*[41], *et Adalberonis Laudunensis episcopi proditionem narratione ipsa quam acerrime fieri poterat reprehendit. In conciliis ad Sanctum Basolum et Mosomensi scribendis cum Gerberto in universum congruit, quaedam a Gerberto omissa*[42] *profert, omnia tamen, ut operis institutum poscebat, bene concepta succincte exposuit. Acta ab utroque inserta paucissimis et nullius momenti vocibus discrepant, ubi cuiusnam auctoritas praevaleat, haud liquet.*

Opus igitur ad lancem appensum auctorem ostendit benevolum, gravem, sagacem, varia eruditionis specie instructum, rerum in causas inquirere solitum, hominum et rerum qui ad historiam sui temporis facerent bene gnarum, quique Romanorum exemplo historiam scribere didicisset. Prae aliis etiam sui aevi scriptoribus peritia artis bellicae[43] *et locorum*[44] *quibus res gestae sunt insignis, iis describendis operam dedit. Errores nimio gloriae patriae studio et vanitati tribuendi*[45]. *Ordo in universum temporis decursum secutus, nonnunquam studio rerum connectendarum turbatur. Oratio dilucida, brevis, vigore et simplicitate placet.*

Richerus, opere usque ad mensem Iunium anni 995 *perducto, scribendi finem fecit, notatis tamen praecipuis annorum* 996, 997 *et* 998 *eventibus, ita ut eum his quoque conscribendis animum advertisse pateat. Quo tempore Gerberto ad sedem Ravennatem et anno sequenti pontificatus Romani ad apicem promoto, an Richerus opus transmiserit, dubitari potest. Certe autographus liber non ita comparatus est, ut archiepiscopi summive pontificis manibus traditum facile existimem; descriptum autem fuisse, ignoramus. De Richero quoque amplius nihil constat, praeter quod, studio eius librum legis Salicae, qui hodie in bibliotheca regia Parisiensi numero* 4789 *insignitus extat, bibliothecae Sancti Remigii Remensis illatum, inscriptio vetus tradit*[46].

Historia autographa saeculo XI. bibliothecae monasterii S. Mi-

36) e. g. II. 30. sqq. ad caedem Wilhelmi Nortmannorum ducis Ottoni Magno imputandam unius Richeri auctoritas non sufficit. 37) Rotbertum, Gerberti discipulum, etiam novisse videtur; laudat eum IV. 13. 38) I. 46. 39) e. g. II. 27. 40) IV. 18. 41) IV. 39. 42) Guidonis episcopi orationem IV. 63. 43) cf. descriptiones pugnarum et machinarum bellicarum I. 8 sqq. II. 10. 35. 45. III. 8. 103—107. IV. 17. 19. 22. 44) e. g. III. 101. Virdunum situs. 45) alios etiam re haud bene perpensa commisit; e. g. I. 3. Karolum patre obeunte biennem, I. 12. anno 893 quindennem facit; III. 109. Lotharii annos non accurate computat. 46) *Liber sancti Remigii studio . . . n . . . ris richer . .*

chaelis Babenbergensis ab Heinrico II. imp. conditi inter primos eius fortasse libros illata, cum aliis libris Gerberto et Richero notis in 47 *catalogo Ruotgeri intra annos* **1112—1123** *confecto recensetur*[47], *ibique* 48 *annis* **1098—1101** *ab Ekkehardo Uraugiensi*[48], *et quadringentis annis* 49 *post a Trithemio*[49] *exscripta, tum in bibliothecam capituli translata, anno* **1611** *marginibus heu praecisis membranae illigata, et nostro demum saeculo bibliothecae publicae Bambergensi illata est. Cuius thesauros quum Boehmero nostro comite mense Augusto anni* **1833** *perlustrarem, oblatus est nobis inter codices historicos liber magna sui parte lectu difficilior, cuius in fronte manu recenti inter alia legebatur:* **Richerii Monachi Senensis ord. S. Benedicti libri IV. Historiae (Achery spicil. T. II. III. non convenit.)** *In primo quoque folio manu saeculi XVI. scriptum erat:* **Historia Richsri monachi.** *Primo intuitu vetustate operis perspecta, mox primis etiam lineis haud sine maximo gaudio scriptorem saeculi decimi hucusque inedi-* 15 *tum, et cuius tantum nomen a Trithemio proditum fuisset, agnovi, quem ut describerem a V. Cl. Iaeck, qui magno litterarum commodo bibliothecae ditissimae praeest et summo in rem Germanicam favore studiis nostris suffragatur, facillime impetravi. Prodit igitur iam liber, tenebris quibus per octingentos amplius annos tegebatur evo-* 20 *lutus, atque inter historicorum medii aevi praecipuos locum suum ipse sibi vindicaturus. Atque ut de codice, unde nobis provenit, uberius dicam, ipsa littera, cuius specimina adiicimus, prodente, saeculo decimo exeunte, annis scilicet* **996—998**, *scriptus fuit. Membrana magna ex parte palimpsesta, forma pro diversis quaternionibus* 25 *diversa, in universum tamen quae dicitur in* **4°** *longiori sive octavo; quaterniones sex numeris signati, quorum primus constat foliis* **1—8**, *schedula* (**2**^{b}.), *quae* **Ant Philonium ad catarrum** *in fronte inscribitur, inserta, secundus foliis* **9. 12—16**, *insertis* **10.** *et* **11**, *tertius foliis* **17—22**, *quartus foliis* **23—28, 30, 32**, *insertis* **29.** *et* **31**, *quintus foliis* 30 **33. 38—44**, *insertis* **34—37**, *sextus foliis* **45, 46, 48, 52, 54—57**, *insertis* **47, 49—51.** *et* **53.** *Scriptura in prima operis parte maior, inde a folio nono decrescit, in nonnullis paginis praecipue p.* **49** *et* **50** *valde exigua, in aliis iniuria temporum tam pallida, ut haud sine difficultate*

47) Schannat. Vindem. I. 52. 48) cf. Arch. VII. 470. 471. Ekkehardus contra morem suum in exscribendis aliis scriptoribus probatum, Richeri textu satis libere utitur, nec tantum alia verba sententiasque, sed bis, in historia scilicet Haganonis et Giselberti, diversam plane narrationem, eo tamen animo iisque verbis quae Richero quam maxime conveniant, profert. Coniici igitur posset, eum alia operis editione usum fuisse; sed nullum alterius codicis vestigium extat. Nam codicem nostrum iam ante annum quidem 1611 in ecclesia metropolitana Babenbergensi adservatum, saeculis anterioribus, et fortasse post magnam illam monasterii S. Michaelis devastationem quae a. 1453 contigit, eo translatum esse oportet, quum in catalogo bibliothecae metropolitanae antiquiori ad saeculum XII vel XIII. pertinente, quem Cl. Iaeck in Okenii Isida a. 1829 p. 1237 et 1238 evulgavit, nulla Richeri mentio facta sit Trithemius codicem nostrum et Ekkehardum ante oculos habuit; nec vereor, ne quis fabulam de malefica et Ranthei equa, Haganonis apud eum historiae insertam, ex Richero haustam fuisse opinetur, cuius a scribendi ratione aeque ac animo, superstitionibus minime obnoxio, abhorret. Talia Flodoardo convenire possent. Hugo etiam Flaviniacensis in chronico apud Labbeum I. p. 157. Karoli captionem et Gerberti disputationem cum Othrico aut a nostro aut ab alio scriptore qui nostrum exscripserat accepit; econtra Hugo Floriacensis nostrum minime novit, et Gesta pontificum Remensium ab eo memorata historiam Arnulfi et Gerberti multo diversam ab ea quae hic legitur exhibuerunt. 49) in Chron. Hirsaugiensi et libro de origine Francorum ap. Schardium.

Fol. 8. Nam rex [illegible] suasione affectus [illegible] adiecto [illegible] sese [illegible] Idque multis sententiarum sermonibus asserebat [illegible] cum metropolitanus [illegible] cum [illegible] Regis [illegible] deserto [illegible] Et ipse [illegible] prius [illegible] fauente [illegible] deserto [illegible] cunctis penetrat. Eaque terribilis ubi inquam [illegible] domini [illegible] rex [illegible] paucis admodum respondendi uires habuere [illegible] sese [illegible] deceptis rati; quitam cum uiribus resistis [illegible]

Fol. 36. [illegible] studiis numerusque discipulorum indies accrescebat. Nomen [illegible] doctoris [illegible] solum per gallos sed etiam per germanie populos dilatatur. Transiuit per alpes [illegible] Quo tempore [illegible] in saxonia insignis habebatur. Hic cum philosophi fama audisset [illegible] quodammodo [illegible]

Thielmarus.

Fol. 34. [illegible] permisit et hec omnia scriptis manu propria cum roboratis affirmans. Biterum gero agripine sedis egri prouisor obiit. de quo quia pauca prelibaui que tunc reseruaui paucis edicam. Hic crucifixum quod nunc stat in media ubi ipse pauca ecclesia ex ligno studiose fabricari precepit. huius capitis dum fissum uideret. hoc summi artificis et ideo salubriori remedio nil de presumens sic curauit. dominic corporis porcionem unicum in euntis necessitatibus solacium. et parte una salutifere crucis cum uingens posuit in rima et prostrat nomen domini flebi

primo abbaciam in palithi. dein

Fol. 123. ratis que inter hec [illegible] accidebant explicabo. Peracto in ciuitate bauenbergensi ecclesia maiore cum natalicium regis dies esset [illegible] mai omnis primatus ad dedicationem istius aulei ibidem congregatur. et sponsa hec xpi per manus iohanni patriarche de aquile [illegible] pulcro peccatori inter [illegible] et ut summo decuit regi in omnibus hanc ornatam uidi. Post hec sidus hic fit magnum in qua gebhardus ratisbonensis ecclesie episcopus ab archiepiscopo suimet aruirtus et metensis ecclesie presul thiedricus a rege incrispatur eo quod episcopatum suimet hunc iniuste apud papam accusaret; hec omnia et multa alia cum silio prudenti finitas et restitucio parochie promissa mihi.

Mon. Germ. SS. T. III. ad pag. 566.

legatur. Est, ut opus ipsum prodit, autographum Richeri, totumque eius manu non solum finitum sed et recognitum. Quod quidem patet ex multis cum vocabulis tum sententiis, eodem atramento, quo scribi coeperant, deletis atque aliis vocibus et sententiis eadem scribendi serie substitutis. Cuius rei exempla quum textus infra edendus praebeat, hic tantum advertendum erit, auctorem in recognoscendo etiam opere complura maioris momenti immutasse, ita ut vocabula, sententias, immo et paginas eraderet, eisque alia substitueret. Quod praecipue locum habuit in quaternione primo, cuius atramenti pallor ab atramento nigriori auctoris opus suum recognoscentis valde distat, fol. 2, 5, 6, 7, 8, *ubi etiam vocabulo Gisleberti, comitis Belgici, nomen Heinrici, ducis Saxoniae, substituit. In secundo quaternione fol.* 9. *et* 10. *multa immutavit, folia* 10. *et* 11. *eademque plurimum correcta et nigriori atramento scripta inseruit; in quarto quaternione fol.* 33. *initium secundae paginae erasit, fol.* 34—37. *inseruit, fol.* 38. *pauca immutavit. In sexto demum quaternione foliis* 49. 50. *et scedula* 51. *insertis, narrationem de itinere suo Remis Carnotum et historiam synodi in monasterio S. Basoli habitae, necnon scedula* 53. *inserta sex lineas narrationi pugnae inter Conanum et Fulconem commissae addidit. Vere igitur, si ullius unquam auctoris, Richeri autographum nobis relictum esse, apparet.*

Liber in paginae 55'. *linea octava desinit; multo maiore paginae parte una cum pagina* 56. *vacua relicta, paginae* 56'. *alia plane manu litterae Gerberti inscriptae sunt; pagina* 57. *vacat, pagina* 57'. *Richeri iterum manu praecipua continuandae historiae capita diverso tempore inscripta praebet.*

Iam superest, ut de editionis consilio et ratione paucis moneam. Opere quanta diligentia fieri potuit exscripto, textum, qualis ultimus auctori placuit, exprimendum duxi, adiectis, quantum propter evanidam scripturae faciem concessum erat, prima lectione, quam verae sententiae sistendae saepe plurimum efficacem superiora docuerunt. Capitum distinctionem ab auctore ipso profectam sed nonnunquam praetermissam, ubicumque ex ipsius sententia necessaria videbatur, institui; inscriptiones in margine positas retinui, numeros adieci. Loca obscura aut unius alteriusve litterae abscisione lacera coniectura probabili ductus explevi. Interpunctionem nonnisi raro, quum sententiarum nexus id fieri apertissime posceret, attigi. Qua quidem in re Richeri et Gerberti idem fere modus fuisse videtur, verborum distinctione vocis modulationi adaptata. Ultimo loco quoniam Richerus ex Gerberti historia conciliorum ad S. Basolum, Mosomensis, et Cauceiensis plurimum illustratur, opuscula ista ope codicum saeculi X exeuntis et XI., scilicet

1) *Lugdunensis inter Vossianos in* 4° *N.* 54, *olim libri Miciacensis monasterii, unde concilium Remense una cum litteris Gerberti ad Widerodum episcopum Argentinensem et ad Siguinum archiepiscopum et Hugonis regis ad Iohannem papam Francofurti anno* 1600 *in* 8vo *prodiit, a Boehmero nostro mecum exscripti, et*

2) *Guelferbytani inter Helmstadienses N.* 32 *in fol. olim S. Re-*

migii Remensis[50], *unde vitiosa Flacii editio concilii ad S. Basolum fluxit, a D. Waitzio cum editis iterum collati, appendicis loco referenda statui, adiectis ex codice Guelferbytano fol. 169. 170 litteris Gregorii V. papae ad Willegisum archiepiscopum, quibus eum de decretis synodi Papiensis circa Arnulfum certiorem facit; quae documenta historiae saeculi X. illustrandae aptissima, a summis viris profecta, et codicum optimorum auctoritate aut integritati restituta aut prima vice luci data, ineditos Richeri libros haud incommode comitatum iri, persuasum habeo.*

---

fol. 1 DOMINO AC BEATISSIMO PATRI, GERBERTO REMORUM ARCHIEPISCOPO, RICHERUS MONACHUS.

Gallorum congressibus in volumine regerendis, imperii tui pater sanctissime Gerberte[a], *auctoritas seminarium dedit. Quam, uia summam utilitatem affert, et rerum materia sese multiplex*[b] *praebet, eo animi nisu complector, qua iubentis mira benivolentia pertrahor. Cuius rei initium a vicino ducendum existimavi*[c], *cum*[d] *res multo ante gestas, divae memoriae*[e] *Hincmarus ante te in pontificatu octavus*[f], *suis annalibus copiosissime annexuit. Tantoque superiora lector ea inveniet, quanto a nostri opusculi exordio, per eius regesta sese attollet. Et hoc inquam, ne Karolorum aliorumque frequens in utroque opere repetitio, operis utriusque ordinem turbet. Ubi enim rerum ordo non advertitur, tanto nitentem error confundit, quanto a serie ordinis errantem seducit. Unde cum hic atque illic sepe Karoli, sepe Ludovici notae offeruntur, pro tempore auctorum prudens lector reges aequivocos pernotabit. Quorum temporibus bella a Gallis saepenumero patrata, variosque eorum tumultus, ac diversas negotiorum rationes, ad memoriam reducere scripto specialiter propositum est. Si qua vero aliorum efferantur, ob*[g] *incidentes rationes, quae vitari non potuerunt, id evenisse putetur. Sed*[h] *si ignotae antiquitatis ignorantiae arguar, ex quodum Flodoardi presbyteri Remensis libello, me aliqua sumpsisse non abnuo, at non verba quidem eadem, sed alia pro aliis longe diverso orationis*[i] *scemate disposuisse, res ipsa evidentissime demonstrat. Satisque lectori fieri arbitror, si probabiliter atque dilucide breviterque omnia digesserim. In dicendo enim recusans effluere, plurima succincte expediam. Ac totius exordium narrationis aggrediar, breviter facta orbis divisione, Galliaque in partes distributa, eo quod eius populorum mores et actus describere propositum sit.*

EXPLICIT PROLOGUS.

Divisio orbis. fol. 1'. 1. Orbis itaque plaga, quae mortalibus sese commodam praebet, a cosmographis[1] trifariam dividi perhibetur, in Asiam videlicet, Africam, et Europam. Quarum prior, a septemtrione per orientis regionem usque in austrum, extrinsecus oceano disterminata, interius a Ripheis montibus usque ad terrae umbilicum, Thanai, Meothide, Mediterraneoque ab Europa distinguitur. Ab umbilico vero usque in austrum, Nilo fluvio ab Africa est seclusa. Africam vero et Europam, exterius quidem ab austro in septemtrionem oceano circumdatas, Mediterraneum interiectum[k] discriminat. Ab Asia vero interius earum alteram Nilus, alteram vero Mediterraneum, Thanaisque ac Meotis ut dictum est, seiungunt. Quarum singulae cum propriaș habeant distributiones, Europae 2 tamen partem unam quae Gallia a candore[2] vocatur, eo quod candidioris speciei insigne eius oriundi praeferant, in suas diducere partes ratum duxi.

a) G. *codex.* b) x *evanuit.* c) ducere volui *ab auctore mutatum, ut supra.* d) m *evanuit* e) d. m. *codex.* f) *prima manu* Hincmarus ante te septimus Remorum metropolitanus. g) per 1. h) Sed *usque* digesserim *manu 2. scilicet corrigentis.* i) ordinationis *corr.* orationis. k) interiectus *cod.*

50) Marlot in hist. metropolis Remensis II. 45 autographum penes se haberi scribit, mutilum tamen, in quo scilicet capp. 25—40 deessent; unde pauca tantum transscripsit p. 45. 46. — Codex bibliothecae Barberinae cuius in Annalibus nostris mentionem feci, chartaceus, ex Chesnii codice minori descriptus est. 1) cf. Orosii l. I. c. 2. 2) scilicet a γάλα, lac.

2. Gallia [a] ergo et ipsa in tria distincta est, in Belgicam, Celticam, Aquitanicam. Quarum prior Belgica, a Rheno, qui Germaniam ab Oceano determinat, quae multarum gentium ferax, a germinando nomen accepit, exporrigitur usque in fluvium Matronam. Ab utroque vero latere, hinc quidem Alpibus Penninis, inde vero mari vallatur, cuius circumfusione insula Brittannica efficitur. Celtica autem [b] a Matrona per longum in Garunnam distenditur; cuius latera, oceani Brittannici, et insulae Brittannicae limites habent. Quicquid vero a Garunna distenditur [c] in Pireneum, Aquitanica appellatur, hinc [d] Rhodano Ararique atque inde Mediterraneo conlimitans. Constat itaque, totius Galliae spatium ab oriente quidem Rheno, ab occidente Pyreneo [e], et a septentrione mari Brittannico, ab austro vero Mediterraneo cingi. Istius Galliae per partes distributio.

3. Omnium ergo Galliarum populi innata audatia plurimum efferuntur, calumniarum impatientes. Si incitantur, cedibus exultant, efferatique inclementius adoriuntur. Semel persuasum ac rationibus approbatum, vix refellere consuerunt. Unde et Hieronimus: *Sola* inquit *Gallia monstra non habuit, sed viris prudentibus, et eloquentissimis semper claruit.* Praeter haec [*] quoque Belgae rebus disponendis insigniores, robore atque audatia non impares. Maxima quaeque magis ingenio quam viribus appetunt. Et si ingenio in appetendis cassantur, viribus audacter utuntur. Cibi etiam potusque adeo parci. Celtae vero ac Aquitani, consilio simul et audatia plurimi. Rebus seditiosis commodi. Celtae tamen magis providi, Aquitani vero praecipites aguntur, plurimumque in ciborum rapiuntur appetitum. Quod sic est eis innatum, ut praeter naturam non appetant. Hinc et Sulpicius: *Edacitas* inquit *in Graecis gula est, in Gallis natura.* Hos omnes populos etsi [f] natura feroces, ab antiquo fere per omnia [g] prospere egisse et cum pagani [h] essent historiae tradunt [i]. Post vero a sancto Remigio [k] baptizati, adprime [l] clara semper et illustri [m] victoria emicuisse [n] feruntur. Quorum quoque primus rex christianus, Clodoveus fuisse traditur. A quo per succedentia tempora imperatoribus egregiis res publica gubernata fuisse dinoscitur, usque ad Karolum, a quo historiae sumemus initium. Mores Gallorum. ep. 60. adv. Vigilant. [*] fol. 2. dialog. I. 4.

4. Hic patrem habuit [o] Karlomannum regem [2], avum vero paternum Ludovicum cognomento Balbum, abavum autem Karolum Calvum, Germanorum atque Gallorum imperatorem egregium. Biennis adhuc patrem amisit; matre [p] vix per quadriennium superstite. Ob cuius infantiam cum regnorum principes nimia rerum cupidine sese praeire contenderent, quisque ut poterat rem dilatabat. Nemo regis provectum [q], nemo Quod ob infantiam et principum dissidentiam pyratae Gallias [*] irruperint.

[*] alii *ex contect. supplent.* a) *cap. 2. 3. Ekkehardus in historia Pippini et Karolomanni maiorum domus regias exscripsit* b) autem hinc matrona inde garunna abluitur *prior lectio.* c) d. in hiberum qui hiberiae regioni nomen indidit, usque in oceanum *delata.* d) h. provinciae lugdunensi atque inde 1. e) hybero 1. f) vox *abscisa.* g) p. o. *abscisa; locum Ekkehardo adhibito restitui.* h) um pa *abscisa.* i) ae tra *abscisa.* k) a s. R. *abscisa.* l) adpri *abscisum,* m) a semper, lustri *abscisa.* n) emicu *abscisum.* o) habuit ludouicum regem c. b suum vero 1. p) m. paulo ante amissa 1. q) commoda 1.

2) Immo Hludowicum Balbum, quo defuncto natus est. — Hoc potissimum loco notitiam sistere placuit ad bellum anno 880. a Hludowico iuniore contra Hludowicum et Karlomannum, Hludowici Balbi filios, gestum referendam, quam Boehmerus noster ex codice regio Monacensi inter Angustanos Nro. 151. mbr. sec. IX. in 4to. canones et decretales exhibente descripsit. Habetur ibi fol. 74′ ultimo:

Cum essemus iuxta fluvium Aisna in villa Ritest [a] *S. Kal. Febr. in vigilia sancti Praeiecti martyris post horam diei nonam, subito mirae magnitudinis et splendoris sidus emicuit. Quod denique stellae modulum supereminens excessit, et solis mensuram non implevit. Unde nobis illud cernentibus visum est interdum flammantibus radiis ultra modum excrescere, interdum nimio pallore deficere; sicque variando incredibili velocitate ad occasum tetendit, ac novissime, prius quam se inter montium ingereret abdita, obstaculumque sui occasus nostris obtutibus auferret, penitus evanuit. Nec etenim ab re hoc stellae signum huiuscemodi ostensum conici potest. Cum potestas quorundam tunc fulgida dominabatur, peccatis autem promerentibus perpeti fine* [b] *deficiens ita evanuit, ut nec quidem digne memoriae retineatur.*

Aliter.

Cum se Ludowicus prosperari estimaret, et in regno occidentali, quod tunc inordinate occupaverat, in quo eius invasione sacrilegia, homicidia, stupra, incendia, caeteraque inaudita scelera perpetrata fuerant, et his vanissimis prosperitatibus animo extolleretur, industria principum, qui regnum illud tunc gubernabant, extra fines eorum reductus est, atque in eadem reversione ammisa spe invasi regni, obvios habuit Nortmannos, cum quibus bello commisso, earum perdidit filium [*], *tantaque afflictione in redeundo attritus est, ut ipse et sui vix ad propria remearent; ac deinde in regno suo obstacula grassabantur multiplicia, atque inenarrabilibus calamitatibus undique vallatus, Nortmannorumque infestatione inquietatus, febre corripitur, ultimum emittens spiritum.* 880. 882.

a) hodie Rhetel. b) e *haud legitur.* c) Hugonem.

regni tutelam quaerebat. Aliena adquirere summum cuique erat; nec rem suam provehere videbatur, qui alieni aliquid non addebat. Unde et omnium concordia, in summam discordiam relapsa est. Hinc direptiones, hinc incendia, hinc rerum pervasiones exarsere. Quae cum immanissime agitarentur, piratae qui Rhodomensem provintiam incolebant, quae est Celticae Galliae pars, ad rerum immanitatem incitantur. Haec
*fol. 2b. gens ab insulis oceani septentrionalis remotioribus diu ante exierat. *Et per maria errando classe devecta, summam hanc Galliarum partem attigerat. Saepe quoque eam armis impetivit, saepe etiam a terrae principibus devicta occubuit. Quod cum multoties inter sese moverent, visum fuit Galliae primatibus, ut dono regum haec provincia ei conferretur; ita tamen, ut idolatria penitus relicta, christianae religioni se fideliter manciparet, necnon et regibus Galliarum terra marique fideliter militaret. Huius provinciae metropolis, Rhodomum esse dinoscitur, sex tantum urbibus, Baiocis videlicet,
3 Abrincanto, Ebrocis, Sagio, Constantiae, Liscio[3], vim suae dominationis intendens. Hanc itaque ex antiquo a piratis possessam esse manifestum est. Sed paterna tunc sevitia ducti, in principes dissidentes moliri conantur. Unde et latrociniis ac discursionibus Brittanniam minorem, quae est Galliae contigua atque militans, infestare aggrediuntur. Reique occasionem nacti, fidem penitus abrumpunt, ulteriusque procedunt in Galliam.
*fol. 2. contin. *Ac circumquaque palantes, longe lateque diffunduntur; feminarum, puerorum, pecudum, ceterarumque rerum non modicam praedam abducentes. Recipiuntur vero cum
4 his omnibus secus Sequanam loco qui Givoldi fossa[4] nuncupatur. Ac idem sepius aggressi, Galliae Celticae partem, quae Sequanae Ligerique fluviis interiacet, quae et Neustria
*fol. 2. nuncupatur, totam pene insectati sunt. *Hisque animo inerat, interiores Galliarum partes irrumpere, earumque gentes aut a finibus pellere, aut gravissimis substituere tributis. Id etiam ante fieri, quam in consensum principes revocarentur, accelerabant. Huiusmodi dissidentia, pecunias Galliarum sese asportaturos, certissime rati. Quorum impetus, Catillo principe ferebatur. Principes tanta barbarorum ignominia confecti, de pace habenda per legatos inter sese admodum quaerunt. Nec diu morati, iure obsidum, in unum consulturi conveniunt. In quo conventu, sapientium usi consilio, fidemque pacti, in concordiam maximam rediere; contumelias a barbaris iniectas ultum ire parati. Et quia Karolus vix adhuc triennis erat[5], de rege creando deliberant; non ut desertores, sed ut in adversarios indignantes.

Regis genus atque fortuna. 888. Febr.

5. Anno[a] itaque incarnationis dominicae[b] 888. [16. Kal.[c]] Mart.[6] quinta feria communi decreto, Odonem virum militarem ac strenuum in basilica sancti....[d,7] regem creant. Hic patrem habuit ex equestri ordine Rotbertum; avum vero paternum, Witichinum advenam Germanum. Creatusque rex, strenue atque utiliter omnia gessit, praeter quod in militari tumultu, raram componendi lites potestatem habuit[e]. Nam pyratas signis collatis intra Neustriam septies fudit, ac in fugam novies compulit[f]. Atque hoc fere
889**. per quinquennium. Quibus repulsis, fames valida subsecuta est, cum triennio terra inculta remanserit. Iam enim mensura frumenti quae sedecies ducta modium efficit, decem dragmis veniebat. Gallinatius quoque quatuor dragmis. Ovis vero tribus unciis;
8 atque vacca, iabo[8] tollebatur. Vini nulla coemptio erat, cum vinetis ubique succisis, vix eius aliquid habebatur. Rex interea per loca[g], quae piratis irruentibus aditum praebebant, munitiones exstruit, ac in eis militum copias ponit. Ipse cum exercitu in
*fol. 3. Aquitaniae partes secedens, non ante se rediturum proponens, *quam supradicta modii frumentarii mensura, duabus dragmis veniret, gallinatius vero denario, atque ovis duabus itidem dragmis, vacca vero tribus unciis venumdaretur.

*) a *deletum*. **) Ann. Fuldenses. a) *absciaum*. b) *absciaum*. c) *abscisa*. d) *vox omissa est*. e) h. eo quod milites mediocri interdum subdi contempnerent *delsta*. f) c. immo et a finibus galliarum penitus eliminauit *deleta*. g) l. maritima *deletum*.

3) hodie Bayeux, Avranches, Evreux, Séez (prope Alançon), Coutances, Lisieux. 4) cf. Prudentii annales a. 856. 5) Karolus mense Septembri a. 879 natus erat, et infra cap. 12. anno 893. quindennis dicitur. 6) Cum hic nonnisi *XVI. Kal.* aut *IX. Kal.* aut *II. Kal.* aut *II. Id.* aut *Non.* Martii in calculum veniant, ut prius eorum *i. e.* diem 15. Februarii eligerem, fecit, quod Wido statim post Odonis electionem in Italiam profectus, ibi ante diem 21. Februarii electus est. 7) Odo secundum Ann. Vedast. in palatio Compendiensi, igitur in capella B. Mariae V. coronatus est. 8) iabus est deunx.

6. Interea rege apud urbem Anitium[9] rem publicam procurante, pyratae a finibus Neustriae pulsi, cum ad interiora Aquitaniae concessisse[a] dinoscunt. Confluunt itaque ac classem parant, atque Brittanniam repentini irrumpunt. Brittanni repentino barbarorum impetu territi, saevientibus cedunt. Cuique vitam tantum salvare satis fuit. Rerum suarum ereptionem nemo quaerebat. De vita solummodo agitabant. Unde et suis fere omnibus derelictis, pyratae passim rapiuntur. Quaeque commoda asportant, ac cum multa rerum praeda nullo renitente redeunt. Tam felici ergo successu elati, per exteriores Brittanniae fines secus Andegavum Aquitaniam irrumpunt, multaque depopulatione terram devastant. Abducunt viros ac mulieres puerosque. Quorum provectiores in utroque sexu obtruncant. Pueros servituti mancipant, feminas vero quae formosae videbantur prostituunt. Pyratae Brittanniam impetunt ac devastant. 890.

7. Sed nonnulli vario eventu elapsi, profugio salvati sunt. A quibus dum exagitarentur, mox Odoni regi relata fuere. Qui rerum magnitudine motus, quotquot ex Aquitania potuit, edicto regio congregari praecepit milites peditesque. Ex Provintia quoque, quae Rhodano et Alpibus marique ac Gothorum finibus circumquaque ambitur, Arelatenses ac Aurasicanos[10] habuit. Sed et ex Gothia, Tholosanos atque Nemausinos. Quibus collectis, exercitus regius, in decem milibus equitum, peditum vero sex milibus erat. Procedit itaque secus Briddam[11], sancti Iuliani martiris castrum, iter agens. Sanctumque regiis donis veneratus, Arvernicum pagum ingreditur. Huc iam hostes advenerant, ac castrum quod Mons Panchei[12] dicitur, vehementi hostilitate premebant. Odo rex contra pyratas exercitum parat. 892. 10 11 12

'Rex principibus Francorum atque Aquitanorum stipatus, licet ancipiti deliberatione, tamen belli dispositionem apud eos pertractabat, illos ad pugnam hortans, ac eorum magnanimitatem ex natura plurimum attollens. Aliis quoque gentibus eos esse potiores, tam viribus quam audacia et armis, memorabat. Eorum quoque maiores, pene totum orbem debellasse, ipsumque caput orbis Romam immaniter attrivisse. Unde et oportere paternam animositatem in filiis renovandam, asserebat[b], ut patrum magnanimitas, filiorum virtute commendaretur. 'fol. 3'.

8. Quibus dictis cum persuasisset, utpote vir audax ac violentus, cum sexdecim milibus signis illatis barbaros aggreditur. Sed peditum copias praemittit, atque ex eis primum impetum infert. Ipse cum equitatu succedens, peditum fortunam opperiebatur. Nec minus et barbari acies ordinaverant, ac indivisi adversarios excipere cogitabant. At regii pedites hostibus directi, primo certamine sagittas iaculantur; densatique, lanceis obversis, in illos feruntur. Excepti vero a barbaris, plurimi dilabuntur, non tamen praeter adversariorum ruinam. Nam et eorum alii praecipitati, alii vero quam plures sauciati sunt. Post pedites vero et regius equitatus succedit; ac acies hostium, copiis peditum divisas, multo nisu irrumpit. Sternitque ut fertur tredecim milia, paucis fuga salvatis. Et cum iam potiretur victoria spoliisque diripiendis instaret, barbarorum quatuor milia, quae insidiose in abditis latuerant, ex obliquo viarum irruere. Qui cum gradivo incessu propinquarent, armorum luce ab observatoribus cogniti sunt. Factoque signo exercitus in unum redit. Rex multo plures advenire arbitratus, suos hortatur stipatores, ut priores animos resumant, immo et non amittant; decus pro patria mori, egregiumque pro christianorum defensione corpora morti dare, multis sermonibus asserens. 'Exercitus itaque densatus, licet anterioris belli vulneribus aeger, tamen obvenire non distulit. Impetus Odonis regis in pyratas, bellique qualitas. 'fol. 4.

9. Et cum agitaretur quis regium signum efferret, eo quod in tanta nobilium manu nullus sine vulnere videbatur, idque omnes evitarent, e medio omnium Ingo prosilit, ac militatum sese offerens, inperterritus dixit: *Ego ex mediocribus regis agaso*[13], *si maiorum honori non derogatur, signum regium per hostium acies efferam. Nec fortunam belli ambiguam expavesco, cum semel me moriturum cognosco.* Ad haec Odo rex: *Nostro* inquit *dono, ac principum voluntate signifer esto.* Ille signum excipiens, agmine densato circumseptus incedebat. Factusque cunei militaris acumen, hostes vibrabundus ingreditur. Precipitantur barbari, viresque amittunt. At regius exercitus rediens, Ingo ex mediocribus cum** regis signo** bellum ingreditur**.

*) x, pyra, reitum *abscisa*. **) ibus cum, no, gre *abscisa*. a) secessisse 1. b) memorabat 1.

9) le Puy, prope fontes Ligeris. 10) incolas pagi cuius caput Orange. 11) Brioude, quam Elaver alluit. 12) Montpensier, e sinistra Elaveris prope Aigueperse, infra Clermont. 13) marescalcus.

iterum irrumpit sternitque. Tertioque adortus fere omnes opprimit. Ex quorum tumultu cum aer densatus, multo pulvere pinguesceret, Catillus [a] cum pancis per caliginem fuga sese surripuit, atque in dumetis sese abdidit. Qui cum lateret, a victoribus passim palantibus repertus atque captus est, suisque qui secum [b] latuerant [b] gladio transfixis, post spolia direpta Odoni regi oblatus est.

Tiranni baptismus, et interfectio.

10. Utiliter ergo patrata victoria, rex tirannum captum secum Lemovicas ducit. Ibique ei vitae ac mortis optionem dedit, si baptizaretur, vitam, sin minus, mortem promittens. Tirannus mox absque contradictione baptizari petit. Sed dubium an fidei quicquam habuerit. Quia ergo pentecostes instabat sollempnitas, ac episcoporum conlun. 11. ventus regi aderat, ab episcopis ei triduanum indicitur ieiunium. Die vero constituta cum in basilica sancti Marcialis martiris, post episcoporum peracta officia in sacrum fontem ab ipso rege excipiendus descenderet, iamque trina inmersione in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizatus esset, Ingo ante signifer, gladio educto loetaliter
*fol. 4'. eum transverberat, ac fontem sacratum, vulneris effusione immaniter cruentat. *Rex tantum facinus indignans, principibus frementibus homicidam rapi ac trucidari iubet. Ille gladio proiecto fugiens, sancti Marcialis aram complexus est; indulgentiam ab rege, ac primatibus postulans, atque loquendi locum multis clamoribus petens. Et iussu regio, de commisso facinore responsurus sistitur. Orsusque sic ait:

Oratio Ingonis pro se apud regem et principes suasorie habita.

11. *Deum voluntatis meae conscium testor, nihil mihi fuisse carius vestra salute. Vester amor ad hoc me impulit. Ob vestram salutem in has me miserias praecipitavi. Pro omnium vita, tantum periculum subire non expavi. Grande quidem est gestum negotium, sed maior est negotii utilitas. Regiam maiestatem me laesisse quidem non abnuo, sed multa commoda in facinore comparata assero. Consideretur auctoris animus, animadvertatur etiam futura facinoris utilitas. Tirannum captum, metus causa baptismum petiisse adverti; eumque postquam dimitteretur, pluribus iniuriis vicem redditurum, suorumque stragem gravissime ulturum. In quem, quia futurae cladis causa visus est, ferrum converti. Haec est mei facinoris causa. Haec me ad scelus impulit. Hoc ob regis suorumque salutem peregi. Et utinam morte mea, patriae libertas, rerumque tranquillitas consequantur. Sed si occidor, ob regis primatumque salutem occisus videbor. Cogitet iam quisque, an pro huiusmodi mercede ei militandum sit; et an pro fide servata, tali habendus sit retributione. Ecce capitis et pectoris laterisque recentia vulnera! Patent praecedentium temporum cicatrices, dispersique per reliqua corporis membra livores. Quorum assiduis doloribus confectus, nihil post tot mala, nisi mortem, malorum finem exspecto.* Qua conquestione alios ad benivolentiam traxit, alios vero ad lacrimas impulit. Unde et milites pro eo agentes, regem demulcent, et ad pietatis clementiam suadent; nihil regi prodesse asserentes,
*fol. 5 si suorum *quispiam intereat; immo in tiranni occisione gaudendum, vel quia vitae datus sit si fidelis decessit, vel quia eius insidiae penitus defecerint si in dolo baptismum susceperit. Quibus rex animum temperans, tumulato barbaro, Ingonem in gratia resu-
13 mit. Et insuper castrum quod Blesum [13] dicitur ei liberaliter accommodat, eo quod is qui castri custodiam agebat, in bello pyratico occisus esset. Eius quoque uxorem derelictam, dono regio in matrimonio Ingo sibi accopulat. Regis exinde ac principum gratia admodum usus, prospere ac feliciter omnia gerebat. Verum id in brevi. Nam vulnerum sanies male a cirurgis amputata, cum sub recutita superficie, tumorem intrinsecus operaretur, nimio humoris reumatismo, plus biennio vexatus, in lectum decidit. Unde et intercluso reumate, penitus intumuit. Sicque toto erisipilato corpore, vitam amisit, Gerlonem filium parvum superstitem relinquens. Qui ab rege tutori commissus, patrimonium cum matre possedit.

Promotio ** Karoli in regem **.

12. Interea rex a Lemovica urbe dimotus, Echolisinam [14] petit, ac ibi quaeque gerenda disponit. Nec multo post petens Petragoram, nobilium causas quae litibus agitabantur ibi aequissime ordinat, plurimum [c] de communibus omnium causis apud optimates pertractans. Quibus cum foret admodum intentus, ibique per aliquot tempora sese moraturum proponeret, Fuico Remorum archiepiscopus, de Karoli promotione in regnum

*) i, et, o *abscisa*. **) tio, em *abscisa*. a) rex barbarorum *corr.* catillus. b) m, la, t *abscisa*. c) Pl. de privatis, multumque de comm. l, *linea subducta* de p. m. *deleta sunt*.

13) Blois. 14) Angoulême.

apud Belgas tractabat. Videbatur etenim tunc, quod praesens oportunitas huic rei aliquam commoditatem pararet. Idque plurimum persuadebat Neustriorum absentia[a]. Etenim cum rege in partibus Aquitaniae tunc detinebantur. Suadebant quoque multiplices adolescentis quaerimoniae. Iam enim quindennis, de regni amissione apud amicos et domesticos gravissime conquerebatur; regnumque paternum repetere multo conatu moliebatur. [*]Ei ergo omnes Belgicae principes, et aliquot Celticae summopere favebant. Horum quoque consensus, sub Remensi metropolitano, sacramenti iure firmatur. Ac tempore statuto conveniunt, ex Belgica[15] quidem Coloniensis, Trevericus, atque Maguntinus metropolitani, cum suis diocesaneis episcopis, aut eorum probabilibus legatis. Ex Celtica vero Remorum praedictus metropolitanus, cum aliquot suis diocesaneis, Laudunensi videlicet, Catalaunico atque Morinensi. Anno[b] autem incarnationis dominicae[b] 893. 5. Kal.[c] Februar., die dominica, collecti Remis in basilica sancti Remigii Karolum quindennem regem creant; ac in urbe purpuratum, more regio edicta dare constituunt. Et ex Celtica quidem, paucissimi eius partes sequebantur. Ex Belgica vero, ei omnes addicti sunt. Ab illis enim devotissime exceptus, per omnes[d] eorum urbes et oppida[e] humanissime deductus est. 893. [*]fol. 5'. 15 Ian. 28

13. Quod factum Odo rex comperiens, ab Aquitania redit. Urbemque Turonicam petens, sanctum Martinum donis regalibus honorat. Sicque Parisii receptus, sanctos martires Dionisium, Rusticum et Eleutherium magnifice donat. Tandem fluvio Matrona remenso, Belgicam ingreditur. Ac oppido receptus, quod dicitur Fara, prae nimia anxietate insomnietatem pati coepit. Quae cum nimium succresceret, mentis alienationem operabatur. Superantibusque humoribus, anno regni sui decimo, ut quidam ferunt mania, ut alii frenesi, finem vitae accepit. Tumulatur[f] vero cum[f] multo suorum lamento, in basilica sancti[f] Dionisii martiris. Odonis[*] reditus ab Aquitania[*] eiusque obitus. 898. Ian. 1.

14. Karolus itaque rex creatus, ad multam benivolentiam intendebat. Corpore prestanti, ingenio bono simplicique[g]. Exercitiis militaribus non adeo assuefactus. At litteris liberalibus admodum eruditus. In dando profusus, minime avarus. Duplici morbo notabilis, libidinis intemperans, ac circa exsequenda iuditia paulo neglegentior fuit. Galliarum principes ei animo ac sacramento annexi sunt. Necnon et Rotbertus Odonis regis defuncti frater, vir industrius atque audatia plurimus, sese militaturum regi accommodat[h]. [*]Quem etiam rex Celticae ducem praeficit, ac in ea omnium gerendorum ordinatorem concedit; eius[i] fere per quadriennium consilio utens, eique admodum consuescens. A quo per Neustriam deductus[k], urbibus atque oppidis ab eo receptus est. Urbemque Turonicam petens, plurima auri atque argenti talenta, sancto Martino liberaliter impertit. A cuius servitoribus pro sese fieri deprecationes postulans, perpetim cotidianas obtinuit. Inde quoque omnibus obtentis rediens, Belgicam repetit, ac sanctum Remigium donis egregiis honorat. Et sic Rotberto Gallia[l] Celtica collata, in Saxoniam[m. 16] secedit; cuius urbes sedesque regias lustrans cum oppidis, nullo renitente obtinuit. Ubi[n] etiam Heinricum regio genere inclitum, ac inde oriundum, ducem omnibus praeficit. Sarmatas[o] absque praelio subditos habuit. Anglos[p] quoque ac reliquos transmarinorum populos, mira benivolentia[q] sibi adegit. Vix tamen[r] per decennium[r]. Et forte felicissimus per omnia fuisset, si in uno nimium non errasset. Mores Karoli. [*]fol 6. 16

15. Nam cum multa benignitate principes coleret, praecipua tamen beatitudine Haganonem habebat, quem ex mediocribus potentem effecerat; adeo ut magnatibus qui- Nimia Karoli[**] dilectio[**] erga Haganonem[**].

[*]) Odonis, ta *abscisa*. [**]) ia, Karoli, io, Haganonem *abscisa*. a) absentia. qui Sequanae Ligerique fluviis interiacent *deleta*. b) An, domini *abscisa*. c) 5. Kal. *iam abscisa*. d) per o *abscisa*. e) et opp *abscisa*. f) Tu, cum m, sĕ *abscisa*. g) s. Cui etiam in primis adolescentiae annis. pax atque tranquillitas rei publicae concordia suorum. commoditas priuatorum grata fuere. Id uero in brevi *deleta*. h) a. Rex ergo principibus stipatus. ac multo suorum obsequio inclitus. more regio leges condit. ac decre a edicit. Rotbertum quoque *deleta*. i) E. plurimum *delatum*. k) d. quae est celticae pars *deleta*. l) *Haec usque* praeficit *Ekkehardus Uraug. in hist. Heinrici sed haud accurate exscripsit*. m) belgicam *corr.* saxoniam. n) Ubi *usque* praeficit *corrigentis manu adiecta*. o) S. quoque *deletum*. p) Anglorum *deletum*. q) b. militare *deletum*. r) en, nium *abscisa*.

15) Hlotharii regnum tunc temporis Arnulfo paruisse constat, igitur hi tres archiepiscopi Karolum minime regem sibi elegerunt. 16) Hic et in sequentibus lectio prior cum praesenti collata, auctorem, insano quodam gentis studio abductum, Belgis Saxones, Gisleberto Heinricum substituisse docet. Fides talibus ab Ekkehardo Uraugiensi exscriptis omnino neganda, et historicis ad antiquam lectionem infra annotatam redeundum est.

busque longe absistentibus, ipse regio lateri solus haereret, pilleum etiam a capite regis sepissime sumptum, palam sibi imponeret. Quod etiam multam regi intulit labem [a]. Et enim primates id ferentes indignum, regem adeunt, ac apud eum satis [b] conquerun-
tur, hominem obscuris parentibus natum, regiae dignitati multum derogare, cum acsi indigentia nobilium, ipse tamquam consulturus regi assistat. Et nisi a tanta consuetu- 5
dine cesset, sese a regis consilio penitus discessuros. Rex dissuasionibus his minime credulus, a dilecto non cessit.

Indignatio [c] Rotberti [c] in Haganonem [c]. 920.

16. Interea Belgicae [c] urbibus [d] atque oppidis firmissime optentis [e], in Celticam redit, ac urbe Suessonica recipit sese. Huc ex omni Gallia principes confluunt. Huc etiam minores [f] multo favore conveniunt [g]. Inter quos cum Rotbertus, in maiore gratia apud 10
regem sese haberi putaret, utpote quem ducem in Celtica omnibus praefecerat, cum rex in palatio sedisset, eius iussu dux dexter, Hagano quoque ei levus pariter resedit. Rotbertus vero dux tacite indignum ferebat, personam mediocrem [h] sibi aequari, magnatibusque praeponi. At iram mitigans, animum dissimulabat, vix regi pauca
fol. 6'. locutus. Celerius ergo surgit, ac cum suis consilium confert. *Quo collato, regi per 15
legatos suggerit, sese perferre non posse sibi Haganonem aequari, primatibusque anteferri. Indignum etiam videri huiusmodi hominem regi haerere, et Gallorum nobilissimos longe absistere; quem nisi in mediocritatem redigat, sese eum crudeli suspendio suffocaturum. Rex dilecti ignominiam non passus, facilius se omnium colloquio, quam huius familiaritate posse carere respondit. Quod nimium Rotbertus indignatus, cum 20
optimatibus plerisque iniussus Neustriam petit, ac Turonis sese recipit. Multam ibi de regis levitate indignationem [i] habens. Plurima etiam ut in se trans undatur rerum summa, apud suos caute pertractans. Quamvis [k] etenim regi [k] faveret, non [k] mediocriter tamen [k] ei regnum invidebat [k], cum sibi post [k] fratrem hereditandum [k] magis videret. Nonnulla quoque moliebatur in Fulconem Remorum metropolitanum, qui regem a cuna- 25
17 bulis educaverat, atque in regnum promoverat [17]. Videbatur etenim, quia si is solum deperiret, facilius refundi in sese regnum potuisset. Id etiam apud Balduinum Morinorum principem admodum agitabat. Hic enim ab eo [l] persuasus, eius partes iam rege deserto sequebatur.

Interfectio Fulconis archiepiscopi. 899.

17. Quo rex comperto, in Balduinum fertur, ac multa obsidionis vi castrum Atra- 30
batum ab eo aufert, atque cum tota sancti Vedasti abbatia, Fulconi praedicto metropolitano concedit. At post aliquot tempora metropolitanus ob itineris longinquitatem fratrumque [m] incommoditatem [m] Al narum comitem accersiens [n], abbatiam sancti Medardi quam ipse comes tenebat, ab eo accipit, et pro ea abbatiam sancti Vedasti cum castro
900. Atrabato rationibus utrimque habitis ei impertit. Unde et ad nimiam pertrahitur Bal- 35
duinus crudelitatem. Multaque affectus anxietate, ad ultionem penitus sese convertit. Amicitiam ergo circa metropolitanum simulat. Per legatos quoque multam benivolentiam mandat [o], fidemque spondet. Illud tamen multa suorum curiositate observat, utrum privatus an cum copiis regis palatium petere consuescat; privatum multo nisu impetere cupiens. Haec dum sic haberentur, pro regiis causis contigit episcopos Belgicae apud 40
regem congregari. Unde et metropolitanus accersitus cum iter accelerare pararet, incautus cum paucis festinabat. Cui mox affuit quidam Winemarus cum cohorte a Balduino missus [p]. Metropolitanus cum esset cum paucis, a cohorte cum suis inter-
*fol. 7. ceptus est. Nulli fugae locus patuit. Omnes circumvallantur atque impetuntur. *Admo-

*) natio, tberti, anonem *abscisa*. a) calamitatem *corr.* labem. b) s. inde *deletum*. c) *in loco raso sed atramento et manu eisdem.* Galliarum *Ekkehardus qui haec excripsit*. d) finibus *corr.* urbibus. e) o. cum paschalis sollemnitas immineret, Aquisgrani palatio sese recepit. Huc *Ekkeh.* f) mediocres *Ekkeh.* g) conveniunt; adsunt et duces, ex Saxonia quidem Heinricus, ex Gallia Ruotpertus. Cottidie secus fores regii cubiculi manent, cottidie egressum regis a penetralibus aulae prestolantur. Cum vero nullum eis ab rege responsum per dies quatuor daretur, Heinricus id molestissime ferens, dixisse fertur, aut Haganonem quandoque cum Karolo regnaturum, aut Karolum cum Haganone ad rerum mediocritatem deventurum; indignansque rege inconsulto discessit. *Ekkehardus Uraug. qui deinde tribus lineis reconciliationem Heinrici per Heriveum, infra capp. 23. 24. enarratam, scribit. Superioris fabulae, licet genio Richeri optime conveniat, nullum in codice vestigium, nec eam a Richero profectam esse, narratio infra cap. 20. de causa inimicitiae Heinrici ostendit. cf. supra pag. 566* h) ignobilem c. mediocrem. i) querimoniam c. indignationem. k) Q, r, non, men, vi, po, dit *abscisa*. l) a rotberto *deletum*. m) fra, mo *abscisa*. n) a. rationibus habitis *deleta*. o) spondet c. mandat. p) m. omnium quos terra sustinet scoleratissimus *delta*.

17) Fulconis caedem rebus Haganonis perperam coniungi, iam annorum ordo satis demonstrat.

dum utrimque dimicant. Utrimque fusi procumbunt. Winemarus metropolitanum adortus, lancea inermem transfigit[a], atque inter suos septem vulneribus sauciatum praecipitat. Cui cum adhuc ictus intenderet, quidam suorum multo episcopi amore ducti, super eum procumbunt. Qui cum eo mox transfixi atque occisi sunt. Quatuor tantum fuga labuntur[b], qui rei negotium Remis demonstrant. Tunc vero magna militum manus, ab urbe mox cum armis educta, adversarios persequi conatur. Sed eis elapsis, dominum occisum cum suis colligunt, atque multo doloris lamento Remos deportant, cum sacerdotibus sacerdotem plurimo dignitatis obsequio condentes. 900. Iun. 16.

18. Interea collectis apud regem episcopis, talia mox referuntur. Quod etiam omnibus nimium animi incussit dolorem. Rex ipse in lacrimas dissolutus, de casu pontificis[c] adeo conquestus est. Episcopi quoque in fratris morte et coepiscopi, multa commiseratione condoluere. Initoque consilio, Winemarum cum suis complicibus, horribili anathemate damnant. Qui in brevi deficiens, insanabili ydropis morbo a Deo percussus est. Ventre itaque turgidus, exterius quidem lento igne, interius vero immani incendio urebatur. Ingens tumor pedum non deerat. Verenda vermibus scaturiebant. Crura tumentia ac lucida. Anelitus fetidus. Viscera etiam paulatim per colum diffluebant. Super haec omnia sitim intollerabilem sustinebat. Appetitum vero comedendi aliquando habebat, sed cibi illati fastidium inferebant. Insomnietatem iugem patiebatur. Omnibusque factus intolerabilis, omnibus horrori[c*] habitus est. Itaque amici atque domestici ab eo dimoti sunt, multo eius corporis fetore confecti; in tantum ut nullus medicorum, saltem medendi causa ad eum accedere posset. Quibus omnibus dissolutus, omni christianitatis communione privatus, a vermibus ex parte iam consumptus, flagiciosus ac sacrilegus ab hac vita pulsus est. Winemari[*] interitus[*].

19. Sepulto vero domno Fulcone metropolitano, Heriveus vir spectabilis et palatinus, episcoporum consensu, et Remensium conibentia in pontificatu regis donatione succedit. Quorum uterque quanta utilitate, quantaque religione in aecclesia Remensi floruit, si quis ad plenum[d] dinoscere[d] cupit[d], legat librum Flodoardi presbiteri, quem ab urbe[18] condita de eiusdem urbis episcopis uberrime descripsit. Adepto[19] quoque Heriveus pontificatu, multa fide regem sequebatur, desertoribus adeo infestus. [*]Erlebaldum[20] Castricensium comitem, qui res sui episcopii pervaserat, et oppidum quod vocant Macerias obtinebat, more aecclesiastico prius quidem ut resipiscat ammonet, post vero anathemate damnat. Qui cum sibi nec damnatus satisfaceret, in eum cum multis militum copiis fertur, oppidumque multa obsidione per quatuor ebdomadas vehementer adurget. Erlebaldus continuam non ferens impugnationem, clam ab oppido cum aliquot suorum dilabitur. Qui vero remanserant victi, portis mox patefactis, metropolitano cędunt. Eisque eiectis, suos ibi deposuit, ac de toto pago Erlebaldum profugum disturbavit. Promotio[**] Herivei in[**] episcopatum[**]. 19 [*]fol. 7'. 920.

20. Rex in pagum Warmacensem, locuturus Heinrico Transrhenensi, concesserat. Huc quoque Erlebaldus comes advenit, apud regem deploraturus a Remensium metropolitano sese immaniter habitum. Heinricus apud regem de[e] rerum dispositionibus, fidelissime satagebat. Cui rei cum[f] admodum intenderet, Germanorum Gallorumque iuvenes linguarum[g] idiomate[g] offensi, ut eorum mos est cum multa animositate maledictis sese lacessire[h] coeperunt. Consertique gladios exerunt, ac se adorsi, loetaliter sauciant. In quo tumultu, cum ad litem sedandam Erlebaldus comes accederet, a furentibus occisus est. Rex proditionem ratus, ocius surgit, suisque stipatur. Heinricus vero[i] dolum arbitrans, classem repetit, atque a regiis stipatoribus Rhenum transire cogitur[k]. Existimabant[l] enim hi[m] qui regi assistebant[m], eum in dolo venisse. A quo etiam tempore[n] Karolo infestus ferebatur. Ad Renum[*] mutua petitio,[*] ac comitis[*] Erlebaldi[*] occisio.

[*]) e, in *abscisa*. [**]) tio, in, tum, *abscisa*. [*]) Ad R, p, tis E *abscisa*. a) tranfigit *codex*. b) ereptis t. c) amici c. pontificis. c*) *vox abscisa*. d) enum, e cupit *abscisa*. e) de amicicia inter se habenda plurimum s. *deleta*. f) c. uterque *deletum*. g) ling, ma *abscisa*. h) impetere c. lacessire. i) v. rerum nescius *deleta*. k) c. Qua die nihil concordiae. nihil amiciciarum inter eos habitum est. *deleta*. l) Exis *abscisum*. m) hi, bant *abscisa*. n) t. heinricus *deletum*.

18) scil. Remensi. 19) cf. Flodoardi Ann. a. 920. 20) Erlebadum — concesserat] ex Flodoardi Ann. a. 920, quos in sequentibus usque ad caput libri III. 21. conferas velim.

920. Desertorum* dolosa regi* Karolo persuasio de Haganonis* abiectione.

21. Hinc itaque Heinrico, inde Rotberto duce Karolus urgebatur. Factusque eorum medius, utrimque premebatur. Post haec ad interiora Belgicae rediens, urbe Suessonica sese recipit, multam ex huiusmodi infortunio apud suos agitans quaerelam. Huc etiam ex Belgica quo Celticae conlimitat, atque ex Celtica principes nonnulli confluunt. Sed et Rotbertus dux propinquior factus, Stampis sese recipit, ac ad palatium legatos dirigit, regalia negotia inde experturus. At qui confluxere, Rotberti partes tuebantur, cuius suasu capti, de Haganonis abiectione apud regem pertractant, non ut id fieri velint, sed ut regnandi occasio Rotberto paretur. Abiectionem itaque Haganonis leviter suadent. Ducem etiam a se discessurum si non abiciat, mediocri assertione demonstrant; quatinus levi obiurgatione rex ammonitus, coeptis insistere non formidet. Unde et post contra eum iustissimam indignationis causam se habitu-
*fol. 8. ros arbitrabantur. Quod etiam totum ad vota eorum provenit. *Nam rex nulla* suasione affectus, numquam a dilecto sese discessurum respondit; idque multis sententiarum sermonibus asserebat. Quod cum[b] Rotbertus dux in eius animo fixum perciperet, Heinrico Transrhenensi[c] per legatos[c] de regis eiectione[c] suadet[c]. Compererat[c] enim[c] eum a regiis stipatoribus[c] in fugam[c] coactum; unde[c] et de se fidem[c] continuo facit[c]. Cuius consensu tirannus mox laetus[d], in sese regnum[e] transferre[e] diligentissime[e] laborabat[e]. Largitur itaque[e] plurima, atque[e] pollicetur inaudita[f]. Tandemque[g] inductos de transfugio iam principes aperte alloquitur; regem inquiens Suessionis sese privatum[h] habere; Belgas praeter paucissimos ad sua discessisse. Unde et rei commoditatem adesse memorabat[i], facillime et ex aequo regem posse capi asserens, si ipsi omnes palatium adeant acsi consulturi, in ipso quoque palatii cubiculo inter consulendum regem capiant teneantque. His favent omnes pene ex Celtica, et de patrando facinore, apud tirannum coniurant. Palatium ergo adeunt, regemque utpote consulturi stipant. Intromissum vero cubiculo, ut paucis allocuti sunt, capiunt ac tenent.

Heriveus* metropolitanus* Karolum a desertoribus* captum liberat* Remosque ducit*.

22. Iamque abducere nitebantur, cum metropolitanus Heriveus cum copiis repentinus urbem Suessonicam ingreditur. Regis enim sollicitus, desertorum fraudem praesenserat. Et ipse quidem prius cum paucis, post vero sui, favente Riculfo eiusdem urbis episcopo, consequenter admittuntur. Armatis itaque circumdatus, concilium desertorum stupentibus cunctis penetrat. Factusque terribilis: *Ubi inquam est dominus meus rex?* Ex tam multis, pauci admodum respondendi vires habuere, sese penitus deceptos rati. Qui tamen cum viribus resumtis dicerent: *Intro cum paucis consultat!* metropolitanus ostio obserato vim infert. Serisque pessumdatis, cum[k] paucis sedentem repperit. Captum enim custodibus adhibitis ergastulo deputaverant. Quo metropolitanus manu apprehenso: *Veni* inquit *rex, tuisque potius utere.* Et sic a metropolitano e desertorum medio eductus est. Tunc etiam equum ascendens, cum 1500 armatorum ab urbe exivit, atque Remos devenit. Post cuius discessum, desertores pudore confusi, illusos sese indignabantur. Confusique[l] ad Rotbertum redeunt, atque r m non satis prospere gestam desertori transfugae reportant. Karolus vero rex cum metropolitano aliisque paucis qui a se quidem defecerant, sapientium tamen consilio ad se reversi erant, Belgicae interiora repetit, ac Tungros concedit. Ibique episcopo tunc defuncto, Hilduinum eligente clero, ac populo favente, per archiepiscopum Herimannum, praesulem ordinat, virum liberalem ac strenuum, sed factiosum. Nam mox episcopus ordinatus, iis Belgicae principibus qui[m] Rotberto duci in regis abiectione favebant, mox haesit et favit, plurimum cum eis contra regem machinans. At[n]
22 rex bono suorum usus consilio, per Heriveum metropolitanum ducem Heinricum[o]

*) Dese, regi, de Haganonis *abscisa*. **) us, litanus, rto, m liberat, ucit *abscisa*.
a) leuissimo . nulla. b) c. principes in e. a. f. perciperent 1. *Post quatuor lineis totu captionis historia absoluta erat, quibus iam erasis, secunda manu omnia usque* Regis enim sollicitus, desertorum fraudem praesenserat *adscripta sunt.* c) runs, legat, eiec, et, Com, im, stipa, fugam, un, idem, acit, *abscisa.* d) mo.... tus *vel* me .... tus *codex; media excisa sunt.* e) reg, erre, issime, abat, itaque, atque *abscisa.* f) *mediis abscisis* in *et* ta *plana sunt; igitur* maiora *haud recipiendum erat.* g) emque *abscisum.* h) um *abscisum.* i) *primum* a *abscisum.* k) c. duobus tantum 1. l) Iratique 1. m) q. cum rotberto duce regem abiecerant 1. n) At remorum metropolitani heriuei consilio usus gislebertum qui in belgica omnibus potior erat per legatos accersit. Hic enim ab Heinrico persuasus cum aliis nonnullis ab rege discesserat. Et accersitus cum multo honore ante regem admittitur, *ita primo auctor, quibus immutatis multo profuniorem historiam prima manu scripsit.* o) gislebertum 1.

qui in Saxonia[a] omnibus praeerat, accersit. Hic enim ab Rotberto[b] persuasus, cum aliis ab rege discesserat. 920.

23. Penes quem, metropolitanus vice regis sic orsus ait: *Hactenus vir nobilissime tua prudentia, tua liberalitate, pax principum, concordia omnium utiliter floruere. At postquam malivolorum invidia animum remisisti, circumcirca discordiae vis a latibulis emersit. Quae res, domino nostro regi apud te oratum ire suasit. Ante hac enim non mediocriter ob tua merita dilectissimus fuisti. *Tua egregia fides ei recognita, in magnis periculis multam sibi fidutiam parat. Cum totius statu dignitatis rex potiretur, paululum a te oberrasse[c] sese non ignorat. Sed id multa fide corrigere gestit. Nec est hoc inusitatum et singulare[d]. Omnium est interdum desipere, bonorum vero rationibus redire. Sufferendum est itaque atque summa benignitate indulgendum. Tu quoque Germanorum[e] optime, nimium a recto secessisse videris. Neque id mirum. Nam dux Rotbertus[f] omnia sitiens, regique regnum immaniter invidens[g], incautum te suasionibus illexit. Quid enim suasorie digesta, non efficit oratio? Nimium inquam ab utrisque oberratum est. Sed iam tandem prior vobis redeat virtus. Summa utriusque ope, uterque nitatur, ut tu habeas regem tibi adprime commodum, et rex habeat te virum sese dignissimum. Nam te idem praestare gestit[h] iis omnibus qui Germaniam[i] inhabitare noscuntur. Ob hoc igitur animum ad meliora revoca. Dominum[k] abiectum recipe, ut et tu ab eo extollendus excipiaris.*

Conquestio* Herivei Remensium* metropolitani* apud Heinricum* pro Karolo rege. *fol. 8'.

24. Ad haec Heinricus[l]: *Multa* inquit *me ab his dehortantur, nisi tua pater egregie virtus, ad idem quodammodo pertrahat. Scio enim quam difficile et arduum sit, ei consilium dare, cum sua inconstantia, tum suorum invidia. Non est incognitum mihi, quantum pro eo domi militiaeque pridem certaverim. Illud etiam notissimum constat, quantum circa me fide debita abusus sit. Id fortassis pater persuades, quod cum factum erit, fecisse penitebit. Sed quia de futuro nemo satis callidus, nemo satis prudens fit, licet saepius prava quam bona consilia proveniant, ferar quocumque iubes. Modestiamque meam, post tuam dignitatem demittam, virtutem tuam expertus. Equidem decretum mihi fuerat, ingenio, consilio, armis ab eo recedere.* Persuasus itaque per metropolitanum, Heinricus[m] regi deducitur, multoque ambitionis honore ante admittitur, ac ambo in amicitiam federantur.

Responsio** Heinrici[l] ad** metropolitanum Heriveum** de Karolo.

25. Quibus gestis Hilduinus Tungrensium episcopus, cum iis qui ab rege defecerant conspirasse in[n] regem insimula us, regique infensus, ab eo insectabatur[o]. Cuius odii vis eo usque pervenit, ut Richerum Prumiensis monasterii abbatem promoveret, et Hilduinum abdicaret. At Richerus ab rege donatus, cum ab *metropolitano Herimanno urgeretur, eo quod contra fas ab rege episcopatum suscepisset super eum qui tenebat, quique nulla culparum confessione victus, nullo iuditio damnatus esset, regis iussu Romam festinat; ac ibi Iohanni papae, et regis sententiam et sui negotii causam demonstrat. Papa in Hilduinum desertorem indignans, ab officio eum suspendit ac anathemate damnat; Richerum vero episcopum ordinat, ac suae auctoritatis benedictione donat. Haec dum sic agerentur, Hilduinus prosequitur, incassum apud papam plurimam querimoniam fundens, ac apud eum pro absolutione admodum laborans. Quo conquerente, Richerus redit, ac sedem vacuam iussus ab rege ingreditur.

*fol. 9. 921.

26. His ita sese habentibus rex ad interiores Belgicae partes iter retorquet; ibique ob multas rerum quae emerserant causas, regio decreto et metropolitani iussu, sinodus[23] apud Trosleium habenda indicitur. Cui sinodo, domnus Heriveus praesedit, rege quoque ibidem praesidente. Ubi quamplurimis quae utillima visa sunt determinatis, regis interventu et omnium episcoporum qui sinodo interfuere consensu domnus Heriveus metropolitanus Erlebaldum praedictum Castricensium comitem a vinculo excommunicationis[p] absolvit. Ibi etiam Rodulfo Laudunensium epis opo defuncto, Ade-

*) tio, ensium, ani, um *abscisa*. **) R, ad He *abscisa*. l) gisleberti 1. a) belgica 1. b) heinrico 1. c) o. crebro *deletum*. d) s. at frequentatum et commune *deleta*. e) belgicorum 1. f) 2a *additum*. g) i. siue incauto tibi nescio siue malum cupienti 1. h) cupit 1. i) belgicam 1. k) D. tuum 1. l) gislebertus 1. m) *manu* 2. n) apud 1. o) impetebatur *corr.* insectabatur. p) ex *abscisum*.

23) de sqq. cf. Flodoardum a. 921.

921. Ielmum eiusdem urbis thesaurarium multo episcoporum consensu ab rege donatum sollempniter ordinat.

27. His prospere et utiliter gestis, rex superiora Belgicae repetit, aliqua suorum ibi ordinaturus. In Richuinum comitem fertur, eo quod et ipse desertor, Rotberti partes tuebatur. Eius ergo oppidis obsidionem adhibet, vehementi expugnatione infestans. At ille equitatum intolerabilem advertens, iure obsidum victus ad regem redit. Rex victum excipiens, animum ab ira mitigat[a] ac eum in gratiam resumit.

28. Dum haec gerebantur, Rotbertus Celticae Galliae dux piratas acriter impetebat. Irruperant enim duce Rollone filio Catilli intra Neustriam repentini. Iamque Ligerim classe transmiserant; ac finibus illius indemnes potiebantur. Ibant passim palantes, atque cum vehementibus manubiis ad classem sese referebant. Dux vero ex tota Neustria copias collegerat; plures quoque ex Aquitania accersiverat. Aderant etiam ab rege missae quatuor cohortes ex Belgica, quibus et Richuinus praedictus praeerat. Aquitanorum vero legiones Dalmatius curabat. Neustrios vero ipse dux Rotbertus disponebat. Sicque totus ducis exercitus in quadraginta milibus equitum consistebat. Dalmatium ergo cum Aquitanis in prima fronte constituit; dein Belgas[b], at Neustrios subsidiis locat. Ipse etiam dux legiones circumiens praecipuos quosque nomine vocans hortatur, ut suae virtutis ac nobilitatis plurimum meminerint; pro patria, pro vita, pro libertate certandum asserens. De morte non sollicitandum cum ea omnibus incerta sit. Si vero fugiant, eis nihil ab hostibus esse relinquendum. His et aliis quam plurimis, militum animos incendebat. Quibus dictis dux in locum ubi praelium erat gerendum, instructos ordines deducit.

fol. 9′ 29. Nec minus et hostium exercitus contra hos rem militarem multa audatia ordinabant. Quorum exercitus in quinquaginta milibus armatorum consistens, ordinatim obvenientibus procedit. Rotbertus dux vim belli maximam imminere advertens, cum mille robustis ex Neustria, Dalmatio in prima fronte sese assotiat. Procedit itaque cum Dalmatio et Aquitanis[c]. At piratarum legiones longo sese ordine protenderant[d], ipsumque ordinem ad hostes excipiendos curvaverant scemate lunae quae in augmento[e] est, ut dum multo fervore hostes ruerent, exercitus circulatione exciperentur. Sic etiam ab iis qui in cornu utroque persisterent, a tergo appetiti, more pecudum sternerentur.

30. His ergo in utraque parte paratis, uterque exercitus[f] signis collatis congreditur. Rotbertus cum Neustriis, Dalmatius cum Aquitanis legiones piratarum penetrant, statimque ab iis qui in cornibus erant, a tergo impetuntur. Mox quoque et[g] Belgae inprovisi prosequuntur, atque piratas qui a tergo suos premebant, immani cede sternunt[h]. Neustrii quoque atrocissime instant. In qua commixtione, cum Aquitani piratis circumdati, multo conamine eos quos impellebant in fugam cogerent, ii qui in cornibus perstiterant, a Belgis hinc premebantur, inde vero ab Aquitanis conversis letaliter urgebantur. Superati itaque arma deponunt, ac multis clamoribus pro vita supplicant. Rotbertus itaque tantae caedi parcere petit, ac instat ut eruantur. Vix quoque ab caede quievit exercitus, multo prosperioris fortunae incitatus successu. Sedato vero tumulto, qui inter eos potiores videbantur, a duce capti sunt, reliqui vero sub iure obsidum ad classem redire permittuntur.

31. Patrata ergo victoria, exercituque soluto, Rotbertus captos Parisii deponit. Hos percunctans[i] an christiani[i] essent, nullum eorum[i] quicquam religionis[i] huiusmodi[i] attigisse[i] comperit. Misso itaque ad[i] eos instruendos[i] reverendo presbitero[i] et monacho Martino[i], ad fidem Christi[i] conversi sunt. Qui[i] vero ad classem[i] redierant, alii[i] eorum christiani[i], alii pagani[i] mixtim inventi sunt. Et hi quoque per praedictum virum instructi, receptis a duce opsidibus[k] quos dederant, ad salutaria sacramenta deducti sunt.

32. Et cum de baptisterio ageretur, Wittoni Rhodomensium metropolitano eis[l] praedicandum a duce committitur. Witto vero non se solo contentus, Heriveo Remensi epistolam

a) a . . ira mitig . . *codex.* b) b. duce gisleberto ordinat. inde n. 1. c) a. frontibus maforto signatis. At 1. d) profenderant *cod.* e) quae quinta est 1. f) e. cum maximo clamore signis infestis 1. g) et gislebertus cum belgis inprovisus prosequitur 1. h) sternit 1. i) t, n, e, l, h, g, s, d, presbite, M, Christ, Q, sem, s, i, ni *ex coniectura.* k) hospitibus 1. l) *vox obscura.*

dirigit, per quam ab eo querit, quo ordine, qua ratione, gens ante perfida aecclesiae 921.
sotianda sit. Heriveus vero metropolitanus multa diligentia haec disponere cupiens, conventum episcoporum fieri iubet, ut multorum rationibus res idonee distribueretur.

33. Et die constituta, sinodus habita est. In qua primum de pace et religione sanctae Dei aecclesiae, statuque regni Francorum salubriter ac competenter tractatum est, post vero de piratarum mitigatione atque conversione uberrime agitatum. Decretum quoque de eodem ab ipsa Divinitate rationem quaerendam, ieiunandum etiam ab omnibus triduo. Domno vero papae id esse suggerendum, ut invocata per ieiunium Divinitate, et domno papa humiliter consulto, efficatius res ordinaretur. Revolutis itaque patrum decretis, reverendus metropolitanus Heriveus 24 capitula in volumine ordinavit, rationabiliter ac utiliter digesta, et qualiter rudes in fide habendi sunt continentia. Quae omnia venerabili Rodomensi Witoni delegavit. *Ille vero excipiens, utiliter[a] sumptum negotium consummavit. *fol. 10.

34. Hac[24] etiam tempestate Ragenerus, vir consularis[b] et nobilis cognomento Collo-longus, cuius etiam obitus multam rei publicae in Belgica intulit labem, communi corporis valitudine tactus et oppressus, finem vitae apud Marsnam palatium accepit. Cuius exequiis Karolus rex interfuisse dicitur, ac oculos lacrimis suffusus dixisse: *O* inquiens *ex alto humilem, ex amplo artissimum!* altero personam, altero monumentum significans. Peractisque exsequiis, Gisleberto eius filio, iam facto iuveni, paternum honorem, coram principibus qui confluxerant liberalissime accommodat.

35. Hic cum esset clarissimo genere inclitus, et Heinrici Saxoniae ducis filiae Gerbergae coniugio[c] nimium felix, in nimiam prae insolentia temeritatem praeceps ferebatur; in disciplina militari ex audatia nimius, adeo ut quodcumque inevincibile, appetere non metueret; corpore mediocri et denso, duroque membrorum robore, cervice inflexibili, oculis infestis atque inquietis sicque mobilibus, ut eorum color nemini ad plenum innotuerit; pedibus omnino inpatientibus; mente levi. Oratio eius, ambigua ratione consistens, interrogatio fallens, responsio anceps; orationis partes, raro dilucidae sibi cohaerebant; suis adeo profusus, aliena enorniter sitiens; maioribus ac sibi aequalibus coram favens, occulte vero invidens; rerum confusione ac mutua dissidentium insectatione plurimum gaudens.

36. Talis itaque in regem nimia animositate ferebatur. Meditabatur quoque regis abiectionem admodum, ac plurimum id pertractabat apud eos qui in Belgica potiores videbantur, non quidem Rotberto, sed sibi regnum affectans; sua quoque principibus pene omnia distribuens. Et maiores quidem praediis et aedibus egregiis inclite donabat, mediocres autem auri et argenti talentis efficaciter illiciebat. Fit itaque multorum ex Belgica cum eo consensus. Sed hoc satis inprovide ac inconsulte. Nam licet ob magna beneficia comparatos sibi attraxisset, non tamen ex iureiurando ad patrandum facinus sibi annexuit. Leviter ergo attracti, leviter post dissociati fuere.

37. Nam cum Karolus hoc audito a Celtica cum exercitu rediret, Belgisque bellum inferre pararet, Belgae mox non in aperto cum Gisleberto resistere nisi sunt, sed oppidis ac municipiis[d] sese recludunt. Rex vero singulis qui ab se defecerant legatos dirigit, per quos significabat, sese regali atque sollemni donatione largiturum, quicquid eis ab Gisleberto praediorum et aedium collatum est, sese quoque contra Gislebertum pro eis certaturum, si is eis ex collatis beneficiis quicquam repetere velit. Quo capti, mox iure sacramenti ad regem redeunt, habitisque rationibus quicquid beneficiorum ab Gisleberto eis collatum fuit, regali largitate firmissime unicuique donatur. Unde et a Gisleberto recedentes, regi constantissime resociantur, ac cum eo in Gislebertum feruntur.

38. Gislebertus vero in oppido Harburc[25], quod hinc Mosa et inde Gullo fluviis vallatur, a fronte vero immani hiatu, multoque horrore veprium defensum est, cum paucis claudebatur. Huc rex cum exercitu properat, locatque obsidionem, hinc et

a) efficacissime atque utiliter 1. b) u. c. *codex.* c) matrimonio 1. d) munitionibus 1.

24) Capp. 34 — 40. Ekkehardus Uraug. in historia Heinrici excerpsit.

25) hodie vicus Geul in loco indicato, in dextra Mosae, ubi Geul (Gulia SS. 1. 603) eam influit, infra Traiectum, situs est.

921. inde navalem, a fronte vero equestrem. In cuius expugnatione cum persisteret, Gislebertus [a] navali fuga dilabitur. Oppidani vero capti, in regis deveniunt iussionem. Gislebertus autem cum duobus clientulis, paterna hereditate privatus, Rhenum exulaturus pertransit. Ibique per annos aliquot apud Heinricum socerum deceptus exulat. Evoluto autem aliquot annorum tempore, Heinricus apud regem suasorie egit, ut Gislebertus revocaretur, ac in regis gratiam resumeretur, ea vero rerum conditione, ut regis sententia ex collatis beneficiis intemerata, Gislebertus ea tantum regali clementia reciperet, quorum possessores per tot sui exilii tempora iam obierant.

'fol. 10' 922. 39. 'Ab exilio itaque revocatus, regis gratiam per Heinricum meretur, ea tamen ut dictum est conditione, ut a beneficiis quae insolenter diduxerat, quandiu possessores viverent careat; ea vero quorum possessores per annos aliquot obierant, regis miseratione repetat. Recipit itaque quae a defunctis quidem derelicta vacabant, maximam [27] suarum rerum partem, Traiectum, Iuppilam, Harstalium, Marsnam, Littam[27], Capraemontem. Quibus habitis, Karolus rex in Celticam redit, Nortmannis qui extremos Galliarum fines locis maritimis infestabant, copias inferre parans. Heinrico vero trans Rhenum contra Sarmatas profecto, Gislebertus per suos immaniter vexabat et atterebat eos qui ab rege sua data obtinebant. Alios clandestina invasione enecans, alios incessanter ut sua relinquant adurgens, tandem evincit, suisque omnibus potitur, truculentius exinde in regem machinans. Socerum itaque adit, eique ab rege dissuadet, Celticam solam regi posse sufficere asserens, Belgicam vero atque Germaniam rege alio plurimum indigere. Unde et, ut ipse in regnum coronari non abnueret, multis suasionibus permovebat. Heinricus vero cum nefanda eum suadere adverteret, dictis suadentis admodum restitit, et ut quiesceret ab illicitis, multis amplificationibus agitabat.

40. Et Gislebertus quidem cum apud socerum non proficeret, ut [a] regnum sibi [a] parare posset [a], in Celticam secedit ac transit in Neustriam; sicque cum Rotberto duce de eodem negotio consilium confert, suadens ei de regni susceptione, ac Karoli abiectione. Exultat tirannus, et tiranno absque mora favet. Deliberant itaque ambo, et post pro [b] perpetrandis fidem sacramento [b] confirmant [c].

41. Tempore vero constituto, cum rex Tungros redisset, ibique privatus resideret, urbem Suessonicam Rotbertus ingreditur. Apud quem ex tota Celtica primates collecti, qua ratione regem abiciant, constantissime consultant. Nec defuit Gislebertus ab Belgica, qui mox absque deliberatione Rotbertum regem creandum perstrepe-
Iun. 29. bat. Communi ergo omnium qui aderant decreto, Rotbertus eligitur; ac multo ambitionis elatu Remos deductus, in basilica sancti Remigii rex creatur. A cuius coronatione peracto triduo, Heriveus Remorum metropolitanus diutina egritudine vexatus,
Iul. 2 interiit. Qui si eodem tempore valuisset, tanto facinori oportunitas non patuisset. Cui etiam mox succedit donatus ab Rotberto [e] Seulfus, qui tunc urbis eiusdem officio
'fol. 11. fungebatur [d] 'archidiaconatus; vir strenuus [e], multaque rerum scientia inclitus.

923. 42. Interea Karolus a Gallis praeter paucissimos Belgarum desertum sese comperiens, apud praecipuos eorum qui a se non defecerant, plurimam de suo infortunio agitabat querelam. Miseriorem sese inquiens si hac urgeatur calamitate, quam si oculos claudat suprema morte, cum illa dolores augescant, ista demantur [f]. Carius

a') G. clam per murum dilapsus fluvium enatando transmeavit, et cum duobus clientibus Rhenum exulaturus pertransiens, annis aliquot apud socerum suum Heinricum patrimonio privatus exulavit. Oppidani autem absque duce relicti, se subdiderant regi. *Ekkeh. Ur.* a) u, sib, p *ex coniect.* b') ex 1. b) sacramentis 1. c') c. Et post haec Gislebertus in Belgicam redit muncipia militibus copiis sufficientibus implens, in regem omnia ordinans; sicubi rudera aditum faciebant, firmioribus claustris reaedificans. Ratus uero milites a sese deficere posse, si iureiurando sibi eos non annecteret, fidem ab omnibus eorum iureiurando sed et obsides quos vult accipit, eosque in oppido Harburc quod pene inexpugnabile uidebatur deputatos recludit, in regem omnia palam ordinans. [His rex permotus *delet.*] Nec minus [ea socero *del.*] id. optinuit, ut quaecumque ipse in regem machinaretur, ea socero iniuriae non essent, maxime ob id quod Sarmatarum infestatione ipse admodum pressus, alienis negotiis utiliter interesse non posset. His ergo rex in Celtica permotus, Belgicam impetit. At Gislebertus utpote qui fidem abruperat, ad regem non solum uenire contempsit, uerum pecuniis atque rerum pollicitationibus ab rege quoscumque poterat subtrahebat. Et rex quidem cum patienter haec ad tempus toleranda non ignoraret, Tungris cum iis qui secum ex Celtica aduenerant absque tumultu. residebat; lenius fieri asserens quicquid per pacientiam toleratur: ad odium quoque sese esse hostium recognoscens, cum a Rotberto hinc in Celtica, ab Gisleberto uero inde in Belgica urgeretur. Et Rotbertus quidem de regis abiectione suique pronectione adeo laborabat, idque apud principes sic obtinuit, ut contra regem cum eo fere omnes crudelissime coniurarent. Et tempore *deleta.* c) rege 1. d) ebatur *ex coniect.* e) liberalis ac st. 1. f) demantur. Vix etiam spem aliquam sibi relictam cum a tiranno totum pervasum sit. potestas dominandi et libertas habendi 1. g) Belgarum magnates 1.

27) cf. Gerbergae reginae donationem per S. Remigio Remensi a. 968 Febr. 12. Bouquet IX. 666.

quoque sibi ferro occidi, quam regno a pervasore privari. Post regni enim privationem, solummodo superesse in exilium deportationem. In quo etiam ab iis quos summo semper habuit amore, apud quos diutius conversatus sit, quibus quoque nihil umquam mali molitus fuerit, debere sese suffragia accipere memorabat. 923.

43. Ad haec sui[a]: *Pernitiosum est* inquiunt *ô rex iuratis a domino deficere, sceleratissimum vero contra dominum stare. Si de desertore ac transfugis agitur, horumque nominum si advertatur interpretatio, quicquid moliti sunt, praeter ius est et equum. Unde et sine dubio si pugnae necessitas eos adurgeat, divinitatis ultionem non evadent. Id vero certissime noveris, nullo modo regnum a te repetendum, nisi bello ipsum aggrediaris tirannum. Regnum ereptum non irrumpes nisi ferro viam violenter aperias. Et quia iam nunc res pugnam suadet, sacramento fides adhibenda est, ut nobis iuratis, res in ambiguo non sit. Dein saltem quinquaginta eligendi sunt, qui certissime tirannum appetant, vimque ei inferant, ut cum belli violentia alios inaltos exagitaverit, isti tiranno tantum laborent, inventumque transfigant. Quid enim proderit omnes interfici, et malorum causam reservari?* Et decreto communi in Rotbertum coniurant.

44. Mox quoque et regio iussu accersiuntur ex Belgica, quicumque ab rege non defecisse videbantur. Quorum collectorum numerus, ut fertur vix in decem[a] milibus putabatur. Et tamen in quantum perspici valuit, nullus militiae[b] ineptus admissus est. Omnes corpore valentes, et non inertes pugnae. Omnes quoque in tirannum unanimes. His rex circumseptus, per Condrucium Hasbaniumque procedit in hostem. Ereptumque regnum irrumpens, sedem regiam Atiniacum pridem suam ingreditur. Ibique aliquantisper reparato exercitu, in adversarium fertur[c].

45. [*]Factus vero tiranno propior, exercitum ad congressum ordinat, sex milia robustorum praemittens. Quibus etiam virum consularem[d. 28] nomine Fulbertum ducem constituit. Se ipsum vero quatuor[e] milibus circumseptum, labentibus primis subventurum deputat. Postquam autem per singulas legiones discurrens, praecipuos quosque[f] multum diuque ad vim belli hortatus est, instructos ordines plurimis suasionibus incitans, ad locum ubi congrediendum erat, deducit. Axonam vero fluvium transmeans, ad urbem Suessonicam tendit. Ibi etenim tirannus copias collegerat. Cuius quoque exercitus in viginti milibus consistebat. Cum ergo Karolus rex bello prudentia intenderet, instinctu episcoporum aliorumque religiosorum virorum qui sibi assistebant actum est, ut ipse rex bellum non ingrederetur, ne forte in rerum confusione regalis stirps eo lapso consumeretur. Id etiam duces et milites coegerunt. Ab omnibus ergo coactus, quatuor[g] milibus quibus ipse circumseptus incedebat, virum consularem[h] Hagraldum praeficit. Hortatur vero plurimum, ut Dei tantum auxilium implorent; nihil eis metuendum, nihil de victoria diffidendum memorans. Regni quoque pervasorem[i] vix uno momento duraturum asserebat: *Cum* inquiens *Deus huiusmodi abhominetur, et apud eum nullus superbiae locus sit, quomodo stabit quem ipse non munit? quomodo resurget, quem ipse praecipitat[k]?* Et post haec cum episcopis virisque religiosis qui aderant, montem loco oppositum conscendit, ubi etiam est basilica beatae Genovefae virginis dedicata, eventum belli inde experturus. Interea iunctim procedit exercitus et magnanimus gradive in hostem accelerat. Procedit quoque tirannus, animo non imp r, at legionibus potior. [*]fol. 11'. 28 Iun. 15.

46. Quibus utrimque visis comminus, cum maximo clamore utrique exercitus signis infestis concurrunt. Congressique, innumeri hinc inde corruunt. Et Rotbertus quidem rex cum in certamine ignotus esset, et hinc inde feriendo toto campo fureret, a coniuratis conspectus, an ipse esset interrogatur. At ille intrepidus, mox barbam obvelatam detegit[l], seseque esse monstrat[m], multa vi in Fulbertum [*]comitem ferrum vibrans. Ille vero loetali ictu accepto[n], ab eo in dextram obliquatur. Et sic per loricae manicam lancea eum in latere gravissimo ictu sauciat, necnon et per epar atque pulmonem et sinistri lateris ypocundriam ferrum usque in clipeum transigit[o], et circumseptus ab aliis, septem lanceis confossus praecipitatus corruit, diriguitque; Bellum inter Karolum et Rotbertum, eiusque f ga. [*]fol. 12.

a) quinque *corr.* VI. *corr.* X. *codex.* b) pugnae 1. c) f. Axonam vero fluvium transmeans in urbem Suessonicam tendit. ibi etenim tirannus exercitum collegerat *postea deleta.* d) u. c. *codex.* e) duobus 1. f) quosque de militia et famae gloria. priorumque nobilitate. et filiorum utilitate multum d. h. est 1. g) duobus 1. h) u. c. *codex.* i) Tirannum 1. k) non erigit 1. l) a lorica extraxit 1. m) monstrauit 1. n) vero clipeo ictum excipiens 1. o) transigit. Irruunt et circumquaque coniurati. A quibus rotbertus circumseptus. septem 1.

28) *i. e.* comitem; v. infra c. 46.

923. multoque Fulbertus mox exhaustus sanguine et intercertans, mortuus cecidit. Interempto vero Rotberto, tanta vi caedis uterque deseviit exercitus, ut in parte eius[a] undecim milia, in parte vero Karoli septem milia centum duodeviginti a Flodoardo presbitero ferro interiisse descriptum sit[29]. Et iam quidem Karoli victoria videbatur, eo quod tiranno occiso, qui illius fuerant in fugam ferebantur; cum ecce Hugo Rotberti filius vix adhuc pubescens in praelium ab Heriberto deducitur, succurritque labentibus. Et licet cum copiis advenerit, tamen utpote qui patre[e] amisso omnes suspectos habebat, nulloque duce fretus erat, a belli violentia quievit. Illud tantum memorabile fuisse refertur[b], quod nullo resistente locum belli occupavit, et aliquantisper in eo stetit, acsi manubias hostium direpturus. Unde et sibi victor videbatur[c]. Karolus vero ob necem tiranni victoria potiri sese putabat. Quapropter et anceps victoria fuit, cum Celtae[d] desertores regem extinctum amiserint, Karolus vero nihil spoliorum attigerit. Neutrum[e] illorum spolia diripuisse[e] contigit[e]. Cuius rei oportunitas[e] cum Karolo[e] non defuisset, nulla tamen[e] ductus cupiditate[e] rem penitus[f] vitavit. Nam transfugis[g] plurimum diffidens, utpote qui maximam exercitus partem amiserat, mox iter sine spoliis in Belgicam[h] retorsit, post[i] truculentius redire
(922). disponens. Hac tempestate terrae motus in pago Camaracensi factus est, ex quo domus nonnullae subversae sunt. Unde et rerum calamitas adverti potuit, cum regni princeps praeter ius captus, et in carcerem usque in diem vitae suae supremum detrusus sit. Nam cum rem militarem disponeret, et exercitum copiosiorem Galliis inferre pararet, Gallisque inde timor multus incuteretur, mitiore animo ferebantur. Quod Karolus rex subintelligens, per legatos revocare eos nitebatur, multisque rationibus eis id suadere querebat. Nortmannis quoque usque ad effectum suasit, adeo ut regi fidem spondere, eique ut iuberet militare vellent. Qui cum regi militaturi occurrere pararent, a Gallis intercurrentibus inhibiti sunt. Unde et eorum suppetiis rex privatus est.

Rodulfi[e] regis promotio[e] ac Karoli[e] captio.

47. Galli a pertinatia nullatenus quiescentes, Rodulfum Richardi Burgundionis filium accitum, apud urbem Suessonicam, eo licet satis reclamante, regem sibi praefecerunt, virum strenuum, ac litteris liberalibus non mediocriter instructum. Quod
Iul. 13. Heribertus tantorum malorum incentor sese velle dissimulans, Karolum regem per legatos accersit, tantis flagiciis se reniti voluisse mandans, sed coniuratorum a multitudine vehementissime suppressum; tunc nullum consilii locum patuisse, nunc vero remedii partem optimam sese repperisse. Unde et maturius accedat, quo ei ipse obvenire valeat; cum paucis tamen, ne si cum multis adveniant, dissidentium animositate in bellum cogantur. Et pro itineris securitate si sibi placeat, ab ipsis legatis iurisiurandi fidem accipiat. Rex horum credulus, ab legatis iusiurandum pro fide accepit, ac sine suorum deliberatione proditori obvenire non distulit. Et proditor dolos dissimulans, cum paucis aeque obvenit. Datisque osculis excepti, familiaribus
[f] fol. 12'. colloquiis cousi sunt. Et inter loquendum [f]cohortem armatorum ab abditis evocat, regique incauto inducit. Qui multitudini reniti non valens, a cohorte captus est; aliquibus cum eo captis, quibusdam etiam interemptis, reliquis quoque fugatis. Duc-
30 tusque Peronam, carcerali custodiae deputatur. Germani[30] rege amisso, in diversa feruntur. Quorum alii de reditu domini elaborant, alii vero a spe deiecti, Rodulfo regi favent, nec tamen in eius fidem penitus concedunt. Quorum priores exspectatione diutina domini libertatem opperientes, Heribertum proditorem de fidei violatione sepe convenerunt, ac inde plurimum apud male conscios conquesti sunt. Quibus persuadere non valentes, de periurii reatu nihil ruboris incusserunt, cum ira Dei eis immineret.

Exactio[e] pecuniae[e] publicae[e] piratis dandae.

48. Haec dum agerentur pyratae[k] Gallias irruperunt, pecudum armentorumque abductione, multarumque opum exhaustu, cum plurimorum captivitate terram depopulantes. Quorum impetum rex dolens, suorum usus consilio exactionem pecuniae
924. collatitiae fieri exactoribus indixit, quae hostibus in pacis pacto conferretur. Et collata, ad votum commune paciscuntur, atque in sua concedunt. Rex vero licet merens ad alia se contulit. Exercitum itaque in Aquitaniam adversus eius principem

*) i, otio, i *ex coniectura.* **) E, e, e *ex coniect.* a*) rotberti 1. a) rege 1. b) referuntur cod. *negligentia scriptoris qui pluralem numerum in hac tantum voce et in ultima sententia non correxit.* c) victores uidebantur *cod.* d) galli 1. e) m, uis, it, o, arolo, sset, men, idi *ex coniectura.* f) pnitu: *cod.* g) gallis 1. h) germaniam 1. i) r. in Gallias 1. 1. k) nortmanni 1. 29) Hoc nec in Ann. nec in Hist. Rem. factum est. 30) *i. e.* Belgae.

Wilelmum parat, eo quod subdi sibi contempneret. Et tempore oportuno cum exercitu super Ligerim affuit. At Wilelmus militum copiam non patiens, obruenti per legatos occurrit[a]. Illisque fluvio interfluente, in legatorum suasionibus dies tota consumpta est. Tandem die altera fidem utrimque pacti, a se discesserunt. 924.

49. Rex inde regressus, febre acuta apud urbem Senonicam corripitur. Qui cum die cretica convaluisset, vi recidiva rursus opprimitur. Ac de salute desperans, Remos ad sanctum Remigium sese deferri fecit. Cui dona plurima largitus, elapso mense utiliter convaluit, urbemque Suessonicam alia curaturus expetiit. Ubi cum apud principes rem publicam consuleret, legati adsistunt, qui pyratas[b] fide violata interiores Burgundiae[c] partes irrupisse asserunt; congressosque cum Manasse ac Varnero comitibus, Iozselmo atque Ansegiso episcopis, adeo defecisse, ut eorum 960 apud montem Calaum sternerentur, nonnulli capti tenerentur; reliqua vero minorum manus, lapsa profugio sit; Warnerus vero equo occiso, quo vectus ferebatur, decem vulneribus perfossus interierit. His rex motus, diem alteram in partibus deliberationis totam consumpsit. Et die tertia, edicto regio tirones ex citeriori Gallia intra dies quindecim collegit. Collectosque cum aliquot magnatibus super fluvium Sequanam adversariis inducit. At pyratae[d] renisuri obvenientes, a Gallis in sua castra redire coacti sunt. Galli fugientes insecuti, castris ignem inmittunt, congressique vehementi conamine, victos sternunt. At alii fuga pedestri, alii profugio navali elapsi sunt, alii cum castris succensi, alii ferro ad tria milia interfecti sunt. Quos[31] vero fuga exagitavit, post collecti, quodam suo oppido secus mare sito collecti sunt. Cui etiam Augae nomen erat. Congressus[*] Rodulfi[*] regis cum piratis[*], eorumque fasio[*]. 925. 31

50. Quorum princeps Rollo sufficientibus copiis oppidum implens, bello sese manifeste paravit. Rex inde digressus, exercitum provocanti infert, congredi non differrens. Oppidum aggressus est. Et obsidione disposita, vallum quo cingebatur, irrumpit. Atque sic tirones peribolum[32] conscendentes, adversarios pervadunt. Oppidoque potiti[*], mares omnes trucidant. Feminis intactis parcunt. Oppidum diruunt atque comburunt. Cuius incendiis aere densato ac denigrato, in tetra caligine nonnulli evadentes, finitimam[f] [*]quandam occupant insulam. Quos sine dilatione exercitus aggressus appetit, ac navali pugna victos opprimit. Piratae vitae spem amittentes, alii sese fluctibus inmergunt ac enecantur, alii enatantes ab observatoribus iugulati sunt, alii nimia formidine tacti telis propriis sese appetunt. Et sic omnibus ademptis praedaque direpta non modica, rex Belvacum rediit, ibique resedit. Rollonis pyratae interitus suorumque ruina. [*]fol. 13.

51. Inde audito Atrabatensium regionem a piratis aliis vexari, assumpto exercitu ab his qui loca maritima incolebant, repentinus in eos fertur. Piratae comminus congredi non ferentes, ab exercitu cedere coacti sunt. Ac coartati, saltu quodam vitam tueri nitebantur. At exercitus circumquaque eos obsidens, adeo urgebat. Illi vero noctu eruptione facta, in castra regis feruntur. Et circumvallante exercitu penitus inclusi, miserabili fortunae succubuere. Octo namque eorum milia[33], ibi cesa referuntur. Quo tumultu rex inter humeros[g] sauciatus, Hildegaudus vero, clarissimi generis comes, interemptus est; aliique nonnulli nec tamen aliquo nomine clari. Rex victoria potitus, Laudunum rediit. Item piratarum[**] interitus[**]. 926. 33

52. Tunc etiam luna quartadecima terrae obiectu obscurata, visibus intuentium defecit. Acies quoque igneae Remis in celo visae sunt. Quibus praesagientibus signis, febrium ac tussicularum morbus e vestigio irrepsit. Unde nonnulli loetaliter affecti, occubuere. Cum his quoque et litium tumultuatio inter regem ac Heribertum qui Karolum sub custodia detinebat, non modica subsecuta atque exagitata[h] est, eo quod Heribertus ab rege nimia expetebat, rex vero utpote insatiabili, nihil accommodabat. Lunae defectio[*]. 927.

53. Regi ergo minas Heribertus intendens, Karolum regem a carcere eductum in pagum Veromandensem deduxit, non ut regno fidelis eum restitueret, at ut ex Karolus[**] liberatur[**] ab Heriberto[**].

[*]) Co, R, r, f *ex coniect.* [**]) ira, inte *ex coniect.* [*]) de, io *ex coniect.* [**]) rolus, eratur ab, berto *ex coniect.*

a) o. dolose tamen 1. b) nortmannos 1. c) galliarum 1. d) nortmanni 1. e) p. Rollonem oculis effossis suggillant *hanc iam, linea subducta, deleta sunt.* f) *vox repetitur fol.* 13. g) rex a tergo sauciatus 1. h) modica exorta est 1.

31) Superiora a narratione Flodoardi valde diversa, nec quae hic narrantur eidem congruere, lector animadvertet. 32) murum esse, Flodoardus ostendit. 33) mille et centum *Flodoardus.*

927. eius eductione aliquam suspectis formidinem incuteret. Nortmannis itaque accersitis atque apud oppidum Augam collectis, eum[a] deducit; ibique filius Rollonis pyratae, de cuius interfectione iam relatum est, regis manibus sese militaturum committit, fidemque spondet, ac sacramento firmat.

928. Sententia[*] papae in[*] Rodulfum[*] petita, ab Heriberto[*] reiecta[*].

54. Exinde Heribertus Rodulfo regi invidens, admodum insidiabatur. Unde et cum Karolo Remos deveniens, pro eo Romam legatos dirigit, ac Iohanni papae epistolam mittit, per quam significabat, contra Karolum nec sese coniurasse, nec coniurationis conscium fuisse, coniuratis tantum invitum cessisse. Unde et se velle plurimum, ut Karolus regno restituatur, qui innocens sine causa abiectus sit. Nec solum se in hac esse sententia, at optimorum quosque[b] praeter hos qui donis multiplicibus corrupti sint[b*]. Quapropter et ipse auctoritate apostolica regno restitui regem abiectum iubeat; quicumque eius praecepto refragari nisus fuerit, anathemate perpetuae maledictionis condempnet; ac pro hac re episcopis atque principibus Galliarum et Germaniae epistolam dirigat, continentem et bonorum benedictionem, et contradictorum maledictionem. Legati ergo Romam properant negotium[c] peracturi, sed consumpto itineris labore, nihil mandatorum peragunt. Namque a praefecto captus papa, eo quod a se plurimum dissideret, ab eo carcerali custodia detinebatur. Unde et sine legationis effectu digressi, in Gallias remearunt. Heribertus vero ad alia sese conferens, apud Hugonem[d] Rotberti filium de fide inter sese habenda adeo satagebat. Quem et suasionibus efficaciter allicuit, ac fide pacti sibi annexuit. Hugonis itaque efficatia
fol. 13′. persuasus, ad Rodulfum redit, eique reconciliatus aliquandiu hesit. Cuius in multa gratia susceptus, ut se fidelitatis exsecutorem monstraret, Karolum mox Peronae in carcerem retrusit.

Heribertus[**] a rege[**] Remense[**] episcopium accepit[**].

55. Unde et ab rege donari petens, episcopium Remense sub optentu filii sui adhuc pueri ab eo accepit. Nam et tunc hac vita divae[e] memoriae Seulfus metropolitanus decesserat. At quia aetas tenerior puerum sacris officiis prohibebat, Odelrico cuidam, ab Aquensi episcopio pyratarum insectatione pulso, pro eo ministrare concessum est. Cui etiam abbatiam sancti Timothei martiris ad usus proprios attribuit, et insuper canonicorum victum simul impertivit. Rodulfus interea rex quanta foret aequitas suae vitae demonstrare cupiens, ad Karolum ubi servabatur accessit. Apud quem multa de eius miseriis conquestus, sermone multiplici si offenderat suppliciter veniam postulabat. Et quoniam suscepti regiminis apicem penitus amittere non valebat, quod ratio conferebat ei restituit, sedes videlicet regias, hoc est Attiniacum et Pontionem; sicque Suessionum remeavit.

Karoli obitus. 929. Oct. 7.

56. Karolus post haec tedio et angore deficiens, in machronosiam decidit. Humoribusque noxiis vexatus, post multum languorem vita privatus est. Rodulfus vero rex, pyratas Galliam Aquitanicam irrupisse per legatos comperiens, eamque hostiliter
930. debacchantes infestasse, vim inferre cogitabat.

Regis[*] ac pyratarum[*] conflictio[*], eorumque[*] fusio[*].

57. Edicto ergo regio omnibus qui de militari ordine valebant, acoitis ex Gallia Celtica, cum multis Belgarum, duodecim cohortes ordinat. Cum quibus iter arripiens, usque Lemovicas procedit. Ibique legionibus dispositis, cum pyratae regium aequitatum non sustinentes, profugio eripi niterentur, ab Aquitanorum legione repulsi sunt. Rex vero cum cohortibus prosecutus, gravi cede pene omnes fudit, paucis fuga lapsis. Suorum vero nonnulli sauciati, ex vulnere convaluere; aliqui etiam interfecti. Itaque factum est, ut Aquitani gratias regi reddentes, multa ei benivolentia subdi voluerint, ac iure sacramenti in fidem firmissimam concesserint. Quibus utiliter patratis, rex exercitum reduxit, procinctumque solvit.

Heriberti et[**] Hugonis dissensio.

58. Dum haec gererentur, inter Hugonem[f] et Heribertum de praelaturae dignitate lites agitantur. Efferatique sese praedis et incendiis graviter afficiunt. Rex in Heribertum indignans, eo quod perfidiae promtum esse cognosceret, Hugonis[g] partibus[g] stabat[g], unde[g] et Heriberti[g] oppidum[h] Donincum nomine, Hugone ascito aggressus expugnat, ac captum diruit. Nec minus et Atrabatum obsidione adhibita cepit,

*) ntem, papae in, dulfum, Heriberto reie *ex coniect.* **) Her, a r, mense, acc *ex coniect.* *) R, pyra, flic, que f *ex coniect.* **) Heriberti et *ex coniect.* a) Karolum 1. b) nonnullos 1. b*) st *codex.* c) negiū *deletum.* d) H. *codex.* e) piae 1. d. 2. f) Hᵉᵐ *cod.* g) Hugonis, pa, stab, un, He *ex coniect.* h) castrum 1.

civesque victos, ac iuratos sibi annexuit. Rex inde digressus, cum quietum sese arbitraretur, Heribertus Germanis qui Rheni litora incolunt eductis, in regem fertur, ac execrabili furore incendia rapinasque exercuit. Insuper et Hugonis oppidum quod secus torrentem Vitulam situm Braina dicitur, occupat, capit, ac diruit. 931.

59. Huius vero contumeliae causam rex se constituisse intelligens, eius potentiam minuere quaerebat. Remensibus ergo civibus legatos mittit, ac ut pontificem eligant praecipit. Quod etiam ni faciant, alium praeter eorum velle, eis sese impositurum mandat. At cives, regiae legationis mandatum excipientes, quid ipsi inde velint ac sentiant, per suos legatos referunt; sese videlicet regio iussu Heriberti filium licet adhuc puerum suscepisse, atque pontificem elegisse, inde etiam fidem ei iam factam accommodasse; quapropter inpossibile esse, ut fide inviolata, ab eo sic deficere possint. Rex partibus Heriberti cives favere intelligens, collecto exercitu, urbem repentinus aggreditur. Ingredique prohibitus, obsidionem applicat, ac urbanos resistentes fervidus adurget. Qui multa expugnatione vexati, tercia tandem ebdomada portas victi et supplices aperuere. Heriberti praeparatio* contra* regem.

60. Ingressusque urbem rex, post nonnulla disposita, collato cum suis consilio cives accersit[a]. Coramque sic contionatus ait: *Quantum* inquiens *caedis, quantum etiam rapinarum, res publica*[b] *factione malorum nuper passa sit, optime ut puto nostis. Non enim fieri potuit, ut tot malis ubique grassantibus, intacti penitusque immunes relinqueremini. Nam cum vestra necessaria sepe direpta, sepe combusta sint, eorum calamitatem tolerastis. Et non solum publica exterius, at hic privata bona intrinsecus a sevissimo exactore Heriberto, cotidie imminuuntur. Unde et vobis consulendum arbitror, ut pastorem vobis commodum conibentia communi eligatis, cum ille tiranni filius adhuc infantulus, vobis idoneus non sit, ac canonica auctoritas vacare aecclesiam pastore tanto tempore non permittat. Nec dedecoris quicquam in vos redundabit, cum militari violentia victos et captos, alia sequi necessitas vos adurgeat. Nec vos fateor tantum, quantum ego in hoc negotio oberravi. Itaque fecisse me penitet. Peniteat et vos vestrarum rerum dispendium perqgisse. Reducite in mentem, quanta vos calamitas affecerit. Considerate etiam, quanto secundarum rerum successu provehi possitis, si bono pastore regamini.* *fol. 14. Oratio Rodulfi regis ad** cives Remenses** prosesuasoria**.

61. Cives ab rege suasi, iussis regiis concedunt. Artoldus itaque monachus rege iubente ex coenobio sancti Remigii omnium consensu mox assumptus, per impositionem manuum episcoporum tempore constituto regali donatione consecratur episcopus. Qui prudenter ac strenue omnia gerens, satis suis profuit, atque ex bene factis, omnium et maxime suorum benivolentiam habuit. Electio Artoldi*.

62. Quae dum gererentur, Bovo Catalaunensium episcopus, fortuita peragratione a regiis stipatoribus captus, eoquod et ipse desertor ab rege defecerat, regi oblatus est. Qui apud regem, prodentibus sui facti consciis, convictus[c], ergastulo mancipatur. Quo peracto, a pernicie Heriberti non desistens, Hugone ascito, cum octo milibus Laudunum appetit. Ubi cum Heribertus multa obsidione urgeretur, egrediendi locum ab rege postulat, eo quod copias militum ciborumque sufficientes non haberet. Quo ab rege obtento, cum suis ab urbe exivit; uxorem in arce quam exstruxerat relinquens, cum copiis sese subventurum in proximo ratus. Rex vacuam urbem ingressus, dolosque penitus advertens, arcem diuturna expugnatione vexat, eamque circumquaque vallat, ac omnem egrediendi aditum obcludit; pugnam diutina congressione adhibens. At tanto certamine vires resistentium impares, armis depositis cedunt, ac pro vita supplicant. Tiranni vero uxor simul victa, pro se petitura, ad regem cum suis properat, arcem reddens, ac egrediendi tantum locum petens. Rex vero feminam retinere dedignans, cum suis digredi permisit, ac arcem exinde cum urbe obtinuit. Captio Bovonis** Catalaunici** episcopi Laudunique** castri**.

63. Ubi postquam urbi tuendae necessaria ordinavit[d], de episcopio etiam Noviomensi cui esset dandum deliberabat, cum tunc Ayrardus episcopus obisset. Nam 932.

*) Heriberti praepa, contra *ex coniect.* **) d, ses, ria *ex coniect.* *) i *absc.* **) bo, uni, Lau, castri *ex coniect.*
a) euocat 1. b) r. p. *cod.* c) c. rationabiliter convictus 1. d) Ubi cum rex urbi tuendae necessaria ordinaret. ac in praedicti tiranni labem alia apud Hugonem disponeret. ac de episcopio e. N. c. e. d. deliberaret *etc.* 1.

Interfectio* Adelelmi comitis* a quodam clerico* episcopium Noviomense* expetente* seducto*.

932. Walbertus Corbeiensium abbas ei succedere petebatur, vir strenuus ac liberalis, et cui totius honesti decus admodum placuit. Nec minus et praedictae urbis quidam clericus, ab rege sese fieri successorem postulabat, vir barbarus, manu atque audatia nimius, et cui solitum erat rerum alienarum surreptionibus laetari. *Hic ab rege civibusque abiectus, cor ad dolos convertit. Adelelmum itaque Atrabatensium comitem, cuius casus merorem multis incussit, seducturus petit, eius auxilium suppliciter petens, ac suum* pollicens; sese ab rege contemptum penitus supprimens: *Si* inquit *per te episcopatus dignitate potiar, per me efficaciter comitatus honorem consequeris. Quod etiam sic fieri valebit, si nocturnus urbis muros conscendas, et me interius procurante, tuos introducas. Ego etiam cum pluribus adero. Collectique in agmine, urbem pervademus. Itaque fiet, ut cives aut capiamus, aut propulsemus.* Horum Adelelmus credulus, dictis suadentis favet. Scelus ergo attemptaturus, urbem nocturnus cum ingentibus copiis petit. Clericus nulli in urbe male credulus, facinus patrandum in loco opperiebatur. Quo Adelelmus accedens, ab eo cum suis exceptus est. Densatique in unum tubis ac clamore, atque armorum strepitu, in noctis caligine urbem exturbant. Unde cives excitati, cum sese dolo pervasos advertissent, fuga ab hostibus erepti sunt. Nullus captus, eo quod hostes in unum iuncti, per urbem dispergi formidaverint. Unde et omnibus profugium patuit. Cives itaque abducti, a vicinis arma ac reliquas suppecias accipiunt, et die quinta magnanimes in urbem feruntur. Suburbani etiam feliciter subveniunt. Pugnam ergo promptissime adhibent. Adelelmus vero clericusque cum suis, acerrime renituntur. At vulgus qui in urbe remanserat, eisque fidem sacramento fecerat, fidem abrumpit, ac a tergo duriter eos cedit. Facti autem hostium medii, in aecclesiam fugere coacti sunt. Urbani vero ab interioribus recepti, Adelelmum ac clericum persequi non desistebant. Portisque aecclesiae concisis, hostes appetunt, ac secus altare utrosque cum pluribus aliis crudeliter trucidaverunt. Urbemque possidentes, sua recepere. Quibus patratis, ac legali repurgio aecclesia emundata, Walbertus Corbeiensis monachus et abbas, ab rege donatus, per metropolitanum Artoldum Noviomensium consecratur episcopus.

Aquitaniae** atque Vasconiae** principes** regi Rotberto militaturi** occurrunt**.

64. Interea Gothorum principes Ragenmundus et Ermingaudus super Ligerim fluvium regi obvenienti militatum occurrunt, eiusque manibus suas inserunt. Militiam spondent, ac inde fidem prout rex iubet concedunt. Rex inde digressus, in Aquitaniae exteriora se contulit. Quo etiam et Lupus Acinarius Vasco, qui equum ferebatur habere annorum plus quam centum et adhuc toto corpore validissimum, regi militaturus occurrit, ac provinciae procuratione reddita, rex liberaliter reddidit, atque a se principari concessit.

931. Turma malorum* prodigia.

65. Hac quoque tempestate, igneae Remis in caelo acies visae, et flammae sanguineae, quasi iacula aut serpentes, discurrere. Mox quoque subiit[b] et pestis, papulis erysipilatis innumeros enecans. Nec multo post et regis defectus subsecutus. Nam cum autumnali tempore melancolia in patientibus redundaret, cacocexia, quod Latini
935. malam corporis habitudinem dicunt, toto autumno detentus est. Victusque humoris
936. superfluitate, defecit, hominemque exivit[34]. In basilica sanctae Columbae virginis
Ian. 14. apud Senonas multa amicorum attritione, suorumque obsequio tumulatur. De regni amministratione nihil disposuit; at primatibus eam reliquit, eo quod filios non habuerit, qui regnorum rerum potirentur.

*fol. 15.

*INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Gallorum** deliberatio** de rege** creando*.

1. Post cuius exequias, principes in diversa ducebantur, finemque petebant varium. Galli namque Celtae cum Aquitanis, Hugonem Rotberti regis filium, Belgae vero Ludovicum Karoli sequebantur. Quorum neutri commoditas aderat regnandi, cum Hugo patrem ob insolentiam periisse reminiscebatur, et ob hoc regnare formidaret, et Ludovicus in partibus Anglicae moraretur, eo quod illuc delatus infans ad avunculum Adelstanum regem fuerit, ob Hugonis et Heriberti insectationem, eo quod ipsi patrem eius

*) ctio, comi, cteri, vio, peten, to *ex coniect.* **) Aquitaniae, co, pe, m, oc *ex coniect.* *) lo *abscis.* **) orum, rat, ge, do *ex coniect.* a) p. illi etiam s. p. l. b) subsecuta est l. 34) cf. Ann. S. Columbae. SS. I. 105.

comprehendissent, ac carceri trusissent. Galli itaque in regis promotione liberiores videri laborantes, sub Hugone duce deliberaturi de rege creando collecti sunt. 936.

2. Quorum medius dux post multam consultationem ad multam benivolentiam animum intendens, sic praelocutus ait: *Karolo rege miserabili fortuna defuncto, sive id eo promerente, sive nostris flagiciis ipsa Divinitate indignante, si quid a patribus et nobis ipsis admissum est, quo Divinitatis maiestas laesa sit, multo conatu inprimis id erit abolendum, atque ab oculis amovendum. Discordiarum itaque molimina absint, et communi omnium conibentia de praeferendo principe deliberemus. Pater meus vestra quondam omnium voluntate rex creatus, non sine magno regnavit fastigio, cum is cui soli iura regnandi debebantur, viveret, et vivens carcere clauderetur. Quod credite Deo non acceptum fuisse. Unde et absit, ut ego patris loco restituar. Nec vero alieni generis quemquam post divae memoriae* Rodulfum *urbitror promovendum, cum eius tempore visum sit, quid nunc innasci possit, contemptu videlicet regis, ac per hoc principum dissensus. Repetatur ergo interrupta paululum regiae generationis linea, ac Karoli filium Ludovicum a transmarinis partibus revocantes, regem vobis decenter create. Sicque fiet, ut et antiqua nobilitas regiae stirpis servetur, et fautores*[b] *a querimoniis quiescant. Iam quod potius est sequentes, a maritimis horis*[c] *adolescentem revocemus.* Quibus dictis Gallorum principes mira benivolentia cedunt. Dux itaque legatos oratores trans mare ad accersiendum Ludovicum dirigit, qui ei a duce Galliarum aliisque principibus reditum suadeant, ac de itineris securitate, fidem sacramenti iure faciant, principum adventum usque ad ipsas litoreas arenas denuntient. Qui mox digressi Morinum[d] [35] devenerunt. Cuius in portu naves ingressi, velis tumentibus prosperis ventis, raptim ad terram devexi sunt. Adelstanus[b] rex in urbem quae dicitur Eurvich[36], regnorum negotia cum nepote Ludovico apud suos disponebat. Huc legati devenientes, regem adeunt, ac a duce magnatibusque Gallorum decenter salutantur. 35 36

Oratio Hugonis* ducis* ad Gallos* pro Ludovico*.

3. Legationem etiam promulgantes: *Ducis* inquiunt *benivolentia, atque omnium qui in Galliis potiores sunt, huc per undas ignoti maris devenimus; tanta est omnium voluntas, omniumque consensus. Divae memoriae*[e] *Rodulfo orbi subtracto, dux Ludovicum succedere procuravit, cum id multi inviti concederent, eo quod de patris captione filium adeo suspectum haberent. Attamen duci elaboranti, id ab omnibus iocundissime concessum est. Ludovico ergo omnes bene per omnia optant. Nec sibi quicquam maius aut carius est eius salute. Illum itaque omnes reddi petunt, quem in Galliis utiliter regnare cupiunt. Tempus constitui volunt, quo regnaturo ad ipsa maris litora dux cum principibus occurrat.* Adelstanus rex acsi barbaris[37] non satis credens, ab eis fidem per sacramenta super hoc quaerit, et ad votum accipit. Tempus quoque colloquii habendi statuitur. Legati ab rege munerati atque digressi, in Gallias mari remenso redeunt, ab rege gratias duci referentes, ac pro regis creandi advocatione multam eius amicitiam pollicentes. Dux itaque cum Galliarum principibus domnum regem excepturi, Bononiam veniunt, ac secus ipsas litoreas arenas collecti, tuguriorum incendio presentiam suam[f] iis qui in altero litore erant ostendebant[g]. Ibi enim Adelstanus rex cum regio equitatu nepotem praestolantibus Gallis missurus aderat. Cuius[b] iussu domus aliquot succensae, sese advenisse trans positis demonstrabant. 37 fol. 15

Legatio* Gallorum* ad Adelstanum* regem pro Ludovico*.

4. Rex ergo Odonem episcopum[i], post[38] Canthorbricensium metropolitanum, Gallis ex adverso positis, legatum dirigit, magnae aequitatis ac eloquentiae virum, Ludovicum sese libenter missurum mandans, si tanto illum in Galliis honore proveant, quanto ipse a suis provectus est, cum illi etiam non minus id facere valeant, idque iureiurando se facturos confirment. Quod si nolint, sese ei daturum suorum aliquod regnorum; quo contentus et suis gaudeat, et alienis non sollicitetur. Dux cum reliquis Galliarum magnatibus id sese facturum asserit, si rex creatus a suis consiliis non

Hugo* et reliqui Galliarum* principes Ludovicum* ab exilio* revocant,* eiusque fiunt, eumque* regem creant

*) Hu, eis, os, ovico *ex cont.* **) io, rum, anum, douico *ex cont.* *) Hu, Gal, L, ab e, ca, eumque *ex cont.*
a) d. m. *codex, quod* dominum meum *haud esse legendum, caput* 3. *monstrat.* b) multi 1. c) *i. e.* oris.
c*) c. ac ludouicum accersiendum conclamant. *delata.* d) bononiam 1. e) D. M. *cod.* f) s. etiam iis 1.
g) ostendebat c. h) C. etiam i. 1. i) ergo legatum Odonem abbatem 1.

35) Boulogne. 36) Evervich, Eboracum, York. 37) *i. e.* peregrinis, exteris. 38) a. 933. archiepiscopus Cantuariae factus est.

936. absistat. Prosecutusque iurisiurandi sacramentum non abnuit. Legatus itaque rediens, regi praestolanti haec omnia refert. Unde et securus nepotem cum iis qui apud se potiores erant, multa insignium ambitione navibus dirigit. Velisque aura commoda turgentibus pelagus ingressi, per quietum spumantibus remis ad terram feruntur. Firmatis vero tergo arenae navibus Ludovicus egreditur, ac ducem cum reliquis occurrentibus excipiens, iure sacramenti sibi adcopulat. Dux inde accelerans, equum insignibus regiis adornatum adducit. Quem cum ascensui aptare vellet, et ille impatiens in diversa sese tolleret, Ludovicus agili exilitione prosiliens, equo strepenti neglecta stapha repentinus insedit. Quod etiam fuit omnibus gratum, ac multae gratulationis provocatio. Cuius arma dux suscipiens, armiger praecedebat, donec iussus[a*] magnatibus Galliarum contulit. Quibus militantibus cum multa ambitione et obsequio Laudunum deductus est. Ubi etiam et regnandi iura quindennis accipiens, omnibus faventibus per domnum metropolitanum Artoldum cum episcopis 20 rex creaIun. 19. tus est. Inde quoque deductus, in vicinis urbibus gratulanter excipitur. Universi ei applaudunt. Omnes letantur. Tanta omnium fuit et eadem mens.

Rex cum duce Burgundiam petit, ac urbem Lingonicam bello repetit, capitque.

5. Nec minus et Burgundiam petere, ac urbes sedesque regias lustrare a duce monetur. Rex hortanti consentiens, Burgundiam duce comitante ingreditur. Ad quem urbium principes benigniter confluentes, magnifice exceperunt. Ac rogati fidem iure sacramenti dederunt. Hugo tantum Rodulfi regis frater Lingonicam urbem possidens, regi occurrere distulit, qui occurrerunt admodum iratus[39]. Rex dum per aliquot ebdomadas sua lustraret, inimici invidiam advertit. Proponens itaque ante discessum nullam praeterire urbem, legatos Hugoni dirigit, qui a pertinatia eum revocent, ac ei de fide sibi servanda persuadeant. Qui apud eum perorantes, nihil pacis, nihil regii honoris acceperunt. Unde et digressi, audita regi referunt. Hugo praeter ius se egisse dinoscens, urbi copias deputat. Ipse in partes regni exteriores usque ad tempus sece' fol. 16. dens. Rex vero pertinaci indignans, exercitum 'urbi applicat, a parte qua planiciem praefert, pugnam acriter ingerens. Altera enim parte, latere montis educto, pene inaccessibilis est. In parte ergo quae obsidioni aptior est, milites urbi rex cum duce adhibet. Quibus inpugnantibus hostes vehementissime resistunt, telisque ac lapidibus aerem densant, atque impetentes atterunt. Non tamen usque ad effectum repulsionis perstare potuerunt. Nam regii equitatus infestationem non ferentes, a parte praerupta, quae obsidione non premebatur, nocte egressi aufugerunt. Cives vero qui remanserunt, regi mox portas aperuere, eum cum suis absque refragratione in urbe gratulabundi excipientes. Qua rex potitus, ab eius episcopo aliisque regni proceribus obsides accepit, atque sic cum duce Parisium iter retorsit.

Rex ducis[**] procurationem[**] a se amovit[**]

6. Rex felicium rerum successu elatus, praeter ducis procurationem res suas ordinari posse cogitabat. Unde et rei militaris administrationem absque eo iam disponebat. Laudunum itaque tendit, ibique matrem suam Ethgivam reginam ad urbis custodiam deputat. Ac exinde quaecumque praeter ducem adoriebatur. Quod etiam fuit non 937. minimae[a] labis seminarium. Dux etenim regem suae procurationis dispositionem repulisse advertens, Heribertum comitem sibi asciscit, plurima apud eum in regis contumeliam pertractans. Amicitiam inter sese mutuam conditionibus utrimque confirmant.

Heribertus castrum Teodericium dolo capit, ac proditorem in vincula conicit.

7. Heribertus itaque Walonem regis fidelem qui castro quod Theoderici dicitur praeerat, in dolo adiit, ac de transfugio illum alloquitur. Nec diu moratus, decepto[b] persuadet, maiora pollicens, ac plura promittens. Ille mox de pollicitis iusiurandum postulat, postulata a sese sic facturum spondens. Tirannus libenter annuit. Nec minus et transfuga iuratus, tempus patrando facinori demonstrat. Immo et tiranni manibus sese exinde militaturum committit, ac ex militia fidem accommodat. Quo peracto in sua discedunt. Tempus advenit, Walo simulatis negotiis milites regios qui secum praeerant in diversa, acsi regis causam facturos disponit. Ipse castro evacuato solus cum famulis relinquitur. Nec defuit cum cohorte tirannus. Qui a transfuga susceptus, castrum ingreditur atque occupat. Intuitusque transfugam: *Putasne* inquit, *tuae curae oppidum hoc reservandum?* captumque mox in vincula conicit, suisque castri custo-

*) Re, B, pe, l.i, repet, ca *ex coni.* **) is, ra, m, it *ex coni.* a*) i. heriberto comiti dedit ille quoque tamdiu armigeravit, donec et ipse iussus arnulfo comiti redderet. Sic quoque magnatibus l. a) fuit magnae l. l.
b) pusillanimo l.

39) *i. e.* iratus (Hugo) iis qui occurrerunt.

diam donat. Et nocte diei succedente, caeli pars prodigiose flammis erumpentibus in septentrione ardere visa est. Qua etiam mox prosequitur et Hungarorum per Gallias repentina persecutio. Qui nimium saevientes*, municipia aliquot, villasque et agros depopulati sunt; basilicas quoque quamplures combusserunt; ac indemnes redire ob principum dissidentiam permissi sunt, cum magna captivorum multitudine. Rex enim copias non habens, ignominiam pertulit, et utpote a suis desertus, sevientibus cessit. 937.

938. Oppidum Montiniacum rex per cohortem expugnat eiusque principem capit. * fol. 16.

8. Quibus digressis rex ad oppidum Montiniacum cohortem mittit, quae illud occupet, captumque diruat, eo quod Serlus quidam latrocinia exercens, illic receptui sese habebat. Cohors ergo oppidum appetens, latrones impugnat. Nec morata vi capit, comburit, ac subruit. Latronem principem comprehensum dimissis minoribus regi deducit. Qui cum iussu regio gladiatori decollandus traderetur, Artoldi Remorum metropolitani interventu gratiam ab rege obtinuit, ac sese ulterius non latrocinaturum iuratus, abire permissus est. His ita gestis, rex in partes Belgicae mari contiguas concessit, oppidum in ipso maris portu exstruere nisus. Cui etiam loco Guiso est nomen. Exceptusque ab Arnulfo regionis illius principe, apud eum de oppidi erectione agebat. Ubi dum in agendo moras faceret, castrum Remensis aecclesiae nomine Causostem secus fluvium Matronam situm ab Artoldo praesule editum, Heribertus proditione ingreditur ac capit. Castrensesque invadens, eorum potiores abducit. Rura circumquaque depopulatur, ac ingentibus praedis oppidum implet, et cum armis milites ibi deponit, aliorsum ipse secedens.

Rex Laudunum arcem capit.

9. Interea regi ab metropolitano per legatos ista suggeruntur. Qui, mox coeptum negotium intermittens, suo auxiliaturus regreditur. Milites colligit, ac exercitum parat. Cum quo Laudunum veniens, arcem ab Heriberto nuper ibi exstructam et a suis adhuc detentam obsidet. At qui in arce erant, rebellioni sese parant. Rex ergo circumcirca sagittarios adhibens, missilibus evincere instabat. In quo tumultu hinc inde quam plures sauciati fuere, cum non minus qui in arce erant, sagittis aliisque missilibus uterentur. Rex ergo cum finem oppugnandi viribus non fecisset, ingeniose eos capere cogitabat.

Machinae compositio**.

10. Fecit itaque ex vehementissimis lignis compactis, machinam, instar longilaterae domus, duodecim virorum capacem, humani corporis staturae in alto aequalem. Cuius parietes de ingenti lignorum robore, tectum vero de duris ac intextis cratibus exstruxit. Cui etiam intrinsecus rotas quatuor adhibuit, unde machina ab iis qui intrinsecus laterent, usque ad arcem impelleretur. At tectum non aeque stratum fuit, verum ab acumine dextra levaque dependebat, ut iactis lapidibus facilius lapsum praeberet. Quae exstructa, tironibus mox impleta est, ac ad arcem rotis mobilibus impulsa. Quam cum a superioribus hostes rupibus opprimere conarentur, a sagittariis undique dispositis, contumeliose repulsi sunt. Ad arcem itaque machina deducta, murus ex parte suffosus atque eversus est. Hostes multitudinem armatorum per hunc hiatum possibile introduci formidantes, arma deponunt, ac regiam clementiam implorant. Rex ergo amplius tumultuari prohibens, intactos pene comprehendit, praeter hos qui in militari tumultu sauciati fuere, suosque ad urbis tutelam in arce deposuit.

939. Dolus Arnulfi atque oppidi Monasterioli captio.

11. Haec dum gererentur, Arnulfus praedictus Morinorum princeps, Erluini oppidum secus mare situm Monasteriolum nomine[40], suae parti addere cogitans, eo quod ex navium advectationibus inde plures questus proveniant, adipiscendi insidias componebat. Dirigit itaque quosdam suorum callidos in veste abiecta, dolos dissimulans, ad quendam eiusdem oppidi custodem, quem etiam in proditione non diffidebat facillimum. Qui ingressi, eum a domino salutant, ac loquendi opportunitatem petunt. Secedunt ergo. Illi tantum esse negotium propter quod venerant simulantes, ut a quo exordiri possent, penitus ignorarent, aliquantisper herebant. Et tandem suspirantes: *Eia te* inquiunt *Rotberte! eia te Rotberte!* — sic enim vocabatur — *quantis malis elapsus, quantis periculis exemptus es, et quanti insuper secundarum rerum tibi debentur successus!* Et statim protulerunt duos anulos, alter aureum, alter vero ferreum. *Et vide* inquiunt, *quid in his perpendi valeat.* Quo quid esset ignorante, illi prosecuntur: *In auro dona egregia, in ferro vincula carceris puta. Instat etenim tempus, quo et oppidum hoc in ius*

*) at, em *abscisa*. **) co *abscisum*. *) a, M, l *abscisa*. a) s. ob principum dissidentiam l. 40) Montreuil.

939.
'fol. 17. *alterius concedat. Tacenda haec tuae fidei committimus. Res vobis nesciis disposita est. Nos quoque id ipsum penitus ignoramus. At rei summam scire non negamus. Mortem loquimur aut exilium. Unde et tibi Arnulfus comes consulens, futurae cladis calamitatem per sua indicia significavit; hortans ut ad sese transeas, et ab eo auri et argenti insignia, terrarumque copiam ac militum multitudinem accipias, cum dono regis. In manus Nortmannorum, qua arte nescimus, in proximo sitis deventuri. Et quid super his tibi visum fuerit, amico per nos respondere ne differas.* Ille cupiditate ductus, proditionem[a] addubitat. Herebat ergo stupens. Proponit sibi tandem proditionis dedecus, ea posse necessitate purgari, quod omnes oppidanos in proximo aut exulaturos aut morituros sibi innotuit. Proditionem ergo spondet, ac iuratus fidem dat. Nec minus et illi de pollicitis iurant. Tempus facinori datur, ac sacramento firmatur. Legati digressi, sese persuasisse referunt.

Ingressus Arnulfi in Monasteriolum.

12. Arnulfus itaque militum electorum copiam colligit, facinus quaesitum patratu-rus. Iterque carpens cum duabus cohortibus, usque[b] oppidum pene devenit. Sol iam occiderat. Proditor per portam quosdam emiserat, acsi aliqua utilia curaturos. Unde et ipse in muro stans, facem ardentissimam praetendebat, veluti famulis emissis lumen ministraturus, quo etiam luminis signo per legatos aditum significaverat. Huc Arnulfus cum equitatu irruens, per portam patentem oppidum ingressus est. Eoque potitus, Erluini uxorem cum filiis capit, ac eius thesauros diripit. Erluinus vero habitu immutato, e medio hostium elapsus est. Arnulfus quoque omnibus pervasis, oppido suos deputat, Erluini uxorem cum natis Aedelstano regi Anglorum servandos trans mare deportat. Sicque ad sua oppido suis munito rediit.

Conquestio Erluini apud Wilelmum ducem de castri uxorisque et natorum amissione.

13. Erluinus vero vix mortis periculo liber, ad Wilelmum principem Nortmannorum sese contulit, plurimam de suis casibus quaerimoniam apud eum agitans, sese inquiens infeliciorem, cum oppido et militibus privatus, ac uxore filiisque orbatus, nihil praeter corpus possideat. De oppidi amissione non se adeo affici, cum id sine spe aliqua recuperandi non sit, eo quod terra immobilis, ac oppidum intransitivum sit. Uxoris vero ac filiorum privatio, calamitatem interminabilem praetendere videntur, cum illis consumptis ipse doloribus assiduis urgeatur, et non consumptis, at sub aliena dominatione detentis, ipse vana seducatur exspectatione. Quare quoque ad petenda solatia se venisse memorabat, ac gemebundus haec indesinenter petebat.

Erluinus oppidum expugnat ac capit.

14. Princeps his quaerimoniis motus, auxilium annuit, ac militum copiam ei committit. Erluinus itaque ad oppidum properat, ac tempestivius cum copiis appetit, circumque vallat terra marique. Instat itaque atque acriter adurget. Tandem vero multa expugnatione attritum, ingreditur, totumque pervadit. Arnulfi milites, omnes comprehendit. Quorum alios gladio enecat, alios uxori natisque repetendis conservat.

Congressus Erluini cum militibus Arnulfi.

15. Arnulfus tanta suorum calamitate confectus, milites colligit, eosque in Erluinum mittit, qui eius terram usque ad oppidum depopulentur. Directique, incendiis circumquaque ac rapinis admodum deseviunt, multaque rerum praeda abducta, festinabant, cum legati ab Erluino affuerunt, qui indicarent, quod nisi totam praedam sine mora redderent, sine mora eis esse congrediendum. Hostes legationem spernentes, capta
'fol. 17'. abducere accelerabant. Legati regressi, sese abiectos referunt. 'Erluinus cum quadringentis armatorum mox processit, ac festinantibus supervenit. Illi vero praeda relicta conversi, irruentibus obvertuntur. Signisque collatis, acriter dimicatum est. Praedones fere omnes gladio occubuere, praeter hos quos fuga belli violentiae exemit. Et tamen ii, cum fuga eos exagitaret, ab Erluino post insectante atrociter fusi sunt. Erluinus praedis receptis cum ingentibus hostium manubiis ad sua feliciter remeavit.

Belgicorum querimonia ad regem super eius levitate.

16. Quo tempore Belgicorum principes ad regem conveniunt, ac Lauduni apud eum gravissime conqueruntur, eo quod inconsultus omnia appetat. Si eorum quoque consiliis adquiescat, in bonum exitum res suas deventuras memorant. Ad hoc etiam sese convenisse, ut quid[c] velit eis iniungat, quod[d] cupit ingerat. Si velit, consilio et armis, terra marique, contra hostes sese congressuros. Rex ab eis fide suscepta, cum multa benivolentia redire permisit, si fortuna quandoque postulet, redire iubens. Nec multo post et ab Aedelstano Anglorum rege classis regi cum copiis missa est. Audierat

*) sus, na *abscisa*. **) st, ini, il, ux, na, ssi *abscisa*. *) sus, um *abscisa*. **) B, que, le *abscisa*. a) p. spondet ac iuratus fidem dat 1. b) ad 1. c) q̃d. d) qd.

enim, illum ab iis qui maritima incolebant loca, exagitari; contra quos classis dimi- 939.
caret, regique nepoti auxilium ferret. Comperto vero contra regem, illorum neminem stare, ipsumque regem in partes Germaniae prosperum secessisse, mari remenso ad propria remeat.

17. Rex[a] in pago Elisatio cum Hugone Cisalpino principe locutus, Belgicos exteriores qui ad se nondum venerant, sibi asciscebat. Et qui partibus Ottonis favebant, ultra Rhenum fugere compulit. Presenserat enim Ottonem velle in suum ius Belgicam transfundere. Unde et equo ei non ferebatur animo. Truculentius ergo contra illum agitans, suos de regno[b] exturbavit. Qui vero sibi consentiebant[c] asciscens, Gislebertum videlicet Belgicorum ducem, Theodericum quoque atque Isaac comites, cum eis consilium confert, ac pro fide habenda iusiurandum ab eis accipit, post haec Laudunum rediens. Ibique eiusdem urbis episcopum Rodulfum, proditionis evidentissime insimulatum, ab urbe pellit, suosque simul eicit. Quorum etiam res suis contulit. Rex[a] in Belgica[a] suos sibi sociat[a] et Ottonis fautores[a] ultra Rhenum[a] fugat.

18. Otto interea Belgicos comperiens regis partes sustentare, et a se penitus defecisse, Rheno transmisso Belgicam ingressus[d], eius loca plurima incendiis ac ingentibus praedis devastat[e], eo quod ex collatione paterna princeps[f] fieri Belgicis dedignantibus contenderet, cum eius pater Saxoniae solum propter Sclavorum improbitatem rex creatus sit, eo quod Karolus cui rerum summa debebatur, adhuc in cunis vagiebat[g]. Multam itaque praedam abducens, Rhenum transmeat. Otto Belgicam[a] devastat.

19. At Gislebertus dux dedecoris iniuriam ultum ire volens[h], omnem Belgicam lustrat, ac tirones lectissimos in unum cogit, senes tantum emeritos patriae linquens. Factoque exercitu, Rhenum transmeat, ac patriam solotenus incendiis ingentibus vastat. Armentorum etiam pecudumque praedam nimiam exercitus congregat abducitque. Iam vero flumen ingredi parabat, cum[i] Otto exercitum accelerantibus induxit. Belgici[k] renitentes, cum Germanis secus fluvium[l] congressi sunt, atque[m] in parte utraque nimium fusi. Qua die Germanorum victoria aegre sustentata est, et licet innumerabilibus suorum stratis[n] tamen enituit. Nam[o] Gislebertus dux suorum fusione exercitum defecisse advertens, fuga periculum evadere nitebatur. In fluentum itaque cum equo prosilit. Qui cum fluminis pelagus enatare non posset, vi undarum victus periit[p], atque sesso- Impetus[a] Gislebertia in Germaniam[a], eiusque ac[a] suorum fusio.
rem inmersit. Belgicorum[q] vero alii fluvio enecati, alii ferro caesi, alii capti, nonnulli vero profugio erepti[r] sunt. Ludovicus rex Gislebertum extinctum comperiens, multam in eius casu commiserationem habuit. Atque in Belgicam profectus, eius uxorem Gerbergam Ottonis sororem coniugio duxit, eamque secum reginam in regnum coronavit. fol. 18.

20. Dum haec Lauduni gererentur, Wilelmus piratarum[41] dux, legatos regi dirigit, qui sese satis ei fidelem indicent: quo rex iubeat, sese occursurum, fidemque contra omnes polliciturum. Quorum legationem rex multa benivolentia excipiens, in pagum Ambianensem sibi occurrendum constituit, eo quod ibi specialiter utilia quaedam per illos determinanda[s] forent. Legatis itaque abductis, rex ad locum condictum tempore statuto devenit. Cui etiam dux praedictus obvius venit. Exceptusque a rege decenter, provinciam quam ei pater Karolus rex contulerat, ab eo etiam accepit. Unde et regis factus, tanto ei consensu alligatus est, ut iam iamque aut sese moriturum, aut regi imperii summam restituturum proponeret. 940. Wilelmus[a] dux piratarum[a] regi contra[a] omnes fidem iurat[a]

*) Re, ca, at. fau, Rhe *ex cont.* **) cam *ex cont.* *) Im, be, m, a *ex cont.* **) mus, te, ntra, iurat *ex cont.* a) Rex namque in 1. *Quae sequuntur, Ekkehardus satis libere in suum usum convertit; in codice stilo continuo exarata, nec ut magna libri primi pars corrigendo turbata sunt.* b) a. quicumque illius videbantur a Belgica esse. *Ekk.* c) c. consilio Giselberti ducis Belgicae et Theoderici comitis sacramento sibi astringebat. Otto vero Belgas comperiens a se defecisse et ad Ludewicum confluxisse Rheno. *Ekk.* d) B. cum exercitu ingreditur. *Ekk.* e) d. Nitebatur enim acsi ex paterna traditione princeps fieri Belgicae. Id vero contra ius agere calumpniabatur, cum eius pater propter Sclavorum infestationem Saxoniae tantum, quae est pars Germaniae, dux constitutus sit. *Ekk.* f) rex 1. g) d. tunc a. in c. vagiret. *Ekk.* h) ire festinans, collecto exercitu post hostem accelerat transiensque Rhenum terram illam solotenus. *Ekk.* i) parabant et ecce Otto ex tota Saxonia collectas copias s. i. *Ekk.* k) Belgae itaque cum duce suo indubitanter renitentes. *Ekk.* l) flumen signis infestis. *Ekk.* m) et ex utraque parte multi funduntur. *Ekk.* n) est — stratis *desunt apud Ekk.* o) Nam cum duae terciae eorum fusae iacerent et Giselbertus suos defecisse adeo adversarios autem illesos arbitraretur, in tanta confusione rerum fuga. *Ekk.* p) occubuit 1. q) At Belgae interitum ducis ignorantes, totis viribus decertabant, tantoque egerunt robore, donec post execrabilem innumerabilemque interitum eorum qui relicti fuerant alii caperentur alii in fluvium demergerentur. L. autem rex *Ekk.* r) exempti 1. s) determinandae *c.*

41) *i. e.* Nordmannorum Rhodomensium.

Artoldus archiep. Causostem munitionem expugnat et capit.

21. Huiusque rei negotio utiliter peracto, rex in Burgundiam secessit. In cuius absentia Artoldus metropolitanus, ne suae rei putaretur inopia, absque regiis copiis Causostem munitionem appetit, eique obsidionem circumquaque adhibet. Quam continua op ugnatione[a] exagitans, quinto tandem die ingreditur, capitque. Illos quoque qui sibi surripuerant comprehendit. Sed utpote vir bonus, nulliusque vitae aemulus, indempnes abire permisit. Oppidum etiam funditus subruit, sicque ad sua rediit.

Heribertus et Hugo Remos obsident et capiunt, praesulemque pellunt.

22. Heribertus malorum[b] occasionem nactus, acsi suorum oppidum dirutum dolens, apud Hugonem ducem qualiter Remos invadat, atque episcopum expungat, vehementissime agit. Cui mox Hugo utpote tiranno tirannus consentiens, sese auxiliaturum pollicetur. Collecto itaque agmine ambo in urbem feruntur, multa eam circum obsidione vallantes. Urbani Heriberto faventes, eo quod regio iussu eius filium ante Artoldum delegissent, bello cedunt, praesulemque relinquunt, atque ad suae poenae cumulum desertores ad tirannos transeunt. Apertis vero portis sexta obsidionis die, tirannos in urbem excipiunt. Artoldus pulsus, ad coenobium sancti Remigii proficiscitur, suam ibi Deo conspectori omnium querimoniam fundens. Ubi[c] mox episcoporum aliquibus ac quibusdam magnatibus stipatus, rogabatur ut Avenniacensi abbatia sanctique Basoli rebus contentus, episcopii dignitate sese abdicaret. Atque multis minarum terroribus affectus consentit, iuratus etiam ut fertur repudiavit[c]; et tandem canibus satisfaciens, ad sanctum Basolum ibi moraturus abscessit.

Hugo ac Heribertus in regis absentia Laudunum inpugnant. fol. 18.

23. Hugone ergo diacono, tiranni filio, Remis relicto, iampridem etiam ad episcopatum urbis ipsius evocato, ipse Heribertus atque Hugo, Laudunum cum copiis aggrediuntur, obsidionem undique adhibentes, urbem militibus vacuam rati, eo quod rex in partibus Burgundiae exterioribus alia curaret. Et qua poterant oppugnantes, ingredi conabantur. At montis eminentia superioribus impares, non semel cedere coacti sunt. Instabant tamen, ac regi ingressum praeripere conabantur.

Rege[d] adveniente obsidio solvitur[d].

24. Iamque ebdomadas septem obpugnaverant, cum rex huius rei accitus nuntio, in Campania Remensi tempestivus affuit. Et licet cum paucis, fluvium tamen Axonam permeat, et sic in hostes fertur. Quo comperto tiranni[d], regis quoque animum simulque et aequitatem perpendentes, ab obsidione discedunt. Rex vero ingressus, victus necessaria suis paravit, ac quaeque commoda ordinavit. Sicque alia dispositurus, Burgundiam repetit. In cuius discessu, Wido Suessorum episcopus a desertoribus suasus, eo quod et ipse eorum partes latenter tueretur, Remos veniens, Heriberti filium Hugonem, presbiterum ordinavit. Unde et eum pater sacerdotali dignitate ampliare cupiens, ut Artoldus pontificatus apice legaliter privaretur, instanter quaerebat. Cuius rei rationem cum Hugone duce contulit, ac in effectum redigi admodum petiit.

941. Artoldus[**] a comprovincialibus[**] episcopis[**] repudiatur et[**] pro eo Hugo eligitur.

25. Disposita ergo rationum summa, Remensis dioceseos episcopos convocant, qui inter Artoldum et Hugonem, controversiam determinent, obiectorumque finem constituant. Collecti ergo apud urbem Suessonicam, in basilica sanctorum martirum Crispini et Crispiniani, civium Remensium querelam excipiunt, dicentium sese diutissime pastore destitutos; cui subdantur et obsequantur, suppliciter expetere. Artoldum iam se nolle, eo quod sacramento episcopium repudiaverit; at Hugonem, quod omnium unione electus, omnibusque acceptissimus sit. Quorum quaerimoniis episcopi annuentes, sacerdotio dignum Hugonem asserunt, eo quod non solum carnis nobilitas, set et animi mores pudici plurimum eum commendarent. Ratum etiam fore, si tanti honoris culmen, personae nobilitate adornetur. Hugonem itaque pene omnium conibentia attollunt, ac Remos deductum, in coenobio monachorum sancti Remigii metropolitanum sollempniter consecrant, atque in urbe decenter exceptum, multo obsequio ac reverentia honorant. Rex in partibus Burgundiae viatorum relatu, patratum negotium advertens, mox Laudunum rediit. Arnoldum quoque ac eius fratrem Landricum proditionis insimulatos, nec tamen penitus convictos, cum in hac re promptissimi viderentur, ab urbe expulit.

Rex in partibus Burgundiae exercitum contra tirannos colligit.

26. Rex cum rei militaris inopia contra tirannos nihil moliri valeret, Burgundiam repetiit, ut exercitum inde sumeret, Remisque induceret. Admodum etenim id attemptabat, ut Heribertum ab urbe pervasa pelleret. Dum ergo in colligendis militibus moram faceret, tiranni[*] multo equitatu Laudunum appetunt, atque circumdant, spem proditio-

*) B, ni, s *abscisa*. **) A, c, e, et *ex coni.* a) expugnatione 1. b) mali 1. c) Qui 1. epudiuit *cod.*
d) Heribertus et Hugo 1. e) Hugo ac Heribertus 1.

nis in quibusdam habentes. Haec dum aguntur, ad regis aures tempestive feruntur. 941.
Qui sumptis quos undecumque colligere[a] valuit, in pagum Porcensem devenit. Ubi cum rem militarem ordinaret, ac hostibus bellum inferre pararet, tiranni Lauduni[b] obsidione relicta, in regem vadunt, ac insperatum invadentes eius exercitum, nonnullos sternunt, reliquos vero in fugam cogunt. Rex a suis eductus, vix cum duobus comitibus, vim mortis evasit, oppido quod Altus mons dicitur sese recipiens. Tiranni spe proditionis frustrati, obsidionem solvunt, atque in sua concedunt.

942. Tiranni a papa monentur, ne regem suum persequantur. ' fol. 19.

27. 'Interea a domno Stephano papa[42] vir clarus nomine Damasus legatus in Gallias directus est, apostolicae sedis litteras afferens, iussionem apostolicam continentes, ut principes provinciarum[c] regem suum Ludovicum recipere non differrent, nec gladio ultra hostili eum insectarentur. Et ni cessent, anathematis telo omnes esse figendos. Quo episcopi cognito Remorum dioceseos, in unum mox coacti, de anathemate in sese habendo nisi resipiscant vehementer[d] pertractant. Mittendum enim ad Heribertum disponunt, et ab eo suppliciter petendum, quatinus ipse ducem adeat, atque apud eum pro regis receptione agat, ostendentes anathematis periculum, et quanta iis debeatur ruina[e], qui dominorum contemptores ac persecutores esse non formidant. Quae suasio nullum effectum habuit[f]. A praedicto etiam papa mox alia legatio directa est, per Remensis aecclesiae legatos, qui a papa eodem sacerdotale pallium Hugoni metropolitano detulere, dicentes apostolicae iussionis hanc esse sententiam, ut Galliarum principes, regem suum persequi parcant, et insuper illum magnifice attollant. Quod nisi intra praescriptum diem efficiant, horribili anathemate huius factionis auctores ac cooperatores sive fautores gravissime esse multandos. Si vero apostolicae iussioni gratanter oboediant, legatos Romam dirigant, qui suam benivolentiam erga regem suum papae referant. Et nec sic quidem tirannis quicquam persuasum est. A quibus cum regi incessanter quaereretur ruina, in contrarium res eorum tota relapsa est.

Rex per Rotgerum comitem Wilelmum ducem sibi conciliat.

28. Etenim rex bonorum usus consilio, Rotgarium virum clarum Wilelmo pyratarum principi pro se locuturum direxit. Qui apud eum pro rege optime functus legatione, ibi rebus humanis excessit. Ante tamen principi usque ad effectum suasit. Nam non multo post suorum legatione regem fideliter accersit, exceptumque Rodomi, ingentibus donis[g] dignissime accumulat. Unde et factum est, ut alii hinc formidantes, ad regem tempestivius sese contulerint. Wilelmus itaque Aquitanorum dux, Brittannorumque Alanus, piratas regiam rem curare comperientes, accessum maturant, regem adeunt, atque fide pacti militiam iurant. His itaque rex collectis, praedictis tirannis[h] secus fluvium Isara locuturus procedit. Tiranni regium equitatum suspectum habentes, praevenerunt, atque pontes praecipitaverunt, naves circumquaque in aliud litus abducentes. Sicque cum suis in adverso fluminis litore consederunt. Duabus tantum naviculis hinc inde cursitantibus, per internuntios controversia inter illos agitata est. Tandem sub pace sequestra obsidum iure a sese discedunt.

Ludovicus et Otto reges in amicitiam conveniunt, ac per Ottonem Hugo.

29. Rex principibus in pace dimissis, cum paucis iter in Belgicam retorquet, Ottoni cuius sororem coniugem sibi addixerat, ad loquendum obveniens. Quorum consilio multa concordia firmato, amicitiam mutuo conditionibus statuunt. Ac fine negotii facto, rex Laudunum rediit. Otto vero Hugonem in regis gratiam reducere satagebat. Quem multis verborum stimulis familiariter ac levi furore redarguens, eo quod regi suo contrairet, dominumque insectari non formidaret, ad regem redire effecit. Et tempore oportuno, prudentium legationibus praemissis, regi ducem reducit, sibique conciliat.

'fol. 19'. Principum apud regem conventus, ac Wilelmi in eorum contione tumultuatio.

30. 'Duce ergo in pristinam gratiam revocato, cum ipse virtute et copiis antecelleret, alii consequenter reducti sunt. Omnibus itaque ad regem reversis, in fisco regio Atiniaco principibus ab rege post dies triginta colloquium habendum indicitur. Et die constituta rex ibi cum provinciarum principibus affuit, Hugone videlicet cognomento Magno, Arnulfo Morinorum, Wilelmo piratarum ducibus, ac Heriberto tiranno. Nec defuit Saxoniae rex Otto. Ludovicus rex cum in conclavi sese cum Ottone rege ac[i]

a) collige *cod.* b) Remorum 1. c) regnorum 1. d) utiliter 1. e) q. labe afficiantur 1. f) s. cum n. e. haberet 1. g) humanissime 1. h) Hugoni et Heriberto *glossa.* i) cum 1.

42) Stephano VIII.

942. principibus recepisset, consilio incertum an fortuitu, solus Wilelmus dux admissus non est. Diucius ergo afforis exspectans, cum non vocaretur, rem animo irato ferebat. Tandem in iram versus, utpote manu et audatia nimius, foribus clausis vim intulit, ac retrorsum vibrabundus[a] adegit. Ingressusque lectum conspicatur gestatorium[b]. In quo etiam a parte cervicalis Otto editiore, rex vero in arte extrema humilior residebat. In quorum prospectu Hugo et Arnulfus duabus residentes sellis, consilii ordinem exspectabant. Wilelmus regis iniuriam non passus: *An* inquit *his interesse non debui? Desertorisne dedecore aliquando sordui?* Fervidusque propinquans: *Surge* inquit *paululum rex!* Quo mox surgente, ipse resedit. Dixitque indecens esse regem inferiorem, alium vero quemlibet superiorem videri. Quapropter oportere Ottonem inde amoliri, regique cedere. Otto pudore affectus surgit, ac regi cedit. Rex itaque superior, at Wilelmus inferior consederunt.

Otto iniuriam sub specie fidei habendae dissimulat, eiusque conquestio.

31. Otto penitus iniuriam dissimulans, baculo innixus coepto negotio finem dare stando satagebat. Ac rationibus determinatis, rex cum consultoribus surgens egreditur. Otto iniuriam[c] Wilelmi vehementissime dissimulans, apud eum de fidei constantia inter sese servanda plurimum consultat. Unde et conceptum facinus, variis verborum coloribus obvelat. Quibus peractis, rex cum Wilelmo ad sua remeat. Otto vero cum Hugone et Arnulfo consilium conferens, de iniuria irrogata apud illos amplius conquerebatur; ultra aequum et ius sese spretum memorans, ac coram amicis a sedibus amotum. Amicos ergo compati oportere, et amici iniuriam suam debere arbitrari. Ab eis quoque tantam insolentiam summopere repellendam aiebat, cum ea facilius ad eos pervenire valeat. Nam qui sibi regi non indulsit, minus illis indulturum. Quae oratio, plurimam invidiam paravit, ac amicos in odium Wilelmi incitavit, cum et ipsi quamvis latenter ei admodum inviderent. Otto rex ad sua rediit.

Deliberatio Hugonis et Arnulfi de morte Wilelmi. fol. 20.

32. Hugo et Arnulfus quid facturi Wilelmo essent deliberabant. Si eum gladio occidant, ad omnia sese fieri expeditiores aiebant. Regem etiam ad quodcumque volent facilius inflexuros, si is solum pereat, quo rex fretus ad quaeque flecti nequeat. Si autem non occidant, discordias atque lites sine dubio proventuras, ac his occasione emersa, multorum stragem futuram. At horum utrumque perniciosum censebant, cum in occisione homicidii reatus redundaret, et in reservatione tirannis futura appareret. De occisione tandem persuasi, patraturos facinus accersiunt, vim negotii explicantes, atque in Wilelmum coniurare faciunt. Cuius interfectionis series mox apud coniuratos ita disponitur, ut ab Arnulfo legati mitterentur, qui pro colloquio multa necessitate in proximo habendo apud Wilelmum idonee legatione fungerentur. De tempore quaererent, quando sibi obveniendum foret. Locum vero secus fluvium Summam peterent. Quo ipse a terra sua egredi et collocuturis obvenire dignaretur. Qui postquam adveniret, et ab amicis exceptus esset, de amicitia plurimum, multum etiam de fide proponerent. Et quia tunc suis stipatus pervadi non posset, ictus differrentur, donec navim repeteret, si forte navigio eum advenisse contingeret. Cumque iam navigaret per pelagus, per coniuratos multo clamore revocaretur, acsi aliquid praecipuum oblivione praetermissum auditurus. Navicula ergo advectus cum paucis, aliis in pelago expectantibus, coniurati gladiis eductis incautum adorirentur. Si vero equester adveniret, post consilii finem Arnulfo digresso, illoque recedente, coniurati identidem eum repeterent, magnum quiddam sese afferre simulantes, quibusdam etiam seriis accitum detinerent, donec cunctis praeeuntibus extremus retrorsum incederet. Quem adorsi gladiis non minus transverberarent. Insurgentium vero piratarum vim evaderent, si equis velocibus rapti, ad dominum cum copiis praestolantem transfugere tempestivius accelerarent. Piratas etiam tunc nihil aliud quam aut fugam acceleraturos, aut domini exsequias procuraturos. Sicque factum esset, ut Arnulfo ignorante eo quod absens esset, tantum facinus patratum videretur.

Wilelmi ducis interfectio. 913.

33. Legati itaque directi, colloquium petunt et optinent. Tempus post dies 30 datur. Locus quoque in pago Ambianensi secus fluvium Summam ubi est insula Pinchinea conceditur. Negotioque peracto, legati redeunt. Tempore ergo constituto, Arnulfus terra, Wilelmus aqua in locum destinatum conveniunt. Ac de amicicia multum,

a) fervidus 1. b) g. pulvinaribus ac ceteris necessariis stratum 1. c) benivolentiam 1.

plurimum de fide utrimque servanda collocuti sunt, atque post nonnullos sermones a se soluti. Arnulfus reditum simulans, aliquantisper digreditur. Wilelmus vero ad classem rediit. Naviculamque ingressus dum per pelagus navigaret, a coniuratis multo strepitu[a] inclamatus, proram obvertit. Remigansque ad litus, quid vellent sciscitaturus, redit. Illi mox quiddam praecocissimum se deferre asserunt, quod a domino suo oblivione suppressum fuit. Dux navicula litori apulsa, illos excipit, a quibus etiam mox gladiis eductis[b] interimitur. Duobus quoque puberibus qui cum eo inermes aderant, et nauta sauciatis, a navicula[c] facinorosi exiliunt, ac post conscium dominum in fugam feruntur. Qui autem iam per pelagus navigabant, conversi litus relictum repetunt, ac dominum interemptum, duosque puberes et nautam sauciatos inveniunt. Sumptumque domini corpus lamentabili obsequio sepulturae deportant. 943.

34. Nec multo post et eius filium de Brittanna concubina, nomine Richardum, regi deducunt, gesti negotii ordinem pandentes. Rex adolescentis elegantiam advertens, liberaliter excipit, provinciam a patre pridem possessam, ei largiens. Potiores quoque qui cum adolescentulo accesserant, per manus et sacramentum regis fiunt. Multaque regis liberalitate iocundati, recedunt Rodomum[c]. Alii vero Nortmannorum Richardum ad regem transisse indignantes, ad Hugonem ducem concedunt. Rex filii Wilelmi Richardo terram patris concedit. [a] fol. 20'.

35. Qui autem regis partes tuebantur, per legatos eum accersitum, Rodomi decenter suscipiunt. Ubi cum ei referretur, regem piratarum Setrich cum classe copiosa fluvium Sequanam ingressum, ac eius ducem Thurmodum consequenter navalibus copiis advenisse, ut absque regis dono omnia pervadant, atque defuncti ducis filium ad idolatriam suadeant, ritumque gentilem inducant, rex copias unde congrediatur colligit. Deumque propitiaturum confisus, alienigenis cum 800 occurrit. Et quia cum paucis erat, ad hostes concludendos acies in diversa disponere nequivit. Suis itaque stipatus, erectis signis ac densato agmine procedit. Gentiles quoque ordine pedestri incedebant. Propinquantesque patrio more in primo tumultu enses iaciunt. Quorum densitate equites territos ac sauciatos rati, cum clipeis et telis prosecuntur. At regius equitatus, ensium nube dilapsa, clipeorum obiectione tuti in pedites feruntur. Ac densati[d] acies sternendo atque interimendo indivisi penetrant egrediunturque. Rursusque regressi penetrant, ac disrumpunt. Regem quoque Setrich cum violentia belli in fugam cogeret, in dumeto mox repertus, tribus lanceis a palantibus transfixus est. Thurmodus vero cum adhuc in certamine totis viribus ageretur, ab Ludovico equi impetentis pectore est deiectus. Quem cum rex impetu praeteriret, nec eum dinosceret, et ab hostibus impetitus in loco staret, comminusque confligeret, Thurmodus suis stipatus, regem a tergo appetit, factusque ei dexter, per loricae manicam pene usque ad sinistri lateris ypocundriam, lancea sauciat. Rex multa cede ab eo impetu paulisper dimotus, sauciantem respicit. Ictuque in dextram obliquato, provocantis caput cum humero sinistro obtruncat. Tanta quoque caede gentiles fusi sunt, ut eorum novem milia[e] cesa ibi referrentur. Reliqui vero, paucissimi tamen, navali profugio erepti sunt. Rex a Deo victoria potitus est, suorum tamen paucis fusis, nonnullis vero sauciatis. Post quorum curam redire disponens, Rodomum Erluino commisit. Ipse Compendium rediens. Rex a suis Rodomum accersitur, ac cum piratis dimicat.

36. Quo eum advenisse dinoscens, Artoldus qui in coenobio sancti Basoli confessoris ab urbe pulsus morabatur, mox quicquid a tiranno sibi relictum erat abiciens, ad regem sese contulit, mallens apud eum parvo contentus morari, quam insaciabilis tiranni beneficiis detineri. Rex metropolitanum quo ipse rex consecratus fuit iniuste praecipitatum dolens, ne diffidat hortatur, summum sacerdotium sese ei redditurum pollicens. Artoldus archiepiscopus tirannos dimittit, et ad regem transit

37. His ita sese habentibus, [f] cum Heribertus quaeque pernitiosa pertractaret ac de quorundam calamitate multa disponeret, cum inter[f] suos in veste praeciosa sederet, atque apud illos extensa manu concionaretur, maiore apoplexia ob superfluitatem humorum captus, in ipsa rerum ordinatione constrictis manibus nervisque contractis, ore etiam in aurem distorto, cum multo horrore et horripilatione coram suis inconsultus exspiravit. Susceptusque a suis, apud sanctum Quintinum sepultus est. Quo sepulto, eius filii mox regem adeuntes, ab eo benigne excepti sunt. Patris iniuriarum nihil sibi [f] fol. 21. Interitus Heriberti.

a) clamore 1. b) strictis 1. c) rodomunt c. d) conglobati 1. e) IIII. *praeposito* .V. *et in margine eadem manu* VIIII. f) apud 1.

reducens. Excipitur et Hugo episcopus, ea tamen conditione, ut tempore congruo ratiocinari pro se de episcopatus adeptione non differat. Cum quibus quoque rex Ambianum digressus est. Ubi cum non sine suorum potioribus quaeque praecipua disponere vellet, Erluinum Rodomi morantem per legatum accersit.

Congressio Arnulfi et Erluini.

38. Quod cum malivolorum relatione Arnulfus comperisset, insidias praetendit, obvenientique rege ignorante cohortem inducit. Quod Erluinus mox dinoscens, signis collatis congreditur. Congressus utrimque non modicus. Arnulfus suis fusis, profugiens, vix urgentem evasit. Erluinus victoria potitus, alios enecat, alios capit, alios in fugam cogit. In quo etiam certamine, interfectorem Wilelmi qui cum Arnulfo sibi vim[a] intulerat militari insectatione comprehendit. Cuius manus obtruncans, in ultionem amici Rhodomum misit. Ac cesorum ereptis manubiis, ad regem concessit.

39. Quo tempore Hugo dux in magna gratia regi habitus, eius filiam ex sacro lavacro suscepit. Unde et eum rex[b] omnium Galliarum ducem constituit. Quo duce
911. rex equitatum parans, cum Gerberga regina in Aquitaniam proficiscitur. Ac urbem Nivernicam deveniens, Gothorum ducem Ragemundum Aquitanorumque praecipuos illic obvios excepit. Apud quos de provinciarum cura pertractans, ut illorum omnia sui iuris viderentur, ab eis provincias recepit. Nec distulit earum administrationem eis credere. Commisit itaque ac suo dono illos principari constituit, regia hilaritate hilares redire permittens; ac cum duce iter ipse in Galliam retorquens, Lauduni sese recepit.

Arnulfus et Erluinus regis suasione in amiciciam redeunt.

40. Ubi suorum praecipuos praeter ducem colligens, apud eos agebat quatinus viri illustres Arnulfus atque Erluinus, factarum iniuriarum inmemores fierent, ac in benivolentia unirentur; suis rebus prosperiorem eventum deberi ratus, suorum concordia. Convocatis itaque de amicicia suadet; sese inter eos iudicem, penitus aequitatem utrique parti facturum pollicens. Concedunt itaque ac iussis regiis parent. Datisque vadibus, equitatis iura exsecuntur. Rex cum utrisque faveret, quamlibet utrique liberalitatem conferre meditabatur. Qui cum Arnulfum de recompensatione rerum ereptarum nutare, ac Erluinum instantius amissa repetere adverteret, Arnulfum quoque maiora restituturum, eo quod ipse ampliore rerum dispendio Erluinum affecerit, Erluino Ambianum in recompensatione amissorum pro Arnulfo concessit. Sicque factum est, ut
fol. 21. Erluino sua restituerentur, et Arnulfo sua non minuerentur. Regis itaque industria in amiciciam revocati, regia negotia exinde curabant.

Prodigiosa demonstratio cladis Brittannorum.

41. Quo tempore ferebatur Parisii turbo repente exortus, tanta vi discucurrisse, ut parietes multa lapidum mole fundati, in Monte Martirum funditus eversi fuerint. Demones quoque equitum specie visos, basilicam quandam non procul sitam, evertisse, eiusque trabes memoratis parietibus tam valide incussisse, ut eos subruerint; evulsisse etiam eiusdem montis vineta, ac sata devastasse. Mox viso prodigio, Brittannorum pernicies subsecuta est. Qui Berengarii atque Alani principum dissidentia discordes, a Nortmannis cum quibus pactum egerant, pervasi, multaque cede attriti sunt. Necnon et civitas Namtarum[43] capta est. Cuius episcopus cum supervenientium hostium metu territus, in aecclesiam fugere cogeretur, suorum densitate oppressus ac suffocatus est. Brittanni in ipso impetu viribus resumptis, hostes ab urbe vehementi conamine reppulerunt. Illosque adorsi gravi caede fuderunt. At Brittanni prosperiore fortunae successu confortati, tertia itidem die classem pervadunt, congrediunturque. In parte utraque innumeri fusi. Brittanni vero adversariorum copias non passi, in fugam feruntur. Nortmanni autem victoria potiti, Brittannorum alios gladio occidunt, alios in fluctus cogunt, alios vero a Brittanniae finibus eliminant, praeter hos qui servitutis iugo subdi non recusavere.

Rex terram Nortmannorum pervadit capitque.

42. Quo ad regis aures perlato, Arnulfum ac Erluinum comites, simulque et Burgundiae episcopos aliquot, rex accersit. Praesenserat etenim eorum nonnullos a fide defecisse, Hugonique cessisse. Ac cum exercitu in eos fertur. Arnulfus cum suis regem praecedens, Nortmannos, qui custodias observabant, utiliter congressus apud Arcas[c] fudit, ac regi incessum expedivit. Rex Rhodomum veniens, ab iis qui fidei

*) asi, de *abscisa*. **) de, ti, ta *abscisa*. *) R, N, r, e *abscisa*. a) copias 1. b) rex Franciae ducem 1.
c) archas *corr.* arcas.
43) Nantes. Flodoardus Dolensem episcopum fuisse refert.

servatores fuere exceptus est. Desertores vero mare petentes, amoliti sunt. Municipia vero copiis munita reliquere. Rex malorum nimias esse copias considerans, ab Hugone duce suppetias congrediendi per legatos postulat. Et ut ipse cum sufficientibus copiis veniat, Baiocarum urbem ita, si* eam cum reliquis expugnet, accommodat. Dux donum regium excipiens, suppetias parat, regique subvenit. Cum suis itaque ac quibusdam Cisalpinorum potentibus trans Sequanam fluvium iter aciens, Baiocas pervenit. Quam aggressus multa obsidione premit. Inter haec a regiis stipatoribus persuasi Nortmanni, ad regem redeunt. Dux autem Baiocenses urgebat. Rex duci obsidionem* solvere per legatos iubet. Ille autem utpote ab rege datum, amplius oppugnat. Rex quoque iterum mandat, quod nisi cito discedat, sese in eum cum copiis iturum. Dux regiis iussis contraire non valens, ab obsidione coactus discedit. Rex urbem consequenter ingreditur. Cuius ad se civibus revocatis, Ebrocas petit ac nullo resistente ingreditur. Nec minus et ab Ebrocensibus acceptis obsidibus, reliqua absque contradictione obtinuit. 945.

911

43. Dux apud suos hanc iniuriam sepissime memorans, de regis pernicie pertractabat; *fideles et amicos hortans, ut hoc ultum iri accelerent. Quod etiam multis querimoniis amplificans, suos in regem provocat. Bernardus itaque Silletensis [44] atque Teutboldus Turonicus conquerenti satisfacientes, Montiniacum regis oppidum in ipsis paschae diebus pervadentes, capiunt diruuntque. Compendium quoque regiae sedis aulam repentini penetrant, ac quaeque regalia insignia diripientes asportant. Nec multo post et idem Bernardus regis venatores canesque capiens, cum equis ac venabulis abduxit.

Dux* suos in* regis iniuriam* hortatur. *fol. 22.

44. Rex Rhodomi talia comperiens, Nortmannorum exercitum colligit copiosum, ac collecto, redit, pagum Veromandensem ingrediens, penitusque depopulans. Accitis quoque Arnulfo, Erluino, Bernardo alio, Theoderico comitibus, in urbem Remorum fertur. Eamque disposita circumquaque obsidione cingit, eo quod Hugo eiusdem urbis episcopus quia ducis partibus favebat, regi ingressum negabat. Primo ergo impetu, graviter dimicatum est. Nam sagittariis hinc inde dispositis, qui in muro resistebant missilibus sauciantur. Quibus amotis alii intacti succedunt, vices pugnae ingerentes. Sed et extra telis ac lapidibus iactis, nonnulli afficiuntur, ceduntque. Sepe tumultus reparantur, sepe ad portas, sepe ad murum comminus congressi. Animo utrimque feroces, nullo modo cedere parant; numquam sibi usque ad internetionem cessuri, nisi intercedentium supplicationibus obsidio soluta discessisset.

Rex urbem** Remorum obsidione** premit.**

45. Dux namque in ipsa obsidione per legatos petiit, ut Ragenaldus comes sumptis a sese obsidibus locuturus sibi occurrat. Quod et fieri ab rege concessum est. Directus itaque sub obsidum iure ad ducem venit. Apud quem dux diu deliberans, tandem agit, ut rex ab episcopo et urbanis obsides accipiens, ab urbis oppugnatione discedat, quatinus quocumque et quando rex velit, idem episcopus rationem redditurus accedat. Ragenaldus ducis animum regi perferens, ac consilium approbans, id fieri suadebat. Obsidibusque sumptis idoneis, rex obsidionem decima quinta die solvit, tempusque audiendæ rationis* post dies 40 sub ipsa Kalendarum Iuliarum die constituit. Aliis ergo interim curatis, dies habendi colloquii advenit. Et dux de superiore negotio locuturus, obvius regi affuit. Declamatis autem eorum causis, vix sibi consentiebant. Rationibusque non satis utiliter procedentibus, nihil paci commodum constitutum est, praeter quod sub pace sequestra usque ad medium Augusti rationem distulere.

Dux regi* per legatos suadet* ut ab* obsidione* discedat.

46. Quo tempore cum beatae memoriae Theotilo Turonicae urbis praesul de renovanda inter principes pace vehementissime certaret, atque his admodum occupatus studiis, Lauduno discederet, peripleumonia in ipso itinere corripitur. Quae cum pulmonibus tumorem ac fervorem incuteret, die quarta nati morbi hac vita migravit. Cumque adhuc in noctis tempesta spiritum efflaret, mox luminis globus per aera ut fertur emicans, vigilantibus visus est. Cuius lumine ad noctis depellendas caligines sufficienter usi, qui eius corpus exanime deferebant, per 150 miliaria [45] usque urbem Turonicam huius lucis solamine, corpus beatissimum detulere, in basilica sancti Iuliani martiris, quod idem vir sanctus summa instruxerat religione, multa reverentia deponentes.

Obitus Theotilonis** Turonensium** episcopi.

45

*) D, i, i, *abscisa*. **) bem, obsi, it *abscisa*. *) egi, su, ab, ne *abscisa*. **) he, *si abscisa*. a) ut *corr.* si. b) ab obsidione 1. c) ati *deleta*.

44) *i. e.* Silvanectensis. 45) Flodoardus ducenta fere milia scribit.

945. Captio regis a Nortmannis. fol. 22'.

47. Quo sepulto, cum adhuc inter regem ducemque pax nulla composita esset, atque rex dolos simulatorum nondum perpenderet, Erluino suisque aliis sumptis, Rhodomum rediit; nil veritus cum paucis illic immorari, cum idem consueverit. Dolus apud ducem a transfugis paratus, qui ante latuerat, orta oportunitate ex raritate militum, *in apertum erupit. Nam dum tempestivus adveniret, ab Hagroldo qui Baiocensibus praeerat, per legationem suasoriam accersitus, Baiocas cum paucis ad accersientem, utpote ad fidelem quem in nullo suspectum habuerat**, securus accessit. Barbarus vero militum inopiam intuitus, cum multitudine armatorum regem incautum aggreditur. Cuius satellitum alios saucians, alios interimens, regem in fugam cogit. Et forte cepisset, nisi ab eius armigero resistente ibi mox interfecto, aliquantisper detentus esset. Qua mora rex equi velocitate per devia raptus, Rhodomum solus pervenit. Urbemque ingressus,

Jul. 13. a civibus, eo quod cum Baiocensibus conspirassent, captus ac tentus est.

Rex** a Nortmannis** per obsides** dimittitur, et iterum** dolo a** duce capitur.

48. Hugo dux regem Rhodomi captum comperiens, Baiocas devenit; pro regis captione gratias redditurus, ac ut sibi captus commitatur[b] ratiocinaturus. Nortmanni vero[c] iustis conditionibus id agendum respondent, ut si dux regem excipiat, ipsi regis filios omnes, sub iure obsidum accipiant. Nec sub alia lege regem sese dimissuros. Dux captionem dissimulans, acsi regis causa rem ordinaturus, ad reginam Gerbergam, pro filiis regis legatos mittit. At regina rem necessariam cognoscens, sub sacramento minorem dirigit, maiorem mittere evinci non valens. Nam duo tantum erant. Minore ergo obside oblato[d], Nortmannis non satis fuit; maiorem admodum petentes[e]. Sed quia iis quibus fidelior mens inerat, visum est regiae stirpis nobilitatem posse penitus absumi, si desertoribus omnes filii cum patre teneantur, id sese non facturos responderunt; minorem tantum daturos, et pro maiore ex se ipsis quemcumque petant dimissuros. Widonem ergo Suessorum episcopum, quem inter omnes potissimum videbant, expetunt, ac pro obside cum regis filio recipiunt. Rex itaque dimissus, cum a duce in sua deduci putaretur, ab eodem detentus est, ac Teutboldo Turonico custodiendus deputatur. Unde et manifestatum fuit, regiae lineae decus, in absumptione patris et filiorum penitus abolere tirannum voluisse. Re autem in contrarium ducta, unus tantum[f] regis filius a captione superfuit.

Otto, et Edmundus reges Germanorum et Anglorum, in ducem pro rege moventur.

916.

49. Cuius rei ordinem[g] regina mox per legatos oratores Edmundo Anglorum Ottonique Transrhenensium regibus indicat, ac super hoc gravissimam querimoniam litteris habitam mittit. Otto regis ac sororis casum dolens, pro restitutione regis, Hugoni mox legationem delegat, plurima postulans, aliqua etiam intentans. Edmundus quoque rex de sobrini miseriis adeo conquestus, eidem duci multam animi indignationem suorum legatione demonstrat; plurimum si non reddat contra illum sese facturum intendens, insuper et hostes ei terra marique inducturum, ac terram eius penitus depopulaturum. Quod si quolibet claudatur municipio, obsidionem vehementi conamine adhibiturum; atque amplius duce, se a Gallis accepturum suppetias. Et nisi regem in proximo reddat, eum terra marique in proximo appetendum.

Indignatio** ducis in Edmundum** regem**.

50. Dux gravi legatione confectus, Ottoni pro[h] parte dissentit, pro parte favet. Regis vero Edmundi legatis, id nec in proximo, nec praeter rationem agendum respondet. Ob minas Anglorum nil sese facturum. Ipsos si veniant, quid in armis Galli valeant, promtissime experturos. Quod si formidine tacti non veniant, pro arrogantiae tamen illatione, Gallorum vires quandoque cognituros, et insuper poenam luituros. Iratus itaque legatos expulit. Consultumque se conferens, apud suos partibus utitur deliberationis.

945. Et post consultum, Ottonem expetit. Qui cum per legatos colloquendi oportunitatem quereret, infensus ei loqui non optinuit. Nimiumque iratus, in sua discessit, ac suorum

fol 23. usus consilio, *regem adit, sicque alloquitur:

Prolocutio* Hugonis ad regem*.

51. *Parvum te o rex adversariorum insectatio in partes transmarinas olim compulit. Meo vero ingenio et consilio inde[i] revocatus, regnis restitutus es. Post dum meis usus fuisti consiliis, rerum secundarum prosperis floruisti. Numquam nisi tui furoris pertinatia a te defeci. Infimorum ac imprudentium hominum dispositione usus,*

*) re, rt *abscisa*. **) R, tm, ob, m, it, a d *ex coniect.* *) O, g, n, r, pr *ex coniect.* **) ti, E, r *abscisa*.
*) utio, regem *abscisa*. a) habebat 1. b) *sic.* c) v. duci non satis creduli, *iam deleta*. d) dato 1.
e) quaerentes 1. f) *ita c.* g) *Quae sequuntur, passim a Trithemio a.* 946 *excripta sunt.* h) pro *abscisum*.
i) regnis 1.

a sapientium consiliis plurimum oberrasti. Unde et rerum calamitas digne consecuta 946.
est[a]. *Quomodo enim praeter me necessaria tibi ac gloriosa provenire arbitrare? Multum inquam tibi in hoc derogatum est. Iam memineris te virum esse. Consideres quoque, quid tuae rationi commodum sit. Sicque virtus redeat, ut*[b] *in benivolentiam nos revocet, te imperantem, et me militantem*[c], *per me etiam reliquos militatum tibi reducat. Et quia rex a me creatus, nihil mihi largitus es, Laudunum saltem militaturo liberaliter accommoda. Quod etiam causa erit fidei servandae.* Rex utpote captus, dictis proloquentis cessit. Unde et dimissus, data Lauduno[d], Compendii sese recepit. Adest Gerberga regina multa virtute memorabilis. Adsunt quoque aliquot ex Belgica episcopi. Confluunt etiam viri illustres nonnulli.

52. Apud quos etiam rex his verbis conquestus est. Et: *Eia tu* inquiens *Hugo! Eia tu Hugo! quantis bonis a te privatus, quantis malis affectus, quanto etiam merore nunc detineor! Urbem Remorum pervasisti. Laudunum surripuisti. His tantum duobus recipiebar, his duobus claudebar. Pater meus captus atque in carcerem trusus, has quae me premunt aerumnas cum anima simul amisit. Ego vero in eadem praecipitatus, ex regno paterno nihil nisi spectaculum praebeo. Iam nec vivere libet, nec emori licet. Quo me itaque conferam?* Paransque amplius conqueri, ab indignantibus inhibitus est. Deinde animum temperans, consilium cum suis confert. Querimonia regis apud privatos de Hugonis persecutione[e].

53. Quo collato, Ottoni regi per legatos ereptionem suam demonstrat. Antea sese captum, nunc autem omnibus bonis privatum memorans. Unde et amico auxilium conferat. Urbes amissas, repetere iuvet. Si id faciat, gratiam multam sese inde recompensaturum. Otto benignissime legationem excipiens, cum copiis in regis auxilium se iturum spondet, ac tempus edicit. Legati redeunt, ac mandata referunt. Nec minus et ab rege Genaunorum[1] Conrado, copias petit, et accipit.

54. Interea Otto rex cum Rheno transmisso, exercitum per Belgicam duceret, obviat regi Conrhado, qui tunc ab Alpibus egressus, cum multa expeditione Ludovico succurrere accelerabat. Iuncti ergo ambo, cum multo equitatu gradiebantur. Quorum accessum Ludovicus dinoscens, ocius occurrit. Tres itaque reges, in unum collecti, primi certaminis laborem Lauduno inferendum decernunt. Et sine mora, illo exercitum ducunt. Cum ergo ex adverso montis eminentiam viderent, et omni parte urbis situm explorarent, cognito incassum sese ibi certaturos, ab ea urbe discedunt, et Remos adoriuntur. Ubi quia planicies commoditatem exercitibus parabat, obsidio circumquaque disposita est. Et primo certamine comminus pugnatum est. In quo tela ac lapides tam dense ferebantur, quam densa grando quandoque dilabitur. Per integram ergo diem, continuis motibus urbs inpugnata est. Post vero comminus septies dimicatum, atque hoc fere per dies sex. 1 fol. 23'.

55. Nec tamen cives assiduis tumultibus victi, ullo modo cedebant, cum eorum praesul Hugo, quosdam principum qui sibi quadam cognatione conveniebant, extra urbem allocutus est, quaerens ab eis rationem, ut scilicet quid agendum, quid vitandum, sibi dicerent. Si aliquorum intercessione id medendum videretur, si opus foret precibus, si etiam pugnae instandum esset. Illi mox regum animositatem demonstrantes, fixum in eis, asserunt, nullorum interventibus sese concessuros, at obsidioni usque ad effectum operam daturos. Quod si urbem vi capi contingat, ipsi praesuli oculos effossuros, et hoc ita ordinatum fixumque. Unde et accelerandum ut egrediatur, suosque ab regum indignatione eripiat. His praesul territus, suis hoc monstrat. Et consilio habito, die obsidionis sexta, cum suis egreditur. Portae[f] regibus panduntur.

56. Reges vero Artoldum resumentes, urbem consequenter introducunt. Duorumque metropolitanorum medius, Friderici Maguntini, ac Rotberti Treverensis, ab eis per manus pristinae sedi restitutus est. Ubi etiam mox Gerbergam reginam cum aliquot illustribus custodiae deputantes, ipsi tres reges in Hugonem ducem cum exercitu feruntur. Silletum quoque vi irrumpere nitentes, considerato oppidi firmamento, inde amoliuntur, non tamen sine suburbii combustione, et aliquorum nece; sicque ad fluvium Sequanam contendunt.

*) pri, ugonis, ne *abscisa*. a) est. Quomodo enim stare potest, quem socordia precipitat *deleta; desunt etiam apud Trithemium*. b) quae 1. *Trith*. c) m. componat *delet*. d) L. a duce regno *deleta*. e) u. praeter suorum conscientiam a. *deleta*. f) P. quoque *deleta*.

1) Burgundiae.

946. Quomodo pauci iuvenes* naves a duce* subductas per* astutiam* repetitas exercitui adduxerint*. *fol. 24.

57. Dux vero eorum impetum praesentiens, a litore hostibus contiguo per 20 miliaria omnes naves abduci praeceperat, ne adversariis transeundi commoditas pararetur. At frustrato eius consilio, multo aliter provenisse notum est. Nam decem numero iuvenes quibus constanti mente fixum erat omne periculum subire, habitum militarem in peregrinum transformantes, reges prevenerant, obsecrationum vota simulantes*. Sportulis itaque ab humero dependentibus, ferratis baculis procedunt. Habitumque mentiti peregrinum, urbem Parisium cum Sequana pontibus pertranseunt. Nullus eis molestus extitit. *Ac litora exteriora quibus naves tenebantur petunt. Sicque in hospitium farinarii cuiusdam[46] divertentes, sese gratia visendi sanctorum loca ex citeriore litore[b] advenisse referunt. Farinarius iuvenes formosos in habitu licet abiecto considerans, hospitium gratanter accommodat, et insuper eos mitius curat. Qui fraudem meditati, nummos dant, vinumque mercati hospitem inebriant. Et sic totam diem convivii iocunditate consumunt. Iuvenes hospitem vino faciliorem advertentes, quod ei sit officium percunctantur. Ille farinarium sese memorat. At illi prosecuti, si quid amplius possit, interrogant. Ille etiam piscatorum ducis magistrum se asserit, et ex navium accommodatione questum aliquem sibi adesse. Illi vero: *Quoniam* inquiunt *humanissimum nobis te invenimus, ampliora etiam optamus. Unde et si quiddam nobis facias, solidos nos allegaturos pollicemur, ut videlicet trans fluvium nos evehas, eo quod ulterius procedere oratum nequeamus, itineris longitudine fatigati.* At hospite respondente ducis edicto naves ad interiora litora raptas, ne Germanis irrumpentibus pateat accessus, illi tempore nocturno absque calumnia id fieri posse prosecuntur. Ille pecuniae cupidus, naulum accipit, ac de patrando negotio fidem dat. Nox affuit. Iuvenes promissum fieri postulant. Ille mox assumpto puero privigno, cum iuvenibus in noctis tempesta ad naves properat. Comitantur et iuvenes. Qui solitudinem videntes, puerum raptum in fluentum demergunt. Hospitem vero clamare nitentem, gutture invadunt. Atque mortem ni quod volunt efficiat, interminantur, ut videlicet naves solvat. Pervasus ergo ac territus, naves solvit. Consilioque inito, vinctum navi conitiunt, ac naves singuli singulas ad litus deducunt. Eiecto vero hospite vineto, navim unam omnes ingressi, alias repetunt, ac novem iterum deducunt. Octiesque fluvium remensi, naves numero 72 abduxerunt.

58. Dum haec gererentur, regum exercitus in ipsa diei orientis aurora fluvio affuit, navesque paratas cum remis invenit, quas tirones cum armis ingressi, navigant ac exaquantur. Tum circumquaque palantes, nullo prohibente a diversis portibus alias rapiunt, et exercitibus deducunt. Nam qui ruri degebant, irruentium metu omnes auffugerant. Dux vero Aurelianis sese receperat. Unde et qui resisteret aberat. Navibus itaque conexis, ac multo robore compactis, liburnas solidant. Quas ingressus exercitus, fluvium transit. Dein terra recepti, incendiis praedisque vehementibus totam regionem usque Ligerim depopulati sunt. Post haec feruntur in terram pyratarum ac solotenus devastant. Sicque regis iniuriam atrociter ulti, iter ad sua retorquent. Ludovicus vero rex Remos redit.

Qualiter Deroldus a quodam medico deceptus* sit eumque deceperit*. *fol. 24'.

59. Quo tempore Ambianensium episcopus Deroldus ab hac vita decessit, vir spectabilis ac palatinus, et quondam et regi admodum dilectus, in arte medicinae peritissimus. De quo etiam fertur, quod cum adhuc in palatio *regi serviret, a quodam Salernitano medico deceptus sit, eumque deceperit. Etenim cum uterque in arte medicinae optime posset, et iste regi potior, Salernitanus vero reginae[c] peritior videretur, commento regis repertum est quis eorum rerum naturas magis dinosceret. Iussit etenim coram se illos consedere convivas, causam rei penitus dissimulans, ac sepe eis questiones proponens. Quisque ut poterat proposita solvebat. Deroldus quidem, utpote litterarum artibus eruditus, probabiliter obiecta diffiniebat. Salernitanus vero licet nulla litterarum scientia praeditus, tamen ex ingenio naturae, multam in rebus experientiam habebat. Regio itaque iussu cotidie consident, ac mensa regia continue una potiuntur. Et die quadam de dinamidiarum differentiis disputatum est; tractatumque uberius quid

*) iuv, a d, per a, tas, ad *abscisa*. **) ceptus, ceperit *abscisa*. a) s. Quod et fertur Bernardi comitis astutia dispositum *iam deleta*. b) itore *ex coniect.* c) r. Frederunae *deletum*.

46) De molendinario, molendinorum Sequanae custode, cf. Gesta consulum Andegavensium cap. 6. apud Dachery Spicil. X. 444.

efficiat farmaceutica, quid vero cirurgica, quid etiam butanica. At Salernitanus, pere- 946.
grina nomina non advertens, ab eorum interpretatione erubescens quievit. Invidet ergo plurimum, ac in eius mortem venenum parare meditatur; multam dolose benivolentiam simulans. Parato vero maleficio, cum una in prandio residerent, Salernitanus ungue impudici toxicato, liquorem piperis quo cibum pariter intinguebant, loetaliter inficit. Quo Deroldus incaute sumpto, mox serpente veneno, deficere coepit. Eductusque a suis, teriaca vim veneni repellit. Et triduo expleto coram rediens, Salernitano consuescebat. Interrogatus vero quid ei accidisset, fleumatis frigdore se leviter tactum respondit; quicquam fraudis se perpendisse dissimulans. Unde et hostem incautum efficit. Convivae itaque redditi, Deroldus toxicum inter auricularem ac salutarem occultatum, eius cibo sumendo respersit. Quod mox venis serpens, vitae calorem fugabat. Vexatusque a suis eductus est. Qui veneno expellendo operam dans, nihil curae agebat. Deroldum itaque magnificans, summumque eum in medicina praedicans, eius curam vehementissime petebat. Qui regis iussu flexus, antidotis datis a toxico per industriam non ex toto purgavit. Nam sumpta teriaca, vis veneni in pedem sinistrum penitus dilapsa est; in tantum ut apud domesticos eo familiariter agente, venenum ut fertur in modum ciceris a pede per venam surgens, ab antidoto obviante in pedem repelleretur. Quibus diutissime sic repugnantibus, pes in cutis superficie foratur. Factoque morbo, post a cirurgis miserabiliter absciditur.

60. Interea dux Neustriam combustam direptamque dolens, exercitum parat, et fol. 25.
in Arnulfum, cum in regem non auderet, truculentus effertur. Oppida quoque illius 947.
aliquot impugnat. At cum per dies sex nullum comprehendere posset, voto frustratus sua repetit. Quae dum a duce gererentur, rex obsidione Mosomum premebat, eo quod ducis nepos Hugo a pontificatu abiectus ibidem moraretur. Hunc itaque infestabat in ducis contumeliam. At ducem ab obsidione discessisse comperiens, ipse quoque Remos repetit. Qua etiam tempestate Bovo Catalaunensium episcopus, hac vita decessit. Cui etiam mox successit [a] ab rege, Gipuinus totius electione cleri, adolescens egregius, atque a domno Artoldo Remorum metropolitano consecratur episcopus.

61. Post [b] haec vero, rex in Belgicam concessit, ibique ei locuturus, Otto rex [c] obviam venit. Ac quaeque necessaria ordinantes, ambo reges Aquisgrani pascha celebrant, atque multa reverentia sese mutuo honorant, atque hoc ab Ottone amplius; a quo etiam Ludovicus regiis donis liberalissime honoratur.

62. Dum haec ita sese haberent, dux de regis iniuria apud suos agitabat, oportunitatem in regis absentia asserens, qua urbem Remorum capiat, cum tunc urbs tam episcopo quam militibus vacua esset, rex etiam ipse alias occupatus alia quereret. Unde et possibile asserebat, facili expugnatione urbem capi. Idque attemptare sese plurimum velle. Quibus milites capti, in urbem mittendas cohortes censent. Quae collectae, cum duce gradiuntur. Urbem appetunt, et circumquaque obsidione premunt. Diffunduntur quoque passim, atque frumentum ex locis contiguis in usum pugnae convectant. Castra fossis muniunt, cratibusque circumdant. Pugnam ergo in dies aut semel, aut bis inferunt. Nec minus et cives vehementissime resistunt. Iamque id diebus numero novem agitabant, cum regem adeo indignatum regredi ab observatoribus nuntiatur. Et mox obsidione soluta, duodecima die ab urbe discedunt. Dux urbem Remensem impugnat.

63. Nec diu moratus rex urbem succurrendo ingreditur. Apud quem mox principes collecti, de [illegible] ac communi salute consultant. Et quia rerum utilitas Ottonem consiliis interesse exigebat, diriguntur legati, per quos ei [d] necessitas demonstratur, ac colloquium exeunte mense Augusto sibi habendum secus fluvium Karam denuntiatur.

*) urbem, ensem im, nat *abacisa*. a) s. donatus *vox iam delata*. b) *Regis iter Aquisgranense paulo amplioribus verbis Frithemius exposuit* a. 948 et 949. ... Remorum civitatem revertitur. Quo iussu regio convenerunt ex Celtica fere omnes episcopi, abbates, comites et nobiles, illis duntaxat exceptis qui partes ducis Hugonis sequebantur. Communi omnium decreto statuitur, ut regiae dignitatis causa disponeretur apud regem magnum Ottonem, eo quod ipse tunc in Belgica moraretur, et apud alios, quorum prudentiae res publica videretur commendanda. Et legatis utrinque directis rex Otto indicit colloquium generale in palatio Aquisgrani ad festum dominicae resurrectionis proxime habendum (A. 949). Anno praenotato rex Otto, et Ludovicus Gallorum iuxta condictum ad festum dominicae resurrectionis in Aquisgrani conveniunt; ad quas e Germania et Gallia nonnulli quoque principes, episcopi, abbates et comites confluxerunt, qui omnes cum summa reverentia et honore sanctam pascha in dicto palatio celebrarunt. *Quae ut seculi XVI. commentarium, nullius auctoritatis esse, patet.* c) r. belgicae *del.* d) Ottoni *corr.* ei. *Talia omisi.*

947. 64. Cum haec sic sese haberent, dux nepotem ab praesulatu pulsum dolebat. Suadebat itaque ut officio pontificali amplius insisteret, et ne privatus penitus dignitate videretur, aliquas ad gradus promoveret personas. Tetbaldum ergo Suessonicae aecclesiae diaconum accersit, presbiterumque ordinat, ac post duce agente aecclesiae Ambianensium episcopum sacrat. In qua re favere visus est Wido tantum Suessorum epi-
fol. 25'. scopus. *Quem quia post penituit, sequentia demonstrabunt. Sed tempus colloquendi regibus advenit, ac secus fluvium Karam sibi occurrunt. Nec defuit dux, qui et ipse apud Duodeciacum vicum castra fixit, ut pro nepote causam apud episcopos ageret.

Dux* enititur ut* causa* pro suo nepote* apud episcopos* agatur.

65. Regibus itaque rerum negotia agentibus, dux causam nepotis episcopis disponebat, penes quos etiam plurimam habebat indignationem, iniuste et nullis evidentibus culpis nepotem praecipitatum memorans. Quod cum indicatum regibus esset, Ottone agente decretum est, ut ibi ab episcopis causa Artoldi atque Hugonis discuteretur, ita tamen ut et dux tempore congruo regi satisfaceret. Episcopis itaque rationem excipientibus, cum inter plurima quae ibi explicata sunt illud constantissime refutarent, quod Hugo sacerdotio privatus, contra fas Ambianensium episcopum ordinasset, regum sententia in aliam sinodum huiusmodi rationem transferendam constituit. Videbatur etenim, quod non ad aequitatem satis commode haec altercatio determinari valeret, cum nec sinodus ad hoc convocata fuisset. Et decreto regio 15. Kalend. Decemb. habenda denuntiatur. Interim vero sedes Remensis Artoldo conceditur, Hugoni vero in castro Mosomensi commorari permittitur. Pax quoque sequestra Ottonis interventu regi ac duci ab alterutro datur, et usque ad tempus habendae sinodi sacramento firmatur.

Sinodus** Virduni** habita.

66. Tempus advenit, sinodusque episcoporum Virduni collecta est atque habita praesidente Rotberto metropolitano Treverico, cum Artoldo Remensi, considentibus quoque Adalberone Mettensi, Gauslino Tullensi, Hildeboldo Mimegardvurdensi, Israhele Brittigena, assistentibus etiam Brunone viro reverendo et abbate, cum aliis abbatibus et monachis venerandis Agenoldo et Odilone. Ad hanc sinodum Hugo vocatus, missis ad eum deducendum Adalberone et Gauslino episcopis, venire noluit. Unde et episcoporum sententia* Artoldo tenere concedit episcopium. Sicque nullis rerum determinatis rationibus, sinodus soluta est.

Sinodus Mosomi* habita.

67. Indicitur vero habenda Idibus Ianuar. Et evoluto tempore, in basilica sancti
948. Petri[b] apud Mosomense castrum secunda sinodus habita est, praesidente quoque praedicto metropolitano Rotberto Treverico, cum fere omnibus suae dioceseos episcopis, ac aliquibus Remensis; consedente etiam Artoldo, cuius causa discutienda erat. Ne* abfuit Hugo; at sinodum ingredi noluit. Epistolam vero nomine Agapiti papae signatam per suos[d] sinodo legendam porrexit. Quae cum soluta et lecta esset, nihil canonicae auctoritatis habere videbatur, nihil etiam pro eius causa significare, nisi ut episcopium ei
* fol. 26. redderetur. *Qua perlecta, cum episcopi consulto sese contulissent, cassandam censuerunt, eo quod absque ratione rem quae in lite erat abdicato reddi iubebat. Et quia paulo ante ab ipso papa Agapito delegata erat epistola per Fredericum Maguntinum episcopum, atque data Rotberto metropolitano Treverico, coram regibus ac Galliae et Germaniae episcopis, quae erat continens auctoritatem apostolicae iussionis, partemque praeceptorum eius iam exsecuti fuerant, communi mox consensu decretum est, ut quod regulariter coeptum erat, rationabiliter atque canonice pertractaretur. Simulque et mox a metropolitano iussum est, ut recitaretur caput 19. concilii Cartaginensis, quod constat de accusato et accusatore. Et recitato, secundum ipsius capituli sententiam constituere, ut Remensi parroechia Artoldo restituta, qui nullius sinodi rationes audire refugit, Hugo qui ad duas iam sinodos accersitus venire contempserat, a Remensis episcopii regimine abstineret, donec in tertiam sinodum* purgandus de obiectis adveniret. Capitulum vero supra dictum, litteris cartae mandatum est, et ab episcopis cautum, ac eidem Hugoni directum. In quo, cum episcoporum cautionem subscriptam Hugo vidisset, motus in iram, Rotberto qui sinodo praerat contumeliose remisit, episcoporum iudicio nihil sese facturum asserens. Et sic causa penitus indiscussa, sinodus soluta est. Indicitur vero tercia sinodus Kal. Aug. habenda.

*) Du, ut, c, nep, episcopo *abscisa*. **) nod, ni h *abscisa*. *) Mo *abscisum*. a) sensentia *c*. b) petetri *c*. c) *ita c*. d) per quendam clericum suum 1. e) s. quae Kalendis Aug. habenda indicebatur *del*.

68. His ita gestis, Artoldus epistolam ad sedem Romanam dirigit, commodissime continentem, et suarum iniuriarum seriem, et regis incommodorum tenorem. Domnus itaque Agapitus papa, ad multam benivolentiam animum intendens, mox accersit venerabilem Ostiensem episcopum Marinum, magnae aequitatis et prudentiae virum, vim epistolae ei explicans, et ad rerum correctionem illum vehementissime hortans. Mittitur ergo venerabilis Marinus, domni papae vicarius, ad Ottonem regem, ob evocandam atque congregandam universalem sinodum. Diriguntur et epistolae specialiter aliquot episcopis tam Germaniae quam Galliae, ad rerum aequitatem suasoriae. 948.

69. Interea statuto tempore, sinodus universalis collecta est ex praecepto Agapiti papae, sub Marino eius vicario, in palatio Angleheim, quod interpretatur angelorum domus, secus fluvium Rhenum, in basilica beati Remigii Francorum apostoli. Domno itaque Marino praesidente, episcopi quoque qui ex diversis confluxerant, iure aecclesiastico consederunt, *Rotbertus videlicet Trevericus metropolitanus, Artoldus Remensis metropolitanus, Fredericus Maguntinus metropolitanus, Wicfridus Coloniensis metropolitanus, Adaldacchus Hammaburgensis episcopus, Hildeboldus Mimegardvurdensis episcopus, Gauslinus Tullensis episcopus, Adalbero Mettensis episcopus, Berengarius Virdunensis episcopus, Fulbertus Cameracensis episcopus, Rodulfus Laudunensis episcopus, Richoo Warmacensis episcopus, Reimboldus Spirensis episcopus, Boppo Wirzburgensis episcopus, Chounradus Constantiensis episcopus, Odelricus Augustensis episcopus, Thethardus Hildinesheimensis episcopus, Bernardus Alfureestedensis[47] episcopus, Dudo Poderbrunnensis episcopus, Lioptacus Ribunensis episcopus, Michahel Radisponensis episcopus, Farabertus Tungrensis episcopus, Doddo Osnebruggensis episcopus, Evherus* Mindensis episcopus, Baldricus Treiectensis episcopus, Heiroldus Salzburgensis episcopus, Adalbertus Pazsoensis episcopus, Starchandus Eistetiensis episcopus, Horath Sleoswicensis episcopus, Wichardus Basiliensis episcopus, Liefdach[48] Ripuensis episcopus. Item sinodus* apud Angleheim** habita*. cf. Legg. II. 21. *fol. 26'. 47 48

70. Horum omnium cuique cum liceret ex canonibus vel decretis proferre quaecumque negotio commoda viderentur, disponendi[b] tamen facultas et rationum interpretatio, domno Rotberto Trevcrico commissa est, eo quod divinarum et humanarum rerum scientia et eloquentiae efficatia insignissimus haberetur. Iudicii vero censura penes domnum Marinum domni papae vicarium mansit[49]. Et considentibus cunctis, post praemissas secundum ordinem celebrandi concilii preces, postque recitata decretorum sacra capitula, serenissimi reges Ludovicus et Otto, in sacram sinodum admissi sunt. Quibus etiam considentibus, domnus ac venerandus Rotbertus sic orsus cepit: De dispositione** gerendorum**, et habendae** iuditii praelatura**.

71. *Multa* inquiens *sunt, patres reverendi, quibus hic apud serenissimos reges, in unum coacti residemus. Plurima etiam quae vestra probitate ordinanda videntur*[c]. *Totius pene Galliae rem publicam pravorum temeritate turbatam, magnisque subiacere periculis constat. Unde et leges divinae atque humanae indiscrete a malivolis contemnuntur, cum is cui regnorum*[d] *iura debentur, et imperandi potestas transfusione paterna credita est, suorum insectatione captus, ergastuloque immaniter trusus sit, suorum adhuc gladiis infestetur*[e]*, Remorum quoque metropolim absque pastore fures atrocissime insectentur, cultus divinus vilescat, religio canonica pro nihilo sit. His ergo patres vehementissime insistendum arbitror, multaque nobis diligentia enitendum, qui gratia sancti Spiritus hic in unum confluximus*[f]*, *quatinus res ante dissolutae sic in foedus redeant, ut et domno ac serenissimo regi libera regnandi reddatur potestas, et per eum ecclesiae Remensi debitus suus restituatur honor.* Praelocutio* Rotberti* Treverici* metropolitani in sinodo. Legg. II. 19—21. *fol. 27.

72. Ad haec domnus Marinus sanctae Romanae sedis vicarius: *Optime* inquit *atque utiliter frater ac coepiscopus Rotbertus, rerum seriem tenuit. Etenim cum divinas leges, humanis praeponendas ipse pernoscat, considerata tamen rerum fortuna, regiae dominationis imperium ante dixit restaurandum, ut eius vigore firmato, eiusque potentia utiliter restituta, eius post liberalitate, ecclesiarum Dei honor consequenter recre-* Responsio** Marini** Romanae** sedis** legati**.

*) odus, gle, bita *abscisa*. **) tio, dor, da, tu *abscisa*. *) Pr, R, ri, li *abscisa*. **) ponsio, ni, Ro, sedis, ti *abscisa*. a) Euherus *c*. b) ordinandi *corr.* disponendi. c) cognoscimus *superscripto* videntur. d) galliarum *superscripto* regnorum. e) appetitur *l*. f) *c.* multo intuitu, multo caritatis affectu [considerandum *corr.*] insistendum arbitror ut sic *res* etc. *delta*.

47) *i. e.* Halberstadensis. 48) supra iam occurrit, ut etiam in Flodoardo. 49) cf. infra concilium ad S. Basolum ann. 991. Marinus igitur praesidis, Rotbertus referentis vices susceperunt.

948. *scat, eius patrocinio agente, virtus bonis quibusque redeat. Quod ut Deo annuente fieri queat, in primis audienda atque strenuissime disponenda videtur causa domni ac serenissimi regis, si id quoque vestri iudicii paciatur censura.* Synodus dixit: *Audiatur.*

Conquestio Ludovici regis apud Ottonem regem et sinodum regni.

73. Tunc rex Ludovicus ab Ottonis regis latere surgens, stando conqueri modestissime petebat. At rogatus ab sinodo, huiusmodi residens effudit querelam: *Quanto* inquiens *Hugonis instinctu, quantoque eius impulsu conqueri cogor, testis est ille, cuius gratia vos hic congregatos paulo ante relatum est. Pater eius, ut a principio exordiar, patri meo regnum invidens, dum ei domi militiaeque servitium deberet, regno illum immaniter privavit et usque ad vitae eius suprema[a] ergastulo[a] inclusum esse rogavit. Me vero parvum in fasciculo farraginis a meis dissimulatum, in partes transmarinas et prope in Rifeos fugere compulit. Patre autem extincto[a] et me in exilium deportato, iste cum reminisceretur sui patris, ob insolentiam interfecti, regni curam suscipere formidabat. Nobis itaque invidens, Rodulfum[b] promovit. Sed Divinitas res illius sicut et cetera determinans, ei quando voluit finem regnandi dedit. Dum item regnum vacaret, consilio bonorum me a partibus peregrinis exulantem revocavit, ac omnium conibentia in regnum promovit, nihil mihi praeter Laudunum relinquens. Promotusque cum ea quae regii iuris videbantur, repetere niterer, id invidissime ferebat. Factus ergo latenter adversarius, amicos si quos habebam, pecuniis subvertebat, inimicos in odium amplius incitabat. Tandem urgente invidia, apud piratas egit, ut ab eis dolo caperer; regnum in se posse refundi arbitrans, si id fieri contigisset. Nec defuit insidiis effectus. Captus fui, carcerique[c] mancipatus. Ille vero me eripere simulans, filios meos iure obsidum dandos petebat. At iis qui mihi fide adiuncti erant omnes dari reclamantibus, dimisso uno, a piratis me recepit. Iam libertatem sperans, quo animus impelleret ire volebam. Verum aliter provenisse manifestum est. Nam captum mox in vincula coniecit, ac annuali carceri mancipavit. Unde cum a cognatis et amicis meis indignantibus sese impetendum adverteret, libertatem[d] spopondit si Laudunum acciperet. Hoc tantum claudebar, hoc solo cum uxore et natis recipiebar. Quid facerem? Castro vitam praeposui; pro castro libertatem merui. Et en omnibus privatus, omnium opem deposco! 'His si dux contraire audeat, nobis tantum singulariter congrediendum sit.*

'fol. 27'.

Oratio Rotberti pro Ludovico.

74. Quibus palam promulgatis, Rotbertus metropolitanus subinfert: *Quoniam* inquiens *domni atque serenissimi regis satis breviter ac dilucide digestam, optime ut a bitror conquestionem percepimus, consequens videtur, ut eius causam in quantum fas est determinemus. Dux ergo quia omnia pene regni iura, in sese transfudit, eique viribus reniti non valemus, mitius hoc attemptandum arbitror, ut qui Deum non metuit, et hominem non reveretur, multa ratione multaque rerum consideratione, ad normam Deo iuvante reducatur. Igitur iuxta patrum decreta, et canonum regulam, inprimis ad satisfactionem fraterne monendus est, verbisque suasoriis ad id modestissime revocandus. Quod si post blandam revocationis ammonitionem resipiscere noluerit[e], omnium anathemate feriatur, hoc habentes praesidio, quod iam a domno papa correctus sit, iussusque a domini sui insectatione quiescere.*

Responsio Marini legati pro eodem.

75. Atque his domnus Marinus subiunxit: *Reminiscor* inquiens, *domnum papam ante hunc annum anathema in reos misisse qui hunc dominum et regem Francorum insectabantur; epistolam quoque suasoriam ut ab eo non deficiant, bonis quibuslibet delegatam, atque conquestionem de eadem re litteris expressam, iis quibus sanior mens erat delegatam fuisse. Unde et opinor iustissime dictum, cum ante a papa vocatus atque correctus sit, nunc quoque caritatis gratia revocandus est, et diligentissima suasione ut a malis quiescat commonendus; et post omnium anathemate dampnandus. Et non solum ille, verum omnes qui ei in malis favere fauentque. Sed hunc solum a nobis accipiet opem. Numquid vero ab alio quicquam opis accipiet? Eius conquestio in sua clausula, opem omnium postu at. Sed si a nobis ei succurritur, a domno Ottone rege quid accipiet? Et decretalia sancta acclamant, postquam tirannis anathema dampnationis ab episcopis iniectum est, a bonis quoque potentibus vim inferendam, ut si aeccle-*

*) estio, ci, regis, gem et, m, i *abscisa*. **) Or, berti *abscisa*. *) Res, Ma, pro eo *abscisa*. a) ma, o inclu, ogavit *absc*. a') capto 1. b) alium 1. c) c. per annum *del*. d) reditum 1. e) n. tertia huius sinodi die *del*.

siasticis correctionibus ad normam redire nolunt, saltem potentium vehementi violentia 943.
ad bonum redire cogantur, ut vel invitis bona praestentur.

76. Ad haec rex Otto: *Multa* inquit *sunt patres beneficia, quae a vobis domno ac serenissimo regi Ludovico utiliter accommodari valebunt. Etenim si eius insectatores armis divinis adoriumini, consequenter aut facili tumultu devicti labascent, aut si quid impetendum relinquetur, facilius nostris armis infirmabitur. Vos ergo iubente domni papae legato, vestri ordinis instrumenta *exerite, ac tanti regis adversarios, anathematis gladio transverberate. Contra quae si cervicem postea erigere audeant, et dominicis interdictis resistere non formidant, nostrum exinde erit, quibus commissum est in hac mundi parte sanctam Dei aecclesiam tueri, ut in tales arma sumamus, huiusmodi debellemus. Et si necessitas adurgeat, strictis gladiis usque ad immanissimam caedem perditissimorum hominum deseviamus, habita in illos iustissimae indignationis causa, quod illicita aggrediantur, et pro illicitis ammoniti, non corrigantur. Vos itaque tantum vestris insistite; et post modestiam vestram virtus nostra sequetur.* Oratio* Ottonis* regis pro eodem. * fol. 28.

77. Quibus dictis, mox sinodi decreto epistola descripta est palamque recitata, hanc verborum seriem tenens[50]: *Sancta sinodus in palatio Angleheim sub domnis atque orthodoxis regibus Ludovico et Ottone utiliter habita, Hugoni duci. Quantis malis, quantaque persecutione vexaveris illam venerabilem Remorum metropolim, quanta quoque crudelitate debacchatus sis in dominum tuum regem, ora omnium locuntur, apud omnes agitatur. Quod quam sceleratum, et quam pernitiosum sit, divinae atque humanae leges copiosissime produnt. Unde et tibi compatientes, ab talibus te quiescere monemus. Et ad dominum tuum, multa mansuetudinis humilitate quantotius reverti hortamur. Quod si contempseris, priusquam in diversa referamur, anathemate sine dubio te perstringemus, donec aut satisfacias, aut Romam apud domnum papam ratiocinaturus petas. Cuius litteris iam bis monitus es, et a tanto facinore prohibitus. Unde et nos post illum, tercio iam te ad correctionem revocamus*.* Quae totius sinodi auctoritate roborata, duci per legatos mox directa est. Epistola a sinedo** ad Hugonem** delegata.**

78. Post haec surgens Artoldus archiepiscopus, rerum ordinem, sed et ipsius litis initium quae agitabatur inter sese et Hugonem sibi subrogatum episcopum, luculentissime disseruit. Quin et epistolam profert, nuperrime a domno papa sibi directam, per quam episcopatum sibi retinendum significabat. Post cuius interpretationem, Sigeboldus quidam praedicti Hugonis clericus, aliam mox epistolam sinodo porrexit, signo domni papae munitam, et ab Urbe a sese delatam. Quae etiam in conspectu episcoporum recitata atque diligentissime discussa est. In cuius textu id solum dicebatur, quod Rodulfus Laudunensis episcopus, Wido etiam Suessonicus, necnon et Hildegarius Belvacensis, ceterique Remensis dioceseos episcopi, ad sedem apostolicam pro restitutione Hugonis, et abdicatione Artoldi, epistolam miserint. Unde et domnum papam ad eorum vota, eorumque petitionem, omnia fieri velle. Post cuius recitationem, praedicti mox consurgentes episcopi, epistolae sententiam penitus confutarunt ac calumniarum iniectorem hominem perditissimum adclamarunt. Quibus cum contraire non posset, quibusdam maledictis eos adortus, publice de perfidia criminabatur[b]. Causa Artoldi. Legg. II. 21.

79. *Tunc a domno Marino decernitur, ut recitentur capitula de calumniatoribus prolata. Quibus mox lectis, cum calumniator reniti non posset, episcoporum iuditio diaconatus quo fungebatur officio privatur, et a conspectu sinodi contumeliose reprobatus, exire compellitur. Artoldo vero pontificatus dignitatem secundum canonum instituta, patrumque decreta, sinodus habendam decernit, atque corroborat, eo quod nullius concilii rationibus interesse refugerit. Atque haec prima consessionis die constituta sunt. * fol. 28'. Calumniatoris* episcoporum reprobatio.*

80. Secunda vero die, post recitatas sacrae auctoritatis lectiones, et domni Rotberti allocutionem, a venerabili Marino constituitur, ut quoniam iuxta sacrae legis sententiam, pontificalis dignitas Artoldo restituta est, in ipsius pervasorem sinodalis

*) Or, nis *absciss.* **) a ui, ad Hugonem, ata *abscisa.* *) Cal, tor, repro *abscisa.* a) ammonemus l. b) *Hucusque atramentum fuscum, reliqua codicis nigriori scripta sunt.*

50) Epistolam vere in hac synodo scriptam esse, licet a Flodoardo mentio eius nulla facta sit, acta Legun. Tom. II. p. 25 proposita testantur; igitur eam a Richero, acta synodi Laudunensis apud Flodoardum evolvente, fictam esse, minime credo.

988. proferatur censura. Recitantur itaque decreta canonum, et sanctorum instituta patrum, Innocentii, Alexandri, Simmachi, Sixti, Celestini, Zosimi, Leonis, Bonofacii, aliorumque sanctae Dei aecclesiae doctorum illustrium. Quorum decretis, unanimiter anathematizant, atque ab totius aecclesiae communione sequestrant, Hugonem Remensis aecclesiae pervasorem, donec resipiscentem peniteat, ac pro facinore offensis satisfaciat.

cf. Legg. II. 24. l. 55. 81. Reliquis autem diebus decretum est de incestis et illicitis presbiterorum coniugiis, de presbiteris quoque eukaristiam indigne tractantibus, de aecclesiis etiam a laicis indebite usurpatis; aliaque nonnulla ibi prolata[a] fuere, quae diligentissime investigata, atque utiliter diffinita sunt; sicque sinodus soluta est. Indicitur vero post dies 30 iterum habenda Lauduni in basilica sancti Vincentii martiris, ut ibi exeratur anathema in Hugonem tirannum.

Anathema[a] episcoporum[a] in ducem eiusque[a] fautores. 82. Quibus diligenter ac canonice peractis, Ludovicus rex ab Ottone rege militum copias duce Chonrado, contra Hugonem tirannum accipit. Quae dum per dies 40 colligerentur, episcopi supradicti tricesima die post peractam sinodum in basilica sancti Vincentii martiris apud Laudunum sub rege Ludovico collecti sunt[51]. Et iterum praesidente praedicto Marino, post sacrae scripturae paginas, quae ibi recitatae et multa consideratione discusse sunt, Hugonem tirannum anathemate damnant, et a sancta aecclesia pellunt, nisi resipiscens domino suo satisfaciat, aut Romam pro sui absolutione apud domnum papam ratiocinaturus petat. In qua etiam sinodo, agitur de episcopis qui cum duce evocati fuere, et distulerunt venire, de iis etiam qui consecrationi Hugonis episcopi iam abdicati illicite interfuerunt, vel qui ab ipso pulso, vel post abdicato, contra fas videbantur promoti. Damnantur [a]itaque duo pseudoepiscopi ab Hugone[b] ordinati, Tetbaldus scilicet et Ivo, quorum prior a pulso sacratus est Ambianensium episcopus, alter vero ab abdicato Silletensium. Damnatus et Adelelmus Laudunensis aecclesiae diaconus, a Rodulfo suo episcopo[c] insimulatus, eo quod Tetbaldum excommunicatum in aecclesiam temerarius introduxerit. Hi enim in anteriore sinodo cum duce iam evocati, satisfacere contempnebant. Vocatur vero Hildegarius Belvacensium episcopus, domni Marini et episcoporum legatione, ut aut ad eos veniat, aut sedem apostolicam pro suo facinore ratiocinaturus petat, eo quod interfuerit ordinationi supra iam dictorum pseudoepiscoporum. Vocatur et Heribertus, Heriberti tiranni filius, ob mala quae aecclesiis vel episcopis immaniter inferebat. Wido vero Suessionicus episcopus, cum a plurimis laceraretur, eo quod ipse Hugonem episcopum sacrasset, in sinodo reum sese confitens, et multa penitentia reatum deplorans, intercedentibus apud sinodum Artoldo atque Rotberto archiepiscopis, absolvi ab eis obtinuit. Wicfridus quoque Morinensis episcopus, qui criminabatur interfuisse, immunis a crimine reperitur. Affuit vero Transmari Noviomensis episcopi legatus, Silvester presbiter, episcopum suum tanta vi febrium detentum asserens, ut ad sinodum venire nequiverit, quod etiam in conspectu sinodi testibus approbavit. Post haec episcopi in sua referuntur. Domnus vero Marinus, ab Ottone rege per legatos rogatus, in partes Germaniae secedit, ibique aecclesiam Vuldensis monasterii dedicat, et hieme exacta, Romam redit. His expletis, Rodulfus Laudunensis episcopus, ultimo corporis dolore confectus, hac vita decedit. Succedit ei vero frater regis ex concubina Rorico, omni rerum scientia inclitus.

*fol. 29.

Rex cohortes Mosomum mittit et capit. 83. Interea exercitu ex omni Belgica duce Conrado apud regem collecto, tres cohortes rege iubente Mosomum mittuntur. Compererat etenim Hugonem abdicatum ibidem reclusum, multaque rei militaris inopia eum haberi. Cohortes ergo oppidum in ipso crepusculo aggressae, repentina oppugnatione circumquaque infestant. Instant quoque magnanimiter capere. Et quia revera milites paucissimos, armaque vix aliqua sciebant, indesinenter vires exerunt, armisque adurgent. At aliis fatigatis, alii intacti succedunt. Sicque sine intermissione paucissimos, numerosi atterunt. Oppidani vero assidua expugnatione attriti, die altera iam sole occiduo omnes cum domino ad deditionem coguntur. In quo tumultu, quo genere fugae nescitur, Hugo abdicatus eva-

a) A, episco, ei *abeciss.* a) prolatata *codex.* b) H. pulso vel abdicato *del.* c) e. apud sinodum *del.*

51) Quae sequuntur, minime in synodo Laudunensi sed in Trevirensi tractata sunt, ut ex Flodoardo supra pag. 397. 398 patet. Richerus igitur acta synodi Laudunensis et initium Trevirensis praetermisit.

dit. De militibus vero qui potiores videbantur, capiuntur, ac oppido aliis deputatis, regi deducuntur. 948.

84. Rex vero castrum quod dicitur Mons-acutus, quod etiam est Lauduno contiguum, cum exercitu oppugnabat. Et quia non satis adhuc murorum firmamento claudebatur, nec multitudo militum sufficiens commode ibi cohabitare poterat, urgenti obsidioni diutius resistere oppidani non patiuntur. Victi ergo cedunt, ac resistere quiescunt. Oppido itaque capto, rex suos deputat, et sic exercitum Lauduno inducit; obsidionem per loca commoda disponit, viresque admodum confert[a]. [*]Saepissime eminus decertatum est. Comminus etiam dimicatum novies. Nullo vero prosperioris fortunae successu, regius impetus eo tempore enituit. Imminebat etenim hiemis intemperies, unde et bellicae machinae in articulo temporis fabricari non poterant, sine quibus tanti montis eminentia expugnari non potest. Regis itaque iussu exercitus redit, hieme transacta rediturus. Rex vero Remis sese privatum recepit. Rex Montem acutum capit. [*] fol. 29.

85. Hugo autem dux, episcoporum anathema vilipendens, ac regi subdi contempnens, cum multis Nortmannorum copiis regiam urbem Suessonicam aggreditur, multaque obsidione premit. Alios itaque adortus gladio enecat, alios vero nube sagittarum ac balistarum loetaliter sauciat. Iniectisque iaculo ignibus, domum matris aecclesiae succendit. Claustrumque canonicorum ac partem civitatis maiorem, ignibus solo tenus combussit. Quam cum capere non posset, in pagum Remensem ubi rex tunc privatus morabatur, iter truculentus reflectit. Cuius adventum ii qui ruri degebant audientes, in aecclesias sanctorum cum suis rebus confugiunt. At tirannus pauperum turbis inmisericors, eorum plus quam 560 intra aecclesias succendisse traditur. Et sic ad sua refertur.

86. Rex vero Ludovicus Gerbergam reginam ad Ottonem fratrem suum dirigit, ut sibi copias acceleret[a]. Proficiscitur itaque imminente sollempnitate pascali, et Aquisgrani palatio sanctum pascha cum fratre Ottone celebrat. Conveniunt ex Germania principes nonnulli. Adsunt ex Belgica universi. Nec desunt legati Grecorum, Italorum, Anglorum, atque aliorum plurimae legationes populorum. Regina ergo cum fratre consilio habito, et accepta ab eo auxilii pollicitatione, secura ad regem Ludovicum redit. 949.

87. Ludovicus vero in tirannum iratus, nimio animi fervore Ottonis auxilium praevenire meditabatur. Arbitrabatur etenim, quoniam in longa exercitus exspectatione, iniuria inulta videretur. Confert itaque cum patre meo[b] consilium, eo quod eius esset miles, consiliis commodus, facundia simul et audatia plurimus. Unde et rex admodum ei consuescebat, et apud eum sepissime consultabat. Dictabat ergo pater meus[c] apud regem et paucos qui intererant, ordinem capiendi Laudunum ita. Primum sese observaturum oportunitatem aiebat, et an loci habitudo id ferret, an etiam cives in observatione urbis cautissimi haberentur, diligentissime exploraturum sese memorabat. Deinde dicebat efficaciter se adeo ordinaturum omnia, et sic ad effectum utiliter reducturum, ut nulli post sese quicquam negotio inperfecto supplendum relinqueretur.

88. Rege ergo per dies aliquot Remis demorante, Rodulfus[d] — sic enim pater meus[e] dicebatur — commoditatem patrandi negotii per suos explorabat. Missisque exploratoribus, comperit agasones civium per dies singulas exire ab urbe tempore vespertino quinquagenos aut sexagenos, et farraginis fasciculos equis in urbem deferre, capitibus ob solis ardorem obvolutis. Idque cotidie, et tempore eodem. Quod cum ad observatoribus patri meo[f] [*]relatum fuisset, simili eos exercitio posse falli advertit. Refert[g] ergo sese ad regem, et sic apud eum praesentibus paucissimis concepta effundit: [*] fol. 30.

89. *Magnum quidem* inquiens *o rex videretur, si hoc negotium solummodo armis viribusque esset attemptandum. Sed quia per astutiam eius principium utilitas aggredi suadet, prout mihi videtur, cohortes aliquot secus montem in abditis ponendae sunt. Exspectandum etiam qua tempestate equos educant agasones herbatum potatumque. Qui cum in suo tempore egressi fuerint, et ab observatoribus eorum egressus et numerus nobis referetur, mox ad eorum numerum levissimi iuvenes*

z) conferret *corr.* conferrt. a) copias mittat, licet ipse exercitum collectum remiserit, et [non usque post hiemem *corr.*] et usque post uer non reuersurum constituerit. *deleta.* b) c) *iam* p. m. d) *iam* ro:L e) f) *iam* p. m. g) Contulit 1.

949. *eodem scemate, eodemque numero capitibus ut ipsi pilleatis*[a] *farraginem in equis ad portam deferant, unde paulo ante agasones exierant, acsi ipsi agasones redeant. Qui cum altitudine fasciculorum aspectum protegere possint, facili ingressu urbem penetrabunt. Et ne quid impossibile a me dictum suspiceris, eorum ducem me in hoc certamine offero. Animo tantum sint constanti. Successus vero Deo volente prosperabitur. Si ergo tempestivius cives insidias advertant, bellumque nobis paucioribus inferant, fixum nobis animo sit, aut portae ingressum tantum tueri, donec tubae clangore excitatae cohortes nobis subveniant, aut multa constantia in loco quem quisque possidebit, magnanimiter emori.*

90. Huiusmodi rerum dispositio, omnibus apta videtur. Observatores itaque directi, agasonum consuetudinem, eorumque habitum, tempus quoque et numerum promtissime referunt. Ad eorum quoque relatum cohortes in abditis secus montem dispositae sunt. Pro numero etiam agasonum milites cum patre meo iurati ad peragendum rei negotium diriguntur. Agasones itaque numero 60 sumptis armis more solito per montis devexa capitibus pilleatis, ad farraginem descendunt. Et circa carices colligendos[b] occupati, moram regrediendi aliquantisper faciunt. At pater meus et ii qui iurati cum eo erant, vehementi animo succedunt; factoque agmine pilleatis capitibus more agasonum cum fasciculis farraginis tempestivius reditum accelerant, magnitudine fasciculorum vultus penitus abdentes. Quibus advenientibus porta patefacta est. Et indivisi urbem penetrant. Fasciculos itaque abiciunt, et gladios educunt. Tubis personant, magnisque clamoribus urbem conturbant. Urbani ergo insidias comperientes, cum armis in hostes feruntur. Instant omnes, et validissime plurimi paucos adurgent. At regii milites, a leva quidem turri, a dextra vero domibus, a tergo autem muro urbi protegebantur, omnem vim belli ante habentes; unde et tutius congrediebantur. Nec ulterius in hostes audebant progredi, ne adversarii a tergo portam pervasam repeterent, et ne sic facti hostium medii, interirent. Instat itaque quisque in loco quem possidet. Et iam nimium omnes sauciati pene deficiebant, cum regiae cohortes tubis excitatae, ab abditis erumpunt,
fol 30. multoque impetu iam prope victis subveniunt, portamque defensam ingrediuntur, atque urbanos immani caede adoriuntur. Qui mox a cohortibus victi, ac comprehensi sunt, praeter paucos qui in turris praesidium sese receperunt.

91. Ludovicus ergo rex urbe potitus, cum nulla expugnatione turrim evincere posset, ab urbe eam secludit, obducto intrinsecus muro. Quod factum dux comperiens, cum exercitu accelerat. At nihil virium exerere valens, non sine merore ad sua redit. Illud tantum fecisse fertur, quod arci copias demiserit.

92. Aderat tempus quo rex copias ab Ottone rege praestolabatur. Adest ergo Chonradus dux cum exercitu ex tota Belgica, ab Ottone rege missus. Ludovicus vero rex cum exercitu de Belgica ducis terram ingreditur. Primum vero urbem Silletum adit. Ibi autem primum certamen habere volens, impedimenta quaeque ab urbe amovet. Succendit itaque suburbium, circumquaque, ac quicquid extrinsecus exstare videbatur, in planiciem redigit. Obsidionem deputat, urbemque circumdat. Gravi congressu utrimque dimicatum est. Utrimque quam plurimi sauciantur. Belgae vero quia ab urbanis nimium arcobalistis impetebantur, resistere quiescunt. Nihil enim contra nisi tantum scutorum testudine utebantur. Unde et regio iussu, ab ea urbe discedunt, non solum ob arcobalistarum impetum, verum etiam ob turrium plurimarum firmamentum.

93. Aliorsum itaque iter retorquent, et usque ad fluvium Sequanam, quicquid ducis visum est per 40 miliaria immanissime insectati sunt. Sed cum fluvius equitatum regium ulterius prohiberet, rex gratias exercitui reddit, et secum usque quo a se dividerentur reducit. Dux autem e vestigio exercitum collectum in pagum Suessonicum deducit.

94. Ubi cum in regem conaretur, intervenientibus episcopis Widone Autisidorense, et Ansegiso Trecasino, iureiurando utrimque accepto sub pace sequestra usque in pascha ratio eorum dilata est. Quae omnia Iulio mense[c] gesta sunt.

a) obvolutis 1. b) *loco verborum:* Et c. c. colligendos *in margine scriptum:* Unde etiam 1. c) Augusti tempore 1.

95. Quo etiam tempore, sinodus Romae habita est in basilica sancti Petri apostoli, praesidente domno Agapito papa. In qua etiam ipse domnus papa, concilium anteriore anno apud Angleheim habitum, coram episcopis Italiae roboravit, et ab eis roborari constituit. Hugonem quoque Galliarum ducem, in supradicta sinodo dampnatum, ipse etiam condempnat, donec regi suo satisfaciat, aut Romam veniat inde ratiocinaturus. Moxque anathema descriptum et a sinodo roboratum, episcopis Galliarum destinatur.

96. Episcopi itaque Galliarum anathemate moti, apud ducem colliguntur, et inde 950.
gravissime conqueruntur. Ex decretis patrum, sacrisque canonibus duci demonstrantes, neminem stare pertinaciter adversus dominum suum debere, nec temere in eum quicquam moliri. Illud etiam promptissime monstrant, secundum apostolum regem honorificandum, et non solum regem verum omnem potestatem maiorem subiectis dominari debere asserunt. Preter haec quoque perniciosissimum esse, apostolicum anathema pertinaciter vilipendere, cum id sit gladius qui penetrat corpus usque ad animam, et sic fol. 31.
mortificatos a regno beatorum spirituum repellat. Sibi etiam periculo esse memorant, si id quod animabus periculum ingerit, neglegentes non innotescant.

97. Talibus dux persuasus, regi humiliter reconciliari deposcit, eique satisfacturum sese pollicetur. Huius concordiae et pacis, ordinatores fuere, Chonradus dux, et Hugo cognomento Niger, Adalbero quoque atque Fulbertus episcopi. Et die constituta rex et dux conveniunt. Ac secus fluvium Matronam conlocuti, principibus praedictis internuntiis, in summam concordiam benignissime redierunt. Et quanto vehementius ante in sese grassati fuere, tanto amplius exinde amicitia se coluere. Hugo itaque dux per manus et sacramentum regis efficitur, ac turrim Laudunicam suis evacuatam, regi reddit; multam abinde fidem se servaturum pollicens.

98. Iussus ergo ab rege, in Aquitaniam exercitum regi parat. Quo in brevi col- 951.
lecto, causis rerum exigentibus ad interiores Burgundiae partes rex secum exercitum dirigit. Cum ergo in agro Matisconensium castra figeret, occurrit ei Karolus Constantinus, Viennae civitatis princeps, eiusque efficitur, fidem iureiurando pactus. Hic ex regio quidem genere natus erat, sed concubinali stemmate usque ad tritavum sordebat, vir grandevus, et multis bellorum casibus saepissime attritus, et qui in superioribus piratarum tumultibus felici congressu insignis multoties enituit. Affuit etiam Stephanus Arvernorum praesul, ac regi sese commisit. Necnon et a Wilelmo Aquitanorum principe, legati industrii affuere, pro suo principe ex fide habenda sacramenta daturi. Quibus postquam iussa regalia data sunt, rex in urbem Vesontium quae est metropolis Genaunorum, cui etiam in Alpibus sitae Aldis Dubis praeterfluit, cum duce exercitum deducit. Atque ibi Letoldus eiusdem urbis princeps, ad eius militiam sacramento transit.

99. Quibus feliciter atque utiliter habitis, cum autumno maturante, elementorum immutatio fieret, rex colerico vexatus, in acutam febrem decidit. Cum ergo aegritudine pressus, militaria curare non posset, dux ab eo iussus exercitum reducit. Letoldus vero princeps, in ipsa regis aegritudine fidelissime atque humanissime regi famulatur. At die cretica post febris initium, impariter veniente, firmiter et inrecidive convaluit. Transactisque diebus 30[a] post corporis reparationem, cum Letoldo principe in Franciam redit.

100. Et cum iam Burgundiae extrema attingeret, viatorum relatu comperit, quosdam qui latrociniis et discursionibus provinciam infestabant, Angelbertum scilicet et Gozbertum, munitionem quae dicebatur Briona exstruxisse, quo etiam post flagitiosa exercitia sese recipiebant. Hanc igitur rex aggressus, obsidione circumdat; pugnaque continua ac fame atterit; et tandem capit, solotenusque diruit. Latronculos vero petente Letoldo sub sacramento abire permittit.

101. Inter haec cum rex in partibus Burgundiae adhuc detineretur, Aethgiva mater eius regina eo ignorante Heriberto comiti nupsit, et relicta urbe Lauduno ab eo deducta est. Quod rex vehementer indignans[b], redire maturat, et um Gerberga regina uxore Laudunum ingreditur. Et a matre auferens praedia et aedes regias, uxori[c] delegat.

102. Interea Gerberga regina Lauduni geminos enixa est. Quorum alter Karolus, fol. 31'.

a) XX *corr.* XXX. b) i. cum gerberga *delete.* c) u. omnia *deletum.*

953. alter Heinricus vocatus est. At Heinricus mox post sacri baptismatis perceptionem, in albis decedit. Karolus autem cum naturali virium robore educatur.

954. 103. Ludovicus vero rex Remos rediens, cum fluvio Axonae propinquaret, per campestria lupum praeire conspicit. Quem equo emisso insecutus, per devia exagitat. Ad omnes ferae declinationes equum impatiens obvertebat. Nec quiescere paciebatur, donec equestri certamine fugientem evinceret. Equus ergo per invia coactus, cespite offendit atque prolabitur. Rex vero gravissime attritus casu, et a suis exceptus, cum multo omnium merore[a], Remos deportatur. Infestis itaque doloribus toto corpore vexabatur. Et post diutinam valetudinem corruptis interius visceribus ob humorum superfluitatem, elefanciasi peste, toto miserabiliter corpore perfunditur. Qua diutius confectus, anno regni sui 18. a natu autem 36. diem vitae clausit extremum, sepultusque est in coenobio monachorum sancti Remigii. quod distat fere miliario uno ab urbe, cum multis omnium lamentis.

INCIPIT LIBER III.

1. Peractis autem exequiis, Gerberga regina, legatos dirigit fratribus suis, Ottoni regi, ac Brunoni ex praesule duci; necnon et Hugoni Galliarum duci, petens per eos, Lotharium filium suum in regnum patri defuncto succedere. Adveniunt itaque ab Ottone rege omnes ex Belgica duce Brunone principes, sed et ex Germania aliqui. Adest etiam Hugo Galliarum dux. Conveniunt quoque Burgundiae et Aquitaniae simulque et Gothiae principes. Episcopi etiam e diversis regionum urbibus conveniunt. Atque hi omnes in urbem Remorum apud Gerbergam reginam pari voto collecti sunt. Omnium fit consensus; omnibus animo inest, Lotharium patri defuncto succedere.

2. Universorum itaque consensu, a domno Artoldo Remorum metropolitano, favente Brunone eius avunculo, principibusque diversarum gentium laudantibus, Lotharius duodennis, rex creatur in basilica sancti Remigii, ubi pater suus tumulatus cum aliis regibus sepultis quiescebat. Creatusque rex, a matre Gerberga simulque et principibus Laudunum[b], ubi ex antiquo regia esse sedes dinoscitur, magna rerum ambitione inclitus deducitur. Dux continue ei individuus assidet; et ad multam regis benivolentiam animum intendens, postquam principes in sua discessere, privatis cum rege colloquiis coutebatur. Et ut suae fidelitatis virtutem penitus demonstraret, regem eiusque matrem suas urbes et oppida in tota Neustria visere petit, obtinetque.

955. 3. Deducitur ergo a duce rex cum matre regina per Neustriam, ac ab eo decentissime excipitur Parisii, Aurelianis, Carnoti, Turonis, Bleso, aliisque quam plurimis Neustriae urbibus oppidisque. Inde quoque cum exercitu in Aquitaniam feruntur. Et praemissis legatis, cum Wilelmus princeps occurrere nollet, Pictavim adoriuntur, principem ibi esse rati. Cum ergo exercitus vehementissime urbem attereret, et diutissime pugnam urbanis inferret, a quibusdam regiis castrum sanctae Radegundis urbi contiguum, clandestina irreptione captum atque succensum est, Comperto vero principem non adesse, tandem post duorum mensium dies, victus indigentia exercitu fatigato, ab obsidione disceditur.

4. Wilelmus vero Arverniae fines perlustraus quae est Aquitaniae pars, ab oppidis milites educebat, ad pugnam exercitum colligens. Collectoque in regem fertur. Quo
[fol. 32.] rex comperto, duce favente exercitum in hostem reducit. Signisque infestis congreditur. Acerrime dimicatum est, nonnullis utrimque fusis. Sed regio equitatu[c] praevalente, Aquitanos fuga exagitat. Regiae vero acies promtissime insecuntur. In qua fuga nonnulli Aquitanorum interfecti, plurimi autem capti fuerunt. Wilelmus vero devia secutus, cum duobus vix per abrupta profugit.

5. Rex ergo prospero belli successu insignis, acies[d] iterum Pictavis inferri iubet[e]. Arbitrabatur etenim, urbem tunc facillime capi posse, cum exercitus recentis belli animositate adhuc ferveat, et urbani multo detineantur metu, ob principis sui fugam, eiusque militum infelicem eventum. Dux itaque regis magnanimitatem multo favore excipiens, exercitum licet fatigatum, et tamen sua benignitate captum, urbi reducit.

a) luctu *corr.* merore. b) laudum *c.* c) exercitu *corr.* equitatu. d) exercitum *corr.* acies. e) infert *corr.* inferri iubet.

Urbani vero belli casu exanimes, vitam deposcunt, et pro urb[i]s illesione[a] supplicant. Cum autem exercitus urbem vi vellet irrumpere, et spolia asportare, dux habita apud eos dissuasione, intactam rege iubente reliquit. Rex autem ab urbanis obsides quot vult capit. Sicque duce interveniente, urbs ab exercitu[b] liberata est; et sub pace sequestra obsidio solvitur. Prosperaque rerum fortuna, rex cum duce et exercitu Laudunum repetit. Dux vero Parisii receptus, in egritudinem decidit, qua nimium affectus, 958. vitae finem accepit. Sepultusque est in basilica sancti Dionisii martiris.

6. Interea Ottone rege Bulizlao Sarmatarum regi bellum inferente, Rageneru[s] quidam quem Otto rex ob custodiam in Belgica dimiserat, multa quae illicita erant praesumebat. Inter quae aedes regias et praedia regalia Gerbergae reginae quae in Belgica erant, tirannica temeritate[c] pervadit. Regina vero apud suos de repetendis praediis et aedibus regiis privatim consultare non distulit.

7. Inter quos cum pater meus huius rei dispositioni videretur idoneus, ab eo id summopere ordinandum petebatur. Quod etiam ipse disponendum suscipiens: *Sinite* inquit, *per dies aliquot me istud explorare. Et si quidem nostris viribus id par fuerit, procul dubio per hoc temporis intervallum contemplabimur. Ad alia interim vos ipsos conferte. Illud tantum a vobis*[d] *expediatur, ut si a Deo nobis rei gerendae oportunitas conferatur, apud vos nulla mora attemptandi opus habeatur.* Sic quoque a sese soluti sunt.

8. Pater meus itaque ad oppidum praedicti Rageneri quod dicitur Mons[e]-castratiloci[51], ubi etiam uxor eius cum duobus filiis parvis morabatur, quosdam suorum quos 51
ipse in militaribus instruxerat dirigit, qui loci habitudinem militumque numerum, rerum etiam fortunam ac famulorum exitum, vigilumque diligentiam, cautissime considerent. Procedunt itaque duo tantum in habitu paupertino, ac usque ad oppidi portam deveniunt. Exstruebantur tunc muri per loca potioribus aedificiis. Unde et lapidum caementique portitores, saepe per portam egrediebantur, regrediebanturque praesente eorum qui operi praesidebat[f]. Adsunt exploratores, et ad comportandum lapides offerunt sese. Deputantur operi. Daturque eis clitellaria sporta. Comportant itaque caementum ac lapides, ac nummos[g] singulos, singuli in dies accipiunt. Ante, dominam etiam cum latomis et caementariis bis cibati sunt, curiose omnia contemplantes. Do- fol. 32.
minae etiam cubiculum, eiusque natorum diverticulum, sed et famulorum egressum et regressum, actionumque tempestatem, ubi etiam oppidum insidiis magis pateat, multa consideratione pernotant. Et diebus quatuor consumtis, dies imminebat[h] dominica. Sicque accepta laboris mercede[i], ab opere soluti sunt. Redeunt igitur omnibus exploratis, ac patri meo talia referunt.

9. Ille in multa spe omnia ponens, regina conscia, cum duabus cohortibus oppidum adit, ac ducentibus iis quos praemiserat, per locum competentem nocturnus ingreditur. Portas et exitus omnes pervadit, ac custodes, ne quis effugiat, deputat. Ipse ad cubiculum dominae, ferventissimus tendit. Eumque ingressus, matrem cum duobus natis comprehendit. Alii vero ornamentis asportandis insistebant. Comprehendit et milites, oppidumque succendit. Quo combusto, cum domina et natis, militibusque comprehensis, ad reginam Gerbergam reversus est.

10. Quod Ragenerus comperiens, tanta necessitate ductus, Brunonem fratrem reginae postulat, ut mature colloquium quo iubeat regina constituatur, ubi ipse uxorem et natos recipiat, et regina aedes et praedia resumat. Quod etiam statuto tempore factum est. Nam habitis utrimque rationibus, regina a tiranno praedia recepit, et ipse uxorem et natos, militesque reduxit[k].

11. His ita gestis, Rotbertus Trecarum princeps, Heriberti tiranni filius, Hugonis 959.
vero abdicati frater, Lothario regi iniuriam hac arte molitus est. Castrum regium quod Divion dicitur, secus Oscaram torrentem conditum, multa cupiditate sitiebat, eo quod per eum si id habere posset, optimam Burgundiae partem ad suum ius transire posse arbitrabatur. Illum itaque qui castro praeesse videbatur, de transfugio ad sese

a) salute *corr.* illesione. b) praedonibus *corr.* ab exercitu. c) crudelitate *corr.* temeritate. d) apud vos *corr.* a vobis. e) monsi, *errore auctoris qui* castrati *primo omiserat.* f) custode *corr.* qui operi praesidebat. g) *primum* d *scriptum erat* (denarios). h) aderat *corr.* imminebat. i) operis precio 1. k) *hic, signo indicante, aliqua deesse videntur.*

51) Mons Castriloci, Bergen sive Mons, Hannoniae caput.

959. per legatos alloquitur, plurima spondens, et maiora sub iureiurando pollicens. Apud regem quoque multam rerum inopiam asserens, apud sese vero sufficientes opes, oppida nonnulla, aliaque desiderabilium insignia vehementissime protestans. Tunc iuvenis rerum cupidine captus, pro transfugio mercedem quaerit. At illi mercedis nomen edicunt. Ille vero ex promissis iusiurandum postulat, capitque. Et tempore congruo, tirannum cum multa militum manu, intra oppidum excipit, ac sese ei committens, fidem pro militia accommodat. Pervaso autem oppido, regii milites contumeliose pelluntur. Deputantur vero ibi milites tiranni.

960. 12. Perlata sunt haec ad regem. Rex vero Brunoni avunculo legatos dirigit, copias ab eo postulans. Nec moratur Bruno, et cum duobus milibus armatorum ex Belgica, terram tiranni occupat, urbemque Trecasinam obsidione circumdat. Rex vero cum matre, erepto castro exercitum inducit. Cum ergo duplici exercitu tirannus urgeretur, cedit, et ab rege indulgentiam petit. Coactusque obsides et sacramenta dat; et insuper oppidi proditorem victus tradit. Qui mox prolata ab rege sententia, ante oppidi portam, coram patre decollatur.

fol. 33. 961. 13. Rex vero oppido potitus, cum matre Laudunum redit. Huc ex diversis regionibus ad regem principes confluunt. Adsunt quoque ducis defuncti filii duo, Hugo et Otto, qui etiam regi fidelem militiam per iusiurandum coram omnibus spondent. Quorum benignitati rex non imparem liberalitatem demonstrans, Hugonem pro patre ducem facit, et insuper terram Pictavorum eius principatui adicit; Ottonem vero Burgundia donat.

14. In qua rerum distributione cum domnus ac reverendus Artoldus metropolitanus admodum in die laborasset, et prae solis[a] fervore toto corpore sudasset, cum vestem abiceret, per poros calore apertos, frigus autumnale[b] irrepsit. Natoque ex interno frigdore epatis morbo, nimiis doloribus confectus, pridie Kalend. Octob. a suo praesulatu annis[c] 20 diem vitae clausit extremum.

902. 15. Cuius peractis exsequiis, Hugo nuperrime dux Francorum ab rege factus, 52 regem suppliciter adit, petitque pontificalem dignitatem ei[52] restitui, eo quod ipse ante Artoldum ipsam adeptus fuerit, et non suo facinore sed Rodulfi regis invidia, Artoldum ei superductum memorat. Persistebat itaque ut redderetur. Et statim decreto[d] regio, sinodus episcoporum post dies 40 habenda indicitur.

16. Colligitur ergo consummati diebus in pago Meldensi secus fluvium Matronam, in vico qui vocatur..., ex Remensi ac Senonensi provinciis, sinodus 13 episcoporum, praeside Senonense pontifice. Inter quos etiam fautores aliqui pro parte Hugonis videbantur, et maxime illi qui duci consuescebant, utpote Aurelianensis, et Parisiacus, Sillestensis quoque. Atque hi publice consultabant. Renitentibus autem Roricone Laudunensi, et Gubuino[e] Catalaunico episcopis, et vehementissime asserentibus, quod a multitudine episcoporum excommunicatus, a minore eorum numero absolvi non posset, relinquitur ratio differenda, usque ad interrogationem papae Romani.

17. Nec multo post, et legatio dirigitur in Gallias a domno Iohanne papa, qui iam succedebat Octoviano[f], domni Agapiti successori; asserens praedictum Hugonem abdicatum, tam sinodo Romana, quam Papiae nuperrime habita, ab episcopis Italiae anathematizatum, nisi ab iis quae illicite repetebat quiesceret. Qua legatione omnibus intimata, quaerimoniae ratio pessumdata est. Hugo itaque a fratre suo Rotberto receptus, nimia anxietate intra dies paucissimos Meldi defunctus est.

18. Bruno itaque metropolitanus et dux, cuidam ex collegio canonicorum Mettensium nomine Odelrico apud regem praesulatum quaerebat. Quod cum obtinuisset, coram adesse facit. Qui vir memorabilis, cum esset divitiis et nobilitate, litterarumque scientia adeo clarus, an rege largiente episcopatum suscipere audeat sciscitatur. Etenim tunc expetebatur a quodam illustri, cui a duce auxilium ferebatur. At ille utpote vir magnanimus, si rex largiatur, sese contra omnes et suscepturum et defensurum respondit. Quod etiam multam sibi ducis invidiam comparavit.

a) aestatis *corr.* solis. b) frigoris *corr.* frigus autumnale. c) ann̄. d) iussu *corr.* decreto. e) *sic.* f) *sic.*

52) error auctoris; Hugo Heriberti filius archiepiscopatum Remensem invaserat; et recte infra cap. 17. Rotbertus frater eius vocatur.

19. Ordinatur itaque in basilica sancti Remigii ab episcopis Remensis metropolis diocesaneis, Widone scilicet Suessonico, Roricone Laudunensi, Gibuino Catalaunico, Hadulfo Noviomensi[a], atque Wicfrido Virdunensi. Factusque praesul, mox tirannos qui suae aecclesiae res pervaserant, ut ad satisfaciendum redeant, iure aecclesiastico advocat. Atque inde per tres dierum quadragenas concessi esse consulendum. 963.

20. Evoluto vero tempore, Tetbaldum Turonicum cum aliis rerum aecclesiasticarum pervasoribus anathemate damnat. Post non multos autem dies penitentia ducti, ad praesulem satisfacturi redeunt, atque res pervasas legaliter reddunt. Recipit itaque domnus praesul ab Heriberto quidem Sparnacum vicum populosum ac opulentum, ab Tetbaldo vero castrum Codiciacum, eosque a vinculo anathematis absolvit. Et Tetbaldi quidem filio, qui sese sibi commiserat, militaturum, castrum sub conditione servandae fidelitatis concedit. 964. 965. [fol. 33]

21. Quo etiam tempore Arnulfus Morinorum princeps, hac vita decessit. Cuius terram Lotharius rex ingressus, filio defuncti liberaliter reddit, eumque cum militibus iure sacramentorum sibi annectit[b. 53]. 53

22. Huic quoque regalis nobilitatis[54] vir Adalbero, ex Mettensium similiter collegio, strenue ac feliciter successit. Qui quanto suis profuerit, et quanta ab aemulis plus iusto passus sit, opere sequenti declarabitur. Hic in initio post sui promotionem, structuris aecclesiae suae plurimum studuit. Fornices enim qui ab aecclesiae introitu per quartam pene totius basilicae[c] partem, eminenti structura distendebantur[d], penitus diruit. Unde et ampliore receptaculo, et digniore scemate, tota aecclesia decorata est. Corpus quoque sancti Kalisti papae et martiris, debito honore in ipso aecclesiae ingressu, loco scilicet editiore[e] collocavit; ibique altare dedicans, oratorium fundendis Deo precibus commodissimum aptavit. Altare praecipuum crucibus aureis insigniens, cancellis utrimque radiantibus obvelavit. 969.

23. Preter haec etiam altare gestatorium non viliori[f] opere effinxit. Super quod sacerdote apud Deum agente, aderant quatuor euangelistarum expressae auro et argento imagines, singulae in singulis angulis stantes. Quarum uniuscuiusque alae extensae, duo latera altaris usque ad medium obvelabant. Facies vero agno inmaculato conversas intendebant. In quo etiam ferculum Salomonis imitari videbatur. Fecit quoque candelabrum septifidum; in quo cum septem ab uno surgerent, illud significare videbatur, quod ab uno Spiritu septem gratiarum dona dividantur. Nec minus et arcam opere eleganti[g] decoravit; in qua virgam et manna id est sanctorum reliquias operuit. Coronas quoque non minima inpensa fabrefactas in aecclesiae decus suspendit. Quam fenestris diversas continentibus historias dilucidatam, campanis mugientibus acsi tonantem dedit.

24. Canonicos etiam qui in propriis hospiciis degentes, tantum sua curabant, iure communitatis vivere instruxit. Unde et claustrum monasterio addidit, in quo die morantes, cohabitarent, necnon et dormitorium, ubi noctu in silentio quiescerent, refectorium quoque, ubi de communi considentes reficerentur. Legesque ascripsit, ut orationis tempore in ecclesia nihil nisi signo peterent, praeter quod necessitatis afferret inpulsio. Cibum una taciturni caperent; post prandium, in gratiarum actione laudes Deo decantarent. Completorio vero expleto, silentium usque laudes matutinas nullatenus violarent. Iam horoscopo pulsante excitati, ad laudes persolvendas sese praevenire contenderent. Ante horam diei primam, libertas egrediendi a claustro, nemini concessa erat, praeter hos qui curis eorum insistebant. Et ne quis per ignorantiam quicquam faciendum relinqueret, sancti Augustini instituta, patrumque decreta cotidie eis recitanda indixit.

25. Monachorum quoque mores, quanta dilectione et industria correxit, atque a seculi habitu distinxit, sat dicere non est. Non solum enim religionis dignitate eos insignes apparere studuit, verum etiam bonis exterioribus augmentatos nullo modo

a) N. aliisque nonnullis *deleta*. b) *Haec inde a paginae initio vocibus scilicet*: Et Tetbaldi quidem filio *in loco raso ab auctore scripta sunt, aliis quatuor lineis erasis iamque vacuis. Tum prosequitur.* c) oratorii *corr.* basilicae. d) distendebatur *c.* e) eminentiore *corr.* editiore. f) minori *corr.* viliori. g) e. argento auroque *delcta.*

53) Hic Flodoardi Annalibus deficientibus, reliqua auctor proprio Marte conscripsit. 54) filius Godefridi Arduennensium comitis.

minui prudens adegit. Quos cum multo coleret amore, praecipua tamen beati Remigii Francorum patroni monachos caritate extollebat; unde et eorum res stabiliri in
971? posterum cupiens, Romam concessit. Et utpote vir nobilis et strenuus, et fama celibis vitae omnibus clarus, a beatae memoriae Iohanne papa, cum multa reverentia exceptus est. A quo etiam post mutua colloquia iussus, in die natalitia Domini duodecim praecedentibus episcopis missarum sollempnia celebravit. In tanta eius gratia habitus, ut ab eo rogaretur petere, si quid optaret.

26. Tunc vir memorabilis sic exorsus: *Quoniam* inquit *pater sanctissime multa caritate filium complexus ad te amplius attraxisti, quod tibi onerosum sit petendum non arbitror. Novi enim, quod diligens pater, interdum filio gravari gaudeat. Sed illud petere me proposui, quod et tanto patri onerosum non fiat, et petenti satis commodi comparet. Est mihi in Galliis monachorum* 'fol. 34. *coenobium, non longe ab urbe Remorum situm. Ubi etiam beati Remigii Francorum patroni corpus sanctissimum decentissime quiescit, cui etiam honor exhibetur*[a] *debitus. Cuius res in posterum stabiliri firmiter quaerens, vestrae auctoritatis privilegio confirmari inpraesentiarum deposco, terras videlicet cultas atque incultas, silvas et pascua, vineas ac pemeria*[a*], *torrentes et stagna; castri quoque illorum munitatem, villarumque liberalem intra et extra potestatem, tandem etiam res omnes mobiles atque inmobiles vestri apostolatus dignitas solidet atque confirmet. Abbatiam quoque sancti Timothei martiris quae nostri iuris esse videtur, sub vestri praesentia, horumque episcoporum testimonio eis concedo, ut inde pauperibus administretur, et memoria nostri servis Dei in coenobio habeatur. Haec igitur superioribus addita in ius praedicti sancti transeat, atque illius propria, vestra similiter auctoritate confirmetur.*

Quod metropolitanus Adalbero de rebus sancti Remigii a papa Iohanne privilegium fieri petit.

27. Ad haec domnus papa: *Res* inquit *domni ac patroni nostri*[b*] *Remigii, nostri apostolatus sententia stabiliri tutasque in perpetuum fieri, quin etiam de tuo quicquid placet addi, libentissime concedo. Scripto etiam id roborari non solum mea, set et horum qui adsunt episcoporum auctoritate constituo.* Moxque scriptum iri iussit, coramque scriptum legi praecepit.

28. Cuius textus huiusmodi est: *Iohannes servus servorum Dei*[b] . . . . . .

29. Quod in auribus omnium qui aderant perlectum, sigilli sui nota insignivit, atque episcopis roborandum porrexit. Quibus gestis, metropolitanus domni papae atque episcoporum licentia digressus, Galliis sese recepit, directoque itinere sancti praedicti sepulchrum devotus petiit, eique in collegio monachorum privilegium scriptum legavit. Monachi datum excipientes, archivo servandum mandant, gratiasque pro tanta liberalitate decenter impertiunt.

Quod Adalbero privilegium** in sinodo** ab episcopis** confirmari** fecit**
972 Mai

30. His ita habitis, post sex mensium tempus ad montem sanctae Mariae[55], qui locus est Remorum diocesaneus, ab eodem metropolitano sinodus episcoporum habita est. Quibus considentibus, post quaedam sinodo utilia, atque sanctae aecclesiae commoda, metropolitanus coram sic concionatus ait: *Quoniam patres reverendi gratia sancti Spiritus hic collecti sumus, et quae de statu sanctae aecclesiae visa sunt utilia ordinavimus, restat adhuc res mihi adeo placens, et nonnullis nostrae aecclesiae filiis nunc et in posterum profutura; quam etiam vestrae dignitati indicandam arbitror, atque roborandam. Ante septem mensium dies, ut vobis quoque notissimum est, in Italiam concessi, Romamque deveni, ac domni et apostolici viri Iohannis colloquio simulque et benivolentia familiarissime usus, ab eo petere si quid optarem monitus sum. Ratusque petendum ut res*[c] *domni ac patroni nostri Remigii, suae auctoritatis privilegio contra quoslibet tirannos stabiliret, et abbatiam sancti Timothei martiris, a me datam illis uniret, id absque refragatione obtinui. Scripsit ergo, ac coram episcopis numero duodecim recitari iussit, eisque roborandum porrexit. Quod et domni papae sigilli nota insignitum, vobis quoque robo-*

*) opolitanus, de rebus, pa, egium, tiit *abscisa*. **) ivi, sino, scopis, confir, cit *abscisa*. a) servatur *corr.* exhibetur. a*) *sic*. b*) *sic*. b) *membrana, cui charta inscripta erat, iam excidit; apographum extare scribit Guil. Marlot in historia metropolis Remensis II. 2. sed ob annum pontificatus, qui scribitur octavus, suspectum.* c) ut omnes r. mobiles uidelicet atque inmobiles *deleta*.

55) Mont-Notre-Dame, in pago Tardanensi (*Tardenois*) ab oriente et meridie Suessionum, prope vicum *Baxoches*.

randum attuli, ut plurimorum auctoritate subnixum, nullorum machinatione quandoque valeat dissolvi. Unde et a vobis idem roborari volo. Sinodus dixit: *Roboretur.* Prolatum igitur a metropolitano, in concilio recitatum est eisque porrectum, et ab eorum singulis manu imposita roboratum. Quod etiam a monachis qui ibi aderant exceptum, archivo monasterii relatum est. 972.

Conquestio * metropolitani * de monachorum * religione *, rituamque * correctione *

31. Inter hec quoque et alia utilia quae ibi constituta sunt, de monachorum religione a metropolitano motu gravissimo conquestio habita est, eo quod ritus a maioribus constituti, a quibusdam depravati et immutati viderentur. Unde et sub episcoporum praesentia ab eodem decretum est, ut diversorum locorum abbates convenirent, et inde utiliter consulerent. Huiusque habendae rationis tempus et locus mox constituta sunt, et sic sinodus soluta est.

Quod abbas Rodulfus abbatum primas fuerit.

32. Interea tempus advenit. Abbates quoque ex diverso in unum collecti sunt. Quorum praecipuus et primas constitutus est, vir divae memoriae Rodulfus, ex coenobio sancti Remigii abbas. Quo praesidente et praelaturae dignitatem tenente, alii circum dispositi sunt. Metropolitanus vero, ex adverso in cliotedro [56] resedit. Qui primatis aliorumque patrum hortatu concionatus, sic praelocutus est:

Praelocutio ** metropolitani ** in sinodo ** abbatum **.

33. *Magnum est patres sanctissimi bonos quosque convenire, si fructum virtutis quaerere elaborent. Inde enim et bonorum utilitas, et rerum honestas comparatur. Sicut econtra pernitiosum si pravi confluant, ut illicita quaerant et expleant. Unde et vos quos in Dei nomine collectos arbitror, optima quaerere hortor, atque ex malivolentia nihil moliri moneo. Amor secularis et odium, apud vos locum nullum habeant, quibus enervatur iustitia, aequitas suffocatur. Vestri ordinis antiqua religio, ab antiquitatis honestate ut fama est supra modum aberravit. Dissidetis enim inter vos, in ipsa regularis ordinis consuetudine, cum aliter alter, alter aliter velit ac sentiat. Quapropter et sanctitati vestrae hactenus multum derogatum est. Unde et utile duxi, ut vobis hic gratia Dei in unum collectis, suadeam idem velle, idem sentire, idem cooperari, ut eadem voluntate, eodem sensu, eadem cooperatione, et virtus neglecta repetatur, et pravitatis dedecus vehementissime propulsetur.*

* fol. 34

Responsio * primatis * et in praevos * indignatio *

34. Ad haec abbatum primas: *Quod hic* inquit **a te promulgatum est pater sanctissime, alta memoria condendum est, eo quod et corporum dignitatem, et animarum salutem affectes. Constat enim ad habitum virtutis neminem pervenisse, nisi quem talis animus munivit, quo et appetenda peteret, et vitanda refelleret. Unde et patet nos aliquid dedecoris contraxisse, quod ab appetendis aliquanto aberravimus. Quod etiam multa obiurgatione reprehendendum est, cum nec ignavia nos praecipitaverit, nec inopia ad id impulerit.*

Item ** indignatio ** primatis ** in monachos **.

35. *Quae enim vis impulit, ut monachus intra claustra monasterii dominicis servitiis mancipandus, compatrem habeat, et compater dicatur? Et ó quantum nostro ordini dissentiat considerate. Si inquam compater est, ut a verisimili probabile efferam, cum eo qui pater est ipse est et pater. Si vero pater est, filium vel filiam habere dubium non est. Unde et scortator potius quam monachus dicendus est. Sed quid de commatre? Quid in hoc nomine a secularibus perpenditur, nisi turpitudinis consentanea? Hoc licet verisimile dicens, secularibus non praeiudico, sed nostro ordini illicita reprehendo. Quod quia ineptum videtur, vestra interminatione inhibendum est.* His venerandus metropolitanus subiungens: *Si* inquit *placet sinodo, interdicetur.* Sinodus dixit: *Interdicatur.* Metropolitani itaque auctoritate, omnium consensu inhibitum est.

Secunda * primatis obiectio.

36. Rursusque primas exorsus: *Adhuc* inquit *nostro ordini inimica proferam. In quo quidam dinoscantur, quibus mos inolevit, ut soli a monasteriis egrediantur*, soli foris nullo sui operis teste maneant, et quod pessimum est, absque fratrum benedictione et exeant, et sine ea redeant. Unde non dubium est, eos facilius posse falli, quos fratrum orantium benedictio non munit. Inde est quod turpitudo vitae, morum pravitas, proprietatis peculium, nobis a calumniantibus intenduntur. Unde etiam necesse est, ut his calumniis subdamur, cum repulsioni testes habere non possimus. Hoc*

*) estio, polita, ona, eligi, ritu, ctione *abscisa*. atio *abscisa*. **) I, ind, prima, monach *abscisa*. **) cutio, opolitani, odo, um *abscisa*. *) secunda, obi *abscisa*. *) pons, atis, vos, a) exeant *corr.* egrediantur.

56) sella plectilis, faldistolium (*fauteuil*).

972. *quoque vestra censura prohibeat.* Sinodus dixit: *Prohibeatur.* Et memorabilis metropolitanus: *Hoc quoque* inquit *nostra auctoritate prohibemus.*

Tertia* primatis indignatio.

37. His quoque primas alia adiungens: *Quoniam* inquit *de vitiis nostri ordinis dicere coepi, nihil relinquendum putavi, ut his amotis, religio nostra acsi enubilata reluceat. Sunt enim inquam nostri ordinis quidam, quibus curae est pillea aurita capiti manifeste imponere, pellesque peregrinas pilleo regulari praeponere, pro abiectae vestis habitu, vestes lautissimas induere*[a]. *Nam tunicas magni emptas, plurimum cupiunt, quas sic ab utroque latere stringunt, manicisque et giris diffluentibus diffundunt, ut artatis clunibus et protensis natibus potius meretriculis quam monachis a tergo assimilentur.*

De** superfluo** vestium** colore.

38. *Quid vero de colore vestium? Unde tantum decepti sunt, ut dignitatis merita coloribus comparent. Nam nisi tunica nigro colore deceat, ea indui nullo modo placet. Quod si etiam nigro albus laneficii opere intermixtus sit, hic quoque talis vestem abiectam facit. Fulvus quoque abicitur. Nec minus niger nativus, non sufficit, nisi etiam corticum inficiatur sucis. Atque haec de vestibus.*

De* calciamentorum* superfluitate*.

39. *De calciamentorum vero superfluitate quid referam? Tantum enim in his insaniunt, ut commoditatem sibi plurimam per ea auferant. Ea enim sic arta induunt, ut cippati pene impediantur. In quibus etiam rostra componunt; aures hinc inde erigunt; et ne folleant magno opere elaborant. Ut luceant quoque, famulis consciis indicunt.*

De** linteis et operibus** superfluis.

40. *An lintea operosa atque pellicea operimenta sileam? Cum inquam a maioribus clementiae gratia prolenis indui pellibus mediocribus concessum sit, vitium superfluitatis irrepsit. Unde et nunc peregrinis operimentis limbos bipalmos circumducunt, atque pannis Noricis ea desuper duplicant. Linteis vero pro stragulis minime uti concessum est; sed a quibusdam minus religiosis, caeteris superfluis id additum est. Quorum numerus cum ex locis diversis plurimus esset, a pluralitate malorum, bonorum paucitati id persuasum est.*

De* femoralibus* iniquis*.

41. *Sed quid femoralia iniqua referam? Horum etenim tibiales quater sesquipede patent, atque ex staminis subtilitate etiam pudenda intuentibus non protegunt; in quorum compositione id uni non sufficit, quo duo contenti ad plenum esse valerent. Haec coram hic relata, an prohiberi velitis, indicate. Caetera vero nostris conciliis in privato corrigenda sunt.* Sinodus dixit: *Et prohibeantur.*

Responsio metropolitani ad primatem**.

42. Ad haec quoque metropolitanus subiunxit: *Gravitatis quidem vestrae fuit pauca dicendo pluribus parcere; sed quoniam haec quae reprehensimus in vestro ordine subiacent, alia nobis, alia vero privatis conciliis corrigenda iudicatis, idem senti, idem laudo. Unde etiam quae hic inhiberi vestra gravitas petit, nostra auctoritas interdicit.*

fol. 35. *Quae vobis silendo reservastis, vestris relinquimus inmutanda iuditiis.* His quoque dictis, sinodus soluta est. Quo tempore, monachorum religio admodum floruit, cum eorum religionis peritissimus metropolitanus, huius rei hortator esset et suasor. Et ut nobilitati suae in omnibus responderet, aecclesiae suae filios studiis liberalibus instruere utiliter quaerebat.

Adventus Gerberti in Galliam*.

43. Cui etiam cum apud sese super hoc aliqua deliberaret, ab ipsa Divinitate directus est Gerbertus[c], magni ingenii ac miri eloquii vir, quo postmodum tota Gallia acsi lucerna ardente, vibrabunda refulsit. Qui Aquitanus genere, in coenobio[57] sancti confessoris Geroldi a puero altus, et grammatica edoctus est. In quo utpote adolescens cum adhuc intentus moraretur, Borrellum citerioris Hispaniae ducem orandi gratia ad idem coenobium contigit devenisse. Qui a loci abbate humanissime exceptus, post sermones quotlibet[d], an in artibus perfecti in Hispaniis habeantur, sciscitatur. Quod cum promptissime assereret, ei mox ab abbate persuasum est, ut suorum aliquem susciperet, secumque in artibus docendum duceret. Dux itaque non abnuens, petenti liberaliter favit, ac fratrum consensu Gerbertum assumptum duxit, atque Hattoni episcopo[58]

*) te *abscisum*. **) De, s, vest *abscisa*. *) De ca, torum, tate *abscisa*. **) De l, bu *abscisa*. *) De, f, in *abscisa*. **) rim *abscisum*. *) Galliam *abscisum*. a) *post* induere *haec primitus scripta erant*: cum buni quique capitis quocumque tegmine contenti sint. Hi ergo a religiosis dissidentes non sunt? cum enim vestium dignitate delectantur vilium. procul dubio abiectionem unde ex parte religio recognoscitur penitus abhorrent. b) studuis *corr.* studiis. c) g^{us} *codex*. d) mutuo *corr.* qlibet.

57) Aurillac, in praefectura Cantal. 58) Ausonensi.

instruendum commisit. Apud quem etiam in mathesi plurimum et efficaciter studuit. Sed cum Divinitas Galliam iam caligantem magno lumine relucere voluit, praedictis duci et episcopo mentem dedit, ut Romam oraturi peterent. Paratisque necessariis, iter carpunt, ac adolescentem commissum secum deducunt. Inde Urbem ingressi, post praeces ante sanctos apostolos effusas, beatae recordationis papam [58] . . . . . adeunt, ac sese ei indicant, quodque visum est de suo iocundissime impertiunt. 58

44. Nec latuit papam adolescentis industria, simulque et discendi voluntas. Et quia musica et astronomia in Italia tunc penitus ignorabantur, mox papa Ottoni regi Germaniae et Italiae per legatum indicavit, illuc huiusmodi advenisse iuvenem, qui mathesim optime nosset, suosque strenue docere valeret. Mox etiam ab rege papae suggestum est, ut iuvenem retineret, nullumque regrediendi aditum ei ullo modo praeberet. Sed et duci atque episcopo qui ab Hispaniis convenerant, a papa modestissime indicitur, regem velle sibi iuvenem ad tempus retinere, ac non multo post eum sese cum honore remissurum; insuper etiam gratias inde recompensaturum. Itaque duci ac episcopo id persuasum est, ut hoc pacto iuvene dimisso, ipsi in Hispanias iter retorquerent. Iuvenis igitur apud papam relictus, ab eo regi oblatus est. Qui de arte sua [a] interrogatus, in mathesi se satis posse, logicae vero scientiam se addiscere velle respondit. Ad quam quia pervenire moliebatur, non adeo in docendo ibi moratus est. Quod Atto* Romae moratus* decessit.*

45. Quo tempore G. Remensium archidiaconus in logica clarissimus habebatur. Qui etiam a Lothario Francorum rege eadem tempestate Ottoni regi Italiae legatus directus est. Cuius adventu iuvenis exhilaratus, regem adiit, atque ut G.....o committeretur optinuit. E G.....o per aliquot tempora haesit, Remosque ab eo deductus est. A quo etiam logicae scientiam accipiens, in brevi admodum profecit, G.....s vero cum mathesi operam daret, artis difficultate victus, a musica reiectus est. Gerbertus interea studiorum nobilitate praedicto metropolitano commendatus, eius gratiam prae omnibus promeruit. Unde et ab eo rogatus, discipulorum turmas artibus instruendas ei adhibuit. Quod ab** Ottone rege logico commissus** sit.

46. Dialecticam ergo ordine librorum percurrens, dilucidis sententiarum verbis enodavit. Inprimis enim Porphirii ysagogas id est introductiones secundum Victorini rhethoris translationem, inde etiam easdem secundum Manlium explanavit. Cathegoriarum, id est praedicamentorum librum Aristotelis [b] consequenter enucleans. Perierme-nias vero, id est de interpretatione librum, cuius laboris sit, aptissime monstravit. Inde etiam topica, id est argumentorum sedes, a Tullio de Greco in Latinum translata, et a Manlio consule sex commentariorum libris dilucidata, suis auditoribus intimavit. Quem ordinem* librorum* in docendo* servavit*.

47. Necnon et quatuor de topicis differentiis libros, de sillogismis cathegoricis duos, de ypotheticis tres, diffinitionumque librum unum, divisionum aeque unum, utiliter legit et expressit. Post quorum laborem, cum ad rhethoricam suos provehere vellet, id sibi suspectum erat, quod sine locutionum modis, qui in poetis discendi sunt, ad oratoriam artem ante perveniri non queat. Poetas igitur adhibuit, quibus assuescendos arbitrabatur. Legit itaque ac docuit Maronem et Statium Terentiumque poetas, Iuvenalem quoque ac Persium Horatiumque satiricos, Lucanum etiam historiographum. Quibus assuefactos, locutionumque modis compositos, ad rhethoricam transduxit. Quid provehendis** rhethoricis** providerit.**

48. Qua instructis sophistam adhibuit; apud quem in controversiis exercerentur, ac sic ex arte agerent, ut praeter artem agere viderentur, quod oratoris maximum videtur. Sed haec de logica. In mathesi vero quantus sudor expensus sit, non incongruum dicere videtur. Arithmeticam enim quae est matheseos prima, inprimis dispositus accommodavit. Cur eis* sophistam* adhibuerit*.

49. Inde etiam musicam, multo ante Galliis ignotam, notissimam effecit. Cuius genera in monocordo disponens, eorum consonantias sive simphonias in tonis ac semitoniis, ditonis quoque ac diesibus distinguens, tonosque in sonis rationabiliter distribuens, in plenissimam notitiam redegit. Qui labor** ei in mathematicis** impensus sit.**

50. *Ratio vero astronomiae quanto sudore collecta sit, dicere inutile non est, ut et tanti viri sagacitas advertatur, et artis efficacia lector commodissime capiatur. Quae cum pene intellectibilis sit, tamen non sine admiratione quibusdam instrumentis ad cognitionem adduxit. Inprimis enim mundi speram ex solido ac rotundo ligno argumen- *fol. 35'. Sperae* solidae* compositio.*

*) tto, more, s *abscisa*. **) ab, mis *absc*. *) or, libr, do, ser *absc*. **) ve, icis, it *absc*. *) is, am, erit *absc*. **) bor, emati, it *abs*. *) s, so, comp *abs*. a) *vox absc*. b) aristelis *cod*. 58) Iohannem XIII. qui annis 965 Oct. — 972 Sept. 5. sedit.

tatus, minoris similitudine, maiorem expressit. Quam cum duobus polis in orizonte obliquaret, signa septemtrionalia polo erectiori dedit, australia vero deiectiori adhibuit. Cuius positionem eo circulo rexit, qui a Graecis orizon, a Latinis limitans sive determinans appellatur, eo quod in eo signa quae videntur ab his quae non videntur distinguat ac limitet. Qua in orizonte sic collocata, ut et ortum et occasum signorum utiliter ac probabiliter demonstraret, rerum naturas dispositis insinuavit, instituitque in signorum comprehensione. Nam tempore nocturno ardentibus stellis operam dabat; agebatque ut eas in mundi regionibus diversis obliquatas, tam in ortu quam in occasu notarent.

Intellectilium circulorum comprehensio*.

51. Circuli quoque qui a Graecis paralleli, a Latinis aequistantes dicuntur, quos etiam incorporales esse dubium non est, hac ab eo arte comprehensi noscuntur. Effecit semicirculum recta diametro divisum. Sed hanc diametrum fistulam constituit, in cuius cacuminibus duos polos boreum et austronothum notandos esse instituit. Semicirculum vero a polo ad polum 30 partibus divisit. Quarum sex a polo distinctis, fistulam adhibuit, per quam circularis linea arctici signaretur. Post quas etiam quinque diductis, fistulam quoque adiecit, quae aestivalem circulationem indicaret. Abinde quoque quatuor divisis, fistulam identidem addidit, unde aequinoctialis rotunditas commendaretur. Reliquum vero spatium usque ad notium polum, eisdem dimensionibus distinxit. Cuius instrumenti ratio in tantum valuit, ut ad polum sua diametro directa, ac semicirculi productione superius versa, circulos visibus inexpertos, scientiae daret, atque altâ memoria reconderet[a].

Sperae compositio planetis cognoscendis** aptissima.**

52. Errantiumque siderum circuli cum intra mundum ferantur, et contra contendant, quo tamen artificio viderentur scrutanti non defuit. Inprimis enim speram circularem effecit; hoc est ex solis circulis constantem. In qua circulos duos qui a Graecis coluri, a Latinis incidentes dicuntur, eo quod in sese incidant complicavit; in quorum extremitatibus polos fixit. Alios vero quinque circulos, qui paralleli[b] dicuntur, coluris transposuit, ita ut a polo ad polum 30 partes, sperae medietatem dividerent; idque non vulgo neque confuse. Nam de 30 dimidiae sperae partibus a polo ad primum circulum, sex constituit; a primo ad secundum quinque; a secundo ad tertium, quatuor; a tertio ad quartum, itidem quatuor; a quarto ad quintum, quinque; a quinto usque ad polum, sex. Per hos quoque circulos eum circulum obliquavit, qui a Graecis loxos, vel zoe, a Latinis obliquus vel vitalis dicitur, eo quod animalium figuras in stellis contineat. Intra hunc obliquum, errantium circulos miro artificio suspendit. Quorum absidas, et altitudines a sese etiam distantias, efficacissime suis demonstravit. Quod quemadmodum fuerit, ob prolixitatem hic ponere commodum non est, ne nimis a proposito discedere videamur.

Aliae* sperae compositio* signis cognoscendis* idonea.

53. Fecit praeter haec speram alteram circularem, intra quam circulos quidem non collocavit, sed desuper ferreis atque aereis filis signorum figuras complicavit. Axisque loco, fistulam traiecit, per quam polus coelestis notaretur, ut eo perspecto, machina coelo aptaretur. Unde et factum est, ut singulorum signorum stellae, singulis huius sperae signis clauderentur. Illud quoque in hac divinum fuit, quod cum aliquis artem ignoraret, si unum ei signum demonstratum foret, absque magistro cetera per speram cognosceret. Inde etiam suos liberaliter instruxit. Atque haec actenus de astronomia.

Confectio** abaci.**

54. In geometria vero[c] non minor in docendo labor expensus est. Cuius introductioni, abacum id est tabulam dimensionibus aptam opere scutarii effecit. Cuius longitudini, in 27 partibus diductae, novem numero notas omnem numerum significantes disposuit. Ad quarum etiam similitudinem, mille correos effecit caracteres, qui per 27 abaci partes mutuati, cuiusque numeri multiplicationem sive divisionem designarent; tanto compendio numerorum multitudinem dividentes vel multiplicantes, ut prae nimia numerositate potius intelligi quam verbis valerent ostendi. Quorum scientiam qui ad plenum scire desiderat, legat eius librum quem scribit ad C. grammaticum[59], ibi enim haec satis habundanterque tractata inveniet.

*) In, li, compro *abscisa*. **) no, tis *abscisa*. *) Alia, comp, cogn, ido *abscisa*. **) Confe, ci *abscisa*.
a) r. Sed hoc ad circulos intellectibiles. Quanto etiam studio errantiumque siderum circulos aperuerit dicere non pigebit. Qui *iam deleta*. b) qui. a graecis paralleli a latinis aequistantes dicuntur *del*. c) vero cui nihil ante Galliae scriptum habebant, quantus labor expensus sit, sermo impar dicere non sufficit *deleta*.
59) ad Constantinum, de divisione numerorum.

55. *Fervebat studiis, numerusque discipulorum in dies accrescebat. Nomen etiam tanti doctoris, ferebatur non solum per Gallias sed etiam per Germaniae populos dilatabatur. Transiitque per Alpes, ac diffunditur in Italiam, usque Thirrenum, et Adriaticum. Quo tempore, Otricus in Saxonia insignis habebatur. Hic cum philosophi famam audisset, adverteretque quod in omni disputatione, rata rerum divisione uteretur, agebat apud suos, ut aliquae rerum divisarum figurae, ab scolis philosophi sibi deferrentur, et maxime philosophiae, eo quod in rata eius divisione, perpendere ipse facilius posset, an recte is saperet, qui philosophari videbatur, utpote in eo quod divinarum et humanarum scientiam profitetur. Directus itaque est Romos, Saxo quidam, qui ad haec videbatur idoneus. Is cum scolis interesset, et caute generum divisiones a Gerberto dispositas colligeret, in ea tamen maxime divisione, quae philosophiam ad plenum dividit, plurimum ordine abusus est.

*fol. 36.

Fama Gerberti per Gallias et Italiam diffusa 969.

56. Etenim cum mathematicae phisica par, atque coaeva a Gerberto posita fuisset, ab hoc mathematicae eadem phisica ut generi species subdita est; incertumque utrum industria an errore id factum sit. Sicque cum multiplici diversarum rerum distributione, Otrico figura delata est. Quam ipse diligentissime revolvens, Gerbertum male divisisse apud suos calumniabatur, eo quod duarum aequalium specierum, alteri alteram substitutam ut generi speciem figura mentiebatur. Ac per hoc nihil eum philosophiae percepisse audacter astruebat. Illudque eum penitus ignorare dicebat, in quo divina et humana consistunt, sine quibus etiam nulli sit philosophandum. Tulit itaque ad palatium figuram eandem, et coram Ottone augusto iis qui sapientiores videbantur eam explicavit. Augustus vero cum et ipse talium studiosissimus haberetur, an Gerbertus erraverit admirabatur. Viderat etenim illum, et non semel disputantem audierat. Unde et ab eo praedictae figure solutionem fieri nimium optabat. Nec defuit rei occasio.

Figura Gerberti philosophica per malivolos depravata, ab Otrico reprehenditur.

57. Nam venerandus Remorum metropolitanus Adalbero, post eundem annum Romam cum Gerberto petebat, ac Ticini[60] augustum cum Otrico repperit. A quo etiam magnifice exceptus est, ductusque per Padum classe Ravennam. Et tempore oportuno, imperatoris iussu, omnes sapientes qui convenerant, intra palatium collecti sunt. Affuit praedictus reverendus metropolitanus; affuit et Adso abbas Dervensis, qui cum ipso metropolitano advenerat; sed et Otricus praesens erat, qui anno superiore Gerberti reprehensorem sese monstraverat. Numerus quoque scolasticorum non parvus confluxerat, qui [a] imminentem disputationis litem summopere praestolabantur. Haerebant etenim, an Otrico [b], quispiam resistere auderet. Necnon et augustus huiusmodi certamen habendum callide pertractabat. Nitebatur autem Gerbertum incautum Otrico opponere, ut si incautus appeteretur, maiorem controversandi animum in contrarium moveret. Otricum, vero, multa proponere, nihilve solvere hortabatur. Atque his omnibus ex ordine [c] considentibus, augustus eorum medius, sic e sublimi coepit:

970 60

58. *Humanam* inquiens *ut arbitror scientiam, crebra meditatio vel exercitatio reddit meliorem, quotiens rerum materia competenter ordinata, sermonibus exquisitis, per quoslibet sapientes effertur. Nam cum per otium sepissime torpemus, si aliquorum pulsemur questionibus, ad utillimam mox meditationem incitamur. Hinc scientia rerum a doctissimis elicita est. Hinc est quod ab eis prolata, libris tradita sunt, nobisque ad boni exercicii gloriam, derelicta. Afficiamur igitur et nos aliquibus obiectis, quibus et animus excellentior, ad intelligentiae certiora ducatur. Et eia inquam, iam nunc revolvamus, figuram illam de philosophiae partibus, quae nobis anno superiore monstrata est. Omnes diligentissime eam advertant; dicantque singuli, quid in ea, aut contra eam sentiant. Si nullius extrinsecus indiget, vestra omnium roboretur approbatione. Si vero corrigenda videbitur, sapientium sententiis, aut improbetur, aut ad normam redigatur. Coramque deferatur iam nunc videnda.* Tunc Otricus eam in aperto proferens, a Gerberto sic ordinatam, et a suis auditoribus exceptam scriptamque respondit; *et sic domno augusto

Allocutio augusti Ottonis in conventu sapientium pro emendatione figurae.

*fol. 36

a) qui id negotium perpenderant. et ob hoc *deleta.* b) eorum doctissimo *corr.* Otrico. c) iussi *corr.* ex ordine.

60) Otto a. 970. inde a mense Ianuarii Ticini moratus, Martio inde Ravennam movit, atque d. 22. Ferrariae, d. 30. eiusdem mensis Ravennae diplomata edidit.

970. legendam porrexit. Quae perlecta, ad Gerbertum delata est. Qui diligenter eam percurrens, in parte approbat, et in parte vituperat, simulque non sic eam sese ordinasse asseruit.

Divisio theoreticae* philosophiae in species.

59. Rogatus autem ab augusto corrigere, ait: *Quoniam o magne caesar auguste, te his omnibus potiorem video, tuis ut par est iussis parebo. Nec movebit me malivolorum livor, quorum instinctu id factum est, ut rectissima philosophiae divisio, probabiliter dilucideque a me nuper ordinata, unius speciei suppositione vitiata sit*a. *Dico itaque mathematicam, phisicam, et theologicam, aequaevas eidem generi subesse. Earum autem genus, eis aequaliter participare. Nec fieri posse, unam eandemque speciem, una eademque ratione, eidem speciei et parem esse, et ut inferiorem acsi generi speciem subiacere. Et ego quidem de his ita sentio. Caeterum si quis contra haec contendat, rationem inde affectet, faciatque nos intelligere, quod fortassis naturae ipsius ratio, nemini adhuc contulisse videtur.*

Philosophiae divisio.

60. Ad haec Otricus innuente augusto sic ait: *Quoniam philosophiae partes aliquot breviter attigisti, ad plenum oportet ut et dividas, et divisionem enodes. Sicque fieri poterit, ut ex probabili divisione, vitiosae figurae suspicio a te removeatur.* Tunc quoque Gerbertus: *Cum hoc* inquit *magni constet, utpote divinarum et humanarum rerum comprehensio veritatis, tamen ut nec nos ignaviae arguamur, et auditorum aliqui proficere possint, secundum Vitruvii atque Boetii divisionem dicere non pigebit. Est enim philosophia genus; cuius species sunt, practice, et theoretice; practices vero species dico, dispensativam, distributivam, civilem. Sub theoretice vero non incongrue intelliguntur, phisica naturalis, mathematica intelligibilis, ac theologia intellectibilis. Rursusque mathematicam sub phisica non praeter rationem collocamus.*

Reprehensio divisionis ab Otrico inutilis, ac Gerberti responsio.

61. Nisusque quod reliquum erat prosequi, Otricus subintulit: *Miror* inquiens *vehementissime, quod phisicae mathematicam sic de propinquo subdidisti, cum inter utramque subalternum genus intelligi possit phisiologia. Vitiosum etenim valde videtur, si nimis longe petita pars, ad generis conferatur divisionem.* Ad haec Gerbertus: *Inde* inquit *vehementius mirandum videtur, quod mathematicam phisicae, suae videlicet coaevae, ut speciem subdiderim. Cum enim coevae sub eodem genere habeantur, maiore inquam admiratione dignum videtur, si alteri altera subdatur. Sed dico phisiologiam phisicae genus non esse quemadmodum proponis, nullamque earum differentiam aliam assero, nisi eam quam inter philosophiam et philologiam cognosco. Alioquin philologia philosophiae genus conceditur.* Ad haec scolasticorum multitudo philoso hiae divisionem interruptam indigrabatur, eamque repeti apud augustum petebat. Otricus vero post paululum idem repetendum dicebat, prius tamen habita ratione de causa ipsius philosophiae; intendensque in Gerbertum, quae esset causa philosophiae sciscitabatur.

Quae sit causa conditi mundi.

62. Qui cum a Gerberto, ut apertius quid vellet ediceret, rogaretur, utrum videlicet causam qua inventa est, an causam cui inventa debetur, ille mox: *Ipsam* inquit *causam dico, propter quam inventa videtur.* Tunc vero Gerbertus: *Quoniam* inquit *nunc patet quid proponas, ideo inquam inventa est, ut ex ea cognoscamus divina et humana.* Et Otricus: *Cur* inquit *unius rei causam, tot dictionibus nominasti? cum ex una fortassis nominari potuit, et philosophorum sit brevitati studere?*

Quod non omnia nomina causarum singulis dictionibus efferuntur.

63. Gerbe tus quoque: *Non omnes* inquit *causae, uno valent nomine proferri. Etenim cum a Platone causa creati mundi non una sed tribus dictionibus, bona Dei voluntas declarat sit, constat hanc creati mundi causam, non aliter potuisse proferri. Nam si dixisset voluntatem causam esse mundi, non id esset consequens; quaelibet enim voluntas, id esse videretur, quod non procedit.* Atque hic Otricus: *Si* inquit *Dei voluntatem causam conditi mundi dixisset, brevius quidem et sufficienter dictum foret, cum numquam nisi bona fuerit Dei voluntas. Non enim est qui abnuat bonam esse Dei voluntatem.* Et Gerbertus: *In hoc* inquit *penitus non contradico. Sed vide; quia constat Deum substantia solummodo bonum, quamlibet vero creaturam participatione bonam, ad eius naturae qualitatem exprimendam, bona additum est, quod id* *fol. 37. *eius proprium sit, non etiam cuiuslibet creaturae. Tandem quicquid illud sit, id sine dubio constat, non omnia causarum nomina una dictione proferri posse. Quae enim tibi umbrae causa videtur? an haec una dictione indicari alet?*

*) ae *abscisa*. a) sit. Non enim ignoro quemcumque bonum calumniis malivolorum assidue insectari *delata*.

61. *Sed dico umbrae causam esse, corpus luci obiectum. Atque haec brevius nullo modo dici valet. Si enim corpus, umbrae causam dixeris, nimis commune protulisti. Quod si corpus obiectum volueris, id quoque tantum non procedit, quantum ab hac parte relinquitur. Sunt enim corpora nonnulla, atque etiam diversis obiecta, quae umbrae causa esse non possunt. Nec abnuo multarum rerum causas, singulis dictionibus efferri, veluti sunt genera quae specierum causas nemo ignorat, velut est substantia, quantitas, qualitas. Alia vero non simpliciter proferuntur, ut rationale, ad mortale.* 979. Quae sit causa umbrae.

65. Tunc vehementius Otricus admirans ait: *An mortale rationali supponis? Quis nesciat, quod rationale Deum et angelum hominemque concludat, mortale vero utpote maius et continentius omnia mortalia et per hoc infinita colligat?* Ad haec Gerbertus: *Si* inquit *secundum Porphirium atque Boetium, substantiae divisionem, usque ad individua idonea partitione perpenderes, rationale continentius quam mortale sine dubio haberes; idque congruis rationibus enucleari, in promptu est. Etenim cum constet substantiam genus generalissimum, per subalterna posse dividi, usque ad individua, videndum est an omnia subalterna singulis dictionibus proferantur. Sed liquido patet, alia de singulis, alia de pluribus nomen factum habere. De singulis, ut corpus, de pluribus ut animatum sensibile. Eadem quoque ratione subalternum quod est animal rationale, praedicatur de subiecto quod est animal rationale mortale. Nec dico, quod rationale simplex, praedicetur de simplici mortali; id enim non procedit; sed rationale inquam animali coniunctum, praedicatur de mortali, coniuncto animali rationali.* Cumque verbis et sententiis nimium flueret, et adhuc alia[a] dicere pararet[b], augusti nutu disputationi finis iniectus est, eo quod et diem pene in his totum consumserant, et audientes prolixa atque continua disputatio iam fatigabat. Ab augusto itaque Gerbertus egregie donatus, cum suo metropolitano in Gallias clarus remeavit. Quid continentius **) sit rationale an **) mortale **).

66. [*]Eodem tempore Emma[c] regina et Adalbero Laudunensis episcopus infames stupri criminabantur; id tamen latenter intendebatur, nullius manifesto intentionis teste. Sed quia suppresse dictum, ad omnium aures devenerat, episcopis visum est id esse discutiendum, ne frater et coepiscopus eorum infamiae tantae subderetur. A supradicto ergo metropolitano collecta est episcoporum sinodus apud sanctam Magram locum Remorum diocesaneum. Considentesque et quaeque utilia pertractantes, postquam metropolitanus [d] . . . . . [*] fol. 35'. in fine. Sinodus apud sanctam Magram habita.

67. [*]Post obitum domni Ottonis Germanorum regis, eius filius Otto, a Germanis Belgisque rex creatus[e], rem publicam strenue atque utiliter amministravit; vir magni ingenii, totiusque virtutis, liberalium litterarum scientia clarus, adeo ut in disputando ex arte et proponeret, et probabiliter concluderet. Penes quem regnum Germaniae cum Galliarum aliqua parte, usque ad diem vitae eius supremum, mansit, sed aliquando dubio statu. Nam inter ipsum et Lotharium Gallorum regem, quandoque[f] et odium immane, et anceps victoria fuit. Etenim cum ab Ottone Belgica teneretur, et a Lothario impeteretur, contra se dolos aut vires moliebantur, eo quod uterque et suum patrem eam tenuisse contenderet, et exercituum multitudine, uterque eam se defensurum non diffideret. Nam[61] et Ludovici patris Lotharii fuit, et eius post dono, huius Ottonis pater, Otto obtinuit. Horum ergo discordiae incentivum principium Belgica fuit. [*] fol. 38. 973. Ottonis promotio in regem* per* Germanos* et Belgas*. 61

68. Igitur in Aquensi palatio Ottone commorante cum coniuge Teuphanu gravida, Lotharius illum propius accessisse acerrime motus indignabatur. Ergo Francorum ducem Hugonem, reliquosque regni primates consilium petiturus Lauduni collegit. Dux itaque processit. Reliqui etiam quibus quoque consulendum erat, ante regem consequenter admissi sunt. Quibus residentibus rex duplicem iniuriam sibi illatam esse commemorat, cum regni sui pars ab hoste usurpata fuerit, et ipse hostis ad fines suos temerarius acc serit. Nec maiori iniuriae esse quod tenuerit, quam quia tenens ad fines suos accedere non formidaverit. Se etiam id multa aviditate ulcisci velle, si consilio suo velint cedere. Nec posse se ab hoc animo temperari, si Indignatio **) Lotharii in Ottonem. 978.

*) use, sit, a, umbr *obscisa*. **) conti, tius, atio, an, tale *abac*. *) in regem, per, os, as *abac*. **) io, n *abac*.
a) nova *corr.* alia. b) omnes exspectarent *corr* dicere pararet. c) E. R. et Ad. L. *codex*. d) *hic pene una et aliae plures fortasse lineae excisae sunt*. e) elevatus *corr.* creatus. f) plerumque *corr.* quandoque.

61) Nugatur Richerus.

978. ad id agendum copia militum non defecerit. Gratias etiam sese quandoque redditurum, si id quod cupit aequo animo adoriantur.

Impetus Gallorum spontaneus* in Ottonem*

69. Mox dux et alii primates sine deliberandi consultatione sententiam regiam attollunt. Sese sponte ituros cum rege, et Ottonem aut comprehensuros, aut interfecturos, aut fugaturos pollicentur. Huius consilium negotii* dissimulatum ad pauco- 5
rum tunc notitiam pervenire potuit, adeo ut euntes, quorsum nescirent. Tandem collectus exercitus sic densus incedebat, ut erecta hastilia lucum potius quam arma
62 portenderent. Ibat ergo per cuneos simbolo[62] distinctos. Cum vero vada Mosae transmisissent, centuriones constituti et dispositi per centurias, Ottonem non sufficientem habere exercitum diligenter contemplati sunt[b]. Itaque accedebant, multamque 10
inopiam rei militaris apud hostem praedicabant.

70. Quae dum ad aures Ottonis referuntur, ille utpote erat audaci animo, Lotharium numquam haec aggressum respondit. Nec vero in suas partes adventare potuisse, cum nec ei copia militum sufficeret, nec de suis satis spei haberet. At cum alii atque alii Lotharium iam adesse dicerent, et in eo perseverarent, Otto dixisse 15
fertur, se ad his credendum nullo modo posse allici, nisi ipse quoque videndo per sese addisceret. Equis ergo inclamatis et adductis, Otto ad videndum[c] processit. Lotharium cum viginti milibus[d] instare advertit. Cogitabat itaque nunc reniti, nunc quoque ad tempus recedere, et post cum exercitu copioso reverti meditabatur. Tandem quia Lotharius urgebat, stare non potuit. Abscessit ergo non sine lacrimis, cum 20
uxore Teuphanu regnique principibus relicto palatio atque regio apparatu.

71. Lotharius cum exercitu affuit, Ottonem se capturum ratus. Et certe coepisset, si in itinere sese exercitus angariis non impedisset. Nam si ante eius discessum pridie advenisset, eum aut capere aut neci dare potuisset. Palatium igitur ab hostibus occupatur. Regiae mensae evertuntur. Ciborum apparatus per calones diri- 25
pitur. Regia quoque insignia a penetralibus erepta, asportantur. Aeream aquilam quae
* fol. 38′. in vertice palatii a Karolo magno acsi volans fixa erat, *in vulturnum converterunt. Nam Germani eam in favonium* converterant, subtiliter significantes Gallos suo equitatu quandoque posse devinci. Lotharius frustra impetu facto, sine obside vel pace sequestra exercitum reduxit, postea se rediturum confidens. 30

72. Otto cui totum calamitatis pondus illatum fuerat, donis multiplicibus multisque favoribus suos sibi assciscebat. Et utpote vincendi cupidus, si quos leserat, revocabat aut reddito quod sustulerat, aut dato quod spoponderat. Pacatis autem omnibus atque sibi revocatis si qui forte[f] abscesserant, regnorum principibus in unum collectis, coram sic locutus est: 35

Oratio** Ottonis ad** suos.

73. *Non ab re, viri clari, huc vos convenisse volui. Virtus vestra suggessit a vobis consilium expetere, quos et ingenium decorat, et animi virtus informat. Nec dubitavi me suscepturum a vobis optimi consilii rationem, cum ab animo non excesserit, quanto animo, quanta virtute in fide hactenus perstitistis. Ante hac viri clarissimi, ingenti virtute pro egregiae laudis honore et gloria sategistis, cum et consilio* 40
clari, et bello invicti enituistis. Nunc quoque eadem virtute nitendum est, ne laudi egregiae turpis infamia succedat. Enitimini ergo pro viribus, et si quid dedecoris contraxistis, a tanta claritudine amoveatis. Non vos latet, fugae ignomiam a Lothario nuper nos pertulisse. Quam non solum bello, sed etiam morte repellere, et vestram claritudinem decet, et tempus exposcit, facultas etiam persuadet. Si igitur magis im- 45
perare quam servire parati estis, dum aetas viget, animusque valet, hoc facinus ne parvipendatis. Ingenti virtute efficite ut sitis formidini, quibus ignobiles et vulgus fuistis. Hac sententia, id fieri omnibus persuasum est.

Equitatus* in Galliam.

74. Interea Otto cum triginta milibus[g] equitum in Gallias ire parabat. Nec moratus praemissis centurionibus ibat. Galliam Celticam exercitu implevit. Quam par- 50
tim combussit, partim depopulatus est. Sic etiam versa vice Lotharium adurgens, eo quod militum copiam non haberet, fluvium Sequanam transire compulit, et geme-
63 bundum ad ducem ire coegit. Turbati ergo repentino hostium adventu, rex Stampas[63] adiit,

*) ontaneus, Ottonem *abscisa*. **) O, ad *abscisa*. *) E *abuc*. a) n. tractant atque ordinant galli celtae. Quod *deleta*. b) s. Centuriati i. *deleta*. c) v. cum principibus *deleta*. d) XX *cod*. e) in gallos *deleta*. 55
f) f. animo *deleta*. g) XXX.

62) *i. e.* vexillo. 63) Etampes.

dux vero ad colligendum exercitum Parisii resedit. Dum haec aguntur, Otto cum exercitu properat, fiscumque regium Atiniacum diripit atque comburit; et per fines urbis Remorum transiens, sancto Remigio multum honorem exhibuit. Urbem quoque Suessorum praetergressus, et sanctum Medardum venerans, palatium Compendiense pene diripuit. Nec minus centuriones praevii eo ignorante sanctae Baltildis monasterium, apud Chelas penitus subruerunt atque combusserunt. Quod non mediocriter dolens, multa in eius restaurationem delegavit. Tandem ad fluvium Sequanam accessit, ibique exercitus tentoria fixit, Parisium in prospectu habens, totamque pene regionem per triduum depopulatus est. 978.

75. Ibant ergo equites cum lixis palantibus ad victum deferendum, stadiis 160 circumquaque. Et quia Sequana interfluebat, neuter exercitus ad se accedebat. Dux enim in altera fluvii parte milites colligebat; at hoc triduum non sufficiebat ad colligendorum sufficientiam militum, nec fieri potuit copia unde congrederetur [a].

76. Cum ergo uterque exercitus dubio esset statu, et de victoria altrinsecus tota mente quaereretur, Germanus quidam animo simul et viribus fidens, singularis ad dimicandum cum armis processit, seseque ad pontem ubi portae erant repagulis et clavis ferreis munitae, congressurum solum cum solo obtulit. Hostem ut veniret singularis saepenumero inclamavit. Et cum iam in Gallorum contemptum quaedam maledicta effunderet, nec aliquis ei responderet, per custodes duci aliisque principibus qui iam pauci advenerant, relatum est, ad portas pontis huiusmodi esse hominem, qui sese ad dimicandum singulariter solum cum solo proponeret, illumque probris et contumeliis verborum principes lacessire, nec illum inde recessurum esse, nisi aut singulariter congrediatur, aut portis incisis totus exercitus intromittatur. Dux cum principibus hanc contumeliam non ferens, tirones [b] hortatur ut furentem [c] repellant, et a tanta ignominia purgati [d] nominis gloriam sibi affectent. Mox quam plures animo ardentes, ad resistendum *sese obtulerunt. Ergo de pluribus unus electus, Ivo*, congressurus procedit. Premium viri fortis propositum est; et ablatis repagulis, portae patefactae sunt. Procedit sibi obviam hostis uterque. Qui obiectis clipeis, telisque obnitentes, mente furiata pauca admodum probra sibi obiecerunt. Germanus tandem telum iaculatus, Galli clipeum gravi ictu pertundit. Gladioque educto cum urgere instaret, a Gallo mox telo obliquato confixus, atque vita [f] privatus est. Gallus victoria potitus, ab hoste rapta arma asportavit, atque duci obtulit. Vir fortis praemium petiit et accepit. Monomachia duorum. *fol. 39.

77. Otto Gallorum exercitum sensim colligi non ignorans, suum etiam tam longo itinere quam hostium incursu posse minui sciens, redire disponit; et datis signis castra amoverunt. Angarias quoque accelerare moliti sunt; amotisque omnibus, ibant non segniter, nec sine metu. Axonae fluvii vada festinantes alii transmiserant, alii vero ingrediebantur, cum exercitus a rege missus a tergo festinantibus affuit. Qui reperti fuere, mox gladiis hostium fusi sunt, plures quidem, at nullo nomine clari [63]. Otto interea cum exercitu digressus, Belgicam petiit, ibique procinctum solvit; tanto favore Ottonis a Gallia digressio suorumque fuga. 63

*) Ilia, o, su, ga *abscisa*. a) c. Nec praetermittendus videtur congressus duorum, quorum alter Germanus, alter vero Gallus fuit. Cum uterque *deleta*. b) milites *et supra* vel tirones *cod.* c) ut canem latrantem *corr.* furentem. d) i. non solum sese. sed et totam gentem suam emundent. ac per infinita tempora *deleta*. e) *vox littera maiuscula scripta, linea subducta deleri videtur.* f) armis *corr.* vita.

63) Hic referre placet veterem inscriptionem in codice regio Parisiensi N. 3839 A. in fol. membr. saec. XII. pag. 143. 144. servatam: „*Hoc scriptum fecit Fulco. comes Ierosolimitanus in ecclesia sepulcri de Lochis cum magna sepultus honorificentia de donis factis suis antecessoribus a rege Francie. Cum Deus voluit sublimare Robertum filium ducis in regem, Goffridus Grisagonella cum tribus milibus armatorum serviebat domino suo regi Rotberto. Otho siquidem rex Alemannorum cum universis copiis suis Saxonum et Danorum, montem Mortiaci [1] obsederat, et urbi Parisius multos assultus ignominiose faciebat. In hac necessitate prelii rex Rotbertus et pater suus ducatum prime cohortis comiti Cofrido Grisagonella tradidit, et ad persequendum exercitum Alemannorum ducem et consiliarium constituit. Persecutus est itaque rex Rotbertus regem Alemannicum praeeunte Goffrido Grigonella usque ad flumen Esne [2]. Comes vero Goffridus gnarus pugnandi et assuetus, tantam stragem hostium super fluvium dederat ante regis Rotberti adventum, quod stannum putares non fluvium. Alemannis itaque fugatis, rex Rotbertus congregato generali concilio, consilio patris sui et episcoporum comitum baronum, dedit Gaufrido comiti, quicquid rex Lotharius in episcopatibus suis, Andegavensi scilicet et Cenomannensi, habuerat.*

1) Montmartre. 2) Aisne.

978. et benivolentia apud suos usus, ut sicut imminenti periculo, ita quoque et omnibus capita sese obiecturos pollicerentur.

980. 78. Lotharius considerans Ottonem neque dolis falli, neque viribus posse devinci, sepe et multum apud se quaerebat, utrum potius foret stare contra hostem an reconciliari hosti. Si staret contra, cogitabat possibile esse, ducem opibus corrumpi, et in amiciciam Ottonis relabi. Si reconciliaretur hosti, id esse accelerandum, ne dux praesentiret, et ne ipse quoque vellet reconciliari. Talibus in dies afficiebatur. Et exinde his duobus ducem suspectum habuit. A consultantibus tandem decretum [a] est, Ottonem in amiciciam regis revocandum, eo quod ipse vir virtutis esset, et per illum non solum dux mansuesci posset, sed et aliarum gentium tiranni subiugari utiliter valerent. Legati igitur a Lothario directi, ab Ottone liberalissime suscepti, de habenda utriusque amicicia duce ignorante elaborant:

Oratio Gallorum ad Ottonem.

79. *Hactenus* inquiunt *discordiae, invidiae, caedis amatores floruerunt, cum inter nobilissimos reges tantum locum habuerunt, quibus pro deliciis erat discordia, quia apud reges discordes se multa adquirere posse arbitrabantur. Enimvero de communi labe cogitabant, ut maioris gloriae et honoris locum, apud conturbatos vindicarent. Sed proderit plurimum rei publicae, si malignitas pravorum iam dudum reprimatur, et virtus bonorum luce purius enitescat. Redeat ergo virtus et floreat inter gloriosissimos reges, ut et vestra virtute tantorum malorum auctores abinde conquiescant, et res publica vestra virtute potius gubernetur, quam cupidorum invidia dilabatur. Securius enim ambo regnabitis, cum in amicicia coniuncti duos exercitus pro uno habebitis. Quod si ex vobis alter in ultimas suorum regnorum gentes ire disposuerit, alterum acsi fratrem, fidumque suarum rerum tutorem habebit. Placeat ergo serenissimis regibus pax et amicicia, quos coniunxit etiam sanguinis affinitas. Vinciantur amicicia, quorum dissidentia rei publicae labem infert, et concordia utilitatem accommodat viresque ministrat.*

Responsio Ottonis ad Gallos.

80. Ad haec Otto: *Novi* inquit, *quantam labem rei publicae discordia sepenumero intulit, cum regnorum principes contra se aliquando moliti sunt. Nec illud etiam ignoro, quanta salus per amiciciae virtutem rei publicae comparata sit. Fateor, hactenus me plurimum coluisse pacem, et concordiam; invidias atque discordias malignantium odio semper habuisse. Componantur ergo per vos animi dissidentium, nam huic rei vos video aptissimos, qui ante hac mutua lesione rei publicae plurimum derogavimus. Consilii vestri rationem approbo. Dictis tandem facta consentiant.* Legati persuasione habita redeunt, ambosque reges alterutrius benivolentiam ad alterutrum referentes, in amicicia componunt. Constituitur tempus colloquendi. Locus utrique commodus deputatur. Et quia circa fluvium Mosam regna amborum conlimitabant, in locum qui Margolius dicitur, eis sibi occurrere placuit.

Lotharii et Ottonis regum conciliatio. fol. 39.

81. Conveniunt ergo. Datisque dextris, osculum sibi sine aliqua disceptatione benignissime dederunt; amiciciam altrinsecus sacramento stabilierunt. Belgicae pars quae in lite fuerat, in ius Ottonis transiit. Otto regni sui pace facta, Italiam petiit, Romamque devenit, suos revisurus atque de regni statu quaesiturus; compressurus etiam si qui forte essent tumultus, et tumultuantes in pacem revocaturus si qui principum forte dissiderent. Lotharius vero Laudunum veniens, apud suos quaeque congrua sibi pertractabat. Nec iam quicquam spei ex duce habebat, cum propter pacem dolo quaesitam, non mediocriter eum suspectum haberet. Cum iam haec omniá vulgo praedicarentur, nonnulli quoque inde indignati pro duce fremerent, dux constanti animo tristitiam dissimulans omnia ferebat; et sicut moris ei erat consulto omnia deliberare, primatibus advocatis declamaturus resedit.

981

Oratio ducis apud suos.

82. Quibus coram sic orsus cepit: *Non praeter fructum utilis et honesti consilium a doctis expetitur. Quibus solis et decenter acceditur, et ab eis fluctuanti rei, consilii ratio aperitur. Vos in consulendo arbitror idoneos [b], cum ab animo non discedat, quanta virtute et ingenio vestri, saepenumero adversariis praenituerim. Cumque vos mihi manibus et sacramento addictos, fidem quoque inviolabilem servaturos*

[a]) o, d *abscisa*. [b]) nsio, os *absc*. [c]) et, ia *absc*. [d]) O, d *absc*. a) deliberatum vel decretum *cod.* b) i. quos et ingenium cogitandi et ratio dicendi reddidit clariores. Quos non dubito de pernitie bonorum dolere. quibus ingenti virtute propositum sit improbis displicere. Et *deleta*.

non dubitem, indubitanter a fidelibus consilium peto. Quod si mihi conceditur, vos etiam participabitis. Si non suggeritur, forte non aberit dispendium cui indecores succumbatis. Ergo quia pro vita agitur, consilium utile liberaliter expromite. Non enim vos latet quanta subtilitate doli, Lotharius rex incautum me fefellerit, cum absque me Ottoni reconciliari voluerit feceritque. Cui a mente penitus excessit, quam liberali animo quantum periculum aggressus sim, cum per me hostem nuper fugaverit, Belgicam quoque insignibus sublatis hostilibus subarraverit. Quid ergo spei ulterius expectem, cum dolo fidem abruperit? 981.

83. Ad haec primates: *Non solum novimus* inquiunt, *quantis periculis nobiscum pro Lothario rege caput obieceris, verum quoque quanto discrimine claritudo tua adhuc patens sit, si ut fama est duo reges contra te conspiraverint. Nam si contra alterum exercitum pro defensione moliaris, ambos contra te mox stare invenies. Si contra ambos nisus fueris, plurima incommoda incurrere necesse est, equitatum intolerabilem, insidias multiplices, incendia, atque rapinas, et quod pessimum es nefarios infidi vulgi rumores, qui non contra adversarios nos exercere defensionem loquetur, at in rebellione contra regem temerarios atque periuros stare calumniabitur. Sic etiam ad quoscumque accedere posse mencietur, ut sine delicto, sine periurii sacrilegio a dominis recedant, et contra illos arroganter cervices attollant. Huius periculi extremum et utile consilium nobis videtur, ut cum duo contra nos coniuncti sint, alteri alterum subtrahamus. Quod si alteri alter subtrahi nequit, saltem in amiciciam nobis eorum alterum devinciamus, ut alter nobis addictus, alteri vires non praebeat animumque ministret. Hoc quoque fieri possibile est, si Romae nunc positum Ottonem legatis praemissis cautus et circumspectus adieris. Non enim sic parvi est ingenii Otto, ut te potiorem Lothario armis et opibus ignoret, cum sepe et id audierit et per sese expertus sit. Unde et facilius eius amiciciam adipisceris; proderit etiam sanguinis vestri propinquitas, cum aeque ut Lotharius ei in hoc coniungaris.* Declamatio quam usi sunt apud decem sui.

84. Quae sententia prolata favoraliter [a] duci habita est. Legatis igitur directis dux animum huiusmodi Ottoni Rome indicavit. Otto mira benivolentia legatos excepit; de amicicia quoque inter illos habenda, se paratissimum non negavit. Quod si ipse dux ad se veniret, ut amplius uterque amiciciae vim experiretur, eum cum suis se decenter et cum honore exceptūrum. Legati reversi, duci mandata retulerunt. Dux igitur quosdam magnae prudentiae et astutiae assumens, Arnulfum videlicet Aurelianensium episcopum, atque Burchardum necnon [b] ..... reliquos quoque admodum necessarios viros, Romam progreditur. Sanctos apostolos honorat, atque sic regem petit.

85. Otto gloriam sibi parare cupiens, ex industria egit, ut omnibus a cubiculo regio emissis, eius gladius super sellam plectilem deponeretur, dux etiam solus cum solo episcopo introduceretur, ut rege latiariter loquente, episcopus latinitatis interpres, duci quicquid diceretur indicaret. Introgressi igitur, a rege ingenti favore excepti sunt. Rex iniuriarum querelam deponit; et osculum dans, gratiam sui favoraliter amico impertit. Post multa colloquia de amicicia habenda, cum rex exiret, gladiumque respiciens peteret, dux paululum a se discedens se inclinavit ut gladium tolleret, ac post regem ferret; hac enim causa super sellam relictu fuit, ut dum dux cunctis [c] videntibus [c] gladium [c] ferret, in posterum [c] etiam se portatu um [c] indicaret [c]. Episcopus vero duci consulens, gladium ab eius manu rapuit, et ipse deferens post regem incessit. Cuius prudentiam simul et astutiam rex admiratus, apud suos postea non sine laude sepius frequentavit. Ducem quoque in plurima amicicia susceptum, cum honore et pace pene usque ad Alpes deduci fecit. Fol. 40. Ottonis cum [**] Hugone sessio.

86. Lotharius rex, necnon et Emma regina insidias ubique parabant; et ut in itinere redeuntem caperent, dolos praetendebant. Igitur Conrado Alemannorum regi epistolam legavit hunc modum habentem: *Lotharius Francorum gratia Dei rex, Conrado [d] Alemannorum regi quicquid sibi. Amiciciam inter nos a multo tempore constitutam, inviolabiliter conservare semper mihi gratum fuit. Cuius fructus cum a me multiplex exire valeat, utile duxi quiddam vobis indicare, et ad votum mihi fieri* Epistola Lotharii ad Chonradum.

*) De, qu, d *absc.* **) is cum, essio *absc.* a) *ita c.* b) *locus vacat in c.* c) cunc, bus, gla, in post, e par, icaret *ex coniect.* d) conrando *codex.*

981. *id petere. Hugonem ducem sciatis me hactenus pro amico habuisse. Comperto vero quod latenter hostis mihi esset, ab eius familiaritate me remotiorem feci. Unde nunc Romam iens, Ottonem adiit, in mei contumeliam, regnique labem ei plurimum persuasurus. Quapropter summa ope, summo ingenio nitimini ne evadat. Vale**. Exploratores itaque circumquaque dispositi, per praerupta montium et scopulorum, per viarum exitus, eius adventum opperiebaetur.

Item Epistola Emmae* reginae ad matrem*.

87. Nec minus Emma regina, matri suae in hunc modum epistolam direxit: *Adelaidi matri imperatrici semper augustae, Emma Francorum regina salutem. Licet multo terrarum interstitio semota, tamen a matre auxilii rationem filia peto. Hugo dux insidiis non solum regni nostri principes a nostra fidelitate amovit, sed et fratrem meum Ottonem a nobis conatur avertere; unde et Romam illum adiit. Ne ergo penitus sui voti compos glorietur, peto supplex filia matrem, ut in revertendo tantus hostis impediatur. Et si fieri potest, aut captus teneatur, aut impunis non redeat. Sed ne vos suis dolis tergiversator evadat, totius formae illius inseparabilia accidentia vobis indicari curavi.* Tunc prosecuta oculorum, aurium, labiorum, dentium quoque et nasi, necnon et reliquarum corporis partium accidentia, verborum quoque tenorem, sic ignotum declaravit, ut his signis detegeret atque ignorantibus indicaret.

Hugo inmutato** habitu** insidias evadit.

88. Dux horum non nescius, reditum accelerat. Dolisque praemetuens, vestem mutat, seseque unum de clientibus simulat. Equos onera ferentes, ipse regit atque exagitat. Onera imponit et deponit, omnibus se serviturum accommodat. Tantaque industria in abiecta veste et inculto habitu se ducem dissimulavit, ut et per insidiarum loca transiret quae nec vitare poterat, et insidiantes efficaciter falleret. Uno tantum[b] hospitio pene deprehensus fuit. Nam dum eundum esset cubitum, ei lectus cum diligenti apparatu compositus est; eique circumfusi se omnes ad serviendum obtulerunt. Alii enim genu flexo[c] caligas extrahebant, extractasque alii excipiebant; alii vero nudatos pedes sedentis, subsidendo confricabant, et giris vestium emundabant. Haec hospes per ostii rimas contemplatus est. Deprehensusque explorasse, mox ne rem detegeret vocatus est et intromissus. Strictisque mucronibus postquam ei necem minati sunt si vocem emitteret, comprehensum ligatis manibus et pedibus in ergastulum detruserunt. Qui voce suppressa, ibi usque crepusculum convexus[d] iacuit. Post nocte abscendente, in ipso crepusculo surrexerunt. Hospitem assumptum et equo invectum, tandiu asportaverunt, donec loca suspecta transmitterent. Quibus transmissis, depositum dimiserunt, reliquumque itineris celeres confecerunt. Nec fol. 30′. minus Conradi regis dolos sepe simulando et dissimulando evasit, cum in dolis componendis insidiatores studio et hic niterentur. Tandem tantorum malorum securus, Gallia receptus est.

89. Cognitis autem utrorumque dolis ab utroque, tanta crudelitate in se non armis sed insidiis latentibus debacchati sunt, ut aliquot annis res publica principibus dissidentibus multum lederetur. Tunc etiam multarum rerum usurpationes, miserorum quoque oppressiones, et circa minus potentes, calamitates nefariae a quibusdam pravis exercitae sunt. Cum utriusque sapientiores in unum consulturi convenientes, principes dissidere plurima commiseratione conquesti sunt.

Lotharii et Hugonis reconciliatio.

90. Statueruntque ut alterius fautores, ad alterum suasuri de reconciliatione transirent, ut alteruter benivolentia alterutrius captus, facilius sibi condescenderet, eumque pro lesa amicicia utilius peniteret. Quod[e] consultum, non multo post effectum habuit. Nam et eis efficacissime persuasum est, ac plurima dilectione sibi annexi sunt. Sic etiam in utrisque vis amiciciae firmata visa est.

Promotio Ludovici in regnum Francorum.

91. Etenim cum rex filium suum Ludovicum in regno sibi succedere vellet, ipsum quoque a duce ordinandum quaereret, dux hanc ordinationem mox liberali animo se administraturum respondit. Et legatis directis, regnorum principes Compendii collegit; ibique a duce reliquisque principibus Ludovicus rex adclamatus per metropolitanum episcopum Remorum, dignae videlicet memoriae Adalberonem, sancta
979. Iun. 8. die pentecostes in regnum Francorum promotus est[64]. Duobus ergo regnantibus dux

*) mmae, trem *abscisa.* **) mu, u *absc.* a) VAL. b) *sic c.* c) flexu *corr* flexo. d) conquexus *c.* e) Q. senatus *delet.*

64) Quae cum iam a. 979 accidissent, ordo rerum a nostro inversus esse videtur; nisi anno 981

multa affabilitate ac famulatu multiplici, per dies plures sese commendabat; adeo regiam dignitatem per omnia extollens, et sese* eis supplicem b monstrans; se etiam facturum pollicens, ut ambo gentibus iam domitis potenter imperarent, indomitas quoque efficaciter* mansuescerent. Id etiam meditabatur, ut in diversis regnis positi, regiam dominationem exercerent, ne unius regni angustia, duorum regum maiestati nimium derogaret. 982.

92. Dum haec multo conatu disponeret, alii quidam nimis callidi hoc comperto, cum huiusmodi gloriam in sese transfundere vellent, Emmam reginam adeuntes, super maxima re se consulturos dixerunt. Qui suscepti a regina, id sibi videri optimum dixerunt, Ludovico regi assciscendam coniugem Adelaidem, Ragemundi nuper defuncti ducis Gothorum olim uxorem. Et non magis potentiam regnandi ex hoc posse augeri, quam sibi nonnulla commoda adquiri. Enimvero possibile fieri, totam Aquitaniam simulque et Gothiam suo imperio asstringi posse, postquam ex iure ductae uxoris oppida munitissima ad suum ius retorqueret. Magnum etiam quiddam in hac re, et utile comparari, si patre hinc posito, et illinc filio, dux ceterique hostes in medio conclusi, perpetuo urgeantur. Item promotio Ludovici in regnum Aquitaniae eiusque uxoratio.

93. Huius rationis consilium postquam regi suggestum est, apud Gozfredum comitem qui aderat ordinatum valuit. Haec duce ignorante parabantur. Quae cum post animadvertisset, ne regibus fieri videretur iniurius, contumeliam dissimulans, nihil penitus refragratus est. Interea collectis regni principibus, equitatus regius disponitur, insignia regia invehuntur; cibi multiplices apparati, vehiculis imponuntur. Quibus actis, reges utrique cum multo equitatu in Aquitaniam profecti sunt, castrumque Briddam quod vetus dicitur, devenerunt.

94. Quo a praefata Adelaide multo apparatu excepti sunt. Et die constituta rationibus decentissime habitis, et ex iure datis dotalibus, Ludovicus rex eam sibi uxorem copulavit, atque secum coronatam per episcopos in regnum promovit. Non tamen regium nomen sic in eis valuit, ut ullatenus regnandi dominationem in principibus exercere valerent. Amor quoque coniugalis, eis pene nullus fuit. Nam cum ille adhuc pubesceret, illa vero anus foret, contrariis moribus dissentiebant. Cubiculum commune sibi, non patiebantur. Requieturi quoque diversis hospitiis potiebantur. Si quando colloquendum erat, locum sub divo habebant. Pro sermonibus producendis, paucissima dicere sat erat. Et hoc apud eos fere erat per biennium. Quorum mores usque adeo discordes fuere, ut non multo post sequeretur et divortium. Adelaidis* a Ludovico* reginae in* Aquitania promotio* eorumque divortium*.

95. Ludovicus vero quia morum informatorem non habebat, utpote adolescens levium rerum vanitatibus insistebat. Habitum d patriae gentis, pro peregrinis penitus deposuerat. Itaque in miserandam fortunam, res penitus dilapsa est, ut et moribus degener, et regnandi impotentia inglorius esset; *et qui paulo ante rex genere, fama, atque copiis potens, nunc erumnosus et inops, rei familiaris simul et militaris calamitate squaleret. His Lotharius rex per multos cognitis, filium inde revocare cogitabat; non ignorans in peius eum lapsurum, cum illic nullum dignitatis regiae haberet honorem. Equitatum itaque parat filium repetiturus. Aquitaniam ingressus Briddam petiit. Filium repetit et reducit. Regina sese viduatam dolens, et verita maioris incommodi iniuriam, Wilelmum Arelatensem adiit, eique nupsit. Et sic ex divortio, adulterium publicum operatum est. *fol. 41.

96. Hac tempestate Otto cum barbaris congressus, miserabili fortunae succubuit. Nam et exercitum fusum amisit, et ipse captus ab hostibus, divina vero gratia reversus fuit. Post cum ex indigestione Romae laboraret, et intestini squibalas ex melancolico humore pateretur, aloen ad pondus dragmarum quatuor sanitatis avidus sumpsit. Conturbatisque visceribus, diarria iugis prosecuta est. Cuius continuus fluxus, emoroides tumentes procreavit. Quae etiam sanguinem immoderatum effundentes, mortem post dies non plures operatae sunt. Obitus Ottonis. 982. 983. Dec. 7.

*) Ad, do, in, ti, vo *abscisa*. a) s. per omnia *deleta*. b) supplicem *cod.* c) efficatiter *cod.* d) Vestes *corr.* habitum *cod.*

Hugone assentiente fortasse rex confirmatus sit. Singulare quidem, in chartis Lotharii duabus d. Iulii 9. anni 981., isque solis, formulam legi: *Datum — filio vero eius domino Ludovico adolescente egregio regnante anno tercio.*

983. 97. Cui defuncto filius quinquennis Otto superstes erat. Quem patri succedere
Dec. 25. in regnum, cum aliquot primates voluissent, id ab aliquibus contradictum est. Ingenti
984. tamen virtute variaque fortuna ei regnum postea paraverunt. Nam Hezilo regis paulo ante defuncti patruelis, qui adhuc in carcere vinctus ab eo tenebatur, eo quod adversus eum regnum appeteret, pravorum dolis in pernitiem rei publicae elapsus, et quorumdam munitionibus receptus est. Vir aeque ut Otto nobilis, corpore eleganti ac valido, honoris cupidus ac factiosus; animo vasto, sed fallaci. Hic regnandi avidus, omnes sacrilegos, aut iuditiis convictos, sive etiam pro factis iuditium timentes, postremo omnes flagitiosos quos conscius animus exagitabat, sibi proximos ac familiares fecit. Talium dolis, regis defuncti superstitem filium Ottonem parvum rapuit, eius loco sese regnaturum ratus. Regnum ergo sic in suum ius refundi arbitrans, sceptrum et coronam sibi paravit. Quod dum a Lothario expetendum cogitaret, eumque concessa Belgica sibi sotium et amicum facere moliretur, legatos praemisit, apud quos, sacramento commune negocium firmaretur. Quo etiam sacramento, utrique reges sibi pollicerentur, sese super Rhenum loco constituto sibi occursuros.

Sallusti Catil. c 14.

98. Quibus per legatos iuratis, Lotharius tempore statuto cum exercitu per Belgicam transiens, ne teneretur sacramenti obnoxius, ad locum Rheni condictum devenit. Hezilo sese metuens in suspitionem principum venire si Lothario occurreret, acsi eum in regnum recipere vellet, periurii reus, occurrere distulit. Lotharius se illusum advertens rediit, non tamen sine difficilis laboris incommodo. Nam Belgae per quorum medium cum equitatu transierat, indignati transisse, vias transpositis arboribus impediunt, aut fossis inmersis revertentes prohibent; non ut aperto campo comminus dimicent, sed ut his impedimentis cunctantes a tergo urgeant, aut montium iugis securi, per inferiora transeuntes missilibus figant. Et quia aperta fronte stare animo non fuit, sagittarii cum arcubus et balistis per montana dispositi sunt. Dum ergo exercitus subiret, illi a superioribus alios sagittis figebant, alios diversis missilibus sauciabant. At tirones sicubi ascensui pervium locum videbant, in huiusmodi hostes vertebantur; armisque efferati, quosdam vulnerabant, quosdam vero morte afficiebant. Tantum in eis ter debacchati, ut caesorum cadaveribus aggerata moles, collibus assimilaretur. Alii vero descendentes aut vibratis gladiis frondium oppositarum densitatem metebant, aut trudibus adactis transpositam arborum molem amovebant, sibique[a] iter aperiebant. Tandem multo conatu, de medio hostium educti sunt.

99. Hac tempestate Germania[b] nullo regis imperio tenebatur, quippe cum et Ottonem infantem aetatis infirmitas regnare prohiberet, et Heziloni, regnandi cupido, a potioribus regnum contradiceretur. Unde Lotharius occasionem nactus, de Belgicae pervasione iterum cogitabat, ut videlicet ad suae dominationis ius eam retorqueret, cum Otto[c] non esset, principes di siderent, regnique dignitas nullo regis administraretur imperio.

100. Itaque Odonem atque Herbertum viros illustres et potentia claros advocans, eis sui voti secretum aperit. Et quia paulo ante eorum patrui absque liberis defuncti terra optima cum oppidis munitissimis illos liberaliter donaverat, ipsi mox domi militiaeque sese paratissimos responderunt. Quibus faventibus cum rex sibi in animo esse diceret, ut Belgicam repeteret, eamque militaribus copiis expugnaret, ipsi huius rei initium Virduni faciendum dicunt, eo quod ipsa propinquior civitas esset, et sese multa obsidione eam aggressuros, nec umquam ab ea nisi capta recessuros. Qua capta, et sacramento atque obside regi annexa, ulterius processuros. Tandiu etiam moraturos in Belgica, donec aut armis expugnetur, aut victi Belgae in deditionem omnes transeant. Quorum sponsione suscepta, rex cum ipsis exercitum mox Virdunum admovit.

*fol. 41'.

Virduni expugnatio*.

101. Quae civitas eo situ posita est, ut a fronte, planitie pervia meantibus accessum praebeat; a tergo[d] inaccessibilis sit. Ibi enim a summo in posteriora, profundo hiatu circumquaque distenditur. Ab inferioribus vero ad summum, rupibus praeruptis artatur. Quae non solum scatens fontibus, puteisque, incolis accommoda, sed et fluvio Mosa eam a praerupta parte abluente, nemorosa. Ubi ergo a fronte planitiem praefert,

*) V, e *abscisa*. a) et uenienti exercitui *corr.* sibique. b) Belgica atque G. *deleta*. c) o. hostis *delet.* d) t. et latere utroque *deleta*.

pugnaturi machinas bellicas generis diversi aptavere. Nec minus qui in urbe erant, ad resistendum sese expediebant. Pugnatum est tandem octo ferme continuis diebus. At cives cum viderent nullo a suis extrinsecus suffragia mitti, nec iugis praelii pondus se tolerare posse*, consilio inito indempnes et intacti hostibus cessere. Urbem aperuerunt, et sese Lothario victi obtulerunt.

102. Quibus peractis, rex ad urbem tuendam, reginam Emmam in ea reliquit. Ipse cum exercitu Laudunum rediit, suos etiam ad sua redire permisit. Tantae benivolentiae favore apud eos usus, ut repetito itinere se ulterius ituros si iuberet polliceruntur; et neglectis pro tempore domibus et natis, cum hoste comminus dimicaturos. Lotharius interea apud suos deliberabat, utrum potius foret sese ulterius ire, armisque et viribus totam Belgicam sibi subiugare, an residendo Virduni, per legatos habitis suasionibus, mores hostium ad suum animum informare. Si enim eos ferro vinceret, cum id sine multo sanguine fieri non posset, cogitabat in posterum minus eis credendum, eo quod amicorum labem eis intulerit. Si vero per benivolentiam reversuros expectaret, cavendum putabat, ne in tanto otio, hostes insolentiores redderentur.

Virduni invasio a Belgis. 985?

103. Dum haec multa consultatione ventilaret, Belgicae dux Teodericus, necnon et vir nobilis ac strenuus Godefridus, Sigefridus quoque vir illustris, Bardo etiam et Gozilo fratres clarissimi et nominatissimi, aliique principes nonnulli, latenter pertemptant Virdunum irrumpere, eamque a Gallis[b] evacuare. Factisque insidiis, negotiatorum claustrum, muro instar oppidi exstructum, ab urbe quidem Mosa interfluente seiunctum, sed pontibus duobus interstratis ei annexum, cum electis militum copiis ingressi sunt. Annonam omnem circumquaque milites palantes advectare fecerant. Negotiatorum quoque victus in usum bellicum acceperunt. Lignorum trabes ex Argonna[65] aggregari iusserunt, ut si ab hostibus extra machinae muris applicarentur, ipsi quoque interius obtinentibus machinis obstare molirentur. Crates quoque viminibus et arborum frondibus validas intexuerunt, machinis erectis, si res exposceret, supersternendos[c]. Sudes ferro acuminatos, et igne subustos, ad hostes transfodiendos quamplures aptaverunt. Missilia varii generis per fabros expediere. Funium millena volumina ad usus diversos convexerunt. Clipeos quoque habendae testudini ordinandos, instituerunt. Preterea centena mortis tormenta non defuere.

Repetito Virduno a Lothario

104. Nuntiantur haec Lothario. Qui tantum facinus accidisse acerrime indignatus, exercitum dimissum revocavit; et sic cum decem milibus pugnatorum Virdunum petiit, atque adversarios repentinus aggressus est. Primo impetu, sagittarii[d] contra hostes ordinati sunt. Missaeque sagittae et arcobalistae cum aliis missilibus tam densae in aere discurrebant, ut a nubibus dilabi, terraque exsurgere viderentur. Horum contra impetum, testudinem ante se et super capita hostes muro aptavere; in quam relisa missilia, ictu frustrato decidebant. Hoc impetu facto Galli circumquaque obsidionem disposuere; fossisque praeruptis, obfirmaverunt castra, ne si ad incau os adversarii prosilirent, accessum facilem invenirent.

Compositio cuiusdam machinae bellicae

105. Quercus proceras radicitus succisas, ad machinam bellicam extruendam advexerunt. Ex quibus quatuor trabes tricenorum pedum, straverunt solo, ita ut duae in longum proiectae, et decem pedum intervallo distinctae, duabus aliis per transversum eodem intervallo superiacentibus cohererent. Longitudinis et latitudinis spatium, quod intra commissuras earum tenebatur, decem pedum erat. Quicquid etiam a commissuris extra proiectum erat, simili modo decem pedibus distendebatur. In harum trabium commissuris, quatuor sublicas quadragenorum pedum, quadrato quidem scemate, sed procero, aequo spatio a se distantes, adhibitis trocleis erexerunt. Transposueruntque bis per quatuor latera, festucas decem pedum, in medio scilicet, et in summo, quae traductae, sublicas sibi fortiter annecterent. A capitibus vero trabium, quibus sublicae nitebantur, quatuor trabes eductae, et pene usque ad festucas superiores obliquatae, sublicis iungebantur, ut sic ex eis machina extrinsecus firmata, non titubaret. Super festucas quoque quae in medio et in summo machinam conectebant, tigna straverunt. Quae etiam cratibus contexerunt, super quas dimicaturi stantes, et eminentiores facti,

*) V, in *abscisa*. **) Com, in *abscisa*. a) p. paucosque multitudini cedere *delta*. b) ab hostibus *corr.* a gallis. c) supersternendas 1. d) sagitarii 1.

65) silva ab occidente Virduni.

985. adversarios deorsum iaculis et lapidibus obruerent. Hanc molem extructam, ad stationem hostium deducere cogitabant. Sed quia sagittarios suspectos habebant, rationem querebant, qua hostibus sine suorum lesione appropinquaret. Tandem ratione subtilius perscrutante, repertum est eam ad hostes optima arte detrudi posse.

fol. 42. Deductio ad hostes superioris machinae*.

106. *Dictabant enim, quatuor stipites multae grossitudinis, terrae solidae mandandos; decem pedibus in terra defossis, octo vero a terra eiectis. Qui etiam transpositis per quatuor latera repagulis vehementissimis solidarentur. Repagulis quoque transmissis, funes inserendos. Sed funium capita ab hostibus abducta, superiora quidem machinae, interiora vero bobus annecterentur. At interiora, longius superioribus protenderentur. Superiora vero, breviore ductu machinam implicitam haberent, ita ut inter hostes et boves, machina staret. Unde et fieret, ut quanto boves ab hostibus trahendo discederent, tanto machina hostibus attracta propinquaret. Quo commento, chilindris suppositis, quibus facilius motum acciperet, machina hostibus nullo laeso appulsa est.

Victoria** Lotharii**.

107. Adversarii quoque similem quidem machinam extruunt, sed altitudine et robore inferiorem. Utraque ergo exstructa[a], a parte utraque ascensum est. Conflictumque ab utrisque promtissime, nec tamen ullo modo cedunt. Rex cum propior muris adesset, fundae iaculo in labro superiore sauciatus est. Cuius iniuria, sui accensi, vehementius bello incubuere. Et quia hostes machina et armis fortes, nullatenus cedebant, rex uncinos ferreos adhiberi praecepit. Qui funibus alligati cum hostium machinae iniecti essent, lignisque transversis admorsi, funes alii demittebant, alii demissos excipiebant; quibus adversariorum machina, inclinata atque pene demersa est. Unde alii delabentes per lignorum commissuras descendebant; alii vero saltu sese ad terram demittebant; nonnulli quoque turpi formidine tacti, latibulis vitam sibi defendebant. Hostes mortis periculum urgere videntes, adversariis cedunt, vitamque supplices petunt. Iussi quoque, arma deponunt, et reddunt. Statimque a rege decretum exivit, hostes sine aliqua ultionis iniuria comprehendendos, ac illesos sibi adducendos. Comprehensi itaque, inermes ac indempnes praeter ictus quos in militari tumultu acceperant, ante regem admissi sunt. Qui regis pedibus advoluti, vitam petebant. Nam regiae maiestatis rei atque convicti, de vita diffidebant.

108. Rex victoria potitus, Belgicae principes captos, suis custodiendos, sed et congruo tempore reddendos mandavit. Reliquam manum redire permisit. Ipse Laudunum cum exercitu rediit, ibique procinctum solvit. Urbem Virdunum usque in diem vitae eius supremum, absque ulla refragatione obtinuit. Disponebat praeterea, quomodo ulterius procedendo, regnum suum dilataret, cum res suae successum optimum haberent, regnique fortuna per captos primates id persuaderet. Sed Divinitas res mundanas determinans, et Belgis requiem, et huic regnandi finem dedit.

986. Obitus Lotharii.

109. Nam cum vernalis clementia eodem anno rebus bruma afflictis rediret, pro rerum natura inmutato aere, Lauduni egrotare coepit. Unde vexatus ea passione quae colica a phisicis dicitur, in lectum decidit. Cui dolor intolerabilis in parte dextra super verenda erat; ab umbilico quoque usque ad splenem, et inde usque ad inguen sinistrum, et sic ad anum, infestis doloribus pulsabatur. Ilium quoque ac renium iniuria nonnulla erat; thenasmus assiduus; egestio sanguinea; vox aliquoties intercludebatur. Interdum frigore febrium rigebat. Rugitus intestinorum[a*]. Fastidium iuge. Ructus conationes sine effectu, ventris extensio, stomachi ardor, non deerant. Ingenti itaque luctu, tota personat[b] domus. Fit sonitus diversus, clamor varius.
66 Nemini enim eorum qui aderant, inlacrimabilis erat ea calamitas. Decem[66] igitur
67 annis Ottoni superstes, tricesimo et septimo[67] anno, ex quo patre defuncto regno potitus est, quadragesimo vero et octavo quo a patre regnante coronam et sceptrum
Mart. 2 regnaturus accepit, a natu autem sexagesimo octavo[68], deficiens naturae concessit.

110. Interea magnifice funus regium multo divitiarum regalium ambitu accuratur. Fit ei lectus regalibus insignibus adornatus, corpus bissina[c] veste induitur, ac desuper palla purpurea gemmis ornata auroque intexta operitur. Lectum regnorum

*) ad, ioris, ae. **) ria, rii *abscisa*. a) educta *superscripto* exstructa. a*) intestinorum *c*. b) concrepitat *superposito* personat *c*. c) purpurea *corr.* bissina.

66) 13. 67) 33°. 68) a. 941 natus erat; Richerus errat, a nato Ludowico IV. numerans cf. II. 4. III. 2.

primates deferebant. Preibant episcopi et clerus, cum euangeliis et crucibus; penes eos quos etiam, qui eius coronam ferebat multo auro gemmisque pretiosis nitentem, cum aliis multis insignibus, eiulando incedebat. Funebre melos, lacrimis impedientibus vix proferebatur. Milites etiam mesto vultu, suo ordine prosequebantur. Reliqua quoque manus, cum lamentis succedebat. Sepultus est Remis in coenobio monachorum sancti Remigii, cum patre et matre, sicut ante iusserat suis; quod etiam abest 240 stadiis ab eo loco, in quo finem vitae accepit; multo obsequio universorum parique affectu per tantum spatii deductus. *fol. 42'.

INCIPIT LIBER IIII.

1. Sepulto Lothario Ludovicus filius a duce aliisque principibus in regnum subrogatur. Circumvallatur ergo ambitu universorum. Promittunt benivolentiam; spondent fidem; stipatores etiam vario cultu[a] facienda dictabant[a]. Alii enim in palatiis[b] ei residendum censebant, ut principes ad se confluentes, eius imperio deservirent, ne regia dignitas vilesceret, si alias utpote inops, alieni suffragii peteret opes. In omni etiam dignitate id esse cavendum, ne in primordio suscepti honoris, segnities et ignavia virtutem habendam superent. Nam si id fit[c], totam etiam rem in contemptum et vilitatem pernitiosissime deventuram. Alii quoque cum duce ei commorandum asserebant, eo quod adolescens tanti principis prudentia simul et virtute informari indigeret. Sibi quoque utillimum fieri, si potentis dispositioni ad tempus cederet, cum sine eo nec regnandi potentiam habere ex integro posset, et per eum strenue atque utiliter omnia administrari valerent. Rex partibus auditis, sententiam distulit. Collato vero cum duce consilio, ei abinde tota mente addictus favit.

2. Apud quem aliosque quam paucos, praeteritorum non inmemor sic conquestus est: *Pater meus in egritudinem qua et periit decidens, mihi praecepit, ut vestro consilio, vestra dispositione, regni procurationem haberem; vos etiam loco affinium, loco amicorum[d] ducerem, nihilque praecipui praeter vestram scientiam adorirer. Si vestra fide potirer, sine dubio divitias, exercitus, munimenta regni, asserebat me habiturum. Quae mens in me maxime valet[e]. Placeat itaque consilium profuturum dare, cum a vobis proposui me non discessurum[f]. In vobis enim meum consilium, animum, fortunas, sitos esse volui. Adalbero Remorum metropolitanus episcopus, homo omnium quos terra sustinet sceleratissimus, contempto patris mei imperio, Ottoni Francorum hosti in omnibus favit. Eo cooperante Otto exercitum nobis induxit. Eius subtilitate Gallias depopulatus est. Eo itineris duces praestante, indempnis cum exercitu rediit. Qui ut poenas pro tanto commisso solvat, aequum et utile videtur[g], quatinus pestilente compresso, metus adoriendi talia, quibusque pravis inferatur.* Oratio Ludovici apud ducem, ceterosque primates, in Adalberonem metropolitanum.

3. Cuius oratio vim suadendi non habuit, eo quod suggestionibus malorum in summum pontificem efferatus, praeter iustum aliqua indigna dixisse videretur. Pro parte tamen ei fautum est, pro parte vero suppressum; ita tamen, ut et regi iniuria non fieret, et operi nefario dux non consentiens pareret. Rex tanto animo praeceps, in metropolitanum assumpto duce cum exercitu fertur. Ipsam urbem appetit, atque irrumpere contendit. Primatum tamen consilio usus, legatos praemisit, per quos quaereret, an episcopus resisteret regi, an ex obiectis purgari statuto tempore paratus esset. Si contra staret, sese mox obsidionem urbi adhibiturum dicerent, captamque urbem cum ipso hoste compressurum. Si vero obiectis respondere non dubitaret, obsides ab eo sese accepturum ducturumque.

4. Ad haec metropolitanus: *Cum constet* inquit, *bonos quosque pravorum calumniis assidue dilacerari, non miror huic iniuriae locum accidisse. Multo amplius vero miror, egregios principes tam facile posse illici, ut certissime esse credant, quod nec sub iudice sit discussum, et si in discutiendo conferatur, nullis rationibus probabile fiat. Quod si credita discutere placuit, cur armis et exercitu id exigitur? Nonne ergo alia pro aliis nos cogitare faciunt? Si de praeteritis agitur, regum salutem*

*) Or. vi, cet. in, m *ex coni.* a) cul, dic *ex conject.* b) p. suarum urbium *delta.* c) *ita c.* d) cognatorum *corr.* amicorum. e) v. semperque dum in vita fuero potissimum vigebit *delta.* f) d. fore *deletum.* g) v. Aequum namque ut pravus iusto supplitio dampnetur, utile vero ut *delta.*

hactenus optavi. Eorum genus colui. Principum quoque commoda, pro ratione amavi. Si de praesentibus, regis iussa exequi non moror; obsides quos vult, trado; rationem contra obiecta intendere non differo. Factis ergo utrimque rationibus, obsides dedit, Ragenerum virum militarem, nobilitate et divitiis clarum, pluresque alios dum regi sufficeret.

Obitus Ludovici.

5. Rex itaque exercitum amovit, Silvanectimque devenit. Ubi dum aestivam venationem exerceret, pedestri lapsu decidens, multo epatis dolore vexatus est. Nam quia in epate sanguinis sedem, phisici perhibent, ea sede concussa, sanguis in emathoicam redundavit. Cui sanguis copiosus per nares et gulam diffluebat. Mamillae
987. Mai 22. doloribus assiduis pulsabantur. Fervor totius corporis intolerabilis non deerat. Unde uno tantum anno patri superstes, 11. Kal. Iunii defitiens, naturae debitum solvit. Cuius discessus, eo tempore accidit, quo et metropolitani purgatio de obiectis habenda erat. Aderat igitur purgandus, et regiae maiestati satisfacturus. Sed regii funeris calamitate, hac lite suppressa, nec controversia partes habuit, nec ex ea iuditium promulgatum fuit. Plurima vero commiseratione ipse episcopus de morte regis con-
fol. 43. questus est. Postquam autem regium funus curassent, principum decreto, Compendii tumulatus est, cum ipse vivens secus patrem tumulari petierit. Id autem consulto factum est, ne dum itineris longitudinem eorum quamplures vitarent, et a se divisi discederent, rei publicae utillimum differretur consultum. Placuit itaque ante discessum convenire, et ex regni commodis consulere.

Purgatio Adalberonis de obiectis a Ludovico.

6. Quibus dispositis, dux sic orsus coepit: *Huc ex locis diversis regio iussu vocati, ad discutiendum ea quae summo pontifici Adalberoni obiecta sunt, multa fide ut puto convenistis. Sed divae memoriae*[a] *rex qui intendebat, quoniam hac vita privatus est, controversiae statum nobis discutiendum reliquit. Si ergo praeter eum est qui intendere audeat, eoque animo valet, ut exsequendae litis partem arripiat, adsit coram, quid sentiat edicat, nihil metuens criminato intendat. Si vera proferat, eius verborum approbatores nos sine dubio habebit. Quod si calumniator falsa confinxit, vocem supprimat, ne tanti facinoris argutus, poenas solvat.* Ter acclamatum est, ut delator procederet; ter ab omnibus negatum est.

7. Dux itaque iterum locutus ait: *Si lis iam decidit, quia qui intendat non est, metropolitano utpote viro nobili et multa sapientia inclito cedendum est. Ab hac ergo suspitione penitus discedite, summumque praesulem multo honore excolite. Reveremini hunc talem virum, et quantae virtutis, sapientiae, nobilitatis sit, hactenus praedicate. Quid enim prodest suspitionem habere, cui in iuditio non fuere vires quicquam dicere?* Ergo[b] summo pontifici, dux reliquorum primatum consensu, exsequendae rationis honorem de utilitate regni attribuit, eo quod ipse divinarum et humanarum rerum scientia excelleret, atque facundiae efficacitate plurimum valeret.

8. Factus itaque cum duce omnium medius, ait: *Rege nostro piissimo, inter intellectibilia translato, magni ducis ceterorumque principum benivolentia ab obiectis purgatus, rei publicae consulturus consedi. Nec sedet animo, ut quicquam nisi ad profectum rei publicae edicam. Commune consilium quaero, quia omnibus prodesse cupio. Cum videam non omnes principes adesse, quorum quoque prudentia et diligentia, res regni administrari valeant, ratio querendi regis ut mihi videtur ad tempus differenda est, ut statuto tempore et omnes in unum confluant, et uniuscuiusque ratio elimata et in medium prolata, suam utilitatem accommodet. Unde et vobis qui hic consulturi adestis placeat, vos mecum magno duci sacramento alligari, et coram spondere de principe statuendo vos nihil quesituros, nihil molituros, donec in unum redeamus, et sic de habendo principe agitemus. Plurimum enim valet, deliberationi dari spatium temporis; in quo quamcumque rem quisque discutiat, et discussam multa diligentia poliat.* Haec sententia ab omnibus suscepta laudatur. Sacramento itaque duci alligantur. Tempus redeundi et conveniendi constituitur. Sic quoque a se soluti sunt.

Conquestio Karoli apud metropolitanum de regno.

9. Interea Karolus qui fuerat Lotharii frater, Ludovici patruus, Remis metropolitanum adiit, atque sic de regno eum convenit: *Omnibus notum est pater vene-*

a) D. M. *codex.* b) Purgato e. *deletum.*

rande, iure hereditario debere fratri et nepoti me succedere. Licet enim a fratre de 987.
regno pulsus sim, tamen natura nihil humanitatis mihi derogavit; cum omnibus membris natus sum, sine quibus quivis ad dignitatem quamlibet promoveri non potuit. His etiam non careo, quae in regnaturis quibuslibet, plurimum queri solent, genere, et ut audeam virtute Cur ergo a finibus eiectus sum, quos a maioribus meis possessos nemo dubitat, cum frater non sit, neposque obierit, prolemque nullam reliquerint? Pater nos duos fratres superstites reliquit. Frater regnorum dominium totum possedit, nihilque mihi concessit. Ego fratri subditus, fideliter non minus aliis militavi. A quo tempore fateor, nihil mihi carius fuisse salute fratris. Abiectus ergo et infelix quo me potius vertam, cum etiam omnia generis mei praesidia extincta sint? Quos praeter vos omnium honestarum rerum egens appellem? Per quos nisi per vos paternis honoribus restituar? Utinam mihi fortunisque meis honestus exitus accidisset. Quid enim abiectus spectantibus nisi spectaculum esse potero? Tangat vos aliqua humanitatis miseratio. Compatimini tantis iniuriis fatigato.

10. Postquam Karolus finem querimoniae fecit, metropolitanus animo immobili* persistens, pauca admodum ei respondit: *Cum* inquiens *periuris et sacrilegis, aliisque nefariis hominibus ipse semper deditus fueris, nec ab eis adhuc discedere velis, quomodo per tales et cum talibus ad principatum venire moliris?* Ad haec Karolo respondente, non oportere sese suos deserere, sed potius alios adquirere, episcopus intra se recogitabat: *Cum* inquiens *omnium dignitatum nunc egens, pravis quibusque annexus est quorum sotietate nullo modo carere vult, in quantam pernitiem bonorum esset, si electus procederet in fasces.* Tandem sine principum consensu se super hoc nihil facturum respondens, ab eo dimotus est.

11. Karolus spe regni decidens, animo turbato, in Belgicam iter dimovit. Pre- *fol 43 Oratio* metropolitani* pro duce terea tempore constituto, Galliarum principes iurati, Silvanecti collecti sunt. Quibus in curia residentibus, duce annuente metropolitanus sic locutus est: *Divae memoriae*[b] *Ludovico sine liberis orbi*[c] *subtracto, querendum multa deliberatione fuit, qui eius vices in regno suppleret, ne res publica absque gubernatore neglecta, labefactaretur. Unde et huiusmodi negotium nuper diferri utile duximus, ut unusquisque quod singularis a Deo datum haberet, hic coram consulens post effunderet; ut collectis singulorum sententiis, summa totius consilii, ex multitudinis massa deformaretur. Reductis ergo iam nunc nobis in unum, multa prudentia, multa fide, videndum est, ne aut odium rationem dissipet, aut amor veritatem enervet. Non ignoramus Karolum fautores suos habere, qui eum dignum regno ex parentum collatione contendant. Sed si de hoc agitur, nec regnum iure hereditario adquiritur, nec in regnum promovendus est, nisi quem non solum corporis nobilitas, sed et animi sapientia illustrat, fides munit, magnanimitas firmat. Legimus in annalibus clarissimi generis imperatoribus ignavia ab dignitate praecipitatis, alios modo pares, modo impares successisse. Sed quid dignum, Karolo conferri potest, quem fides non regit, torpor enervat, postremo qui tanta capitis imminutione hebuit, ut externo regi servire non horruerit, et uxorem de militari ordine sibi imparem duxerit? Quomodo ergo magnus dux patietur de suis militibus feminam sumptam reginam fieri, sibique dominari? Quomodo capiti suo praeponet,* Deus propitius esto. *cuius pares et etiam maiores sibi genua flectunt, pedibusque manus supponunt? Considerate rem diligenter, et Karolum sua magis culpa praecipitatum quam aliena videte. Rei publicae beatitudinem magis quam calamitatem optate. Si eam infelicem fieri vultis, Karolum promovete. Si fortunatam, egregium ducem Hugonem in regnum coronate. Ne ergo Karoli amor quemque illiciat, nec odium ducis ab utilitate communi quemlibet amoveat. Nam si bonum vituperetis, quomodo malum laudabitis? Si malum laudetis, quomodo bonum contempnetis? Sed talibus quid interminatur ipsa* Jes. 5. 20. *Divinitas? „Vae, inquit qui dicitis malum bonum, bonum malum, ponentes lucem tenebras, et tenebras lucem.“ Promovete igitur vobis ducem, actu, nobilitate, copiis clarissimum, quem non solum rei publicae, sed et privatarum rerum tutorem invenietis. Ipsa eius benivolentia favente, eum pro patre habebitis. Quis enim ad eum confugit, et patrocinium non invenit? Quis suorum auxiliis destitutus, per eum suis non restitutus fuit?*

*) Or, po *abscisa*. a) obstinato *supra posito* vel immobili *codex*. b) D. M. c) ab hac uita *corr.* orbi.

Promotio Hugonis in regnum. 987. Iun. 1.

12. Hac sententia promulgata et ab omnibus laudata, dux omnium consensu in regnum promovetur, et per metropolitanum aliosque episcopos Noviomi coronatus, Gallis, Brittannis, Dahis[68], Aquitanis, Gothis, Hispanis, Wasconibus, rex* Kalendis Iunii praerogatur. Stipatus itaque regnorum principibus, more regio decreta fecit, legesque condidit. Felici successu omnia ordinans, atque distribuens. Et ut beatitudini suae responderet, multo successu rerum secundarum levatus, ad multam pietatem intendit. Utque post sui discessum a vita, heredem certum in regno relinqueret, sese consultum cum principibus contulit. Et collato cum eis consilio, Remorum metropolitanum Aurelianis de promotione filii sui Rotberti in regnum prius per legatos, post per sese convenit. Cui cum metropolitanus non recte posse creari[b] duos reges in eodem anno responderet, ille mox epistolam a duce citerioris Hispaniae Borrello missam protulit, quae ducem petentem suffragia contra barbaros indicabat. Iam etiam Hispaniae partem hostibus pene expugnatam asserebat, et nisi intra menses decem copias a Gallis accipiat, barbaris totam in deditionem transituram. Petebat itaque alterum regem creari, ut si bellico tumultu[c] duorum alter decideret, de principe non diffideret exercitus. Fieri quoque asserebat posse, rege interempto, et patria desolata, primatum discordiam, pravorum contra bonos tirannidem, et inde totius gentis captivitatem.

Promotio Rotberti in regnum. 988.

13. Metropolitanus sic posse fieri intelligens, dictis regiis cessit. Et quia tunc in nativitate Domini regnorum principes convenerant ad celebrandum regiae coronationis honorem, in basilica sanctae Crucis eius filium Rotbertum Francis laudantibus accepta purpura sollempniter coronavit, et a Mosa fluvio usque Oceanum occidentalibus regem praefecit et ordinavit. Tanta industria atque sollertia clarum, ut et in rebus militaribus praecelleret, et divinis ac canonicis institutis clarissimus haberetur; liberalibus studiis incomberet[d], episcoporum etiam sinodis interesset, et cum eis causas aecclesiasticas discuteret ac determinaret.

* fol. 44. Conquestio Karoli apud amicos de regno.

14. Interea Karolus apud amicos et cognatos motu gravissimo movebat querelam, atque in sui suffragium querimoniis excitabat. Qui lacrimis suffusus: *Video* inquit *aetatem meam procedere, et me ipsum in dies, patrimonii rebus exui. Unde nec sine lacrimis parvulos meos aspicere valeo, infelicis germina patris. Quibus potius auctor sum futuri doloris, quam honoris. Satis infelix pater fui, qui natis adesse vix aliquando potui. Sed saltem vos amici consulite dolenti patri, subvenite destituto parenti. Adestote natis in aetate tenerrima erumnas iam scientibus. Providete abiectis in casus, an inrevocabiles nescio, exituris. Suadeat vobis saltem sanguinis communis affinitas[e]. Suadeat et nobilitas non neglegenda. Suadeat et recompensatio, quae sit non sine multiplici fructu reditura.*

15. Mox omnes commoti[f], auxilium spondent, et sese ad auxiliandum promptissime parant. Quorum consilio usus, exploratores Karolus mittere cepit, qui sagaciter perpenderent, si qua oportunitas pateret, qua Laudunum ingredi valeret. Directi investigaverunt deprehenderuntque nullum aditum patere. Cum quibusdam tamen civibus secretum contulere, qui[g] effectum negotio quererent. Quo tempore Adalbero eiusdem urbis episcopus, suis civibus plus iusto iniurias de lege agraria irrogabat. Unde quidam ab eo latenter animo discedentes, benivolentiamque simulantes, exploratoribus Karolum sese in urbem recepturos promittunt.

Qualiter Karolus Laudunum ingressus sit.

16. Mox etiam urbis proditionem si Karolus veniat pollicentur, et si eis[h] sua dimittat, et insuper augeat. Exploratores pacto sacramentis firmato, haec Karolo reportant. Ille mox suis quos superiore conquestione excitaverat, hoc mandatum aperuit. Qui unanimes oportuno tempore collecti, ei sese obtulere. Ille copiis assumptis, Laudunum dum sol occideret tempestivus advenit. misitque exploratores ad transfugas, ut quid esset agendum referrent. Latebant itaque inter vinearum dumeta et sepes; parati urbem ingredi si fortuna admitteret, et armis obniti, si eventus id afferret. Qui missi fuerant ad insidias, per loca constituta et nota, proditoribus occurrunt, et Karolum cum multo equitatu advenisse nuntiant. Proditores gavisi, exploratores remittunt, et Karolo cito adesse mandant. Quibus cognitis, Karo-

a) r. ab omnibus *delet.* b) ordinari *corr.* creari. c) si in bello hispanico *delet.* d) *sic.* e) s. aliquam misericordiam ostendere *delet.* f) Qua o. c. conquestione *delet.* g) q. et celare possent et *delet.* h) e. bona s. *delet.*

68) Danis? i. e. Nortmannis

lus cum suis per montis devexa urbis portam aggressus est. Sed vigiles cum ex 988
fremitu equorum, et aliqua collisione armorum aliquos adesse persentirent, et quinam essent a muro inclamarent, lapidibusque iactis urgerent, proditores mox aliquos esse de civibus responderunt. Quo commento corruptis vigilibus, introrsum portam aperuerunt, atque exercitum ipso crepusculo exceperunt. Mox exercitus urbem implevit. Portae etiam ne quis aufugeret, custodibus adhibitis pervasae sunt. Alii itaque personabant bucinis, alii vocibus fremebant, alii armorum sonitu tumultuabantur. Unde cives territi, utpote qui ignorabant quid esset, et de domibus ebullientes, profugio se eripere conabantur. Quorum alii aecclesiarum secretis se occultabant, alii diversis latibulis se claudebant; alii vero saltu se de muris praecipitabant. Quorum unus episcopus, cum per declivia montis iam elapsus, et in vineis ab observatoribus repertus esset, Karolo deductus est, et ab eo carcere detrusus. Emmam quoque reginam, cuius instinctu sese repulsum a fratre arbitrabatur, ibi comprehendit, eique custodes adhibuit. Reliquam etiam urbis nobilitatem pene totam pervasit.

17. Postquam sedatis tumultibus civitas tranquilla reddita est, Karolus de urbis munitione, et militum victu, deliberare atque ordinare coepit. Deputavit ergo vigiles quingentenos, qui noctibus singulis armati excubias per urbem et moenia exercerent. Annonam etiam ex toto pago Veromandensi advehi iussit. Et sic urbem ad resistendum munivit. Nam turrim quae adhuc muris humilibus perstabat, pinnis eminentibus exstruxit, fossisque patentibus circumquaque vallavit. Machinas etiam hostibus effecit. Necnon et ligna[a] advectantur, machinis educendis idonea. Valli quoque exacuuntur, cratesque contexuntur. Nec minus fabri accersiuntur, qui missilia fabricent, ac quaeque necessaria ferro instaurent. Nec defuere qui tanta subtilitatis arte balistas emittant, ut apothecam in recta diametro duplici foramine patentem, certo iactu traiciant, aves quoque in aere volantes, indubitato ictu impeterent, transfixasque de sublimi praecipitarent. fol. 44.

18. Quae dum aguntur regum auribus delata sunt. Qui vehementissime moti, non tamen praecipiti impetu, sed ut in omnibus solebant, super hoc diligentissime consultaverunt; utcumque etiam cordis dolorem dissimulabant. Legatos quaquaversum dirigunt. Gallos quos hinc Matrona, inde abluit Garunna, contra tirannum invitant. Quibus in unum coactis cum exercitum collegissent, deliberabant an urbem aggressi expugnarent antequam ab hostibus amplioribus copiis muniretur, et expugnata tirannum confoderent, eo quod si is solummodo captus aut occisus foret, mox sese regnum quiete habituros, an cum benivolentia susciperent supplicem, si forte is se supplicem conferret, et dono regum se posse tenere res pervasas exposceret. At qui acrioris animi et constantioris fuere, censebant fore obsidioni incombendum; hostes urgendos; regionem etiam quam pervaserant, igne penitus consumendam. Collectis itaque sex milibus equitum, in hostem vadunt. Tempore statuto urbem appetunt; obsidionem disponunt; castrisque loca metati, fossis et aggeribus vallant. Impetus Hugonis in Karolum.

19. Ubi cum diebus multis resederint, nihil virium, nihil damnationis in hostes exerere valuerunt; tanta eminentia et laterum obiectione urbs inexpugnabilis erat. Dies etiam autumnales breviore circulo ducti, his exercitiis non sufficiebant. Noctes quoque prolixae, multo sui tempore vigiles afficiebant. Unde cum primatibus consilio habito, redeunt, post vernali tempore redituri. Quibus abductis, Karolus urbem circumquaque perambulat. Sicubi etiam hostibus facilis locus patet, explorat. Obstruit itaque portas, hostium ingressui faciles. Obturat postica post domos latentia. Restaurat muros vetustate lapsos. Turrim quoque potioribus edificiis intra et extra dilatat ac firmat.

20. In quam episcopus detrusus, cum in conclavi teneretur, funibus per fenestram demissus, tempore nocturno equo vectus aufugit. Et ut se Karolo non favisse monstraret, ad reges sese contulit, et a tanta suspitione purgavit. Arbitrabatur enim quasdam coniecturas posse a calumniatoribus confingi, acsi ipse capiendi oportunitatem parasset. Qui susceptus a rege, utpote fidelitatis exsecutor, non minore gratia habitus est. Profugium episcopi.

21. Interea rigore hiemali elapso, cum aere mitiori ver rebus arrideret, et prata 989.
atque campos virescere faceret, reges exercitu collecto urbem praedictam cum octo

*) I. in *obscura*. a) millenae trabes *corr.* ligna.

989. milibus aggressi sunt. Castra inprimis aggere et fossa muniunt. Inde exstruitur aries, muris frangendis obnisurus.

Compositio arietis.

22. Cuius machinam ex quatuor mirae grossitudinis et longitudinis trabibus longilatero scemate erexerunt, in cacumine, et basi, per quatuor latera repagulis transverse annexis in medio vero solummodo levum latus et dextrum ligna transmissa habuere. At super trabium erectarum superiores commissuras, longurios duos straverunt, inmotosque effecerunt, partem tertiam superioris spatii trabium in medio obtinentes. A quibus longuriis funes implicitos deposuerunt. Funibus quoque trabem cum ferrato capite multae grossitudinis suspenderunt. Cui etiam trabi in medio et extremo funes alligatos adhibuerunt; qui a multitudine tracti et remissi, ferratae moli motum darent. Unde et huiusmodi machina quia more arietis retro tracta, ante cum impetu ruit, aries appellatur; cuiuscumque soliditatis muris frangendis aptissimus. Quam etiam machinam super tres rotas triangulo scemate positam aptaverunt, quo facilius obliquata, quocumque oporteret verti valeret. At quia urbis situs accedere prohibuit, eo quod ipsa urbs in eminenti montis cacumine eminet, aries fabricatus cessit.

Digressio Hugonis cum exercitu a Laudunо.

23. Post haec cum per dies plurimos in obsidione urbis vigiliis et curis, pugnisque frequentibus laboravissent, die quadam custodibus castrorum vino somnoque aggravatis, urbani vino exhilarati cum armis ad castra pedestres venerunt. Equites vero consequenter armati subsecuti sunt, rei eventum praestolantes, ut si pugnae locus adesset, prosperaque fortuna felicem annueret[a] eventum, cum hoste comminus confligerent. Aug. fol. 45. Cum ergo pedites [a]iam castris propinquassent, custodesque consopitos intellexissent, faces castris immisere. Quorum incendii fumo aer densatus, non solum intuentium visibus tetra nigredine obstabat, at gravi vapore narium et faucium meatus intercludebat. Pedites mox vociferari, clangere milites cepere. Rex et qui cum eo erant elementorum confusione multoque virorum clamore et tubarum clangore turbati, ab urbe sedes mutavere. Nam castra cum cibis et rebus omnibus absumpta videbat. Unde exercitum ad tempus reducere disposuit, ut reditum amplioribus copiis post appararet. Quae omnia Augusti tempore patrata sunt.

Obitus Adalberonis[a] metropolitani[a].

24. His ita gestis non multo post metropolitanus in egritudinem decidens, quae a Grecis causon a Latinis incendium dicitur, per legatos regi tunc Parisii commoranti indicavit, sese in gravem valitudinem decidisse; unde et ei maturandum, ne Karolus qui cetera Remos etiam pervaderet. Rex accitis qui aderant, mox ire disposuit. Quo in itinere aliquantisper tardante, cum metropolitanus insomnietate simulque et mentis alienatione nimium vexaretur, nullaque crisi omnes dies creticos huic egritudini commodos praeteriret, dissolutis elementis debitum humanitatis 10. Kal. Febr. exsolvit. 990. Ian. 23. Qua die rex tempestivus adventans, urbe receptus est. In exsequiis etiam pontificis, plurima commiseratione condoluit. Nec vero sine lacrimis aliquot de eo querimonias habuit; corpus quoque multo honore sepulturae dedit. Cives domino destitutos, mira benivolentia solatus est. Qui de fidelitate regi servanda et urbe tuenda interrogati, fidem iurant, urbis tuitionem pollicentur. Quibus sacramento astrictis, eisque libertate eligendi domini quem vellent ab rege concessa, rex ab eis dimotus Parisium devenit.

Quomodo Arnulfus[a] archiepiscopatum[a] petiit.

25. Ubi cum de liberalitate et fide civium Remensium laetus moraretur, Arnulfus Lotharii filius per quosdam[b] regis stipatores ab rege episcopatum expetebat, Karolum quoque patruum sese deserturum mandat, fidem spondet; regisque iniuriam ulturum; contra hostes etiam regis plurima nisurum: urbem Laudunum ab hostibus pervasam, in brevi redditurum. Regii stipatores laetati, episcopatum petenti quam cito dari suadent, regi nil perditurum asserentes, si sibi militaturo et fidem servaturo quod petit largiatur. Multo etiam sibi profuturum, si id faciat, quod cum factum sit, omnium salutem affectet. Rex eorum suasionibus adquiescens, Remos devenit, civibus hanc petitionem ostensurus, ne malefidae sponsionis teneretur obnoxius.

Oratio regis[a] ad cives Remenses.

26. Et omnibus accersitis, sic locutus ait: *Quoniam fidei exsecutores vos probavi, nec me a fide alienum experiemini. Cum enim sit fides, cum quod dicitur fit, quia vos id fecisse perspitio, et me penitus observasse idem fateor. Arnulfus divae memoriae*[c]

*) albe, opo *abscisa*. **) Arnulfus, archi, m *abscisa*. *) regis *abscisum*. a) sponderet *supra posito* annueret *cod.* b) per burch *deletum*. c) D M.

Lotharii ex concubina filius, huius sedis dignitatem per aliquos qui mihi assistunt 990
expetiit; quicquid nobis nuper derogatum est se restituturum pollicitus, necnon et contra hostes multa moliturum. Cuius promissiones et fidem, ad vestrum contuli examinanda iuditium, ut aut vestro approbetur examine, aut improbetur. Ille petitionibus instat. Potestatis vestrae sit, utrum quod petit accipiat. Nec vero in quoquam ei a me fautum est Nihil etiam deliberatum. Quicquid id foret, utile duxi ad vestram deferri debere censuram, ut si honestum fiat, vobis utilitatem et mihi gloriam comparet. Si autem pernitiosum, ego quidem nullius perfidiae, nullius doli, nullius fallatiae penitus arguar. Vos vero aut suffecti doli falsam opinionem cum doloso subibitis, aut si non, in desertorem manus assidue exseretis.

Responsio civium ad regem.

27. Ad haec cives: *Cum* inquiunt *vestrae maiestatis dono, eligendi domini optio nobis data sit, multa fide, multo ingenio enitendum est**, *ut et regiae dignitatis derogatio nulla fiat, et nos falsae criminationis notam, casumque futuri incommodi vitemus. Arnulfus quem paulo ante memoratum audivimus, a nobis nuper idem expoposcit; plurima fide si hoc fiat regis commoda sese exsecuturum pollicens; erga cives non modicam benivolentiam habiturum. Sed quia eius utpote adolescentis mores affectusque incertos habemus, nostras solummodo rationes non sufficere ad haec arbitramur. Adsint ergo qui vobis id suadent. Conferamus utrimque rationes. Dicat quid quisque potius cogitet; quid potissimum, ne abscondat; ut et ex honesto gloria sit communis, et ex pernitie incommodum aeque patiamur.*

Promotio Arnulfi**. * fol. 45'.

28. Rex civium sententiam approbat, ut coram deliberent iubet. Rationes coram dispositae sunt. Arnulfum itaque si quod spondet *faciat, dignum summo sacerdotio asserunt. Itaque vocatus, et ante regem admissus est. Qui de fide habenda erga regem sciscitatus, ad omnium vota modestissime respondit. Ad coenobium ergo monachorum sancti Remigii quod ab urbe uno miliario situm est, ubi ordinatio episcoporum ex antiquo habenda est, a rege et primatibus deductus est. Ubi rex cum suorum medius resideret, post consilia apud suos secessim habita, liberali eloquio sic affatus est: *Divae memoriae*[b] *Ludovico Lotharii filio orbi subtracto, si proles superfuisset, eam sibi successisse dignum foret. Quia vero regiae generationi successio nulla est, idque omnibus ita fore patet, vestri caeterorumque principum, eorum etiam qui in militari ordine potiores erant optione assumptus, praemineo. Nunc vero quoniam ex linea regali hic unde sermo est solus superfuit, ne tanti patris nomen adhuc oblivione fuscetur, hunc superstitem alicuius dignitatis honore expoposcistis donari. Si ergo fidei servandae ius polliceatur, urbis tuitionem spondeat, hostibus etiam in nullo sese communicaturum, immo illos impetiturum promittat, vestri iuditii censura concedere ei episcopatum non pigebit; ita tamen ut secundum prudentium ordinationem, sacramenti auctoritate mihi conexus sit.*

Cirographi scriptum.

29. *Et ut penitus mentis conceptum aperiam, post iurationis sacramentum, cirographum ab eo scribendum puto. In quo maledictionis anathema habeatur huiusmodi, quod ei impraecetur pro felicibus contumeliosa, pro salutaribus pernitiosa, pro honestis turpia, pro diuturnitate punctum, pro honore contemptum, et ut totum concludatur, pro omnibus bonis omnia mala. Quod etiam bipertitum fieri placet. Alterum mihi, sibi alterum concedatur. Quandoque etiam hoc illi calumnias ingeret, si turpiter a fide declinet.* Hac promulgata sententia, id ita faciendum ab omnibus laudatum est. Procedit itaque Arnulfus coram. Si id inventum laudet, consulitur. An sic suscipiat quod petit, sciscitatur. Ille honoris cupidus, inventum laudat. Sese sic posse suscipere asseverat. Iussus itaque cirographum bipertitum notavit. Regi alterum, alterum sibi servavit.

Eukaristia**causa perditionis data.

30. Quod cum regi penitus sufficeret, episcopis tamen ut fertur non satis id visum est, nisi illud etiam adderetur, ut in missarum celebratione eukaristiam a sacerdote sumeret, eamque perditionis causam sibi inprecando coram optaret, si fidem violando umquam desertor fieret. Quod et factum fuit. Nam sacerdos inter celebrandum, eukaristiam optulit, et ille consequenter sumpsit, atque ad iuditium sibi fieri optavit, si ullo modo fidei violator existeret. Quod tandem regi et primatibus fidem fecit.

Reprehensio* de eodem.

31. Nonnullis tamen quorum mens purgatior erat, nefarium et contra fidei ius

*) io, em *abscisa*. **) Ar *abscis*. *) Cir *abscis*. **) E *abscis*. *) R *abscis*. a) videtur *supra pos. est*. b) D. M.

990. id creditum est. Eiusmodi enim naturae hominem esse aiebant, ut facile per sese corrumpatur in se, amplius vero impulsionibus ad flagitium extrinsecus posse pertrahi. Asserebant quoque ex decretis patrum, et[a] canonum scriptis, neque invitum ad eucaristiam impellendum, neque eucaristiam perditionis causa cuiquam offerendam, cum redemptionis gratia et petentibus offerendam, et invitis negandam credendum sit. Indignum etiam videri, panem angelorum et hominum, temere indignis dari, cum ipsa Divinitas et inmundos abhorreat, et puros mira parcitate foveat, iuxta quod scriptum Sap. 1. 5. est: *Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum, et auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu, et corripietur a superveniente iniquitate.* Ab episcopis ergo Remorum dioceseos ordinatus Arnulfus et sacerdotalibus infulis decenter insignitus est. Nec multo post, a papa Romano missum apostolicae auctoritatis pallium sumpsit.

Quod amplius iusto Karolum Arnulfus dilexerit.

32. Qui cum ex tanta dignitate procederet insignis, illud tamen infortunii genus arbitrabatur, quod ipse superstes de patrio genere nullum praeter Karolum habebat. Miserrimum quoque sibi videri, si is honore frustraretur, in quo solo spes restituendi genus paternum sita foret. Patruo itaque miserescebat; illum cogitabat, illum colebat, illum pro parentibus carissimum habebat. Apud quem collato consilio, querebat quonam modo in culmen honoris illum provehere posset, sic tamen ut ipse regis desertor non appareret.

Remorum captio.

33. Cuius rei rationem sic fieri arbitrabatur, ut statueretur[b] tempus, quo primates quot posset, in urbe acsi aliquid magnum ordinaturus ipse colligeret. Tunc etiam Karolus per noctis silentia cum exercitu ad portas urbis adveniret. Nec tunc deesset qui exercitui irruenti portas panderet, iuratus secreti fidem[c]. Exercitus intromissus urbem invaderet, atque sese cum primatibus collectis comprehenderet, vim inferret, ac *fol. 16. ergastulo[d] detruderet. Itâque factum foret, ut et *regia potestas infirmaretur, et patruo virtus dominandi augesceret, nec ipse desertor videretur. Quod et effectum habuit.

34. G. et V. comites, atque alios viros consulares[e] invitat. Quiddam magnum sese ordinaturum mandat; unde et multum eis maturandum. Illi sine dilatione advenerunt, in obsequio domini, paratissimos se demonstrantes. Arnulfus alia pro aliis dans, quod vere molitur penitus dissimulat. Ad quid potius intendat, omnes ignorant. Uni tantum de cuius taciturnitate et fide non diffidebat, id totum credulus commisit. Qua nocte Karolus[f] intromitendus[g] esset aperuit; et ut tunc portarum claves a suo cervicali tolleret, urbemque armatis aperiret, iussit. Nec multo post, nox cui hoc debebatur flagitium, affuit. Karolus cum exercitu tempore deputato ad portas urbis nocturnus affuit. Algerus presbiter — sic enim vocabatur — introrsum cum clavibus se praesentem habuit. A quo mox portae patefactae sunt, exercitusque intromissus. Urbs quoque a praedonibus direpta et spoliata.

Arnulfi suorumque captio.

35. Unde cum clamor per urbem fieret, tumultusque discurrentium cives incautos excitaret, Arnulfus aeque turbatum clamore sese simulat. Et fingens metum, turrim petiit atque conscendit. Quem comites[h] secuti, post se ostia obseravere. Karolus Arnulfum perquirens nec reperiens, ubinam lateret scrutabatur. Cui cum proderetur in turris cacumine latere, ostio mox custodes adhibuit. Et quoniam nec cibum nec arma ante congesserant, Karolo cedunt, atque a turri egressi sunt.

36. Comprehensique et Laudunum ducti, custodibus deputati sunt. Karolo redeunte et fidem ab eis querente, unanimiter refragantur. Odium ergo utrimque simulant; pium affectum nullo modo produnt. Ab utroque querimonia nonnulla simulabatur, eo quod alter desertor, alter invasor alterius ab utroque enuntiaretur[i]. Tandem Arnulfus[k] sacramento fidem faciens, libertate potitus est et ad sua reversus. Karolo exinde in omnibus favit. Ius quoque fidei, regi servandum, penitus abrupit. G. et V. per dies aliquot carcere detrusi, non multo post sacramento astricti, redire permissi sunt. Karolus ergo felici successu insignis, Remorum metropolim cum Lauduno, ac Suesionis, earumque oppidis optinuit.

Impetus Hugonis.

37. Nec defuit qui id ad regis[l] aures perferrent. Qua rex contumelia perstrictus,

*) i, p *abscisa.* **) tus, nis *abscisa.* a) et et *cod.* b) statuertur *codex.* c) secretum hoc numquam proditurum *deleta.* d) custodie *supra posito* ergastulo *codex.* e) .uc. *cod* f) exercitus *supra posito* K. *codex.* g) *ita cod* h) commites *cod.* i) praedicaretur *supra posito* enuntiaretur *cod.* k) episcopus *supra posito* Ar. *cod.* l) regum *supra posito* is *codex.*

quid inde agendum foret sciscitabatur. Comperitque non precibus, non donis, sed viribus et armis invocata Divinitate hoc esse labefactandum. Sex milia itaque militum collegit, in tirannum ire disponens; obsidionem ei adhibere cupiens, si copiae sibi sufficiant; et si ei felix adsit fortuna, tandiu id committere volens, donec aut armis aut inedia hostem praecipitet. Proficiscitur ergo magnanimis. Et per terram unde annonam hostes asportabant, exercitum duxit. Quam etiam penitus depopulatus combussit; sic efferatus, ut nec tugurium saltem deliranti anui relinqueret. Post animo praecipiti exercitum in hostem retorquens, obsidionem adhibere nitebatur. Karolus cum ante sibi copias parasset, venienti resistere viriliter conabatur. Quatuor milia etenim pugnatorum Lauduni collegerat, animoque firmaverat, ut si non impeteretur, quiesceret; et resisteret, si urgeretur.

38. Rex interea exercitum inducens, Karoli legionem ordinatam pugnatum videt. Exercitum ergo tripertito dividit, ne multus exercitus mole sui gravatus, propriis viribus frustraretur. Tres itaque acies constituit, primam belli primos impetus[a] inituram; secundam quae labenti succurreret, viresque referret; tertiam vero spoliis eripiendis ordinavit. Quibus sic divisis et ordinatis, prima acies signis erectis congressura cum rege incedebat; reliquae duae locis constitutis paratae succurrere opperiebantur.

Exercitus* tripertito* ordinatur*.

39. Karolus cum quatuor milibus obvius procedit, summam Divinitatem invocans ut ab innumeris paucos protegat; multitudini non fidendum, et paucitati non diffidendum demonstret. Quem incedentem Arnulfus comitabatur suos adhortans, ut animo forti starent. Ordinati et indivisi procederent. De victoria a Deo nullo modo diffiderent. Si viriliter invocato Deo starent, cum multa gloria et fama victoriam in brevi adepturos. Processit exercitus uterque, donec alter alterum in prospectu haberet; et sic uterque fixus herebat. Utrimque non mediocriter dubitatum est, cum Karolus rei militaris inopiam haberet, regem vero animus sui facinoris conscius contra ius agere[b] argueret, cum Karolum paterno honore spoliaverit, atque regni iura in sese transfuderit. His uterque herens persistebat. Tandem ratione congrua a primatibus regi suggestum est aliquantisper cum exercitu standum. Si hostis adventaret, *comminus congrediendum; si nullus lacessiret, cum exercitu redeundum. Nec minus a Karolo idem deliberatum fuit. Unde quia uterque constitit, uterque sibi cessit. Rex exercitum reduxit; Karolus vero Lauduni sese recepit.

*fol. 16

40. *O. interea Drocarum[79] cupidus, de Lauduni captione sese plurimum diffidere apud regem simulate querebatur, cum aries cesserit, militesque viribus diffiderent, immo etiam urbs ipsa inaccessibili situ obnitentes contempnat. Rex merore confectus, ab O. subsidia petit; sese vicem recompensaturum, si copias suppeditet, et ad integrum urbem expugnet. Quod si inpraesentiarum aliquid quod largiendum sit petat, sine dubio sese liberaliter exhibiturum. O. Lauduni inpugnationem simulque et captionem in proximo pollicetur, si tantum a rege Drocas accipiat. Rex vincendi gloriam cupiens, petenti castrum accommodat. Palam omnibus cedit, promissionum de Lauduno credulus. O. quoque urbem amissam in brevi sese redditurum palam omnibus spondet. Castrum ergo a rege concessum absque mora petit, castrenses sibi sacramenti iure annectens, eisque alios aliquot quorum fidei vigorem sciebat assotians. Regia negotia exinde utiliter satagens. Cuius tamen voluntatis effectus nullus fuit, eo quod tempestiva[c] urbis proditio vetaret, et casus repentini aliter fieri arguerent.

*fol. 47 991.

41. *Ab hoc tempore Adalbero Laudunensium episcopus, qui ante a Karolo captus aufugerat, omni ingenio oportunitatem quaerebat, qua versa vice et Laudunum caperet, et Karolum comprehenderet. Legatos itaque huiusmodi negotii officiosissimos, Arnulfo dirigens, amicitiam, fidem, suppetiarum subsidia mandat. Ei quoque utpote suo metropolitano sese velle reconciliari. Sibi etiam iniuriae esse quod transfuga et desertor diceretur, eo quod Karolo post fidem factam non obsecutus sit. Et si vacuum sibi esset, a se id dedecoris velle abicere. Ad eius celsitudinem redire velle, et Karoli amicitiam utpote domini sese optare. Unde et sibi quocumque libitum foret occurrendum mandaret. Arnulfus simulatam fidem nesciens, legatos fallentes excipit; et utpote boni alicu-

Subtilis** machinatio** in Karolum et Arnulfum. *fol. 46 iterum.

*) tus, o, tur *abscisa*. **) Sub, ma *abscisa*. a) tumultus *corr.* impetus. b) fecisse *supra posito agere codex*. c) intempestiua *corr.* tempestiua.

79) Dreux.

991. ius nuntios humanissime honorat. Per hos itaque locum quo occursuri et sibi collocuturi forent, letabundus designat. Illi se decepisse letati, haec domino referunt. Qui fallatiae seminarium utiliter positum considerans, alcioris machinamenti dolos prodire posse advertit. Post haec in locum statutum sibi occurrunt; amplexibus pluribus atque osculis sibi congratulantes; tantos ibi demonstrantes affectus animi, ut nulla simulatio, nullus dolus videretur.

Adalberonis * dolosa machinatio *.

42. At postquam satis amplexationum, osculorum satis factum est, Adalbero penes quem simulationis color, et doli onus erat, incautum sic prior alloquitur: *Idem casus, eademque fortuna, ambos nos male perstringit; unde et idem consilium eademque ratio nobis captanda videtur. Nuper enim ambo lapsi, vos ab gratia regis, ego a Karoli amicitia decidi. Unde et nunc vos Karolo, ego regi faveo. Ille vobis, iste mihi promptissime credit. Si itaque per vos Karoli amor mihi restituatur, regis gratia vobis non aberit. Quod et facto difficile non erit. Karolum igitur convenite, et pro me si forte concesserit orate. De fide erga eum habenda, multa dicere non inutile erit. De quibus si quid ei dubium visum fuerit, post dicite probandum sacramentis. Si his episcopatus reddiderit sedem, adsint sanctorum reliquiae, paratus sum fidem facere. Si hoc satis erit et reddiderit, de regis gratia plurimum confidite. In hac lingua et manu, pax sita est et dissidentia. Regem adibo. Commodum quoddam spondebo, quod non solum sibi sed et posteris sit profuturum. Dolos Karoli proferam. Incauto nimis metropolitano, praeiuditium factum asseram; et quod penitus hoc metropolitanum peniteat, nonnullis amplificationibus asseverabo. Rex suapte mihi credulus, hoc gratissimum accipiet. Et quia haec ratio utrimque agitabitur, duo commoda gignentur. Ex quibus duobus tertium elucebit. Nam cum et vobis gratia regum, et mihi Karoli reddetur, per nos consequenter aliorum utilitas comparabitur. Sed hic iam verborum finis; iam nunc dicta factis probentur.* Datisque strictim osculis, promissa polliciti ab se digressi sunt *.

Arnulfus ** per ignorantiam ** Karolum patruum ** seducit.

43. Arnulfus Karolum petens, Adalberonem magnificat deceptorem nesciens, valde etiam profuturum asserit, fidemque servaturum testatur. Tandem in eo nil dubitandum seductus persuadet. Karolus nepoti favens, sese id facturum spondet, episcopatum sic redditurum non abnuit. Dum haec apud Karolum fideliter ordinabantur, Adalbero apud regem de Karolo et Arnulfo urbisque captione quaerebat. Et cum tecnas [80] superiores effunderet [b], gratulatio inde spesque urbis repetendae non modica erat. Nec multo post Arnulfus Adalberoni legatos dirigit, Karoli gratiam sibi indultam liberaliter indicat, atque cum multa ambitione excipiendum in urbem. Honorem quoque absque mora recepturum. Unde nec moras faceret, sed quantotius adveniret, largitatem pollicitam experturus.

Adalbero * Karolum et Arnulfum sacramento * decipit *.

44. Adalbero sine dilatione in loco constituto Karolo et Arnulfo accitus occurrit. A quibus benigniter exceptus, non mediocrem letitiam repperit. Si quid discordiae praecessit, levi et raro sermone tactum praeteriere. Ius amicitiae inter sese exinde amplius colendum, diversis rationibus extulere. Quanta etiam commoditas sit profutura si amicitia bene usi sint, sepenumero retulere. Quanta quoque gloria, quantus honor, quantum praesidium. Neenon et illud libatum est, in brevi fieri posse, et suae partis provectionem, et hostium praecipitationem. Nihilque his [c] obstare posse, si sola Divinitas non impediat. Si vota sua effectus consequatur, quandoque futurum, ut per sese res publica multo honore, multa gloria, cumuletur et floreat. His dictis sacramento sibi annexi sunt, atque a se digressi. Adalbero regi se contulit, quae egerat explicans.

fol. 48. Quibus rex auditis, negotium approbat, Arnulfum sese *recepturum si veniat pollicetur, eius purgationem de obiectis, se sponte auditurum. Et si recte purgetur, non minori gratia quam ante habendum. Adalbero haec Arnulfo refert. Regem benivolum, clementem, sibi asserit. Eum etiam eius purgationem sponte audire velle, suique gratiam sine mora reddere. Unde et ei esse maturandum, et quantotius id petendum. Otius ergo regem adeundum, ne aliquorum dolus consilium abrumpat. Ad regem itaque ambo profecti sunt.

*) Adalberonis, machin *abscisa*. **) Arnulfus, ran, pa *aberisa*. *) A, sa, d, *abscisa*. a) abcesserunt *supra posito* ab se digressi sunt *codex*. b) aperiret *supra posito* effunderet *codex*. c) eis *supra posito* his *codex*.

80) τεχνας, artes.

45. Arnulfus admissus regi, ab eo osculum accepit. Et cum de obiectis aliquam purgationi operam dare vellet, rex sibi sufficere dixit, ut a praeteritis quiesceret, et exinde sibi fidem inviolabiliter servaret. Sese penitus non ignorare Karolum ei vim intulisse, et summa id necessitudine factum, ut ad tempus a se discederet, et Karolo etiam nolens faveret. Sed quia id factum erat, quod labefactari non poterat, multa ratione ei esse videndum, ut amissae urbis damnum aliquo modo suppleret. Si urbem habere ut ante non posset, saltem Karolum ad se transire faceret, ut se consentiente, quod pervaserat teneret. Haec et ampliora Arnulfus sese facturum pollicetur, tantum ut regis gratia sibi reddatur, et ipse apud eum ut metropolitanus honoretur. Rex gratiam indulsit, et ut plurimum coram se honorem haberet concessit. Unde et factum est, ut in prandio die eadem regi dexter, Adalbero reginae levus resideret. His ita sese habentibus Arnulfus ab rege dimotus est. Miram regis benivolentiam Karolo indicavit. Quanto quoque honore apud eum habitus sit explicans, de eius gratia plurimum gloriabatur. A quo tempore regis et Karoli reconciliationem atque favorem quaerebat. 991. Arnulfus ad regem* se contulit, gratiam ab eo* accepturus*.

46. Quae dum sic sese haberent, Adalbero a rege digressus est, Karolumque petens, Lauduni multa ambitione exceptus est. Ad se sui redeunt, qui ante ab urbe exulaverant. Rem familiarem ut ante disponunt, in nullo dubitantes, et pacem postmodum sperantes. Clerum quem amiserat, revisit, eique compatitur, benivolentiam spondet, ut a se non deficiant hortatur. Postquam satis colloquii cum suis habuit, de securitate fidei et urbis, a Karolo convenitur. Qui[80] sic orsus coepit: *Quoniam Divinitas in omnibus misericors, etiam dum punit, misericorditer operatur, iusto eius iuditio me et abiectum et receptum cognosco. Eius aequitate hac urbe me exceptum arbitror, eius benignitate, quod superest praestolor. Ipsum etiam, vos et hanc urbem mihi reddidisse opinor. A Deo itaque redditum, mihi adiungi quaero. Adsunt sancta, superponite dexteram, fidem contra omnes spondete. Exceptio nulla erit, si vultis mihi comes fieri.* Ille sui voti avidus, quicquid expetitur spondet. Super sancta dextram extendit, non veritus iurare quodcumque propositum fuit. Unde et cunctis credulus, nulli suspectus fuit. In nullo negotio a quoque vitatur. De urbe munienda, ipse querit et deliberat. Omnium causam sciscitatur. Pro omnibus consultat. Quare ignotus cunctos latuit. Exceptio** Adalberonis a Karolo**. 80

47. Interea cum Karoli suorumque habitum penitus pervidisset, sese etiam nulli esse suspectum, dolos multifariam praetendebat, ut et urbem sibi redderet, et Karolum regi captum traderet. Karoli itaque colloquio utitur saepius, benivolentiam profert amplius. Sese quoque si oporteat sacramentis magis stringendum offert; tanta cautela calliditatis usus, ut omnino dolum simulationis colore obvelaret. Unde cum nocte quadam inter cenandum hilaris resideret, Karolus craterem aureum in quo panem infregerat vinoque temperaverat tenens, post multum cogitatum ei obtulit: *Quoniam* inquiens *ex patrum decretis palmas et frondes hodie sanctificastis, atque plebem* sacris benedictionibus consecrastis, nobisque eukaristiam porrexistis, aliquorum susurronum calumnias qui vobis fidendum negant vilipendens, cum instet dies passionis domini et salvatoris nostri Iesu Christi, hoc vasculum vestrae dignitati aptum, cum vino et pane infracto vobis porrigo Hoc poculum in signo habendae et servandae fidei ebibite. Si vero fidem servare animo non stat, poculo parcite, ne horrendam Iudae proditoris speciem referatis.* Quo respondente: *Craterem recipiam, et potum libere ebibam!* Karolus mox prosecutus, addendum dixit: *et fidem faciam.* Ille ebibens prosecutus est: *et fidem faciam; alioquin cum Iuda inteream!* Et multa his similia anathematis verba cenantibus dedit. Nox futuri luctus et proditionis conscia instabat. Quietum ire constitutum est, dormitumque in mane. Adalbero sui doli conscius, dormientibus Karolo et Arnulfo, gladios et arma a capitibus eorum amovit, latibulisque mandavit. Hostiarium huius doli ignarum accersiens, cursum accelerare, et quendam suorum accersire iubet; ostium sese servaturum interim pollicens. Quo digresso, Adalbero in ipso ostio sese medium fixit, gladium sub veste tenens. Cui mox sui assistentes, utpote huius facinoris conscii, ab Adalberone omnes intromissi sunt. Karolus et Arnulfus matutino Comprehensio* Karoli ab Adalberone. Mart. 29. Mart. 30.

*) regem, it, b eo, turus *abcisa*. **) ptio, Karolo *absciss*. *) hensio *abscisum*. a) populum *superposito* plebem. 80) scil. Karolus.

991. somno oppressi, quiescebant. Coram quibus cum hostes facto agmine adessent, et illi expergefacti adversarios advertissent, a lectis prosilientes, et arma capessere nitentes, nec reperientes, querunt quidnam matutinus eorum afferat eventus. Adalbero vero: *Quoniam* inquit *arcem hanc mihi nuper surripuistis, et ab ea exulem abire coegistis, et vos hinc dissimili tamen fortuna pellemini. Ego enim proprii iuris remansi. Vos alieno subibitis.* Ad hec Karolus: *An* inquit, *o episcope hesternae cenae memor es nimium miror. Non ergo ipsa Divinitatis reverentia inhibebit? Nihilne ius sacramenti? Nihil hesternae cenae imprecatio*? Et hec dicens, praeceps in hostem fertur. Quem furentem, armati circumdant, atque in lectum repulsum comprimunt. Nec minus Arnulfum pervadunt. Quos comprehensos, in eadem turri includunt. Turrim quoque clavibus et seris repagulisque custodibus adhibitis muniunt. Unde cum clamor feminarum, puerorumque simul et famulorum ululatus in coelum ferretur, cives per urbem turbati et expergefacti sunt Quicumque Karoli partibus favebant, mox profugio sese liberaverunt. Quod etiam vix factum fuit. Nam cum pene adhuc fugerent, statim tota civitas obfirmari ab Adalberone iussa est, ut omnes quos sibi adversos putabat comprehenderet. Quaesiti fuere, nec reperti. Subductus est et Karoli filius biennis, patris vocabulum habens, et a captivitate liberatus. Adalbero regi Silvanectim legatos otius mittit; quondam amissam urbem iam receptam, Karolum cum uxore et natis captum, atque Arnulfum inter hostes inventum et comprehensum mandat. Unde et sine mora cum quotcumque possit veniat. Exercitui colligendo moram nullam intendat. Vicinis quibuscumque confidit, ut post se veniant, legatos mittat. Moxque etsi cum paucis veniat.

Rex * captis Karolo et * Arnulfo Laudunum * ingreditur *.

48. Rex quotcumque potest assumit, et sine dilatione Laudunum petit. Nactusque urbem, et regia dignitate exceptus, de salute fidelium, urbisque ereptione et hostium comprehensione quesivit, et addidicit. Die altera civibus accitis, de fide sibi habenda, pertractat. Illi acsi qui capti erant, et qui iam in ius alterius cesserant, fidem faciunt et regi sacramento asciscuntur. Urbisque securitate facta, rex Silvanectim post cum captis hostibus rediit. Suos deinde sciscitans, deliberandi rationem querebat.

* Deliberatio ** quorumdam ** apud regem super ** Karolo **.

49. Qua de re aliorum sententia erat, a Karolo viro claro *, et regio genere inclito, eius natos omnes cum natabus obsides accipiendos; petendum etiam ab eo sacramentum, quo regi fidem faciat, regnum Franciae numquam sese repetiturum, contra natos quoque testamentum inde facturum. Quo facto Karolum dimittendum censebant. Aliorum vero sententia huiusmodi erat. Tam clarum et antiqui generis virum, non mox reddendum, sed apud regem tam diu habendum, donec qui eius captionem indignaturi sint [b] appareant. Si eo numero et nomine atque duce praemineant, ut indigni non sint qui hostes regis Francorum dicantur, sive inferiores sint, attendendum. Si ergo pauci et inferiores indignentur, tenendum censebant; si vero maiores et quam plures, reddendum superiori ratione suadebant. Karolum ergo cum uxore Adelaide et filio Ludovico, et filiabus duabus, quarum altera Gerberga, altera Adelaidis dicebatur, necnon et Arnulfo nepote carceri dedit.

* fol. 49. De difficultate * sui itineris * ab * urbe * Remorum Carnotum *.

50. * Ante horum captionem, diebus ferme 14, cum aviditate discendi logicam Yppocratis * Choi, de studiis liberalibus saepe et multum cogitarem, quadam die equitem Carnotinum in urbe Remorum positus offendi. Qui a me interrogatus, quis et cuius esset, cur et unde venisset, Heribrandi clerici Carnotensis legatum sese, et Richero sancti Remigii monacho se velle loqui respondit. Ego mox amici nomen et legationis causam advertens, me quem querebat [d] indicavi, datoque [d] osculo semotim [d] secessimus [d]. Ille mox epistolam protulit, hortatoriam ad aphorismorum lectionem. Unde et ego admodum laetatus, assumpto quodam puero cum Carnotino equite, iter Carnotum arripere disposui. Digressus autem, ab abbate * meo [81] unius tantum parvaredi solatium accepi. Nummis etiam, mutatoriis, ceterisque [f] necessariis vacuus, Orbatium [82] perveni, loeum multa caritate inclitum. Ibique domni abbatis D colloquio recreatus, simulque

*) Re, Karolo et, num i *abse.* **) Deli, quo, apu, super *abse.* *) ultate, is ab ur, notum *abse.* a) cloro *cod.* b) st. c) yppacratis *cod.* d) rebat, datoque, motim, us *abactis.* e) a. m. *cod.* f) ceteriisque c.

81) Arbodo. 82) Orbais prope viam magnam quae Catalaunis Meldos ducit; Matronam igitur primo die Sparnaci, altero ad Castellum Theodorici transiisse videtur.

et munificentia sustentatus, in crastino iter usque Meldim peragendum arripui. Ingressus vero cum duobus comitibus lucorum anfractus, non defuere infortunii casus. Nam fallentibus biviis, sex leugarum superfluitate exorbitavimus. Transmisso vero Teodorici castello, parvaredus ante visus bucephalus, fieri coepit asello tardiusculus. Iam sol a mesembrino discesserat, totoque aere in pluvias dissoluto, in occasum vergebat, cum fortis ille bucefalus supremo labore victus, inter femora insidentis pueri deficiens corruit, et velut fulgure traiectus, sexto* miliario ab urbe exspiravit. Quanta tunc fuit perturbatio, quanta anxietas, illi perpendere valent, qui casus similes aliquando perpessi sunt, et ex similibus similia colligant. Puer inexpertus tanti itineris difficultatem, fessus toto corpore equo amisso iacebat. Impedimenta sine vectore aderant. Imbres nimia infusione ruebant. Coelum nubila praetendebat. Sol iam in occasu, minabatur tenebras. Inter haec omnia, dubitanti consilium a Deo non defuit. Puerum namque cum impedimentis ibi reliqui; dictatoque ei quid interrogatus a transeuntibus responderet, et ut somno imminenti resisteret, solo equite Carnotino comitatus, Meldim perveni. Pontem quoque vix de luce videns, ingredior. Et dum diligentius contemplarer, novis iterum infortuniis angebar. Tantis enim et tot hiatibus patebat, ut vix civium necessarii die eadem per eum transierint. Carnotinus inpiger, et in peragendo itinere satis providus, naviculam circumquaque inquirens et nullam inveniens, ad pontis pericula rediit, et ut equi incolumes transmitterentur e coelo emeruit. Nam in locis hiantibus equorum pedibus aliquando clipeum subdens, aliquando tabulas abiectas adiungens, modo incurvatus, modo erectus, modo accedens, modo recurrens, efficaciter cum equis me comitante pertransiit. Nox inhorruerat, mundumque tetra caligine obduxerat, cum basilicam sancti Pharonis introii, fratribus adhuc parantibus potum caritatis. Qua die sollempniter pranserant, recitato capitulo[b] de cellarario monasterii, quod fuit causa tam serae potationis. A quibus ut frater exceptus dulcibus alloquiis, cibisque sufficientibus recreatus sum. Carnotinum equitem cum equis vitala pontis pericula iterum attemptaturum, puero relicto remisi. Arte praemissa pertransiit; et ad puerum secunda noctis vigilia errabundus pervenit. Vixque eum saepius inclamatum repperit. Quo assumpto cum ad urbem devenisset, suspectus pontis pericula, quae pernitiosa experimento didicerat, cum puero et equis in cuiusdam tugurium declinavit; ibique per totam diem incibati, nocte illa ad quiescendum non ad cenandum collecti sunt. Quam noctem ut insomnem duxerim, et quanto in ea cruciatu tortus* sim, perpendere possunt, qui cura carorum aliquando vigilasse coacti sunt. Post vero optata luce reddita, nimia esurie confecti, maturius affuerunt. Eis etiam cibi illati; annona quoque cum paleis, equis anteposita est. Dimittensque abbati Augustino[d] puerum peditem, solo Carnotino comitatus Carnotum raptim deveni. Unde mox equis remissis, ab urbe Meldensi puerum revocavi. Quo reducto et omni sollicitudine amota, in aphorismis* Yppocratis vigilanter studui*, apud domnum Herbrandum magnae liberalitatis atque scientiae virum. In quibus cum tantum prognostica morborum accepissem, et simplex egritudinum cognitio cupienti non sufficeret, petii etiam ab eo lectionem eius libri, qui inscribitur de concordia Yppocratis, Galieni[f], et Surani. Quod et obtinui; cum eum in arte peritissimum, dinamidia farmaceutica, butanica, atque cirurgica non laterent.

691 Mart.

51. Sed ut iam superioris negotii seriem repetamus, cum de episcopi captione aliqui amicorum[g] indignarentur, nonnulli etiam scolasticorum in eius defensionem alia scriberent, alia scripta de canonibus proferrent, idque ad aures regum relatum esset, edicto[h] regio decretum est, ut episcopi Galliae omnes qui valent et maxime qui comprovinciales sunt, in unum conveniant. Qui autem adesse non possent, suam absentiam per legatos idoneos a suspitione purgarent. Ibique certis ac firmis decretorum rationibus aut convictum dampnarent, aut pristinae sedis dignitati purgatum restituerent. Collecti sunt ergo in coenobio monachorum sancti Basoli confessoris, Remorum diocesanei, Remensis quidem metropolitani comprovinciales, Guido Suesorum episcopus, Adalbero Laudunensis episcopus, Herivevus Belvacensis episcopus, Godesmannus Ambianensis episcopus, Ratbodus Noviomensis episcopus, Odo Silvanectensis episcopus; Daibertus Bitu-

Quod ex querela* reprehendentium* captionem* Arnulfi, regio* iussu* sinodus* habita* est*.

Iun. 17.

*) uere, enden, tionem, gio ius, us ha, t *ex coni.* a) tertio *corr.* VI^to^ b) cap. c) uexatus *supposito* tortus *cod.* d) aug *c. acti et in necrologio S. Faronis Meldensis occurrere videtur; v. Galliam Christianam.* e) mis, dui *obscisa.* f) ita *c.* g) scolasticorum *corr.* amicorum. h) decreto *corr.* edictu.

991. Iun. 17. ricensium metropolitanus; Lugdunensis metropolitani comprovinciales, Gualterus Augustudunensis episcopus, Bruno Lingonensis episcopus, Milo Matisconensis episcopus; Siguinus Senonensium metropolitanus, cum suis Arnulfo Aurelianensi episcopo, Herberto Autisiodorensi episcopo. Qui in unum considentes, diversorum locorum abbates qui aderant, post solitariam sui disputationem, secum consedere iusserunt.

Deliberatio de dignitate habendi iuditii et praelaturae fol. 49'.

52. De habenda igitur sinodo, ratione facta, ordinandum putabant, cui potestas iudicandi de singulis conferretur; quem etiam habendarum rationum custodem atque interpr tem accommodarent. Iudicandi itaque dignitas, Siguino Senonensium metropolitano commissa est, eo quod aetatis reverentia, et vitae merito plurimum commendaretur. Ordinandi vero facultas ac magisterium interpretandi, Arnulfo Aurelianensi episcopo credita est, eo quod ipse inter Galliarum episcopos, eloquii virtute et efficatia dicendi florebat. His ergo sic habitis, post cleri ingressum, sententiis ad negotium facientibus recitatis, Arnulfus sic praefatus ait:

Elocutio Arnulfi in sinodo.

53. *Quoniam patres reverendi, serenissimorum regum iussu, necnon et sacrae religionis causa huc convenimus, multa fide, multo etiam studio cavendum videtur, ne nos qui gratia sancti Spiritus hic collecti sumus, aut odium alicuius, aut amor, a rectitudinis norma exorbitare faciat. Et quia hic in nomine Domini collecti sumus, ante conspectum summae Divinitatis veridicis sententiis debemus omnia agitare; nulli loquendi locum surripere; veritati operam dare; pro veritate vivaciter stare; contra obiecta, simplicibus ac puris sententiis et intendere et respondere. Unicuique debitus honor servetur; dicendi potestas omnibus sit. Intendendi etiam et refellendi libertas, omnibus concessa sit. Nunc deinde quoniam me ante omnes fari voluistis, causam huius sinodi coram edicendam arbitror, quatinus bene digesta, omnibus ut est videatur. Clarissima illa Remorum metropolis, proditione nuper pervasa ab hostibus fuit. Sancta sanctorum hostium impetu contaminata sunt; sanctuarium Dei, nefariis quibusque violatum; cives quoque a praedonibus direpti. Quorum malorum ille auctor esse criminatur, qui ab hostibus tutari debuit, Arnulfus eiusdem urbis episcopus. Hoc ei intenditur. Ad hoc discutiendum, regalis dignitas hic nos collegit. Elaborate igitur patres reverendi, ne unius perfidia, dignitas sacerdotalis vilescat.*

Sermocinatio Daiberti pro iuditiondo.

54. Contra haec cum quidam residentium responderent, huiusmodi hominem quantotius convincendum, et sic iusto iuditio puniendum, Siguinus episcopus non id sese permissurum respondit, ut is qui maiestatis reus accusatur, sub discutiendi censura ponatur nisi ante ex iureiurando promissionem indulgentiae, ab regibus et episcopis accipiat. Idque faciendum asserebat ex concilii Toletani capite 31. Quod quia brevitati studemus, omisimus ponere.

54*. Daibertus Bituricensium archiepiscopus dixit: *Cum constet factum, et de nomine facti dubitatio nulla sit, quantum quoque facinus perpendatur, quomodo ex necessitate reo sit indulgendum, penitus non adverto. Hic enim incurrere necessitas videtur, cum iuditium promulgandum non sit, nisi prius supplicii indulgentia convincendo concessa fuerit. At si ad secularia iura respiciatur, quodcumque scelus quisque commiserit, secundum sceleris modum, poenitentiae severitati subiacebit.*

55. Herivevus Belvacensis episcopus dixit: *Cavendum summopere est, ne leges divinas forensibus comparemus. Plurimum enim a se differunt, cum divinarum sit de aecclesiasticis negotiis tractare et secularium secularibus adhiberi. Quarum primae tanto secundas superant, quanto secundae primis inferiores sunt. Unde et divinis per omnia suus honor servandus est. Si ergo frater et coepiscopus noster Arnulfus maiestatis reus convictus fuerit, pro sacerdotali reverentia, et sanguinis affinitate, a serenissimis regibus indulgendum aliquatenus non abnuo. Iuditii tamen sententiam omnino non effugiet, si sua confessione indignus sacerdotali dignitate manifestabitur.*

Indignatio Brunonis in Arnulfum.

56. Bruno Lingonensis episcopus dixit: *Hunc unde hic sermo habetur, in has miserias praecipitasse videor, cum contra multorum bonorum vota, ad honoris culmen provexi. Et hoc non solum propter carnis affinitatem effeci, sed etiam ut ad melioris vitae statum illum attraherem, cum non ignorarem ipsum Laudunensis urbis pervaso-*

*) ra, digni, ndi, praela *abscisa*. **) El, Arnulfi in *abscisa*. *) Sermo, berti pro *abscisa*. **) Ind, Bru, Arnulfum *absc*. a) sinoni *c*.

rem, atque nefariae factionis temerarium principem; sub iure cirographi, regibus fidem spopondisse, pro nullo praeterito aut futuro sacramento, fidem promissam sese umquam violaturum; regum hostes pro ingenio et viribus impetiturum; illisque in nullo communicaturum. Sed quia Karolus avunculus meus, regum adversarius patet, cum ei is de quo loquimur communicavit, fidemque sacramento dedit, ius fidei promissae, penitus abrupit. An Manasse et Rotgerus regum adversarii dicendi non sunt, qui cum Karolo urbis Remorum pervasores fuere, et sanctae Dei genitricis Mariae basilicam cum armata manu ingressi sunt, sanctuariumque nefario ingressu violaverunt? Hos etiam iste sui consilii custodes, et amicorum praecipuos habebat. Quod quia evidentissimum est, dicat nunc ipse, cuius impulsione aut suasione istud aggressus sit. Aut certe alii intendet, aut convictus testimoniis labascet. Nullus consanguinitatis amor, nulla habitae familiaritatis gratia, a recti iudicii forma me aliquo modo seducent.* 991 Ian. 17.

57. Godesmannus Ambianensis episcopus dixit: *Novimus venerabilis Brunonis magnanimitatem, quem nullus affinitatis amor, nulla familiaritas a veritate sequestrat, at rigor animi, et morum probitas veridicum et cui credendum sit promptissime indicant. Ergo quia de examinatione reatus fratris et coepiscopi nostri Arnulfi mentio superius facta est, ab eo quaerendum videtur, quale ex hac re habendum sit iuditium, eo quod ipsum oporteat iuditii temperare censuram, cum ipse sic inter utrumque sit constitutus, ut et regi fidem, et Arnulfo ex consanguinitate dilectionem debeat. Unde et nullius doli suspitione tenendus erit, quem fidelitas domini ad iuditium incitabit, et caritas proximi a mulivolentia prohibebit.* Laus* Godesmanni* de magnanimitate* Brunonis et* ut* ab eo iuditium constituatur* postulatio.

58. Ad hec Bruno episcopus: *Mentem* inquit *vestram satis plane intelligo. Hic qui reus maiestatis accusatur, carnis affinitate mihi coniungitur, utpote avunculi mei Lotharii regis filius. Unde et vestra benignitas mihi fieri iniuriam metuit*[b], *si dignum de eo a vobis proferatur iuditium. Sed absit, ut amorem consanguinitatis, Christi amore praeciosiorem habeam. Rem unde agitur, sanctitas vestra subtili indagine mecum discutiat. De condemnatione convicto inferenda nihil metuentes, cum aeque iustum sit, et reum maiestatis damnari, et innocentem laxari.* Responsio Brunonis.

59. Ratbodus Noviomensis episcopus dixit: *Si placet patres reverendi, libellum fidelitatis, ab Arnulfo quondam regibus de habenda fide porrectum, a vobis nunc discutiendum puto. Videtur enim, quod solus in eius dampnatione sufficiat, eo quod fidem iureiurando promissam, et manus scripto roboratam sacrilegio periurii penitus violaverit. Sed est quiddam quod remordet, quod scilicet a Lothariensium episcopis ut fertur contra illum disputatur. Calumniantur enim contra leges divinas scriptum, lectum, reconditum. Unde et si placet, iam* [c] *a vobis discutiendus in medium proferatur.* Sinodus dixit: *Proferatur.* Demonstratio Ratbodi**, quod libellum** infidelitatis episcopi** Lothariensium** perperam** calumnientur.

60. Prolatus est itaque hanc textus seriem habens: *Ego Arnulfus gratia Dei praeveniente, Remorum archiepiscopus, promitto regibus Francorum Hugoni et Rotberto me fidem purissimam servaturum, consilium et auxilium eis secundum meum scire et posse in omnibus negotiis praebiturum; inimicis* [c] *eorum nec consilio nec auxilio ad eorum infidelitatem scienter adiuturum. Haec in conspectu divinae maiestatis, et beatorum spirituum et totius aecclesiae assistens promitto, pro bene servatis laturus praemia aeternae beatitudinis. Si vero, quod nolo et quod absit, ab his deviavero, omnis benedictio mea, convertatur in maledictionem, et fiant dies mei pauci, et episcopatum meum accipiat alter. Recedant a me amici mei, sintque perpetuo inimici. Huic ego cirographo a me edito, in testimonium benedictionis vel maledictionis meae subscribo, fratresque et filios meos ut subscribant rogo. Ego Arnulfus archiepiscopus subscripsi.* fol. 50. Textus libelli* fidelitatis* Arnulfi.

61. Quo recitato, a sinodo investigatur, an alicuius reprehensionis aut defensionis vim habere videatur. Tunc vene bilis episcopus Arnulfus, eo quod officium interpretandi ei commissum erat: *Et pro se* inquit *ex parte defensionem continet, et vires ex parte reprehensoribus accommodat. Causa namque ut scriberetur, eius auctor Arnulfus fuit. Qui cum detestandae cupiditatis morbo nimium laboraret, egit quod* Arnulfus** libellum** ex parte probat**, et ex parte vituperat**.

*) Laus, man, nani, et ut a, constitu *abscisa*. **) Ratbo, bellum, episcopi L, perperam *abscisa*. *) elli fide *abscisa*. **) bellum, probat, vitu *abscisa*. a) Manas *cod.* b) metui *cod.* c) *ita cod.*

991. Iun. 17. *reprehendi potest, cum iuratus fidem non servavit. Hoc enim reprehensioni succumbit. Et quod sapientes et boni id effecerunt, quod dolis et astutiae perditissimi hominis contrairet, contra querulos defensioni firmitatem affectat, viresque ministrat. Et quicquid illud sit, testimonio tamen roborandum est. Procedat Adalgerus presbiter. Adest namque qui rerum seriem proditionis conscius optime novit. Ille inquam adsit, et vestrae claritudini inauditum scelus edicat, ut et ubi sit vituperatio habenda cognoscatis, et ubi laus concedenda videatis.*

Admovetur* Adalgerus° accusationi*.

62. Adalgerus itaque accersitus adest. Super hac re interrogatus et nil moratus respondet: *Utinam patres sancti, in hac vocatione concedatur mihi aliqua remissionis indulgentia. Sed quia ad id deveni, ut si quid quod pro me faciat inveniri possit, id contra me stare videatur, verbis brevioribus quod quaeritis edicam. Dudo Karoli miles, hortatus est, ut hanc unde hic quaeritis proditionem aggrederer, sic domino meo placere iuratus. Unde cum ei non crederem, dominum meum per me interrogavi. Sese id fieri velle respondit. Ut autem hoc dedecus specie honesti velaretur, Karolo manus dedi; eiusque factus, proditionem per sacramentum spopondi. Et feci quidem, sed non iniussus. Quod si vobis falsum videatur, paratus sum omnia iuditiorum genera subire.*

Hic rat.. accusatio*..

63. Guido Suessionensis episcopus dixit: *Ut hic ex ratione huius intelligitur, unius reatus forte ambo tenentur. Nam cum hic sese effecisse asserat, non est immunis eius dominus, qui facinus perpetrandum suasit, eo quod sceleris causam se ipsum praebuerit. Quoniam ergo utriusque negotium inditiis evidentibus constat, cum alter facinus suaserit, alter effecerit, iuditii censura, vestram paternitatem non latet. Est etiam quod iuditio habendo vires praebeat, quod cum ipse episcopus proditionis auctor extiterit, ut suum flagitium melioris zeli fervore tegeret, multae excommunicationis et maledictionis anathemate, a corpore et sanguine Domini separavit, atque ab ecclesia fidelium suspendit, Remensium praedonum auctores, factores, cooperatores, fautores, et a propriis dominis rerum sub emptionis nomine abalienatores. Sed cum tanti mali episcopus auctor existat, anathemate involutus manifestissime patet. Quod etiam ad eius condempnationem, non minimum valet.*

Brevis et** dilucida** demonstratio** criminis** a Guidone episcopo**.

Indignatio Gualteri in Arnulfum.

64. Gualterus Augustudunensis episcopus dixit: *An male sanae mentis hic episcopus non est qui pro se defensiones nititur, cum regibus et tot patribus eius iniquitas dilucide pateat, et insuper presbiteri malorum conscii testimonio convincatur? An ipse mali inventor, periculum anathematis evadere potuit, cum ipse mali inventor, et fautor, inventores et factores, fautoresque maledictionis telo perfodit? An ipsam Divinitatem hec perpendere non animadvertit, cum scriptum sit, quod oculi Domini in omni loco contemplantur bonos et malos? Et certe arbitror, quia dixit insipiens in corde suo: Non est Deus. Animadvertite ergo patres, quam corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis factor et fautor.*

Prov. 15, 3.

Ps. 52, 1.

Odonis episcopi admonitio* de iuditio° accelerando*.

65. Odo Silvanectensis episcopus dixit: *Quoniam religionis causa, et iussu serenissimorum regum, hic collecti sumus, non est differendum habendi iuditii examen. Id enim reges praestolantur. Clerus et plebs idem expectant. Nec est in diversissimis sententiarum rationibus diutius immorandum, cum res sit evidens, et iuditii ratio in promptu sit. De quibus non solum patrum statuta legitis, verum etiam per consequentias rerum equitatis censuram proferre non ignoratis.*

Arnulfi persuasio** ad defensores** ut libere** disputent.

66. Arnulfus Aurelianensis episcopus dixit: *Licet patres venerandi, hec certissime se sic habeant, ut de Arnulfo praedicantur, plurimisque sententiis patrum, iusto iuditio damnari valeat, tamen ne videamur de fratris ruina letantes, et in eius damnatione absque iusto ardentes, statuendum communi decreto arbitror, ut quicumque in eius defensione aliquid dicere nititur, locum defensandi habeat, revolvat volumina, proferat quot vult sententias, atque omnia quae ad defensionem paravit, hic coram nil metuens effundat. Atque hoc constituendum reor, ut ultra eis defensandi locus non pateat. Hic tantum nunc cogitata edicant.* Tunc Siguinus episcopus Arnulfi statutum approbat, ac decretalibus interdictis[a], violari inhibet. Si quispiam ergo quid dicere habet, ut edicat ammonet.

*) ovetur, rus, ac, ni, io *abscisa*. **) et di, mon, minis, piscopo *abscisa*. *) admo, iuditio, ndo *abscisa*. **) per, defen, ere *abscisa*. a) inter interdictis *cod.* (*in duabus lineis*).

67. Et cum plures ibi assisterent, qui in defensione niterentur, maximi tamen defensores fuere abbates, Abbo Floriacensis, et Ramnulfus Senonensis, *atque Iohannes scolasticus Autisiodorensis. Hi enim scientia simul et eloquentia inter suos insignes habebantur. Et indicto silentio, librorum multa volumina aperta sunt, multa quoque ex patrum decretis prolata, nonnulla etiam ad defensionem obiecta. Inter quae quatuor principaliter obiciebant. Aiebant enim, inprimis eum suae sedi restituendum. Deinde legittimam ei vocationem adhibendam. Tum quoque Romano pontifici id innotescendum. Et postremo, pontificis Romani auctoritate, in generali sinodo totum facinus discutiendum. Hoc etiam secundum divinas et humanas leges, approbandum asserebant. 991. Iun. 17. *fol. 50'. Defensio* scolasticorum* pro Arnulfo.

68. Ab altera vero parte responsum est, eum sedi pristinae non restituendum, eo quod culpis evidentissimis a probabili accusatore convictus, ad flagicia magis praeceps, quam ad religionis honorem et dominorum fidem commodus videretur. Nec iam ultra esse vocandum, cum post proditionis nefas, per sex continuos menses vocatus fuerit, et ad rationem venire contempserit. Romano vero pontifici notificari non posse, eo quod itineris difficultas, atque inimicorum minae id plurimum prohibèrent. Id vero sceleris iam non esse discutiendum, cum totum constaret, accusator crimen intenderet, ac firmamentum multiplex afferret; reus vero convictus nil contra valeret. His episcoporum sententiis multa ratione prolatis, defensores cedunt. Infirmatio** defensionis**.

69. Quibus a defensione cessantibus, episcopi nihil aliud superesse, nisi Arnulfum in medium statuendum censebant, ut pro se quae vellet responderet. Vocatus itaque in ordine episcoporum consedit. Cui postquam ab episcopis multa illata fuere, quibus conclusus cessavit, et ille ut potuit alia intendit, alia reppulit, victus tamen, argumentorum rationibus succubuit, et sese reum ac sacerdotio indignum coram confessus est.

70. Quod cum regibus suggestum est, ipsi cum primatibus sacro episcoporum conventui sese inferunt; gratias episcopis reddentes, eo quod pro se et salute principum diu deliberassent. Petunt quoque gestorum seriem sibi evolvi, et in quo constiterint rationum fine. Tunc etiam omnium gestorum series, regibus exposita est. Post auditum narrationis ordinem, iam tempus adesse iuditii habendi asseverant. Tunc episcopi Arnulfum ut regum genibus provolvatur commonent, reatum quoque suum confiteatur, atque pro sui vita, et membrorum integritate supplicet. Ille mox dominorum pedibus prostratus, crimen confessus est; et sacerdotio se indignum asserens, pro vita et membris suffusus lacrimis postulabat. Unde et universam sinodum in lacrimas coegit. Reges multa pietate flexi, vitam et membrorum integritatem indulgent. Sub custodia sui, absque ferro et vinculis habendum decernunt. Regum* ingressus* in sinodum.

71. Et a terra erectus, interrogatur, an abdicationem sui canonum auctoritate sollempniter velit celebrari. Quod cum episcoporum ordinationi totum committeret, mox decretum est, ut quia se indignum sacerdotio confitebatur, scelusque non tegebat, sicut gradibus provectus fuit, ita gradibus deponeretur. Suasus ergo, regibus quae ab eis acceperat reddidit, sacerdotales vero infulas episcopis sine mora laxavit. Interrogatus etiam an abdicationis et repudii libellum faceret, ad votum episcoporum omnia sese facturum respondit. Et libellum mox scriptum et oblatum, coram regibus in concilio legit, atque subscripsit. Decretale*

72. Textus autem libelli huiusmodi erat: *Ego Arnulfus gratia Dei Remorum quondam episcopus, recognoscens fragilitatem meam, et pondera peccatorum meorum, testes confessores meos Siguinum archiepiscopum, Daibertum archiepiscopum, Arnulfum episcopum, Godesmannum episcopum, Heriveum episcopum, Ratbodum episcopum Walterum episcopum, Brunonem episcopum, Milonem episcopum, Adalberonem episcopum, Odonem episcopum, Widonem episcopum, Heribertum episcopum, constitui mihi iudices delictorum meorum, et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium penitendi, et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis in quibus peccasse secreto ipsis* confessus sum, et de quibus publice arguebar, eo scilicet modo ut ipsi sint testes, et potestatem habeant substituendi et consecrandi alium in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit aecclesiae cui actenus indignus praefui. Et ut inde* Textus libelli repudii** Arnulfi.

*) Defensi, ticorum *abscisa*. **) nfir, defensio *abscisa*. *) Regum ing, Decret *abscisa*. **) repu *absc*. a) ipsi c.

991. Iun. 17. *ultra nullam repetitionem aut interpellationem, auctoritate canonica facere valeam, manu mea propria subscribens firmavi. Quo ita perlecto, ita subscripsi. Ego Arnulfus quondam Remorum archiepiscopus subscripsi.* Necnon et adstantes episcopi ab eo rogati ut subscriberent, subscripserunt, atque sic ei responderent: *Secundum professionem et subscriptionem tuam cessa ab officio.* Post hec sacramenti iure hos qui sui fuerant absolvit, atque libertatem transeundi in ius alterius victus concessit.

Depositio *Adalgeri presbiteri a * gradibus *.

73. Dum hec multa consideratione gererentur, Adalgerus presbiter eo quod communione privatus esset regum pedibus provolutus, multa conquestione querebatur, communioni petens restitui, parcius sibi inferendam censuram ratus, eo quod iussus domino obtemperavisset. Quem Arnulfus Aurelianensis episcopus adorsus: *Num quidnam* inquit *iuditii expertem te tua conficta hodie facient? Numquid tu es qui Karolo portas aperuisti, et hostiliter cum illo sancta sanctorum ingressus es? Numquid tu es qui adolescentem cum tui similibus perdidisti? Confitere infandissime!* Quo

*fol. 51. respondente: *Negare non possum*, ille mox prosecutus: *An ideo* inquit *communioni restituendus es, ut domino tuo lugente, tu nefandissime rideas?* Tandem decretum est, duorum incommodorum utrumlibet ab eo eligi, aut a gradibus deponi, aut perpetuo anathemate teneri. Qui apud se plurima pertractans, tandem maluit gradibus privari, quam anathemate perpetuo teneri. Et mox episcoporum iussu, indumentis sacerdotalibus vestitur. Quae singula absque ulla miseratione detrahentes, ei singuli dicebant: *Cessa ab officio tuo.* Laicorum ergo tantum communionem ei reddentes, illum penitentiae subdunt, atque sic a sinodo soluti sunt. Si quis autem plenius scire voluerit, quid quisque eorum de canonibus et patrum decretis in concilio protulerit, quid quoque ab eis ibi sanccitum sit, quid etiam a regibus et episcopis Romano pontifici directum, quibus quoque causarum rationibus Arnulfi abdicatio roborata est, legat librum domni et incomparabilis viri Gerberti, huius Arnulfi in episcopatu successoris, qui omnia haec digesta continens, mira eloquentiae suavitate Tulliano eloquio comparatur. Obiectionibus namque et responsionibus, conquestionibus atque orationibus, invectivis, coniecturisque et diffinitionibus repletus, luculentissime ac rationabiliter proponit, assumit, atque concludit. Qui non solum sinodalibus causis, sed status rethoricae

*fol. 48'. contin. cognoscentibus utillimus habetur.

Conquestio ** Odonis ** apud ** suos de ** Miliduni ** ereptione **.

74. Interea Odo rerum suarum augmentum querebat. Unde et apud suos quorum fidem indubitatam sciebat, castrum Meledunum in suum ius transfundi parabat; sibi inquiens miserrimum fore, quod in Sequana fluvio transmittendis exercitibus nullus sibi transitus pateret; unde et id animo sibi incidisse, quatinus Milidunum, quod est circumfluente Sequana tutissimum, et duplici portu pervium, ad suam partem retorqueret, cum etiam in Ligeri plures sibi portus paterent. Nec de periurii facinore formidandum, cum illud iam ab avo possessum sit, et nunc non regis sed alterius habeatur. Unde et omnibus qui fidem spondebant, accelerandum suadebat, ut quacumque ratione valerent, ad sui dominium transferrent.

Inductio * ab * legato Odonis in * praesidem Miliduni *.

75. Tunc suorum unus, castri praesidem petens, firmissimam amicitiam simulat, fidemque multam pollicetur. Quod et utrimque sacramento mox firmatum fuit. Presidemque affatus, cuius ante hac castrum fuerit, quaerit. Ille cuius fuerit non abnuit. Iste quoque: *Quo* inquit *ordine ad regium ius accessit?* Ille quoque idem prosequitur. Et iste: *Cur* inquit *Odoni praeiuditium fit, cum sepenumero reddi sibi petierit, et se inferior eo nunc potiatur? — Quoniam* inquit *id regi sic visum est.* Et iste: *Putasne* inquit, *ipsam Divinitatem non offendi, cum mortuo patre pupillus absque re patrimonio frustratur?* Et ille: *Ita* inquit. *Et non solum id, sed et bonorum desperatio fit. Quis enim inter primates Odone potentior? Quis omni honore dignior?* Atque ad haec iste: *Si* inquit *ad Odonem transverti velles, numquidnam ampliori potentia tene sublimandum arbitrare? Si eius esses, eius sine dubio gratiam, consilium, suppetias haberes. Pro uno castro, plurima possideres. Unde et tui nominis gloria eo ulterius iret, quo amplius honoris culmen adipiscereris.* Ille vero: *Quomodo* inquit *absque peccato et dedecore hec fieri posse confidis?* Et iste inquit: *Si te cum castro Odoni confers, quicquid sceleris nasci putas, meum fiat, meum dicatur. Poenas inde luam, et*

*) Dep, a gra *abscisa*. **) Con, Odonis s, de, ere *abscisa*. *) In, ab, in, li *abscisa*.

summae Divinitati rationem reddam. Consule nobilitati tuae. Fac tuarum rerum augmentum. Instat tempus. Oportunitas id suadet, cum inpotentia regnandi rex sit inglorius, et Odonem prosperior semper sequatur successus. Ille rerum promissarum cupidus, sacramentum petit. Iste facit, et pro agendo negotio obsides querit. Ille multum honorem sese habiturum arbitrans, obsides dare non distulit. Quos iste receptos, domum duxit, et Odoni omnia haec retulit.

76. Odoni itaque ut coeptis instet suadet. Interea ab Odone copiae clam parantur, ut castrum ingrediatur et optineat. Paratis autem tempore statuto aggressus appetit et ingreditur. Proditorem simulato furore invadit, et carceri mancipat. Qui non multo post carcere emissus, sacramento coram fidem facit, et exinde ad resistendum cum Odone sese parat. Quae omnia ad regum aures mox delata feruntur. Reges de castri amissione commoti, in hostes milites parant; proponentes ab obsidione non sese discessuros donec aut expugnatum recipiant, aut si res exposcat cum hoste comminus vires et arma conferant.

fol. 52. Pervasio Miliduni* ab Odone*.

77. Paratis itaque copiis, expugnatum accedunt. Et quia castrum circumfluente Sequana ambiebatur, ipsi in litore primo castra disponunt; in ulteriore, accitas[a] piratarum acies, ordinant. Et ne quo intercideretur obsidio, classes armatas in fluvio circumquaque adhibent. Itaque factum fuit, ut fluviali superficie vecti, castrum navali pugna acriter urgerent. Castrenses non impares, inpugnantibus obnituntur. Pro viribus certant. Adversariis nullo modo cedunt. Cumque diutius resistentes, comminus pugnarent, nec cederent, postico quod inferius latebat viribus caedentium eruto, piratae admissi sunt. Et a tergo in muro pugnantibus supervenientes, multa caede in eis debaccati sunt. Sic quoque factum est, ut et reliquus exercitus in[b] litore adhuc persistens, classibus pedester intromitteretur, castrumque repentinus pervaderet.

Accessus** regum ad Miliduunum.**

78. A quibus castrenses capti, et victi, mox regi oblati sunt. Pro quibus coram rege ab amicis oratione habita, facta regi fide dimissi sunt, cum non tantum rei maiestatis regiae, quantum sui domini fideles dicendi essent; ad id etiam non perfidiae vitio, sed multa virtute adductos asserebant. His ergo obsidum iure dimissis, et castro domino priori reddito, proditor cuius dolo huiusmodi infortunium accessit, mox comprehensus, suspendio secus castri portam defecit. Nec minus eius uxor, inusitato ludibrii genere pedibus suspensa, exuviis circumquaque defluentibus nudata, atroci fine iuxta virum interiit. Cum haec agebantur, Odo cum exercitu haud procul rei eventum opperiebatur; ratus castrum a suis posse contra hostes defendi; insidias piratarum aliquantisper suspectas habens. Dum ergo herens de eventu nutaret, affuere nuntii, qui castrum captum, suosque comprehensos et inermes factos assererent. Quo audito, exercitum non aequo animo ad sua dimovit. Cui cum a querulis quibusdam intenderetur, propter eum virum consularem[b] suspendio interisse, Odo respondisse fertur, sese amplius lesum suorum comprehensione, quam proditoris suspendio.

Castrenses* capti libertati* dantur*.

79. Nec multo post bella civilia reparata sunt. Etenim Fulco qui regum partibus favebat, exercitum in Odonem parabat, quaesiturus ab eo Brittanniae partem, quam non multo ante ei abstulerat. Collegit itaque quatuor milia, qui non comminus confligerent, eoquod eorum vires Odonis potentiae non sufficerent, sed eius terram incendiis et rapinis afficerent. Et tandiu id faciendum arbitrabatur, donec Odo aut tedio victus redderet, aut pro ea aliam non inparem conferret[c]. Preceps itaque fertur, terramque praedis, manubiis, combustionibusque affecit[d]. Et cum apud Blesum[e] loca suburbana succenderet, incendiis aura flante circumquaque erumpentibus, in coenobium monachorum sancti confessoris Laudomari ignis plurimus evolavit. Quod mox combustum dirutum fuit. Cibi quoque consumpti. Unde nec monachorum migratio defuit. His exemptis, in loca alia exercitum retorquet, et vastat. Post cuius digressum, Odo[f] in eius terram versa vice exercitum induxit, sic in ea efferatus, ut neo tugurium vel gallum relinqueret, hostem provocans, et ut dimicaturus veniat invitans. Ille autem copias non sufficere sibi cognoscens, provocanti cessit, atque ad sua rediit. Atque haec fere per biennium.

Rixa** Odonis et Fulconis** de Brittannia.**

*) vasio, ni, *abscisa*. **) sus, ad Mili *abscisa*. *) enses, i libertati, ntur *abscisa*. *) a, Fulconis, tan *abscisa*. a) accitae *corr.* accita *codex, quod corrigendum erat.* b*) in primo *deletum.* b) VC *cod.* c) redderet *corr.* conferret. d) percutit *corr.* affecit. e) b. castrum *deletum.* f) O. c.

Oratio legatorum Odonis apud regem* de Miliduni pervasione*

80. Odo interea castro amisso frustratus, etiam in hoc sese cautissimum habebat. Arbitrabatur etenim duplici calamitate se posse torqueri, cum de castri amissione plurimum doleret, et a rege irato non mediocriter valeret urgeri. Unde et regi legatos direxit, per quos sese optime ratiocinari posse de obiectis quibuscumque suggereret. Sese in nullo regiam maiestatem lesisse ostensurum. Si de Miliduno agatur, contra regem nil mali molitum, cum non regi sed suo commilitoni illud abstulisset. Regi nihil derogatum fuisse, cum ipse regis aeque sit, ut ille cui abstulit. Nihilque interesse quantum ad regiam dignitatem, quicumque teneat. Sese etiam* iustis causis id effecisse, cum illud a suis praecessoribus olim possessum, approbari possit. Unde etiam videri posse, a se dignius teneri debere, quam ab alio quocumque. Tandem si quid piaculi factum est, in sese poenam dedecoris redundasse, tantumque scelus pari ignominia abstersum. Unde et facilius sibi indulgendum, atque in tanta iniuria amplius parcendum. Rex orationis vim advertens, legatis satisfacit, benivolentiamque petenti mandat. Haec legati Odoni referunt. Odo itaque regem adiit. Coram quo oratione utiliter usus, eius gratia potitus est; tanta affabilitate insignis, ut amicitiam pristinam renovarent, et in nullo suspectus regi haberetur.

Bellum inter Odonem et** Fulconem** de Brittannia.

81. Hac tempestate itidem civilia bella reparata sunt. Nam Fulco Brittanniae parte frustratus, insidias adhuc parare contendebat. Collectoque exercitu, in Brittanniam praeceps fertur, Namtasque[83] appetit. Cuius custodes alios auro corrupit, 'alios quibusdam pollicitationibus illexit. Eis quoque usque ad effectum suasit, quo sibi satisfacerent, ut scilicet urbis introitum panderent. Qui suasi, sacramento tempus constituunt. Nec multo post et in urbem admittunt. Ingressusque pervadit, et a civibus iure sacramenti obsides accepit. Arcem solam expugnare non valuit, eo quod milites magnanimos haberet. Unde et cessit, sese recedere deliberans, ut copiis amplioribus congressurus rediret, arcemque expugnaret.

'fol. 52'.

82. Conanus in exterioribus Brittanniae partibus qui locus Bruerech dicitur, de rebus bellicis apud suos pertractabat, cum ad eius aures haec delata sunt. Magisque coepto negotio insistens, exercitum congregat[b], bellumque fieri parat. 'Et quoniam obsidioni instandum tempus suadebat, collectum exercitum urbi inducit, eique ad[c] unum latus obsidionem per terram ordinat. Ad alterum vero per Ligerim classes piratarum adhibet[d]. Undique ergo obsidione disposita, a piratis per fluvium, a Brittannis per terram urbani vehementer urgentur. Nec minus qui in arce remanserant, a superioribus iaculorum diversa genera praecipitabant. Parique inpugnatione superiorum atque inferiorum qui medii erant vexabantur. Nam qui in arce et in obsidione certabant, Conani partes tuebantur. Urbani vero pro Fulconis victoria operam dabant. 'Nec minus Fulco, copias parabat, et exercitum tam de suis quam conducticiis congregabat. Audito[e] vero Conanum urbi[e] obsidionem adhibuisse[e], mox legionem Brittanniae infert.

fol. 53

'fol. 52'. contin

Dolus* Fulconi* paratus.

83. Erat campus non valde procul, longitudine sui et latitudine vastus, filicetum in se maximum habens. Hic Conanus locum gerendi belli constituens, insidiarum dolos infodit. Nam fossas quam plures ibi inmergens, virgis et viminibus stipulisque earum hiatus desuper operuit, intus surculis defixis, qui superiora continerent[f] et soliditatem superficiei simularent. Et ut simulata superficies penitus lateret, filicem collectam desuper respersit, insidiasque dissimulavit.

Dolus** Conani** contra hostes**.

84. Post insidias ipse acies ordinans, sic fraude usus est, ut diceret se ibi mansurum, nec ulterius hostes quaesiturum. Si hostes urgerent, ibi tantum vitam defensurum. Nec ob metum id facturum, at ut hostes si sese querant et impetant, contra ius id faciant. Sic enim eorum ruina facilius provenire possit, cum sua temeritate quietos et innoxios aggrediantur. Ibi itaque acies ordinavit, insidias in prospectu habens. Herebat ergo, hostesque excepturus opperiebatur. Fulco Conanum herentem videns, nec ab eo loco exiturum[g], cum insidias nesciret, suos multo hortatu suadebat, quatinus vehementi conamine impetum facerent, hostesque aggredi non dubitarent. De victoria non diffiderent, cum virium spes optima non desit, si Divinitas aversa

*) regem, one *abscisa*. **) et Fulconem *abscisa*. *) Dol, ni *abscisa*. **) Dol, na, ho *abscisa*.
a) etiam id iustis c. id e. *codex*. b) parat *corr.* congregat. c) per *supra posito* ad c. d) adhibuit *corr.* adhibet
e) Audito, urb, adh. *abscisa*. f) supe, cont *abscisa*. g) e. advertens *delet*. 83) Nantes.

non sit. Dato itaque signo irruunt. Arbitrati quoque solidum iter, fossis indubitate propinquant.

85. Cumque Brittannos metu herentes arbitrarentur, telis obnitentes ad fossas irruunt; precipitatique cum equis inmerguntur, ac caeca ruina confusi, ad viginti milia[a] inmersi atque compressi sunt. At posterior exercitus, priori precipitato, terga dedit. Unde et Fulco vitae tantum consulens, profugio eripi conabatur. Precipitatio[a] hostium a[a] Conano.[a]

86. Quem cum fuga exagitaret, Conanus interim in dumetum cum tribus sese recepit, armisque depositis, corporis fervorem ad auram mitigabat. Quem quidam adversariorum intuitus, facto impetu illum adoraus, gladio transfixit, Fulconisque victoriam extulit. Fulco animo resumpto, Namtas repetit, atque ingreditur, qui in arce erant acriter vexans. Qui principe destituti pene exanimes, inpugnanti cedunt, fidemque postulati faciunt. Interfectio[aa] Conani.[aa]

87. His ita sese habentibus, Rotbertus rex cum in undevicesimo aetatis anno, iuventutis flore vernaret, Susannam uxorem genere Italicam, eo quod anus esset, facto divortio repudiavit. Quae repudiata, cum ea quae ex dote acceperat, repetere vellet, nec ei rex adquiesceret, aliorsum animum transvertit. A qua etiam die, sua quaerens, regi insidias moliebatur. Nam Monasteriolum castrum quod in dote acceperat, ad suum ius refundere cupiens, cum id efficere non posset, secus eum aliud nomine[b] ..... extruxit; rege interim occupato, circa Odonis et Fulconis facinora. Ex cuius munitione arbitrabatur posse omnem navium convectationem prohiberi, cum sibi advenientes sese prius offerrent, unde et eis transitum ulterius inhibere valeret. Repudium[a] reginae[a] Susannae a[a] rege[a] Rotberto[a].

88. Huius repudii scelus, a[c] nonnullis qui intelligentiae purioris fuere, satis laceratum eo tempore fuit, clam tamen, nec patenti refragratione culpatum. Reprehensio[aa] repudii[aa].

89. Huius temporis diebus cum a papa Romano B....[84] abdicatio Arnulfi et promotio Gerberti plurimis epistolarum scriptis calumniarentur, episcopi quoque rei huiusmodi auctores simulque et alii cooperatores diversis reprehensionibus redarguerentur, placuit episcopis Galliae in unum convenire, et super hac reprehensione consulere. Quibus Chelae collectis, sinodus habita est. Cui rex Rotbertus praesedit, considentibus metropolitanis, Gerberto Remensi cui tota sinodalium causarum ratio discutienda commissa fuit, Siguino quoque Senonensi, Erchembaldo Turonico, Daiberto Bituricensi, aliisque horum comprovintialibus nonnullis. In qua postquam ex patrum decretis rationes de statu sanctae aecclesiae promulgarunt, inter nonnulla utilia, constitui et roborari placuit, ut ab ea die, idem sentirent, idem vellent, idem cooperarentur, secundum id quod scriptum est: *Erat eis cor unum et anima una.* Act. 4, 32. Decerni et illud voluere, ut si in qualibet aecclesia, quaecumque tirannis emergeret, quae telo anathematis ferienda[d] videretur, id inprimis ab omnibus consulendum, et sic communi decreto agitandum. Et qui anathemate relaxandi forent, decreto communi similiter relaxandos, iuxta quod scriptum est: *Consilium a sapiente perquire.* Tob. 4, 19. Placuit quoque sanciri, si quid a papa Romano contra patrum decreta suggereretur, cassum et irritum fieri, iuxta quod apostolus ait: *Hereticum hominem et ab ecclesia dissentientem, penitus devita.* Tit. 3, 10. Nec minus abdicationem Arnulfi et promotionem Gerberti, prout ab eis ordinatae et peractae essent, perpetuo placuit sanciri, iuxta quod in canonibus scriptum habetur: *Sinodo provinciali statutum, a nullo temere labefactandum.* Sinodus Chelae habita. fol. 54.

90. Hac tempestate bella civilia reparata sunt. Cum enim tirannorum insidiis Odonis et Fulconis de Brittanniae principatu rixa resurgeret, illis dissidentibus reliqui etiam regnorum principes moti dissensere. Rex Fulconis partes tutabat, Odo suorum necnon et piratarum qui rege deserto ad se transierant, Aquitanorumque copiis fretus incedebat. Unde Fulco in Odonem praeceps, eius terram depopulatur, et post in ea non procul ab urbe Turonica oppidum[e] exstruit atque munit; copias ponit; militibus implet; et quia ad hoc diruendum Odonem adventurum sperabat, regem petiit, auxilia imploraturus. Cui cum rex auxilium polliceretur, obstinatiore animo ferebatur. Impetus[a] Odonis et Fulconis[a] inter se[a].

*) Prae, ti, a C *abscisa*. **) In, Co *abscisa*. *) Re, re, a r, berto *abscisa*. **) Re, ro *abscisa*. *) petus, in, se *abscisa*. a) XX *codex*. b) *locus vacuus*. c) an *codex*. d) iugulanda *corr.* ferienda. e) castrum *supra posito* oppidum *codex*.

84) Iohanne XVI. nam Benedictus VII. a. 983 obierat.

Itaque copias contra hostem congressurus parat; exercitum colligit; bellumque Odoni indicit. Odo pudore tactus, a Gallis Belgis subsidia petit. Si adsint, gratiam sese recompensaturum spondet. Illi liberaliter annuunt, fidemque faciunt. Nec minus Flandrenses[a] accersit, ab eisque tutelam petiit, vicem pollicens, si quod petit non abnuant. Illi quoque animo liberali quesita accommodant. Piratis etiam legatos dirigens, copias sibi non negari deposcit. Tempus et locus omnibus constituitur, quo collecti sese conferant. Odo interim suos placat, colligit et incitat. Ratusque Belgas et piratas tempestivos, cum suorum paucis tanta celeritate in Fulconem fertur, ut in certamine plus quatuor milibus pugnatorum non haberet. Castro tamen obsidionem adhibet, armiferosque disponit. Castrenses multo conatu adurget.

Fulconis supplicatio*) Odoni per legatos.

91. Fulco regem morantem non auxiliaturum, et Odonis exercitum intolerabilem ratus, remissiori mox animo habitus est. Itaque per legatos Odonis amicitiam expetit; pro Conani interitu centum pondo[b] argenti sese impensurum mandat; loco militis interfecti, filium suum pro eo militaturum offert; castrum extructum in eius honore sese eversurum, atque a suis evacuaturum; sese quoque ei sponte militaturum, si id regi iniuriosum non foret. Quod quia absque regis iniuria fieri non poterat, eius filio manus per sacramentum daret; itaque fieret, ut ipse cum nato militaret, cum filium suum Odoni pro Conano daret, et sese Odonis filio militaturos committeret. Daturum se etiam fidem sacramento contra omnium causam, praeter regis, et horum quibus speciali consanguinitate carius addictus est, utpote nati, fratris ac nepotum. His Odo perceptis, suorum usus consilio, haec sese excepturum optime mandat, si Namtas Brittanniae urbem dolo captam reddat, et a suis evacuet. Iniuriosum enim id videri, si ablata prius non repetat, et non redditis, cum hoste pacem faciat.

Abiectio**) supplicationis**) ab Fulcone.**)

92. Haec dum exagitarentur, et Odo exercitum suum paulatim augeri arbitraretur, priusquam copias congrediendi haberet, rex cum duodecim milibus affuit, cum Fulconem sex milia suorum stiparent. Quibus mixtis, exercitus armatorum densatus est. Unde et Fulco insolentior factus, quae ante supplex obtulerat spernit. Ut bellum fiat, fervidus instat; et ut vada Ligeris qui eis interfluebat pertranseant, hostemque impetant, hortatur atque suadet. Odo suos ut spoponderant non venisse advertens, eo quod exercitibus colligendis huius temporis brevitas non sufficeret, animo nimis turbato ferebatur. Attamen cum quatuor milibus refragratus, vada Ligeris prohibebat.

85 93. Rex vadi incessu prohibitus, ad Ambatiam[85] castrum reforquet exercitum, quod non procul in eodem litore fluminis inter rupes eminebat, ut ibi transiens et post obliquatus, hostibus a tergo inprovisus adsistat, eosque adurgeat. Odo regis exercitum non sustinens, legatos ei dirigit: hostem suum, non regem sese impetiisse mandans; nec contra regem quicquam moliturum, at contra inimicum. Si rex iubeat, se mox ulterius iturum, et sibi de omnibus satisfacturum. Rex rationis consequentiam advertens, tantum virum absque causa a se laesum, suspectum habebat. Unde et ne penitus a se deficeret, ab eo obsides sub pace sequestra accepit; de omnibus quae ei intenderet, post rationem ab eo auditurus. Unde et exercitum reducens, Parisium devenit. Odo quoque nihil amittens, indempnis Meldim cum suis devenit. *Inde
*fol. 54r. 86 etiam post dies non multos, castrum quod Dunum[86] dicitur, sua dispositurus petiit.

Obitus*) Odonis.*)

94. Unde cum de suis quos sub pace sequestra regi delegaverat, plurima consultatione deliberaret, humorum[c] superfluitate pro temporis immutatione vexatus, in egritudinem quae a phisicis synantica dicitur decidit. Quae cum intra gulae interiora sedem habeat, ex fleumatis reumatismo progressa, tamen aliquando ad maxillas et genas, aliquando ad toracem et pulmones tumorem cum dolore gravi immittit. Quibus tumentibus atque ferventibus excepta initii die, post diatritum, patientem perimit. In hanc igitur Odo lapsus, infestis gulae doloribus circumquaque pulsabatur; arteriarum quoque fervor, sermonis intercisionem operabatur. Nec petiit huiusmodi dolor, capitis superiora, at praecordia pertemptans, pulmonem et epar peracuto dolore stimulabat. Fuit itaque militum luctus, famulorum clamor, feminarum frequens excla-

*) suppli, egatos *abscisa*. **) ectio, lica, is, Fulcone *abscisa*. *) Obi, Odo *abscisa*. a) frandrenses *corr.* fiandrenses *cod.* b) c̄ p̄ *codex*. c) homorum *codex*.

85) Amboise. 86) Dun?

matio, eo quod dominum inconsultum amittebant, et natis dominandi spes nulla relinqueretur, cum reges patri adhuc animo irato perstarent, et Fulco insolentiae spiritu, pacem multifariam turbaret. Et tamen in brevi victurus, regibus legatos celeres misit, qui pro se supplices suasorie rogarent, et pro iniuriis illatis iustissimam[a] recompensationem sponderent. Rex veteranus malorum correctionem ab legatis excipere volens, a filio indignante inhibitus est. Unde et legatorum allegationem penitus asprevit, atque illos immunes redire coegit. Quibus in itinere moram agentibus, antequam redissent die quarta natae synanticae facta, Odo monachus factus defecit, atque sic vitae finem habuit; ad sanctum Martinum delatus, et in loco quod Maius-monasterium[87] dicitur, cum multo suorum obsequio sepultus. 87

995. Iohannes[a] papa Leonem[a] abbatem in[a] Gallias[a] mittit[a] ut[a] Arnulfi abdicationem[a] dissolvat.

95. Per idem tempus cum a Germanorum episcopis domno Iohanni papae per epistolas saepenumero suggestum foret, ut Gerberti Remorum metropolitani promotionem abdicaret, et Arnulfi abdicationem praeter ius factam indignaretur, a papa in Germaniam tunc directus est Leo monachus et abbas, qui vicibus papae potitus, cum episcopis Germaniae atque Galliarum huius negotii et indaginem faceret, et iuditium diligens inde proferret. Qui humanissime ab episcopis[b] exceptus, de habenda sinodo super hoc negotio cum eis tractabat. A quibus Gallorum regibus, Hugoni videlicet eiusque filio Rotberto, legati directi sunt, qui papae mandatum, necnon et episcoporum voluntatem super hoc aperiant, eisque ut cum suis episcopis conveniant, rationabiliter suadeant; locum etiam tempusque quo et quando conveniendum esset a regibus discerent, eorumque animum ex hoc sibi referrent.

Quod[aa] regibus nuntiatum[a] sit, episcopos Germaniae[aa] in sinodum[a] convenire.

96. Legati igitur di ecti sunt. Legatio quoque prolata. Quam etiam reges serenissima mente excipientes, papae et episcoporum mandatis in nullo tunc refragati sunt; sese consilium super hoc quaesituros respondentes, atque aequitatem de omnibus facturos. Legatis itaque abductis, per quosdam regibus indicatum est, Adalberonem Laudunensem episcopum, haec dolo ordinasse; omnino etiam apud Odonem illud pridem pertractasse. Eorum utrumque in voto habuisse, ut Ottonem regem Galliis inducerent, et reges ingenio et viribus foras expungerent. Episcopos quoque Germaniae, ideo convenire, ut dolum quaesitum expleant. Reges itaque fraude percepta, episcopis iam ad locum designatum[a] convenientibus per legatos indicavere, sese illuc non ituros, eo quod suorum praecipuos penes se non haberent, sine quorum consilio nihil agendum vel omittendum videbatur. Indignum etiam sibi videri, si correctioni episcoporum Germaniae suos subdat, cum isti non minus nobiles, non minus potentes, aeque etiam aut amplius sapientes sint. Ipsi ergo si indigent, in Gallias properent, unde volunt edicant. Alioquin, redeant, et sua ut libet curent. Horum ergo res in contrarium relapsa est. Adalbero enim qui horum ministrum sese praebuerat, cum delationis[d] nescius reges moneret, ut occurrentibus obveniret, rex veteranus fraudium non ignarus, Ludovicum Karoli filium ab eo reposcit, quem in captione Lauduni captum, ei custodiendum commiserat. Repoposcit etiam eiusdem urbis arcem, quam similiter commiserat.

Adalbero[a] totius fraudis[a] causa reprehenditur.[a]

97. Quo credita reddere reniso, regii stipatores animo indignante subinferunt: *Cum tu o episcope in perniciem regum et principum, apud Ottonem regem et Odonem tirannum plurima quaesieris, quomodo hic ante dominos tuos reges tam magnifica confingere non vereris? Quid Ludovicum et arcem reddere metuis, si fidem regibus te servasse non dubitas? Quid ergo est credita nolle reddere, nisi contra reges infausta moliri? Evidentissime fidem abrupisti, cum apud Ottonem de regum interitu tractasti, eorumque honorem subruere temptasti. Unde et periurii reatu detineris. Legationem etiam tamquam ab eis missam Ottoni regi pertulisti, ac apud eum dolose ordinasti, ut ipse cum paucis[e] adveniret, et militum multitudinem non longe expeditam haberet. Regibus quoque nostris adversario cum paucis occurrere suasisti, atque nihil mali ex hoc proventurum spopondisti. Hanc etiam collocutionem, utrimque utillimam fieri dicebas, cum hos et illum de communibus et privatis familiariter collocuturos simulabas. Verum aliter tibi visum erat, cum hoc ideo praetendebas[f], ut ab Ottone rege*

*) Iohannes, Leon, in Gal, tit u, dicati, solva *abscisa*. **) Quod, nuntiat, gern, sinodum *abscisa*. *) Adalbero, fraudis, repreh *abscisa*. a) aequissimam *supra posito* iustissimam *cod*. b) e. germaniae *deletum*. c) quem reges designaverant 1. d) proditionis 1. e) p. ad locum quod Mosomum appellatur *delata*. f) praetndebas c.

87) Marmoutier-lez-Tours.

995. *dominos tuos reges comprehendi faceres, regnumque Francorum in ius illius transfunderes, ut tu videlicet Remorum metropolitanus, Odo vero Francorum dux haberetur. Idque tunc nobis omnino patuit, sed ad tempus suppressum fuit. Et ó summae Divi-*
fol. 55. *nitatis miserationem inestimabilem, quantis miseriis erepti, quanto ludibrio subtracti sumus. Instat tempus quo paratae insidiae effectum promittunt. Episcopi etenim sub specie religionis acsi de promotione et abdicatione Gerberti atque Arnulfi episcoporum quaesituri, praemissis legatis adveniunt. Otto quoque rex Metti adest; a quo non longe exercitus collectus praedicatur. Si ergo imus, aut pugnabimus, aut capiemur. Si vero non imus, periurii arguemur. Sed ire reges non expedit, eo quod militum copia sufficiens eis non sit. Periurii vero reatus in te redundabit, cum tu solus regibus nesciis iuratus sis.*

98. Ad haec episcopus erubescens, obmutuit. Quem cum unus suorum his exterritum vidit, contra haec responsurus surrexit, et sic oblocutorem adorsus est: *Horum omnium obiector, mihi loquatur. Adsum qui pro criminato rationem reddo. Unus tantum haec proferat. Caput quoque suum meo obiciat. Arma quoque armis comparet. Necnon et vires viribus conferat.* Hunc pro domino suo insanientem et fervidum, Landricus comes sic alloquitur: *O optime miles, harum ut video fraudium penitus es ignarus. Quae licet te ignorante, tamen ut praedicantur quaesitae sunt. Unde et tempera animum, mitiga fervorem. Belli necessitatem non tibi imponas. Non te impellas, unde ingressus redire non poteris. Sed nunc meo usus consilio, paululum hinc secede; dominumque tuum de his an vera sint, interroga. Si te ad pugnam hortatur, congredere. Si dicit cessandum, furori parce.* Secessit ergo, dominumque vocatum an sic res habeatur interrogat. Episcopus utpote a conscio convictus, rem ita esse quaerenti confessus est. Unde et pugnam inhibuit. Sedato itaque tanto fervore militis, res penitus innotuit. Detentus ergo regum iussu, utpote desertor custodibus datur. Cuius milites mox regibus sacramento alligati sunt.

Synodus quae pro Arnulfo Mosomi habita est. Jun. 2.

99. Dum haec agerentur[a], cum Galliarum episcopi ab regibus prohibiti essent, ut ad sinodum statutam non venissent, episcopi tamen Germaniae ne doli arguerentur si non accederent, statuto tempore Mosomum conveniunt, domni papae legatum secum habentes. Collecti ergo in basilica sanctae Dei genitricis Mariae ordinatim more ecclesiastico consedere, scilicet Sugerus Mimagardvurdensis, Leodulfus Treverensis, Nocherus Leodicensis, et Haimo Virdunensis. Horum medius abbas Leo resedit, vicesque domni papae obtinuit. Contra quos etiam Gerbertus Remorum metropolitanus, qui solus ex Galliarum episcopis regibus etiam interdicentibus advenerat, pro se responsurus ex adverso resedit. Consederunt quoque diversorum locorum abbates, ac clerici nonnulli. Laici etiam Godefridus comes cum duobus filiis suis, atque Ragenerus Remensium vicedominus.

Praelocutio Haimonis Virdunensis episcopi de causa sinodi.

100. Quibus circumquaque silentibus, episcopus Virdunensis eo quod linguam Gallicam norat, causam sinodi prolaturus surrexit: *Quoniam* inquiens *ad aures domni papae sepissime perlatum est, Remorum metropolim pervasam, et praeter ius et aequum proprio pastore frustratam, non semel et bis litteris suggessit, quatinus nobis in unum collectis, tantum facinus iusta lance utrimque pensaremus, et sua auctoritate per nos correctum ad normam reduceremus. Sed quoniam impediente rerum diversitate id facere distulimus, nunc post tot ammonitiones domnum hunc abbatem Leonem et monachum mittere voluit, qui vices suas teneat, et rem memoratam nobis oboedientibus discuciat. Per quem etiam scriptum suae voluntatis allegavit, ut si quid oblivio derogaret, scripto commendatum haberetur. Quod et inpraesentiarum audire utile est.* Et statim protulit scriptum, atque in aures considentium recitavit, quod quia brevitati studemus, et nobis minus fuit accommodum, nostris scriptis inserere vitavimus.

Oratio Gerberti** pro se in concilio** recitata.

101. Post cuius recitationem, Gerbertus surrexit, atque orationem pro se scriptam in concilio mox recitavit. Satisque apud illos luculenter peroravit. Sed hanc addere hic placuit, quod plena rationibus plurimam lectori utilitatem comparat. Cuius textus huiusmodi est[b]:

*) tio, du, e, di *abscisa*. **) Gerberti, io *abscisa*. a) age *abscisum*. b) *Folium assutum, cui oratio inscripta erat, periit; at insero eam ex codice Lugdunensi inter codd. Vossianos N. 54. ubi multo emendatior, quam apud Centuriatores legebatur, extat.*

102. *Semper quidem, reverentissimi patres, hanc diem prae oculis habui, spe ac voto ad eam intendi, ex quo a fratribus meis admonitus, onus hoc sacerdotii non sine periculo capitis mei subii. Tanti erat apud me pereuntis populi salus, tanti vestra auctoritas, qua me tutum fore existimabam. Recordabar praeteritorum beneficiorum, dulcis atque affabilis benivolentiae vestrae, qua saepenumero cum multa laude prestantium usus fueram. Cum ecce subitus*[a] *rumor vos offensos insinuat, vitioque dare laborat, quod magna paratum virtute inter alios constabat. Horrui, fateor; et quos ante formidabam gladios, prae indignatione vestra posthabui. Nunc quia propitia Divinitas coram contulit, quibus salutem meam semper commisi, pauca super innocentiam meam referam, et quonam consilio urbi Remorum praelatus sim edisseram. Ego quippe post obitum divi Otthonis augusti, cum statuissem non discedere a clientela patris mei beati Adalberonis, ab eodem ignorans, ad sacerdotium praeelectus sum; atque in eius discessu ad Dominum, coram illustribus viris futurus ecclesiae pastor designatus. Sed Simoniaca haeresis, in Petri soliditate me stantem inveniens, reppulit, Arnulfum praetulit. Cui tamen plus quam oportuerit, fidum obsequium praebui, donec eum per multos et per me apostatare palam intelligens, dato repudii libello, cum omnibus suis apostaticis dereliqui; non spe, nec pactione capessendi eius honoris, ut mei aemuli dicunt, sed monstruosis operibus territus*[b]*, in effigie hominis latitantis. Non inquam ideo illum dereliqui, sed ne illud propheticum incurrerem:* „Impio praebes auxilium, et iis qui oderunt me amicitia iungeris, et idcirco iram quidem Domini merebaris“. *Deinde sanctionibus ecclesiasticis, per longa temporum spatia peractis, legeque perhemptoria consummata, cum nihil aliud restaret, nisi ut iudiciaria principis potestate coherceretur, et tamquam seditiosus ac rebellis a principali cathedra removeretur, lege Africani concilii, iterum a fratribus meis et regni primatibus conventus et commonitus sum, ut excluso apostata curam discissi et dilaniati susciperem populi. Quod quidem et diu distuli, et postea non satis sponte acquievi, quoniam quae tormentorum genera me comitarentur, omnimodis intellexi. Haec est viarum mearum simplicitas, haec innocentiae puritas, et coram Domino et vobis sacerdotibus in his omnibus munda conscientia.* Exordium. 2 Paral. 19. 2.

103. *Sed ecce, ex adverso occurri calumpniator; vocum novitatibus, ut maior fiat invidia, delectatus obloquitur*: „Dominum tuum tradidisti, carceri mancipasti, sponsam eius rapuisti, sedem pervasisti!“ Partitio.

104. *Itane ego dominum, cuius numquam servus fuerim, cui etiam nullum sacramenti genus umquam prestiterim? Etsi enim ad tempus famulatus sum, fecit hoc imperium patris mei Adalberonis, qui me in Remensi ecclesia commorari praecepit, quoadusque pontificis in ea sacrati mores actusque dinoscerem. Quod dum operior, hostium praeda factus sum, et quae vestra munificentia magnorumque ducum largitas clara et praecipua contulerat, violenta praedonum manus abstulit, meque pene nudum gladiis suis ereptum doluit. Denique postquam illum apostatam dereliqui, vias et itinera eius non observavi, nec quolibet modo ei communicavi. Quomodo ergo eum tradidi, qui, ubi tunc temporis fuerit, nescivi? Sed neque eum carceri mancipavi, qui nunc nuper sub praesentia fidelium testium seniorem meum conveni, ut propter me nec ad momentum*[c] *ulla detineretur custodia. Si enim auctoritas vestra pro me staret, in tantum Arnulfus vilesceret, ut mihi minimum valeret obesse. Quod si contraria mihi, quod absit, sententia vestra decerneret, quid mea interesset, utrum Arnulfus, an alius Remorum constitueretur episcopus? Iam de sponsa rapta sedeque pervasa quod dicitur, ridiculosum est. Dico enim primum, numquam illius fuisse sponsam, quam pro legitima donatione spiritualis dotis collatis ante beneficiis expoliavit, proscidit ac dilaniavit. Necdum sacerdotali anulo insignitus erat, et iam omnia quae denominatae sponsae fuisse videbantur, satellites Symonis vastaverant. Dico etiam, si concederetur quolibet modo illius sponsa fuisse, utique esse desiit, postquam eam pollutam et violatam, et, ut ita dicam, adulteratam suis predonibus prostravit. Num igitur eam, aut quam non habuit, aut quam suo scelere perdidit, illius sponsam rapui? Sedem autem populorum multitudine refertam, advena et* Confirmatio et reprehensio alternatim digestae.

a) subito contrarius *ed.* b) c. diaboli virtutis in *ed.* c) ad monitum *ed.*

peregrinus, nullis fretus opibus, pervadere qui potui? Sed forte apostolica sedes nobis opponitur, tamquam ea inconsulta summum hoc negocium discussum sit, vel ignorantia, vel contumacia. Certe nihil actum vel agendum fuit, quod apostolicae sedi relatum non fuerit, eiusque per decem et octo menses expectata sententia. Sed dum ab hominibus consilium non capitur, ad filii Dei supereminens eloquium recurritur: Math. 5, 29 *„Si oculus inquit tuus scandalizat te“ et reliqua*[a]. *Et fratrem peccantem, coram testibus coramque ecclesia commonitum, et non obaudientem, decernit habendum tamquam ethnicum*[b] *et publicanum. Conventus ergo Arnulfus, et commonitus litteris et legatis episcoporum Galliae, ut a coepto furore desisteret, et, si valeret, quoquo modo se a perditionis scelere purgaret, dum monita salubria contemnit, habitus est tamquam ethnicus et publicanus. Nec tamen idcirco diiudicatus ut ethnicus, ob reverentiam sedis apostolicae sacerdotiique sacri privilegia, sed a se ipso in se ipsum damnationis sententia prolata, hoc solum eum in omni vita sua preclare egisse diiudicatum est; quia nimirum, si eum se ipso damnante, episcopi absolverent, poenam sceleris eius incurrerent.* „Si, *inquit magnus Leo papa*, omnes sacerdotes et mundus assentiat damnandis, damnatio consentientes involvit, non praevaricationem consensus absolvit. Hoc enim Deus omnium indicavit, qui peccantem mundum generali diluvio interemit.“ *Et papa Gelasius:* „Error qui semel est cum suo auctore damnatus, in participe quolibet pravae communionis effecto execrationem sui gestat et poenam.“ *Excluso itaque illo a Remensi ecclesia, mihi reluctanti, multumque ea quae passus sum et adhuc patior formidanti, a fratribus meis Galliarum episcopis hoc honus sacerdotii sub divini nominis obtestatione impositum est. Quod si forte a sacris legibus quippiam deviatum est, non id malicia, sed temporis importavit necessitas. Alioquin tempore hostili omne ius, omneque licitum cavere, quid est aliud quam patriam perdere, et* 38 *necem inferre? Silent equidem leges inter arma; quibus ille feralis bestia O.*[c,88] *ita*[d] *abusus est, ut reverendissimos sacerdotes Dei, quasi villa mancipia caperet, nec ab ipsis sacrosanctis altaribus temperaret, commeatus publicos intercluderet.*

Epilogus. 105. *Redeo ad me, reverentissimi patres, cui specialiter ob salutem pereuntis populi totiusque rei publicae curam mors furibunda cum omnibus suis incubuit copiis. Hinc dira egestas, horreas et apothecas armata manu sibi vindicat; illinc foris gladius et intus pavor, dies ac noctes reddiderunt insomnes*[e]. *Sola vestra auctoritas, ut tantorum malorum levamen fieret, expectata est; quae tantam vim habere creditur, ut non solum Remensi, sed etiam omni ecclesiae Gallorum desolatae, et pene ad nihilum redactae, subsidio esse valeat; quod Divinitate propitia expectamus, et ut fiat, omnes in commune oramus.*

106. Quam perlectam, legato papae mox legendam porrexit. Tunc episcopi omnes cum Godefrido comite qui eis intererat simul surgentes, orsumque seducti, quid agendum inde esset deliberabant. Et post paululum ipsum Gerbertum invitant. Cui cum post aliquot sermones a domno papa corpus et sanguinem Domini, ac sacerdotale officium sub praesentia legati prohibere vellent, ille mox ex canonibus et decretis confidenter astruxit, nulli hoc imponendum, nisi aut ex crimine convicto, aut post vocationem venire ad concilium vel rationem contempnenti. Huic penae non sese esse obnoxium, cum ipse etiam prohibitus accesserit, et cum nullo adhuc crimine convictus sit. Simulque hoc ex Africano et Toletano conciliis asserebat. Sed ne domno papae omnino reniti videretur, a missarum celebratione sese cessaturum usque in alteram[f] sinodum
[f] fol. 55′. spopondit. [f]Et statim his dictis sessum reversi sunt.

107. Quibus considentibus Virdunensis episcopus iterum surgens eo quod sinodi interpres habebatur, ad alios qui episcoporum consilio non interfuere, sic concionatus ait: *Quoniam* inquiens *hoc unde hic agitur, diffiniri nunc non potest, eo quod controversiae pars altera deficit, placet his domnis episcopis ut vobis demonstretur, presentis rationis causam, in aliud tempus transferendam, ut ibi qui intendat, et qui refellat ante iudicem consistant, ut singulorum partibus discussis, recti iudicii proferatur cen-*

a) te erue eum, et proiice illum abs te *ed.* b) hetnicum *c. constanter.* c) Otto *ed.* d) ita hoc tempore *a. ed.* e) illinc f. g. et i. p. d. ac n. r. insomnes *desunt in c.* f) alterām *c.*

88) Odo, Meldensis et Trecensis comes, esse videtur.

sura. Ab omnibus conceditur et laudatur. Destinatur ergo locus Remis apud coeno- 995.
bium monachorum sancti Remigii; tempus quoque die 8. post natale sancti Iohannis baptistae. Quibus constitutis et dictis, sinodus soluta est.

Historiae finis in summa pagina 55'. In pagina 56' alia manu duae Silvestri II. epistolae, pagina 57' demum notitiae aliquot manu Richeri scriptae leguntur, quae pro fundamento operis exigendi habendas esse videntur; sunt autem hae:

Tempore statuto Silvanecti sinodus episcoporum collecta est, ubi etiam inter Ger- 995.
bertum et Arnulfum praesentaliter ratio discussa est sub praesentia Leonis abbatis et monachi legati aliorumque quam plurium. Berta Odonis[a] uxor suarum rerum defensorem atque advocatum Rotbertum regem accepit. Richardus pyratarum dux apoplexia minore periit. Hilduinus quoque vinolentia.

Sinodus quinque episcoporum in monte sanctae Mariae habita est. [Heinricus[91] quoque dux obiit[b]]. Alia item sinodus apud Engleheim indicta est sanctae Agathes festivitate habenda, quae et suo tempore habita est[c]. 996. Febr. 5.

Berta Rotberto nubere volens Gerbertum consulit, ac ab eo confutatur.

Gerbertus Romam ratiocinaturus vadit, ac ibi ratione papae data cum nullus accusaret, alia sinodus indicitur[d].

Hugo rex papulis toto corpore confectus, in oppido Hugonis Iudeis[92] extinctus est.

Rotbertus rex patri succedens, suorum consilio Bertam duxit uxorem, ea usus Oct. 23.
ratione, quod melius sit parvum aggredi malum, ut maximum evitetur. 997.

Rotbertus rex ducta Berta uxore, in Fulconem qui Odonis adversarius fuerat fertur, et ab eo urbem Turonicam et alia quae pervaserat vim recipit.

Rotbertus rex in Aquitania ob nepotem suum Wilelmum obsidione Hildebertum premit.

Gerbertus iterum Romam adit, ibique cum moram faceret, Arnulfus a Rotberto rege dimittitur.

Gerbertus cum Rotberti regis perfidiam dinosceret, Ottonem regem frequentat, et patefacta sui ingenii peritia, episcopatum Ravennatem ab eo accipit. 998.

Gregorius papa[93] tandiu permittit Arnulfo officium sacerdotale, donec in temporibus racionabiliter aut legibus adquirat aut legibus amittat[e].

a) O. *codex.* b) *iterum deleta.* c) *vox obtecta.* d) *Hucusque atramento fusco quo folia codicis* 1—28 *exarata sunt; reliqua atramentum nigrum foliorum* 28—55' *praeferunt.* e) *Hic notitiarum finis. Reliqua pagina vacua remansit, excepta probatione pennae, et hac sententia inferius Richeri manu adiecta:* Libellum quem hoc anno praestitistis, de medicina, et de speciebus metalliorum, quando in armario simul fuimus, mihi transmittite.

91) Heinricus Baioariorum dux a. 995. d. Augusti 27. obiit. 92) *i. e.* a Iudaeis, medicis fortasse, ut de Karolo Calvo Hincmarus scribit. 93) obiit a. 999. die Februarii 18. et die Aprilis 2. proxime sequenti Gerbertus pontificatum Romanum adeptus est.

ACTA CONCILII REMENSIS AD SANCTUM BASOLUM

AUCTORE GERBERTO ARCHIEPISCOPO.

INCIPIT PROLOGUS SINODI REMENSIS[a].

Licet aemuli mei dentes in me exacuant, dictaque et facta proscindere parent, plus tamen amicorum obsequio quam invidorum odio permoveor. Non enim, ubi non erat timor, timere didici, nec amicorum infecta relinquere negotia. Accingor igitur, et summarum quidem genera causarum in Remensi concilio exposita breviter attingam, ut et gestorum veritas innotescat, et quae a summis viris retractata sunt agnoscantur. Peto autem ab huius sacri conventus praelatis, si quid minus grave vel parum comptum expressero, non suae iniuriae sed meae asscribi ignorantiae; ab auditoribus quoque, ne me aliena vel parum dixisse denotent. Siquidem triplici genere interpretationis utendum[b] fore censeo; scilicet ut quaedam ad verbum ex alia in aliam transferantur linguam; in quibusdam autem sententiarum gravitas et eloquii dignitas dicendi genere conformentur[c]; porro in aliis una dictio occasionem faciat, et abdita investigari, et in lucem ipsos affectus manifeste proferri. Quae et si ad plenum assequi non potuero, his tamen modis doctissimorum hominum sententias conabor interpretari. Sed earum amplificationes, digressiones, et si qua eiusmodi sunt, quodam studio refringam, ne odio quarundam personarum potissimumque Arnulfi proditoris moveri videar, quasi ex eius legitima depositione Remense episcopium legitime sortitus videri appetam. Alterius erit hoc operis aliisque implicitum questionibus, cum de propriis, communibus et differentiis episcoporum, archiepiscoporum, vel metropolitanorum[d], patriarcharum, seu primatum, vel etiam Romani episcopi potestate, ut animo concepi, prolixius disputabo.

EXPLICIT PROLOGUS[e]. INCIPIUNT CAPITULA.

1. Qui, et quo, et ex quibus provinciis, episcopi convenerint.
2. Praelocutio Arnulfi episcopi de examinanda Arnulfi causa.
3. Responsio Siguini archiepiscopi de cognitione iudicii.
4. Obiectio Daiberti archiepiscopi et Hervei episcopi.
5. Conquestio Brunonis episcopi.
6. Prosecutio Gotesmanni et Brunonis episcoporum de discussione[f] Arnulfi.
7. Ratbodus episcopus Lotharienses episcopos cirographum Arnulfi reprehendere dicit.
8. Libellus Arnulfi.
9. Arnulfus episcopus eundem libellum in parte vituperat et in parte laudat.
10. Exemplar libelli cuiusdam heretici conversi.
11. Confessio Adalgeri presbiteri.
12. Odo[g] episcopus commonitorium Arnulfi et anathema inducit.
13. Gualterius episcopus ea reprehendit.
14. Guido episcopus aliud anathema inducit.
15. Siguinus archiepiscopus argumentatur, Arnulfum et suos complices dampnatos videri.
16. Exempla canonum de dampnatis qui ministrant.
17. Arnulfi episcopi ammonitio pro defensione Arnulfi.
18. Siguini archiepiscopi anathema pro eadem re.
19. Qui Arnulfum defendere conati sunt, et quibus exemplis.
20. Epistola Stephani archiepiscopi ad Damasum papam.

a) r. G. papae 1. b) indum *corr.* utendum 2. c) *ita* 1. 2. d) metrapolitanorum 1. e) E. p. sinodi remensis 2. f) discusione 1. g) Ǒdo 2.

21. Rescriptum Damasi ad eundem.
22. Ratbodus episcopus decretalem tomum sinodo porrigit pro Arnulfi defensione.
23. Brevis annotatio accusationis et defensionis Arnulfi.
24. Quod iuste captus sit ex Affricano[a] concilio.
25. Exemplar epistolae regis ad Romanum pontificem directae pro causa Arnulfi.
26. Item episcoporum ad eundem.
27. Quid regis et Brunonis episcopi legati Romae egerint.
28. Luculenta oratio Arnulfi episcopi vim tocius sinodi continens.
29. Exempla canonum contra Arnulfum.
30. Arnulfus in sinodum deductus, episcoporum sententiis contradicit; sed Rainerii[b] sententiam non ferens, secessum petit.
31. Sinodus, abiente Arnulfo, in eius crimina capitula annotat.
32. De confinitimis hostium sacerdotibus, qui sine regis licentia legationes agunt.
33. De his qui regibus fidem promissam non servant.
34. De clericis qui capitalia crimina committunt.
35. De confugientibus ad hostes.
36. De his qui, rege superstite, aut sibi aut aliis affuturum provident regnum.
37. De custodia vitae principum.
38. De refugis atque perfidis clericis sive laicis.
39. De clericis vel monachis contra regem periuris.
40. Episcoporum collectio, et Arnulfi confessio, et super eius depositione questio.
41. De Maximo episcopo deposito.
42. De Euticete presbitero.
43. De Ratherio et Petro eiectis.
44. De iniuste depositis.
45. Quomodo Arnulfus deponi debeat.
46. Exemplum de Potamio archiepiscopo deposito.
47. De Egidio et Ebone depositis.
48. De iudicio non innovando.
49. Sequentis diei sinodus.
50. Ingressus regum in sinodum.
51. Arnulfus episcopus praeteriti diei acta breviter recapitulat.
52. Arnulfus episcopus Arnulfi confessionem subhornat, contra Brochardum[c] comitem.
53. Arnulfus a regibus veniam petit, et accipit, modumque abdicationis agnoscit.
54. Libellus abdicationis Arnulfi.
55. Adalgeri presbiteri reclamatio et depositio.
56. Africanum concilium in quo modus Romani episcopi cognoscitur.

INCIPIT SINODUS REMENSIS[d].

1. Anno ab[e] incarnatione domini nostri Iesu Christi 991. indictione quarta, anno regni 5[f]. domni Hugonis augusti et excellentissimi regis Rotberti 4.[g] congregata est synodus in Remensi territorio. Actum est autem magna industria principum, ut quia omnes Galliarum episcopi eò convenire non poterant, propter quasdam regni necessitudines, ii maxime convenirent qui conprovinciales[h] essent; deinde ex vicinis provinciis fama et dignitate honestiores, et qui legatione suarum provinciarum digni viderentur, suorumque fratrum absentiam sua praesentia sustinere possent. Igitur 15. Kal. Iul. collecti sunt in basilica domni Basoli confessoris Remorum quidem diocesanei: Guido Suessonicae[i] urbis episcopus, Adalbero Laudunensis, Herveus Belvacensis, Gotesmannus Ambianensis, Ratbodus Noviomensis, Odo Silvanectensis; ex provincia Biturícensium, quae Aquitanorum esse putatur, Daibertus archiepiscopus; ex provincia Lugdunensium prima: Gualterius[k] episcopus Augustidunensis, Bruno Lingonensis, Milo Matisconensis; ex provincia Senonensium, quae est prima Sequanorum metropolis Remensique provinciae contigua, Siguinus archiepiscopus, Arnulfus Aurelianensis, Herbertus Autisioderen-

a) africano 2. b) retineri 2. *et edd. Francof.* (1*b*) *et Flacii* (2*b*). c) c. b. 2. d) I. s. r. *desunt* 2. e) *deest* 2.? f) *deest* 2. V. regni 1*b*. g) *deest* 1. 1*b*. anno regni domini Othonis augusti nono et excell. regis Hugonis quarto 2*b*. h) prouintia *in* 2. *constanter scribitur*. i) suessionicae 2. k) gualterus 1*b*. 2.

sis. Praeterea diversarum urbium abbates quam plurimi aderant, qui post solitariam episcoporum disputationem residere iussi sunt. Habitaque ratione totius summae synodi, dignitas praelaturae ac potestas quasi iudiciaria stetit penes archiepiscopum Siguinum, quem et aetas et vitae meritum ac scientia commendabat. Arnulfus autem, venerabilis episcopus, ordinis custos ac omnium gerendorum interpres declaratus est, eo quod inter omnes Galliarum episcopos sapientia et eloquentia clarior haberetur. Hunc post expositam allegationem eorum sacerdotum qui minime adesse poterant, postque totius cleri ingressum, quibusdam sententiis pertractatis, hoc modo praelocutum accepimus:

2. *Ita quidem est ut dicitis, reverentissimi patres: nullus tumultus, nullus accusator inprobus, nullus iudex iniquus hoc sanctum concilium agitare debet. Servetur unicuique personae suus locus, debita reverentia; nullusque aut se aut alium praeiudicio gravari putet, cum sit libera facultas, et proponendi, et sciscitandi, et respondendi. Consultationes autem sive deliberationes sic in medio locentur, ut nemo causetur imponi sibi quod nolit, aut eripi quod velit. Sane quoniam me priorem dicere voluistis, dicam quod sentio, in praesentia vestra et cleri nuper admissi*[a], *idque paulo altius repetam, ut res bene digesta melius innotescat. Ego quippe cum inter varios tumultus bellorum pro pace aecclesiae, cui auctore Deo deservio, totis viribus elaborarem, novi nuncii fama, inauditi sceleris rumore, sic subito turbatus sum, ut etiam in vilibus rebus lingua balbutiret, intellectus hebesceret. Ferebatur quippe illa nobilis urbs Remorum dolo proditionis hostibus patuisse, praedae ac direptioni cessisse; sancta sanctorum armata militum acie polluta fuisse. Horum omnium malorum incentor, auctor, quod sine magno dolore animi referre nequeo, is qui tutari debuerat, Arnulfus episcopus nuntiabatur. Sacerdotalis dignitas huius causa impetebatur, vixque erat qui nostro ordini non insultaret. Nunc quoniam religionis amore et studio serenissimi regis nostri domni Hugonis congregati sumus, quaerendum est, quomodo tanta infamia carere possimus, et si frater et coepiscopus noster Arnulfus illata crimina diluere quaerat*[b], *vel crimen regiae maiestatis propulsare. Scitis enim, omnes nos insimulari probro*[b*] *infidelitatis et perfidiae, causa unius. „Si, inquiunt, iustis episcopi utuntur legibus fidissimique suis regibus sunt, cur hominem impurissimum suis legibus non puniunt? Nimirum aliorum flagitia ideo moliuntur celare, ut*[c] *impune liceat eis peccare.“ Absit hoc a vestro sanctissimo coetu! Absit ut contra divinas et humanas leges quemquam moliamur defendere vel dampnare! Dicant tantum qui noverunt seriem gestorum, iique*[d] *suos exponant casus, qui graves ut ipsi asserunt iniurias pertulerunt. Tum si qua contradictio fuerit oborta, discussis partibus ex auctoritate canonum iudicium promulgetur*[e].

3. Tum Siguinus: *Non patiar*, inquit, *discussionem fieri eius qui dicitur esse maiestatis obnoxius*[f], *nisi forte convicto supplicii indulgentia promittatur.* Simulque 31. caput Toletani concilii prolatum est ex eadem[g] re:

Saepe principes contra quoslibet maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt, et quia sacerdotes a Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant regibus fieri iudices, ubi iureiurando supplicii indulgentia promittitur[h], non ubi discriminis sententia praeparetur. Si quis etiam sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, et apud ecclesiam perdat proprium gradum.

4. *Gravissimum vero est*, ait Daibertus, *ideo te iudicem praebere in alienis negotiis, ut cum reum convincis, tu concidas; cum diiudicās, tu dampnatus abeas — Si hoc*, inquit Herveus episcopus, *periculosum est, videte ne sit periculosius iudicia ecclesiastica deinceps a secularibus non expectari. Consequens enim est, ad forensia iura nos protrahi, si divinis legibus in aliquo videmur obniti. At quomodo sine iudicio re linquetur, quod commissum esse constiterit? vel cur contra principem nostrum causabimur, si quod attingere non audebimus, iudiciaria potestate coercebitur*[k]*?*

5. Bruno episcopus dixit: *Nullum certe vestrum aeque turbat tanti discriminis examen. Ego quippe solus ob hunc infelicissimum per ora omnium volito. Ego eum in has miserias praecipitasse videor, qui contra omnium bonorum vota, memet ipsum in pignus obsidis dedi, pro spe conservandae fidei; tanti*[l] *erant apud me regis Lotharii merita, tantumque me carnis affinitas permovebat. Et cum scirem hunc Laudu-*

a) ammissi 1. *constanter.* b) quęat *corr.* quęrat 1. queat 1b. b*) probo *corr. rec. manu* probro 2. c) an 1? d) sique *corr. rec. manu* sicque 2. e) promultetur 2. f) obnixius 2. g) eadem *corr.* euadem 2. h) promittetur 2. i) habeas 1. k) conceditur *edd.* l) Tanta *corr. eadem manu* Tanti 1.

nensis urbis pervasorem, totiusque tyrannicae factionis fuisse principem, sub obtentu[a] *tamen huius honoris, ad meliorem statum vitae attrahere nisus*[b] *sum, ut qui discordiarum et bellorum incentor extiterat, pacis et karitatis ipse iaceret fundamenta. Attendite pacis principia, attendite hominem mala pro bonis reddentem, homines mihi percaros et ad usum vitae multum necessarios, id est unicum fratrem meum comitem Gislebertum, meumque consobrinum comitem Guidonem, cum caeteris quorum amicitia gloriabar, sua simulata captivitate verae captivitati contradidit*[c]. *Me pacis sponsorem in mortis discrimine dereliquit; et o impudens audacia hominis, qui mei, immo sui, et totius aecclesiae homicida, adhuc improba fronte negat, quod negari non potest. Certe ex his quae confitetur, eliciemus ea quae propalare erubescit. Certe in praesentia regum, in praesentia episcoporum, ante ora cleri et populi, sacramento volens obligatus est, se principibus suis adiumento futurum, consilio et auxilio, secundum suum scire et posse, contra Karolum, itemque inimicis dominorum suorum nec consilium nec auxilium se laturum scienter ad eorum infidelitatem, neque pro praeterito aut futuro sacramento se praesens relicturum. Annon erat inimicus Karolus qui regnum pervadere nitebatur? Annon inimici Rotgerus et Mannases, qui clerum et populum eius in aecclesia ipsius armata militum manu ceperant? Hos ipse*[d] *consecretales et primos amicorum esse fecerat; hos eorum bonis ditaverat qui se elegerant, qui sibi principatum contulerant, quibus sine periurio auferre nihil poterat, quos necessario iuvare debebat nisi in se peccarent. At quid peccaverunt? Fidemne promissam servare quod sibi persuadere nisi sunt? Ignoscite fratres, si dolor nimius de gravitate sacerdotali aliquid derogavit, et si orationem finire non sinit, quam vestra intelligentia ex praecedentibus ad plenum comprehendit.*

6. Hic Gotesmannus[e], Ambianensis aecclesiae episcopus, subintulit: *Multa venerabilis pater Bruno prosecutus*[f] *est, quae quanto magis fidem dubiis faciunt, tanto magis reum maiestatis arguunt, ac sacerdotio indignum revincunt. Sed quia paulo ante de periculosa discussione sermo habitus est, velim nosse, quid pater Bruno inde sentiat. Non est enim aequum nos fieri auctores effundendi sanguinis, qui debemus esse auctores salutis.* Et ille: *Sentio,* inquit, *reverendi patres, et hoc vos intelligere quod dicitis, et alterum pudori esse quod tacetis. Nam movent vos*[f'] *divinae leges, movet etiam homo affinitate carnis*[g] *mihi coniunctissimus, utpote avanculi mei regis Lotharii filius: habeo et rependo karitati vestrae multiplices grates. Sed absit hoc a me, ut amori*[h] *Christi amorem sanguinis praeferam, aut ut meo sanguine, quantum in me est, ecclesia Dei polluatur. Ergo, agite, discassionem simul et iudicium aggrediamur*[i], *nec sanguinis effusionem perhorrescite, cum apud benivolentiam principum iuste petita obtinere non difficile sit. Cum hoc maxime sit pertimescendum, ne dum forte uni personae parcere volumus, sicut frater et coepiscopus noster Herveus paulo ante retulit, et eam et omnem aecclesiasticum ordinem sub periculo sanguinis relinquamus. Itaque is presbiter qui urbis portas aperuit, intromittatur si placet, atque gestorum ordinem pandat.* Ab universis dictum est: *Placet.*

7. *Quoniam,* inquit Ratbodus, Noviomensis aecclesiae episcopus, *a multis nostrorum fratrum audio dici, libellum fidelitatis sub specie cyrographi editum ab Arnulfo, ad dampnationem eius posse sufficere, quoniamque Lothariensium quosdam contra hanc scripturam fama est disputare, interim de hac re iudicium tantorum patrum experiri velim, quidque de eo sentiendum sit agnoscere.* Sinodus dixit: *Proferatur in medium.* Prolatus est itaque libellus cyrographi ad hunc modum:

8. *Ego Arnulfus gratia Dei praeveniente Remorum archiepiscopus, promitto regibus Francorum, Hugoni et Rotberto, me fidem purissimam servaturum, consilium et auxilium, secundum meum scire et posse in omnibus negotiis praebiturum, inimicos eorum nec consilio nec auxilio ad eorum infidelitatem scienter adiuturum. Haec in conspectu divinae maiestatis, et beatorum spirituum, et totius aecclesiae assistens promitto, pro bene servatis laturus praemia aeternae benedictionis. Si vero, quod nolo et quod absit, ab his deviavero, omnis benedictio mea convertatur in maledictionem,*

a) optentu 2. b) visus 1. c) contra dedit *corr.* contradidit 2. d) iste 2. e) godesmannus 2. f) prosecutus 2. persecutus 2b. f') nos *corr.* vos 1. g) carius 1? h) amore 2. i) aggrediamur *corr.* aggrediatur 2.

et fiant dies mei pauci, et episcopatum meum accipiat alter. Recedant a me amici mei, sintque perpetuo inimici. Huic ergo cyrographo a me edito in testimonium benedictionis vel maledictionis meae subscribo, fratresque et filios meos ut subscribant rogo. Ego Arnulfus archiepiscopus subscripsi[a].

9. Quo perlecto[b], Arnulfus Aurelianensis aecclesiae venerabilis episcopus subiunxit: *Habet, inquam, haec scriptura maximam vim reprehensionis; habet etiam subtiles defensionis vires, habita ratione personarum. Nam eius auctor Arnulfus detestabilis est, eo quod ob inmensum ambitum affectati honoris inauditum saeculo prius monimentum sui detestabile reliquit. Qui vero commentati sunt, rem utilem ac necessariam fecisse visi sunt, ut si aliquando fidem promissam pernegare vellet, scriptura contra se testis existeret, et si deviaret ipse contra suam professionem et subscriptionem veniens, honore se privaret; et ne forte peccans nomine summi pontificis diutius defenderetur, ipse summus pontifex sententiam suae dampnationis in se dixisse visus est. Sed quia presbiter adest, finem dicendi faciam, ut ipsi locus pateat.* Interim tamen dum presbitero standi locus eligitur, significabat sibi assidentibus, quendam episcopum, ex heresi ad fidem catholicam conversum, beato Gregorio similem libellum porrexisse; sed hoc interesse, quod hic Arnulfus malarum causarum rationibus permotus sit, id est[c] perfidia et cupiditate, ille autem optimarum[d], id est fide catholica et amore habendi Deum. Erat vero ibi ita scriptum inter cetera:

10. *Et ideo postquam, comperto divisionis laqueo quo tenebar, diutina mecum deliberatione pertractans, prona et spontanea voluntate ad unitatem sedis apostolicae divina gratia duce reversus sum; ne*[e] *non pura mente sed simulate reversus existimer, spondeo sub ordinis mei casu et anathematis obligatione, atque promitto tibi, et per te sancto Petro apostolorum principi, atque eius vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me numquam quorumlibet suasionibus, vel quocumque alio modo, ad scisma de quo Redemptoris nostri misericordia liberante creptus sum, reversurum, sed semper me in unitate sanctae aecclesiae catholicae et communione Romani pontificis per omnia permanere. Unde iuratus dico per Deum omnipotentem, et haec sancta quatuor*[f] *euangelia quae in meis manibus teneo, et salutem geniumque Mauricii atque Theodosii dominorum nostrorum rei publicae gubernatores, me in unitate sicut dixi aecclesiae, ad quam Deo propitio sum reversus, et communione Romani pontificis semper et sine dubio permanere. Quod si, quod absit, aliqua excusatione vel argumento ab hac me unitate divisero, periurii reatum incurrens aeternae poenae obligatus inveniar, et cum auctore scismatis habeam in futuro saeculo portionem.*

11. Adalgerus: *Scio me,* inquit, *non magnam habiturum expectationem in dicendo, reverentissimi patres, cum omnia quae pro defensione mea dicturus sum, contra me fortasse videantur. Hoc enim et in initio intellexi, cum Dudo, Karoli miles, ut huius proditionis auctor existerem, machinatus est; cui cum responderem, cur ex tanta massa hominum ego clericus et sacerdos potissimum eligerer, ut seniorem et episcopum meum traderem ob causam Karoli ad quem nihil attinebam, primum socordiam et fatuitatem hominum me scire dicebat; meum autem ingenium, prudentiam, animi magnitudinem, miris laudibus extollebat; denique ipsum meum seniorem hoc ita velle, sibique ita praecepisse. Cui cum fidem quasi spopondissem, non tamen satis tutum fore hoc mecum reputabam, nisi ex ipsius senioris ore non bene credita per memet ipsum sine interprete recognoscerem; eius amor, eius imperium me in has praecipitavit miserias. Quaerebam tamen ex eo, cuiusnam fretus auxilio imperata perficerem, et si*[g] *sibi pertimescendum foret? Qui cum Karolum sibi patruum esse dixisset, Mannasen*[h] *quoque et Rotgerum sacramenta quae voluerit praestitisse, avunculum suum Rotbertum, Karoli servum, comitem fidissimum fore designavit, cum aliis quibusdam. Et ut hoc factum sub specie honesti tegeretur, manus et sacramenta simul Karolo praebui, sed iussu ipsius; claves urbis accepi, sed a manu ipsius; portas aperui, sed illius praecepto. Haec si quisquam vestrum*

a) *vocem ex Richero supplevi.* b) perfecto 2. peracto 2*a*. c) id . . . id 2. d) opt. *corr.* obt. 2. e) nec 1.
f) quattuor 2. g) *deest* 1. h) manassem 2.

aliter esse putat, meque indignum cui credatur, credat igni, ferventi aquae, candenti ferro; faciant fidem tormenta, quibus non sufficiunt mea verba; ipsi hostes mei, quibus nuper invisus esse coepi, testimonio erunt, cum suo me beneficio vivere comprobabunt; quando vestrum anathema perhorrescens, eorum tunc miseratione gladios Richardi, fratris episcopi, vix evasi, hanc meam confessionem expavescentis.

12. Ad haec Odo episcopus Silvanectensis: *Bene nunc,* inquit, *anathema in memoriam redit. Pater enim Arnulfus hunc nostrum Arnulfum in cyrographo se dampnasse dixit; nos autem quoddam scriptum ab eo in tempore ipso accepimus per manus Guidonis venerabilis episcopi; in quo et confessio sui facti et dampnatio ipsius contineri videbatur; quod in praesenti iubeat recitare sanctitas vestra.* Synodus dixit: *Recitetur.* Recitatum est itaque in hunc modum: *Arnulfus gratia Dei archiepiscopus, commonitorium*[a] *praedonibus Remorum. Quid tibi vis praedonum Remensium scelerata manus? Nichilne te movent pupilli et viduae lacrimae? Nec advocatus eorum, velis nolis Dominus tuus, ipse testis, et iudex, et gravis ultor, cuius iudicium non effugies? Vide quid ante oculos ipsius egeris: sanctam pudicitiam virginum non erubuisti; matronas etiam barbaris verendas nudas reliquisti; orphanum et pupillum non respexisti. Parum tibi hoc; accessisti ad templum matris Dei, cunctis mortalibus reverendum. Eius atrium perfregisti, polluisti, violasti. Quod oculi ibi viderunt, concupiisti*[b]*. Quod manus attrectare*[c] *potuerunt, rapuisti. Et nos quidem contra divinum ac humanum ius misericordia abutentes, quod cibi et potus abstulisti, non indulgemus, sed propter impia tempora non exigimus. Exigimus autem reliqua omnia quae pollutis manibus pervasisti, ac retines. Redde ergo, aut sententiam dampnationis in pervasores rerum ecclesiasticarum a sacris canonibus promulgatam, eamque*[d] *in te latam multotiensque ferendam excipe:* „ANATHEMA IN PREDONES[e]. *Auctoritate omnipotentis Dei Patris, et Filii, et Spiritus sancti, interveniente et adiuvante beata Maria semper virgine, auctoritate quoque ac potestate apostolis tradita nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, maledicimus, dampnamus, et a liminibus sanctae matris aecclesiae separamus vos Remensium praedonum auctores, factores, cooperatores, fautores, a propriis dominis rerum suarum sub nomine emptionis abalienatores. Obtenebrescant oculi vestri qui concupiverunt, arescant manus quae rapuerunt,* [*debilitentur omnia membra quae adiuverunt*[e]]. *Semper laboretis, nec requiem inveniatis, fructumque laboris vestri privemini; formidetis et paveatis a facie persequentis, et non persequentis hostis, ut tabescendo deficiatis. Sit portio vestra cum Iuda traditore Domini in terra mortis et tenebrarum, donec corda vestra ad plenam satisfactionem convertantur. Hic autem sit modus plenae satisfactionis, ut omnia iniuste ablata praeter cibum et potum propriis dominis ex integro restituatis, coramque Remensi ecclesia poenitendo humiliemini, qui sanctam Remensem ecclesiam reveriti non estis; nec*[f] *cessent a vobis hae maledictiones scelerum vestrorum persecutrices, quamdiu permanebitis in peccato pervasionis. Amen. Fiat. Fiat*".

13. Quo perlecto, Gualterius Augustidunensis aecclesiae episcopus: *Quidnam*[g], inquit, *hoc portentum est? Satisne sanae mentis est hic episcopus, qui pro iactura vilissimae supellectilis*[h] *reos dampnat, super sui autem et cleri et populi captivitate tacet. Pro pauperum tuguriis forte magis carie*[i] *quam vi ruentibus anathematizat, et pro templo Dei per orbem terrarum famosissimo nihil dicit? Nempe omnis terrena creatura homine vilior est, et omne manufactum aedificium templo Dei vilius. Sed quia*[k] *forte apostolus dicit: „Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi,"* Rom. 12, 20. *tamquam pietate usus praedonibus cibum et potum indulget, attamen ab auro et argento deterret. Quid hoc ad pauperes Christi? Certe ii aurum et argentum non perdiderunt, quia non habuerunt; sed cibum et potum, quem ad usum vitae non sine magno labore conquisiverunt. Ecce audistis fratres argumentum perditi hominis, pauperum necatoris, praedonum nutritoris. Intellexistis quia ad hoc voluit capi, ut sua simulata captivitas veram nobilium efficeret captivitatem. Ideo sacrilegos a communione non arcet, quia se auctorem sacrilegii esse cognoscit. Nec sic*[l] *tamen evadit, dum auctores,*

a) commonitorum 2. b) concupisti 1. concupivisti 2. c) attractare 2. d) eam 1. e) a. i. p. *desunt* 2. e*) *Haec desunt* 1. f) ne 1. g) quodnam 2. h) supp. 2. i) *glossa* id est putredine 1. *in margine ipso vocabulo erasa* carię 2. k) f. q. 2. l) *deest* 1.

inventores, factores, cooperatores, fautoresque simul permiscet. Ipse enim auctor, cuius consilio et imperio proditio facta est; ipse factor et cooperator, ut per quendam sapientem dicitur: „Comites illi tui, manus erant tuae;“ ipse fautor, qui usque in praesens tacendo consensit, et ut fama est magnis insuper beneficiis cumulavit. Tendit materia haec in inmensum; sed contraho sermonem qua possum brevitate, ne videar quasi criminales dictare.

14. Guido episcopus: *Si in propriis conscriptionibus, ubi cavere sibi potuit Arnulfus, ita lesus est, quomodo in proxima sinodo Silvanectis habita dampnatus non est? Conveneramus quippe in unum nos omnes qui hic adsumus Remorum diocesanei, conquestum sanctam Remensem aecclesiam, nostrarum omnium matrem, desolatum iri. Metropolitanus noster cum clero et populo teneri ab hostibus praedicabatur. Rumor tamen ab eo factae proditionis frequens erat. Itaque nostrorum conprovincialium communi consultu, statuimus anathema in reos, quod nullus aliquo modo se occultans subterfugere posset. Eius exemplar*[a]*, si placet, proferatur.* Prolatumque est in hunc modum:

ORATIO INVECTIVA EPISCOPORUM REMENSIS DIOCESEOS VICE DECRETI HABITA SILVANECTIS.

Quousque se extendet effrenata licentia vestra, alterius proditoris Iudae satellites? Ad quem finem scelerum progredietur incoepta audatia vestri ducis? ducis dicimus Adalgeri presbiteri, qui nomen sacerdotalis dignitatis suo nomine polluit. Te igitur interpellamus, funeste presbiter; quid tibi visum est post illa cruenta arma, quibus te Lauduni exercuisti, ut iterum vilis apostata factus, Arnulfum Remorum archiepiscopum traderes, cum ante eum velut fidissimus custos cubares, conviva assiduus esses, consilia disponeres, sacrosancta administrares? Num rigorem aecclesiasticae severitatis, vel iudicium omnipotentis Dei effugere te putasti? Urbis portas aperuisti, hostes introduxisti, venerabile templum matris Dei atque ipsis barbaris reverendum, velut hostium castra oppugnasti. Num etiam vos praedonum maxima portio, qui aecclesiae ingentibus beneficiis eratis obligati, qui dicitis: „Haereditate possideamus sanctuarium Dei,“ qui signa militaria, loricati et galeati, cum scutis et lanceis ante aram beatae Dei genitricis intulistis; qui pollutis manibus pastorem cum clero et populo intra sancta sanctorum comprehendistis, custodiae distribuistis, carceri mancipastis, et adhuc retinetis; num inquam vos divina iura effugietis? Vos quoque, quorum dolo et fraude, consilio et auxilio, tantum scelus factum est, cum his[b] *qui principes tanti facinoris fuerunt consociandi estis, ut poenam peccati simul feratis, qui in*[c] *causa peccati simul conspirastis, bonaque civium Remensium praedones impiissimi velut sub hasta distraxistis. Nec etiam vos abesse debetis, qui in Adalberonem Laudunensem episcopum non minus levia perfecistis; et ut pullulantem*[d] *heresim rescindamus, quae dictitat omnia licere Karolo etiam in sacris locis, Remensem simul ac Laudunensem aecclesiam, utramque sacrilegio quamvis dissimili pollutam, a sacris removemus officiis, donec legitime reconcilietur utraque. Et ne quis nos talibus monstris hominum favere, talibus negotiis assensum praebituros putet, sed pro fide qua vivimus omnibus expositos periculis, sententiam nostram ita confirmamus, stabilimus, corroboramus: „ANATHEMA IN REOS. Auctoritate omnipotentis Dei Patris et Filii et Spiritus sancti, interveniente et adiuvante beata Maria semper virgine cum omnibus sanctis, auctoritate quoque ac potestate apostolis tradita nobisque relicta, excommunicamus, anathematizamus, dampnamus, et a liminibus sanctae matris aecclesiae separamus, Adelgerum presbiterum, diaboli membrum, episcopi cleri et totius populi Remensis traditorem; eos quoque qui huius traditionis extiterunt inventores, auctores, factores, cooperatores, fautores, civiumque depopulatores et a propriis dominis rerum suarum sub nomine emptionis abalienatores. His adiungimus Laudunensis episcopii pervasores, ac ipsius episcopi gravissimos tortores. Fiat illis sicut scriptura dicit: „Qui dixerunt haereditate possideamus sanctuarium Dei, Deus meus, pone illos ut rotam, et sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit silvam, et sicut flamma comburens montes; ita persequeris eos in tempestate tua, et in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia, et quaerent nomen tuum Domine. Erubescant et conturbentur in saeculum*

Psal. 82, 11—19.

a) exē 1 b) iis *corr.* his 2. c) *deest* 1. d) pulul. 2.

saeculi, et confundantur et pereant. Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus in omni terra.“ Et quia pupillum et viduam non miserati sunt, neque templa Dei reveriti, dominiumque aecclesiarum sibi usurpaverunt, fiant filii eorum orphani et uxores viduae, scrutetur foenerator omnem substantiam ipsorum, et diripiant alieni labores illorum. Nutantes transferantur filii eorum, et mendicent, eiciantur de habitationibus[a] suis. Fiant dies eorum pauci, et principatum eorum accipiat alius. Et duplici contricione contere eos domine Deus noster, nisi resipiscant et aecclesiae catholicae fructuosa poenitentia satisfaciant. Amen. Fiat. Fiat.

15. Siguinus archiepiscopus: *Pervenit hoc scriptum ad notitiam Arnulfi? —* Dictum est pervenisse. — Subiunxit: *Suspendit se post ab[b] eorum communione quos iustissime dampnatos accepit? — Immo,* inquiunt, *eos omni fidelium communione dignos habuit. — Ego,* inquit, *non satis admirari queo super eius[c] audatia. Primum ipse praedones suos a communione removit eisque modum dampnationis praescripsit, ut omnia iniuste ablata restituerent[d], coramque Remensi aecclesia humiliarentur, qui sanctam Remensem aecclesiam reveriti non essent; et sicut paulo ante a quibusdam fratribus mihi relatum est, restitutio amissarum rerum aut vix ulla facta est aut nulla; poenitentia autem a nullo publice suscepta, ob facinus publice admissum. Occulte autem qui potuit, cum scriptum sit: „Qui publice peccat publice poeniteat?“ vel quomodo pro vili supellectile[e] reos dampnavit, sicut frater et coepiscopus noster Gualterius paulo ante retulit, pro violata ecclesia a communione nullum removit? An vile putavit esse crimen, quod divinae leges per se totum ulcisci posse non putant, nisi ad humana iura transfundant? Sic enim scriptum est in Toletano[f] concilio capitulo* 10: *„Nullo teneantur eventu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserunt claustris. Si quis autem hoc decretum violare temptaverit, et ecclesiasticae excommunicationi subiaceat, et severitatis regiae ferietur sententia.“ Ecce hic plane dicitur, quod ab episcopis excommunicandi sint hi sacrilegi, et a rege digna pro meritis poena animadvertendi. Sed quis episcopus absolvere potest, nisi poenitentem[g] et digna satisfactione veniam postulantem? At hi quando satisfecerunt ut absolvi possent, cum neminem revera captum abire liberum siverint? Sed esto; Arnulfus eos absolverit; cur ergo clericus eius Raineri[h] vicedomini filius retentus est? Si per vim factum est, et Arnulfo invito, in crimine sacrilegii permanentes, etiam ab idoneo episcopo absolvi non potuerunt. Si autem eo consentiente, obligationem pro absolutione ab obligato acceperunt. Item esto; Arnulfus eos absolverit. Quomodo id sine suorum clericorum praesentia potuit? At eos non interfuisse constat dum absolverentur. Interfuerunt autem dum obligarentur. Irrita igitur habenda est, quae sollempnis debuit esse, si in abditis absolutio facta est. Scriptum quippe est in concilio Cartaginis capitulo* 23., *ut episcopus nullius causam audiat absque praesentia clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi clericorum praesentia confirmetur. Et quia scriptum est: „Impius cum in profundum peccatorum venerit, contempnit,“ tantorum scelerum ipse sibi conscius, sacrosancta tractare non erubuit, in aecclesia quam fratres et coepiscopi nostri Remorum dioceseos nostro consultu a communione suspenderant iustissimis de causis. Quapropter, si placet, capitula canonum super his perquirantur, ut nemo causetur, hunc nostro, sed sanctorum patrum dampnatum esse iudicio.* Synodus dixit: *Placet, perquirantur.* Perlatae sunt itaque in medium hae sententiae: Prov. 18, 3.

16. *De dampnatis et ministrare temptantibus ex concilio Antioceno capitulo*[i] 4. Si quis episcopus dampnatus a synodo, presbiter aut diaconus a suo episcopo, ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, sive episcopus iuxta praecedentem consuetudinem, sive presbiter aut diaconus, nullo modo liceat ei nec in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes ei omnes abici de aecclesia, et maxime si, posteaquam didicerint adversum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare temptaverint. *Item:* Si quis excommunicatus ante audientiam communicare praesumpserit, ipse in se dampnationem protulit. *Ex concilio Cartaginis cap.* 29. Item placuit universo concilio, ut qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu, sive episcopus sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis suae ante audientiam communionem praesumpserit, ipse in se dampnationis iudicetur protulisse sententiam. *Ex concilio Cartaginis cap.*[k] 13. Ut episcopus qui contra suam professionem in concilio habitam venerit, deponatur. Si quis contra professionem vel subscriptionem suam venerit in aliquo, ipse se honore privabit.

a) de h. *desunt* 1. b) hab 1. c) huius 2. d) restituerant 2. e) supp. 2. f) toletanio 2. g) poenitentia 2. h) reineri 2. i) kapitulo 2. k) *deest* 1

17. Arnulfus episcopus dixit: *Quamvis haec ita se habeant, reverentissimi*[a] *patres, certumque sit hunc Arnulfum omnium patrum concordibus dampnari sententiis, tamen ne in invidiam adducamur, admoveantur*[b] *si qui sunt studiosi eius defensionis, habeantque locum contradicendi, suumque Arnulfum quomodolibet defensandi. Sitque hoc nostrum edictum sub disciplina aecclesiastica, ita ut nullus deinceps excusandi pateat locus. Excuset nunc, qui eum iustas putat habere causas. Hic clerus ipsius adest; hic abbates scientia et eloquentia non ignobiles. Erigant iacentem, attollant humiliatum; et si iniuste deiectum existimant, qua iustitia reformari debeat edoceant. Non enim in ruina fratris et consacerdotis nostri laetari nobis fas est, nec quisquam iniuriam*[c] *sui ducet, si ea quae contra Arnulfum dicta vel facta sunt, veracibus cognoverit refelli assertionibus.*

18. Siguinus archiepiscopus dixit: *Sicut frater et coepiscopus noster venerabilis Arnulfus peroravit, auctoritate Dei patris omnipotentis et Filii et Spiritus sancti, adiuvante beata Maria semper virgine cum omnibus sanctis, auctoritate quoque huius sacri conventus, praecipimus, ut nemo in hac synodo silentio tegat, quae pro defensione Arnulfi putaverit esse idonea, vel si ea quae circa ipsum facta sunt, reprehensione digna existimat. Nec deinceps alicui licentia*[d] *pateat refricandi aut remordendi, quod hoc sacrosanctum*[e] *concilium decreverit, qui se nunc defensioni subduxerit, cum utique et ex tanto tempore excurrere*[f] *potuerit, et nunc ei omnis copia dicendi adsit. Sed nec occasione insidiarum sibi quisquam blandiatur, cum sciamus, principes nostros omnibus licentiam absque iniuria veniendi et causas proprias exponendi quae vellent concessisse. Sit accusatoribus sive obtrectatoribus, tam praesentibus quam futuris, vel contra Arnulfum, vel contra nos, testis conscientia praesens, qua in extremo examine quisque diiudicandus est; sit nobis iudicantibus praesens forma Christi in ultimo iudicio*[g] *iudicantis; habeant defensores exemplar misericordiae, qua misericordibus miserendum est.*

19. Hic cum ab universis patribus pronuntiatum esset: *Placet, placet, hoc edictum patris Siguini!* stupor se quam plurimis infudit, qui pertinaci episcoporum sententia Arnulfum dampnandum fore putabant. Quosdam autem spes defendendi in magnam animi alacritatem perduxit. Et suae quidem aecclesiae filii accusare nolebant, pudore permoti; defendere autem minime praesumebant, conscientia simul et anathemate devincti. Sed aderant acerrimi defensores, scientia et eloquentia insignes, Iohannes scolasticus Autisioderensis, Romulfus abbas Senonensis, Abbo rector coenobii Floriacensis, ignorantia praeteritorum gestorum pressi, et anathemate ad dicendum provocati.

Facto itaque silentio, diversarum partium multiplicia librorum volumina subito apparuerunt. Multa denique in medium prolata, multa inter considentes[h] collata, ingens spectaculum praebuerunt; inprimisque Stephani archiepiscopi et trium conciliorum epistola ad Damasum perlecta est; itemque Damasi responsio continuata in hunc modum:

20 i. *Quod*[k] *epi coporum et summorum negotiorum ecclesiasticorum causae semper ad sedem apostolicam sint referendae.* Domino beatissimo et apostolico culmine sublimato sancto patri patrum Damaso, papae et summo omnium praesulum pontifici, Stephanus archiepiscopus concilii Mauritaniae et universi episcopi de tribus conciliis Africanae provinciae. Notum vestrae facimus beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet episcopos, vobis inconsultis[l] proprio deicere moliuntur gradu; cum vestrae sedi episcoporum iudicia[m] et summorum finem ecclesiasticorum negotiorum, in honore beatissimi Petri, patrum decreta omnium cunctam reservare[n] sententiam, inquirendi reverentia, de Dei rebus, quas omni cura et sollicitudine observare debemus. Maxime vero debent ab ipso praesulum examinari vertice apostolico, cuius vetusta sollicitudo est tam mala dampnare, quam relevare laudanda. Antiquis enim regulis censitum est, ut quicquid horum quamvis in remotis vel in longinquo positis ageretur provinciis, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almae sedis vestrae fuisset deductum, ut eius auctoritate iuxta quod fuisset pronuntiatum firmaretur, et reliqua multociens, talia et his similia quae super his constituta sunt. Quibus si inlicite factum est, ut semper vestrae sedi consuetudo fuit, festinanter occurrite, et pro his viriliter ut pater pro filiis certantes state. Sicut bene ad Iesum filium Sidrach[o] dictum est: „Usque ad mortem certa pro veritate, et semper dominus Deus tuus pugnabit pro te.“ Accipere enim personam impii, non est bonum, ut declines a veritate iudicii. Si[p] minus inlicita sunt haec, pateat nobis talis omnibus licentia, beatissime pater, aut si liceat hos vel aliquos etiam minorum graduum clericos, nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus aut absque veris et innocentibus testibus, vel nisi manifeste canonice convictos aut sponte confessos, vel a suis sedibus eiectos, aut suis rebus expoliatos vocare ad synodum vel dampnare; quia legimus eos non posse canonice ad synodum[q] ante suam diu tenendam et gubernandam iuribus scilicet pleniter resumptis restitu-

Eccl. 7, 33.

a) reuerendissimi 1? b) admoneantur 2. c) in i. 2. d) scientia 2. e) sacrosancto 1. f) occurrere 2. g) iuditio 2. h) consedentes 2. i) *divisio nonnisi post* referendae *legitur in* 2. k) Quid 2? l) i. a p. 2. m) iuditia 2. *saepius.* n) *i. e.* reservarunt. o) sirach 2. p) sin 2. q) s. vocari a. 2.

tionem vocari[a] [suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrime[a*]] aut[b] ut veniant ad sinodum nisi sponte voluerint imperare; et reliqua.

21. *Item epistola Damasi ad eundem Stephanum et ad concilia Africae, quod episcoporum iudicia et maiores causae non aliter quam auctoritate[c] sedis apostolicae sint terminandae.* Damasus servus servorum Dei atque per gratiam eius episcopus sanctae catholicae aecclesiae urbis Romae, Stephano archiepiscopo concilii Mauritaniae, et universis episcopis Africanae provintiae. Lectis fraternitatis vestrae litteris, primo gratias ago, quod tantorum fratrum merui benedictione frui; deinde quod circa fratres sollicitos vos repperi, et cum eis crucem Domini deferre qui ait: „Qui vult venire post me, abneget semet ipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me," et reliqua ad hunc modum pertinentia. Igitur quoniam in praesenti oportune gestorum consultatione apostolicis vestra beatitudo visceribus commota, nos ortata[d] est tuitionem fratrum apostolica impendere auctoritate et eorum iniuriis subvenire, dum constet, vos eadem cum apostolo compassibiliter[e] dicere: „Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandilizatur, et ego non uror?" satagentes, ne aliquis de his qui nobis crediti sunt, a saevis bestiis laceretur aut capiatur; pro qua re oportet iuxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundum Domini divinam praeceptionem, nos qui supra domum eius, hoc est universalem catholicam aecclesiam, episcopale suscepimus ministerium, sollicite vigilare, ut ne quid de sacris eius muneribus, id est apostolici iuris, apostolorumque successoribus atque ministris, quisquam nobis dormitantibus valeat supprimi atque iniuste nobisque inconsultis dampnari; — scitis, fratres karissimi, firmamentum a Deo fixum et immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium episcoporum, apostolicam sedem esse constitutam, et verticem aecclesiarum. Tu es enim," sicut divinum pronuntiat veraciter verbum, Petrus, et super firmamentum tuum aecclesiae columnae, qui episcopi intelleguntur, confirmatae sunt; tibi et claves regni coelorum commisi[f], atque ligare et solvere potestatem quae in coelis sunt et quae in terris promulgavi. Tu profanatorum hominum et membrorum meorum maximeque meorum discipulorum existis ut princeps, et doctor orthodoxae et immaculatae fidei; cuius vice hodie gratia Dei legatione pro Christo fungimur, et omnes huius sanctae sedis praesules eius vicem gesserunt, gerunt, et gerent. Ideo omnia quae innotuistis, non licere mandarem, nisi vos tam pleniter instructos esse scirem, quod cuncta super quibus consulitis[g], inlicita esse non dubitetis. Discutere namque episcopos et summorum aecclesiasticorum causas negotiorum metropolitanos, una cum omnibus suis comprovintialibus, ita ut nemo ex eis desit, et omnes in singulorum concordent negotiis, licet; sed definire eorum atque aecclesiarum summas querelas causarum, vel dampnare episcopos, absque huius sanctae sedis auctoritate minime licet; quam omnes appellare, si necesse fuerit, et eius fulciri auxilio oportet. Nam, ut nostis, sinodum sine eius auctoritate fieri non est catholicum, nec episcopus[h] nisi in legitima synodo et suo tempore apostolica vocatione congregata, definite dampnari potest; neque ulla umquam concilia rata leguntur, quae non sunt fulta apostolica auctoritate. Accusatores autem clericorum et testes, super quibus rogitastis, absque ulla infamia aut suspicione[i] vel manifesta macula et verae fidei pleniter instructi esse debent; et tales, quales ad sacerdotium eligere divina iubet auctoritas. Quoniam sacerdotes, ut antiqua tradit auctoritas, criminari non possunt, nec in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt provehi honorem. Vocatio enim ad synodum iuxta decreta patrum canonica eius qui impetitur[k], tam sua praesentia quam et scriptis atque apocrisiariis, per spacium fieri debet congruum atque canonicum; quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore et canonica ordinatione, licet venerit ad conventum quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus; quoniam nec saeculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis divinae? De eiectis vero atque suis rebus expoliatis nihil vobis verius significare queo, quam sancti patres definierunt, et nostri praedecessores apostolica auctoritate roboraverunt. Ita enim haec se habent. Episcopos eiectos, atque suis rebus expoliatos, aecclesias proprias primo recipere, et sua omnia eis legaliter reddi, sancti canones decreverunt; et postea si quis eos accusare vellet, aequo periculo facere sanciverunt; iudices esse[l] decernentes episcopos, recte sapientes, et iuste volentes ad tempus; dinque illis resumptis iuribus[m] et suis potestative fruentibus rebus, amicisque et Dei servis sapientibus consulentibus viris in ecclesia convenientes, ubi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur; et reliqua ad hunc ordinem pertinentia, quae prolixitatem vitantes hic non inseruimus, quia his sufficere credimus. Si quis autem his non est contentus, legat ea et saciabitur. Scimus enim, homines inermes non posse cum armatis rite pugnare. Sic nec illi qui eiecti, vel suis bonis sunt expoliati, cum illis qui in suo stant statu, et suis fruuntur amicis atque bonis, litigari rite possunt. Nec saeculi quoque leges haec saecularibus fieri permittunt; sed prius eiectos vel oppressos aut expoliatos cum suis omnibus restitui iubent, et postea suo tempore, sicut lex eorum continet, ad placita venire praecipiunt; nec ulla carceris custodia appellantem arceri permittunt. Docent enim ex parte, sicut nostis, terrena, quae sunt coelestia. Accusatores vero et accusationes, quas saeculi leges non adsciscunt, nullatenus sunt in horum admittendae causis; quia omne quod inreprehensibile[n] est, catholica defendit aecclesia; et hoc a maioribus definitum esse, propter pravorum hominum insidias non dubitatur. Decet enim Domini sacerdotes fratrum causas pie tractare, et venerabiliter intendere[o] atque eorum iudicia super sacrificia ordinare, ne proterve aut tyrannica dominatione, ut de quibusdam refertur, sed caritative pro Deo et fraterno amore cuncta peragere, et quod sibi quis fieri iuxta dominicam vocem non vult, alii inferre non praesumat; et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Ea vero quae apostolorum praedicatione et patrum institutione percepimus, semper tenere debemus, ne aliqua nova cudere, aut ad noxam fratrum semper intendere videamur. Sed alterutrum onera portemus, ut iuxta apostolum legem Domini adimplere valeamus. Tempus enim congruum praevideri oportet, quando uniuscuiusque accusatae personae causa rectissime in medium producatur, quatinus gravitatem eius, et consonantiam quae contra patrum decreta, vel synodum[p] confessionem prodi minime cognoscatur, quam ordinabiliter omnes[q] intendant, ut ad eam in omnibus rationabiliter respondeant, et iuste se velle manifeste ostendant. Nullus autem introducatur personaliter; sed accusatores et accusati aequa audiantur ratione, iuxta quod gestorum ordo exigit. Accusatores vero et iudices non idem sint, sed per se accusatores, per se iudices, per se testes, per se accusati, unusquisque in suo ordinabiliter ordine. Nam inscriptio primo semper fiat, ut talionem calumniator recipiat, quia ante inscriptionem nemo debet iudicari vel dampnari, cum et saeculi leges haec eadem retineant; de quibus omnibus vera semper fiat aequitas, quatinus accusationis et iudicii ac testimonii mercedem per veritatem gestorum consequi valeant. Scriptum est enim:

Math. 16, 24.

2 Cor. 11, 29.

Math. 7, 2.

Galat. 6, 2.

a) *deest* 2. a*) *desunt* 1. b) i. et sit imperare ut v. ad s. n. sp. v. et rel. 2. c) *corr. ex* aucter. 2. d) h *adiectum in* 2. e) cump. 1. f) commissi 1? g) episcopos 2? i) suspitione 2. k) inp. 2. l) Iudicetur 1? m) uiribus 1. n) in *manu recentiori* 2. o) attendere 2. p) *ita* 1. 2. q) o. i. ut ed. e. i. o. r. *desunt* 1.

Prov. 12, 22. „Abhominatio Domino labia mendacia;“ et: „Testem fallacem proferentem mendacia, et seminantem inter fratres scandala atque litigia;“ ipso monente atque dicente: „Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum, 6, 19. non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis, non consideraberis personam pauperis, nec honores vultum Levit. 19, 13. potentis, iuste iudica proximo tuo;“ et: „Quod tibi non vis fieri alteri ne facias,“ et reliqua. Et maxime praeceptum habentes apostolicum, attendere nobis ipsis et gregi, in quo nos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere Dei ecclesiam, quam adquisivit per sanguinem suum proprium, convenit [a]. Attendite lupos, attendite malos operarios, qui perversa faciunt et adversa locuntur, ut detrahere semper discipulos Domini et infamare queant. Quos corrigere vos et omnes Domini sacerdotes summo studio oportet, quia peius malum non est, quam ut cives civibus invideant, et sacerdotes vel clerici sacerdotibus vel pontificibus insidientur. Testante etiam veritatis voce: „Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei;“ et: „Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, melius est illi ut suspendatur mola asinaria in collum eius et demergatur in profundum maris“; et item: „Beatus qui non fuerit scandalizatus in me“. Ille procul dubio scandalizatus est in Dominum [b], qui eius scandalizat episcopum vel sacerdotem. Et multa talia, quae hic non inseruntur, ne nimis prolixa efficiatur epistola. Monentes quoque instruere debetis memoratos vicinos vestros, ut a talibus se subtrahant, et quae inlicite circa praefixos fratres egerunt, cito corrigant. Et quos nobis inconsultis leserunt, nobis inconsultis plena satisfactione sanent, et cito sibi eos reconcilient, si noluerint apostolicae sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandum examen, ut nostra, ut semper huic sedi fuit concessum privilegium, aut condempnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu nostra debuerant iura pervadere absque apostolicae sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab apostolicae petrae, super quam Christus, ut praedictum est, universalem construxit aecclesiam, cui episcoporum summa iudicia atque maiorum causas [c], sicut paulo superius memoratum est, reservatae sunt, soliditate atque sacerdotali honore secludi. Induciae enim accusatis in criminalibus episcopis sex mensium, vel eo amplius si necesse fuerit, concedendae sunt; quoniam et laicis hoc permissum, nullus secularibus imbutus disciplinis ignorat; quanto magis sacerdotibus, qui superiores esse eis non dubitantur? Habetur quoque in decretis patrum sancitum, non fore canonicum quemquam sacerdotem [d] iudicare vel dampnare, antequam accusatores canonice examinatos praesentes habeat locumque defendendi accipiat, id est [e] inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina et caetera; nec extra propriam fiat provinciam primo discussionis accusatio sine apostolica praeceptione, cui in omnibus causis debetur reverentia custodiri; quoniam et antiqua docet hoc patrum regula, in qua et imperialia pariter statuta concinunt. „Criminum, inquiunt, discussio ibi agitanda est, ubi crimen admissum est; nam aliubi criminum reus prohibetur audiri; et alibi in canonibus praecipitur, quaecumque negotia in suis locis ubi orta sunt finienda,“ et reliqua. Talia et his similia, salva tamen in omnibus apostolica auctoritate, ut nihil in his diffiniatur, priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos esse oportet. Et si quid eis grave intolerandumque acciderit, eius est semper expectanda censura. Neque enim proterve aut stimulo suae cogitationis impulsus, ut saepe actum agnovimus, detrahere aut accusare praesumat quemquam sacerdotum; quia iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius vice legatione pro populo Christi sanguine redempto funguntur. Causas enim eorum, quia Dei causae sunt, eius esse iudicio reservandas, qui valet corpus occidere et animam mittere in gehennam, qui dicit: „Mihi vindictam, et ego retribuam,“ apud quem conscientia nuda est, cui non absconduntur occulta. Rom. 12, 19. Instruendi etiam omnes sunt, quoniam per nos illis Christus intonuit, non esse ovium, lupi insidias praevidere, sed pastoris. Monet igitur beatus apostolus Paulus, ne de his temere leviterque praesumatur iudicium, de quibus Rom. 14, 10 12 nemo potest verius vel melius iudicare quam Deus: „Tu autem, inquit, quare iudicas fratrem tuum? aut cur spernis eum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim: Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, et omnis lingua confitebitur Domino. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddit Deo“. In hoc ergo non sibi quispiam temerarios ausus usurpet, ut praeter quod ad concordiam pertinet, aliud agat, unde unitas aecclesiae dissipetur. Non ergo leviter quisquam assentiat in detractione, vel iudicatione, aut dampnatione fratrum, maximeque sacerdotum, qui proximiores sunt Deo, et qui proprio ore Christi corpus conficiunt; quia ob hoc venit ira Dei in filios prevaricatorum, qui Christum in suis persecuntur membris. Nolite, fratres, nolite effici participes eorum, nec communicetis peccatis talium, aut infructuosis verbis illorum. Magis autem et redarguite talium coetus, qui extendere moliuntur quasi arcum in fratres linguas suas. Defendite ergo fratres, et omnes monete, ut armentur contra fratrum persecutores. Confidimus autem de vobis meliora et viciniora saluti; quia neque mors neque vita, neque angeli neque principatus, neque instantia neque futura, Rom. 8, 38 39. neque fortitudo neque altitudo, neque profundum neque creatura aliqua, magistro gentium docente, poterit nos separare a caritate domini nostri Iesu Christi, quae maxime in sacerdotibus et reliquis perficitur membris eius. Nolite itaque omittere confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Ecce enim iudex ante ianuam assistit, coronas hilariter promittens, his [f] qui pro eo fratribus auxilium ferunt, et oppressis succurrunt, atque in caritate conlaborant. Quod si subtraxerit se quis, non placebit Deo, sed cadet [g]; quia non sublevavit cadentem sed emarcuit. *Et post aliquanta:* Temere enim iudicat, si quis episcopum absque sedis apostolicae auctoritate condempnat, cum ei, ut paulo superius praelibatum est, hoc specialiter privilegium reservatum sit. *Item post aliquanta:* Ille procul dubio facit iniquitatem in iudicio, qui ea sibi vindicat quae ei vindicare non licet, ideoque huic sedi concessa sunt, ut [h] nullus usurpare, sine eius consultu praesumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus aut contemptus iudicari. Itaque oportet propulsare neglegentes, sed ita, ut nocentes non roborentur; et bonos improbis atque insidiatoribus fratrum resistere, ne torpore desidiae oppressi, taciturnitatis teneamur obnoxii. Itaque qui potest obviare et perturbare perversos et non facit, nihil est aliud quam favere impietati. Nec enim caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare; *et reliqua.*

22. Allatus [i] est autem etiam tomus ab Lothariensi regno per manus Ratbodi episcopi Noviomensis, in quo haec continebantur:

Ex decretis sancti Clementis papae de accusatione episcoporum: Accusandi vel testificandi licentia denegetur, qui christianae religionis et nominis dignitatem [k] et suae legis vel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim legis suae sponte eiusque violatores apostatae nominantur. Omnis enim apostata refutandus est, et ante reversionem suam non in accusatione aut testimonio suscipiendus.

a) c. Et iterum attendere lupos attendere 2. b) deum 2. c) *ita* 1. 2. d) socerdotum 2. e) id 2. item 1? f) prömitens is 2. g) cadit 2. h) *deest* 1. i) Ablatus *corr.* oblatus 2. k) dignitate 1.

Ex decretis Stephani papae: Nullus episcoporum dum suis fuerit rebus expoliatus, aut a sese propria qualibet occasione pulsus, debet accusari, aut a quoquam ei potest crimen obici, priusquam integerrime restauretur, et omnia quae ei ablata quocumque sunt ingenio, legibus redintegrentur, et ipse propriae sedi et priatino statui regulariter reddatur.

Item eiusdem[a]: Accusatores et accusationes quas saeculi leges non recipiunt, et antecessores nostri prohibuerunt, et nos submovemus. Nullus enim alienigena, aut accusator episcoporum fiat aut iudex. Unde et de Loth scriptum est: „Ingressus es ut advena, numquid ut iudices?“ Accusator autem eorum nullus sit servus aut libertus, nullaque suspecta aut infamis persona. Repellantur etiam cohabitantes inimicis et omnes laici. Gen. 19, 9.

Ex decretis Sixti papae: Nemo pontificum aliquem suis rebus expoliatum episcopum aut a sede pulsum[b] excommunicare aut iudicare praesumat, quia non est privilegium, quo expoliari possit iam nudatus.

Ex decretis Iulii papae: Si quis ab hodierna die et deinceps episcopum praeter huius sanctae sedis sententiam dampnare aut propria sede pellere praesumpserit, sciat se inrecuperabiliter esse dampnatum et proprio carere perpetim honore, eosque qui absque huius sedis sententia sunt electi vel dampnati[c], huius sanctae sedis auctoritate scitote pristinam recipere communionem, et in propriis restitui sedibus.

Item: Nocumenta episcoporum sunt prohibita, ita ut qui talia temptaverint, aut eis nocere praesumpserint, siquidem clerici fuerint, a proprio gradu decidant, si vero monachi aut laici fuerint, anathematizentur.

Ex decretis Symachi papae: Ordinis dignitate et communione privetur, qui vivo pontifice quolibet modo episcopatum eius convictus fuerit ambisse vel temptasse, omnesque pariter huius culpae reos anathematis poena duximus plectendos.

Item: Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicae sedis praecepta, nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinae suae dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis; nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam dampnatus a sancta et apostolica aecclesia eiusque auctoritate et propria inoboedientia atque praesumptione a quoquam esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est exigendus, cui sanctae aecclesiae commissa fuerit disciplina, quia non solum praelatae sanctae aecclesiae iussionibus parere debuit, sed etiam alios ne[d] praeterirent insinuare; sitque alienus a divinis et pontificalibus officiis, qui noluit praeceptis obtemperare apostolicis.

Ex decretis Eusebii papae: Oves ergo quae pastori suo commissae fuerunt, cum nec reprehendere nisi a recta fide exorbitaverit debent, nec ullatenus accusare possunt; quia facta pastorum ovis gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videantur. Ideo ista dicimus, quia his scriptis vestris repperimus, quosdam episcopos vestris in partibus a propriis ovibus accusatos, aliquos videlicet ex suspicione, et aliquos ex certa ratione, et idcirco quosdam suis esse rebus expoliatos, quosdam vero a propria sede pulsos; quos scias nec ad synodum provincialem, nec ad generalem posse vocare, nec in aliquibus iudicare, antequam cuncta quae eis sublata sunt legibus potestati eorum redintegrentur.

Item ex eiusdem: Errorem vestrum corrigite fratres, et ab omni erroris macula vos custodite, ut purum Deo munus offerre valeatis. Servos Dei nolite persequi; episcopos nolite infamare, neque accusare, quia Deus eos suo iudicio voluit reservari.

Ex decretis Adriani papae: Homicidae, malefici, fures, sacrilegi, raptores, venifici, adulteri, et qui raptum fecerit vel falsum testimonium dixerit, seu qui ad sortilegos magosque cucurrerint, nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi. Qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fuit criminosus, quia periculosum est, et admitti non debet rei adversus quemcumque professio.

Ex decretis Fabiani papae: Similiter statutum est, et nos eadem statuta firmantes statuimus, ut si aliquis clericorum suis episcopis infestus aut insidiator fuerit, eosque criminari temptaverit, aut conspirator fuerit, ut mox ante examinatum iudicium submotus a clero, curiae tradatur; cui diebus vitae suae deserviat, et infamis absque ulla restitutionis spe permaneat; nec ullus umquam praesumat accusator simul esse et iudex.

Ex decretis Marcelli papae: Si qui episcoporum expulsi fuerint aut expoliati suis rebus, primo omnia legaliter reddi quae eis ab inimicis aut a[f] persecutoribus ablata sunt, et sedes proprias cum omnibus ad se pertinentibus regulariter congregatis restitui, et postea tempore congruo vocari ad sinodum regulariter congregatam censemus; nec liceat ei priusquam haec fiant, de se iuxta statuta praedictorum respondere, aut de suis impetitionibus, si se viderit praegravari, reddere rationem. Sed his rite peractis, suisque omnibus libere dispositis, si tum iuste videtur, suis respondeat accusatoribus. Et si ei necesse fuerit, inducias accipiat non modicas, ut explorare valeat ea quae obiciuntur ei, ne aliqua delusus fraude, nocenter ruat.

Ex decretis Anacleti papae: Accusatores, inquit[g], et testes esse non possunt, qui ante hesternum[g*] diem aud nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, ne taesi ulcisci se velint. Inoffensus igitur accusatorum et testium affectus quaerendus est et non suspectus.

Ex decretis Damasi papae: Qui accusare alium elegerit, praesens per se et non per alium accuset; neque ullus umquam iudicetur, antequam legitimos accusatores praesentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Silverius autem papa de fraudulenta sui comprehensione quaerimoniam faciens, inter cetera dixit: Qui talia contra me egerunt, anathematizavi, et una cum episcopis apostolica et synodali auctoritate statui, nullum umquam episcoporum ita decipi, huiusmodi vero praesumptorem anathema maranatha[h] fieri in conspectu Dei et sanctorum angelorum.

23. In his omnibus qui defensioni[i] Arnulfi studebant, quattuor quaedam principaliter ingerebant[k]: Primum ut suae sedi restitueretur, neque enim spoliatum respondere debere; deinde legitimas vocationes, et ut Romano pontifici causa significaretur; tum accusatum, accusatores, testes, ac iudices, in magna synodo discernendos[l]; neque sibi aliter ex ratione canonum posse videri causam constare. Quibus omnibus diligenter consideratis, ab altera parte respondebatur, iuxta hunc ordinem decretorum omnia

a) I. ex e. 2. b) se depulsum 2. c) dampnanti 2. d) non *corr.* ne 2. f) *deest* 1. g) inquid 2. g*) esternum *rec. manu add.* 2. h) maranata 2. i) defensione 2. k) ingerebantur 2. l) discernos 1.

pene consummata esse. *Nam ut ab ultimis,* inquiunt, *repetamus, accusator eius ad hanc causam satis idoneus est; quippe nec ante inimicos, nec ad accusandum metu aut praemio adductus, sed tantum zelo religionis permotus, et qui, si eum non cognovisset, eo quo utitur presbiteratu dignus haberi posset. Vocationes autem eius ad synodum per epistolas canonicas et per apocrisiarios non solum sex mensium, sed etiam anni spacia transcendunt.* Addebant praeterea sedi suae minime posse restitui, eo quod etiam restitutus, vocem loquendi non haberet. Sic enim contineri in Africano concilio titulo 12: *Si clerici intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox postea penitus audiatur.* Et quia captio eius invidiosa putabatur, neque inusitatum neque alienum a sacris legibus idem repperiebatur In historia quippe Re-
Flod. H. R. II. 20 mensium pontificum scriptum constabat, Hildemannum Belvacensem episcopum, detentum[a] in monasterio sancti Vedasti, synodum expectasse, eo quod apud imperatorem Ludovicum insimularetur ad Lotharium caesarem profugere voluisse; Ebonem quoque Remorum archiepiscopum idem molientem, per Rothadum[b] Suessonicum, et Erchenradum Parisiorum episcopum, in Vuldensi monasterio pro similibus similia sustinuisse. Iustum ergo videri, ut qui de regiae maiestatis crimine impetitus[c], vocationi episcoporum non paruerit, iudiciaria potestate conventus sit, idque firmari ex Africano concilio titulo 38:

24. Cresconius Villaregiensis episcopus plebe sua derelicta Tuburniensem invasit aecclesiam, et usque hodie, commonitus secundum quod statutum fuerat, relinquere eandem quam invaserat plebem, contempsit adversus statuta quae pronunciata fuerant. Confirmata quidem audivimus, sed petimus secundum quod nobis mandatum est, ut dignemini dare fiduciam, quo necessitate ipsa cogente liberum nobis sit, rectorem provintiae secundum statuta gloriosissimorum principum adversus illum adire, ut qui miti ammonitioni sanctitatis vestrae adquiescere noluit[d] et emendare inlicitum, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Aurelius episcopus dixit: Servata forma disciplinae, non existimabitur appetitus, si vestra caritate modeste conventus, recedere detrectaverit, cum fuerit suo contemptu et contumatia faciente, etiam auctoritate iudiciaria conventus.

Item ex eodem concilio titulo 43: Sunt plerique conspirantes cum plebibus propriis, quas decipiunt, ut dictum est, earum scalpentes aures ad seducendum vitiosae vitae homines; vel certe inflati et ab hoc consortio separati, qui putant propriae plebi incubandum, et nonnumquam conventi ad concilium venire detrectant, sua forte ne prodantur flagitia metuentes. Dico, si placet, circa hos non tantum dioceses non esse servandas, verum etiam et de propria ecclesia quae illis male faverit, omnimodo adnitendum, ut etiam auctoritate publica reiciantur, atque ab ipsis principalibus cathedris removeantur. Oportet enim, ut qui universis fratribus ac toto concilio inhaeserit, non solum sua iure integro, sed et dioceses possideat; at vero qui sibimet putant plebes suas sufficere, fraterna[e] dilectione contemp[ta], non tantum dioceses amittant, sed, ut dixi, etiam propriis publica careant auctoritate ut rebelles.

25. Ad Romanum autem pontificem causam perlatam fuisse dicebant exemplaribus in hunc modum prolatis[f]: *Beatissimo papae Iohanni, Hugo gratia Dei Francorum rex. Novis atque inusitatis rebus permoti, summo studio summaque cura vestra consilia expetenda decrevimus, quippe cum sciamus vos omne tempus in humanis ac divinis studiis exegisse. Considerate ergo quae facta sunt, et facienda praescribite, ut et sacris legibus suus honor reddatur, et regalis potestas non annulletur. Arnulfus, regis Lotharii ut dicunt filius, post graves inimicitias ac scelera quae in nos regnumque nostrum exercuit, loco parentis adoptatus est a nobis, ac metropoli Remorum gratis donatus; iusiurandum praebuit, quod contra praeterita et futura valeret sacramenta. Libellum fidelitatis sub nomine cyrographi conscripsit, recitavit, corroboravit, corroborarique fecit. Milites ac omnes cives iurare coegit, ut in nostre persisterent fide, si ipse aliquando in potestatem hostium deveniret. Contra haec omnia, ut certissimi testes sunt, ipse portas hostibus patefecit; clerum ac populum suae fidei creditum captivitati et praedae distribuit. Sed esto, eum esse addictum alienae potestati, ut ipse videri vult; cur cives ac milites peierare cogit? Cur arma contra nos comparat? Cur urbem ac castra contra nos munit? „Si captus est, cur non patitur liberari? Si vi hostium oppressus, quare non vult sibi subveniri? Et si liberatus est, cur ad nos non redit? Vocatur ad palatium, et venire contempnit. Invitatur ab archiepiscopis et coepiscopis, nihil se eis debere respondet. Ergo qui vices apostolorum tenetis, statuite quid de altero Iuda fieri debeat, ne nomen Dei per nos[g] blasfemetur, et ne forte iusto dolore permoti, ac vestra taciturnitate, urbis excidium totiusque provinciae moliamur incendium; nec iudici Deo excusationem praetendetis, si nobis quaerentibus atque ignorantibus, formam iudicii dare nolueritis.*

a) decentem *corr.* decentum 2. b) rothardum 1. c) inp. 2. d) nolunt 2. e) per aeterna 1. f) *deest* 1. g) uos 2.

26. ITEM EPISCOPORUM EPISTOLA AD EUNDEM*:

*Domino et reverentissimo** papae Iohanni, episcopi Remorum dioceseos. Non sumus nescii[a], beatissime pater, iam dudum oportuisse nos expetere consulta sanctae Romanae aecclesiae, pro ruina atque occasu sacerdotalis ordinis. Sed multitudine tyrannorum pressi, longitudine terrarum semoti, desideria nostra hactenus implere nequivimus. Nunc itaque vestro examini non sine magno dolore perferimus novum atque inusitatum crimen, Arnulfi Remorum archiepiscopi, qui famosus apostata factus, locum Iudae traditoris olim in aecclesia tenet; qui filius quondam aecclesiae Laudunensis, cum episcopum suum dolo et fraude ceperit, ecclesiam eius pervaserit, ad cumulum suae dampnationis Remensem, sibi creditam, cum clero et populo captivavit, nec movet eum nostra vocatio, vel potius saluberrima exhortatio[b], non archiepiscoporum conprovincialium multotiens repetita ammonitio, non canonice facta coram Deo et angelis eius professio, non cirographi in conspectu aecclesiae recitata descriptio, non numerosa sacramenta, miris excogitata consiliis. Stant suo vitio quam plures[c] aecclesiae pastoribus viduatae; pereunt innumerabiles populi sine sacerdotali benedictione et confirmatione; ipse factione tyrannica, divina humanaque iura contempnens, tyrannidem exercet. Regibus nostris, a quibus tantam gloriam gratis consecutus est, interitum meditatur. Ergo tandem ad monstra perditissimi hominis erpergefacti, ivimus in sententiam Domini dicentis: „Si peccaverit in te frater tuus, vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum; si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos, ut in ore testium[d] duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic aecclesiae. Si autem et aecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.“ Adesto pater ruenti ecclesiae, et sententiam ex sacris canonibus promulgatam, vel potius ab ipsa Veritate prolatam, profer in reum. Sentiamus in vobis alterum Petrum defensorem et corroboratorem christianae fidei; ferat sancta Romana aecclesia sententiam dampnationis in reum, quem universalis dampnat aecclesia. Suffragetur nobis vestra auctoritas, et in huius apostatae deiectione, et in eius qui domui Dei praeesse possit archiepiscopi nova ordinatione, simulque invocatis episcopis nostris fratribus necessaria promotione, ut sciamus et intelligamus, cur inter caeteros apostolatum vestrum praeferre debeamus.* Matth. 18, 15—17.

27. His epistolis in media synodo recitatis, missionis earum tempus et relata legatio ab defensoribus Arnulfi perquirebatur. Et de primo quidem mensis undecimus reppériebatur; de altero autem nihil memoria dignum, sed legatos tantum scripta Romano pontifici porrexisse, primoque se blande acceptos esse, postea vero quam Heriberti comitis legati, equum corpore praestantem niveo colore insignem, cum aliis muneribus pontifici obtulerunt, se per triduum ante ianuas palatii defatigatos, nec admissos, infecto negotio redisse. Astipulabantur etiam huic rationi Brunonis episcopi praesentes clerici, qui se pro eius captione Romanum[f] pontificem adisse dicebant; a quo maledicta in reos cum ex auctoritate apostolica expeterent, eius ministri summam solidorum decem dari censebant. Quibus derisis, eo quod si[g] pecunia redimi posset, nec mille talenta moras inferrent, hoc tandem in responsis ab ipso pontifice acceperunt, ut is pro quo captus esset, bene illi prospiceret. Nor ergo sedem apostolicam huic iudicio praeiudicare. Bene quoque Africanos episcopos super hoc Romanorum tipo permotos fuisse, qui super hac re synodo 217 episcoporum tempore Zosimi papae inchoata et per tempora Bonefacii distenta, tandemque sub Caelestino consummata, quid de Romani episcopi potestate sentiri vellent, in aeternis monimentis statuerunt. Quod concilium quoniam insigne est et beati Augustini praesentia illustratum, et artificiosis consultationibus expolitum, vimque multiplicis argumenti huic synodo praebuit, ad plenum his gestis adnectere utile iudicavimus.

28. Multa super his pater Arnulfus publice locutus est, multa cum sibi tantum assidentibus contulit; quae ne forte minus suavitatis habeant ita sparsim posita ut sunt ab eo prolata, ea in unum colligere maluimus, ut continuata oratio plus utilitatis studioso lectori confe at. *Nos quidem*, inquit, *reverentissimi[h] patres, Romanam aecclesiam propter beati Petri memoriam semper honorandam decernimus, nec decretis Romano-*

*) I. e. c. ad e. *desunt* 2. **) revendiss. 1? a) *add. o su. mda manu* 2. b) exortatio 1. c) *deest* 2. d) d. t. 2. f) romanorum 1. g) se 1? h) reuerend. 1?

rum pontificum obviare contendimus; salva tamen auctoritate Niceni concilii, quod eadem Romana ecclesia semper venerata est. Statuta etiam sacrorum canonum[a] *diversis locis, diversis temporibus, sed eodem Dei spiritu conditorum, in aeternum valere praecipimus, ab omnibus servanda censemus. Duo autem sunt quae magnopere a nobis praevideri*[b] *debent, id est*[c] *si Romani pontificis silentium aut nova constitutio promulgatis legibus canonum vel decretis priorum praeiudicare*[d] *potest. Si enim silentium praeiudicat, omnes leges, omnia priorum decreta, eo silente, silere necesse est. Si autem nova constitutio, quid prosunt leges conditae, cum ad unius arbitrium omnia dirigantur? Videtis, quia his duabus causis admissis, ecclesiarum Dei status periclitatur, et dum legibus leges quaerimus, nullas omnino leges habemus. Quid ergo? Num privilegio Romani pontificis derogabimus? Minime. Sed si Romanus episcopus is est, quem scientia et vitae meritum commendet, nec silentium nec nova constitutio metuenda sunt. Quod si vel ignorantia, vel metu, vel cupiditate abalienatur, vel conditio invidiam facit, quod fere sub haec temp a vidimus, Romae tirannide praevalente, tunc multo minus idem silentium et nova constitutio formidanda sunt. Non enim is qui quolibet modo contra leges est, legibus praeiudicare potest. Sed o lugenda Roma, quae nostris maioribus clara patrum lumina protulisti, nostris temporibus monstrosas*[e] *tenebras futuro saeculo famosas offudisti! Olim accepimus claros Leones, magnos Gregorios. Quid dicam de Gelasio et Innocentio, qui omnem mundanam phylosophyam*[f] *sua sapientia et eloquentia superant? Longa series eorum est, qui sua doctrina mundum repleverunt. Eorum itaque dispositioni, qui vitae merito et scientia cunctos mortales anteirent, recte universalis aecclesia credita est; quamvis et in hac ipsa felicitate hoc privilegium tibi ab Africanis episcopis contradictum sit, has credo quas patimur miserias, magis quam tipum dominationis formidantibus. Nam quid sub haec tempora non vidimus! Vidimus Iohannem, cognomento Octavianum, in volutabro libidinum versatum, etiam contra eum Ottonem, quem augustum creaverat, coniurasse; quo fugato Leo neophytus*[g] *in pontificem creatur. Sed Ottone caesare Roma discedente, Octavianus Romam redit, Leonem fugat, Iohannem diaconem naso, dextris digitis, ac lingua mutilat, multaque cede primorum in urbe debacchatus, in brevi moritur. Cui Benedictum diaconem cognomento gramaticum Romani substituunt; eum quoque Leo neophytus cum suo caesare non longe post aggreditur, obsidet, capit, deponit, perpetuoque exilio in Germaniam dirigit. Succedit Ottoni caesari caesar Otto, nostra aetate cunctos principes armis, consilio, ac scientia superans. Succedit Romae in pontificatu horrendum monstrum Bonefacius*[h]*, cunctos mortales nequitia superans, etiam prioris pontificis sanguine cruentus; sed hic etiam fugatus atque in magna synodo dampnatus, post obitum divi Ottonis Romam redit, insignem virum apostolicum Petrum, Papiensis ecclesiae prius antistitem, data sacramentorum fide, ab arce Urbis deicit, deponit, squalore carceris affectum perimit. Num talibus monstris hominum ignominia plenis, scientia divinarum et humanarum rerum vacuis, innumeros sacerdotes Dei per orbem terrarum, scientia et vitae merito conspicuos*[i]*, subici decretum est? Quid est hoc, reverentissimi patres? vel quonam vitio fieri credendum est, ut caput ecclesiarum Dei, quod in sublime erectum, gloria et honore coronatum est, ita in infima deiectum, ignominia et dedecore deturpatum sit? Nostrum, nostrum est hoc peccatum, nostra impietas, qui quaerimus quae nostra sunt, non quae Iesu Christi. Si enim in quovis ad episcopatum electo, morum gravitas, vitae meritum, divinarum ac humanarum rerum scientia subtiliter investigantur, quid in eo qui omnium episcoporum magister videri appetit, investigandum non est? Cur ergo in summa sede sic infimus constituitur, ut etiam in clero nullum habere locum dignus inveniatur? Quid hunc reverendi patres in sublimi*[k] *solio residentem veste purpurea et aurea radiantem, quid hunc, inquam, esse censetis? Nimirum si caritate destituitur solaque scientia inflatur et extollitur, Antichristus est in templo Dei sedens, et se ostendens tamquam sit Deus. Si autem nec karitate fundatur, nec scientia erigitur, in templo Dei tamquam statua, tamquam idolum est, a quo responsa petere,*

a) canonicum 1. b) peruideri 2. c) idem 1. d) praeiudicari 1? e) monstruosas 2. f) philosophiam 2. g) neophitus 2. h) *alia manu* malifacius 2. Malefacius 2a. i) conspicuis 2. k) sublimo 1.

marmora consulere est! Quo ergo consultum ibimus? Euangelium docet, quendam in ficulnea ter fructum quaesisse, et quia non reppererit succidere voluisse, sed ammonitum[a] *expectasse. Expectemus ergo primates nostros quoad possumus, atque interim divini verbi pabula, ubinam repperiri valeant, investigemus. Certe in Belgica et Germania quae vicinae nobis sunt, summos sacerdotes Dei*[b] *religione admodum praestantes inveniri, in hoc sacro conventu testes quidam sunt; proinde si regum dissidentium animositas non prohiberet, inde magis episcoporum iudicium petendum fore videretur, quam ab ea urbe, quae nunc emptoribus venalis exposita, ad nummorum quantitatem iudicia trutinat. Quod si quispiam dixerit secundum Gelasium, Romanam aecclesiam de tota aecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, nec de eius umquam iudicio iudicari, is, inquam, qui hoc dixerit, eum nobis in ecclesia Romana constituat, de*[c] *cuius iudicio iudicari non possit; quamquam hoc ipsum Africani episcopi impossibile iudicant. „Nisi forte, inquiunt, quisquam est qui credat, unicuilibet posse Dominum*[d] *nostrum examinis inspirare iustitiam, et innumerabilibus*[e] *congregatis in concilium sacerdotibus denegare.“ Sed cum hoc tempore Romae nullus pene sit, ut fama est, qui litteras didicerit, sine quibus, ut scriptum est, vix hostiarius efficitur, qua fronte aliquis eorum docere audebit, quod minime didicit*[f]*? Ad comparationem quippe Romani pontificis, in aliis sacerdotibus ignorantia utcumque tolerabilis est; in Romano autem, cui de fide, vita, moribus, disciplina sacerdotum deque universali aecclesia catholica iudicandum est, intolerabilis videri potest. Is enim est, ut quibusdam placet, qui secundum Ezechielem prophetam moratur in gazophilatio, quod respicit viam meridianam, et excubat in custodiis templi. Cur autem loco prior, scientia inferior, non aequo animo ferat iudicium loco inferioris, scientia prioris? Certe ipse apostolorum princeps non abnuit iudicium, quamvis loco minoris, Pauli, scientia prioris, in facie sibi resistentis; quoniam non sana videbatur doctrina magistri. Et Gregorius papa cum dicat: „Si qua culpa in episcopis invenitur, nescio quis apostolicae sedi subiectus non sit,“ subinfert: „Cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis pares sunt.“ Involutus ergo criminibus, sentiat praeesse sibi Romanum pontificem; et qui nullis atrocioribus factis praegravatur, intelligat parem, dignam se ac Romano pontifice in quolibet negotio laturus sententiam. Sed esto; ponamus nunc Romae esse Damasum; quid contra eius decretum actum est? Nempe si bene recordor, primum capitulum fuit, quod episcoporum et summorum negotiorum ecclesiasticorum causae semper ad sedem apostolicam sint referendae. Utique relatae sunt non solum ab episcopis, sed etiam a principe nostro serenissimo, liberaque potestas apostolicae sedi data est, et vera investigandi, et cognoscendi, et diiudicandi, per temporum intervalla nimis prolixa; nec prius ad causam accessimus, quam desperatione iudicii eius protraheremur. Consultus est ergo Romanus episcopus ut oportuit, et de huius Arnulfi depositione, et de eius qui domui Dei digne praeesse possit*[g] *substitutione. Sed cur nihil responderit, quorum interest ipsi viderint; nos autem Sardicense concilium, quod privilegio Romanae ecclesiae plurimum favet, ita ad hanc causam inflectimus, ut quod de solo episcopo in qualibet provincia relicto dicit, ad Romanum episcopum affectum esse credamus. Sic enim habetur, titulo 6: „Osius episcopus dixit: Si contigerit in una provincia, in qua fuerint plurimi episcopi, unum forte remanere episcopum, ille vero per neglegentiam noluerit ordinare episcopum, et populi convenerint episcopos vicinae provinciae, debere illum prius conveniri episcopum qui in eadem provincia moratur, et ostendere quod populi petant sibi rectorem, et hoc iustum esse, ut et ipsi veniant, et cum ipso ordinent episcopum. Quod si conventus litteris tacuerit, et dissimulaverit, nihilque responderit, tunc satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicinis provinciis et ordinent episcopum.“*

Ez. 40, 45.

Iuxta huius sententiae tenorem, ad petitionem populorum ab episcopis et principe conventus est, ut sua auctoritate Arnulfus deponeretur, et alter substitueretur. Quia ergo conventus litteris tacuit, et dissimulavit, et nihil respondit, nunc satisfaciendum esse populis censeo, ut episcopi qui ex vicinis provinciis convenerunt, et hunc Arnulfum,

a) adm. 2. b) d. in *deletum* 2. c) c. ut de eius i. 2. d) deum 2. e) innummerabilius 1. f) didicitur 1. g) posset 2.

si depositione dignus est, deponant, et si forte qui domui Dei praeesse possit repertus est, episcopum constituant. Et quoniam Damasus episcoporum summa negotia metropolitanis discutere concedit, definitionem eorum suae potestati attribuit, Damaso quidem non resistimus, sed scriptum beati Gregorii in medium proferimus: „Lator, inquit, praesentium Nemesion ad nos veniens, indicavit Paulum Deaclinae[a] civitatis episcopum, inter alia mula in corporali crimine lapsum, a suis fuisse clericis accusatum, atque habita cognitione, ita, quod sine dolore dicere non possumus, claruisse, atque insuper postquam convictus est, etiam libellum eum, in quo ea, de quibus accusatus fuerat, vera esse confessus est, obtulisse. Qua de re illo deposito, episcopali sententia, eius loco cum fraternitatis vestrae consensu esse episcopum ordinatum.“

Ecce hic Paulus episcopus ignorante Gregorio deponitur, alter in loco eius substituitur; causa cum suis effectis per latorem apicum Gregorio significatur. Non in depositores Gregorius ulciscitur, sed in depositum ulterius saevit; ait enim post aliquanta: „Qui si forte, quod non credimus, post depositionem suam inverecunde ac mente perversa aliquid de episcopatu loqui, atque rursus ad hoc qualibet aspirare praesumptione temptaverit, fraternitatis vestrae se contra improbitatem ipsius omnino vigor accendat, atque dominici corporis et sanguinis communione privatum, in monasterio eum usque ad diem obitus sui ad agendam curet poenitentiam retrudendum; quatinus perpetrati sceleris maculas dignis discat fletibus emundare, quas magis in interitu animae suae nequiter augere desiderat.“ Quomodo nunc decretum Eusebii papae servatum est? Etenim paulo ante in tomo decretali lectum est: „Oves ergo quae pastori suo commissae fuerint, eum nec reprehendere, nisi a recta fide exorbitaverit, debent, nec ullatenus accusare possunt“; quia facta pastorum ovis[b] gladio ferienda non sunt, quamquam recte reprehendenda videantur. Certe hic Paulus a suis ovibus, id est a suis clericis, reprehensus et accusatus est, non de fide sed de corporali crimine. In hac itaque decretorum vel canonum varietate hoc observandum est, ut causarum eventus finem accipiant iuxta[c] aequitatem, nullis animorum perturbationibus inprovide admixtis. Et quoniam summi negotii discussionem et definitionem a metropolitano primae Iustinianae factam fuisse cognovimus, doceamus etiam nunc, quod episcopis etiam suorum metropolitanorum summa negotia discutere liceat. Scribit item Gregorius universis episcopis concilii Vizachii: „Sicut, inquit, laudabile discretumque est, reverentiam et honorem debitum exhibere prioribus, ita rectitudinis et Dei timoris est, si qua in eos correctionis indigent, nulla dissimulatione postponere; ne totum, quod absit, corpus incipiat morbus invadere, si langor[d] non fuerit curatus in capite. Ante multum siquidem temporis quaedam ad nos de fratre nostro Clementio, primate vestro, perlata sunt, quae cor nostrum non modico merore transfigerent; sed prementibus diversis tribulationibus, et maxime circumsaevientibus hostibus, ea nobis non fuit spatium requirendi. Et quoniam ita sunt gravia, ut transire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatem vestram his hortamur affatibus, ut cum omni sollicitudine ac vivacitate, veritatis indagare substantiam multis modis debeatur; et ut audita sunt, ultione canonica resecentur, aut falsa, et fratris nostri innocentia diu sub nefandae opinionis dilaceratione non inceat. Unde ne quis desidiae tepor in requisitione sit, ammonemus[e], ut non cuiusdam personae sit gratia, non favor, non blandimenta, vel quodlibet aliud, quemquam vestrum vel ab his quae nobis nuntiata sunt molliat, vel a tramite veritatis excutiat; sed sacerdotaliter ad investigandam vos veritatem propter Deum accingite. Nam si quis in hoc aut piger esse, aut neglegentem se praesumpserit exhibere, dictis criminibus apud omnipotentem Dominum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas[f] subtiliter nefandi causas facinoris non movetur.“ Et hic profecto intelligimus, nullam personam peccantem esse, quae iudicio universalis aecclesiae non subiaceat. Omnis enim criminaliter peccans, velut, ita dicam, alteratus, et quasi legibus capite minor censetur. Accusatur apud beatum[g] Gregorium Lucillus Militae[h.i] civitatis episcopus, et ex epistolis coepiscoporum illata crimina vera esse cognoscit. „Et ideo, inquit, quia tanti facinoris ultio nulla debet dilatione differri, fraternitas vestra tres vel quattuor de fratri-

a) *ita* 1. 2. Tentinae 1*a*. 2*a*. b) oris 2? c) *deest* 2? d) languor 2. e) adm. 2. f) praescr. 2. g) *deest* 2. h) mellitae 2. i) Malta.

bus ac consacerdotibus sibi nostris adhibeat, ut ipsis quoque praesentibus, praedicta ac satisfacta veritate, praedictum Lucillum de episcopatus ordine, quem huius sceleris contagium maculavit, studeat sine ambiguitate deponere.“ Progreditur ultra, et in conscios criminum dignam Romano pontifice sententiam iaculatur: „Quia vero, inquit, presbiteri vel diaconi quidam proditae iniquitatis fuisse conscii ac participes memorantur, sanctitas vestra subtili indagatione discutiat; et si ita reppererit, ab honoris sui et ipsos similiter gradu deiciat, et in monasteriis, ubi digne valeant agere poenitentiam, deputentur.“ Non adhuc satis est, quia scit dictum Iezechieli[a] *prophetae: Fili hominis, perfode parietem — „Sed quia, inquit, per hos multi huius labe peccati perhibentur esse conlapsi, cunctos qui rei*[b] *esse cla uerint, dominici corporis ac sanguinis participatione privare vos convenit“. Ecce hic Gregorius non nutrit vitia, sed amputat. Quid est enim aliud de manifestis peccatis tacere, quam scelera nutrire? Sed esto; taceamus de his in quibus nemo se ledi conqueritur; quid acturi erimus, si armati duces genialis lecti nocturna furta deprehenderint? Si irati reges quemlibet nostrum maiestatis reum convicerint? Quid, inquam, acturi erimus, si quodam colludio longis ambagibus, proplexis cavillationibus se deludi senserint? Num eos iudicii formam Romae pecunia redempturos putatis, reumque sibi defuturum, quin auri et argenti montes Romanis*[c] *offerat, si se redimi pecunia speret? At si remota ab usu et consuetudine et spatio terrarum esse putatis quae proponimus, sint vobis exempla e vicino petita. Egidius certe, Remorum archiepiscopus, quia Hilperici*[d] *regis amicitia usus fuisse convictus est ad Childeberti regis sui infidelitatem, in urbe Mettensi a Galliarum episcopis depositus, apud Argentoratum, quae nunc Strateburgis dicitur, perpetuo exilio dampnatus est; cui mox Romulfus, Lupi ducis filius, iam presbiter substituitur; nec magnus Gregorius, privilegii Romanae aecclesiae acerrimus defensor, quicquam pro his aut contra haec dixisse repperitu Ebo etiam, eiusdem Remensis aecclesiae metropolitanus, ob crimen regiae maiestatis apud Theodonisvillam*[e] *a Galliarum episcopis deponitur, longeque post a Nicolao papa requisita et cognita eius depositio est, ac deinde a Sergio corroborata. Quid ergo? Num Damasi decreta dampnabimus? Minime. Sed in causis latentibus et in quibus ob magnitudinem sui iusta provocatio fit, ad universale concilium vel ad Damasum recurremus, si tamen eum Romae commorari audierimus; quamvis etiam ad Damasum provocatio Africanis inhibeatur conciliis, ut superius dictum et adhuc dicendum est. At in causis evidentibus et in quibus ad Romanum episcopum nulla provocatio fit, provincialibus vel conprovincialibus uemur conciliis. Quod etiam Antiocena sinodus velle videtur capitulo 14°: „Si quis, inquit, episcopus de aliquibus causis criminalibus in iudicio episcoporum fuerit*[f] *accusatus, contingat autem de ipsis episcopis provintiae qui convenerunt, diversas habere sententias, et alios quidem innocentem eum pronuntiare, alios reum: propter huiusmodi itaque controversiam amputandam, placuit sanctae synodo metropolitanum episcopum alterius vicinae provinciae advocari et aliquantos cum eo episcopos alios; qui pariter residentes, quaecumque fuerint, dirimant quaestionem, propter hoc, ut firmum sit iudicium, quod ab unius provinciae episcopis fuerit promulgatum.“ Quamvis et hoc concilium quod de privata coepiscopi nostri causa agitur, universale videri debeat, utpote plurium provinciarum iudicia continens. Et ne forte ad placitum loqui videamur veterumque sententias male interpretari, audite quid hinc sentiat Hincmarus Remorum archiepiscopus, et in lege Dei eruditissimus. Scribens enim ad Nicolaum papam ita inquit: „Absit a nobis, ut privilegium primae et summae sedis sanctae Romanae aecclesiae pontificis pro sic*[g] *parvipendamus, ut controversias et iurgia tam superioris quam etiam inferioris ordinis, quae Niceni et caeteri sacrorum conciliorum canones, et Innocentii atque aliorum sanctae Romanae sedis pontificum decreta in synodis provincialibus a metropolitanis praecipiunt terminari, ad vestram summam auctoritatem fatigandam ducamus. At si forte de episcopis causa nata fuerit, unde certa et expressa in sacris regulis non habeamus iudicia, et ob id in provinciali vel in comprovinciali nequeat examine diffiniri, ad divinum oraculum, id est*[h] *ad apostolicam sedem, nobis*

Ez. 12

Flod. H. R. II, 2.

ib. II, 20

a) ezechieli 2. b) regi *corr.* rei 2. c) romanos 1. d) chilperici *alia manu aliis erasis* 2. e) teod. 2. f) fuit 1. g) Persiae 2*a*. h) idem 1.

inde est recurrendum.“ De provocationibus autem idem Hincmarus aeque nobiscum sentit, quod a suspectis iudicibus et minoris auctoritatis, ad maioris auctoritatis iudices legitima provocatio sit; ab electis vero et ubi reus causa decidit, nullam omnino fieri posse, de quo et in Africano[a] *concilio ita legitur: „Ut ab electis iudicibus provocare non liceat. Si autem fuerit provocatum, eligat qui provocaverit iudices, et cum eo ille contra quem provocaverit, et ab ipsis deinceps nulli liceat provocare.“ Item in eisdem conciliis de eadem re cap. 22: „Quod si clerici ab episcopis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia, vel ad primates suarum provinciarum, sicut et de episcopis saepe constitutum est. Ad transmarina autem qui putaverint appellandum, a nullo in terra Africa*[b] *in communione suscipiantur.“ Nimirum per transmarina Romanam ecclesiam volentes intellegi, causam ubi orta est debere determinari, Africani episcopi confirmaverunt. Videat autem qui potest, quod non sine quodam scrupulo paulo ante lectum est: „Ut nostis, inquit Damasus, sinodum sine eius“ — id est*[d] *Romanae sedis — „auctoritate fieri non est catholicum.“ Quid ergo, si barbarorum gladiis circumsaevientibus, licentia commeandi Romam intercludatur? vel si Roma barbaro cuilibet serviens, motu libidinis eius in aliquod regnum efferatur? num interim aut nulla concilia erunt, aut orbis terrarum episcopi ad suorum regum dampna vel interitus ab hostibus disponendarum rerum consilia et concilia exspectabunt? Et certe Nicenus canon, qui, ipsa Romana ecclesia teste, omnia concilia, omnia decreta eminentia sui exuperat, bis in anno concilia debere fieri dicit, nihilque inde ad Romani episcopi auctoritatem spectare praescribit. Sed insuper eius privilegio, sicut Africana synodus interpretatur, multum derogat. Et de privatis quidem causis in provinciali synodo, de communibus autem in generali concilio, eadem Africana synodus iudicandum praescribit capitulo nono concilii Milevitani. At nos controversiarum lite depulsa, Romanam quidem aecclesiam ob memoriam apostolorum principis, ita ut a maioribus nostris accepimus, quoad possumus, amplius quam Afri colamus; et seu se digna seu indigna prolatura sit, si status regnorum patitur, ab ea responsa petamus; sicut etiam pro causa Arnulfi factum esse constat. Si in expetendis vel vitandis iustam vel iniustam iudicii promulgaverit formam, in altero pax ecclesiarum et unitas conservabitur, in altero vocem apostoli audiemus dicentis: „Quicumque vobis annuntiaverit praeter quod accepistis, anathema sit, licet angelum de coelo esse se fingat!“ Porro si tacebit ut nunc, consultae leges voce conditorum loquentur. Sed o infelicia tempora, quibus patrocinio tantae frustramur aecclesiae! Ad quam deinceps urbium confugiemus, cum omnium gentium dominam humanis ac divinis destitutam subsidiis videamus? Ut enim planius dicamus palamque fateamur, post imperii occasum haec urbs Alexandrinam aecclesiam perdidit, Antiocenam amisit, et ut de Africa taceamus atque Asia, ipsa iam Europa discedit. Nam Constantinopolitana ecclesia se subduxit, interiora Hispaniae eius iudicia nesciunt. Fit ergo discessio, secundum apostolum, non solummodo gentium, sed etiam ecclesiarum. Quoniam cuius ministri Gallias occupaverunt, nosque totis viribus premunt, Antichristus instare videtur, et ut idem apostolus ait: „Iam misterium iniquitatis operatur, tantum, ut qui nunc tenet, teneat donec de medio fiat, ut ille perditionis filius reveletur, homo peccati, qui adversatur et extollitur supra Dei nomen Deique culturam.“ Quod iam in aperto fit, ut Romana potentia conquassata, religione profligata, nomen Dei frequentibus periuriis impune humilietur; ipsius divinae religionis cultus, etiam a summis sacerdotibus contempnatur*[e]. *Ipsa insuper Roma iam penę sola a se ipsa discedit, dum neque sibi, neque aliis consulit. Proinde si placet caritati vestrae quia Pelagium patriarcham a duodecim episcopis auditum esse scimus, ut beatus Augustinus in libro quodam*[f] *contra eundem Pelagium scribit; quoniamque Romana aecclesia a nobis consulta, nullam iudicii formam promulgavit; ex sacris legibus capitula proferantur, et a quot episcopis episcopus in crimine detentus audiri debeat, et qui causae suae dicendae adesse noluerit, quam sententiam excipiat.* Itaque iubente sinodo hae sententiae recitatae sunt:

Gal. 1, 8. 9.

2 Thes. 2, 3.

ib. 7. 8.

a) africanis conciliis 2. b) intra africam 2. d) idem 1. e) condempnatur 1. f) deest 2.

29[a]. *Ex concilio Cartaginis titulo* 10: Felix episcopus dixit: „Suggero secundum statuta veterum conciliorum, ut si quis episcopus, quod non optamus, in reatum aliquem incurrerit, et fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis, et presbiter a sex episcopis cum proprio suo episcopo audiatur, et diaconus a tribus."

Ex concilio Cartaginis capitulo 7: Aurelius episcopus dixit: „Quisquis episcoporum accusatur, ad primatum[b] provinciae ipsius causam deferat accusator, nec a communione suspendatur cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam electorum iudicum[c], die statuta, litteris evocatus, minime occurrerit; hoc est infra spacium mensis ex ea die, qua eum litteras accepisse constiterit. Quod si aliquis veras necessitatis causas probaverit, quibus eum occurrere non potuisse manifestum sit, causae suae dicendae inter alterum mensem integram habeat facultatem; verum tandiu post mensem secundum non communicet, donec purgetur. Si autem ad concilium universale anniversarium occurrere noluerit, ut vel ibi causa eius terminetur, ipse in se damnationis sententiam dixisse iudicetur; tempore sane quo non communicat, nec in sua ecclesia vel parochia communicet." *De contemptu*[d] *iudicii ex epistola papae Bonefacii:* Probat vera esse illa quae adversum se dicta sunt, qui ad ea confutanda adesse minime vult; et nullus dubitat, quod ita iudicium nocens subterfugit, quemadmodum, ut absolvatur, qui est innocens quaerit. Sed astuta cavillatio eorum, qui versutis agendum credunt esse consiliis, numquam innocentiae nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat; veniet tamen aliquando ille qui talis perhibetur in medium, nec prodest illi tociens latuisse, tociens subterfugisse, quem sui actus et commissa quocumque fugerit, ea quae obiciuntur illi si vera sunt crimina persecuntur; ut si adesse voluerit praesens, si confidit, ad obiecta respondeat; quod si adesse neglexerit, dilationem sententiae de absentia non lucretur. Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto et tociens delegato iudicio, purgandi se occasione non utitur. Nihil enim interest, utrum in praesenti examine omnia quae dicta sunt comprobentur, cum ipse quoque pro confessione procurata tociens constet absentia.

30. His omnibus pertractatis, ab defensoribus Arnulfi venia postulatur, et quod eius negotia minus caute prius inquisierint, et quod concilium longis dilationibus defatigaverint. Deinde adiungunt, non se controversiarum genere adductos, ad studium defensionis accessisse; sed episcoporum anathema sibi necessitatem dicendi imposuisse. Episcopi vero et qui contra Arnulfum stetisse videbantur, aequo animo se obiecta accepisse dicebant; sibi quoque placere, quod iudicium posse fieri iam in commune legitimum putaretur, nihilque aliud superesse quam ut ipse Arnulfus in medium deduceretur, et de qualitate sui facti iuxta quod vellet responderet. Itaque iubente sinodo, in episcoporum ordine consedit. Cui pater Arnulfus circa eum regis beneficia, itemque ipsius in regem maleficia, mitti[e] alloquio commemorat. Negat ille, se quicquam contra regis salutem egisse, sed pro fide[f] ad eum conservata cum clero et populo se in propria urbe ab hostibus captum fuisse; nihilque solatii proinde a rege tulisse, sed insuper maleficia pro beneficiis recompensata sibi esse. Opponit pater Arnulfus praesentem presbiterum, qui urbis portas, acceptis a manu eius clavibus, iussu ipsius affirmabat se hostibus aperuisse. Ille respondet[g], presbiterum longe meditata dicere, falsaque pro veris narrare, suamque innocentiam eius fictis criminationibus haberi suspectam non debere. Cui econtra presbiter ingerebat, quod se ad accusandum nemo impulerit; quod locus fugae sibi patuerit, quod sibi semper fidissimus fuerit, nichilque aliud in accusandi causa se habere, quam ut crimine proditionis liberaretur, qui eius imperio paruisset; et si quid in veri confessione sinodus dubitet, vel suo vitio adscribat, sinodi decretis se subiacere pollicebatur; tantum ecclesiasticae communioni restitueretur. Ad haec Arnulfus teneri se ab hostibus[h] conquerebatur, nec aliquando se vidisse episcopum sic attractatum, ideoque se respondere nescire. Neque vero sibi relictos esse suos monachos, suos clericos, suos abbates, quibus quae vellet praecipere posset: quod dictum insulsi hominis esse putabatur. *Et quidnam,* inquit pater Arnulfus, *iis*[k] *praecipiendum est? Cum te a culpis eximant?*[l] *Equidem*[m] *si pro testimonio ferendo dicis, en tui episcopi, qui te frequenter pro temet ipso, ut ad sinodum venires, orati sunt, en tui abbates, tuusque clerus cum sibi praelatis! His omnibus datur licentia te defendendi, non solum voluntaria, verum necessitate imposita.* Ad haec ille ad priora relabebatur; non se vidisse episcopum sic attractatum dicens, nec ita se habitum scire respondere. Doctum etiam hominem inter tot sapientes, insipientem videri posse. *Cur ergo,* inquit episcopus Guido, *secundum tua vota habitus, tociensque ab episcopis et domino tuo rege vocatus, respondere noluisti?* Et ille. *Delatus ad regem eram, et ideo quo vocabar ire non audebam. — Non ita est,* inquit Guido episcopus; *sed cum te in vicinia*[n] *Laudunensis urbis apud Cavunionem convenissem, coram fidelibus testibus, clericis ac laicis, tertio te ad fratrum tuorum conventum invitavi, sub obtestatione divini nominis, ex canonum*

a) *Codex* 2. *caput* 29. *vocabulo* Felix *incipit.* b) primatem 2. c) iudicium 1? d) contentu 1. e) mitti 2. f) sed perfide 2. g) respondit 2. h) ossibus 2. i) quo 1. k) iis *corr.* his 2. l) existimant 2. m) et quidem 2. n) oicia 1.

auctoritate, et societate omnium fidelium; ad dominorum quoque tuorum praesentiam ire monui, per fidelitatem quam eis promiseras, per omnia sacramenta quae ipsis praebueras. Unde periurum te esse negare non potes, per cirographum, cui subscripsisti ac omnes nos subscribere fecisti. Sed cum tu responderes, non posse te ire sine ductoribus Oddone et Heriberto, eo quod vim tibi inferri timeres, fratrem meum Gualterium obsidem tibi obtuli, me et patrem meum, comitem Gualterium, itineris ductores pollicitus sum, ut sine periculo vitae, membrorum, captionis, ad tua redires. Idem quoque in eodem momento sacramento firmare propria manu praesto fui. Cumque te a Karolo captum esse praetenderes, eique sacramenta et obsides praebuisse, ideoque sine eius licentia ire non posse, percontabar a te, quinam obsides pluris tibi viderentur; utrum Richardus frater tuus, Bruno episcopus consobrinus tuus, eiusque sororis filius, in regum potestate constituti; an milites tui Sehardus et Raynoldus[a], *qui datis pro se pueris abire permissi sunt, quorumque beneficia simulatis captivatoribus tuis attribuisti, palam faciens, quanta in dante et accipiente obsidum diligentia fuerit. Quodnam etiam tibi sacramentum potius servandum foret, requirebam; scilicet quod regi et domino tuo sponte dederas, aut quod hosti armato invitus dare debueras? Tria autem erant sacramenta, quae nulla arte, nullo ingenio effugere poteras: primum quo te obligasti, ut pro nullo a te facto vel faciendo sacramento a fidelitate dominorum nostrorum recederes; secundum ut si ab hostibus interceptus esses, sicut tunc simulabas, mox ut locus fugae tibi pateret, ad dominos tuos redire per rectam fidem non differres, idque in praesenti facere monebam, cum tecum pauci essent, ego autem obtimorum*[b] *militum copias haberem. De tertio vero quid dicam, cum tam multiplicis periurii reus sis, quot*[c] *esse periuros facis? Omnes enim cives tui ac milites te iubente iuraverunt, ut si aliquando ab hostibus capereris, vel si ipse tua sponte a regis fidelitate deficeres, regi se fidem servaturos, urbemque et castra sub eorum iure retenturos. Econtra cum tu a fidelitate regis defeceris, contra omnes mortales tibi sacramenta praebere iussisti, domino tuo regi portas civitatis obstruxisti, Karoto quotiens sibi libuit aperuisti, nec ad professionem tui cirographi respicere voluisti, cum inimicis dominorum tuorum consilium et auxilium, secundum scire tuum et posse, subministrares. Numquid et haec negare contendes?* Addebat etiam de pactis et constitutis in vulgari lingua cum eodem habitis, quibus episcopos a sua subiectione quasi emancipaverat, si a cirographi conditionibus declinasset, seque id ex sua ac reliquorum episcoporum persona iam dudum apud Cavinionem effecisse. Ad haec ille de non servatis cirographi et sacramentorum conditionibus erubescebat; quibus tamen poterat modis haec eadem attenuebat. Petebant ergo episcopi, ut aliquis familiarium eius testis horum admitteretur, cuius conscientiam vereretur. Admittitur ergo Rayneriu[d], secretorum ipsius per omnia conscius, et qui eum inter alia periuria etiam contra se ac suam uxorem et filium publice periurum protestabatur. Cui cum a sacro conventu diceretur, quae Arnulfus de regis infidelitate denegaret, tali eum sermone aggressus*[e] *est: Cur omnem populum tuo errore perdis? Nescis quae ante urbis traditionem iuxta fluvium Axonam mihi retuleris? Et ut omnium melius recorderis, nescis te Ludovici amorem, filii Karoli, omnibus praetulisse mortalibus, et si tibi placere vellem, ut de eius salute cogitarem? Vade ergo, et scelera tua episcopis confitere, ut quia corpus perdidisti, saltim animam per poenitentiam salves, et populum qui de tuis criminibus adhuc dubitat, ab hoc errore absolvas. Quod si nolueris, coram episcopis coramque omni multitudine quae pro foribus adstat, peccata tua, quae adhuc dubia sunt, manifesta faciam, et scelera tua, quae in nulla opinione populi sunt, in medium proferam, ut omnes sciant et intellegant, quid de te sentire debeant. Et ut verbis meis fides in aeternum habeatur, postquam peroravero, mea dextera, ita esse, sacramento firmabo, meumque vernaculum episcopis tradam, qui per ignitos vomeres incedens, Deum de te iudicare manifestis declaret indiciis!* Ad haec abbatum quidam dicebant, debere dari Arnulfo[f] secessum deliberandi cum quibus vellet, ut consultius pro se respondere valeret. Quibus pater Arnulfus: *Quis,* inquit, *prohibet? Surgat, et quoscumque delegerit, suis consultationibus adhibeat.* Surgens itaque ad criptae secretiorem partem, hostiis[g] diligenter obseratis, venerabiles

a) rainoldus 2. b) opt. 2. c) quod 1. d) rainerus 2. e) adg. 2. f) arnulfi 2? g) hostiis corr. ostiis 2.

deduxit episcopos, Siguinum Senonensem, Arnulfum Aurelianensem, Brunonem Linguonensem, Gotesmannum Ambianensem.

31. In horum absentia, multa ex canonum capitulis in sinodo prolata sunt, multa inter assidentes collata, utpote omnium ignaros quae in abditis agerentur, non tamen nescios, imperatricis Theuphanu ac hostium regis colloquia, contra ipsius regis voluntatem et utilitatem Arnulfum expetisse, suorumque militum copias sub signis Karoli contra eundem regem in acie constituisse, et insuper criminis regiae maiestatis reum esse. Ita quoque variis sacramentorum generibus implicitum videri, ut a nemine sacerdotum tot periuriis obvoluto, episcopale ministerium ullis legibus valeret impleri. Ad has autem causas hae sententiae quasi e vicino respicientes reperiebantur:

32.[a] *Ex concilio Toletano capitulo* 30: Confitemini hostium sacerdotes, praeter eos qui a regia potestate licentiam acceperunt, a quolibet mandatum agentes extraneum, occulte accipere vel dirigere non praesumant. Qui autem deprehenditur aut convincitur, denuntiatus principi, apud concilium condigna animadversione multabitur. *Item ex eodem titulo* 75:

33. Post instituta quaedam ecclesiastici ordinis vel decreta, quae ad quorundam pertinent disciplinam, postrema nobis[b] cunctis sacerdotibus sententia est pro robore nostrorum regum et stabilitate gentis Gothorum pontificale ultimum sub Deo iudice ferre decretum. Multarum quippe gentium, ut fama est, tanta extat perfidia animorum, ut fidem sacramento promissam regibus suis observare contempnant, et ore simulent iuramenti professionem, dum retineant mente perfidiae impietatem. Iurant enim regibus suis, et fidem quam pollicentur praevaricant; nec metuunt volumen illud iudicii Dei, per quod inducitur maledictio, multaque poenarum comminatio super eos qui iurant in nomine Dei mendaciter. Quae igitur spes talibus populis contra hostes laborantibus erit? Quae fides ultra cum aliis gentibus in pace credenda [aliter quod foedus[c]] post foedus non violandum? Quae in hostibus iura ista permanebunt sponsione, quando nec ipsis propriis regibus iuratam fidem conservant? Quis enim adeo furiosus est, qui caput suum manu sua propria desecet? Illi, ut notum est, immemores salutis suae, propria manu se ipsos interimunt, in semet ipsos, suosque reges, proprias convertendo vires. Et dum Dominus dicat: „Nolite tangere christos meos!“ et David „Quis, inquit, extendit manum suam in christum Domini, et innocens erit?“ illis nec vitare metus est periurium, nec regibus inferre exitium. Hostibus quippe fides pacti datur, nec violatur. Quod si in bello fides vigeat, quanto magis in suis servanda est? Sacrilegium quippe est, si violetur a gentibus regum suorum promissa fides, quia non solum in eis fit pacti transgressio, sed et in Deum quidem, in cuius nomine pollicetur ipsa promissio. Inde est, quod multa regna terrarum celestis iracundia ita permutavit, ut pro impietate fidei et morum, alter[d] ab altero solveretur. Unde et nos cavere oportet casum huiusmodi gentium, ne similiter plaga feriamur praecipiti, et poena puniamur crudeli. Si enim Deus angelis in se praevaricantibus non pepercit, qui per inoboedientiam coeleste habitaculum perdiderunt, unde et per Esaiam dicit: „Inebriatus est gladius meus in celo,“ quanto magis nos nostrae salutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem saeviente gladio pereamus? Quod si divinam iracundiam vitare volumus, et severitatem eius ad clementiam provocare cupimus, serveinus erga Deum religionis cultum atque timorem, custodiamus erga principes nostros pollicitam fidem atque sponsionem. Non sit in nobis, ut in quibusdam gentibus, infidelitatis subtilitas impia, non subdolae mentis perfidia, non periurii nefas et coniurationum nefanda molimina; nullus apud nos praesumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas seditiones civium, nemo meditetur interitus regum; sed defuncto in pace principe, primatus gentis cum sacerdotibus successorem regni consilio communi constituant; ut dum unitatis[e] concordia a nobis retinetur, nullum patriae gentisque discidium per vim ambitionis moveatur. Quod si haec admonitio mentes nostras non corrigit, et ad salutem communem cor nostrum nequaquam perducit, audite sententiam nostram. Quicumque igitur a nobis vel totius Hispaniae[f] populis qualibet coniuratione vel studio sacramentum fidei suae, quod pro patriae salute gentisque Gothorum statu, vel conservatione regiae salutis, pollicitus est, temeraverit, aut regem nece attractaverit[g], aut potestate regni exuerit, aut praesumptione tirannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Dei patris et angelorum, atque ab aecclesia catholica, quam periurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni coetu christianorum alienus, cum omnibus impietatis suae sociis; quia oportet, ut una poena teneat obnoxios, quos similis error invenerit inplicatos. Quod iterum secundo replicamus, dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae[h] populis quolibet tractatu vel studio sacramentum fidei suae, quod pro patriae salute gentisque Gothorum statu, vel conservatione regiae salutis, pollicitus est, violaverit, aut regem nece attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut praesumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema in conspectu Christi et apostolorum eius sit, atque ab aecclesia catholica, quam periurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni consortio christianorum alienus, et dampnatus in futuro Dei iudicio habeatur, cum comparticibus suis; quia dignum est, ut qui talibus sociantur, ipsi etiam dampnationis eorum participatione obnoxii teneantur. Hoc etiam tertio adclamamus dicentes: Quicumque amodo ex nobis vel cunctis Hispaniae[i] populis qualibet meditatione vel studio sacramentum fidei suae, quod pro patriae salute gentisque Gothorum statu, vel incolumitate regiae potestatis, pollicitus est, violaverit, aut regem nece attractaverit, aut potestate regni exuerit, aut praesumptione tyrannica regni fastigium usurpaverit, anathema sit in conspectu Spiritus sancti et martyrum Christi, atque ab aecclesia catholica, quam periurio profanaverit, efficiatur extraneus, et ab omni communione christianorum alienus, nec partem habeat iustorum; sed cum diabolo et angelis eius aeternis suppliciis condempnetur, una cum eis qui eadem coniuratione nituntur; ut par poena perditionis constringat, quos in perniciem prava societas copulat. Et ideo, si placet omnibus qui adestis, hoc tertio reiterata sententia vestrae vocis consensu confirmate[k]! Ab universo clero vel populo dictum est: „Qui contra hanc[l] vestram definitionem praesumpserint, anathema maranatha, hoc est perditio in adventu Domini sint, et cum Iuda Scarioth partem habeant, et ipsi et socii eorum. Amen.“ Quapropter nos ipsi et sacerdotes omnes ecclesiam Christi ac populum admonemus, ut haec tremenda et totiens reiterata sententia, nullum ex nobis praesenti atque aeterno condempnet iudicio. Sed fidem promis-

1 Par. 16, 22. 1. Reg. 26, 9. Ies. 31, 5.

a) *cap.* 32. *in* 2. *vocabulo* Confitemini *incip.* b) uobis *corr.* nobis 2. c) a. q *f. deaunt* 1. d) altorum 1. e) *ita* 1. 2. civitatis 2*a*. f) isp. *corr.* hisp. 2. g) attrectauerit 1. *aliquotiens.* h) isp. 2. i) ispaniae 2. k) firmate 2. l) *deest* 1.

sam erga gloriosissimum dominum nostrum Sisenandum regem custodientes, ac sincera illi devotione famulantes, non solum divinae pietatis in nobis clementiam provocemus, sed etiam gratiam antefati principis percipere mereamur. — *Item ex concilio Agathensi*[a] *titulo* 50:

34. Si episcopus presbiter aut diaconus capitale crimen commiserint, aut cartam falsaverint, aut testimonium falsum dixerint, ab officii honore depositi, in monasterium retrudantur, et ibi tantummodo quamdiu vixerint, laicam communionem accipiant. *Item ex concilio Toletano sexto capitulo* 12:

35. Pravarum audacia mentium saepe malicia cogitationum aut causa culparum refugium appetit hostium. Unde quisquis patrator causarum extiterit talium, virtutem potens defendere adversariorum, et patriae vel genti suae detrimenta intulerit rerum, in potestatem regis ac gentis reductus, excommunicatus et retrusus, longinquioris poenitentiae legibus subdatur. Quod si ipse mali sui prius reminiscens, ad ecclesiam fecerit confugium, inter cessu sacerdotum et reverentia loci, regia in eis pietas reservetur, comitante iustitia. *Item ex eodem concilio titulo* 17:

36.[c] Quamvis in concilio anteriori, quod anno primo gloriosi principis nostri habitum est, de huiusmodi re fuerit promulgata sententia, tamen placet iterare, quod convenit custodiri. Itaque regis vita constante, nullus sibi aliquo opere, vel deliberatione, cuiuscumque dignitatis laicus, seu gradu episcopi, aut presbiteri, aut diaconi consecratus, caeterisque clericatus officiis deditus, futurum regem provideat, contra viventis regis utilitatem et procul dubio voluntatem, nullo blandimento vel suasione pro eadem spe aut alios in se trahat, aut ipse in alium adquiescat. Iniquum enim et valde execrabile christianis debet haberi, futuri temporis inlicitis prospicere et vitae suae ignaris ventura disponere. Quod si quisque iam talia iniqua deliberatione cum quocumque est meditatus, hoc sibi noverit esse sacerdotali moderatione concessum, si veniabiliter poscit, ut hoc sine mora praesentis principis auribus studeat publicare. Si autem retineat, et deliberationis suae machinamenta noluerit dicere, pessimo plectatur anathemate. *Item ex eodem concilio titulo* 18:

37. Iam quidem in antecedenti universali sinodo saluti nostrorum principum constat esse consultum; sed libet iterare bene sancita, et digna auctoritate munire salubriter ordinata. Ideoque testamur coram Deo et omni ordine angelorum, coram prophetarum atque apostolorum vel omni martyrum choro, coram omni ecclesia catholica et christianorum coetu, ut nemo intendat interitum regis, nemo vitam principis attractet, nemo eum regni gubernaculis privet, nemo tyrannica praesumptione apicem regni usurpet, nemo quolibet machinamento in eius adversitate sibi coniuratorum manum adsociet. Quod si quippiam horum quisquam nostrorum temerare[e] praesumptor extiterit, anathemate divino perculsus, absque ullo remedii loco habeatur condempnatus aeterno iudicio. Is autem qui eius sedem fuerit adsecutus, si vult tanto expiari piaculo, quasi proprii patris eius ulciscatur interitum. *Item ex concilio Toletano era* 684:

38. Non parum proficit ad emendationem multorum, si ea quae constituta sunt per fraternam conlationem[d] ad memoriam reducantur, si illa etiam adiciantur, quae aut deesse videntur, aut omnino constituenda competenter existimantur. Quis enim nesciat, quanta sint hactenus[e] per tirannos et refugas transferendo se in externas partes inlicite perpetrata, et quam nefanda eorum superbia iugiter frequentata; quae et patriae diminutionem afferrent, et exercitui Gothorum indesinentem laborem inponerent? Quod si quidem laicorum insania fuisset factum, tolerandum nobis forsitan aliquotiens videretur. Illud tamen est vehementius stupendum, quod peius est, quia tanti ex religionis proposito in hac interdum praesumptione praecipites efferuntur, ut non ad levem confusionem nostram pertineat, si res ullatenus inulta remaneat, quam et mundana lege et ecclesiastica convenit instanter disciplina corrigere. Ideoque placuit nunc concordi sententia definire, ut quisquis in ordine clericatus a maximo gradu usque ad minimum constitutus, in alienae gentis regionem se quacumque occasione transduxerit[f], ut exinde superbiendo, vel reditum suum vel quodlibet aliud videatur expetere, sive etiam quod gentem Gothorum, vel patriam aut regnum specialiter sub hac occasione possit nocere, vel fieri disposuerit, vel aliquatenus fecerit. Sed et quicumque talibus conscius repperitur, eisque vel consilium vel opem administrare cognoscitur, qualiter aut ad gentem alienam fugam appeterent, aut in malis quae coeperant[g] perdurarent, seu quamcumque laesionem genti Gothorum vel patriae aut principi post fugam inferrent, atque in eadem pravitate perseverarent, quisquis hoc fecisse dinoscitur, iste ita indubitanter omni honoris sui gradu privetur, ut locum eius in quo ministraverat, alter continuo perpetim regendum accipiat. Ipse vero transgressor sub poenitentia constitutus, si reminiscens mali quod fecerat, usque in diem mortis suae si rectissime poenituerit, in solo tantum fine communio ei praestanda est; ita ut antequam finis eius tempus adveniat, si quispiam sacerdotum etiam ordinante principe ei communicare consenserit, particeps criminis illius effectus, anathema fiat in perpetuum, ac simili cum eo cui communicaverit sententia condempnetur, quoniam potestati[h] principis nullus sacerdotum in hoc praebere debet assensum; unde vel periurium videatur incurrere, vel, quod absit, si quicumque catholicae fidei praevaricator princeps surrexerit, sacerdos nullatenus vel favore principis vel terrore a rectae[i] credulitatis lumine ad tenebras cogatur reverti. Sic enim nec super adnexa capitula vel imperiis principum vel terroribus oportebit umquam evacuari[k]. Quia novimus, omnes pene Hispaniae sacerdotes omnesque seniores vel iudices, ac caeteros homines officii palatini iurasse; atque ita nunc legibus[l] decretum fuisse, ut nullus refuga vel perfidus, qui contra gentem Gothorum, vel patriam seu regem agere, aut in alterius gentis societatem se transducere repperitur, integritate rerum suarum nullatenus reformetur, nisi forsitan princeps humanitatis aliquid personis talibus inpertire voluerit; cui tamen non amplius quam vicesimam partem rerum ei qui perfidus extitit, de rebus unde rex elegerit, tribuendi potestatem habebit. Sed quia plerosque clericos instantis levitatis interdum pravitas ita elevat, ut praetermissa sui ordinis gravitate, ac polliciti sacramenti immemores, constante principe cui fidem servare promiserant, in alterius erectionem temeraria levitate consentiant, abrogari decet hanc omnino licentiam et a nostro consortio penitus extirpari; ita ut, si quicumque laicorum quando quidem intra fines patriae Gothorum superbiens, regni apicem sumere fortasse temptaverit, eique clericorum quilibet adiutorium vel favorem praestiterit, atque hunc qui superbire videtur ad eandem regni ambitionem praevalente delicto pervenire contigerit, ex eodem[m] quidem die vel tempore eundem episcopum vel cuiuslibet ordinis clericum excommunicatum manere perpetim oportebit, quo tali se scelere implicavit. Tamen si propter inprobitatem principis cui inique consensit, non potuerit instantia sacerdotum a communione suspendi,

a) agatensi 2. b) *deest* 2. c) XXXV. 2. d) consolationem 1. e) temerarie 2. e) actenus 2. f) traduxerit 1? g) coeceperant 2. h) potestate 2? i) recto 1. k) euocari 1. l) degibus *alia manu corr.* de regibus 2. m) eo 2.

saltem si superstitem post eiusdem regis obitum tempus invenerit, superiori anathematis correptioni subiaceat. Et quicumque illi praeter in ultimo[a] vitae suae fine, si tamen cum legitime poenitere probaverit, communionis gratiam consenserit impendendam, nobis interim ratio permisit, synodali super hoc constitutione decernere, ut quicumque etiam laicorum interdictis capitulis, hoc est in adversitatem gentis aut patriae vel regiae potestatis, in externas partes se conferendo vel talibus opem praebendo noxius fuerit ullis repertus, non solum, ut dictum est, omni rerum suarum proprietate privetur, sed et perpetua excommunicatione damnatus, numquam illi nisi ultimo mortis suae tempore communio tribuatur, excepto, si commonitionis eius remedium, vel eorum de quibus supra taxavimus imploratione sacerdotum, apud principem fuerit impetratum. Nam si in derogationem aut contumeliam principis repperiatur aliquis nequiter locutus, aut in necem regis seu direptionem intendere vel consensum praebere, nos quidem huiuscemodi excommunicatione dignum censemus. Utrum tamen sit[b] illi quandoque communicandum, pietate[c] principis decernendum relinquimus; cuius procul dubio potestatis est, subiectorum culpas misericordiae iudiciique sententia temperare. Contestamur autem clementissimos principes, et per ineffabile divini nominis sacramentum obtestantes unanimiter obsecramus, ne quandocumque absque iusta ubi necesse fuerit imploratione sacerdotali, excommunicationis huius sententiam a perfidis clericis vel laicis ad externas partes se transferentibus vel consensum praebentibus quacumque temeritate suspendant. Nam hoc magis utilitatibus videtur ferre consultum, ut constitutionis nostrae forma servetur. Et ut execrandum anathema fiat, et velut praevaricator catholicae fidei semper ad Dominum reus existat, quicumque regum deinceps canonis huius censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandum. *Item ex concilio Toletano era*[d] 668:

39. Frequentium molestiarum nocens impulsus, contempni quidem magnitudine decentis poterit gravitatis; sed quia honesta sollicitudo cohibere properat, quod frequentata usitatio vitare non curat, ideo cum et quorundam paternorum sanctionibus decretorum, et institutionibus sit legalibus cautum, ne contra salutem principum gentisque aut patriae quisquam meditari conetur adversum, hoc unum specialiter nunc depromitur observandum, ut si quis religiosorum, ab episcopo usque ad extremum ordinis clericorum sive monachorum, generalia iuramenta in salutem regiam gentisque aut patriae data repperiatur violasse voluntate profana, mox propria dignitate privatus, et loco et honore habeatur exclusus.

40. Haec et huiusmodi dum sibi quisque vel alteri replicat, episcopi qui in sinodo residebant, ab eis[f] convocantur episcopis, qui Arnulfum ad remotiora comitati fuerant. Quo cum[g] convenissent, causam sui adventus non sine lacrimis et multo gemitu didicerunt. Erat autem Arnulfi causa, Apiarii presbiteri causae consimilis; de quo sicut Africani episcopi Celestino papae Romano retulerunt, ita et hic de Arnulfo episcopi episcopis in hunc modum referre visi sunt: *Tergiversationes Arnulfi, quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, Deus iudex iustus et fortis et longanimis magno compendio resecavit. Tetriore quippe ac putridiore obstinatione compressa, qua tantum lividum coenum impudentia negationis volebat obruere, Deo nostro eius conscientiam coartante, et occulta, quae in illius corde tamquam in volutabro criminum iam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessione cunctorum obiectorum flagitiorum dolosus negator erupit; et tandem de omnibus incredibilibus obprobriis ultroneus se ipse convicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum et credebamus et optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, convertit in gemitus; nisi quoniam istam nostram moestitiam uno tantum solatio mitigavit, quod et nos labore diuturnioris quaestionis absolvit, et suis vulneribus qualemcumque medelam, etsi invita ac suae conscientiae reluctante confessione, providit.* Addebant praeterea confessores episcopi, eum suis pedibus provolutum, cum lacrimis et gemitu sua crimina sub nomine confessionis declarasse, seque a sacerdotali officio, quo hactenus indigne usus fuerat, removeri velle. Sed episcopi, qui consentiente Arnulfo confessionis testes admissi[h] fuerant, ab ipsius ore se audire malle dicebant. Quod cum factum esset, episcopi per terribile nomen omnipotentis Dei, sub tremendo anathemate, praecipiunt, ne ulla formidine coactus aliquid falsi[i] de se proferat; seque illi omne solatium laturos, ac pristinum honorem etiam invitis regibus recuperaturos, pollicentur, tantum innocentiam ex aequo et utili astruere velit. At ille episcopis quidem[k] pro salutis suae studio gratias agens, quae eorum fidei commiserat, vera esse confirmat; nec se Deo, in cuius conspectu adstet, velle mentiri, ad cuius iudicium ire formidet. Petebant ergo episcopi, quoniam ea quae per confessionem protulerat gravissima sibi viderentur, ut abbatum et[l] clericorum doctissimos ac[m] religiosissimos intromitti liceret, quique sacramento vel anathemate devincti, et sua peccata fido silentio tegerent, et quid facto opus esset in commune decernerent, futuris quoque temporibus dictorum et factorum fidissimi testes existerent. Quod aliquamdiu secum reputans, fieri permisit. Admissi[n] ergo sunt ex omni abbatum vel clericorum collegio fere numero triginta, quibus, per conditionem anathematis, Arnulfi confessio ipso iubente in ipsius praesentia propalata[o] est. Itaque eo remoto, longis consultationibus definitum

a) ultima 2. b) t. si sit 2. c) pietati 2. d) era [id est capitulo *superscriptum*] 1. era ::::::: capitulo II. 2. e) Frequentiam 1? f) iis *corr. alia manu* his 2. g) *deest* 1. h) ammissi 1. i) falso 1? k) quid 2. l) ac 2. m) et 2. n) Ammissi 1. o) prolata 1.

est, quomodo eius archanum tegeretur, et clero ac populo absenti pro eius depositione satisfieret. Iam enim eum, qui sibi delectos iudices constituerat, ad alterius non posse commeare iudicium, certum erat; iam episcopi invidia Romani privilegii carere videbantur, cum Arnulfus nec ad alios iudices, nec ad sedem apostolicam provocasset, vel ante electorum iudicum audientiam, quod bene quidem licuerat si se iustam habere causam putasset, vel post eorundem iudicum sententiam, quod minime licere manifestum erat; sed utpote reus a torquente se conscientia convictus, et sua sponte, ut videri tunc potuit, confessus, iudicii formam improbus accusator sui expostulaverat. Quaesitum ergo est, qualiter ipsius depositio celebraretur, ut lege et consuetudine constaret. Et de lege quidem[a] manifestum erat, quod una et eadem semper ad aequitatem spectet; de consu udine vero, quod neque una neque eadem sit[b], neque semper ad aequitatem intendat, sed eam praecellere, quae legi vel aequitati vicina sit. Quaerebatur ergo lex et consuetudo depositionis episcoporum vel archiepiscoporum; et lex quidem haec reperiebatur in Africanis conciliis, sed sine depositionis celebritate et consuetudine[c]:

41. De Maximino autem Bagaiensi, et ad eum, et ad ipsam plebem, placuit de concilio litteras dari, ut et ipse ab episcopatu discedat, et illi sibi alium requirant.

42. Item Eutices presbiter in Constantinopolitana sinodo depositus, non aliud depositionis festum excepit, nisi quod anathema ipsi ab universis conclamatum est, et post aliquanta a Flaviano episcopo sententia in hunc modum prolata:

Per omnia Eutices quondam presbiter et archimandrites, ex his quae ante acta sunt, et propositis eius quaestionibus Valentini et Apollinaris perversitate repertus est aegrotare, et eorum blasphemias incommutabiliter sequi; qui nec nostram reverens persuasionem et doctrinam, rectis voluit consentire dogmatibus[d]. Unde gementes, perfectam eius perditionem[e] decrevimus, per Iesum Christum[f] dominum nostrum, ab eo blasphematum, extraneum esse ab omni officio sacerdotali, et nostra communione, et primatu monasterii. Sciant ergo et hi qui postea cum eo colloquentur, et ad eum convenerint, quoniam rei erunt et ipsi poena excommunicationis, si non declinaverint confabulationes eius.

43. Item quae circa Ratherium Veronensem episcopum, vel circa Petrum Ravennatem archiepiscopum, usu vel consuetudine provenerunt, ab omnibus abrogata sunt. Uterque enim nec abdicationis porrecto libello, nec sacerdotalibus depositis insignibus, successorem acceperat, Ratherius quidem Milonem, Petrus vero Honestum, monasterii beati Apollinaris abbatem. Quem Honestum domnus papa Iohannes cognomento Bonus, ad consecrandum prius sibi oblatum vidit, quam de Petri deiectione vel fama nuntiante cognoverit. Deferebatur ergo lex et consuetudo sive depositionis festivitas, ex concilio Toletano capitulo 28:

44. Episcopus, presbiter, aut diaconus, si a gradu suo iniuste deiectus, in secunda synodo innocens repperiatur, non potest esse quod fuerat, nisi gradus amissos recipiat coram altario de manu episcoporum. Si episcopus est, orarium, anulum et baculum; si presbiter, orarium et planetam; si diaconus, orarium et albam; si subdiaconus, patenam et calicem. Sic et reliqui gradus ea[g] in reparationem sui recipiant, quae[h] cum ordinarentur perceperant.

45. Ex hac itaque sententia intellectum est, ut quae in promotione sua quisque acceperat, ea in depositione reddere deberet. Arnulfus autem in sui promotione anulum et baculum acceperat, quoddamque genus orarii, quod per differentiam palleum[i] dicitur; haec ergo eum reddere debere, neque vero in hoc facto primati Romano praeiudicium inferri, quod neque ad eum ab Arnulfo provocatum sit, neque eidem Arnulfo depositionis necessitas ulla imposita, quodque ab episcopis et principe Romanus episcopus conventus respondere noluerit, cum ipse potius sacrorum canonum executor, et reum sua dampnare auctoritate, et episcopos iudicium remorantes instigare debuerit, ut Gregorius episcopos concilii Vizachii pro crimine sui primatis. Item decretum pro Potamio Braccarensi archiepiscopo, ex concilio Toletano, lege et consuetudine valere constitutum est. Erat autem huiusmodi:

46. Adsumere poteramus canonicam in cantum fraternae laetitiae tibiam, quia divina pietas conventum nostrum ad concordiae convocaverat studia. Et convenerat moestitiam vitare, quoniam visitatione disciplinae videbamur paternas regulas innovasse; sed gravius sistrum pro cymbalo[k] sumimus, et funus pro carmine decan-
5, 15. tamus; gementesque cum Hieremiae questibus dicimus: „Dissolutum est gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus[l] noster;“ Unde et vae coram nobis conspicimus, quoniam cecidisse coronam capitis nostri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod instans sublimę sanctitatis optimum stetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace de ecclesiasticis regulis, delatum est conventui nostro epistolium confusae confessionis et abolendae subscriptionis, quod Potamius Braccarensis ecclesiae episcopus de factis propriis, suis verbis, suis adnotarat articulis. Quo reserato, quid oblitteranda pagina et abolenda litterarum panderent elementa, fletibus

a) quid 2. b) *deest* 2. c) c. De Maximino episcopo 2. d) doctrinam 1. e) perditionem 1. f) d. n. I. Ch. 2. g) eas 1. h) qui 1. i) pallium 2. k) cimbalo 2. l) corus 2.

potius quam sermonibus lacrimosa concio recensuit[a]. Tunc solitarie tantum secretimque adunatis pontificibus Dei, praedictum episcopum adesse fecimus coram nobis; quem singultibus adgredientes amplius quam loquelis, reseratam illi suae deformitatis[b] et nostrae confusionis protulimus scripturam. Quam accipiens ac recurrens, sciscitantibus nobis, utrum sui operis et suae adnotationis intimatio esset, ille suum actum, sulque oris eloquium, suorumque digitorum esse robur adseruit, quod illic relegendo praevidit. Rursum divini nominis contestatione hunc adiurantes obtestati sumus, ut an de se sponte mendacium diceret, aut aliculus violentia premeretur, et perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce luminibusque madentibus ploratu[c] et fragore singultuum, cum unius Dei nominis iuramento clamavit, se et vere[d] eadem mala de se confiteri, et ad haec confitenda nulla se violentia praegravari. Unde etiam ferme per novem menses sponte deseruisse regimen ecclesiae suae, et ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus poenitentiam se conclusisse, praedixit. Tunc per fidelem confessionem est agnitio, quod tactu femineo sorduisset, declarata; et licet hunc antiquitas paterna sacris regulis deicere ab honore decerneret, nos tamen miserationis iura servantes, non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione iam tulerat; sed valida auctoritate decrevimus, perpetua poenitentia hunc inservire offitiis et aerumpnis; providentes melius illum per asperam ire poenitentiae solitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii mansionem, quam relictum in voluntatis suae latitudine, ad praecipitium deici aeterna dampnatione. Tunc venerabilem Fructuosum, ecclesiae Dumlensis episcopum, communi omnium nostrorum electione constituimus ecclesiae Braccarensis gubernacula continere, ita ut omnem metropolim provinciae Galliciae, cunctosque episcopos publicosque conventus ipsius, omnium quae curam animarum Braccarensis ecclesiae gubernandam suscipiens, ita componat atque conservet, ut et Dominum nostrum de rectitudine operis sui glorificet, et nobis de incolumitate aecclesiae eius gaudium praestet. Quia vero ad futurum prospicere convenit, ne exoriatur in statu pacis quaedam commotio litis, patrum sententiam quae iam dictum Potamium episcopum rectitudine dampnat, huic decreto conectere vigilantia nostra procurat. „Ex concilio Valentino titulo 4. Nec illud, fratres, scribere alienum ob aecclesiae utilitatem censuimus, ut sciretis, quicumque sub ordinatione, vel diaconatus, vel presbiterii, vel episcopatus, mortali crimine dixerint se esse pollutos, a supradictis ordinibus submovendos, reos scilicet vel veri confessione, vel mendatio falsitatis. Neque enim absolvi potest in his, si in se ipsos dixerint, quod dictum in alios puniretur. Quoniam omnis qui sibi fuerit mortis causa, maior homicida sit." Multae quidem et aliae sententiae huic poterant innecti decreto, quae praedictum Potamium episcopum severissima austeritate abicere iubent; sed ex omnibus hanc conscriptam ponere[e] sententiam maluimus, ne si tot condempnationis edicta replicassemus, gravissimae ultionis auctores existere videremur.

47. Post huius Potamii deiectionem, Remensium archiepiscoporum Egidii et Ebonis depositiones ad legem simul et consuetudinem valere visae sunt. Quod ergo tertio factum sit, nec reprehensum, sed insuper aeternis traditum monimentis, pro lege et consuetudine valere censebant. Nec quemquam episcoporum in depositione sua scindendum more Romanorum, honestum iudicabant, cum hoc nec lege firmaretur, nec consuetudine factum in historiarum monimentis repperiretur. Africanum ergo concilium sequentes. ut ipsius Arnulfi verecundiae parceretur statuebant, et propter ecclesiae obprobrium, et propter insolentem insultationem saecularium, ne dignitas sacerdotalis polluereturet ne forte de iis[f], de quibus impetitus et adhuc impetendus erat, publice convictus foret. Libellum ergo eius depositionis dictandum, et coram eo ipsius iussu scribendum censebant, et propria manu corroborandum, et vivae vocis confessione attestandum, ut eius abdicatio, nec exquisita nec invita vel extorta fore videretur; tot enim sceleribus involutum sacris altaribus adstare non posse. Quod si corpore languens episcopus, abdicationis porrecto libello, secundum Gregorium successorem accipere potest, multo magis qui in anima Deo mortuus est, abdicationis porrecto libello, successorem accipere posse. Addebant praeterea, quia si haec ita festive et sollempniter determinata forent, omnino iudicium hoc innovari non posset, idque firmari ex concilio Antioceno capitulo 15:

48. Si quis episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus qui sunt intra provinciam episcopis exceperit unam consonamque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit. Sed manere circa eum oportet, tamquam convenientem, quae ab omnibus prolata est, firmam ratamque sententiam.

His ita definitis, tum[g] discessum est.

49. Sequenti autem die consedentibus[h] episcopis in basilica domni Basoli confessoris, totiusque cleri disposito conventu, pauca de civilibus, plurima vero de ecclesiasticis negotiis pertractata sunt. Rursumque Arnulfus Remensis in memoriam rediit. Cumque causa eius iam non in defensione, sed maxime in conquestione versaretur, aliis illum propter genus, aliis propter florem iuventutis miserantibus, episcopos ruina fratris et ignominia sacerdotalis dignitatis gravius stimulabat. Unusquisque enim casum eius ex se ipso metiebatur, seque ab infamia liberari putabat, si is, qui publice impetebatur, a criminibus liber foret [vel periclitari, si causam perderet[i].] Jun. 18.

50. Sed cum has in longum ducerent querimonias, ecce Francorum reges, cum pri-

a) rec. *corr.* resensuit 2. b) deformidatis 2.? c) pl. m. 2. d) uera 1. e) s. p. 1. f) iis *corr. al. m.* his 2. g) *deest* 2. h) consid. 2. i) *Haec desunt* 1.

moribus palatii, sacro conventui sese inferunt. Episcopis gratias agunt, quod pro salute principum diutius consultando, devotionem suam plena fide signassent. Laudant, quod a pravorum hominum conspiratione non solum se removissent, verum etiam ipsa mente se alienos fuisse suo studio demonstrassent; simulque gestorum seriem breviter exponi petunt, et in quo fine constiterint.

51. *Non,* inquit pater Arnulfus, *hoc nobis adscribi debet, quod minime promeritos constat. Pro salute enim vestra quamvis omni tempore consultandum sit, hoc tamen tempus saluti fratris nostri, in periculo positi, totum contulimus; et si res eo quo volumus*[a] *deducta non est, non utique amore et benevolentia*[b] *vestri vel odio ipsius hoc actum est, sed causarum difficultate; in quibus si aliqua similitudo defensionis apparuisset, argumentorum fortia machinamenta, sententiarum validissima iacula, pro eius munimine excitassemus Tanta nos pietas commovit, tantus caritatis fervor accendit. Denique non solum eos qui defendere parati erant pro eo exacuimus, verum etiam eos qui inpugnare videbantur, nostro*[c] *anathemate dubitare coegimus. Itaque utrimque*[d] *numerosae patrum sententiae prolatae sunt, sed nulla earum adiutus est. Deductus quoque in medium est et interrogatus; qui primo quidem omnia negavit, sed cum sibi singillatim species causarum proponerentur, necesse erat sibi confiteri, quod publice factum constabat. Cumque ex his quae confitebatur, consequerentur ea quae negaverat, illa quoque quae plurimum celare nitebatur, in dubium adducebat. Inter has tergiversationes cum haereret, propositum sibi est, ut sibi consuleret Qui secessum petens, episcopos ad remotiora duxit. Ibique dum de qualitate purgationum agere putaretur, stimulante conscientia, subito in confessionem peccatorum suorum erupit, cunctosque qui aderant attonitos reddidit. Episcopis autem salutem illi promittentibus, nihilque grave passurum si rumores adversos*[e] *propelleret, ille nihilominus in sui confessione permansit, seque sacerdotio privari poposcit. Huic confessioni quidam ex abbatibus, multi ex clero interfuerunt, secretorum Arnulfi testes per longa saecula futuri. Sed si placet, in praesentiam omnium deducatur, coramque multitudine, ipse sibi testis et iudex, causam suam exponat, simulque accusatores, testes, atque iudices invidia liberet, in se uno horum omnium personam gerens.*

52. Quo[f] ingresso cum universo populo, post paululum silentium indictum est. Deinde pater Arnulfus ad Arnulfum: *Videsne omnium ora in te unum conversa? Cur pro te ipso non loqueris?* Qui cum male concinna verba effunderet, minusque intelligi posset, ait pater Arnulfus: *Esne adhuc in sententia, in qua te sero reliquimus? — Sum,* inquit. — *Visne te abdicare a sacerdotii honore, quo hactenus abusus es?* Et ille: *Sicut dicitis.* Tum comes Brochardus: *Quid est,* inquit, *istud: „Sicut dicitis?“ Palam eloquatur, palam confiteatur, ne postmodum episcopos crimina quae voluerint finxisse dictitet, se confessum esse abneget.* Et ille: *Palam,* inquit, *dico et profiteor, me errasse, et a fidelitate regia deviasse. Sed peto, ut domno Arnulfo pro me loquenti credatis, ipsumque in vestra praesentia deprecor, sicut mihi conscius est et sibi placet, ut ita causam meam exponat. — Natura,* inquit pater Arnulfus, *taciturnus est, et insuper quae sub testimonio Christi nostrae fidei celanda commisit, palam confiteri erubescit. Sufficiat vobis hoc tantum nosse, quod publice confitetur, scilicet sacramenta quae regibus suis*[g] *publice praebuit minime conservasse; contra professionem et subscriptionem suam sub specie cirographi factam publice venisse. — Non est mihi satis,* inquit comes Brochardus, *nisi publice fateatur, aut publice perneget, sub vestro testimonio, se traditionem fecisse, ut alteri sit libera facultas in eius locum succedendi. — Immo,* inquit pater Arnulfus, *non eritis hodie pares sacerdotibus, quibus solis pura debetur confessio. Nonne si quis militum pro nominato crimine apud regem insimularetur, ipse autem illud quidem*[h] *denegaret, confiteretur autem, ita se in aliis peccasse, ut nec praedium nec beneficium optinere posset, proque sola vita supplicaret; si eius, inquam, praedium vel beneficium regali munificentia vobis offerretur, accipere recusaretis? Quid enim interest inter omnia mortifera crimina, utrum homicidio vel adulterio an veneficio quis puniatur? Satis ergo vobis sit, quod per confessionem nobis sua*

a) uoluimus 2. b) beniuolentia 2. c) uestro 2. d) utrumque 2. e) auersos 2. f) *glossa* episcopo 2. g) *deest* 1. h) quid 2.

peccata manifestavit, quod publice se indignum sacerdotio protestatur, quod sic se peccasse coram regibus in conspectu aecclesiae confitetur, ut nullo honore huius saeculi dignus sit; non enim ad rem spectare videtur, utrum hoc an illo crimine se ipsum sacerdotio privet.

53. Tum conversus ad Arnulfum: *Quid ad haec,* inquit, *dicis, quae pro te hactenus locutus sum? — Ita,* inquit, *dico et profiteor, sicut hactenus locuti estis. — Prosternere ergo,* inquit pater Arnulfus, *coram tuis dominis, coramque tuis regibus, quos inexpiabiliter offendisti, propriamque confitens culpam, pro tui vita supplica.* Qui cum in modum crucis prostratus, pro vita et membris eiulatu quo poterat supplicaret, in lacrimas et suspiria synodum totam convertit. Moxque Daibertus, Bituricensium archiepiscopus, ad genua principum obvolutus, humillimas preces omnium pro salute viri offert. Qui pietate flexi: *Vivat,* inquiunt, *vestro beneficio, nostraque degat sub custodia, nec ferrum nec vincula metuens, nisi forte in fuga spem posuerit.* Hoc dictum episcopis non satis placuit, quippe cum putarent, adolescenti fugam facile posse persuaderi, ob eamque rem mortis legibus iterum subiacere. Iterant ergo preces, et iterum[a] optinent, iuvenem minime gladio feriendum, nisi iterum digna ultore gladio committat. Elevatus itaque a terra nihilque grave ultra metuens, depositionem sui attonitus expectabat. Quaerebatur itaque ab eo, utrum abdicationem suam ex auctoritate canonum sollempniter celebrari vellet. Quod cum potestati episcoporum assignasset, persuasum illi est, ut culmen honoris, quod gradibus extulerat, gradibus deponeret. Resignat ergo regi, quae[b] a rege acceperat; deponit quoque sacerdotalis dignitatis insignia apud episcopos, non quidem exigentes, nec retinere cupientes, sed iis quorum intererat in futurum reservare disponentes. Deinde libellum suae abdicationis secundum exemplar abdicationis praedecessoris sui Ebonis perscribi rogat, perscriptumque hoc modo in medio conventu recitat:

54. *Ego Arnulfus, Remorum quondam archiepiscopus, recognoscens fragilitatem meam, et pondera peccatorum meorum, testes confessores meos, Siguinum archiepiscopum, Daibertum archiepiscopum, Arnulfum episcopum, Gotesmannum episcopum, Herveum episcopum, Ratbodum episcopum, Gualterium episcopum, Brunonem episcopum Milonem episcopum, Adalberonem episcopum, Odonem episcopum, Guidonem episcopum, Heribertum episcopum, constitui mihi iudices delictorum meorum, et puram ipsis confessionem dedi, quaerens remedium poenitendi, et salutem animae meae, ut recederem ab officio et ministerio pontificali, quo me recognosco esse indignum, et alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse me[c] secreto ipsis confessus sum, et de quibus publice arguebar; eo scilicet modo, ut ipsi sint testes alii succedendi et consecrandi in loco meo, qui digne praeesse et prodesse possit aecclesiae, cui hactenus indignus praefui. Et ut inde ultra nullam repetitionem aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam, manu propria mea subscribens firmavi. Quo perlecto ita subscripsi. Ego Arnulfus quondam archiepiscopus subscripsi.* Huic libello Arnulfi praesentes episcopi testes adfuerunt, atque ab eo rogati subscribere, subscripserunt, ac singillatim illi dixerunt: *Secundum tuam professionem et subscriptionem cessa ab officio.* Post hoc clerum et populum a sacramentorum nexu absolvit, ut omnibus libera facultas in alterius transmeandi iura pateret.

55. His sollempniter peractis, ecce Adalgerus presbiter ad regum pedes prosternitur, seque privari communione conqueritur, eo quod imperio domini et archiepiscopi sui, cui resistendum non erat, paruerit. Cui pater Arnulfus: *Aperuisti,* inquit, *portas urbis[d] hostibus?* Et ille: *Aperui.* Et pater Arnulfus: *Ingressus es templum Dei hostiliter?* Tum presbiter: *Negare non possum.* Et pater Arnulfus: *Ex ore,* inquit, *tuo te iudico. Sanguis tuus super caput tuum!* Subiunxit Gualterius episcopus: *Quando,* inquit, *imperans episcopus ita multatus est, tu obtemperans ac monibus iussa perficiens, consequentem multam exsolves.* Et pater Bruno: *Tu,* inquit, *ac tui similes malis consiliis et malis executionibus iuvenem perdidistis; ut ergo ille ploret, et tu cantes? Aut quomodo questibus temperare potero, si nulla afficiantur poena, qui filium patrui mei in has praecipitavere miserias?* Itaque presbitero iubetur, ut quod malit eligat, aut perpetuum anathema, aut sui legitimam depositionem. Sua enim sponte vene-

a) iterunt 1. b) qui 2. c) *deest* 2. d) d. p. 2.

rat sub conditione, ne quid violentiae pateretur. Diu ergo secum deliberans, maluit deponi quam sub perpetuo anathemate detineri. At episcopi nulla miseratione circa eum adducti, veste sacerdotali induunt, ac mox illi singula quaeque usque ad subdiaconatum sine reverentia detrahentes, singillatim per singula subinferunt: *Cessa ab officio!* Deinde per legitimam reconciliationem laicam illi tantum communionem concedunt, ac poenitentiae subdunt. Eos vero sacrilegos urbisque proditores, qui nec sponte nec vi ad satisfactionem venerant, iterato anathemate dampnant. Post haec concilium sollempniter determinatur.

EXPLICIT SINODUS REMENSIS[a].

56. Incipit Cartaginiense concilium Africanorum episcoporum a Girberto superiori sinodo coniuncto quantum ex eo utile fuit[b].

In hoc concilio actum est, ut Nicenum concilium ab episcopis orientalibus peteretur. Cui synodo interfuit legatio ecclesiae Romanae, Faustinus scilicet episcopus, Phylippus et Asellus presbyteri.

1. Allocutio Aurelii episcopi sancti ad synodum.
2. Responsio Faustini episcopi legati Romanae ecclesiae de his quae in ecclesia partim canone partim consuetudine sunt firmata.
3. De commonitorio Romani papae recitato.
4. Alippii papae responsio pro veris exemplaribus Niceni concilii perquirendis.
5. Ubi Faustinus episcopus dixit, ut Romano papae synodus perquirenda Niceni synodi veritate innotescat.
6. De sententia Sardicensis concilii recitati a postulante Novato episcopo.
7. Ubi Augustinus episcopus cum synodo Nicenum concilium conservare promittit.
8. Ubi Faustinus episcopus pro dubietate recitati capituli Romano papae petit scribendum
9. Ubi synodus exemplaria Niceni concilii magis ab orientalibus episcopis expetenda decrevit.
10. Professio fidei Niceni concilii.
11. Scripta Africani concilii ad Bonefacium urbis Romae episcopum.
12. Rescriptum episcopi Romae, Alexandriae, Constantinopolitani cum exemplaribus Niceni concilii Africanae synodo destinatis.
13. Scripta Africani concilii ad Coelestinum urbis Romae episcopum.

Textum concilii Carthaginiensis omisimus.

a) r. Girberti papae 1. b) Concilium carthag. africae VI gestum. era CCCCLVII. ab episcopis CCXVII. 2.

LEONIS ABBATIS ET LEGATI AD HUGONEM ET ROTBERTUM REGES EPISTOLA[1].

L.* Postquam vestrae caritati legatum nostrum a Mosomo direximus, ut causam Arnulfi et Gerberti kanonicę cum timore Dei ac regulariter intra vestrum regnum finiretur, die sancto pentecosten ablatus* est nobis libellus, in quo vestra synodus contra Arnulfum facta continebatur, immo adversus Romanam ecclesiam, tota iniuriis et blasphemiis plena. Quo viso, admiratione et stupore attoniti, cogitavimus statim ad domnum apostolicum reverti, et ipsum ei apostaticum libellum portare. Sed ubi michi renuntiastis, quod omnia kanonicę velitis diffinire, compulsi venimus ad cognoscendam huius rei rationem. Nam ut verius fateor caritati vestrae, in vobis evenit prophetia beati apostoli et euangelistae Iohannis, qui dicit: *Multi antichristi facti sunt; unde scimus, quoniam novissima hora est.* Et quid est antichristus, nisi contrarius Christo? Ecce

1 Ioh. 2, 18.

a) *aut* allatus *aut* oblatus *legendum.* *) *i. e.* Lec.

1) Inveni eam codici regio Bruxellensi N. 503 signato, olim B. Mariae Aureaevallensis membr. sec. X. fol. 219 sqq. manu coaeva inscriptam, v. Archiv VII. 812; et quum ad historiam Arnulfi et Gerberti faciat, a V. Cl. Ludowico Bethmann exscriptam hic propono.

Christus dixit, qui veritas est et mentiri non potuit, quod ecclesia beati Petri apostoli fundamentum sit omnium ecclesiaram. Et ubi ecclesiae sperare debemus fastigium, nisi ubi locatum est fundamentum? ibi procul dubio et cacumen et tota aecclesia permanet. Econtra anticristi vestri dicunt, quod ibi sit statua marmorea, et ut templum sit idolorum. Absit absit, ut hanc iniuriam Petri, immo Christi, aliquis christianus libenter audiat, et zelo Dei cor eius contra talem heresim non accendatur! Et quia vicarii Petri et eius discipuli nolunt habere magistrum Platonem, neque Virgilium, neque Terentium, neque ceteros pecudes philosophorum, qui volando superbę, ut avis aerem, et emergentes in profundum, ut pisces mare, et ut peccora gradientes terram descripserunt: dicitis eos nec hostiarios debere esse, quia tali carmine imbuti non sunt. Pro qua rę sciatis, eos esse mentitos, qui talia dixerunt. Nam Petrus non novit talia, et hostiarius caeli effectus est, ipso Domino ei dicente: *Tibi dabo claves regni caelorum.* Unde eius vicarii et eius discipuli apostolicis et euangelicis sunt instituti doctrinis, et non ornatu sermonum, sed ratione et sensu verborum; quia scriptum est: *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat fortia.* Et ab initio mundi non elegit Deus oratores et philosophos, sed illiteratos et rusticos. Sed non est mirum, si vicarii Petri a pseudoepiscopis audiunt, quod ipse a scribis et Phariseis audivit, qui ad eius iniuriam dicebant, eum idiota[a] et sine litteris esse, et deridendo dicebant: *Musto pleni sunt isti.* Unde Iohel propheta caecitatem illorum redarguit; qui inter cetera sic ait: *Et quidem super servos meos et super ancillas meas effundam de spiritu meo;* non super scribas et Phariseos aut falsos sacerdotes, qui dicunt se nosse Deum, factis autem negant. Et quoniam calumniatis Romanum pontificem, qui munera[b] sibi oblata recepit: in hoc non solum illi, sed omnibus apostolis eorumque successoribus detraxistis, immo ipsi Domino, qui capud omnium est ecclesiarum, qui a magis oblata sibi munera non respuit. Etenim quia in vestro concilio vobis cura fuit, de pontificibus iam defunctis mentionem facere, quod quam sit contrarium omni christiano, temere iudicare de his, qui ad Deum migraverunt, in secundo capitulo Anastasii papae ad Anastasium imperatorem directum[c] invenire poteritis, et quomodo contra ordinem vestrum fecistis, facilius cognoscetis. Unde liquidius patet, quod Romanam ecclesiam, matrem vestram, a vobis separastis, cum de ea tantam iniuriam scribere non timuistis. Non ergo ex pio corde vel ore aliquando tam prophana tamque perversa contra Romanam ecclesiam processerunt. Verumtamen si vestra fuerunt verba, quae in despectu beati Petri apostolorum principis, immo Dei, cuius ordinationi resistitis, scripta, et quasi detrahentia sacratissimam ecclesiam composita sunt, fateor, non vos studiosę sacras regulas, non venerandarum sinodorum actiones, non veraces probabilium virorum canones lectitasse, quando tanta conati estis in derogatione Romanae ecclesiae inutiliter atque incompetenter memorare. Denique si Cham, filius Noe, videns verenda patris irrisit, nec operuit, maledictionem perpetuam percepisse legitur: quanto potius hi, qui patres spirituales non solum minime cooperiunt, sed et deridendo et falso ad[d] subsannationem sui moris homines provocant? Scriptum quippe est: *qui subsannat patrem et matrem*, et reliqua. Hoc itaque scientes Athanasius archiepiscopus et universi Aegiptiorum et Thebaidorum et Libiarum episcopi, quando a sancto Felice pontifice, nunc martyre, eodem tempore apud vestri similes homines invasorem aestimatum, consilium adversum hereticos petiverunt, quod Deo volente acceperunt. Sed quod ad eos pertinebat, quaesiverunt; quod ad illos non pertinebat, Deo dimiserunt; et in derogatione[e] Romanae ecclesiae siluerunt. Fuit namque quidam Dioscorus Alexandrinus archiepiscopus, cuius vos exemplum imitati estis, qui presumpsit contra Leonem pontificem et contra Romanam ecclesiam scribere; sed in tantum illius presumptionem sancti patres apud Calcedoniam detestati sunt, ut sine ulla restitutione eum dampnarent. Et nullam inquisitionem fecerunt, utrum iuste an iniuste vel quoquo modo iam fatum Dioscorum contra Romanam ecclesiam dictasset; sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt, quia, cum esset inferior, suo priore et magistrum conatus est lacessere contumeliis. Voluerunt nempe, in domo Dei nichil fieri confusum, nichil inordinatum. Verumtamen haec parvipen-

Matth 16, 19. — 1 Cor. 1, 27. — Act. 2, 13. — 2, 28. — Prov. 30, 17.

a) *ita c.* b) numera *cod.* c) *ita c.* d) ab *cod.* e) inde rogatione *c.*

debat pater Arnulfus, cum suo nescimus quo apostata filio [2], quando tanta contra Roma- supra pag. 672.
nam ecclesiam ausi sunt scribere [a], quod nec Arriani heretici aliquando presumpserunt. Certe scriptum est, quia venenatis filiis venenati parentes nascuntur. Contra quem beatissimus papa Bonifatius ait: *Nemo umquam apostolico culmini, de cuius iuditio non licet retractari, manus obvias audacter* [b] *intulit; nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.* Nam etsi aliquando in aliquo Romana ecclesia titubavit, cum adiutorio Petri apostoli ipsa se erexit, et omnibus aecclesiis semper adiutorium prebuit; ipsa tamen ab aliqua adiutorium minime quaesivit, non suis viribus, sed Dei adiutorio, qui ait ad Petrum: *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos.* Ista igitur privilegia teste beato papa Nicolao Romanae ecclesiae a Christo donata, a synodis non donata, sed tantummodo celebrata et venerata, quae nullatenus possunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari; quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amovere conatus, et quod Deus statuit, firmum validumque consistit. Verum ille potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere temptat. Ipsa namque privilegia Romanae aecclesiae impingi possunt, transferiri non possunt; trahi possunt, evelli non possunt: quae permanet [c] illibata. Quousque christianum nomen predicatum fuerit, illa subsistere non cessabit inmutilata [d]. Et quoniam contra Romanam ecclesiam canones opposuistis, audite, quid vobis Gelasius, multarum hereseon destructor, in commonitorio, Fausto magistro, fingenti legationem Constantinopolym, dato, inter cetera sic ait: *Nobis,* inquit, *apponunt kanones, dum nesciunt, quid loquantur; contra quos ipsi venire se produnt, quod primae sedi* [e] *sana rectaque suadenti parere refugiunt.* Ipsi sunt kanones, qui appellationes totius ecclesiae ad huius sedis examen voluere deferri, ab ipsis vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam ad nullum commeare iuditium, nec de eius umquam preceperunt iuditio iudicari, sententiamque illius non oporteret dissolvi. Et quoniam quae in detractione Romanae ecclesiae evomere potuisti, scripsisti; quod autem honor et decus illius est, latenter subtraxisti: verumtamen medicamentum animae abscondisti, et venenum, unde incautos et simplices interficere possis, ostendisti. Enimvero quicquid interrogando, ut filii ad patres, Aurelius et Augustinus et Alippius et ceteri episcopi in Affrica constituti Bonifatio papae miserunt, vos proterve et arroganter posuistis; quod vero propter tribulationem et angustiam, quae ei imminebat ab Eulalio, qui in intentione uno die cum predicto Bonifatio ordinatus fuerat, et semper in dissensione fuit, quo vixit annos 3 et menses 5, et propterea illis scribere minime potuit teste Celestino papa, dicere noluisti. Epistolam vero ostendere predicti Celestini papae, quae laudans eos et amplectens eorum sententiam, quae de libero arbitrio [e] diffinierunt, et arguens, quod orientales ecclesiae de Niceno concilio consuluerunt, cum per triginta et eo amplius annos in tantum heretici orientales ecclesias devastabant, ut poene nullum librum de fide cathofica dimittentes, quem non falsaverunt aut non incenderunt. Insuper ipsum simbolum Niceni concilii conscriptum pauci abscondere potuerunt, unde plurimae memoratae orientales ecclesiae a Romana ecclesia ipsum simbolum sibi conscribi petiverunt; et Athanasius archiepiscopus Alexandrinus, qui in diaconatu positus ipso Niceno interfuit, Marco pontifice, ut ei dignaretur conscribi, supplicando mandavit. Et quoniam postea temporibus Constantii et Iuliani ipse pestifer morbus usque ad Romanam ecclesiam, quae est capud [f] omnium aecclesiarum, pervenit, ideoque per diversas Romanas ecclesias dispersas tam predictam sinodum quam etiam decreta pontificum predictus Caelestinus in unum congregans maxime a Melchiade papa, sicut ei Damasus pontifex repromiserat, ipsi Aurelio remandavit eadem, quaeque [g] Isidorus asserit [h]. Sed vos haec omnimodo reticendo celastis [i]. De Antioceno vero concilio quod scripsistis, si cum [k] ligatis Romanae aecclesiae factum est, et ipsi ibidem primatum habuerunt, ut iudices, et sicut in omnibus sinodis subscripserunt, et epistola Leonis papae illis directa sicut euangelium confirmaverunt. Si vero ultionem, ut audistis, Dioscorum Antioceni patriarcham fecerunt, obsecro per Deum,

Luc. 22, 32.

a) scribere *cod.* b) audacter *cod.* c) *sic.* d) inmulitata *cod.* e) sedis *cod.* *) arbitri\cod. f) apud *cod.* g) q̄q; *c.* h) assir *c.* i) celasti *cod.* k) sicū *cod.*

2) Gerbertum intelligit summum postea pontificem, qui se tunc temporis Remensis synodi scriptorem nondum professus esse videtur.

nolite occultare, quia Deus veritas est, et qui veritatem occultat, pro certo Deum negat. Nam quia beato Gregorio derogastis, ut de depositione episcoporum non requireret, considerate rationabiliter et probate, quod illius temporibus aut suum defensorem, aut notarium, aut subdiaconum, aut suum vicarium habebat, sicut in illius vita invenire poteritis, qui omnia sua vice ordinabat et disponebat, et quod rectum fatiebant, laudabat et confirmabat, quando inordinate, corrigebat et emendabat. Unde etiam Menne episcopo in sua praesentia se puri cante, et dignitatem honoris et gratiam communionis reddidit. Similiter Ianuarium episcopum, et Stephanum, per defensorem suum Iohannem audire et restitui fecit in ordine. Verum etiam non solum episcopis, sed etiam presbiteris, qui inordinate depositi [a] fuerant, ordini pariter et in dignitati restituit. Haec etiam partim in vita illius, partim in regesto eius invenire poteritis. Itaque Nicolaum papam ad vestrum testimonium deduxisti, eo quod adversum Romanam ecclesiam in depositione episcoporum siluisset. Qualiter contra Fotium invasorem Constantinopolitanae ecclesiae asterius [b] fuit, quousque Ignatium in sede propria revocaret, in epistolis illius invenire poteritis. Etiam et in Mettensi synodo contra reges et episcopos in excommunicando et non reconciliando quam asterus fuit, diligentius providete. Semper hoc proprium habuit Romana ecclesia, ut iustos iustificet, et impios condempnet, hostes expellat, filios recreet. Et quoniam improperasti, quod orientales et Affricanas seu Hispanienses ecclesias ab ea se separarent, et in hoc vos falsa dixisse cognoscite, quoniam nunc Theodorus archiepiscopus Aegypti, et Horestus Hierosolimitanus, legatos suos [c] ad domnum apostolicum preterito [d] anno direxerunt, et de heresi Iacobitarum conversos, utrum ad clericatum venire debeant, consilium petiverunt, et quoniam pro metu Sarracenorum in omni ecclesia altare minime consecrare poterant, ut eis pannum consecrare liceret postulaverunt. Similiter de Africa Cartaginense clerus et populus temporibus domni Benedicti septimi papae unum sacerdotem, Iacobum nomine, elegerunt et eum Romam, ut ibi consecraretur, mandaverunt. Epistola, quam secum detulit, inter cetera ita continebat: *Domno beatissimo et apostolico papae Romanae a Deo protectae civitatis clerus et populus Cartaginensis. Postulamus beatitudinem vestram, ut succurratis miserae et desolatae Africanae civitati, quae ita ad nichilum redacta est, ut ubi olym metropolis fuit, vix ibi modo sacerdotes habeantur; et sicut nostri anteriores ad vestros anteriores confugerunt, ita nunc quamvis parvi et indigni ad vos confugium facimus; et ideo et sacerdotem Iacobum ad vos misimus, ut eum nobis ordinando solatium praebeatis.* Quem predictus pontifex in nostro monasterio, quousque de fide catholica probaretur, misit; at [e] ubi eum orthodoxum repperit, consecrans archiepiscopum, eum cum privilegio ad propria remisit. Simulque de Hispania temporibus Iohannis papae, filii Alberici, quem vos incongrue derogastis, Iulianus Cordubensis archiepiscopus de multis et de difficilioribus causis epistolam cum legatis mittens, consilium petens, non interrogans, quis aut qualis fuisset, sed venerationem praebens apostolicae sedi, quod sibi utile erat quaesivit. Ex qua re cognoscite, Romanam ecclesiam adhuc ab omnibus ecclesiis honorari et venerari, solummodo a vobis detrahi et dehonestari [f]. Dicitis, quod Deo, non apostolico mandaretis, et vobis responsum non dedisset. Notum est omnibus, quia in tanta tribulatione et oppressione a Crescentio ... [g] nunc positus fuit, ut quando voluit et qualiter voluit, nec vobis nec aliis responsum dare potuit; sed tamen citius quam potuit, nos ad investigandam et inquirendam vestram causam direxit. At ubi Aquis venimus, iam eum depositum invenimus, et neque aliquod responsum a vobis habere potuimus. Nobis vero reversis domum, apostolicus vos Romam invitavit; nec tamen ad eum venire voluistis [3]. Et quia in itinere positus, non ut voluimus, sed ut potuimus, scripsimus, nunc ad vestram sinodum revertimur, quae a vobis est venerata et laudata, a cunctis vero, qui audiunt, depravata et vituperata. Quis fidelium aequis auribus audire potest, archiepiscopum per fidem deceptum et in carcere diu maceratum, et sic nudum vinctum, cum multitudine strepentium militum ad sinodum ductum, uno teste dampnatum? Quis talia audiens

a) positi c. b) *i. e.* austerius. c) uos c. d) peterito *cod.* e) aut *c.* f) honestari c. g) *duo vel tres litterae exesae; an* consule?

3) cf. Hugonis litteras ad papam ex cod. Lugdunensi in edit. Francofurtana synodi Remensis p. 149.

vestram synodum non maledicit? Neque ut in vestro libello habetur, ter quaterque se culpabilem negantem esse, nullus vestrum eum audire voluit, sed cum uno presbitero eum dampnastis; quod omni auctoritate prohibetur. Quod nullius honoris, nullius dignitatis sit contra quemlibet laicum, unum testimonium credere debere: quanto magis adversus archiepiscopum! Quia vero dicitis, ipsum se accusasse et confessum fuisse, considerate, si fuit recipienda talis confessio? Nam ut in vestro libello habetur, dicebatis ei: *Pete veniam, ut vita tibi concedatur.* O inutilis confessio! Acsi ei diceretur: *Nisi dixeris, quae volumus, vivere non poteris.* Ecce Arnulfus archiepiscopus ut patriarcha Iosep captus et in lacum missus, timens mori negavit[a].

*) littera a *exesa est.* a) *Hic desinit pagina; sequens codicis quae est ultima, theologica quaedam continet, aliâ manu scripta.*

ACTA CONCILII MOSOMENSIS
AUCTORE GERBERTO ARCHIEPISCOPO.

CONCILIUM MOSOMENSE[a].

995 Iun. 2. Anno ab incarnatione Domini 995, indictione 8ª, a papa Iohanne synodus denuntiata est habenda in parroechia Remensi metropoli. Itaque 4. Nonas Iunii convenientibus Mosomum venerabilissimis episcopis Liodulfo[b] Treverensi, Aymone[c] Verdunensi, Notkero[d] Leodicensi, Suitgero[e] civitatis Minigardevurdae, Leo abbas monasterii sancti Bonefacii urbis Romae vicem agens domni Iohannis papae, medius inter eos consedit, in aecclesia beatae Dei genetricis Marie; atque in eorum prospectu Gerbertus Remorum archiepiscopus, pro sua ordinatione rationem redditurus Interfuerunt etiam huic concilio diversarum urbium abbates non ignobiles, sed vita, moribus et scientia inter suos praeclari. Ex laicis quoque admissi sunt Godefridus comes et reliqui. Facto itaque silentio, cunctis residentibus qui aderant, Aymo episcopus surrexit et gallice concionatus est, domnum Iohannem papam episcopos Galliarum causa synodi ad Aquasgrani palatii invitasse, et eos illo venire noluisse. Item invitasse ad Urbem, et eos non venisse. Nunc pro sua sollicitudine in Remensi provintia concilium statuisse, et quae de Arnulfi deiectione et Gerberti promotione contraria sibi dicerentur, per suum vicarium velle cognoscere. Post haec protulit epistolam plumbeo sigillo munitam. Quam dissolvens, coram omnibus recitavit hoc modo se habentem: *Iohannes episcopus servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis Galliarum salutem et apostolicam benedictionem* et reliqua. Hac epistola recitata, surrexit Gerbertus Remorum archiepiscopus, et hanc orationem subintulit.

Exordium. „*Semper quidem* etc. *v. supra pag.* 655. 656. *usque* ***in commune oramus***“.

Hanc orationem Gerbertus finiens, Leoni abbati scriptam protulit[f], et epistolam papae recepit atque ita resedit. Tum episcopi a concilio secedunt, et comitem Godefridum consultationibus suis adhibent. Post haec Gerbertum ad se vocant, et Leonis abbatis monacum Iohannem ad reges Francorum cum omni honore deduci faciat, orant et obtinent. Deinde Kalendis Iulii Remis habendam synodum denuntiaut. Iam synodus soluta esse videbatur, cum ecce Gerbertus[g] episcopus legatos episcopos accipit tanquam a parte Leonis, ut a divino officio usque ad denuntiatam synodum abstineat. Qui cum renueret, in praesentia ipsius Leonis perventum est. Ibique breviter commemorat, non esse in potestate cuiusquam episcopi vel patriarchae vel apostolici, quemquam fidelium a communione removere, nisi sponte confessum vel convictum, vel ad concilium venire nolentem. Sibi autem nichil horum obstare, quippe qui nec confessus nec convictus sit, et qui solus de Gallia ad concilium venerit. Non ergo se suo iuditio dampnaturum, qui in nullo genere oppositorum sibi male conscius sit. Sed modestia et probitate domni Liodulfi

a) MOSONSE *c.* b) L. *c.* c) A. *c.* d) N. *c.* e) S. *c.* f) porrexit *in marg.* g) girbertus *c.*

Treverensis archiepiscopi conventus et fraterne commonitus, ne occasionem scandali suis emulis daret, quasi iussionibus domni apostolici resultare vellet, sub nomine obedientiae, ut a missarum tantummodo celebritate abstineret, adquievit, usque ad proximas Kalendas Iulias, quo tempore altera synodus indicta erat. Et sic discessum est.

ACTA CONCILII CAUSEIENSIS

AUCTORE GERBERTO ARCHIEPISCOPO.

ORATIO EPISCOPORUM HABITA IN CONCILIO CAUSEIO IN PRAESENTIA LEONIS ABBATIS LEGATI PAPAE IOHANNIS.

Impleta sunt vota nostra, reverentissimi patres, quia tocius Galliae episcopis in caritate conunctis, apostolica sedes coetui nostro praesidet per venerabilem abbatem et monachum Leo. In quo simul et in nobis eam prudentiam morumque probitatem esse confidimus, ut quae probabiliter et necessario demonstravimus, non in statera dolosa et iniqua, sed in equa et rationabili lance appensa fuisse gaudeamus, iuxta illud beati Augustini in secundo libro de baptismo: *Non offeramus*, inquit, *stateras dolosas, ubi appendamus quod volumus, et quomodo volumus tota die dimittamus pro arbitrio nostro, dicentes: hoc grave, hoc leve est! Sed afferamus divinam stateram de scripturis sanctis tamquam*[a] *de thesauris dominicis, et in illa quid sit gravius appendamus, immo non appendamus, sed appensa a Domino recognoscamus.* Nimirum hic vir sanctus et sapiens hoc intelligere videtur, non ex hominum voluntario sed potius ex divino iuditio maiora vel minora habenda esse peccata. Neque enim dissimulando quodlibet illud peccatum tacuerimus, ideo illud peccatum non est? Nec si diiudicare noluerimus, ideo ante oculos divinae maiestatis minus est? Non. Proinde pensate, venerandi patres et fratres, quid nobis in causa Arnulfi iudicandum fuerit, quem ante Dei et hominum oculos in immanum barathrum cecidisse constabat; qui se ipsum proprio ore dampnabat; cuius pro rebellione et contumacia Africana concilia omne ius ademerant. Pensate, inquam, quid pro pereuntis populi salute, quid in tocius regni discrimine melius et utilius fieri potuerit, quam ut tiranno excluso, utilis populo et regno constitueretur pastor. Quod et populi quies et regni soliditas consecuta est. Sed ecce ex adverso hostis humani generis per organa sua proloquitur: Non hoc [illegible] licuit sine sedis apostolicae auctoritate, non sine praesente legato, nonnisi ab Arnulfo recepta ecclesia. Exordium. 995.

Haeccine est auctoritas, ut innumerabilis multitudo hominum assidue pereat? Nullus Romanus, etiam invitatus multumque rogatus, subveniat? Et qui potest, nisi praesente Romano nec audeat nec praesumat? Omittimus itinerum difficultates, sumptuum indigentiam, prudentis legati inopiam; et iam cum Romam ventum fuerit, non apostolicae sedi liberum licebit proferre iuditium, sed quod auri talentum obtinere poterit apud Crescentium, diaboli membrum. Non ignota loquimur. Regii ac nostri legati Romam profecti epistolas pontifici porrexerunt, et ab eo digne suscepti sunt. Sed, ut credimus, quia Crescentio nulla munuscula obtulerunt, per triduum a palatio seclusi, nullo responso accepto redierunt. Quod peccatis nostris provenire non dubium est, ut Romana ecclesia, quae mater et caput omnium ecclesiarum est, per tirannidem oppressa, omnia membra debilitentur? Haec, inquam, omittimus, et tamen in tanta rerum difficultate sacris obtemperatum legibus edocemus, ut apostolica sedes in Arnulfi causa honeste et utiliter vel addere vel mutare nichil potuerit, vel adhuc possit. Si enim quaedam pontificum decreta ita sunt rata, et quaedam concilia a sede apostolica ita corroborata, ut exinde Reprehensio et confirmatio alternatim digestae.

a) tamque *codex*.

permutari nichil oporteat, eorum decretorum et conciliorum executores per omnia laude et praemio digni, perturbatores autem vituperandi et omnium penarum genere afficiendi sunt. Item si sub beatissimis pontificibus aliqua provenerunt, quae causae Arnulfi similia sint, quod exinde iudicatum est, in causa Arnulfi iudicandum fuit. At Cresconius episcopus, quia rebellis et contumax, non contra principem sed contra episcopos, fuit, ab Africana synodo iudicatum est, ut potestate principis coerceretur et ab ecclesia excluderetur. Et item universaliter episcopos conspirantes et ad conventum fratrum suorum venire nolentes, sua forte ne prodantur flagitia metuentes, eadem synodus potestate principis cohercendos, a principalibus cathedris removendos, et ut propriis etiam careant, auctoritate publica ut rebelles auctoritate apostolica iudicavit per Faustinum et Philippum et Asellum presbyteros. Quod autem apostolica sedes in Cresconium fecit et in alios fieri docuit, hoc idem in Arnulfo summa diligentia fuit observatum; id est quia ad fratrum suorum conventum amplius quam per anni spatium invitatus venire contempsit, et insuper in principem suum rebellis et urbis ac patriae proditor extitit, principis potestate necessaria synodo repraesentatus est. Atque habita cognitione, qualis fuerat diffamatus, talis etiam est sua professione detectus. Sed inquit emulus: Non potuit diiudicari; ecclesiam recipiat, suis viribus resumptis suisque diu retentis amicis, ad iudicium provocetur. Quidnam est armatus a tirannide removeri? Immo non aliter quam spoliatus potuit diiudicari. Sed aeque tirannus armis circumseptus nunquam ad iudicium potuit adduci. Quid est autem ecclesiae receptio, virium resumptio, amicorum retentio, nisi in reges nostros tirannidis extinctae resuscitatio, iniuriarum ultio, malorum sublevatio, bonorum omnium oppressio? Sed obsidibus, inquit, et sacramentis astringatur multis modis. Num plura et validioris generis sacramenta repperiri poterunt ante prolatis? Num obsides fratris eius Richardi episcopo Brunoni eiusque sororis filio praeferendi? Quo ergo iure Bonefatii pape decretum in irritum devocabitur, qui intonat, ut si reus adesse neglexerit, dilationem sententiae vel absentiae non lucretur. Nimirum haec decreta apostolica nec fugientem protegunt, nec confessum vel convictum ecclesiae restituunt. Non igitur iure spoliatus eam recipiet ecclesiam, quam nec sicut episcopus rexit, sed sicut praedo crudelissimus devastavit. Sed dicant summi pontifices Leo et Zosimus magnusque Gregorius, quid de huiusmodi confessis vel convictis auctoritate apostolica statuerunt. *Huiusmodi*, inquit Leo, *lapsis ad promerendam Dei misericordiam ecclesia privata est, expetenda secessio, ubi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.* Et Zosimus Lazarus dudum in Taurinensi concilio gravissimorum episcoporum sententiis pro calumpniatore dampnatus, cum Brictii innocentis episcopi vitam falsis obiectionibus appetisset, post vero ab eodem Proculo, qui inter ceteros dampnationi eius in synodo assenserat, sacerdotium consecutus est. A quo ipse vitae suae conscius, datis litteris in abdicationem sui se sponte submovit. Et Gregorius ad Iohannem archiepiscopum prime Iustinianae: *Dilectissimus*, inquit, *lator praesentium Nemesion ad nos veniens indicavit, sicut et gestorum exemplaria quae huc detulit continebant, Paulum Diaclinae civitatis episcopum et post pauca etiam libellum, in quo ea de quibus accusatus fuerat vera esse confessus est, obtulisse. Qua de re sententia episcopali illo deposito, se eius loco*[a] *cum fraternitatis vestrae consensu esse episcopum ordinatum.* Et Iohannes papa universis ecclesiis per Gallias constitutis, *Praedictum*, inquiens, *Contumeliosum episcopum, ut habeat poenitendi licentiam, petitorium vobis dare censemus, ubi errorem suum evidenter alligans, sub die profiteatur et consule.* Non, inquit calumpniator, potuit Arnulfus se ipsum dampnare sine apostolicae sedis legato. Quomodo ergo Lazarus, quomodo Paulus et Contumeliosus, et ut propius ad causam accedamus, quomodo Ebo Remorum archiepiscopus? Si enim Arnulfo non licuit, nec illis. Sed manifestum est, illis licuisse. Licet enim mala relinquere et bona facere sine apostolicae sedis legato et auctoritate. At criminosum in ordine pontificali stare malum est, et ab eo recedere bonum. Bene igitur Arnulfus fecit, si ab ordine pontificali recessit, in quo criminosus stare non potuit. Bene reliquit, quod contra divinas et humanas leges per dolum accepit. Cur ergo, calumpniator inquit, detinetur omni potestate exutus, ac non potius quo velit abire permittitur? Videlicet, quia

a) locum *codex.*

Euthices archimandrita in synodo depositus ab imperatore est directus; sed hunc magnus Leo papa ad remotiora duci iubet, ne in eo seviens morbus suo contagio alios corrumperet. Iuste ergo detinetur, qui adhuc necem patriae meditatur, suosque satellites crebris legationibus incitat, ut a coepto furore non desistant. Videtis, reverendissimi patres, nobiscum stare apostolica et ecclesiastica iura. Sed quid faciemus improbis hominibus, quibus nulla ratio sufficit, nisi etiam corporeis sensibus satisfiat? Cedamus talium importunitatibus, et nichil sine praesentia legati apostolicae sedis in causa Arnulfi factum esse doceamus. Certe Seguinus, venerabilis vitae Senonensium archiepiscopus, domini papae Iohannis vices per Gallias sibi creditas Romae innovavit, et ita a latere apostolici cum decreto privilegii veniens, eius vices usque in praesens omnium episcoporum Galliae consensu prosecutus est. In huius ergo praesentia Arnulfus se ipsum sacerdotio exuit, atque iuxta decreta apostolicorum virorum, Zosimi, Leonis atque Gregorii, petitorio vel confessionis seu ita placet dici abdicationis porrecto libello, sacerdotalia deposuit signa. Pro qua re ad iudicium devocamur, quasi innocentem oppresserimus? Nos vero illum non solum non oppressimus, sed etiam per duodeviginti menses bella, seditiones, regni discidia molientem, toleravimus, cum Affricana concilia post secundum mensem vocationis eum a communione removerint, et anniversario concilio non occurrentem eum in se dixisse dampnationis sententiam iudicaverint; neque post expletum annum eius vocem penitus audiendam. Sed ó christiana fides, ó religio christiana; quis umquam nocens habebitur, si patriae proditor hodie velud innocens absolvitur? Sileant ammodo leges, iura regum conticescant, si neminem in iudiciis attingere fas est, nisi quem Crescentius tirannus mercede conductus voluerit absolvere vel punire? Patriae proditor ferat praemium, et qui eam liberaverit, propellatur in exilium. Sed non sic sanctus Spiritus per os David cecinit: *Semel*, inquit, id est in- Ps 61. commutabiliter, *locutus est Deus*; duo haec quae se audisse commemorat, scilicet quia 12. Dei potestas in dampnando reprobos et misericordia in glorificando electos; quod ipse subinfert: *quia tu reddes unicuique iuxta opera sua*, id est iuxta hoc quod est, inquit, ib. 13. non iuxta id quod non est, dicente propheta: *Ve his qui dicunt bonum malum et ma-* Ies 5. *lum bonum, ponentes lucem tenebras et tenebras lucem.* Si ergo beatorum pontificum, 20. Gregorii, Leonis, Zosimi, decreta itemque Africana concilia rata habenda sunt, vituperandi ac penitus sunt contempnendi, qui Arnulfum inregulariter deiectum inmurmurant, nostramque simplicitatem apud apostolicam sedem insimulant, quasi eum pro sua innocentia sedem apostolicam appellantem deposuerimus, cum ipse potius ad electos a se ipse iudices confugerit, atque ab eis post confessionem modum poenitendi postulaverit. Quod imponit finem litibus iure Africani concilii.

Nunc ad te qui vices domni Iohannis papae in hac synodo retines, abba Leo, Epilo- recurrimus, et si qua te pietatis viscera movent, admonemus, ut pacis exturbatores gus. auctoritate apostolica conquiescere facias. Neque enim zelo Dei aut fraterna caritate commoniti pro Arnulfi restauratione satagunt [illegible]em Dei et universalis ecclesiae iuditio in perpetuum sacerdotali officio exutum esse [illegible]; sed novitate rerumque permutatione delectati, sanctam et apostolicam ecclesiam contra nos incitant, ut dum non erit qui audeat contradicere, impune liceat eis peccare. Quod quantam Romanae ecclesiae pariat invidiam, tua sanctitas recognoscit. Neque enim iuditia populi ita retusa sunt, ut interdum quid sit equius et iustius non intellegant. Cui rei dum a quibuslibet episcopis inconsulte resistitur, sacerdotii gravitas et dignitas nostro vitio dispicitur. Iungatur nobis per te beati Petri apostolatus, redintegretur per te iam scissum rete ecclesiae, ut dum re bene gesta Romam redieris, spe, voto ac desiderio a Galliarum episcopis iterum revoceris.

EXPLICIT CONCILIUM CAUSEIUM.

a) quandam c.

GREGORII V. PAPAE LITTERAE

DE SYNODO PAPIENSI.

997. Gregorius servus servorum Dei, dilecto confratri Willegiso[a], archiepiscopo et vicario nostro, salutem et apostolicam benedictionem.

Decreta enim synodi Papiensis, quibus ego licet indignus subscripsi, et una mecum archiepiscopus Ravennas, necnon archiepiscopus Mediolanensis, cum aliis confratribus, queso ducite ad memoriam, et ut haec ad profectum veniant, auxilii operam impendite.

Leg. II. B. 171. 1.[b] Placuit sanctae synodo, ut omnes episcopi occidentales, qui in depositione Arnolfi archiepiscopi fuerunt, et certis induciis vocati, Papiensem synodum spreverunt, et inconvenientes causas ad confundendam synodum per laicalem personam miserunt, ab episcopi officio suspendantur. Adelbero Lodunensis episcopus, qui etiam metropolitanum suum apprehendit et tradidit, ab episcopi officio suspendatur. Auctoritate Iulii papae sancitum est, qui etiam orientales episcopos ad sinodum venire spernentes, depositionis reos iudicavit; illos vero absque apostolica auctoritate depositos, innocentes remanere.

2. Decretum est etiam, ut rex Robbertus, qui consanguineam suam contra interdictionem apostolicam in coniugium duxit, ad satisfactionem convocetur, cum episcopis his nuptiis incestis consentientibus. Si autem renuerint, communione priventur.

3. Item sancta synodus sancivit, ut Neappolitanus invasor, qui illius loci archiepiscopum apprehendere fecit, et se in eundem locum per symoniacam heresim constitui fecit, nisi satisfaciat, anathematizetur.

4. Constituit[c] etiam, ut si quis episcopus, presbiter, aut diaconus, aut clericus, papa incolume, et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare, aut pictationem promittere, aut sacramentum praebere temptaverit, aut aliquod certe suffragium pollicitus fuerit, loci sui dignitate et omnium fidelium communione privetur, et anathematizetur. Synodus Simmachi papae: *Decrevit sancta synodus, ut nemo sancti Spiritus donum vendere praesumat, aut pro alicuius episcopi, presbiteri, diaconi, vel alicuius ordinis consecratione pecuniam accipere; et qui dat, et qui accipit, et qui mediator est, anathema sit.*

1 5. Placuit etiam omnibus, ut Gisilharius[c. 1] episcopus, qui contra canones sedem suam dimisit, et aliam invasit, in natale Domini Romam vocatus, ad satisfaciendum veniat; quod si renuerit, a sacerdotali officio suspendatur.

6. Notum vobis etiam facimus, qualiter per communem consensum fratrum, Crescentium sanctae Romane aecclesiae invasorem et depraedatorem a gremio sanctae aecclesiae et omnium fidelium communione segregavimus, et ut unusquisque vestrum in suo episcopatu huic facto adsensum praebeat, caritative rogamus.

Ego Gregorius sanctae catholicae et apostolicae Romanae aecclesiae praesul subscripsi.

Ego Iohannes sanctae Ravennatis aecclesiae archiepiscopus subscripsi.

Landulfus sanctae Mediolanensis aecclesiae archiepiscopus subscripsi.

Wido Papiensis aecclesiae episcopus subscripsi.

Iohannes Albanensis[e] aecclesiae episcopus subscripsi.

Blinwarmund sanctae Ipponensis aecclesiae episcopus subscripsi.

Sigifredus sanctae Parmensis aecclesiae episcopus subscripsi.

Iohannes Mutinensis aeclesiae episcopus. Adam Taurinensis aeclesiae episcopus subscripsi.

Andreas Laudensis aeclesiae episcopus. Iohannes Ianuensis aeclesiae episcopus.

Constantinus sanctae Albensis aeclesiae episcopus.

Albertus sanctae Brixensis aeclesiae episcopus.

Liutifredus Terdonensis aeclesiae episcopus subscripsi.

a) Will *cod.* b) *numeros adieci.* c) Constitui c. *cf. Legg. II. B.* 72. d) Gisilbarius c. e) abbanensis c.

1) Merseburgensis et Magdeburgensis.

BENEDICTI SANCTI ANDREAE MONACHI CHRONICON.

Iam tempus adest, quo Remis et Richero relictis, Gerbertum in Italiam comitemur, et quales in Urbe litteras invenerit, alio chronico hucusque inedito monstremus. Debetur id Benedicto, monacho sancti Andreae in monte Soracte, viro nescio maioris an stoliditatis an incuriae, qui Iohannis XII. tempora vidit, et vergente saeculo decimo Iohannis XVI. et Crescentii iugum subiit, atque monasterii sui amore vanitateque ductus ad historiam scribendam accessit. Nec libris plane caruit, quibus adiutus chronicon ederet, quippe qui Vitis S. Pigmenii, S. Martini et sancti Barbati, Translatione S. Bartholomaei ab insula Lipari Beneventum, Bedae chronico, Annalibus Laurissensibus integris, Einhardi vita Karoli Magni, Gestis pontificum Romanorum[1], *edictis regum Langobardorum, chartis archivi sancti* 1
Andreae, et, notitiis ad historiam cum monasteriorum in monte Soracte sitorum tum Langobardorum et Romanorum facientibus, opus aggressus est. Sed optimis fontibus pessime usum, liber ipse arguit. Nam et sententiis plurimis, immo paginis integris, annalium omissis, nil haesitans suprema anterioribus acsi eadem essent adiungit, et viros per saeculorum terrarumve immen a spatia ab invicem discretos, Narseti Rotharium, Romualdo Sicardum et Sykinolfum, Karolo Magno Aaronem Niciforum et Michaelem congregat, et fabulas plurimas tradit. Quarum nulla fere tam ridiculam se praebet, quam quod imperatores et reges privilegiorum monasterio sancti Andreae concedendorum et edictis Langobardicis inserendorum causa Italiam saepe adire facit. Accedit, quod sermonis Latini usu destitutus, nec lecta intelligere nec intellecta scribere callebat, eo certe stylo usus, quem summae Romanorum eius aevi barbariei signum stupeas et horrescas. Eiusmodi virum historiae scribendae nullomodo aptum, et eam operis partem, cuius fontes ignoramus, non sine magna diffidentia adhibendam esse, per se patet. At sic quoque aliqua fide digna et quae novam historiae lucem affundant reperiri, in historia Ratchisi et Tassiae, Alberici principis et rerum Romanarum saeculi decimi, ingenue fateor, atque primum fabulae de Karoli Magni itinere in Terram sanctam vestigium hic haberi, in Annalibus nostris[2] *indicavi. Opus initio mancum, fine caret, quum* 2
membrana in codice[3] *superesset; quem autographum esse, scriptura circa* 3
annum millesimum exarata docet. In edendo libro capitum divisionem institui, nonnulla ad verbum ex Beda et annalibus Laurissensibus transscripta iterum excudenda vetavi, reliqua ad litteram expressi.

Chronico subiungere placet libellum de imperatoria potestate in Urbe, a Flacio ex codice antiquo ubi post Eutropium sive Historiam miscellam habebatur editum[4], *cuius auctorem Benedictum nostrum* 4

1) libellum episcopalem vocat c. 39. 2) T. V. p. 148. 149. 3) in bibl. Chisiana signato F. IV. 75.
4) in Catalogo testium veritatis p. 158. et a Goldasto in Monarchia Imperii T. I. repetitum.

esse suspicor. Suadent id tempus locusque, quum auctor circa annum millesimum Romae aut in vicinia scripserit[4]*; mentio iniecta de monasterio sancti Andreae, sententiae integrae ex chronico repetitae*[5]*, fabula de Zachariae papae profectione in Franciam, et inculta scribendi ratio, quam tamen a Flacio valde politam et emendatam esse credam. Quae si ita sunt, fides libello eadem quae chronico habenda erit, ita ut nulli sententiae, nisi re bene perpensa et primariis fontibus in rem vocatis innitaris. Scripsit auctor pro parte et in usum imperatoris, ut credere fas est Ottonis III., ideoque intra annos 998 et 1001.*

1. Pimenius[6] presbiter voce clara dixit: *Deus omnipotens, quomodo te non video, nec sic te audisset, et verba maxime in Deum que tu abnegasti, Iuliane sacrilege et inpiissime.* Et iussit praecipitari per medium pontis lapideum in fluvium cum uno puerulo, qui manibus suis traebat. Et non post multos hoc tempore interea[7] irruentibus intra Galeas[8] barbaris, Iulianus impiissimus cesar cetum[9] in unum exercitum apud Vangionum civitatem, donativum coepit erogare militibus. Ut est consuetudinis, singulis recitabantur, donec a Martinus inventus[10] est; quem presentari sibi iussit. Quem aloquitur dicens: *Numquid et pater tuus et vos inscriptionem inter scolares aulas sub rege Constantio militasti?* Cui vir Domini Martinus respondit dicens: *Christi enim sum miles; mihi pugnare non licet.* Ab hac vocem tirannus infremuit dicens: *Non religionis gratia detractare militia!* Retrudi ergo eum in custodia iubetur. Tuno consignans se Martinus et in nomine domini Iesu signo crucis, non clippeo protectus a[11] galea, ostium cuneo penetrabo[12] securus. Postera autem dies hostes legatos de pacem miserunt sua omnia[13]. Quo vir Domini de persecutione tiranni liberavit. Quo Romae reversus est augustus. Tanta[a] denique nequitiae temporibus suis extitit, quantum narrare non possum. Coepit aecclesiae sanctorum claudere, et templa idolorum patefacere, et rebus aecclesiarum in fisco daretur. De qua re consilio facto cum apparitoribus suis, de aecclesia sancti Silvestri in monte Sirapti et de appendiciis suis, quod extruxit a fundamentis aecclesiae huius, et res ipsius aecclesiae in fisco daretur, et quasi per hodium Constantini principi patrata dextrueretur. Eodem vero tempore nutum Dei omnipotenti surrexit bellum Persarum adversus impiissimus imperator Iulianus; ambulavit in Persida. Qui cum ambulasset, quanta malitia insercuit[14] in beato Basilis archiepiscopus, modo taceamus. Qui cum ambulasset usque ibidem pervenisset, pugnam conflicta Romani cum Persida, victus tenetur Iulianus impiissimus imperator, et nimis afflictus a Persis; quibus ipse Iulianus decoratus est ab extremo vertice usque ad ungulas pedum. Et corium eius dictus coccinum ibidem omni tempore regis Persarum dum pacem haberet super corium Iuliani sedentem et congratulabantur. Regnavit autem Iulianus anni 2 et mense 8.

2. Iobianus facto christianissimo imperator, aperte sunt aecclesiae, et coepit religio christiana gaudere. Regnavit ipse Iobianus menses 8. Damaxus[15] Rome episcopus fecit basylicam iux theutrum[16] sancto Laurentio, et alia basilica in catecumba, ubi iacuerunt corpora sanctorum apostolorum Petri et Pauli; in quo loco platomam[b] ipsa, ubi iacuerunt corpora sancta, versibus adhornavit. Eodem vero anno post Axente morte Mediolani Ambrosio episcopo constituto, omnis a fidem rectam Italia con-

a) augustus tanta c. b) platoniam *Gesta pont. Rom.*

4) ex Ottonis III. diplomate Monum. Legum T. II. B. 162. cuius sententiam infra adnotatam prae oculis habuit. Quod non animadvertentes editores anteriores, auctorem circa annum 900 scripsisse rati, Eutropium Langobardum vocaverunt, quod libellus post Eutropii opus legeretur. Muratorius in Annalibus ad a. 964 auctoris aetatem divinavit, diplomatis tamen Ottoniani ratione non habita. 5) v. infra adnotationes 3 et 4. 6) Haec ex actis sancti excerpta sunt. cf. Acta SS. Mai III. p. 482. 7) *interea — sua omnia*] ex Sulpicii Vita S. Martini c. 3. 8) *i. e.* Gallias. 9) *coacto* Sulp. 10) *i. e.* ad Martinum ventum. 11) *i. e.* aut. 12) ita pro *penetrabat*. Apud Sulpicium haec ipse Martinus dicit. 13) *scil.* seseque dedentes. 14) *i. e.* exercuit. 15—18) ex Beda, qui partem sumsit ex Gestis pont. Rom. 16) *i. e.* iuxta theatrum.

vertitur. Ilarius[17] episcopus Pictavis moritur; Martinus episcopus successit. De quo apostolus dicens: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*; de quo voce domica loquitur: *Ego si exaltatus fuero, omnia traam a me ipsum.* Damasus papa construxit aecclesia sancti Silvestri in monte Serapti cum omni studio, et quidquid rebus aciacentia eius abstracta fuerat, per perceptione constituit. Hanc orante in basilica consecrationis beatissimi Silvestri episcopi, et gratias agebat Domino dicens: 2 Cor. 5, 19. Ioh. 12, 32.

Grates tibi reffero spes vita bonorum,
Qui mihi ritem donasti noscere sancta,
Quem impius apostatam Iulianus dextruxit,
Ac superare malos regni caelestis amore.
Fac rogo queso, Deus, sine me complere beata,
Et tua que cupio fac gaudia cernere sancta.
Omnipotens Dominus, qui constat machina mundi,
Qui caelum terramque regis, fulmina mittis,
Qui sine nulla vigent caelum terram creata,
Te caelum tellus, laudet te potens in evo;
Omnis te benedicat homo, laudet, versetur honore.
Namque tuis pedibus lapis est lacus ille probatus,
Atque Petrus tua dextera levans statuit super undas.
Et Israhelite quondam, te duces, superno
Vestigio sicco peragerunt marmora[18] *Rubra.*
Sit tibi cum Patrem simul et cum Flamine sancto
Gloria, magestas, virtus per secla conpar.

Quo versos conposuit in lapide a corpore sancto. Coeperunt multi nobiles Romani mundus relinquere ad eundem prefata aecclesia quasi cebium[19] sanctae conversationis vitam ducere. Interea neque hoc sileam de huius apostolica gloria pretermittenda. Quoniam quidem quamquam omnes apostoli ante secla electi a Domino esse credantur, docente apostolo: *Qui elegit nos ante mundi constitutione, ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius;* redemptor et salvator noster dominus Iesus Christus antequam de interitus Satane triumphans, victor exultans, penetraret regna polorum, sancta huius aecclesia, quam pretioso suo sanguines hacquisivit, per beatos apostolos, et apostolicos viros Silvester immobiliter muniens fundavit, mirabiliter Constantinus augustus corroborans solidavit, scilicet ut ipsa inviolata semper et gloriosa maneret, et illorum haedificatione nova et proienie[20] plurimos filios aggregaret. 19 Eph 1, 4.

3. Que post haec acta sunt, Valens[21] cum Gratiano, Valentiniani fratri sui filius, anni 4. Valens talem legem datam, ut monachi militare nolentes, fustibus iussit interfici. Gens Hunorum et Guandalorum[22] divina accessisse[a] cluse montibus repentina rabie percita exarsit in Gothos; eosque sparsi sunt[b], conturbati ab antiquis sedibus expulsi. Gothi transit Danubium fugientes. A Valens augustos sine armorum depositione suscepti, mox per Avarorum gens maxima[c] ducis fame ad rebellandum coacti sunt. Victoque Valentis augusto, exercitum per Tracia sêse mittentes[d], simul omnia cedibus incendiis rapinisque fuderunt. 21

4. Gratianos cum frater Valentiniano anni 6. Theodosius augustus a Gratiano illa Sciticas gentes, hoc est Alanos, Unos, et Gothos, magnis multisque preliis vincit *etc.*

5. Arcadius augustus, fratres Theodosii, cum fratres Honório, anni 13. Gothi in Italia ingressi sunt; qui prius Vandali atque Ilani, postmodum Gothi *etc.*

6. Honorius cum Theodosio minore fratri sui filio anni 15. Alaricus rex Gothorum Romam invasit, partemque eius cremavit incendio, 9. Kalend. Sebtembrio, anno conditionis 1164, hac sexto die quam ingressus fuerat depredata urbem, ceperunt in regno Italie ignis ferro devastare.

Pagina 3' usque 6' scribitur Anastasius sub Nonnoso praeposito monasterii sancti Silvestri monachus. Miracula in monasterio sancti Silvestri. Lampas fracta, orationibus „sana repperitur. Quo crevit famam per universo Italico regno, etiam Gothi quam audaces sunt, eius ecclesiae nullo modo

a) diu inaccessis reclusa *Beda.* b) sparsim *Beda.* c) per avaritiam Maximi *Beda.* d) miscentes *Beda.*

17) Hilarius. 18) *i. e.* maria. 19) *i. e.* studio. 20) progenie. 21) Quae sequuntur usque c. 6. *depredata urbem* omnia ex Beda. 22) *et G.* desunt apud Bedam.

valebant adtingere." *Alia miracula.* „Symmachus papa audiens de sancto viro, totum agrum Transpaîtano cum colonis et colone hibîdem abitantibus et residentibus per preceptionem hibîdem constituere in superscripta ecclesia." *Pergit auctor:*

7. Tempore illo de quo diximus, Theodoricus, rex Gothorum, Symachum consulis ac patriciis Ravenna trucidavit. Abebat autem Symachus filia una tantummodo, nomine Galla, intra adulescentie tempore marito trádita; in unius anni spatio eius est morte viduata. Qui dum fervente mundi copia ad iterandum thalamum, et ópes et aetas vocaret, éligit magis spiritalibus nuptiis copulari Deo; in quibus a luctus incipitur, sed ad gaudia eterna pervenîtur. Hic ítaque omnes res suas quas patrimonium et matrimonium hac maritis suis, cunctâque sacrarum aecclesiarum, aedificare precepit. Abebat autem agrum cum montem, qui vocítatur Campana, territorio Colinense est posita; nam uno latere fines Cusiáno, da secundo latere ribos cum aqua qui dicitur Cava, qui incole locis vocitantur Carba. Nam de tertio latere rivos Grifianello vocatur. De quarto vero fluvium magnum, de qua a fundamento iuxta aqua parietínis edificare iussit. Super cunc macerie murorum construxit aecclesiam in onore sancti Andree apostoli iuxta ipso flumen. Et iuxta ipsa ecclesia, portus qui vocatur Bonus. Nam in agro Pontianello construxit aecclesia in onore sancti Laurentii martyris et levite. Qui dum agrum cum monte de Campana, cum eius affinibus in monasterium sancti Silvestri, qui dicitur montem Serapti, per instrumentum cartarum constituit. Edificavit autem ecclesia sancti Iohannis Babtiste iuxta qui dicitur Taréga, territorio Nepesino cum omnia sua rebus proprietatis in ecclesiis sancte Dei genitrícis sempérque virginis Marie, domine nostre, episcopatum Nepesine civitatis. Construxit autem excellentissima Galla patricia ecclesie duàbus territorio Colinense, in onore principis apostolorum Petri, basilica qui dicitur mater ecclesia, et alia qui dicitur Ascuto[a], cum rebus omnium suarum pertinentes in integrum in episcopatum Nepesino constituit. Item territorio Savinense, infra massa qui dicitur Cornicle, que vulgo dicitur Septimiliana, basilica in onore sancti Valentini aepiscopi cum omnia iacentia ipsius ecclesie constituit in episcopatum Savinense[b], qui edificatum est in civitate que dicitur Forum novum. In superscripto territorio Sabinensis aecclesias sancti Petri in Taráno cum sua omnia iacentia, in prephatum episcopatum. Post expletum opus Dei aecclesiarum constructio, et traditiones venerabilium locorum, abiecto secularis habitum, ad omnipotentis Dei servitium sêse aput beati Petri apostoli aecclesia in monasterio se tradidit. Ibîque multis annis simplicitatis cordis, atque orationibus dédita, larga indigentibus elemosinarum opera impendit. Cumque omnipotens Deus pene iam mercede reddere laboribus eius decrevisset, cancri ulcera in mamilla percussa est. Quê dum nocte quadam hec eadem iaceret infirmitatem fatigata, vidit beatum Petrum apostolum ante sê. Eique dixit: *Quid est domine meus? Dimissa sunt mihi peccata mea?* Cui ille princeps apostolorum benigne ádest vultus, inclinato capite ánnuit dicens: *Dimissa sunt; veni!* As igitur expletis, visio apostoli assistentis, et colloquentis, ablatum est. Tertio autem die cum ea que superius dictum est, defuncta est. Quod factum est, nunc usque in eodem monasterio manet memoriam eius. Qui Gothorum tempore Alarico rex hec acta sunt.

8. Quo mortuo Alarico, successit in regnum Totilam impiissimus rex Gothorum. In temporibus namque eius multa nequitie in regno Itálie et in Romane finibus subiugatum est. Quo in sancto Dei confessores extorti, et verberati, et afflicti, pro Christo trucidati, atque plures ecclesie in Italico regno destructe, atque civitatibus a ferro, igne exuste sunt. Nam pontes flubii Tyberinis vie Salarie, qui prius Albula dicebatur, qui Tyberinus rex, filius Capis regis, a quô flubium appellatus est Tyberis, et pontes constructus a fundamentis ruere fecit. Iustinianus Iustini uxore nepos Narsus, Rome patricius avocatus est, et ab omni populo Romano helectus; forme erat dissimilis, peritissimus erat in mentem. Vox eius melliflua, rectóque ad investigandum Romanum imperium. Tunc surrexerunt viri scelerati de Romanis finibus, cum Gothi laborantes et negotio tractantes de interitus Nársi patricii, qualiter expulsus et eiectus a Romano imperium.

9. Mortuo hîdem Iustiniano, successit in regno Iustínus minor. Narsus patricium Tótilum, Gothorum regem, Italia superaverat et occidit. Postmodum Gothi regem non habuerunt in Italia.

a) ascuto. cum *cod.* b) S. q. e. e. i. c. q. d. F. n. *alia manu aut alio tempore scriptum, sed eiusdem aevi.*

Sequitur narratio de Narsidis vita cum Romanis, de „Sufficia“ augusta. Iohannes[26] episcopus Romane aecclesie pontifex, ecclesia apostolorum Philyppi et Iacobi, quam prodecessor eius Pelagius ceperat fecit et dedicavit, que a fidelibus populi „Sancti Apostoli“ vocitant. *De Albuino a Narside in Italiam accito ex Bedae chronico; pergitque:* Narsus vero patricius fecit amica causa cum Langobardos, et ceperunt inter se pactum et convenientia de regno Italico. Mortuo idem Albuin rex Langobardorum, successit Rotharius[27] rex, qui facti sunt Narsus et Rotharius quasi germanis in regno, et emerunt[28] consilio, quomodo regno Italico a Iustini[a] principe et eius successoribus eripere posset. Quem[29] Rotharius rex, vir excellentissimus, belligerrimus, factus est robustus, nullus ei similis suis temporibus. Narsus dedit ei consilio de portora que sunt in regno Italie, ut omnes eas destrueret; et quo eam[30] ita factum est, et absolutum est regno Italico a iugo Constantinopolitane, ab illo die deinceps amplius Romani dationes Grecorum principem non solverentur. Narsus vero patricius fecit aecclesia cum monasterium beati Pauli apostoli, qui dicitur ad Aquas Salvias, reliquiae beati Anastasii martyris adductae venerantur. Construxit pontem flubii Tyberinus meliusque reformavit ab yma. Nam cunctae aecclesie infra Romanam hurbem donaria multa constituit, et conventum factum cum Rothario rege, de Pentapolim, et de Tuscie finibus, quomodo Constantinus sancte Romane ecclesie constituit, sic eam immobilem permanere. Et accepto breviario a Rothario regem in ecclesia beati Petri apostoli, a Ticine civitatis Langobardi perrexerunt; factum est regnum Italie habitatio Langobardorum. Unde accepit eas Narsus monasterium Seraptis montis, et donaria simul et rebus eique constituit, et factus est pax inter Langobardos et Romanos, verumptamen non multum tempus. Postea Roma per patricius principabantur. Tiberius[31] Constantinus principem. Gregorius, apochrisarium sancte Romane aecclesie in Constantinopolim missus, post Romanus libros expositione in Iob condidit; Eutícium eiusdem hurbis episcopus errasset, Tyberio presentem correxit *etc. ex Beda.*

10. Mox efferam Langobardorum gens, de vagina sue habitationis educta, in nostra cervice crassata est. Atque umanum genus quod in hac terra pre multitudine nimia quasi spisse segêtis more surrexeerat succisus aruit. Nam depopulate hurbes, eversa castra, concremate aecclesie. Destructe sunt monasteria virorum atque feminarum, desolata ab omnibus predia, atque ab omni cultore destituta in solitudine vacat terra. Nullus in hac possessor inabitat; medactum[b] est monasterium montes Seraptis in solitudine, et cuncta eius predia destructa. Occupaverunt bestie loca, que prius multitudo hominum tenebat, et quod in aliis mundi partibus agatur ignôro. Rotharius rex Langobardorum, lubricum suis corporis, et multum vinolentum, fecit synodum cum[c] episcopi, et dictis[33] legibus Langobardorum composuit, quomodo Langobardorum in Italia cum lege viveret. Sed eorum prisco tempore gentilitatis non deserunt, quo Langobardi more suo immolabant caput capre diabolo in pugnantes hoc ei currentes per circúitum, et carmine nefandos decantaret. Et qui hoc non hacquiesceret, sine dubio interrogationis, capite punirentur. Rotharius rex Langobardorum obiit, et appositus est a Langobardis gentis sue Ravenne civitatis. Sergius[34] papa in sacrario beati Petri apostoli capsa argentea que in angulo obscurissime diutissime iacuerat, et in ea crucem diversis lapidibus adornata, Domino revelantem, repperit. De quâ tractis quatuor petallis, quibus gemme incluse erant mire magnitudinis, portione ligni salutiferi dominice crucis intérius reposita inspexit. Que ex tempore illo annis omnibus in basilica Salvatoris que appellatur Constantiniana, die exaltationis eius ab oni[35] oscularetur atque adorarent populo. Gysulfus rex[d] Langobardorum, in primo regni sui[e] Benevento Campanie igne gladio captivitate vastavit. Cumque non esset qui eius impetum resisteret, apostolicus papa Iohannes, qui Sergius successerat, missis ad eum sacerdotibus ac donariis plurimis huniversos redimeret captibos, atque hostes domum redire fecit. Qui mira Deo favente tyrannus Gysulfus, rex Langobardorum, a suis interfectus est.

a) iustinian *corr.* iustini. b) *i. e.* redactum. c) synodum. Cum *cod.* d) dux *Beda.* e) in p. r. s. *non extant apud Bedam.*

26) *Iohannes—dedicavit* ex Beda. 27) minime. 28) *i. e.* inierunt. 29) *i. e.* Qui. 30) *i. e.* quoniam. 31) Quae sequuntur, ex Beda. 33) *i. e.* edictis. 34) *Sergius — redire fecit* ex Beda. 35) *i. e.* omni.

36 11. Ereberectus[36] rex Langobardorum roboratus est in regno; coepit curiose querere patrimonia Alpium Cotiarum, multa nimis considerantes in amore Petri principis apostolorum, quomodo ablata esset a suis antecessoribus et quomodo pertinebat apostolice sedes, sed a Langobardis multo tempore fuerat ablata. Restituit iuris eiúsdem sedis, et hac donationis aureis scriptam litteris Roma direxit. Iohannes preerat papa, qui inter multa operum inlustrium fecit oratorium sancte Dei genitricis, opere pulcerrimo, intra ecclesia beati Petri apostoli, ubi dicitur a Veronice. Ereberectus rex Langobardorum, audita eversionis monasterii sancti Silvestri in monte Syrapti, repetitio facta a Iohannes huius apostolice sedis, ut in suis regie potestatis detinere manibus, ut quod haec ita actum est, restitutum est monasterium cum omnibus suis rebus, et regimen sanctae conversationis quiebit in pace, monasterium cum Tuscie finibus.

37 12. Mortuo itaque Ereberectus rex Langobardorum, successit Liubrandus[37] rex
38 Langobardorum, donatione patrimonii ulpium[38] Cottiarum, quem[a] Ereberectus rex fecerat, ille repeterat, ammonitione venerabilis pape Gregorio, qui Iohannes successerat, confirmavit. Liubrandus rex decessit imperio suo.

12.' Grimualdus rex successit in regno, Langobardorum regni moderabat abenas. Eiusque filius Romuald Samnitibus imperabat. Insignis sacerdos Barbatus nomine, ut
39 prephatus sum, Redemptoris nutum cleruit, Beneventi actiones celebs[39] miraculisque coruscas. Is quoque diebus quamvis sacris baptismatis unda Langobardi ablucretur, tamen prisco gentilitatis ritum tenens, sicut bestiali mentem degebant. Bestie simulacro que vulgo vipera nominatur. Grimualdus rex, pater Romuald, sinodum facto cum episcopi et iudicibus Langobardis in civitatem Mediolano, ante corpus beati Ambrosii, adiunxit lege in edictis que dudum Rotharius rex constituit. Romuald rex flectebat colla, que debite suo debebant flectere Creatori. Verum etiam non longe a Beneventi moenibus quasi sollempne die sacra colebant arborem, in qua suspendentes corium *etc.* usque custodiunt. *ut in vita sancti Barbati.*

13. Omnibus vero Langobardis in regno Italie, relicto errore a Christi moderamine conversis, fide sancte Trinitatis tenentes. Interea Gysa soror Romuald, in Christi amore accensa, nullo modo a virile amplexus satagebat. Eratque venustas, eleganti forma, qui exiit fama pulchritudinis per huniversus horbem. Divulgatum est enim Florenti, rex
40 Palermitano[40], pulchritudine eius puelle; congregatique barbarorum gens, Africe, Pá-
41 larmo, et Babylonie, classes nave impetum[41], navigiòque certantibus, ad Amalvis perve-
42 nerunt; quo terra coperuerunt sicut locuste. Concite irritantes[42] super Beneventos urbem, et vidit Romuald exercitus barbarorum, quia multi erant, et timuerunt nimis. Et dixit Romuald ad Langobardos: *Exurgamus, et ascendamus contra inimicos nostros.* Et dixerunt Langobardi: *Non possumus ascendere adversus tantum exercitus; melius est nobis refugium nostre civitatis, et liberemur animas nostras, et nuntios nostros dirigamus a Grimuald rex noster patri tuo, et pugnemus adversus eos; nos enim pauci sumus.* Et dixit Romuald: *Absit a nobis! A diebus ex quô Alboin rex, noster antecessor, Langobardos eduxit de Pannonia, talisscemodi non est inventa inter Langobardos! Et si venit finis nostre, moriamur cum robore pro patrie nostre; et victorie patribus nostris non relinquamus!* Et factus est luctus magnus in populus Langobardorum, quia paucis erant; maxime habitatores antique Beneventani. Radelgisi, cognatos Romuald principes, negotio pertractabant clám cum barbarorum gens. Et ingemuerunt principes, omnes principatus eorum, et qui fortior esse videbantur. Tunc Romualdus, gloriosus princeps, exivit foras urbem Beneventi; subito irruit super barbarorum gens, et proximavit exercitus Langobardi, et steterunt contra exercitum barbarorum. Et tubis cecinerunt qui erant cum Romuald. Et commota est terra a voce utriúsque exercitus, et fuit pugna commissa a mane usque ad vespere. Et ceciderunt de barbarorum gens in illa die quadraginta milia virorum. Florenti rex barbarorum

a) quêreberectus c.

36) De sequentibus usque *Petri apostoli* cf. Bedam, quem noster interpolavit. 37) *Liubrandus — confirmavit* ex Beda 38) *i. e.* Alpium. 39) *i. e.* celeber. 40) Romualdum a Graecis, minime vero a Sarracenis, obsessum esse, ex Pauli hist. Langob. V. 7. constat. 41) *i. e.* impletum. 42) *i. e.* irruentes.

fuga capiens, a maritima perveniens, in nave ascendit. Romuald vero princeps factus est fortis ut leo in operibus suis, et erat sicut catulus leonis fremens a pugna. Et persecutus est iniquos persequens eos, et tradita est salus in manus eius, et revertit in urbem Beneventi; et nominatus est a plures gentes. Fecit autem hisdem princeps Romuald ecclesia gloriosa hubi prius Langobardi ad arbores adorabant, in onore sancti Felicis; et hibidem corpus beati Felicis deposuit, et alii sancti plures, et depincxit, et deauravit; cuius memoria usque odie est. Genuit autem isdem Romuald filios de Theuderada tres, quarum primus vocitatur Aroaldo, secundo Maroaldo, tertius Sycardus; ad ultimus Sikinolfus. Res gesta que narro, temporibus Romuald, quo transportato corpus apostoli sancti Bartholomei de India superiore a Limparis[43] insula pervenit. 43
Ibîque aliquantos annos permansit. Qui nutu Dei veniens Agarenorum[a] gens, tota insula igne gladiôque consumpta a fundamentis murorum eius diruta, sicque pervenit ad lucellos[b] hubi beatissimus apostolus inerat. Quo confractus lucellos, ossa eiusdem apostoli, ut scriptum est: *Dominus custodit omnia ossa eorum; unus ex eis non conteretur.* Ps. 33, 21.
Dominus autem in ipsa nocte apparuit custodes eiúsdem apostoli dicens: *Vade, collige ossa apostoli.* Qui duriose turbulenter dixit: *Eu mé! quantos annos in servitio eius perduravit, quanta accidentia mihi évenit. Modo diruta sunt omnia ossa eius, cum aliis ossibus miscuis; quomódo possum meis ossibus agnoscere?* Que dixit eis: *Vide ossibus flammeo radiantes inter aliis; ipse collige diligenter.* Et quo ita factum est; collecta est reliquie apostoli in sindone munda. Agareni est consuetudo Apulie depopulare; que fama exiit, Romuald exercitus direxit, ut custodiret portora et maris limitis. Sicque pervenerunt Langobardi a Lympares insula dosolatam, et viderunt hominem Dei, et dixerunt: *Cuius merita hic veneratis?* Et dixit eis: *Corpus beatissimi apostoli Bartholomei ab Agarenis disfractus; modo Deo mire collectus ab eo. Iterum veniunt Aggareni; nescio quid faciam!* Ut audierunt, letantes nimia appreenderunt[c] Largobardi hominem cum venerabilem corpus apostoli in nave suscepta, navigio ceperunt. Et ecce classes navigium nimium Agarenorum approximavit. Videntes Langobardis spes eorum esset ablata, proni devota ante corpus apostoli proiecerunt se cum lacrimis, et dixerunt: *Sancte Bartholomee apostole; si de periculis istis liberati fuerimus et in pace reversi, in tuo nomine altare aureum, et argenteum, infra aecclesia sancte Dei genitricis Marie patremus.* Ex quo dicto in oratione levantes, tantos error tenebrosa ineest, ut nemo inter Langobardos et Agarenos cernere non poterat. Sicque gaudentes in Beneventi hurbem ingressi sunt; de thesauro que coeperunt Romuald principis déferunt. Cuius merita ipsius apostoli corpore et signis usque in finem seculi hibidem pérmanet.

14. Transacto namque tempore, glorioso princeps migravit. Regnaverunt filii eius pro eo, Arud et Maroaldo fratribus[44], prudentis principis; separati a fratris sui, in civitates Novecertus[45] habitare ceperunt, Sycardus et Sykinolfus puer in hurbem Beneventi reliquerunt[46]; et factus est robor eorum in tota Apulie finibus. Radelgisi, patruêles eorum, consilium perpetravit cum habitatoribus civitate Novecertus, clám operabantur. Veniente die pascalis epyphaniorum, noctu in aecclesie huius civitatis trucidaverunt principis summi. Sycardus princeps, audita morte fratri sui, recordatus virtute patrum suorum, et Langobardorum gentis sue, ostiliter congregatus, a Novecertus civitate pervenit. Civitas Novecertus magna et fortitudine nimis; ceperunt Langobardi obsidere civitates, igne gladio devastantes oppida eorum, et castre destructe sunt. Munierunt civitates gyro per circúitu, ita ut non possit habitator civitates Novecertis pre impetum bellatores manus erigere. Et pugnaverunt Langobardi adversus eos multis diebus. Et fecerunt machinas; et misit Sycardus princeps legatos ad hurbem Beneventi ad Sykinolfus puer, germano suo, ut veniret ad sê. Et exivit Sykinolfus princeps cum multitudine, et percussit civitates Novecertus; et trucidavit multos. Et comprehenderunt civitates, et conbuserunt eas igne cum populos et mulieres; et non remanserunt ex eas usque unus. Et subvertit muros, et moéniae civitatis

a) agarorum c. b) *i. e.* locellos. c) nimiappreenderunt.

43) *i. e.* ad Liparim. 44) Grimoaldus filius Romoaldo successit. 45) Nocera? 46) Fabulae. cf. Erchempertum.

dissipavit a solo fundamentis. Sycardus reversus est in civitates Lavellus. Sycinolfus ingressus est in urbem Beneventi, et ceperunt iudicare populo, et trucidaret impios. Erat enim consilium Radelgysi vanum et pessimum, et misit legatos ad hurbem Saleruam ad Leo episcopus, ut intimaret a Sycardo principe, ut Sikinolfus puer transmittere a Salerna civitas, ut artis litterarum instrueretur. Ex quo ita peractum est, sicque petitio eorum adimpletum est. Regnavit[46] idem Sikinolfus in hurbem Salernem. Beneventani unianimes tractans de interitu Sycardi principi, miserunt nuntius ad Leo episcopus Salernitanos, ut Sycinolfus oculos eius erüere; ut principatus Beneventi, in se ipsis exibêre virtutem, Salernam hurbem in sua potestatis percipere. Quô Leo episcopus non hacquievit consilio eorum. Tunc uniánimes Beneventani perrexerunt a Labellus civitas; pacifice verba Sycardi principi narrare ceperunt. Quô princeps benigne suscepit eorum verba, honorifice composuit. Tunc unus ex ipsis gladium arripuit, percussòque principe, totum corpus eius ferro vastare ceperunt. Combusta hurbem Labellus, a Beneventana hurbem regressi sunt. Et iuraverunt inter sê, ut ultra non acquiescerent principis Sykinolfus. Et surrexit Sykinolfus princeps, et huniversis qui se coniunczerat fratribus suis, et preliabantur prelia magna, et dilatavit virtutem populo suo Langobardo, et induit se loricam velut gigans, et precincxit se arma bellica, et preparavit se ad bellum. Et veniens a Beneventi hurbem; tunc infelices Beneventani miserunt nuntius a Sycinolfus dicentes: *Hii qui sunt homicides, manibus tuis damus; terram enim potestati tue és!* Sykinolfus, princeps Salernitano, fecit vindicta de fratre suo; trucidati et suspensi de Beneventani numero quadraginta sex. Victores a Salernam hurbem perrexit. Et factum est irritum magnum inter Beneventos et eius succedentia, et Salernu et eius succedentia, et divisio usque in pre-
712. sentem diem.

15. Liuprandus, rex Langobardorum, fecit pugna cum Avarorum gens in Aquilegie partibus, et conculcavit Aquilegia, et Benetia, necnon Sardinia insula, et Corsica, et ampliavit regnum Langobardorum. Quo rex factus vir christianissimus atque catholicus, synodus factus canonicorum, cum episcopis et clericis fidem sancte Trinitatis. Et rex Langobardorum que antea disposita non sunt, mirifice composuit. Regnavit hisdem rex honorifice annos plures, et quietum est regnum Langobardorum et Romanorum.

743. 16. Genuit autem isdem rex filios duos[47]; primus Rachisi, secundus Astulphus vocitatur. Constituto Rachisi a patre suo regno, et factus est rex Italico viventem
744. patri eius. Obiitque Liuprandus rex, accepit Rachisi uxorem de hurbem Roma, nomine
Sept. Tassia, et disrupit lex paterna Langobardorum morgyncaph, et mithio, que in suis legibus affixum est, non adimplevit. Fecit autem donationes cartule Romane, sicut ipsi Romani petierunt. Propter hoc Langobardi irritati adversus Rachisi rex, et tracta tes cum Astulphus de regno eius. Perrexit Rachisi rex a Pinnensis urbe vetustatem consumpta, eratque hibi abitatores Langobardo nomine Lupo, que sine heredibus mortuus fuerat. Est autem constitutus in legibus Langobardorum, ut Langobardus qui sine heredes mortuus fuerit, curtis regia succedat. Successit Rachisi rex omnes facultates Luponi in sue regie potestatis. Precata est Tassia regina a Rachisi rex, viro suo, ut a montes Syraptis a monasterium beati Silvestri ab orationes pergere cum ipso; quia consuetudo Romanorum est, sepius venire. Acquievit rex petitio uxori sue, veniens cum comitatu suo a Seraptenas montes. Cumque properaret ad locum hubi dicitur Ad arcum, tanta dénique flagrantia naribus eius orta est, quanta numquam antea aut postea naribus eius adhibita non fuit; non tantum regibus et regina, sed etiam a cunctis Langobardis sequentibus se. Intrantes in ecclesia iuxta corpus sanctissimi Nonnosi, cuius superius memoriam fecit, non longe a corpus beati Silvestri, erat unus ex parasitibus suis Langobardis, de genealogìa Langobardo de Beneventi hurbem, qui per hereditaria a demonio sunt vexati, propter maledictionem que beatissimus Barbatus episcopus imposuit, propter Theodòra uxoris Romuald principi, cuius superius memoriam fecimus. Quo demon per hos ipsius Langobardo clamare cepit: *O Nonnose, quid mê perturbas? modo non exeo hinc, quia per hereditaria gentis iste succedemus. O Silvester episcope, virtus tua me incendent; et si dehinc me éicis, a Beneventi hurbem regrediar a*

46) *i. e.* Dum regnavit. 47) minime; cf. Pauli hist. Lang. VI, 56.

consanguinium istius. Quo dicto demon discerpens, exiens ab eô; propter hoc vocati sunt ipsius genealogie Langobardi Beneventi „tempta-demonium" usque in presentem diem. Qui tanta gaudia in Rachisi rex et eius coniux, et cunctos sequacibus suis Langobardis inerat, ut ferocitatem qui dudum abuerat, in umilitatem gratie sunt conversi. Quantas lacrimas et orationes Langobardi exorti sunt, et munera ibidem optulerunt, narrare longum est. Rachisi rex et Tassia regina, uxor eius, per preceptum donationis in venerabilis monasterium sancti Silvestri et beatissimi Nonnosi curte unam, nuncupantem Ustriciano in territorio Spolitino, in pago cuius vocabulum est Pinnis, cum ecclesia in onore sancti Silvestri infra ipsa curte constructa est, et omnibus adiacentiis, vel appendiciis hibidem pertinentibus, vel aspicientibus, sicuti Luponi ducis manibus suis detenuit. Mansit in eo montes rex dies tres gratias agens Deo; a Spolitana urbem regressus est. Langobardi furore accensi, sicuti consuetudo gentis eorum, fronite unôque animo Astulpho petierunt, ut frangerent donationes cartule que Rachisi rex fecerat[48] uti Langobardorum 48
déinceps non esset. Et petierunt Langobardi Astulpho, ut conveniente cum episcopis, abbatibus, prepositis synodochiorum, et cum custodibus ecclesiarum, in edictis legibus affigerentur. Que iureiurans spopondit Astulphus, esset facturum, si Langobardi regnum eis concedere.

17. Coronatus est hisdem Astulphus in Mediolana hurbem, infra ecclesia sancti Ambrosii episcopi, et electus est rex in mense Iunius[49], indictione 10[a]. Tanta dénique nequitia exarsit suis temporibus, quanta numquam suis antecessoribus repertum non est. Fecit synodum cum Valerius archiepiscopus Ravenne civitatis et cum Conaldus archiepiscopus Mediolane civitatis, et cum iacentiis[b] episcopis, abbatibus, iudicibus, fidelibus Langobardis in regno Italie permanentibus, fecitque capitula sicuti Langobardi precati sunt; et in edictis affigi precepit. Tunc surrexerunt viri Romani scelerati, et intimaverunt Astulfu regi, ut venirent et possiderunt Tuscie finibus et Romanum imperium usurparent. Exaltatum est cor eius non in Deo, nec in onore ecclesiarum, sed in bella, in rapina, et igne, et gladio. Venientes in Spolitinam urbem, misit Robertus comes palatii a Savinensis, ut via et portua custodiret, nec Romanis iter carperet. Misit Grimualdu a Centucellensis, ut custodiret vie finibus Romani et portua maris. Nuntius misit a Terracina urbem, ut custodiret via maris et terris, ut nec venundaret alicui Romanis, nulla rém perciperet. Et ascendit Astulfus rex in campo Tiburtino cum sex milia Langobardorum, et factus est pavor magnus in Romanis. Fecerunt pactuatione cum Tiburtina urbem, et cum Pristinem hurbem, nec Romani nec colloquium nec amicitias cum eo habentur. Incenderunt Langobardi ecclesiae sanctarum, hubi corpora eorum quiescebant. Igne gladioque vastantes tota Tuscia, civitas Nepesina in suo dominio perdurantes; quantas nunc exarsit contra Romanos, per singulos non possumus enarrare. Castra Romanorum destructe sunt, monasteria et oppida vastantes, nulla spem recuperande invenire potuerunt. Erat pontifex in urbem Roma Stephanus nomine[50], vidit se in tanta desolatione positus, dixit: *Eum mé, quid faciam? Regno Itálico a multis gentibus depressus; prius a Medis, et Lanis, postmodum a Gallis, tertius a Gothi, quartus a Langobardis. Qui in Italia possessio facta est, denique a Zacharias magnus presul antecessoris meis, cuius Deo auctore deservio; qui multis calamitatibus depressus, a nefandis Langobardis vastata urbem, destructa Tuscie finibus monasteria virorum hac puellarum, basilicae sanctorum concremate sunt; qui in exilio deputavit se ipsum propter opus ecclesiarum Dei. A Pipinus quedam Francorum hi qui Francia pervenit. Gaudebundus rex Pipinus et honorifice suscipit, invitatis in Italia, ut gentis Langobardorum sub suo dominio constitueret. Qui Pipinus cum Carlomagno regebat Francorum gens; quo ordine et origine subtus huius serie*

749. Iun. 50

a) X. *codex; legendum* II. b) *i. e.* circumiacentibus.

48) Narrationi Benedicti suffragatur lex Aistulfi hucusque ignota, quam ex codice edictorum Langobardorum Parisiensi N. 4613. hic proponere iuvat: *Primo omnium statuerunt de donationes illas quae facte sunt a Rachis rege et Tassia coniuge ipsius, ut omnes illas preceptas quas postea facte sunt postquam a Rachis Aistolf factus est rex, stare nullatenus debeant, nisi ab* Ahistolfus regem ei dinuo** cui datum est fuerit concessum.* 49) ita epocham Aistulfi determinatam habemus; cf. Brunetti Cod. dipl. Tosc. I. 387. 50) Quae sequuntur cf. cum Gestis pontificum Romanorum Zachariae et Stephani!

*) nam si *codex.* **) diuino *codex.*

dicamus. Orta est intentio inter Pipinus et Carlomagno de regno Francorum; qui Zacharias papa a Carlomagno rogatus est, ut de monasterio sancti Silvestri in monte Syrapti per preceptum pontificalis iure perpetuo concederetur. Quo pontifex summus libenti animo concessit, et omnia adiacentia illius sicuti a priori tempore constitutum est, iure affixum est constituit. Datos legatos Pipinus et Carlomagno a Zacharia papa, Astulfu regis, in Ticine civitatis repertas, omniaque et qualiter peracta sunt innotescunt. Astulphus rex Langobardorum nequissimus, nefandus et callidus verba honorifice composuit, et omnia Pentapolim et Tuscie finibus et quicquid a sancte Romane ecclesie videtur illi restituit. Sed tamen a consuetudo eorum maligna non declinaverunt. Inito consilio cum episcopis et Deum timentes quod agere debeant de persecutiones Langobardorum, si ad Grecorum genere regnum Itálicum et Romanum imperium devolberet, et si a Francis in Italia ingredi debêret. Sed melius est a nobis a Francis que a Grecis dominio illorum subiaceret.

18. Robertus comes palatii Langobardo Savinensi exiens, ergo pugnantis contra Romanos. Sicque venit a Lubria civitates, que pugna conflicta cum Romanos cecederunt de Romanos vulgos et nobiles plures. Robertus Langobardo constitutus erat in campo, et abebat roborem. Quo presul in ecclesia beati Petri apostoli, locutus est populo dicens: *De celo autem adiutorium sit vobiscum; eligite vos ad pugna cum Langobardis; nolite metuere!* Et habierunt Romani contra Robertus Langobardo. Et ecce exercitus Langobardorum transiebat flubium Lubrie. Romani persequentes contra ipsos, trucidati et gladio interfecti de Langobardi fere ducentos, et Robertus comes palatii trucidatus est; et Romanis reversi sunt victores. Post hec sanctissimus papa Stephanus via directum pro populo Romano et sancte eiusdem ecclesie defensione, sicque in Francia pervenit, in Aquisgranis palatio, ad adiutorium et solacium querendo pro iustitiis sancti Petri. Qui Pipinus rex honorifice suscepit apostolicus; ad sanctum Dionisium ibidem perrexerunt. Dixitque Pipinus ad apostolicus: *Zacha-*
51 *rias antecessori tuo intimavit*[51] *mihi per missos meos, Burgardus episcopus, et Folradus cappellanus, de regibus in Francia qui in illis temporibus non habentes regalem potestatem, si bene fuisset aut non? Zacharias papa mandavit me Pipino, melius mihi esset regem vocari, qui potestatem aberet, quem illum qui sine regali pote-*
52 *state manebat, ut non conturbaretur ordo, per auctoritatem apostolicam. Ime*[a] *Pipinus*[52] *secundum more Francorum electus sum a regem et unctûs per manus sancte memorie Bonifatii archiepiscopi, et elevatus sum a Francis in regno Suesionis civitatem. Ildericus vero Saxone, qui false rex vocabatur, tonsoratus est et in monasterio missus. Carlomagnus germano meo post mortem Caroli genitori nostri divisimus*
53 *regnum Francorum inter nos in locum qui dicitur Pictavis*[53]. *Eodem quoque anno*
54 *Carlomagno germano meo Alamanniam vastavit. Tunc*[54] *Carlomagno confessus est mihi Pipino germano suo, quod voluisset seculum relinquere, et in eodem anno nullum faceret pugna; sed honorifice direxit eum cum muneribus.* Cumque auditis hec apostolicus supradictus confirmavit Pipinus unctione sancta in regem, et cum eo uncxit
56 duos filios eius domnus Carolum et Carlomagnum in regibus[b]·[55]. Tunc[56] Carlomagno Romam perrexit ad limina apostolorum; post hec ad montem Syrapti monasterium ingressus, ibique se totondit et monachus effectus est.

18'. Que et quanta gloria hibidem constituit, modo audiamus. Videns quia laboriosus es et montes fratribus insudanter, edificavit ad radicem montis in loco hubi
57 dicitur a Mariano[57], in onore sancti Stephani martyris, et cunctis fratribus adhesit excepto abbas, et aliquantis fratribus in usus monasterii prioris reliquid. Fuit moratus in monasterio sancti Stephani aliquantos tempus, nec ferebant animo eius in loco eiusdem. Quadam die iter peragens, per agros eiusdem monasterii ad ecclesiam sancti Andreae apostoli, iuxta flumen ad investigandam res aecclesiarum iter peragens subtus montes Grifianello, et invenit castrum antiquum Aquarium, qui ad radices montis Grifianello emanat aquas. Qui diutius diligentissime prospexit, atque cuncta edificalia, que

a) *i. e.* inde. b) regem *corr.* regibus.

51) ex Annalibus Laurissensibus a. 749. 52) cf. Ann. Lauriss. a. 750. 53) Ann. Lauriss. a. 742.
54) ibid. a. 745. 55) ibid. a. 754. 56) ibid. a. 746. 57) *i. e.* Ad Marianum.

ad opus monasterio conspexit, iterum ad monasterium est reversus. Reperto itaque consilio a fratribus de Babiano castro, quomodo aut qualiter hedificandum domum iuxta castrum monasterium domni principi apostolorum Petri, et sancti Benedicti, et commemoratione sancti Andreae apostoli, usque in presentem diem. Emit autem agrum superscriptum vir Domini Karlomagno, curtem unam nunccupantem sancti Viti, cum gualdo[58] qui dicitur Corgitu. Item curtem sancti Gregorii, cum colonis et colones; 58
item curtem Petroniani, et Asiniani. Item curtem sancti Heristi, et eius adiacentia. Item fundum Fanianu uncie sex; curtes Priscani, in quo est aecclesia sancti Victoris, cum colonis et colone; cum fundum Flabianello, Robelli, et fundum Corbiani; fundum Magere cum appendiciis suis; fundum Cotteanum, in quo est ecclesia sancti Benedicti sive quibus aliis vocabulis nunccupatur, cum famulis et famule ibidem residentibus, casinis, casale; fundum Clarano, casale de Cerole, casale de Rufiano grasso, cum colonis et colone; fundum Carpiniano, fundum Cossanum, fundum Torritula, fundum Sentiani, tres uncie, fundum Foliani, et fundum Bassanu cum ecclesia sancti Valentini, cum famulis et famule; fundum Aureliani; et sex uncie fundum Celedrani; fundum Cecilianum, cum colonis et colone, fundum Lauriani, fundum Grazzano, fundum Mariano cum famulis et famule; fundum Foriano; et quattuor uncie, fundum Terrentianello, fundum Marcelliano; et fundum Pulbine, fundum Bersianu, et fundum Grifiano, fundum Belgarolum; et sex uncie, fundum Ofiani; et fundum Maturis, fundum Patinara, fundum Montone cum famulis et famulabus suis, fundum Salviani, fundum Cerbinarola, fundum Pattialis, tres uncie Casaventoli, octo uncie, fundum Antiqui, fundum Prisciani, fundum Quarazzanum, fundum Pontinianu, fundum Catonianum, fundum Ciminianu, fundum Matitianum, octo uncie fundum Paonis, fundum Terlata, fundum Barbarica, fundum Casa Crisciani, fundum Vallescura, fundum Rupiliano, fundum Damiano, fundum Asterii, fundum Martuniani, fundum Seriano cum aquímolis duos et cella sancti Silvestri, fundum sancti Prosperii cum vocabulo Cacabelli, fundum Munitioni, fundum Iuniani, fundum Proniani, fundum Mitiliani, fundum Rusciani, fundum Plaga montes, fundum Polliano, cum aecclesia sanctae Marie cum famulis et famule, fundum Scatianum, fundum Cariano, fundum Maniano, fundum Occisi; et sex uncie fundum Rutiliani.

19. Denuo reclamatione a Pipino rege et filiis suis Carolus et Carlomagno de 751
Astulfus rex Langobardorum, quantâque percussio exercet in sancta Romane aecclesie et in populo Romano. Pipinus rex audita hec verba apostolicis, contristatus est nimis propter iter apostolicis, iuratus dicebat: *Ego per memet ipsum venio.* Bándus missus ex ore regis, in Francorum gens, et in Saxonia, in Aquitaniis partibus et in Baiuvaria, et Squasconia[59], et Alamannia, et in cuncte regnora eius, ut omnes hostiliter Kalendas 59
Maias, in Langobardorum gens super Astulfus rex. Carolomagno monacho, germano Pipini regis, expleto monasterio sancti Andreae apostoli et omnia que ad husus monasterii continet, videns suis moribus cum gentis hac fratribus suis monasteriis non essent coniunctum[a], recessit[60] inde in Samnii provincia, in Cassino montes, in monasterio 60
sancti Benedicti, hibique permansit. Audiens hoc Astulfus rex Langobardo, que Pipinus rex Francorum con Trasalpine gentis super se veniret. Que festinus Astulfus rex a monasterium sancti Benedicti in montem Cassini pervenit, postulans et deprecans ad abbas huius monasterii, et dona multa promittens, ut Carlomagno monacho a Pipino rege germano suo properaret, ad dissipanda consilia Stephani pape, ut Francis in Italia ingredi non deberet. Accepta benedictione abbati sui hac fratribus, libenti animo perrexit, sicque in Franciam venit[61]. Omnia qualiter per ordinem a Pipino intimavit 61
Carlomagno monacho, Pipino rex noluit hacquiescere consilii eius. Pipinus[62] rex 62
apostolicas invitatione in Italia iter peragens, iustitia beati Petri apostoli querendo. Astulfus rex Langobardorum supradicta iustitia vetando, clusas Langobardorum petiit, obbia Pipini regis et Francis venit; et inierunt bellum Francis cum Langobardi. Et retro Langobardi fuga capta, auxiliante Domino beatôque Petro apostolo intercedentê, Pipinus rex cum Francis victor extitit. Eodémque anno Stephanus papa reductus est

a) coniunctus *corr.* coniunctum.

58) *i. e.* silva; *wald.* 59) *i. e.* Wasconia. 60) cf. Ann. Lauriss. a. 746. et Einhardi vitam Karoli cap. 2. 61) cf. Vitam Stephani papae c. 30. et Ann. Lauriss. a. 753. 62) cf. Ann. Lauriss. a. 755.

a sancta sede, per missos domni regis Pipini, Foldradus episcopus et reliquis qui cum eo erat. Incluso vero Astulfo rege in Papia civitate, iustitia sancti Petri pollicitus est faciendi. Unde rex Pipinus obsides quadraginta receptos cum sacramenta, reversus est in Francia. Carlomagno autem monachus Bienna civitatem remansit, unâ cum
63 Berta domna regine[63]; infirmus languebat dies multos, et hobiit in pace. Dum[64] prospexisset Pipinus rex, ab Astulfus Langobárdorum rege, ea non esset vera, que antea promiserat de iustitiis sancti Petri, iterum cum missus apostolicis Stephani iter pergens in Italia, Papia obsedit, Astulfus rege Langobardorum inclusit, magis magisque de iustitiis sancti Petri confirmavit, ut stabiles permaneret, quos antea promiserat, et insuper Ravenna cum Pentápolim, et omnem exarcatum conquisivit, et per precepto sancto Petro tradidit. Ut per missos apostolicis, monasterium sancti Andree
65 apostoli nullus auderet aliquis damnietatis adtingere aut violare. Et[65] dum reversus est Pipinus rex, cupiebat supradictus Astulfus, nefandus rex, mentiri que ante pollicitus fuerat, obsides dulgere, sacramenta rumpere; quadam die venatione fecit, percussus Dei iudicio vitam finivit.

756. 20. Inito consilio Langobardi, quomodo Francis super se erueret, et levaverunt Desiderium in regem; quomodo et qualiter postea dicamus. Videns Stephanus papa ex omni parte victor esset, et gloria dignitatis presule hac gentis Romane triumphans, cepit hedificare domum ecclesiam, in onore sancti Dionisii, Rustici et Heleutherii, in
66 hurbe Roma, iuxta via Flamminea, et ereio[65*], non longe ab Agusto[66], iuxta formas
67 species decorata, sicut in Francia viderat. Misit[67] Constantinus imperator de Constantinopolim regi Pipino cum aliis donis organum, qui in Francia usque pervenit. Et rex Pipinus tenuit placitum suum in Compendio cum Francis, ibique Tassilo venit dux Baiuariorum in basatico se commendans per manus, sacramenta iuravit multa et innumerabilia, reliquias sanctorum manus imponens, et fidelitatem promisit regi Pipino, et filio eius Carulo et Carlomagno, sicut bassus recta mente et firma devotione per iustitia, sicut bassus domino suo esset deberet. Sic confirmavit supradictus Tassilo, supra corpus sancti Dionisii, Rustici, et Eleutherii, necnon et sancti Germani,
68 atque sancti Martini, ut omnibus diebus vite eius sic conservaret. Pipinus[68] rex in Saxonia ibat, et firmitas Saxonum per virtutem introivit, in locum qui dicitur Simnia; et multa stráges facte sunt in populo Saxonum. Et tunc polliciti sunt contra Pipinum omnes voluntates eius faciendum, et honores in placito suo praesentandum, usque
69 in equos tricentos per singulos annos. Natus[69] est Pipino regi filius, cui supradictus rex nomen suum imposuit, ut Pipinus vocaretur sicut pater eius. Qui vixit annos
70 duo, et in tertio defunctus est. Eodem[70] anno Pipinus rex Roma perrexit. Stephanus papa et eius clero cunctisque a sacris ordinibus est concessus, et populo Romano in occursum regis, cum ymnis et laudibus ad ecclesiam sancti Peregrini advenerunt. Contemplatus est rex Pipino populo Romano, et eius acta, gaudebundus pervenit in ecclesia apostolorum principi. Celebratâque eius sollempnitatem myssarum, quantâque largitus est elemosinarum pauperum, et dona ecclesiarum, longum est enarrare. Permansit rex Pipinum mense unum in urbem Romam; egrotarêque cepit domnus Stephanus papa, dolore cordis metúsque Pipinus rex de nece apostolicis, die constitutîque obiit. Conventôque facto populi Romani, cum Pipino rex de Paulo, germani Stephani pape, ut cathedre apostolice preesset. Electus est a populo Romano clero, et Pipino rex, et populo Francorum, electus est in sacratissima sedem beati Petri apostoli. Cunctâque eius cives Romana et Tuscie finibus, et cuncta Pentápolim, et Gottiarum montes in ecclesia beati Petri apostoli constituit. Gratias agentes Deo et apostolorum principi, reversus est in Francia.

21. Tunc Pipinus rex cernens Guaifarium ducem Aquitaniorum *etc. Sequuntur annales Laurissenses ann.* 760. 761. 762. 763. *usque*: Pipinus . . . . . per Legemodicas in Francia reversus
71 est. Et facta est gens valida. Iter[71] perrexit Italia ad conferendi Italico regno; tota hiemps in monasterio sancti Andree apostoli, et sancti Silvestri confessoris Christi, et sancti Stephani martyris hiemavit, necnon et Tusciae finibus omnia res monasterii,

63) Bertradane regina. 64) *Dum—tradidit*] A. Lauriss. a. 756. 65) *Et—finivit*] ib. a. 756. 65*) e regione Campi Martii? 66) *i. e.* mausoleum Augusti. 67) *Misit — conservaret*] ex Ann. Laurissens. a. 757. 68) *Pipinus — annos*] ib. a. 758. 69) *Natus—defunctus*] ib. a. 759. 70) Pippinum Romam nunquam adiisse constat. 71) Quae sequuntur a nostro inventa esse, non est quod dubites.

que a Carlomagno germano suo hempta fuerat, per preceptum sui nominis constituit. Et crux Domini que in suis cervicibus appendebat, in venerabilis cenobio concessit, seu Beneventi principatus, et Salerni, Capuâque, et tota Neápolim finibus, et quicquid Campanie destitutum est, in suo sacramento constituit. Et cuncta Pentapolim et omnia Tuscie finibus apostolicis Pauli et suo iure concessit. Gratulanter et gaudebundus in Franciam venit. Tunc[72] rex Pipinus abuit placitum suum in Warmacia, 72
et nullum iter aliud fecit, nisi in Francia resedit; causa pertractabat mitissimus rex inter Wafarium, et Tasilonem; quia Tasilo consanguineus eius erat. Tunc Pipinus rex missos suos dirigit ad Baiuaria a Tasilo, et hæc verba loquens eis: *Pipinus rex Francorum misit nos ad te, ut innotescamus beneficium et honorem, qualiter Pipinus rex constituit tibi. Eó quod esset meus consanguineus tota Baiuaria dedit tibi, et iureiurando fidem tuam pollicitus es observandi.* Modo commotus facie regis videre noluit. Tunc *etc. ut in Ann. Laurissensibus a. 766. 767. 768. usque ad obitum Pippini.* Hibique diem hobiit, finivit octaba Kal. Octuber. 768.

22. Domnus[73] itaque Adrianus natione Romanus de regiones Via lata, ordo scrinii 73
sancte Romane aecclesie, electus est pontifex, a cuncto Romano populo, in sede hac 772.
beatissimi apostolorum principis. Oportet horiginem Francorum rex per genealogiam nunccupare; qualiter ad ápicem regni pervenerit Karolus mitissimus rex, modo dicamus. Gens[74] Meroingorum, de qua Franci reges sibi creare soliti erant. Fuit pri- 74
mus Pipinus, qui genuit filium ex concubina nomine Carolus; hic primus Karolus est advocatus. Qui Karolus genuit filios duos, Pipinum et Karolomagno, qui tota Francia dominatum sibi vindicantes oppressit. Mortuo itaque Karolus primus, qui officio tantum cum Ildricus Saxone deponebatur, Pipinus et Carolomagno germanis[a], velut hereditaria Francia fungebatur. Hunc Pipinus et Karlomagno summa cum eo concordia, divisum regnum Francorum inter sè, Carolomagno sancte conversationis habitum inbutus, Pipinus per auctoritatem apostolico susceptum Stephani pape rex efficitur. Qui Pipinus genuit filios duos, Carolus et Carlomagno, qui uncti sunt in regibus cum Pipino pater eorum a Stephano papa; et mortuo idem Pipino, successit Karolus, gloriosus mitissimus atque amabilis rex, atque Karlomagno. Non post multum tempus defuncto Carlomagno rex, uxor eius et filii cum quibusdam qui ex omatibus[b] consentaneis in Italia fuga petiit; sub Desiderio reges Langobardorum, patrocinium se cum liberis suis, patrocinium contulit. Karolus autem rex per consensum omnium Francorum rex constituitur. Domnus itaque Adrianus papa persecutione Langobardorum non ferens, missos dirigit cum benedictione apostolica Petrus mare usque Masilia, inde terrenum usque ad domnum Karolum pervenit. Invitando scilicet *ut Ann. Lauriss. a. 773. usque* pascha similiter in Roma. Susceptum est itaque domnus Carolus rex honorifice ab Adriano papa, et a cuncto Romano populo, et in ecclesia beati Petri apostoli a scolis laudibus est honoratus. Quantêque pestilentie, et lamentationibus et vastationibus Langobardis populo Romano proclamatum est, quis potuit enarrare. Accepta itaque benedictione rex et absolutione beati Petri apostoli domno Carolo, iterum a Papia venientem, ipsam civitatem cepit *etc. ut Ann. Lauriss. a. 774. 775. 776 786. 781., multis tamen omissis, usque* Aquitania. Et inde revertendo domno Karolo regem in monasterio sancti Andree apostoli cum uxore sua Ildegarda regine, et cum omni comitatu suo, omnia rebus ecclesiarum manasterii[c], que a Karolusmagno patruelis eius in prefatum monasterium concessit, et monasterium sancti Silvestri, cum monte Syrapti, et monasterium sancti Stephani in Mariano, omniorum predia, per preceptum regalis sue regie potestatis concessit, et dona amplissima hibidem constituit. Accepta benedictione a venerabilis loco, Mediolanis civitatem pervenit *etc. ut Ann. Lauriss. a. 781. 783. 786. 787. 788. 794. plurimis tamen omissis; anno 786 rationibus, quare Karolus iter Italicum aggressus sit, addit:* placitum habentis de convenentiis eorum legibus Italie, que antecessor eorum regibus dudum antea indictis eorum scripta non esset; quod ita factum est. *Anno 796 pergit:* Nuntiatum[75] etiam sibi Adriani pontificis Romani hobitum, que in amicitiis precipuus 75
habebat, sic flevit hacsi fratrem, aut karissimum filium ammisisset. Erat enim in

a) *aut* germanus c. b) *i. e.* optimatibus. c) monasteria *corr.* monasterii *codex.*

72) *Tunc—Tasilonem*] ex Ann. Lauriss. a. 764. 73) cf. Vitam Hadriani capp. 1. 3. 74) ex Einhardi vita Karoli c. 1. 75) ex Einhardi vita Karoli cap. 19.

amicitiis optime temperatus, ut eas faciles ammitteret, et constantissime retinēret. Leo mox in loco eius successit; misit legatos cum muneribus ad regem, et claves etiam
76 confessionis sancti Petri, et vexillum Romane hurbis eidem direxit. Thesaurum[76] priscorum multa seculorum prolixitatem collectum, domno regi Karolo ad Aquis palatium misit; quo accepta, peracta Deo largitori omnium bonorum gratiarum actione. Idem vir prudentissimus atque largissimus et Dei dispensator magna inde partem Romam ad limina apostolorum, misit per Agilbertum dilectum abbatem suum, misit. Porro reliquam partem optimatibus clericis sive laicis, ceterisque fidelibus suis largitus est munera. Rex collectis *etc. excerpta annalium Laurissensium annorum 796 et 799. usque* Norlaude Saxonis in Bardengawi . . . . ibique redditus Karli filii sui, expectans Leonem pontificem, simili quod susceptum est, cum honore dimisit. Qui statim profectus est Romam, et rex Aquisgrani palatio suo reversus, cum honore summo Karo-
77 lus supradicto Leo sanctus papa in sede sanctissima susceptum est. Fecitque[77] rex Karolum, filium Karoli, vindictam de Romani, et omnia Tusscie finibus et Ravenne, Pentapolim, a summo pontifice constituit. Monasterium sancti Silvestri in montem Syrapti, et ecclesia sancti Stephani in Mariano per preceptum in prephatum monasterium sancti Andree constituit, et dona ampliaria fecit. Post hec domnus Karolus ad Aquisgranis reversus est; medio Nobembrio allatum est ei *etc. ut Annales Laurissenses a. 804 sed insertis nonnullis, scilicet Mon. Germ. I. p. 192. lin. 7.* donatum magni muneribus; et narravit domnus Leo papa, quanta seditio civilis Romane contra eum eiecerunt, et quomodo ablatum est res aecclesiarum; audita et[a] verba mitissimus imperator conferens in corde suo. Tunc imperator per Bawaria ire volentem *etc. ut Ann. Laurissenses usque* Mansitque apud eum dies 9; et sicut dictum et constitutum est, inter ipsis Roma repediavit. Ordinata omni et composita, que opus et necesse erat, sanctae Romane aecclesie, et omni Tuscie finibus seu Pentapolim Ravenne in apostolicis Leonem constituit. Nam monasterium sancti Andree apostoli munitatem concessit, et in edictis Langobardorum affigi precepit; et exinde reversus est in Francia. *Sequunter excerpta Annalium Laurissensium annorum* 805. 808. 810. 814. *et Einhardi Vitae Karoli capp.* 15. 16. *usque* pronuntiarent.

23. Precepit[*] rex fortissimus, ut classes navigium Normanicum hedificantes, et

*) *Quum hoc loco initia fabulae de Karoli expeditione in Terram sanctam legantur, operae pretium videtur, ei initia fabulosae narrationis de expeditione eius Hispanica adiungere, fragmentum scilicet saeculo decimo exaratum, quod in bibliotheca regia Hagae comitum ad finem codicis N.* 921. *Gesta regum Francorum exhibentis tribus foliis inscriptum inveni:*

'fol. 1. 'et effectu, veluti spondet sibi versuta arrisio superbae fortunae hoc prope tota. Sibilat imber telorum, suspensus in aere; et instat quantum magis evalet impulsus manu. Rotatur 'sublimior ordo in fossa suis vulneribus, et dat graves lapsus posteriori; intimatque ipse ruens aucmenta periculo adiuta suis ponderibus. Nec adhuc sensit uterque inopina gesta malorum, alta sensibus catenatis formidine et pari torpore; dum recrearet spiritus iam suffitiens sibi lassos artus, a longe inpingit alternus turor et urguet caesarias acies, quibus erat negatus omnis aditus in arte et armis, licet usus ubique esset virtute, et licet patrasset impatiens virtutum mira bellorum, et strepit liberior sibi per propugnacula et per murales latebras. Resultatque aligerum semen super tegmina clipeorum, ut sit grando; at deservit ferro comes et revocata vis suorum modo nescia sicci ventris atrocisque gulae quam male sustinuit, nec umquam plus satiaverat suas mentes caede; sicut merentur pia vota. Prope facit mucro omnes dextras intentas sibi, repetitque cesarius miles propiora menia, fossaeque redundans cupit in sublime. De sursum distillat acutus palus plagasque serit, degeritque pregnans molaris corpora subeuntia confusis armis, modo truditur dux a castello vi et amittit foras iter vasta cede. Perditque necatque; utpote prestant mille manus suffragia homini. Describitur ante fores electa maiorque corona virorum servare[b] aditus fallantes, ut tuta sint terga habeantque fidem. Illic ridet Gradivus notans sangui-
'fol. 1. nolenta brachia. Et alternat equum commissus totis viribus multifidis mirisque modis intus forisque, 'quacumque potest pompare se minaci cornu. Inter hec vitae labantis gravitate rerum, tribuit quarta dies suum mane, fugiente astro laceris tenebris. Et effecerat solaris orbita preclarum orbem quippe rubescens ad casum; sicut prodidit ipsa nuntia sinceri ortum. Liquet innotuisse accedere[c] prelatae pubis; procul praeveniente aura plebei faminis. Nec mora; tanquam certabat cupidus hiatus animi, adsunt exhausto cornipede et

a) ec, hec, haec. b) *ita legendum; in codice* seruire *legi videtur.* c) *scilicet* nomen, *quae vox supra* accedere *habetur in c.*

76) Ann. Lauriss. a. 796. 77) Nugae.

navibus iuxta fluvium que de Gallia et de Germania septemtrionalem[78], ut per omnes portus et flumina, ubicumque naves stationibus tali munitio precepit. Ut per mare Adriatica in provincia Benétie congregare precepit. Deinde tota Italie clavique excercita[a] triumphato orbe in multis partibus. Ilicet pertonat ardens miles Ernoldi ad muros, et ipse tenens pilum scienter anhelat ante suos, perfunditque sudor ubique proruptus ducem, lucentque oculi et concrescunt spumae per ora, pulsantque truces venae in pectore; nunc poplex titubabat, nunc adstat firmior quercu. § Plene fructificat inventus Bernardi experta in adversis rebus et qualiscumque resistat; favet fortuna suum velle, certatque valere. Sed tamen per cunta, neque degeneratur ab ullo obice, quisquis minus gravior omnibus obstat. § It gravis fremitus Bertrandi, qua eminet fortior pars urbis fossa et muro, promittente sua mente quaeque obnoxia, trucidatque pugiles, quo sonitu cadit intolerabilis ictus de caelo. Nihil expulerunt arma minitantia mortem praecipitem gradum vel retro vel immo parum; nec[b] teterrimus imber sagittarum. Et magis ingerit gradum, cernens horrere sua fata. Et sunt gaudia probare gravius periculum. Et conputat se esse aliquid in hoc. Iam amovet vivida manus iuvenis *muros, et iam rumpuntur ferrea flagella portarum cum toto poste. Prestatur iter, meliusque undique produntur ruina. Committitur ferrum hosti. Moventur virtutes pro se, et quaeque dextera. Habetur pigra agilis, perterrita acris. Hic caret hasta loco, sed solus dimicat ensis. Namque vacat omnis plaga, nisi furtim dedita utero, seu pectoribus; quia talis erat pressio, ut non potuit ulla manus suspendi[c] ictu[d]. Incertum est, ubi plenius edit Mars viros pallentes morte, praeclariusque feriat auras gemitu. Perambulat enim introitum urbis, et medium, tenetque extremum. Nec alter conspicitur inter tanta spatia, nec habet colorem maiori fato. Natant atria, rura, domus, tabulaeque limina, postes; in alta tabe, madescunt sublimia saxa. Undique stat fusus cruor. Undique rubescunt stagna. Tumescunt aera. Incubat atra nox per urbem. Mox cucurrit uterque satelles ad cornipedes, serpente freto concreti sanguinis usque genua, tenenteque mersa vestigia instantum sibi. Pariterque concurrunt reges, lacessuntque Martem emissis viribus; quoniam bene creditur illis posse unum diem largiri totum orbem. Redit unusquisque acrior labori sui propositi. Et tradunt plures sua vulnera fatis. O pactum telorum nec iam saturabile! Labat altercatio Martis ad campos strigilis. Namque nihil amplius potest vigens stare urbi superante modo; neque vult, ut libere laxet cuncta colla ferro, receptetque apertos motus, congaudeatque auxiliatrix hasta, vibrando. Stupet terra campique latentes sub cetu, potuisse urbem tenere tantos viros atque extra fudisse. Hic est ratio, ad quas manus potuit triumphus venisse, si superstaet felix vena. O vector caelorum et orbis, quem commovi prece, permitte mihi roganti veniam, dicendi vel aliquid, adestoque sanctissime praesul meo auxilio. Ecce inestuat indomiteque tumet baccania* regum per inmensos orbes Mavortis, et angit fortunam, *per se neque relabi quo velit ipsa. At econtra magis continet se Carolus imperator, ut fortis, fixus pietate Tonantis, quem semper sciebat praesentem largumque[e*] instigatque ardentes manus amori bellorum; nec cogit formido sequi tam validum regem sed cogit mens praecedere. Sé proque tollit lumina ad sidera, soluta[e**] mananti rore lacrimarum, humectatque genas: ne tripudiet gens offensa superno regi palma, receptetque superba spolia. § Optinet dux sublimis equo quem redemit multa caede, medias phalanges mucrone docili poenarum; et huc illucque seminat mortes. Ergo reitiunt elumbes dextrae arma, quibus[f] negatur ut stent; laborat belliger eventus emulusque ordo fatorum conferre acre senium Borel patris homini vafro per incendia pugnae. Nec mora, hauritur subsistens hospes corporis[g] per munimina clipei et per trilicem tunicam[g*], Summittitque caput, sed vertuntur crura in altum, cadendo; modo dehiscunt colla confracta solo. Respirat Wibelinus[h] agilis et audax, puer par parenti suo virtute, sed suppar mole, conpensandus in omnia ferro iudice. Circumdedit unum e natis Borel visu, procul frementem inter mille patiente dextra. Rumpit iter telis intentus illi cohortanseque equum talo monitore, et statim devenit ante eum collocatque ensem ardentem inter medium timporis. Et exfibulat e suo usu cervicem, cui magis adhaerebat totamque medullat utrimque: occubuit lingua proiecta plus uno pede. § Propalat sitibunda cupido laudis Ernaldum quanti pretii sit, quantoque actu refulgeat. Quicquid enim parat Bellona, lacerat trahitque ut leo quod reperit; dum pridem sapuere sautia commertia dirae faucis nihil praedarum. Potis est cognoscere alium fraternae stirpis ante suos obtutus, acclinatque habilem atiem hastae in ictum. 'Declarat'[i*] insatiabilis cupido humane laudis, quanti pretii sit quantoque refulgeat actu animositas Ernaldi. Quicquid enim bellicae virtutis offitio natur opus, id ab eo haud segniter completur. Haud secus famelica rabies leonis grassatur occurrente sibi praeda, quam virtus Ernaldi per praelia. Post multa vero feliciter acta aspicit quendam fraternae cedis reum. Qui nil moratus, validam in hunc contorserat hastam, cui volanti[i] torax fit pervius hostis. Quo ictu inpellitur corpus militis, longius decem[k] cubitis. Sicque excussus

*fol. 2.

*fol. 2'.

*fol. 3.

a) e *in margine obscisum.* b) *super inscriptum.* c) supendi c. d) *incipit manus secunda.* e) *i. s.* furor. e*) largamque c. e**) *scilicet* lumina c. f) *i. e.* dextris *codex.* g) *i. e.* anima *codex.* g*) tonicam *corr.* tunicam c. h) *ita codex.* i) ualanti c. i*) *incipit manus tertia.* k) X. c.

78) Einhardi vita cap. 17.

79 tam Benetie quemque Quilegie[79] finibus, seu Ravenne, Ariminum, quamquam et Ancone civitatibus, et cuncta litoris maris Adriatice, usque ad Traversus congregare
80 iussit. Et cuncta maris Terrine[80], Eugenia[81], Corsica, Sardinia, Pisani, Centucellen-
82 sis, Rome, et quicquid Napulie[82] finibus omnium navigarum multitudo collectum est ad Traversus, quantum deinceps usque in presentem diem invenire potuit. Mitissi-
83 mus vero rex, accepta benedictione apostolicis Leoni, in sancto archangelo[83] ascendit, adorans et deprecans Deum, ut iter suum in pace dirigeret. Quê profectus iter inchoavit, in monte Gargano pervenit; multa dona hibi optulit. Qui per Neapólie
84 finibus pergens, Kalabria feriore[84] usque ad Traversus pervénit: décies centum et eo amplius passuum milibus lóngitudine porrigitur. Iussit fieri pontes super mares multitudinem, omnes Francorum, et Saxonicum, et Baiuarium, Aquitaniorum, Quassconicum, Pannoniorum, Avarorum, Alamannium, Langobardorum, quorum gentis multitudo nullus potest cápere, ante se exire precepit; molierúntque cuncte nationes terre Grecorum, ut robor eorum pro nichilo computatus. Collaudantes et benedicentes Deum, qui via recto dirigit Karulo, servus Petri principis apostolorum. Cum audis-
85 sent[a] Aáron reges Persarum, qui[85] excepta India totum penetrabat[86] Orientem, talem fecit amicitiam et concordiam, ut eis gratia eius omnium qui in toto orbe terrarum erant, regnum ad principum amicitia preponeret, solúmque illum honore hac munificentiam sibi colendum iudicaret. Ac déinde ad sacratissimum domini hac salvatoris nostri Iesu Christi sepulchrum locumque resurrectionis advenisset, ornatoque sacrum locum auro gemmísque, etiam vexillum aureum mire magnitudinis imposuit; non solum cuncta loca sancta decoravit, sed etiam presepe Domini et sepulchrum que
87 petierant[b] Aáron rex, potestatis eius ascribere concessit[87]. Quanta vestes, et arómata, et ceteras horientalium terrarum opes ingentia, et dona Karulo concessit! Vertente

equo vitam demiserat orco. Praeterea succedit bello Bertrandi horrenda manus; quae validam formidinem incusserat hostibus, armisque feralibus dura dat fata multis mortalibus. Dextera nempe palatini, nulli hostium parcere suevit, veniamque orantem mox ensis reliquit exanimem. Forte dantur sibi obvia trina iuvenum corpora, quorum prior paululum[c] resistens duram ibidem inuerat mortem. Namque terribile fulgur gladii per medium capitis guturis antrumque pectoris umbilicique recepit. Egestaque viscera, in gremio delabuntur tepentia. Negat quippe trilex tunica, atiei reponere obstacula. Nec sufficit vero humanum interemisse corpus; verum etiam equus vita invenitur privatus. Superfuit enim ensi, spinas partire caballi; tandemque elapsus terrae medio tenus reperitur incussus; quem Bertrandus retrahens, residuos versabat in hostes. Nec mora, patet internus humor et additur
*fol. 3'. *aurae. Quin ętiam rumpuntur fortia phalerarum vincula et cingula bratteolis crepitan a. Grassatur quoque per camporum spatia Bernardi terribilis audatia, is nempe acriter inser viens Marti multorum mortalium corpora luce privavit. Gaudet enim felicis honore palmae, quem sic sublimat casus fortunae[d].

Fragmentum hoc ad narrationem de obsidione Pampilonae a. 778 *institutae pertinere videtur, de qua et Turpinum agere constat. Agit enim de bello adversus paganos, orbis terrarum cum Francis dominos, id est Sarracenos. Ernoldus sive Ernaldus videtur esse Arnoldus, quem anno* 781 *Aquitaniae regni baiulum a Karolo institutum Vitae Hludowici auctor tradit; idem apud Turpinum capp.* 11. 14. 30. *Arnoldus de Bellanda vocatus, teste Turpino cap.* 14. *praecipuas in expugnatione Pampilonae partes egit. Borel sive Burellus comes anno* 798 *Ausonae praefectus, anno* 809 *expeditioni Hispaniae interfuit. Wibelinum fortasse pro Turpini Willerino cap.* 29. *et* 11. *habere licet; nisi Wilhelmus Tolosanus dux intelligendus sit. Ceterum integros versus textui immisceri, lectores facile advertent.*

In eadem membrana hos versiculos legimus:

Iamque aves in qua silva Gaudenter voces concrepant Laudent deum humiliter Referant alta graviter Tu christe miserere.

Primum diem dominicum Turtur gemit in haera Colonba christi guture Vocant deum in pectore Tu christe.

Lunus dies cum dicitur Milvus, qui deum colli Passer paulatim concutit Ex corde deum diligit.

Tu Martis dies tertius Cantant aves concorditer Irunda volet fortiter Non cessant deum.

a) audissent *corr.* audisset *c.* b) petierat *corr.* petierant. c) palulum *c.* d) *spatium reliquum vacat.*

79) *i. e.* Aquileiae. 80) *i. e.* Mediterranei. 81) Liguria? 82) in Apuliae f. 83) Michaele in monte Gargano. 84) *i. e.* inferiore. 85) ex Einhardi vita K. c. 16. 86) pene tenebat. 87) cf. Einhardum l. c.

igitur, prudentissimus rex cum Aáron rex usque in Alexandria pervenit. Sicque letificantes Francis et Aggarenis, quasi consanguineis esset. Dimissoque est Aaron rex a Karulo Magno in pace; in propria sua est reversus. Rex piissimus atque fortis, ad Constantinopolitano hurbem, Naciforus[88], Michahel, it Leo, formidantes quasi 88
imperium ei eripere vellet, valde sub sceptu; quo cognito rex formidine eorum, pactum et fedus firmissimum posuit inter sê, ut nulla inter partes cuilibet scandali remaneret occasio. Erat enim semper Romanis et Grecis Francorum suspecta potentia. Unde et illum Grecum est ad proverbium: *TON ΦΡΑΝΚΟΝ ΦΙΛΟΝ ΕΧΙC, ITONA OYK EXIC.* Quod Latini dicunt: Francos abeto amicos. Qui mox imperator cum quanta donis[a] et munera, et aliquantulum de corpore sancti Andreae apostoli, ad imperatoribus Constantinopolim accepto, in Italia est reversus. Roma veniens, et dona amplissima beato Petro constituit, ordinatâque Urbe[b], et omnia Pentápoli, et Ravenne finibus seu Tuscie, omnia in apostolici potestatibe concessit. Gratias agens Deo et apostolorum principi, et benedictione apostolica accepta, et a cuncto populo Romano augusto est appellatus, simul cum ipso pontifice usque ad montes Syrapti, ad monasterium sancti Silvestri dévenit. Déinde ad monasterium sancti Andreae cum pontifice summo ádest; qui rogatus imperator ad pontifice, ut aliquantulum reliquiarum de corpore sancti Andreae apostoli in hunc monasterium consecrationis constitueret; cuius loco positus est in hunc monasterium venerabile ecclesie, aput nos incognitum est. Victor et coronator triumphator rex in Francia est reversus. Qui[89] 89
cum tantus in ampliando regno et subiciens esteris nationibus sisteret, et in eiusmodi occupationibus assidue versaretur. Qui longum per ordinem multum est enarrare, nunc breviando adtingamus. Déinde cum matris ortatus filiam Desiderii *etc. excerpta Vitae Karoli capp.* 18, 19, 20, 22, 30, 31 *et* 32 *usque* anno, indictione sexta, quinta Kal. Februarias. 811.

Hos[90] tibi versiculos ad laudem, maxime princeps, 90
Edidit eternam memoriamque tuam
Benedictus supplex famulus monaque[91], qui mentem benigna 91
Egregium extulit nomen ad astra tuum.
Hanc prudens gestam noris tu scribere lector.

21. In hoc vero tempore missis domnus Loduicus legatos suos renovandum Norbertum aepiscopus a Leonem imperatorem Constantinopolim, amicitias secum et predictum pactum confirmandum direxit. Abitoque Aquisgranis etc. *excerpta annalium Laurissensium annorum* 814—824, 826, 827, 829; *his additis:*

A 815[92]: Inter haec quosdam primoribus Romanorum ..... trucidatos. Erant 92
enim numerum Romanorum tricentos qui interfecti sunt in campo Lateranensis. De maioribus erat enim papa Leo quartus omnia Pentapolim atque Tusscie finibus in pontificis constituit.

Anno 819. *ita habet:* in quo multa de status ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt. Legibus etiam capitula que dudum in edictis scripta sunt affigi precepit. Quo perhacto — Ubelbi comitis Iudit duxit uxore.

Anno 823: In cuius *(papae)* locum duobus per contentiones populi fuissent helecti, Eugenius archipresbiter tituli sancte Savine; alius tamen quo nomen superest facta est seditio Romane civilis inter sê, vincente parte nobilium parte subrogatus atque ordinatus est.

Annos 827 *et* 829 *ita iungit:* Legatus imperatoris Romam venit, et helectiones populi qualis esset examinavit. Ubi et missa sancti Martini, et festivitatem beati Andreae apostoli, necnon et ipsum sacrum sanctum dominicae nativitatis diem cum magna letitia et exultatione celebravit.

Mense Februario conventus hibidem factus, in Italia profectus est[93]. Româque 93
ingressus, in ecclesia apostolorum principis missarum sollempnitate celebrata, Apuliae finibus adgressus est in civitatem Bari; quattuor turres aedificari iussit. Quanta et

a) donas *corr.* donis *c.* b) hurbe *corr.* urbe *c.*

89) cf. Einhardum l. c. 89) Einhardi Vita c. 17. 90) ex Gerwardi versibus in Mon. SS. II. 438. sed mutato nomine scriptoris. 91) i. e. monachusque. 92) A. 814. tricentos solidos auri loco septem milium scribit. 93) Hludowicum minime in Italiam profectum esse constat; ad Hludowicum II. imperatorem Lotharii filium haec pertinere videntur.

qualia naves maris Adriatice portantes ea que necessaria sunt, Francorum scara in Bari
94 civitas custodientes Scalaória[94] inferioris et superioris, et quicquid civitatis maritime posite sunt, ut Agarenicos non vastarentur. Romani étenim imposuerunt ad imperatore Loduicus Pius, unde memoria eius pérmanet usque in eternum. Imperator Loduicus in tanta virtus in Italia estitit, ut sanguinium[95] pontificis Romani a legibus non
95 96 potuisset erúeret[96]. Abebat autem in palatio Lateranensis iudices preordinati, per singulos dies, a locus ubi dicitur a Lupa, quod est mater Romanorum, ut populum Romani per districtum placitum a dux Spolitinus, Aciprandum nomine, discutiendum. Pontifex Gregorius sancte sedis apostolice, quicquid a Constantinus imperator concessa fuerat accclesiastice[a], Lodoicus imperator concessit. Monasterium sancti Benedicti in monte Cassini in provincia Samnii, monasterium sancte Dei genitricis semperque vir-
97 ginis Marie[97] in monte Acutiano territorio Sabinensis, et monasterium domini Salvatoris territorio Reatino, iuxta montes Letiniano seu Bogiano, monasterium sancti Silvestri in monte Syrapti cum monasterium sancti Andreae apostoli, ad defensionis suis palatii imperator kamere sue concessit. Et monitate legibus insuper decriptis[b] monasteriis in edictis legibus Langobardorum affigi precepit. Preordinata cuncto regno Italia a Lothario filio suo, qui consortes suis regni erat, constituit; benedictione accepta in ecclesia apostolorum principis absolutionis apostolico, in Francia est reuersus. Et
840 non post multos hos dies hobiit.

25. Unde crevit rumor inter filiis regis, Lotharius, Pipinus, Loduicus, Carolus, et Carlomagno de consortes regnorá, et sortierunt regnum inter se; inciperunt dividere
99 da civitas Faucis[98] quod est vilicos[99] inter mare Adriatica, et mare Terrina, et usque in Aquitania; et divisus est populum Italico vel Romano a Francorum imperium. Coeperunt pugnare inter se reges Francorum; unde exiit fama in Cordua, et in Africe tota Cartagine, ceperunt reagere Sarracenis consilium maligno, ut regnum usurparet, et ecclesia sancti Petri expoliare. Karolus[1] rex, filius Loduici Pii bone memorie, propter quodam suis facinoris, quod nunc[c] super est, renuntiato regno fratribus suis, in monasterio sancti Benedicti in monte Cassino sancte conversationis abitus accepit. Tanta humilitas in eo concessit Dominus, ut omnibus fratribus pedibus lavaret[d], ut inter omnes minor se putabat[e]. Saxonis inchoantes preter discordiam, que erat inter Pipinus et Carlomagno et Loduicum regibus; Lotharius vero, qui agustus est appellatus, regno Italie regebat. Saxonis cotidie preliantes, cepit exminuare regnum Francorum.
2 Mortuo idem Karlomagno[2], Saxonia in Francia ingressi, ferro igneque vastantes, fecit
1 Pipinus[3] rex amica causa cum[e] Saxones. Loduicus rex Aquitanie[4] cum Saxonis pugnabat. Aquitanii inter se conventicula facta. Unde ablatum est regnum Aquitanie a Francis, usque in praesentem diem.

855 26. Mortuo idem Lotharius, successit in regno Karolus[5], filius eius, pro eo non
846 multum tempus. Orta est persecutio Romani inter se; exierunt viri scelerati, et legatos miserunt a rex Babylonie, ut venirent et possidere regnum Italie. Tanta dénique Aggareni in Italia ingressi a Centucellensis portus, sic impleverunt faciem terre, sicut locuste velut segetem in campo. Tantos timor invasit Romanos, ut nullos extra portas égredi; obsedita est Roma, et civitas Leoniana appreensa, et ecclesia sancti Petri capta et expoliata, et per monasteria ipsius aecclesie equos eorum stare precepit. Versa est mater omnium ecclesiarum in opprobrium, et omnis decore suo abstractum. Veniente iuxta altare barbari giro ballantes manibus. Arrepto unus ex illi lanciola, in pectore vultum Domini in absida depictum museo[f], non tantum museo dirrupit, verum etiam matérie confectionis transfudit. Cepit emanere sanguis, sicut homo vivus fuisset in corpore; unde in eternum permanet. Aparatio eius, ut superius diximus, destructe cuncte monasteriae eius, et ecclesiarum omnibus, civitas Leoniana; facta est Tuscie provincia desolata, et civitates in opprobrium, Romani afflicti merore apostolicus. Gregorius[6] huius apostolicis sedis successerat inspiratus flamine sancto, cotidie confortantes
847

a) *i. e.* ecclesiae. b) *i. e.* superscriptis. c) *i. e.* non. d) *primo* lauaretur *et* putabant *scriptum erat.* e) *vox bis scripta.* f) *i. e.* musivo.

94) *i. e.* Calabriae, littera *s* vocis *custodientes* repetita (calaoria). 95) *i. e.* consanguineum. 96) cf. Ann. Lauriss. a. 823. 97) Farfa. 98) Füssen? 99) umbilicus? 1) Nugae. 2) Hludowico Pio 3) Hlotharius. 4) Germaniae. 5) Hludowicus II. 6) Leo IV.

populo Romano in virtute Spiritu sancti, et consilio inierunt, quomodo Deus omnipotens auferret feras nationes barbarorum, et ecclesia sancti Petri apostoli, qui est caput omnium ecclesiarum, a pestiferas gentes erueret. Nuntius missus a Loduicus rex, filius 846.
Loduici[7] pie memorie, ut veniret et defenderet ecclesia sancti Petri, et Romanum re- 7
gnum. Ut sicuti a Pipino, et a Karulo, et Loduicus pater eius triumphum victorie regnum Italie erexerat, ita et ipse regnum Romanum in suis pollicitationibus optineret. Non diutius moratus Loduicus rex, cum Francis a Roma perrexit. Gregorius papa legatos misit a Quido marchione, ut veniret et succurreret civitatis Romane ecclesie sancte, pro cuius amore Dominus sanguinem suum fudit; et dona amplissima reciperet. Perrexit igitur marchio Quido cum omni exarcatu gentis sue Langobardorum in urbem Romam ingressi, ceperunt pugna inciperet a pontes sancti Petri, et a portas Sassie civitas Leoniana multis barbarorum gentis interfecti sunt, per virtute sancti Petri; et pestifera gentis inter se dicentes: *Quia vidimus sanguis deus christianorum!* Facta est dispersio Agareni et dux eorum, et mollierunt in se ipsis[a]. Loduicus rex venit ostiliter usque ad montes Malum[8], hubi est ecclesia sancti Clementis, conspexit multitudo 8
eorum, formidare cepit cor eius, quia non erat cor eius sicut pater eius. Impetu fecerunt Franci et concinnerunt tuba, et facta est voces eorum et tube sicut tonitruum, maxime rumores civitas Romane, et voces ecclesiarum. Venerunt Francis ad arcus qui dicitur Militorum; quis potuit numerari illa tribulatio? Loduicus rex veniente a fossatagine non longe ab arco, levavit manus suas contra Francis, ut Francis videntes, retro pedes post se[b]. Aggarenis inter se irritantes, exierunt de civitas Leoniana, et de ecclesia principis apostolorum, irruerunt super Francos; quantis interfecti sunt, nullus potuit 9
numerari[9]. Quido marchiones et Romanum populum post eos interficiendum, et Aggareni antecedentes et fugientes, sicque venerunt a Centucellensis portus; verumtamen 9
decima partes ex eis non remansit. In nave ascensis Aggarenis, cum omnis decore aecclesie sancte in mari ingressi sunt. Quido marchiones cum suo comitatu, Loduicus rex cum quantos Francis evaserat, in Roma sunt reversi. Propter hoc populi Romani in derisione abuerunt Franci, usque in odiernum diem. Quido marchione accepta dona ampliissima et gratias Romanum populum, in propria est reversus. Loduicus rex in Papia ciuitas ingressus, regnum fraudatum a Karulo neptus eius. 875.

27. Romani plus magis fraudulenter contra Francos miserunt legationes a Palarmo, et Africe, ut venirent et possiderent Italico regno. Tunc exierunt Aggarenis gens quasi situle, et properantes venerunt ad Amalvis, et repleverunt Calabria superiores, veniente ad fluvium qui dicitur Garinganu[10], apprehenderunt turres, et facta est eorum habita- 10
tio. Ceperunt tota Campania ferro, igne vastare; territorio Ciculano, et Savinensis, et civitas Narnienses, et civitas Ortana, et civitas Nepisina, in suis dominiis redacte sunt. Propter hoc amplius rex Francorum in Italia non regnavit usque a presentem diem. Regnaverunt Aggarenis in Romano regno anni triginta; redacta est terra in solitudine, et monasteria sancte sine laudes. Verumtamen propter peccata populi. Sicut scriptum est: *De celo prospexit Dominus super filios hominum omnes qui habitant horbem.* Psalm
De preparato habitaculo suo. Qui superius diximus, per curricula triginta annorum 32. 13.
usurpantem Agareni Romanum regnum. Et in summa sedis[c] sancte apostolice preerat 901
Sergius papa tertius. Cuius temporibus ruina magna concuti in ecclesia patriarchio | 911.
Lateranensis sancti Iohannis, qui appellatur Constantiniana, a fundamentis est rupta; qui mox apostolicus Sergius meliúsque renovavit a fundamentis; quanta donaria in oc patriarchio optulit in ipsius basilice, a duobus lateribus ante altare, in picture renovationis scriptum est.

28. In Langobardorum gens civitatis Ticine preerat rex, nomine Quido, cuius 888
temporibus redactum est regnum Langobardorum sue potestative regie potestate. Fecit | 894.
idem Quido synodum cum episcopis, et abbatibus, et cum fidelibus, Langobardis capitulis legis, et in edictis affigi precepit. Cuius temporibus horta est intentio inter Lan-

a) *hic distinxi.* b) *distinctio deest in codice.* c) sedes *corr.* sedis *c.*

7) Hlotharii. 8) monte Mario. 9) Hludowici cladem refert et Prudentius a. 846. et Chron. Casinense supra p. 225. 10) Garilianus.

gobardos et Francos de regno Italie; clauserunt Langobardi clusas, et custodierunt vie Galliarum.

915 Oct. | 914 Apr. 29. Obiit Sergius papa nonus Kalendas Maias. Successit in loco eius Lando[11] natione Saviniensis; sedit in cathedra sancte sedis apostolice menses sex; obiit. In loco eius successit Formosus[12]. Renovavit Formosus papa aecclesia principis apostolorum Petri, picture tota; quanta et qualia intentio inter Romanos et Formosus papa, modo taceamus. Obiit hisdem Formosus; in loco eius successit Iohannes decimus papa. Consilio inito cum Albericus marchiones de Sarracenis. In ipso tempore exivit Akyprandus Reatino, et alii plures Langobardis, et Savinensi, et preparaverunt se a pugna cum 914 Apr. 13 Sarracenis, a moenie civitatis vetustate consumpta, nomine Tribulana[13]. Et conflicta pugna, intercedente beato Petro apostolo, Sarracenis interfecti sunt. Alia pugna est facta 14 inter Nepisinos et Sutrinos cum Saracenis in campo de Baccani[14], multosque Saracenos trucidati sunt et vulnerati. Audientes Sarracenis qui erat in [a] Narnienses comitato, Ortuense, et qui erant in Ciculi, preparaverunt se omnes in unum ad dux eorum qui erat a fluvium Garilianu, iter bastantes, maxime cognoscentes, in se ipsis interitus eveniret. Anexiebat cor Iohannis decimi pape cum Albericus glóriosus marchiones, et collecta multitudo ostiliter venerunt a [b] fluvium Garilianum. Factus est Albericus mar- 916 chio ut leo fortissimus inter Sarracenos. Audierunt Beneventani prelium, exierunt Beneventum, et venerunt ad turrem, et preliaverunt prelium magnum; et contriti sunt Saracenis a facie Romanorum; et victores Iohannes decimus papa, et Albericus marchiones, honorifice susceptum Albericus marchio a Romano populo. Erat hisdem Albericus marchio clangiforme. Accepit una de nobilibus Romani, cuius nomine superest, Theophilacti filia, non quasi uxor sed in consuetudinem malignam. Genuit ex ea filium, ab amore patris Albericus nomen imposuit; qualiter huc Albericus pervenerit, postea dicamus. Renovavit igitur Iohannes decimus papa in Lateranensis palatium tria mirifice composuit, picta decorate, et versis ex utraque partes exarare studere iussit. Orta est intentio inter matrem Alberici et papa, et separatum est populum Romanum inter se. Erat denique Petrus marchiones germanus suprascripti pape; talis odium et rixa inter Romanos et marchio, ut non in urbem Romam ingredi deberet. Ingressus Petrus marchio in civitas Ortuense, et in capite huius civitatis edificavit castrum firmissimus, et plus magis seviebant Romani, et amplius Petrus marchio in hurbem Roma non est ausus ingredi. Statimque nuntius transmisit ad Ungarorum gens, ut veniret et possideret Italia; quo peracto omnia Ungarorum gens in Italia ingressi sunt. Simul cum Petrus marchio in urbem Romam ingressus est. Ungarorum gens depraedata tota Tuscia, igne gladio [c] consumpta, multos populo simul cum femine, et quicquid manum cápere poterat asportaverunt. Cumque nullus fuisset qui illorum impetum resistere potuisset, a propria sunt reversi. Romani in ira commoti, unianimiter ad palatium Lateranensis properantes, interfecto Petrus marchio, ad apostolicos nullus adtingit. Unde consuetudo per singulos [d] Ungari Romanis finibus depraedantur deinceps.

928 Mai. 30. Obiit Iohannes decimus papa[15]. Domna senatrix unde superius diximus, ordinavit Iohannes consanguineum eius in sedem sanctissimus, pro quo undecimus est appel- 931 Mart. latus. Subiugatus est Romam potestative in manu femine, sicut in propheta legimus: 20. *Feminini dominabunt Hierusalem.* Iterum autem venientes Ungari iuxta Romam a Esai 3, 4. porta sancti Iohannis, exierunt Romani et pugnaverunt cum Ungarorum gens; et ceci- 937? derunt de nobiles Romani, sicuti a portas ipsius ecclesie inumata requiescunt. Tunc Ungarorum gens venientes a civitas Reatina, exivit foras Ioseph Langobardo prudens, cum ingentis exercitus Langobardorum; partes interemit gladio, et partes vivos appreendit. Ungarorum gens videns se ex omni partes impetum gentis dimicaret, iter in propria sunt reversi, et amplius in Italia pro depraedatione non sunt ingressi. Veę populum Italico! quanta accidentia [e], quantaque clade alienigene gentis in vos exercuit! Civitas Leoniana [f], quem Centum Civilis construxit, capta fuistis a Sarracenis et alieni-

a) inarnienses c. b) ha *corr.* a c. c) *hic* ua *delētum* (vastata). d) *scil.* annos. e) accidentea *corr.* accidentia c. f) leonianiana c.

11) Anastasius III. inde ab Aug. mense a. 911. usque ad Oct. 913. tum Lando. 12) Formosus a. 891. Sept. usque ad annum 896 mense Apr. sedit; Landoni Iohannes X. successit. 13) Trevi? 14) Baccano. 15) Quem Leo VI. Stephanus VII. tum vero Iohannes XI. secuti sunt.

gene gentis; verum etiam a Baiuariorum gens Galliarum, et a rege cui nomen erat Arnulfus; ferunt namque quod a sellis caballorum fuisset appreensa. In temporibus Iohannis decimi pape, cuius superius memoriam fecit, visa sunt signa, qualiter in hunc libellum seriem vocitatur. A diebus namque eius demonstratum est, que post futuris suis temporis adeptum est.

31. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi nungentesimo vicesimo prima, 921.
indictione prima, indictio nona, temporibus domni Iohannis decimi pape, in anno pontificatus illius septem, vise sunt signa. Nam iuxta hurbe Roma lapides plurimi de celo cádere visi sunt. In civitate que vocatur Narnia, tam diri âc tetri, ut nichil aliud credatur, quam de infernalibus locis deducti essent. Nam ita ex illis lapidibus unus omnium maximus est, ut decidens in flumen Narnus, ad mensura unius cubitis super aquas fluminis usque hodie videretur. Nam et ignîte facule ę celo plurime omnibus in hanc civitate Romani populi vise sunt, ita ut pene terra contingerent. Alie cadentes iuxta domum Theophilacti. Alie iuxta ecclesia sanctorum apostolorum Iacobi et Philippi, que nos vocitamus Sancti Apostoli. Alie húc illúcque discurrentes. Similiter eodem tempore celum ardere visum est, iuxta Portum huius hurbis, miliario [a] ab urbe Roma decem et octo. In qua videlicet flamma tres simul columne vise sunt, in modum columpnarum que nunc in edificiis locantur. In quibus tribus columpnis tres columpne [b] apparuerunt sedere, unaquaque super columpna; ę quibus una ex illis elevatis alis extinguere cupiebat flamme, nec poterat. Deinde secunda, et tertias, et necquicquam valuit; nec multô post supervenientes una ex aliis partibus expansis alis, et tam diu contra flamma alas exagitant, quousque totam illa flamma extincxit. At vero post haec iuxta porta huius civitatis que appellatur Salaria, ante ecclesia sciliçet sancte Susanne et Cyriacis martyris, mulier quedam die dominico mensis Martiis revertente ab ecclesia beati Petri principis apostolorum de statione diêi huius mensis decem et septem, in passione Domini coquens pulmentum. Cumque primum accepisset pulmentum oleris commedit; deinde cupiens ollam tollere de loco in quo posuerat, minime valuit. In que continebatur pulmentum, ex milio factum. Cumque hoc egrediens domum, lugere cepit vicinis et proximis cognitum faceret; omnes currentes, nullus ex illis qui venerunt eruere de marmore in quo sedebat. Iterum atque iterum catérve populi huius civitatis, tam clerici, quam omnis cetus Romanorum utriusque sexus, advenissent; nequaquam aliquis valuit erueret. Sed ita adherebat vas illum marmori, hacsi ex ipso marmore sculptum fuisset. Hoc autem factum pene per quattuor horarum spatia, hab hora videlicet nona usque ad nocte. Superque vás sta ntes, signum crucis facientes, letanias per plurimas deprecantes Deum, ut erueretur illum vás de loco in quô sedebat; sed nec sic profuit. Novissime venientibus aliis clericis facientibus similiter letanias, tunc unus ex illis extensa manus facto signo Christi, dans orationes, mox sublevatum vas illud inlesum. Simili modo in ecclesia sancte Agathe que nuncupantur diaconia, in vigilias ipsius martyra imagine lignea in qua depicta erat vultum ipsius martyra veneranda, exiliens de proprio loco in qua stabat, nexa funibus pena ora una stetit, pendens rursum reversa est in proprium locum. Deinde inclinata, non per modicam hora velut iacens permansit, et iterum erecta est ut prius fuerat. In aecclesia vero sancti Angeli, iuxta flumen Tyberis, in qua sita est aecclesia sancti Abbaciri et Iohannis, et sancte Barbare, fores eiusdem aecclesie per totum ferme diem clausae fuerunt; ita nec violenter, nec letaniis qui visus aliquis illo die reserare potuisset. Alia autem die facta letania ac data oratione patuerunt se ut primitus solite erant. Insequenti igitur tempore visum est in forme bestie in sublimi iuxta aerem, quasi draco immanissimus; cui longitudo cernebatur ab aecclesia sancti Eusebii iuxta macellum parvum pene ad portas Salaria, multis cernentibus per maxima hora; deinde obducta nube, nusquam comparuit. Cepit Roma in se ips merore afflicta populi vexare.

32. Mater Albericus principis Romani, legatos mittens a Ticine civitatis ad Hugo 932
quedam rex Langobardo, ut sibi matrimonio copularet. Sic adimpletum est; nam post nuptias celebratas in castro sancti Angeli rex cum regina ascendit, cogitavit rex pessima, ut oculos Albericis previgni sui erueret, et Romanum regnum in sua redi-

a) miliariario c. b) i. e. columbae.

geret potestatis. Cognita Albericis calliditatem regis fides spopondit cum Romanis; ceperunt tuba cánere maxime voces ecclesiarum, unianimiter loricis iudutis, resonabant terra voces eorum. Formidare cepit cor regis una cum regina; in Langobardia est reversus. Albericus princeps omnium Romanorum vultum nitentem sicut pater eius, grandevus virtus eius. Erat enim terribilis nimis, et aggrabatum est iugum super Ro-
942. manos, et in sancte sedis apostolice. Electus Marinus papa non audebat adtingere ali-
916. quis extro iussio Alberici principi.

33. Recordatus est gloriosus princeps Albericus — credo in virtute Spiritus sancti esset hac datum, et hec difinitum — cepit esset cultor monasteriorum. Aedificavit monasterium[a] sancti Laurentii in agro Verano, et monasterium sancti Pauli apostoli; rebus vero monasteriorum, que ablata erant dudum a pravis hominibus, restituit. Audivit desolationis ex monasterio sancti Andree apostoli, et sancti Silvestri in monte Syrapti, que ab Agarenis captum fuerat, maxime servitores huius monasterii carnaliter vivant, et rebus ecclesiarum in bassallatico a fidelibus principis fuerat concessa. Astitit qui diceret: *Eum mê! quanta mala accidentia in monasterio sancti Andreae adtingit, qui tam magnus dudum estitit, a Karolo Magno hedificatum et mire compositum; totis suis rebus et colonis ad nichilum redactus est!* Hoc audiens Albericus gloriosus princeps, amplius cogitare cepit. Erat denique Leonem venerabilem presbyterum et medicus, sanctitate mire compositus, cuius notitia princeps non est incognitus, statimque ad se venire fecit ab aecclesia sanctorum Philippi et Iacobi, et fecit eum fieri pater monasterii. Et misit legatos suos nomine Leone, dicebatur a Romanis camorlingo, ut omnes res monasterii cum colonis et colone hibidem habitantibus et residentibus, cum prephatum monasterium sancti Silvestri in monte Syrapti, et monasterium sancti Stephani in Mariano, et cum omnia illorum aciacentia in super descripto monasterio sancti Andreae apostoli, et a Leonem venerabilem abbatem investivit et restituit, sicuti a prisco tempore fuerat concessus. Tanta gratia ei contulit Deus Leone venerabilis abbati, modo dicamus. Edificavit castrum ex utraque partes monasterii, et construxit tres turres ab introitus huius monasterii, firmus et stabilem perfecit. Cernens hoc Albericus princeps, que libenti animo munera eis optulit, et in suis sacris orationibus se commendans. Addans eis monasterium qui dicitur Acutianum, qui est in onore sancte Dei genitricis sempérque virginis Marie, territorio Savinense. Erat
16 enim quedam Campo abbas[16] in hunc monasterio, cum fratribus suis, lubricosus suis corporibus. Ita Leonem in suis regîmen ęrexit duobus annis. Ęmit enim iste Leonem venerabilis abbas casalibus duabus territorio Savinense fundum Similganum, hubi est ecclesia sancti Clementi, uncie sex, fundum Tezzani, ubi est ecclesia sancte Marie integro, fundum Villa lena, fundum Peculiari integro, fundum Terrie integro, fundum Carpiniani integro, fundum Graniani, hubi est aecclesia sancti Andree apostoli, fundum Porcani integro, fundum Agelli, uncie tres, fundum Calbiani integro, fundum Antiscanii vinealis petie sex, toti in massa de tocie petie de terra hubi dicitur a Saline, tres petie de terra a fundum Antiscano a monumento usque ad ripam, castri Summa villa, fundum Antiquum cum aliis nominibus integro, fundum Casale hubi est aecclesia sancti Valentini, cum fundum Carpiniano, fundum Musiniano cum omnia sua adiacentia, fundum Cazze integro, fundum Cesarnoni integro, fundum Castellione, hubi est ecclesia sancti Laurentii. Infra civitate Nepisina cella sancti Gratiliani cum sua pertenientia, fundum Urbanella integro, fundum Rotilgani, in territorio Nepisino valle que dicitur Cupa, territorio Campaniano; infra cives[b] Roma non longe ab aecclesia sancti Apolenaris a templum Alexandrini, cellam unam utilem, Aquintum pratum unum optimum, a prata sancti Petri hubi dicitur arcus Militorum pratum unum, in saline in Arthéula fila duâbus. In massa de Septemiliana territorio Savinense, da via domnica usque ad flubium fundum Brutrucum terra et vineae, fundum Ascletum omnia et in omnibus. In monasterio sancti Andreae fecit in isdem monasterio ecclesia sancte Marie, et coniuncxit cum cenobio. Renovavit a fundamentis aecclesia sancti Andreae apostoli iuxta flumen. Renovavit aecclesia sancti Angeli in montes Grifianello; estimo quod memoria illius in eternum permanet.

a) monasterio *corr.* monasterium. b) i. e. civitatem. 16) cf. Chronicon Farfense p. 457. 458. (Murat II. B.)

34. Ad Albericum principem vertamur articulum, et qualiter a regibus terre Langobardorum seu Trasalpine nullus róbore suis temporibus in Romane finibus non sunt ingressi. Genuit autem ex his principem ex concubinam filium, imposuit eis nomen Octabianus. Consilio ęmit[a] Albericus princípes, ut de sanguine Grecorum imperatorum sibi uxore sociandam. Transmissus Benedictus Campaniam a Constantinopolim, ut perficeret omnia qualiter sibi sociandos ęsset. Romani secundum consuetudinem malignam consiliaverunt, ut principem occiderent; que consilia eorum Albericus innotescit. Marinus ępiscopus, et Benedictus ępiscopus cum alii ceteris perpetrantes clamide[b], ut principes Albericus interficerent; pessima coniurationes inter se fecerunt, erat enim consilia eorum vanum. Abebat gloriosus princeps sororibus senatrices, clamide[b] inter se de morte fratri sui tractantes. Tunc unam ex illis derelicto consilio, quasi dolens ardore cordis sui, intimavit principi germano suo, que et qualiter turbidinem acciderent in eum. Qui mox princeps Albericus appreensis super et scriptis ępiscopis, et alii ceteris gladiatores, alii berberati, aliis gladiati, alii in carcerem retrusi. Liberatusque est princeps ad seditio Romani. Que posthaec cogitavit, ut de nobiles Romane pulcherrime femine in ancillis potestatem domui sue preesset, ut cóniuge sue Grecorum genere in aspectibus Grecorum in nuptialis diebus donaria concedere; et sic adimpletum est. Non tantum de hùrbis Romae, sed ętiam de Savinensis. Sic adimpletum est; verumtamen ad thalamum nuptiis non pervenit. Erat denique in sanctis sedis apostolice Agapitus nomine. Post haec non multum tempus 946
gloriosus princeps languescere coepit. Qui festinus ad ecclesiam principis apostolorum 955.
devenit, nuntius transmissos per cunctos Romanos nobiles ad sê venire fecit; et omnes promiserunt fide per sacramentum, ut Octabianus filium suum post mortem Agapiti pape Octabianus papa eligerent. Ordinate germane sue causa, et Octabiani filii sui, infra confessione beati Petri apostoli, vita finivit.

35. Inter haec non multum tempus Agapitus papa decessit. Octabianus in sede 956
sanctissima susceptus est, et vocatus est Iohannes duodecimi pape. Factus est tam Ian.
lubricus sui corporis, et tam audaces, quantum nunc[b] in gentilis populo solebat fieri. Habebat consuetudinem sépius venandi, non quasi apostolicus, sed quasi homo ferus. Erat enim cogitio eius vanum; diligebat collectio feminarum, odibiles aecclesiarum, amabilis iuvenis ferocitantes. Tanta dénique libidine sui corporis exarsit, quanta nunc[c] possumus enarrare. Erat enim in urbe Roma sancte Romane aecclesie Iohannes diaconus nomine, et Azzo protoscrinium, hodibiles erat cum pontifices; propter crebro suis[16] nequitiis qualiter reges Saxones in Italia Romano regno, modo vocitemus[17]. 17
Iohannes diaconus et Azzo protoscrinii helecti sunt robusti; erat cor unum et anima una inter se, ut magis ad morte subtraere pontifices quam ad vitam, ut Romanum imperium in Saxonicum regem concedere, ut aecclesie sancte in presulis benigni preesset. Miserunt legatos ad Otto primus Saxones regem, ut veniret et possidêret Italia, et Romanum imperium. Quô cognita calliditate, pontifex appreensus Iohannes diaconus, et Azzo protoscrinium, manum abscidi precepit, cum quo brebe scribebat, et Iohannes diaconus nasum eius abscidi fecit. Qui per curricula temporum rotelando[d] et sépius iterando in Gallias et in Saxónicum regnum Otto rex Saxone et Liutulfo filium eius primus, in Italia ingressi; et qualiter in accidentia Langobardorum vel Liutulfo, modo non dicamus, et sic adbrebiando regnum ad apicem modo adtingamus.

36. Otto rex veniente Italico regno, tanta pene multitudo gentis in Italia, que sic impleverunt faciem terre, sicut situle. Habebat autem secum gentes nationes, quorum lingue non agnoscebant gentis. Insuper haec habebat gens que Guinula vocabantur sarrcinas[e], et carros, et machina portantes. Erat enim aspectus eorum orribilis, et curbis[f] properantes, carpentes iter, et ad prelium ut ferro stantes. Omnibus vertentem igitur rex et pergentes per regnum Itálicum, ex utraque partes venientem in urbe Roma. Adlatum est ei populus Romanus simul cum pontifice, et honorifice susceptus, et in aecclesia apostolorum principis missas celebrata, et laudibus abstolis[g]

a) *i. e.* iniit. b) *i. e.* clam inde. c) *i. e.* non. d) *i. e.* protelando. e) sarracinas *corr.* sarracins *c.*
f) *i. e.* curris. g) *i. e.* apostolicis.

16) *i. e.* pontificis. 17) Ottonis historiam valde turbatam esse, facile intelligitur.

962 Febr. 2. honorifice laudatus, et augustus est appellatus[18]; factus est ergo Italico regno vel Romanum imperium a Saxonicum regem subiugatum. De regibus Langobardis, et de Hubertus marchiones, qualiter fuga capti a regno Italico expulsi, modo sileamus. Otto rex robustus factus est in regno, in Gallia est reversus. Iterum ad Roma properantes rex cum regina, Adelade nomine, coronati astiterunt in aecclesia apostolorum principi; multa dona transmiserunt per cuncte sancte aecclesie Romane. Coepit dénique crescere multe inopie Italico regno, pestilentie famis igne gladiôque vastante Italia; boves, vaccas in terra corrúerent; redacta est terra in solitudine, magis ma-
963. gisque famis valida pullularent. Unde crevit lites magna inter apostolicus et imperator, modo non dicamus. Ceperunt Romani mollescere apostolicis, et factum est ritum[a] magnum, discordia inter apostolicus et imperator; qualiter horta sit intentio, adbreviando adtingamus. Apostolicus Iohannes in Campanie partibus secessit, relicta sedis apostolice propter metum imperatoris. Romani magis sevientes inter se, peti-
Dec. 6 erunt ad imperatorem, ut Leonem protoscrinium papam eligerent. Placuit imperatori; helectus est et in sede sanctissima est positus. Ordinata cuncta Tuscia, et Pentapolim finibus in aecclesia apostolorum principis, et Leoni papa concessit, in Gallia est reversus.

961. 37. Romani vero secundum consuetudinem prisca, divisum est populum inter se, et advocatus est Iohannes papa de Campaniae finibus; cum ingenti robore in Roma ingressus est; que appreensis missus de imperatores et aliquantos Romanos qui erant consentanei qui erant cum Leone papa, Leone papa fuga capientes, in longinquis regionibus secessit. Agunt namque, quod usque ad Trasalpine montis ita properantes. Non post multos tempus imperator cum ingenti exercitu simul cum apostolico in Italia est reversus. Iohannes papa audientes impetum et furorem regis, relicta Roma iterum Campania est ingressus. Romani inter se sévientes, volentes nolentesque cruore in Benedictus subdiaconus sancte Romane aecclesie helectus est, et ab scolis est advocatus, et in sancte sedis apostolice preesse fecerunt. Erat enim vir prudentissimus gramatice artis inbutus, unde ad Romanum populo Benedictus Gramaticus est appellatus. Audita imperator haec scisma, iratus valde, et iuravit per virtutem regni sui, ut Romam civitas possideret[b] ex utraque partes, nisi Benedictus papa in sua redigeret potestati. Tanta dénique gentis Langobardorum, et Saxone, et Gallearum gentes Roma circumdata est per gyro curricula utrasque partes, ut nullus extra muros égredi anderet. Facta
Ies 28 19 ingens famis in Romanos ignem et gladium, sicut scriptum est: *Sola vexatio daret intellectum etiam et auditu.* Coeperunt mollescere inter se, ut virtutes que prius habuerunt, ad nichilum redacti sunt. Unôque consilio a minore usque ad maximum. Et necessitate compulsi, compreenderunt Benedictus papa, et in manus imperatoris illum dederunt; et dicebat ad altérutrum: *Melius est, ut iste solus moriatur pro omnibus, ut liberemur anime nostre a cruciatus famis.* Imperator vero in exilio transmissus pontifex in Saxonie partibus. Reversus est Leo papa in sede sanctissima, et cuncto populo Romano laudibus est honoratus. Erat enim gaudium magnum inter Saxonicum regem et pontifices de Iohannes duodecimi pape[c]; de accidentia illius et morte in libellum episcopalem repperitur.

38. Genuit autem isdem imperator Otto Saxone, ab amore sui nominis Otto vocatur nomine. Coronatum est autem hisdem Otto secundo a summo pontifice, et sociatum est regnum patris sui. Fecerunt autem hisdem imperatoris legem, et conclusit in legibus Romanam legem et Langobardiam, et in edictis Langobardorum affigi precepit.
967 Dec. 25. Oct. 29. 968. Statimque nuntius transmisit in Constantinopolim, ut de sanguine regale suos natos iungere. Erat autem hisdem imperatoribus potestas firmissimas, et robor eorum in regno Itálico. Placuit verba imperator Grecorum; gaudebundus effectus, aurum et argentum infinitum cum puella transmiserunt in terra Romania, in ecclesia apostolorum principi corona capitis impositis, et nuptias celebrate, et laudibus decorata, imperatrix Romana

a) *i. e.* irritum, irritatio. b) *i. e.* obsideret. c) *scil.* obitu.

18) De Ottonis adventu haec ex catalogo pontificum Romanorum in codice Vaticano 1340 adfert Georgius in adnotatt. ad Baronii annales ed. Mansi: *Iohannes de regione Via leta (lege lata), cuius pater Albericus princeps Romanorum; sedit annos* 8. *menses* 4. *Huius tempore, scilicet anno incarnationis dominicae* 962, *primum venit Roma Otto imperator cum Adelaida mense Ianuario die* 31. *feria* 6, *et stetit ibi diebus* 15, *et exiit inde mense Feb. dies* 14. *in festo sancti Valentini.*

effecta est, et secundum Grecorum lingua Pyphanu vocitabatur. In Saxoniaque pergunt 972
cum magna letitia.

39. Obiit hisdem Leo papa. Iohannes episcopus Narniensis civitas electus in sede 965.
sanctissima; propter hoc advocatum est Iohannes tertio decimi pape. Romani vero secundum consuetudinem illoram malignam, iectus papa de Lateranensis palatio, alii percutiebant caput eius, alii alapas in facies e. is percutiebat, alii nautes nutis[a] cruciabantur. Sic cedentes et affligentes in Campanie finibus inclusus, et dicebant Romanis inter se: *Ut non veniant reges Saxones et destruat regnum nostrum, et liberes nostre in captivitatem, intercedente Petro apostolo!* Cuius sedis exviduata remanserat. Iohannes papa fugatus de custodia in Marsorum regione, et sic properantes ostiliter in Sabinensis est ingressus, cum Tuscie finibus ad Roma est reversus; et clero et populo Romano 966
cum ymnis et laudibus obviam ei precesserunt. Et missa celebrata in ecclesia sancti Petri, in palatio Lateranensis ingressus. Sepius enim pontifex salutabat populum; gaudebat cum Romanos, et epulabatur cotidie. Puto quod dolose animo eius iniuriam sibi vindicandam, turpiter vindicaret. Legatos missus pontifex ab imperatoribus clamide in Saxonia, ut veniret et defenderet sancte Romane aecclesie. Tanta denique gentis Gallearum Italia sunt ingressi, quanta nunc antea et postea non sunt inventi. Vé Roma! quia tantis gentis oppressa et conculcata; qui etiam a Saxone rege appreensa fuistis, et gladiati populi tui, et robor tua ad nichilum redacta est! Aurum et argentum tuum in 967
illorum marsuppiis deportant. Mater fuistis, nunc facta est filia; quod habuisti perdidisti, expoliata es a virtute tua prima, sub tempore Leoni papae, est conculcata a Iulius primus. Celsa tuarum triumphasti gentibus, mundum calcasti, iugulasti regibus terre; sceptrum tenebat et potestas maxima; a Saxone rege expoliata et menstruata fortiter. Sicut per quidam sapientes dicitur, et in storiis tuorum scriptum repperitur. Dudum pugnasti exterorum gentibus, ex omni parte superasti seculum a septemtrione usque ad meridiem; a Galearum gentes usurpata, nimium speciosa fuistis. Omnes tua moenia cum turris et pugnaculi sicuti modo repperitur: Turres tuarum tricenti octoginta una habuistis, turres castellis quadraginta sex, pugnaculi tui sex milia octo centies, portes tue quindecim. Vè civitas Leoniana! dudum capta fuistis, modo vero a Saxonicum rege relicta[b]!

Ian.

DE IMPERATORIA POTESTATE IN URBE ROMA LIBELLUS.

Priscis temporibus imperiale decus effloruit Romae, sub cuius dominatione diversa consistebant regna, et cui cunctae gentes propria submittebant colla. Constituit ergo consules, qui cotidiano usu regni gubernacula consilio disponebant. Erant namque distributa officia per senatores et magistratus, prout unicuique ministerium opere competebat. Imperiale vero decus laudibus honoribusque ab omnibus tantummodo extollebatur. Post adventum unigeniti filii Dei et post ascensionis eius gloriam, Romanum imperium Byzantium se contulit, quae a Constantino magno caesare Constantinopolis vocata est. Quae quia Romano gloriabatur imperio, dicta est Nova Roma, sic tamen ut antiqua Roma gloriosa praeponeretur caeteris. Euntibus autem apostolis vel successoribus eorum, praedicare euangelium secundum divinum praeceptum in mundum universum, Romam caesares revertebantur, diversa tormenta sanctis inferentes, ut diis suis placerent. Unde accidit, ut beatus Petrus, qui praelatus fuerat caeteris a Iesu Christo domino nostro, Romam praedicationis causa veniret, quae omnium gentium clamabatur domina; quae eatenus, sicut multis idolorum simulachris erat seducta, ita plurimis praedicationibus apostolorum aliorumque martyrum exhortationibus cum caeteris conversa. Ubi etiam beatus Petrus et Paulus, doctor gentium, martyrio coronati sunt ut sicut Roma per antiqua moenia caput erat multarum gentium in divisione simulachrorum, ita caput et domina vocaretur omnium christianorum in unitate verae fidei et inconfusae Deitatis, habens principatum totius christianitatis in accepto privilegio Iesu, ubi ait: *Tu vocaberis Cephas*; et alibi: *Ego rogabo pro te, ne deficiat fides tua.* Ioh. 1. 24. Luc. 22, 32.

Diviso autem Romano imperio, eo quod imperialis sedes, quae antiquae Romae solita erat, Constantinopolim esset deducta, multarum gentium populi contra urbem fuerant rebelles. Unde magna et non pauca contra eam surrexerunt bella teste Orosio. Tunc enim Roma per patricios

a) nates nodis? b) *Hic auctor scribendo finem dedit.*

principabatur. Erat tamen tantum subiecta suo imperatori ita, ut si aliquando imperator paganorum ritu inveniretur crudelis, per suos legatos, sanctissimos Romae praesules aliosque christianos, per diversa supplicia martyrio coronaret. Crescente autem christiana religione, talis aestus fidei a patriciis exarsit, usque dum Langobardi[a] sunt Italiam ingressi. Cumque adpropinquarent Pado, nunciatum est Romae — praesidebat vero Sylverius papa tunc Romanae ecclesiae — Narso patricio, cuius uxor vocabatur Polyxiana. Nunciatum est autem illis, quod praefatus pontifex misisset ad Langobardos invitans eos Romam, quatenus potestas Graecorum aboleretur, et ecclesiae iura elevaret sub potestate pontificis, cui tanta inerat necessitas, ut nihil aliud praeter ecclesiarum et clericorum haberet curam. Quotidianus ergo victus dabatur de palatio consuetus, et annualia dona pro restauratione ecclesiarum, et caesaris eleemosyna honoris causa; et solummodo erat ob reverentiam apostolorum Petri et Pauli. Si quando imperialis legatus mitteretur a principe, ut Romanus pontifex proficisceretur Constantinopolim ad imperatorem, omni neglecta occasione ibat, etiam si pro certo sciret, ut in exilium mitteretur. Mittebatur aliquando quidam nuncius a Narso patricio ad Silverium papam; cumque proficisceretur ad domum illius, ubi iacebat aegrotus, dixit illi uxor sua: *Domine papa, quid tibi peccavimus, quia voluisti inducere Langobardos super nos?* His dictis, fecit eum comprehendi et tonsorari, vestemque monachicam induere, necnon sedentem asino ad monasterium sanctae Sabae perducere. Cumque egressus esset foras sedens super asinum, dixit quidam de astantibus: *Heu dominus papa mortuus est.* Praeterea invadentibus Langobardis Italiam, et conversis ad Christi fidem, fugati sunt Graeci, et cessavit imperium ab urbe Roma usque ad Francos. Per reges enim principabantur Langobardi. Divisis quippe Italiae finibus, Spoletanorum dux Romae constitutus est vice regis, tali pacto ut quando apostolicus obiret, interesset dux praefatus electioni futuri pontificis, accipiens plurima dona in partem regiam. Si autem lites inter Romanos surgebant, ex primatibus regis adveniebat missus cum eodem duce ad deliberandas causas et legaliorum iudicia. Et qui in culpam criminis incurrebant, regali puniebantur potestate, aut in exilium mittebantur, etiam inconsulto apostolico,
1 usque ad Zachariam praesulem, qui subdole quasi pro familiaritate quadam profectus est[1] ad Carolum regem Francorum, eo quod idem Carolus habebat filiam Desiderii regis Italici uxorem; invitavitque eundem Carolum in Italiam, seminans inter reges discordias, laudans et proferens illi imperialia sceptra; accepitque ab eo securitatem, quo tempore ingredi deberet Italiam; iurantesque mutuo, reversus est. Transeunte autem eo per fines regni Desiderii, separavit ab eo quosdam de suis, dans quibusdam plurima dona, quibusdam iurat dari similia. Accipiente autem Carolo hoc regnum, profectus est Romam, deditque ibi donaria multa, quae usque hodie Romanum tenet dominium, de regni huius confinibus; fecitque pactum cum Romanis eorumque pontifice, et de ordinatione pontificis, ut interesset quis legatus, et ut contentiosas lites ipse deliberaret. Constituebant autem annualia dona in Papiae palatium perducenda, auri libras decem, argenti centum, pallia optima decem, exceptis privatis donis. Et quando imperator adveniebat Romam vel suus legatus, mittebantur iudices a palatio singulis annis, qui per cuncta Romanorum confinia legalia vendicabant placita, compellentes habitatores locorum illorum venire ad placitum, iudicantibus eorum iudicibus rectam legem in praesentia imperialium iudicum; et si[b] alterius gentis invenirentur habitatores, regali iudicio iudicabantur. Erant denique monasteria in Sabinis domini Salvatoris et sanctae Dei genitricis Mariae, necnon et monasterium beati Andreae apostoli iuxta montem Soractis, seu cetera fiscalia patrimonia intra Romanos fines ad usum imperialem. Non solum autem in Italico regno, verum etiam in Francia proficiscebantur monachi, ferentes vectigalia, vina, et alia donaria iuxta virium posse. Igitur Romanis in sua securitate gloriantibus, levatum est cor illerum iuxta illorum consuetudinem, volueruntque imperialem potestatem vendicare sibi. Resistente autem Leone papa, comprehenderunt eum, volueruntque eius cruere oculos. Eruerunt autem unum et alterum non potuerunt, quia liberavit eum divina miseratio, et eiectus est ab illis extra urbem, quasi perditis ambobus luminibus. Qui fugiens in Franciam, pervenit ad Carolum. Unde accidit, eundem Carolum venire pro vindicta apostolici, comprehendensque Romanos, de maio-
2 ribus eorum uno die in campo Lateranensi fecit trecentos decollari.[2]

Propterea inventum est, ut omnes maiores Romae essent imperiales homines, tam episcopi quam laici, et omne vulgus pariter cum his faceret fidelitatem imperatori, et ut suus missus omni tempore moraretur Romae ad deliberandas litigiosas contentiones. Morabatur quippe in palatio sancti Petri; et erat constitutum, quanta et qualia stipendia de palatio ei darentur cotidie. Quod autem reliquum erat de supradictis monasteriis vel patrimoniis, deferebatur affluenter. Tanta nempe imperialis virtus ibi vigebat, ut si in legali iudicio minoris vel inscii causa postponeretur, et ille alicuius consilio pedes teneret legati imperatoris, petens ab eo iustam legem, et missus adiuraret principes Romanorum dicens: *Per eam fidem, quam domino imperatori debetis, facite huic homini iustam legem*, nemo erat ausus declinare neque ad dexteram neque ad sinistram,
3 etiam si a propinquis[3] pontificis illata esset iniuria. Multotiens vero non ante apostolicum, sed in iudiciali loco ad Lateranisc, ubi quidam locus dicitur Ad Lupam, quae mater vocabatur

a) Longobardi *ed.* b) etsi *ed.* c) *ita correxi.* lateratos *ad.*

1) De ficta Zachariae profectione ad Pippinum v. supra pag. 703. 2) cf. Vitam Leonis III. cap. 21, 26. Annales Laurissenses a. 800. 3) v. supra pag. 712.

Romanorum [4], ibi iudiciariam legem finiebant. Compositiones quoque quae solebant [5] a male- 5
factoribus, aequaliter dividebantur misso imperatoris et apostolici. Si autem talis culpa erat, ut res scelerata fisco publico subderetur, non ad ecclesiasticam transibat subiectionem, nisi per donativum imperiale praeceptum. Si enim aliquis iram incurrebat imperatoris episcopus aut iudex Romanus, et licitum esset caesari venire Romam, veniebat; sin autem, mittebatur dux Spoletinus, comprehendebatur offensor, et ducebatur in exilium. Domus vero illius signabatur annulo regis usque ad eius consultum, ut si quando reverteretur ad gratiam, haberet propria salva; sin alias, per imperalia precepta distribuebatur militibus. Quod si ad iudicis potestatem reiciebatur quisquam, et caesaris adhaereret clementiae, mittebatur pro tali negocio legatus ab imperatore, qui diligenter examinaret rei veritatem; et si eiectus propriam haberet culpam, sustineret iniuriam.

Hac consuetudine usi sunt Romani usque ad Ludowicum magnum [a] imperatorem, Lotharii filium. Hic quia magis Italiam habitare elegit, vicinior factus est Romae; ubi et ampliori quadam usus est potestate, habens strenuos viros eius urbis, scientes antiquam imperatorum consuetudinem, et intimantes caesari. Qui suggerebant illi, repetere antiquam imperatorum dominationem; et nisi ob reverentiam beatorum apostolorum dimitteret, pro certo faceret. Hic etiam princeps Beneventi fines ingressus est et totius Calabriae duobus modis, uno, quod provincia esset Italiae, volens totius regni fines suae vendicare ditioni; altero, eo quod immanissima gens Aggarenorum illa iam tangebat confinia, capientes quandam urbem quae vocatur Bari, quam munientes, et multis victualibus implentes, pro refugio habebant. Et ideo a comprovincialibus terrae illius benigne susceptus est.

Praefatus itaque caesar cum multitudine populi proficiscebatur ad accipiendas easdem gentes. Et ne gravaret eos qui depraedati ab Aggarenis erant, quaesivit solatium Ravennae; sed quaesivit etiam solatium, quae vicina erat, Venetiae, quatenus navali adiutorio fultus posset abundanter ferre Apuliam. Praesidebat [6] namque tunc Ravennati ecclesiae Iohannes archiepiscopus, 6
qui serviens imperatori familiarior erat. Unde invidia ductus Romanus pontifex nomine Nicolaus, exarsit in iram contra illum, vocans eum subdole Romam, ut quasi ecclesiastico iudicio posset hunc condemnare, et alterum subrogare. His quippe auditis, archiepiscopus confugit ad reginam Engelbergam, quae suos legatos direxit apostolico, rogans ut redderet gratiam archiepiscopo. Quod cum impetrare nequiret, suo domino humiliter intimavit, ut gratiam interferret suae tuitionis archiepiscopo, vetans apostolicum ei nullam inquietudinem facere. Et quia inaudito principe apostolicus excommunicationes in eum protulit, gravis inimicitia inter eos facta est. Erectus est denique regius honor contra apostolicam dignitatem, obiciens ei antiqua patrum statuta: non licere praelato excommunicare episcopum, inconsulto synodali concilio, et quia synodus non a papa, sed ab imperatore vocari deberet. Plurimae denique irrogationes pro tali occasione illatae sunt Romano pontifici. Nam Pentapoli beneficiales ordines suis distribuit, praecipiens nullam administrationem impendere Romae, exceptis suffragiis navali deportatione. Multa enim iuvamina imperiales habuerunt fideles. Fecit etiam occupare nonnulla patrimonia in Campaniae partibus regio usui suorumque fidelium. De praedictis quoque monasteriis cotidiana exigebantur servitia in disco [7] regis per diversos apparatus. Constituit denique consultu Romano- 7
rum principum in urbe Roma Arsenium quendam episcopum, sanctitate et scientia adornatum et apocrisarium sedis Romanae, deditque illi adiutorem Iohannem diaconum et archicancellarium suumque secretarium, qui postea Reatinus episcopus effectus est, unde iam electus erat.

Tempore [8] igitur congruo imperator veniebat Romam, et suscipiebatur ab omnibus tam maio- 864.
ribus quam minoribus honorifice; veniebatque cum eo iam dictus archiepiscopus Ravennae, nil metuens minas pontificis. Unde evenit maior discordia inter papam et imperatorem. Erat quippe imperator in palatio sancti Petri apostoli, et papa ad sanctos Apostolos; cumque omnes illius insidiae contra regiam dignitatem pro nihilo ducerentur, constituit monachos seu Christo dicatas virgines ex monasteriis Romae, ut quasi sub obtentu religionis cotidianas celebrarent laetanias per circuitum murorum, et missas canerent contra principes male agentes. His auditis, primarii regis humiliter accedentes ad papam, rogaverunt eum familiariter, ut talia prohiberet; et cum nihil ab eo impetrare possent, reversi sunt moerentes. Quadam vero die cum quidam milites praefati principis irent ad sanctum Paulum, et reverterentur, accidit eos occurrere talibus laetaniis. Qui instinctu antiqui hostis in iram versi sunt, et pro fidelitate sui senioris vindictam exercuerunt contra illos, percutientes et caedentes graviter cum fustibus, quas manibus deferebant. Qui fugientes proiecerunt cruces et iconas, quas portabant, sicut mos est Graecorum, e quibus nonnullae conculcatae, nonnullae diruptae sunt. Unde et imperator graviter est permotus in iram, et pro qua causa apostolicus mitior effectus est. Profectus est denique idem pontifex ad sanctum Petrum, rogans imperatorem pro suis talia patrantibus; et vix obtinere valuit. Iam itaque inter se familiares effecti sunt. Tamen regia dignitas semper fuit Romae suisque confiniis, usque ad finem dierum imperatoris, sicut supra praelibatum est. Eo vero infirmante et ad extre-

a) qui alias II. vocatur *a Flacio additum esse videtur.*

4) v. supra pag. 712. 5) solvebantur? 6) De sequentibus cf. Gesta Nicolai I. capp. 21 sqq. sed noster nec inde nec ex annalibus Hincmari pendet. 7) *i. e.* mensa. 8) De sequentibus cf. Hincmari annales a. 864. SS. I. 463. et Erchemperti hist. cap. 37. supra pag. 253.

mum propinquante, quia non habebat filium, voluit sibi succedere Carolummagnum ad suscipienda imperialia sceptra. Cum haec ita geruntur, Romani pontifices semper per oratores litteras[a] mittebant invitatorias ad Carolum Calvum regem Francorum, invitantes eum cum. Et quia erat in litteris quasi philosophus, rogabant illum supervenire beato Petro et de servitutis iugo ad propriam libertatem reducere suam ecclesiam, ut quasi per vim ab aliquo esset oppressa.

875. Talibus evolutis machinationibus, moritur Ludowicus. Mittitur statim citatus a Iohanne, qui tunc praerat, a[b] papa legatus ad eundem Carolum, qui nullas veniendo faciens moras, ingressus
876. Italiam petiit Romam. Mittitur denique alius missus ab uxore imperatoris Engelberga, vel a suis primatibus ad Carolummagnum ostendens ei vota defuncti. Et quia longius erat, noluit[c] tam cito venire, ut impedire posset iter Caroli Calvi. Qui veniens Romam, renovavit pactum cum Romanis, perdonans illis iura regni et consuetudines illius, tribuens illis sumptus de tribus supradictis monasteriis, id est domini Salvatoris, et beatae Mariae semper virginis in Sabinis, atque sancti Andreae iuxta montem Soractis, et de caeteris quam plurimis monasteriis fiscalia patrimonia. Patrias autem Samniae et Calabriae simul cum omnibus civitatibus Beneventi eis contulit, insuper ad decorem regni totum ducatum Spoletinum cum duabus civitatibus Thusciae, quod solitus erat habere ipse dux, id est Aricium et Clusium, quatenus ut is, qui praerat regia vice ante, Romanis videretur post esse subiectus. Removit etiam ab eis regias legationes, assiduitatem vel praesentiam apostolicae electionis. Quid plura? Cuncta illis contulit quae voluerunt,
9. quemadmodum dantur illa, quae nec recte adquiruntur nec possessura sperantur [9].

Fugato itaque isto Carolo prae metu alterius Caroli [10], qui veniebat, infirmatur, antequam de
877 regno egrederetur Italico. Egressus namque vix, defunctus est. Ab illo autem die honorificas consuetudines regiae dignitatis nemo imperatorum, nemo regum acquisivit; quia aut virtus defuit, aut scientia pro multis regni contentionibus et assiduis divisionibus. Unde multa praelia, detationes, et rapinae fuerunt in regno.

a) litteras *edd.* b) *delendum esse videtur.* c) *fortasse* non voluit

9) ex Ottonis III. diplomate v. Mon. Germ. Legum T. II. p. 162. lin. 26. 10) scilicet Crassi

THIETMARI CHRONICON,

EDENTE

V. CL. IOH. M. LAPPENBERG, I. U. D.

REI PUBLICAE HAMBURGENSIS TABULARIO.

Thietmarus, patria Saxo, Sigifridi comitis atque Cunigundae fuit filius; claris natalibus oriundus, qui a patre comites Walbeccenses, a matre Stadenses generis habuit auctores. Ambo eius proavi[1], *Liutheri*[2] *uterque nomine, Heinrici regis castra secuti, prope Lunkini a Slavis uno die interfecti sunt. Horum alter filium habuit Liutharium, Thietmari nostri avum paternum, Walbeccensis monasterii fundatorem. Qui cum ob coniurationis contra Ottonem regem a.* **941** *factae societatem Bertholdo comiti Bavariae in custodiam traditus esset, ipsi postea filiam suam Eilam, Thietmari amitam, in matrimonium dedit, unde natus est Heinricus marchio*[2*]. *E filiis Liutharii maximus natu patris et nomen et comitatum accepit, cui postea marca etiam Brandenburgensis accessit. Secundus, Thietmarus, abbas fuit Corbeiensis, a quo multa ad opus suum utilia hausisse nostrum, putare possumus. Tertius, Sigifridus, a.* **972** *cum Udone Brandenburgensi marchione con-*

1) ipse dicit abavavos I, 6. Stemma Thietmari hoc est:



2) seu Liutharius, Liuthardus, quod idem est.

2*) Ann. Saxo a. 977, qui tamen magno errore Heinricum filium Bertholdi marchionem et Heinricum ducem minorem dictum eundem putat; id quod probarunt Mascov et Scholliner.

tra Miseconem in Poloniam profectus[3], a. 979 cum fratre Liuthario Geronem comitem captum accepit custodiendum[4]. A. 983 contra Obotritos pugnavit[5], cladique affuit Tangermundensi; sed equi lapsu ita debilitatus est, ut arma ferre non iam valeret[6]. Postea legationi interfuit, quam circa a. 988 imperatrix ad pacem inter Miseconem et Bolizlaum conciliandam in Poloniam misit[7]. Mortuus est Walbeccae Id. Martiis a. 990[8], filios relinquens e Cunigunda Heinricum comitem; Fridericum praefectum Magdeburgensem, ferociter agentibus saepius socium se praebentem[9]; Sigifridum, a. 1009 abbatem Bergensem, 1020 Monasteriensi sedi praelatum, cui Thietmarus opus suum dedicavit; Brunonem, qui Corbeiae educatus, a. 1025 abbas Bergensis, 1034 episcopus Verdensis est consecratus; et Thietmarum nostrum 976 Iul. 25.[10] natum, Halberstadii, ut videtur, cuius episcopus Hilliwardus eum baptizavit atque confirmavit[11]. Puerum primis litterarum elementis Quidelingeburgi apud Emnildam patris materteram instructum, duodecimo aetatis anno pater Ricdago, abbati sancti Iohannis in Magdeburg, commendavit, cuius schola tunc temporis inter praeclarissimas florebat. Ibi Thietmarus triennium studiis impendit, Graecas quidem litteras, ut videtur, non attingens, quippe quarum per totum opus vestigium appareat nullum; Latii autem fere poetas tantum legisse videtur, cum reliquos neque nominet, neque locos inde attulerit imitandove expresserit. Decimo quarto aetatis anno, cum inter canonicos sancti Mauritii locum pater ei parare non posset, inter vicarios ibi sacris officiis functos[12] magno cum convivio receptus est, patre praesente, 989 Nov. 2. — Sequenti anno et patre et avia Mathilda orbatus, a patruo Liuthario multa ob hereditatem mala perpessus videtur cum matre Cunigunda, donec imperator a. 996 ipsis auxilium praeberet[13]. Anno 994 cum matris cognati a Nortmannis Stadae capti essent, horum pro redemptione Thietmarum obsidem dare voluerunt. Sed eodem, quo hic ad piratas profecturus iam laicali habitu scholam reliquit die, Sigifridus avunculus e custodia aufugit, reliqui captivi obtruncatis membris a Nortmannis foras proiiciuntur. Unde factum, ut Thietmarus visitatis avunculis in Stade et Hersefeld, incolumis mox Magdeburgum reverteretur[14]. Anno 998 matre Cunigunda defuncta[15], cum fratres hereditatem dividerent, Thietmarus dimidiam partem bonorum accepit, quae eius maiores ab ecclesia Walbeccensi iure feudali tenebant, ab ipsis maximam partem illi monasterio collata, quo ex nexu ipse sese „ecclesiae Walbeccensis tunc paterna traditione servum fuisse“

3) II, 19. 4) III, 7. 5) III, 11. 6) IV, 9. 7) Hanc legationem ante 990 factam esse oportet, quum Sigefridus iam initio eius anni obierit. 8) Ita Annalista Saxo mortis annum designat, confirmatus eo, quod Thietmarus ipse IV, 11 de obitu patris, et VI, 30 de tempore narrat, quo Thiedricus abbas fuerit Walbeccensis. Annum 996 indicare posse videtur, quod Thietmarus ipse codicis margini inscripsit ad IV, 11; sed illam anni designationem ad sequentem potius periodum pertinere, loci ratio aperte docet. 9) IV, 26. VI, 29. 10) III, 4. 11) IV, 12. 12) Ita intelligo verba IV, 11: *Ibi tres annos ego conversatus, in omnium festivitate sanctorum ad sanctum Mauricium, quia ad altare hoc me dare non potuit, fraternitatis consortio ab eo iunctus sum.* Plerique Thietmarum canonicum Magdeburgensem dicunt; sed Gesta quoque epp. Merseburg. dicunt: *sancto Mauritio in Magdeburg servus et spiritualis frater.* 13) IV, 11. 14) IV, 16. 15) IV, 25.

dicit[16]. *Hanc hereditatis partem quod accepit, ea fuisse causa videtur, ut ita praepositi dignitatem in Walbeck valeret adipisci. Sed hanc patruus Liutharius, acceptis decem mansis, iam diu Thiedrico cuidam nobili atque diviti clerico contulerat; quamobrem Thietmarus nonnisi multis precibus praedioque patruo dato efficere potuit, ut antecessore cedente ipse in dignitatem diu optatam succederet* **1002** *Mai* **6**.[17] *Quod autem pretio dato eam percepit, ipsum postmodum satis poenituit, simoniae se inde accusantem. Cumque paulo post in morbum incidisset, sanatus statim Coloniam petiit, ut et culpam illam abluere, et pro sepulcro violato poenitentiam ageret*[18]. *Inde reversus, in civitate Altstidi a Taginone archiepiscopo Magdeburgensi presbyter ordinatus est, anno ut videtur* **1003**, *Decb.* **21**, *rege Heinrico praesente casulamque ipsi largiente*[19]. *Anno* **1004** *una cum Taginone regem in Italiam proficiscentem Tingam prope Kempten prosecutus est*[20], *ubi dedicationi ecclesiae beatae Mariae d.* **19**. *Mart. affuisse videtur*[21]. *Inde reversus, festum palmarum Gernrodae et ipsum pascha Magdeburgi celebravit*[22]. *A.* **1008** *regem cum Taginone contra Bolezlaum proficiscentem comitatus est; sed cum usque Iüterbock venissent, salutarius ipsis visum est domum redire*[23].

Taginonis familiaritas Thietmaro nostro quam maxime fuit utilis. Wigberto enim Merseburgensi episcopo in vivis adhuc versante, ille iam Thietmarum regi commendavit futurum episcopum; et quamquam rex, primo annuens, postea Ethelgerum illi sedi destinavit, Tagino tamen Thietmaro Augustam accersito effecit, ut ibi cum electione praesentium episcopalem dignitatem cum baculo a rege commissam acciperet d. **21**. *April.* **1009**. *Post diem tertium Neuburgi a Taginone crismate perunctus est, ipso rege praesente*[24]; *quem Ratisponam usque prosequitur. At mox ad sedem suam properans, clericos sibi subditos, e quibus multi aufugerant, Eytram convocavit, ut eos firmaret et absentes ad officium reduceret. Deinde Merseburgi honorifice susceptus et ab Erico Havelbergensi episcopo inthronizatus, ascensionem Magdeburgi celebravit; unde ad Walbeccense monasterium profectus, communi monachorum consilio illud Willigiso, fratri suo ex alia matre, fortasse concubina, nato regendum tradidit. Pentecosten Merseburgi cum rege celebravit, eumque inde Magdeburgum comitatus est*[25]. *A.* **1010** *nomen eius occurrit in diplomate regis,* **28**. *Iul. Merseburgi dato*[26]. *A.* **1011** *exeunte Ianuario cum rege Liubusuam profectus est ad urbem de novo aedificandam, qua occasione ibi magnum opus Romanorum agnovit*[27]. *A.* **1012** *Mai* **6**. *affuit consecrationi ecclesiae Bambergensis*[28]; *et Iuni* **1**. *pentecosten cum rege celebravit Merseburgi, ubi*

16) VI, 30. Curtes suas laudat Retmerslevo I, 7. VI, 27. 31. Egisvillam VI, 29. Heslinge VIII, 8.
17) VI, 30. Non recte Wedekind (Not. III. 255) annum 1000 statuit, eo nisus, quod tunc temporis in ecclesia Walbeccensi iam extiterit custos, et quod Thietmarus ipso episcopalis unctionis die praepositi dignitatem deposuerit. Sed Thietmarus disertis verbis narrat, hanc se tum demum deposuisse, cum inter ascensionem et pentecosten (26. Mai — 5. Iun.) 1009 Walbeccae commoraretur, postquam septem annis et 24 diebus ibi praepositus fuerit. Quod accurate in a. 1002 incidit. 18) VI, 30. 19) VI, 31. 20) VI, 3. 21) uti coniicere licet e calendario Merseburgensi ad h. d. 22) VI, 3. 23) VI, 24. 24) IV, 27. Calend. Merseb. 8. Kal. Maii. 25) VI, 31. 26) Höfer Zeitschrift I, 160. 27) VI, 39. 28) VI, 40 sqq.

Taginonis aegrotantis loco missam ipse cecinit. Quo mox defuncto, Thietmarus statim Magdeburgum properavit, ut ecclesiae suae iura in novo archiepiscopo eligendo exerceret; inde cum Waltherdo electo Gronam adiit 14. *Iun. a rege vocatus, cui pro ecclesiae suae necessitatibus multa locutus est. Magdeburgum redux d.* 22. *Iun. in* 29 *Walterdi unctione affuit*[29]. *Paulo post d.* 25. *Iulii, ad exercitum se* 30 *contulit prope Schrenz collectum*[30]; *sed iam* 3. *Aug. Merseburgum rediit, maturo satis tempore, ut et Waltherdo archiepiscopo morienti assistere, et cum reliquis praesulibus nepotem suum Theodoricum illi successurum eligere posset. Die* 22. *Augusti, cum duo Magdeburgi altaria consecraret, nuntio magnae cladis a Polonis illatae territus, statim ad reginam Merseburgum properavit; a qua cum provincialibus ad Muldam directus,* 21. *Sept. Seehusae regem convenit, quem iterum de sedis suae per Magdeburgenses archiepiscopos interpellatae necessitatibus admonere non oblitus est. Sequenti die cum rege Magdeburgum venit, ubi Theodorici loco, rege persuadente, Gero archiepiscopus est constitutus; et inde Merseburgum adiit ad curiam* 31 *ibi celebrandam*[31]. *Qua peracta, ad dilectam consobrinam Liudgerdam in Wolmirstedt aegrotantem vocatus, ultima eius suspiria* 32 *excepit (Nov.* 13.*) corpusque Walbeccam comitatus est*[32]. *Natale Domini in curte regia Palithi celebravit.*

Anno 1013 *rege tribus vicibus Merseburgi commorante, Thietmarus* 22. *Sept. donationem quandam suae ecclesiae ab eo impetra-* 33 *vit*[33]. *A.* 1014 *Nov.* 1. *imperator iterum Merseburgi fuit, et a.* 1015 *pascha ibi celebravit*[34]. *Hoc anno Thietmarus novam ecclesiam epi-* 34 *scopalem aedificare coepit, cuius fundamentum in modum crucis ipse* 35 *iecit d.* 18. *Maii, praesente Gerone archiepiscopo*[35]. *Mense Septem-* 36 *bri imperator iterum Merseburgi commoratus*[36], *nostrum cum Gerone die* 8. *Oct. Misniam misit, qui arcem illam reficerent atque custodirent. Inde cum post* 14 *dies redirent, in itinere Thietmarus Geroni persuasit, ut e novem oppidis, quae sedi Merseburgensi vindicabat, quattuor ipsi conferret; quae et accepit. Tum Walbeccam* 37 *adiens, omnium sanctorum festum ibi celebravit*[37].

A. 1016 *Mart.* 1. *Misnensis episcopus recens electus Merseburgi* 38 *a Gerone est consecratus*[38], *Thietmaro favente, quem ante pascha* 39 *et circa festum Iohannis baptistae iterum Magdeburgi videmus*[39]. *Ibidem* 22. *Febr.* 1017 *ab imperatore, qui Merseburgo eo venerat, lis quaedam inter Merseburgensem atque Misnensem ecclesiam compo-* 40 *sita est, non tamen ita, ut Thietmarus speraverat*[40]. *Exeunte mense* 41 *Martio ipse Misniam adiit, imperatore, ut videtur, iubente*[41], *qui die* 1. *Oct. Merseburgi praesens Thietmarum eiusque ecclesiam mu-* 42 *neribus praediisque largiter ditavit*[42]. *A.* 1018 *m. Maio Thietmarus dioecesis suae partem circa Rochlitz sitam visitavit ob controversias cum Ekkehardo comite ortas, a quo tantis molestiis est petitus, ut* 43 *imperatoris inde auxilium implorare cogeretur*[43].

Haec sunt, quae de se ipse in chronicis narrat. Obiit die 1.

29) VI, 44. 30) VI, 45. 31) VI, 50. Hoefer I, 161. 32) VI, 51. 33) Hoefer I, 163. 34) VII, 6. Böhmer Reg. No. 1129. 1140. 35) VII, 9. 36) VII, 15. Böhmer N. 1141. 37) VII, 16. 38) VII, 20. 39) VII, 25. 40) VII, 37. 41) VII, 39. 42) VII, 48. 43) VII, 10.

Decembr. **1018**[44], *quadragesimo tertio aetatis anno nondum peracto.* 44
Corpus in ecclesia Merseburgensi sepultum est[45]. *Statura parvum, maxilla laeva et latere eodem deformem, naso in pueritia fracto ridiculum se fuisse ipse dicit*[46]. 46

Libros **chronicorum**[47] *Thietmarus scribere coepit, cum iam episcopalem sedem teneret*[48]*; neque tamen omnes continuo stilo absolvit**, *et etiam ultimo vitae anno in libro scribendo occupatus fuit.* 48

Scripsit Thietmarus sermone rudi satis atque inculto, vocibus multis cum barbaris immixtis, tum alia significatione indita adhibitis; quem veteres scriptores nunquam tractasse crederes, nisi Horatii[49] *maxime atque Lucani*[50]*, sed et Iuvenalis*[51]*, Persii*[52]*, Virgilii*[53], 53

*) *Primum enim composuit exeunte a.* **1012**[54]*; sequentes usque ad sexti caput fere* **52.** *eodem anno condidisse videtur*[55]*; finem sexti addidit* **1014**[56]*; septimum exeunte demum a.* **1017** *aut ineunte* **1018** *absolvit*[57]*; ultimo, mortem iam quasi praesentiens*[58]*, extremis vitae* 58 *temporibus manum adhibuit, cuius priora septem capita circa d. Aprilis* **1018**[59]*, ultimum non ante Septembrem*[60] *scripsit. Priori igitur* 60 *chronicorum parti reliqua diversis postea temporibus adiecit, quoties* **fama velox aliquid novi ad scribendum deferret**[61]. *Unde totum opus neque imperfectum, neque absolutum dici posse apparet, quippe cuius certum finem auctor ipse sibi non constituerat*[62]*, nisi forte in obitu Heinrici imperatoris illud conclusurus fuisset*[63], 63 *si vitam eo usque habuisset comitem. Sed mortis fortasse quodam praesagio ductus, proximo ante obitum tempore librum suum ab aliis exaratum, ipse integrum emendans, supplens, adaugens, quasi absolvere voluisse videtur*[64]*; quo tempore etiam prologum ad fratrem additum crediderim*[65]. **Bethmann.**

44) Ann. Quedlinb. a. 1018 supra pag. 84. Calend. Merseburg. Quod Annal. Saxo et Chronogr. Saxo eius mortem a. 1019 adscribunt, hoc ad Brunonis successoris consecrationem pertinere credendum est. Duo diplomata annorum 1021 et 1022, in quibus eius mentio fit tanquam viventis, spuria esse iam viderunt Hoefer Zeitschrift I, 167 et Köhler Fragmente zur Gesch. Leipzigs 1787 p. 51. 45) Ad caput inscriptum habebat: *Reverendus dns S. Ditmarus epṡ.* ad sinistram dextramque: *Quid sapiant, faciant, doceant, qui recta sequuntur, Corde, manu, lingua Ditmari gesta loquuntur.* ad pedes: *Gratia Dei sum, quod sum.* Sed a. 1760 alio sarcophago imposito haec sunt deleta. cf. Wagneri editionem pag. 276. 46) IV, 51. 47) ita ipse eos vocat in prologo v. 39. *Gesta Saxonum* dicit codex 2. Praeterea nihil umquam scripsit. 48) I, 1. 49) I, 1. 7. II, prol. 2. III, 7. 16. IV, 10. 11. 26. V, 16. VI, 12. 23. 46. 50) II, 21. V, 15. 24. VI, prol. 39. VIII, 4. 51) IV, 51. 52) II, 2. 18. IV, 41. 51. VI, 1. 27. 53) IV, 5. 11. V, 20. VI, 9. VII, 5. 6. VIII, 4. [54) apparet ex verbis I, 7: *hoc anno m. c. videbam in obitu dominae Liudgardis* (quae defuncta est 1012 d. 13. Novbr.) 55) verba enim VI, 39: *quod in hoc anno, pro dolor, agnoscunt non esse falsum*, ad cladem VI, 48 narratam spectantia, non bene possunt scripta esse nisi a. 1012, quo illa clades accidit. 56) neque antea, neque post scripsisse, arguunt versus VI, 61: *nunc sunt bisseni, quod regno praefuit, anni*, et verba *postea persensit* VI, 57, coll. VII, 3 quae pertinent post pascha 1014. 57) VII, 48: *mense Decembri*; et paulo post: *antequam huius conclusionem anni faciam.* 58) continet enim auctoris quasi quandam confessionem atque testamentum, c. 7. 8. 59) VIII, 4 fin. coll. 8 in. 60) VIII, 17: *in Suevia colloquium de rep. habuit.* 61) ut ipse dicit VIII, 4. Cf. etiam IV, 35. Maxime hoc ostendit liber octavus, tum tota compositionis ratione, tum codicis autographi statu, ubi inter illum ipsum locum, in quo auctorem circa 16. April. constitisse supra diximus, (c. 7. fin.) et sequens caput pagina vacua relicta est. 62) I, 1: *ignotae eiusdem clementiae qualiter vel scripturae haec — concludatur, supplex committo.* 63) *Saxoniae regum vitam* prol. v. 7. 64) vid. infra descriptionem cod. Dresd. 65) prol. v. 25 sqq. coll. VIII, 14. BETHMANN.]

Ovidii[66], *Martialis*[67], *Terentii*[68], *Ausonii*[69], *Statii*[70], *Catonis*[71], *Macrobii*[72], *et e patribus Augustini*[73] *atque Gregorii*[74], *tum singula verba, tum locos maiores in opere suo alios attulisset integros, alios imitatione expressisset. Ex recentioris aevi poematibus Ecbasin captivi eum legisse, in dubium vocari non potest*[75]. *Praeter hos, quorum fontes novimus, alios quoque orationi suae hic illic inseruit centones poeticos, quos utrum ex aliis sumpserit, an ipse consarcinaverit, non liquido apparet*[76].

Sed quamquam neque sermonis elegantia, neque copia eruditionis, neque arte scribendi excelleret, non tamen ad historiam sui temporis narrandam impar accessisse dicendus est. Nam tum generis nobilitate, tum dignitate episcopali summis viris coniunctus, rebusque publicis tractandis saepenumero ipse particeps interpositus, si quisquam, noster is fuit, qui et multifariam hominum rerumque notitiam posset acquirere, et iudicium ab omni auctoritate atque timore liberum servare valeret. Et quum negare non possimus, hic illic eum partium quodam studio abripi se passum in iudicando[77], *nunquam tamen hoc ita factum est, ut sciens veritatem dissimularet vel perverse narrando depravaret; sed semper tenendum erit, loqui ibi episcopum de gentilibus patriae suae invasoribus, Saxonem de Bavaris inde ab Heinrico I. iam Saxoniae infestis atque de Lotharingis turbulentis multarum imperio molestiarum auctoribus. Omnino per totum opus illud apparet, auctorem ubivis vera dicere voluisse, ita ut ne sibi quidem cognatisque suis parceret accusando, quae minus recte egisse viderentur*[78]; *et cum aliquoties tacere alia, alia magis efferre videtur, hoc ipso nesciente ex manca fontium, unde illa hauserat, conditione oriri potuit. Quos raro tantum hic illic deprehendimus errores*[79], *eorum maior pars ex eadem causa manavit; alii inde nati, quod Slavicae linguae non satis fuit peritus. Fontes autem chronicorum praeter ea, quae ipse vidit, tum aliorum habuit narrationes*[80], *tum in priori parte libros quoque scriptos adhibuit, Widukindi res gestas Saxonicas, cuius persaepe ipsa verba exscripsit*[81]; *annales Quedlinburgenses*[82]; *Ruotgeri vitam Brunonis*[83]; *vitam sancti Othalrici*[84]; *calendarium Merseburgense*[85]; *decretum synodi Dortmunden-*

66) VI, 61. VII, 12. 67) VI, 10. 61 fin. Sed haec fortasse habuit e commentatore Persii. 68) II, 4. V, 6. VII, 51. 69) II, 2 nisi et hoc e Persii commentatore sumsit. 70) I, 13. 71) I, 5. VI, 26. 72) V, 1. 10. VIII, 3. 73) VI, 14. 74) I, 1. II, 28. VII, 41. VIII, 14. 75) VII, 21. 76) V. C. I, 1. *ut potis est, vel solers fiducia sinit.* 6. *decus et solamen patriae.* 7. *ut dies (est) vivis, sic nox concessa defunctis.* II. 15 *divinas pulsavit suppliciter aures.* III, 16 *commissis gregibus inexpugnabilis murus.* IV, 15 *invidus, subsannans alios, ipse deridendus.* ib. *Nulli pro debito parcens, glutto et simulator.* V, 1. *Deo nolente voluit Heinricus regnare.* VI, 6 *instabilis cursus in pronum semper volvatur.* ib. *Sic alternando quietem cunctis amicam.* 39. *fluctivagos animos sapientiae freno edomans.* VII, 13. *monachus habitu, sed dolosa vulpes in actu.* 27. *Scythae, qui domos suas secum vehentes, feris et equino lacte pascuntur.* 77) v. c. de Slavis, Bavaris (V, 11.), Lotharingiis (IV, 10. VI, 32. 39.) 78) cf. quae ipse dicit V, 20 med. 79) v. c. I, 5. 9. 13. II, 1. 3. 15. VII, 28. 29. VIII, 4. 80) uti Huswardi III, 7. Waltherdi III, 9. Aviconis III, 11. Meinsvithae IV, 12. maioris cuiusdam IV, 23. Merquardi IV, 45. Taginonis V, 25. Sewaldi VII, 28. 29. Gezonis VII, 51. Heinrici imperatoris VII, 23. et procul dubio aliorumque quibuscum versatus est virorum summorum. Cf. etiam *testimonia veracia* VIII, 12. I, 7. *fama velox* VIII, 4. *de priorum relatu suorum mihi indicavit* IV, 47. *veraciter comperi* I, 7. *audivi* VII, 50. *a credibilibus viris audivi* VII, 53. *antiquorum sagax memoria* I, 2. *ab antiquissimis percepi* I, 7. 81) Non est, quod cum Wedekindo (Not. I, 302) haec non e Widukindo ipso, sed ex eodem, quo ille hauserit, fonte desumta putemus. Cf. maxime locum Sallustianum II. 3. 82) cf. Archiv d. Gesellsch. VI, 647. 689. 83) II, 15. 84) I, 5. 85) cui ipse quaedam inscripsit VIII, 7. cf. Archiv d. Ges. IV, 250.

sis[86]*; diplomata ecclesiae Merseburgensis, Magdeburgensis, Walbeccensis; annales quoque Magdeburgenses atque Halberstadenses*[87] *adhibuisse videtur; epistolas denique aliasque notitias litteris mandatas, quas ibi potissimum agnoscere posse nobis videmur, ubi narratio consueto elegantior est, in iis maxime, quae narrat de rebus Italicis.*

Opus tam utile ad cognoscendam temporis eius historiam sequentibus etiam scriptoribus et notum fuit et acceptum Usi eo sunt Adelboldus in vita Heinrici II.[88]*; annalista Saxo*[89]*; chronographus Saxo*[90]*; chronicon Magdeburgense*[91]*; chronicon Halberstadense; Gobelinus Persona in cosmodromio*[92]*; vita Meinwerci*[93]*; chronicon Merseburgense; Paulus Lange in chron. Citizensi* 1515 *et chron. Numburgensi* 1536*; fortasse etiam Honorius Solitarius in imagine mundi*[94]*.*

Codices Thietmari duo tantum extant:

1) *Cod. bibl. reg. Dresdensis membr. in 4to, a Wernhero episcopo Merseburgensi* (1073—1101) *monasterio sancti Petri Merseburgi donatus, inde Siegmundo de Lindenau postea episcopo Merseburgensi* (1535—1544) *commodatus*[95]*, a.* 1574 *Wittembergam, a.* 1579 *Dresdam translatus, nostrum in usum a V. Cl. Maur. Haupt accurate collatus est, ad quam collationem nos editionem nostram instituimus. Codex est autographus*[96] *in* 207 *foliis*[97] *(e quibus iam* 15 *desunt)* 21 *in quavis pagina lineis, a pluribus scribis diverso tempore ex auctoris aut dictatis*[98] *aut schedis autographis exaratus; quem Thietmarus ipse brevi ante mortem continua manu correxit, lacunas a scribis relictas supplevit, librumque secundis curis auxit, addens tum nomina, tum temporum accuratiorem descriptionem, tum res pluribus etiam verbis comprehensas, quas, cum primum opus componeret, tum omisit, tum nondum novit*[99]*. Praeter haec autem plures etiam codicis partes, maxime in fine foliorum, sed et integras paginas, ipse manu sua conscripsit, cum primum liber litteris consignaretur*[99a]*. Vocum distinctio saepissime*[99b]

86) VI, 13. 87) Talibus usum fuisse Thietmarum nullus dubito; sed quae inde sumpserit difficile dictu est, cum ea de re iudicare possimus nonnisi ex iis scriptoribus, qui praeter illos fontes Thietmari quoque chronicon iam habebant. 88) qui nostri inde a IV, 31 usque ad VI, 8 et narrandi seriem et ipsa saepe verba expressit. 89) Excerpsit hic omnia inde ab anno 908—1018, codice usus non genuino Thietmari, sed eo, qui fuit fons Bruxellensis; quod varia lectio aperte docet. 90) Hunc ex ipso Thietmaro (et codice genuino), non ex Annalista Saxone hausisse, maxime probant loci a. 1014 in. 1016. 1021, magis etiam ad Thietmari verba accedentes quam annalista; praeter eos a. 955. 965 (ex II, 10). 968 (ex II, 14. VI, 30). 971 (ex II, 16. III, 2). 982 (e III, 10. 11) Complures alios utrum ex Thietmaro an ex ann. Quedlinb. et Chron. quodam Magdeburg. sumserit, non liquido apparet. 91) ubi vocatur *quidam venerabilis episcopus*, nomine non addito. 92) aetas VI, c. 49 e nostri III, 4—15; et cap. 52 ex III, 3. 4. 7. 10. 12. 13. V, 16. VI, 5. 6. 13. 22. 40. 49. VII, 26. 28. 31. VIII, 4. 93) c. 24. in codice post additum ex VIII, 12. 94) codex huius operis Stendalii in bibl. Alvenslebiana servatus ad a. 919 exhibet locum Thietmari I, 7 a Vignolio collatum; in editione Spirensi a. 1583 locus iste non legitur. Quae Iordanus in Chron. (Muratori Ant. It. IV.) de Poppone narrat, non e Thietmaro neque ex Widukindo, sed e Sigeberto Gemblacensi sumsit. 95) Brotuf Merseb. Chronik II, 7, 385. 96) „Credo esse autographum Diethmari" iam Albinus codici inscripsit, (Albini enim manum esse et coniecturam, docet Maderius in praef. ad Chron. Walbeccense) sed ad liquidum primus produxit Haupt. 97) non 211, ut censet Haupt Archiv VII, 421 sqq. codicem nostrum describens. 98) *in sequenti dictatu* I, 14. 99) ut II, 2. III, 3. 5. 11. VI, 23. 31. 40. 46. 55. VII, 1. 2. 4. 5. 6. 13. 16. 17. 30. 35. 37. 39. 45. 48. VIII, 1. 4. 8. 99a) Loci, in quibus hoc certissimum est, hi sunt: III, 14 (cod. fol. 46.), VI, init. in carmine (fol. 96' fin.), 40 fin. (f. 123' fin.), 45—46 med. (fol. 128' 129. 129' init.), 61 fin. (fol. 141), VII, 25 (fol. 157' fin.), 44 med. (168' fin.). Non ita certe affirmare licet de I, 17 fin. et de carmine sequenti (fol. 14 fin.), III, 7. 8. (fol. 38' fin.), IV, 43 (fol.

negligitur; orthographiam scribarum in eadem voce saepe variantem (avinculus *et* avunculus; incolumis *et* incolomis; ecclesia, eclesia, ecclesia; letus et laetus; egregius, egreius *et* egrius; imperator *et* inperator; succipere et suscipere; comitissa et cometissa; Libusua *et* Liubusua; Boxlavus *et* Bolizlavus; Lusizi, Luzici; Liutici, Liuticii, Liuzici; Gisillerus *et* Gislerus, Herimannus *et* Hirimannus) *auctor immutatam ita plerumque reliquit, ipse in ea non ubivis sibi constans, immo hic illic corrigens, quae ipse scripserat. Post annum* 1073 *alia manus, eadem quae pluribus foliis subscripsit:* Sancto Petro in Merseburg. Wernerus episcopus, *multa in codice correxit atque erasit, ita tamen, ut hae mutationes plane ex arbitrio factae semper fere distingui possint a genuinis Thietmari emendationibus. Inde a libro VI. autem huius manus vestigia raro tantum apparent. Eadem margini persaepe addidit signum vocis NOTA; in aliis tamen locis id a primo scriba profectum videtur. Praeter haec sec. XVI. et XVII. multa margini ascripta sunt, nullius prorsus momenti**). — *Hic codex si integer nobis esset*

71′ fin.), 47 (fol. 76′ fin.) Ad hoc restringenda erunt, quae Arch. VII, 424 leguntur. BETHMANN.

*) Quum in exprimendo Thietmaro autographum ipsum maximae utilitatis esse posset, a V. Cl. Karolo Falkenstein, bibliothecae regiae Dresdensis praefecto doctissimo, ut codex mihi ad tempus transmitteretur, flagitavi, et liberalitate viri humanissimi statim voti compos factus, iam quae de eo sentio proponere haud dubitavi. Constat liber initio saeculi XI. exaratus quaternionibus 23, duodecimo tamen amisso et inter quartum et quintum duernione inserto. Singuli libri, excepto tantum secundo et septimo, quaternionibus suis absolvuntur, ita ut nonnisi tertius et octavus haud integris quaternionibus incipiant; quos igitur uno calamo anterioribus subiectos esse oportet. Quisque liber, praecipue vero primus, secundus, tertius et quartus, qui de singulis regibus agunt, fere pro opere singulari habendus est; cuique fere, postquam absolutus esset, narratio alia addita aut inserta est, ita ut Thietmarum diverso tempore curas operi impendisse pateat. Ita liber primus una manu usque *scriptis confirmavit* capite 11. exaratus, tum reliqua capitis usque *consuluit*, alio tempore caput 12, alia manu capita 13 et 14, alia rursus caput 15, tum duabus paginis vacuis interiectis caput 16 et 17. usque *exaltata*, deinde reliqua scripta sunt. Quod ad librum secundum, textus una manu ab initio usque ad finem exactus est, sed insertis absoluto operi foliis 31ª, 31ᵇ, 31ᶜ, 31ᵈ, capitibus scilicet 22—26, quibus tela narrationis ex Widukindo petitae interrumpitur; versus etiam libro finito praefixi sunt. Libro tertio eadem qua priores manu scripto, folio 39′ et 46′ Thietmari manu verba „*Pro cuius* usque *amplius invisit. Post haec* cap. 8, atque cap. 13 verba *solus* usque *incensa est* et *Anno* usque *eligitur* locis antea vacuis inscripta sunt. Quartus liber manu ab anterioribus diversa scriptus, aliâ iterum capita 35—39, tertiâ inde a quaternione X. incipiente capita 40—48 usque *deferre*, reliqua inde a *Videsis* quarta manu habet. Liber quintus quaternionibus constat XI et XIII, XII amisso, et uni manui debetur; versus praefationis inde a decimo, et versus epilogi 27 — 34 et iterum 35 — 39 ab aliis manibus alio tempore additos constat. Primus libri sexti quaternio a libri quinti scriptore additus, folia 105—123 alia manu addita, quam pro Thietmari habere licet, qui ultimas paginae 123 lineas cap. 40. „*Post haec sinodus hic fit* usque *est mihi*, et fortasse reliqua libri usque ad fol. 128, 128′ — 129′, 129′ — 133, 133 — 138, 138′ — 141, 141—141′ diversis tamen temporibus adiecisse videri potest. In libro septimo folium 153′ inde a *Fit eorundem conventio*, et reliqua quaternionis folia 154—157, tum fol. 167′ inde a *ad se in loco qui pathrebrunnun dicitur*, et quae quaternionem absolvunt foll. 168 et 169 manu alia scribuntur; fol. 173 *Quia vero omne rarum* usque fol. 175. *ad socerum fugit*, tum 175 *Rex praedictus* usque *vindicaturum me spero* fol. 176, deinde Thietmari manu *Anno d. i. DCCC.* usque *loquelam perdidit*, et *In bauuariorum* usque *sepeliuit* alio rursus tempore adscripta sunt. Liber octavus primo usque ad fol. 183′ *peritura timeo* exaratus, manu Thietmari reliquas capitis 7. lineas, tum pagina 184 vacua, fol. 184′ usque 185′ *pacificati sunt*, tum *Bertoldus* usque fol. 190′ *exopto*, et iterum *Baldericus* usque *eodem die*, deinde fol. 191. *In diebus illis* usque *non attenditur*, manu Thietmari subiecta sunt. — Opus igitur, fere per quaterniones scriptum, Thietmarus univit, vocibus in fine initiove quaternionum additis, mutatis, vel deletis [1], et innumeris ipsius textus locis correctis atque de novo insertis, ita ut iam exemplum eius manu absolutum haud dubie appareat. Manum Thietmari, eandem plane quam Cl. Hesse in ectypo calendarii Merseburgensis primus proposuit, plurimis in locis recognoscere licet; sed multo maiorem codicis partem ei deberi, manu tantum diverso tempore et scribentis animo di-

1) cf. fol. 39. 40. 59. 60.

servatus, alio prorsus non egeremus; sed cum undecim eius folia[1] *prorsus exciderint, duo alia*[2] *mutilata tantum exstent, hisce in locis in auxilium nobis vocandus fuit:* 1 2

2) Cod. bibl. Bruxellensis olim N. 5815 iam N. 7513 membr. in fol. qui collegio societatis Iesu Paderbornensi donatus a. 1612, postea societatis Iesu Antwerpiensis, praeter alia (cf. Archiv VII, 426) continet Thietmarum sec. XV. ineunte exaratum. Codex, unde hic fluxit, non fuit Dresdensis, sed eius apographum quoddam, ante a. 1139[3] *confectum a monacho Corbeiensi, ut plura probant additamenta ad illud monasterium spectantia*[4]. *Sed praeter haec quae a confratribus Corbeiensibus accepit, alia quoque de suo addidit scriba*[5], *quae tamen omnia eiusmodi sunt, ut ex suo tantum ingenio, non aliunde aut e secunda quadam Thietmari recensione, hausisse ea putandus sit. Omnino textum Thietmarianum nimis arbitrario modo immutavit et recensuit potius quam descripsit; quae auctoris nostri forma adulterina inde et in Annalistam Saxonem et alios transiit. Nos inde ea tantum desumsimus, quae Dresdensi codici desunt; in reliquis suffecit collatio ab Ill. Leibnitio confecta, quae in bibliotheca regia Hannoverana servatur*[5*]. 3 4 5

Fragmenta quaedam Thietmari in bibl. Caesarea Vindobonensi, alia in monasterio Raygern prope Brünn asservari dicuntur[6]*; sed falso. Alius codex, in monasterio Neuwerk prope Halam a. 1516 adhuc servatus, quo iam abierit, ignoratur*[7]. 6 7

verse efficta, persuasum habeo. Est igitur prima operis species, in ecclesia Merseburgensi servata, sed postea tempore Wernheri episcopi plurimis locis correcta, atque a chronographis Saxone et Halberstadensi excripta.

Alterum exemplum pro eodem quis facile haberet, quod ultimis fortasse Thietmari mensibus ex priore descriptum et Sigefrido abbati Magdeburgensi transmissum fuisset. Quum enim loci nonnulli codicis authentici tempore vel manu Wernheri episcopi erasi et mutati in codice Bruxellensi et Annalista Saxone sinceri extent, codicem, unde ii descripti sunt, ante Wernheri certe tempora ex authentico derivatum esse oportet; at hoc Thietmaro curante factum esse, ob textus rationem statui nequit. Codicem tamen istum aut exemplar eius Corbeiae interpolatum et per episcopatum Paderbornensem bene notum fuisse, vita Meinwerci, Gobelinus Persona Bielefeldensis, et codex circa annum 1400 exaratus et saeculo XVII. Paderborna in Belgicam translatus, qui omnes una cum Annalista Saxone a lectione codicis Merseburgensis eodem modo recedunt, haud dubie probant.

Quum igitur, absoluta iam Lappenbergii nostri editione, codex autographus in manus meas devenisset, ut in auctore historiae patriae gravissimo nihil desideraretur, codicem multis in locis ipse iterum consului, et quum sic nonnulla quae dubia fuerant ad liquidum perduci conspicerem, integrum librum a Cll. Bethmanno et Waitzio secundis et tertiis curis diligentissime conferri et loca codici Bruxellensi propria a Bethmanno, eam ob rem in Belgicam legato, iterum exscribi visum est. Quibus curis Cl. Hauptii operae additis quantum lectioni genuinae restituendae factum sit, anteriores editiones cum nostra collatae monstrabunt. PERTZ.

1) continentia prolog. I, 1. 2 in. IV, 18 med. — 25 in. V. 9 med. — 19 fin. VI, 26 med. — 27 med. 2) in quibus legitur I, 15. VI, 13—15. 3) hoc anno enim desinit Annalista Saxo, qui hoc exemplari iam usus est. 4) I, 10. II, 26. IV, 48. VII, 10. 25. 53. 5) VI, 13. 15. 23. 41. 43. 53. versus immiscet VI, 31. VII, 5. 5*) Quomodo in cod. Brux. Thietmari verba sint mutata, melius quam lectiones paucae tantum a Leibnitio enotatae, loci docent in Actis SS. ex ipso publici iuris facti (Febr. II. p. 798, Iuni I. p. 923 etc.) Unum hic exemplum attulisse sufficiat:

Cod. Dr.

V. 25. Consummato tunc huius exilii cursu in sanctitate admirabili, venerabilis antistes cum iam usque ad mortem egrotare coepisset, accersito ad se dilecto Taginone: Pone, inquit, fili os tuum super os meum accipiens a Deo insufflationem spiritus mei.

Cod. Br. (Acta SS. Iuni I. p. 923.)

Igitur venerabilis pontifex, consummato cursu huius exilii in admirabili sanctitate, cum iam ad mortem usque aegrotare coepisset, accersitum sibi dilectum Taginonem ita alloquitur: Pone, inquit, fili carissime, os tuum super os meum, et accipe a Deo inspirationem spiritus mei.

Conferatur quae attulimus IV, 48. VI, 15 et praesertim VI, 46, ubi Thietmari verba versibus transscripta sunt. 6) Wagner praef. p. VIII. 7) Archiv V, 679.

Editiones hae prodierunt. Reinerus Reineccius primus Thietmarum mendis admodum depravatum edidit Francofurti apud Andr. Wechel a. 1580 *fol. recusum a.* 1600, *e codice Dresdensi, multum conquestus de autographo frustra quaesito, quod manu se tenere nesciebat.*

I. I. Mader Helmstadii a. 1667. 4. *exhibet tantum Reineccii textum, negligentia etiam depravatum, cum notulis aliquot marginalibus tabulisque genealogicis.*

G. W de Leibniz in SS. RR. Brunsv. I. a. 1707 *primus integrum dedit Thietmarum, lacunis autographi e cod. Bruxellensi suppletis. Sed errore inductus est, cum hunc magis genuinum putans, Dresdensem negligeret. Exhibet praeterea notas aliquot Alphonsi de Vignoles, ad chronologiam maxime spectantes.*

P. F. Laitenberger Merseburgi 1753 *primum librum edidit, notarum nube involutum.*

„Dithmari Chronicon, ad fid. cod. Dresdensis denuo recensuit, Ursini, Kinderlingii et Wedekindi, passim et suas adiecit notas I. A. Wagner Norimb. a. 1807. 4. *Codice Dresdensi negligenter tantum usus est editor, immo nonnumquam lectiones eius falso refert; sed annotationes quas exhibet, bonae frugis sunt plenae. Cf. de hac editione Ebert in Archiv. II,* 55—71.

Versiones Germanicae hae extant: Georgii Hahn Lips. a. 1606 *fol. ex editione Reinecciana facta. I. F. Ursinus Dresd. a.* 1790. 8. *e codice Dresdensi nostrum vertit, addito commentario de vita atque opere Thietmari, annotationibusque plane egregiis. Editionem quoque paravit Ursinus, nec tamen perfecit, eam quam postea Wagnerus absolvit.*

Nostra in Thietmari opere edendo ratio haec fuit, ut ad litteram exprimeremus codicis autographi textum eum, quem Thietmarus ipse curis secundis constituit. Orthographiam quoque exhibuimus, qualem invenimus nequaquam constantem; sed cum Thietmarus illam non mutaverit, neque nos id faciendum putavimus. Ut autem appareat, quomodo auctor in scribendo versatus fuerit, quae primum dederit, quae deinde censuerit adiicienda vel demenda, quae falsa agnoscens emendaverit: cunctas eius emendationes atque additiones, in textum ubivis receptas, in notis indicavimus, signo 1$_a$. *primam codicis scribam,* 1$_b$. *vero Thietmari ipsius manum significantes, et nonnisi levissima quaedam et ubi prima lectio iam certo perspici nequit omittentes*[8]*; ita ut iam operis integram historiam, ortum, progressum atque absolutionem cognoscere cuivis liceat. Unum tantum difficultatem movere potuit, quod in rasuris non certo ubivis apparet, utrum a Thietmaro ipso an a manu tertia illa, quae post a.* 1063 *accessit, profectae sint. Plerumque tamen quid quovis in loco legendum sit, non dubium relinquit vel aliorum locorum comparatio, vel eorum, quae Thietmarus ipse scripsit auctoritas, vel codicis* 2. *et Annalistae Saxonis lectiones, cum omnes illi loci, quibus* 2. *seu A. S. non mutatam, sed pristinam codicis lectionem exhibeant, non a Thietmaro, sed postea demum correcti esse possint. His tamen in locis, ubi aperto calami lapsu scriba erravit et ipse Thietmarus mendum sustollere neglexit (e. g.* blanciis *pro* blandiciis, propietatem

8) Ita etiam errores, quos primus scriba ipse correxisse videri potest, afferre noluimus.

pro proprietatem, triburarium *pro* tributarium *et quae sunt eiusmodi), ab eo recederemus fuit necesse, sive tertia illa manus rectum iam exhibuerit sive editores correxerint, sive nobis restituendum fuerit. Semper tamen primam lectionem in notis indicavimus; manum illam tertiam vero* 1c. *vocavimus, non singulas quasque eius correctiones exhibentes, sed omnes tamen, quae alicuius momenti esse possunt, ut praesens codicis forma facilius perspici possit. Quae in codice* 1. *interciderunt, e* 2. *supplevimus ita, ut in hisce orthographiam sequeremur non saeculi XV, sed Thietmarianam*[9]. *Ubi* 1. *servatus est, codicis* 2. *lectiones a Leibnitio exscriptas aliquotiens tantum exhibuimus, iis potissimum locis, ubi Thietmari narrationem auget et amplificat. Editionum quoque nullam prorsus rationem habuimus in annotandis variis lectionibus. Librorum distinctionem retinuimus eam, quam primus Reineccius instituit; quamvis enim in codice Dresdensi nulla prorsus neque librorum neque capitum distinctio reperiatur, tamen eam Thietmaro ipsi deberi satis patet*[10]. *Capitum numeros nos addidimus, quum neque haec in codicibus reperiantur.*

[INCIPIT PROLOGUS VENERABILIS DOMNI THIETMARI EPISCOPI MERSEBURGENSIS IN GESTA SAXONUM.[a]

Coniunctum dulci fraterni iuris amore
Et mihi dilectum supplex rogo te Sigefridum[11] 11
Nunc ego Thietmarus[b], videas mea scripta benigne,
Quae placeant addens, et quaeque superflua tollens.
Haec non ornatu splendent dictaminis ullo,
Sed tantum plano percurrunt ordine campo
Saxoniae regum vitam moresque piorum,
Quorum temporibus regnum velut ardua cedrus
Enituit nostrum[12] longe lateque timendum. 12
Dicunt ecclesiae structuram dampnaque nostrae,
Eius laetificos, in quis reparatur, et annos,
At provisores eiusdem tum simul omnes.
Non asscribatur mihi, si quid in hoc variatur
Libro vel desit, testis cum parvulus[13] assit. 13
Nevas inscitia natas[c], carissime, muta,
Credens, quod numquam cepissem scribere quicquam,
Ni quod prefatus tibi sum foret[14]. Ergo benignus 14
Tales funde preces mecum de corde gementi:

a) *Prologus et initium libri primi, in* 1. *deperdita, suppleta sunt e* 2. b) thitmarus 2. *semel hoc loco.* c) Naevos inscitia natos *correxit Leibnitius. At Thietmarus noster semper utitur verbo* naeva, *numquam* naevus.

9) Ita *proch et michi* quod 2. exhibet haud recipiendum fuit. BETHM. 10) I, 17 *parvum librum habeo inscriptum.* ibid. *primus iste codicellus clausus sit primi morte Heinrici.* III, 1. *Otto secundus sit codicelli materies mei.* III, 15. *observam modo tercii seriem voluminis.* IV, 34. *et hic* (Heinricus II.) *notet quinti titulum libri.* ibid. *et in superioribus libris.* Cum autem sexti, septimi, octavi libri nullam usquam mentionem factam, ultimo autem inscriptum videamus *Incipit libellus II. Heinrici imperatoris secundi* (cf. cap. 8. *hunc attitulavi librum*) Thietmari sententia ea potius fuisse videtur, ut *Liber quintus*, sive *Heinrici primus* complecteretur nostros V, VI, VII; deinde sequeretur *sextus* sive *Heinrici secundus*. BETHM. Quintus est Heinrici *regis* primus, sextus H. *regis* secundus, septimus H. *imperatoris* primus, octavus H. *imperatoris* secundus. P. 11) Abbas Bergensis, electus a. 1109. 12) regnum nostrum i. e. patria nostra. 13) i. e. testis rarus. testes pauci. cf. II. 25. 14) sc. inopia testium s. annalium.

Christe, decus regum, moderator et imperiorum,
Propiciare tuo cum commissis sibi regno,
Ut tibi, non nobis, solvatur gloria laudis,
16 *Et non externis tuus umquam subtet*[15] *ovilis.*[16]
O vos christicolae, cordis nunc voce rogate,
Maiestas Domini quo dignetur misereri,
Ne mala nos stringant, quae multa meremur, et angant,
Certa futurorum quae vox ventura bonorum
Predixit nostris in temporibus, manifestis
Pro[a] dolor! in multis manifestandisque profecto.
Et quicumque meam debes curare cathedram,
Hanc lege scripturam, studiosus amato pusillam,
Quae strictim pandit quae plurima mens tua poscit.
Vincit mortales florens dictatus et omnes.
Quod nunc est passim dispersum, collige sensim.
Non servi famae, sed vitae dona supernae
Ut capias, vigila, merearis ut hancque labora.
Sis memor, oro, mei, qui crimina multa peregi,
Predecessorum deterrimus ecce meorum.
Me tibi committo, veniam petito mihi, queso.
Cronica Thietmari se poscunt, lector, amari,
Usibus assiduis excludunt tristia mentis.
Ludis et variis eadem preponito vanis:
Sis iustos laudans, pro peccatoribus orans.

EXPLICIT PROLOGUS.]

LIBER I.[b]

1. [Mens est omnibus aliqua proficuitate cluentibus, in presenti et in futuro sibi proficere, commissasque sibi res, ut potis est vel sollers fiducia sinit, propagare viventique semper memoriae commendare. Quocirca ego Thietmarus, non solum honoris, verum etiam nominis indignus episcopalis, Merseburgensis seriem civitatis olim longe lateque cluentem, nunc autem oblivionis senio caligantem fervens retegere, admodum vereor fumum ex fulgore inscicia producere et ut imus faber infelici summa operis deficere. Sed suppetente cuiquam bona voluntate[17], et ut beatus fatetur Gregorius, Christo ad hoc asspirante, incipio, ac ignotae eiusdem[18] clemenciae, qualiter vel scriptura haec vel etiam omnis prefatae urbis summa concludatur, supplex committo.

Horat. Serm. II, 3, 143 et 32. 34.

2. Huius a primo fundamentum et cum terra superedificationem Romulea ex
19 gente, quae Iulium Cesarem Pompeii generum[19] est huc olim secuta, in omnibus poten-
20 tem et utrisque viribus precluum, incepisse, lector diligens, accipe[20]. Et quia tunc fuit haec apta bellis et in omnibus semper triumphalis, antiquo more Martis signata est]
*fol. 1. cod. 1. *nomine. Posteri autem Mese, id est mediam regionis[21], nuncupabant eam, vel a quadam virgine sic dicta. Qui vero eiusdem principes, vel quae eorundem fuerint virtutes, ante Christi incarnationem vel post, quia antiquorum sagaci[d] memoria certum indagare[e] nequeo, nec per scripta invenio, ne mendax inveniar, prorsus omitto. Ab Heinrico sumatur exordium, qui predictae civitatis adpertinencia multorum ius tunc

a) proch 2. *semper.* b) Incipit liber primus de hinrico primo imperatore 2. d) sagati 1*a. et ita saepius* t e) indare 1*a. corr.* 1c. *pro* c

15) i. e. parere, subiectum esse. 16) sc. grex. 17) i. e. cum bona cuivis sufficiat voluntas. 18) Christus clementissimus, cuius consilium super hoc libro et hac urbe nobis ignotum. 19) Constat I. Caesarem fuisse socerum Pompeii. 20) i. e. accipe, lector, fundamentum et superaedificationem (*cf. eandem locutionem infra c.* 17.) huius (urbis Merseburgensis) incepisse a Romanis qui huc secuti sunt Caesarem i. o. p. et utrisque (*i. e. corporis animique* cf. I, 15. VI, 46. VII, 33.) viribus praecluum. 21) Mesaburiorum nomen invenit noster apud Widukindum II, 3. Mese derivat ille a voce Italorum *mezzo*, medius.

respicientia univit, maioraque his multum sua virtute et industria subegit. Hic nobilissimo[b] Ottonis et Hathui[22] stemmate editus, ut arbor occulta excrevit a puero[23], et ut bonae indolis gradatim enituit tiro, sicut flos in vere novo. Isque a patre suo in provintiam, quam nos teutonicę Deleminci vocamus, Sclavi autem Glomaci[24] appellant, cum magno exercitu missus[25], devastata eadem multum atque incensa, victor rediit. Sed qualiter pagus iste nomine hoc signaretur, edicam. cf. Hor. Od. I, 12, 45.

3. Glomuzi[26] est fons, non plus ab Albi quam duo miliaria positus, qui unam de se paludem generans, mira, ut incolae pro vero asserunt oculisque approbatum est a multis, sepe operatur. Cum bona pax est indigenis profutura, summque [*]haec terra non[c] mentitur fructum, idem tritico et avena ac glandine refertus, laetos vicinorum ad se crebro confluentium efficit animos. Quando autem seva belli tempestas ingruerit, sanguine et cinere certum futuri exitus indicium premonstrat. Hunc omnis incola plus quam aecclesias, spe quamvis dubia, veneratur et timet. Et haec provincia ab Albi usque in Caminizi fluvium[27] porrecta, vocabulum ab eo trahit dirivatum. Sed non longe a predicto amne in pago Chutizi dicto[28], Arn, episcopus sanctae Wirciburgensis[d] aecclesiae[e], ab expeditione Boemiorum reversus, et iuxta plateam in parte septentrionali, fixo super unum collem suimet tentorio, cum missam caneret, hostili circumvallatus agmine, premissisque omnibus per martirium suimet consociis, semet ipsum optulit Deo patri, 892 dominicae incarnacionis anno et[f] temporibus Arnulfi inperatoris[g.29], cum oblacionibus consecratis in sacrificium laudis, ubi hodie sepe accensa videntur luminaria; et sanctos Dei martires hos esse, nec Sclavi dubitant. Predictus antistes in diebus offitii suimet in urbe Wirciburgensi[h] unum Domino templum, et in episcopatu suo ad instar eiusdem aecclesias 9 in 10 annis fecit. Et cum maximam harum is benediceret, [*]et cum reliquiae Christi martyris Kiliani, — qui de Scottis huc veniens, Christum Gozberto duci et Geilan uxori eius, caeterisque comprovincialibus primo predicavit, et instinctu secundae Herodiadis cum sociis suimet Colomanno et Totmanno ibi martirizatus est, — circumferrentur[i]: Dominus per eum 70 operatus est miracula, et magister coquorum[k.30] hoc videns, suos sic hortatur discipulos: *Nolite*, inquiens, *tardare, sed quae vobis sunt credita, diligenter et sine mora operamini. Dominus enim noster Kilianus inclita ex se nunc agit signa absque omni mora.* Quantae autem virtutis supra memoratus presul fuisset, stilo comprehendere nequaquam suffitio, sed hunc apud Deum magni esse meriti ex corde credo. 26. 27. 892. 29. [*]fol. 1'. [*]fol. 2.

4. Interim cuiusdam matronae famam, quae Hatheburch dicebatur, Heinricus[*] comperiens, qualiter eam sibi sociaret, iuvenili exarsit amore. Haec erat filia Ervini senioris, qui in urbe predicta, quam antiquam civitatem[31] nominamus, maximam tenuit partem; et quia is filium non habuit, geminis filiabus suis e medio decedens[l] reliquit. Ob huius pulchritudinem et hereditatis divitiarumque utilitatem, internuntios Heinricus quam propere misit, et quamvis hanc esse[m] viduam et sciret[32] velatam, suae tamen ut satisfaceret [*]voluntati, eam fide promissa petivit. Tunc illa multorum precibus et consilio devicta, comitatur, et honorifice suscepta, ac karitative a suis, ut decuit, est habita. Nuptiis ex more peractis, sponsus cum contectali ad Merseburch venit; omnesque convocans vicinos, quia vir fuit inlustris[n], tanta familiaritate sibi[o] adiunxit, ut quasi amicum diligerent et ut dominum honorarent[o]. Ea tempestate Conradus, Francorum quondam 31 [*]fol. 2'.

a) *add.* 1*b*. b) nobilissima 1*a*. c) terraena 1*a*. d) uirciburgiensis 1a. e) VIIII. *add.* 1c. f) et *erasum* 1. g) DCCCXCII[o] — imp. *addit* 1*b*. h) uuirciburgiensis 1*a*; i *vero in his nominibus semper ab* 1*b*: *erasum esse videtur*. i) circumfrererentur 1a. k) *deletum aut in* eorum *mutatum* 1c? totorum 2. l) hereditatem magnam *addit* 2. m) h. e. *addit* 1*b*. n) industris 1*a*. illustris 1c. o) *ita* 1c. honerarent 1*a*.

22) *Hathuwi, mater Heinrici regis.* Calend. Merseb. 9. Kal. Ianuar. 23) cf. Ann. Quedlinb. a. 913. 24) Die Lommatscher Pflege. 25) Widukindus I, 17. 26) Locus parvulus, der Poltzscher See, distans dimidia hora ab urbe Lommatsch. URS. 27) Die Chemnitz. 28) Chutizi orientalis pagus, ubi nunc civitates Chemnitz, Freiburg, Pirna, Annaberg. 29) Ita et Ann. Hildesheim. et Reginonis chronic. Ann. Wirziburg. a. 891. Diem emortualem habet Calend. Merseburg. 3. Kal. Iul. 30) De magistro coquorum conf. I. Grimm et A. Schmeller Latein. Gedichte des X. et XI. Ih. pag. 386. 31) Die Altstadt Merseburg. 32) Eam prius nuptam fuisse Osdagho comiti, asserit Falke Tradit. Corbeiens. p. 521.

dux egreius et tunc Luthuwici successor pueri, arcem tenebat regni[33]; quem ob meritum sui Otto predictus, ab omnibus regni principibus in regem electus, sibi quasi ad hoc indigno preposuit, seque cum filiis fidei suae ac potestati subdiderat. Spiritualis autem pater et pastor Orientalium tunc fuit Sigimundus, sanctae Halverstidensis ecclesie presul egregius, vir ingeniosus, omnigenarumque, quae spiritalia vel etiam carnalia respicit, arcium scientia omnes suimet contemporales tunc[a] precellens. Hic pietate maxima, et quod summum est perfectionis culmen, Christi zelo fervens, ut perpetrati facinus conubii primo audivit, ovium[b] culpam suarum ingemuit, et aliquam inter se fieri
*fol. 3. amplius commixionem per internuncium et per epistolam *banno apostolicae auctoritatis interdicens, ad condictum ambos[b] synodum vocavit. Heinricus tali rumore turbatus, ad imperatorem properavit, omnemque indicens ei rem ordine, auxilium eius petiit, et quia familiaris ei fuit, et patris commisso ac fideli servitio impetravit. Nam legato
34 ad antistitem concite[34] directo, ut vinctos solveret et ad suimet presentiam differre
912. voluisset, postulavit. Post haec Ottone 2. Kal. Decembris[c] [35] carnis universae viam intrante, sepe memoratus iuvenis in vacuum succedens, hereditatem iure, et maximam beneficii partem gratuito regis suscepit ex munere; et quod ei defuit cum suis omnibus egre tulit, ac postea, sicut cum tritico lolium, sic ex eo latentis odii filex excrevit[36]. Quod rex caute considerans, ut ignotum dissimulat; et quem vi aliqua superare non presumpsit, nota Hathonis versutia archipresulis, qua et antecessor suus Aethelbertum[d]
37 comitem Teresi[e] capitis abcisione devicit, et hunc decipere temptavit[37]. Hoc consilium Deus sapiens infatuavit. Nam faber ille, qui iussu presulis torquem aureum, in quo Heinricus occidi debe et, mira arte preparabat, cum ingemiscenti senioris relatu, quo
*fol. 3v. *pacto hec fieri deberent, perquireret, opere ad unguem perducto et presentato, clam postea evadens, obviam ducem predictum habuit, et cuncta ei ordine pandit. Qui
38 rediens nuntium remisit ad antistitem, qui occulta patesceret[38], seque in sui detrimentum celeriter invigilare pronuntiaret. Quicquid enim ad episcopum in Saxonia vel Thuringia pertinuit, totum sibi precepit occupari, amicos regis partibus ex his omnino[f] depredatos expellens. Moxque morte repentina archipresul exspirat hominem, et fortuna, quae hactenus regem[g] feliciter asspiravit, Heinrico quam propere cessit. Sed mihi ad alia properanti longum est enarrare, quoties congressi mutuo[h] cederent vel vincerent, et quod postremo bonorum instinctu in amiciciam convenirent.

Caton dist. 2, 15.

5. Interea Conradus longa infirmitate detentus, et quia

Post inimicicias iram meminisse malorum est,

totius contrarietatis, quae sibi ex parte Heinrici provenerat, oblitus, fratri suo Everhardo[i] populoque primario in unum collecto consilium hoc dedit, si quando naturae
40 communi se concederet[40], ut eum[k] regni gubernaculo undiquessecus aptum eligerent,
fol. 4 animamque suam *cum residua consanguineorum ac familiarium caterva firmae suimet fidei committerent, et ad hoc sine aliqua dilatione consentirent. Hanc peticionem extremam cum magno luctu ac gemitu suscipientes, et impleturos se vita comite promittentes, festino eius obitu in 8[o] ordinacionis suae anno et[a] 14. Kalendas Novembris, pro
42. dolor! completo[41], ac exequiis in Viliniburch[42] peractis intererant, et concione in Fridisleri[l] celeriter posita, Heinricum coronaverunt, et sibi credita sub Christi et tocius

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1c. ambo 1*a*. c) II. kl. decembr. *add* 1*b*. d) ath. 1*c*. e) tereti 1c? f) omniũ *corr.* omnio 1. ex his omnibus partibus 2. g) regi 1c. exspirat. Omen et fortuna, q. h. regem f. aspirauerunt, H. q. p. cesserunt 2. h) mutua 1*a*. i) euurhardo 1*a*. k) *delevit et add.* Heinricum *in marg* 1*c* l) fridesleri 1*c*.

33) *i. e.* regnum tenebat. Similiter Beda Histor. Anglor. III. 3. *Monasterium Hii in cunctis monasteriis . . . arcem tenebat.* 34) i e. citissime. 35) Calend. Merseb. 2. Kal. Decbr. *Oddo comes pater Heinrici regis Saxon.* Obiit anno 912. V. Ann. Corbeiens. h. a.; secundum Ann. Hildesh. vero obiit anno 914. 36) Widukind. I, 21. 37) De Aethelberti capite caeso v. Widukind. I 22. Regin. et Ann. Corbeiens. a. 906. Ann. Hildesheim. a. 907. 38) i. e. patefaceret. 39) Widukind. I, 22. 40) i. e. moreretur. 41) Confundit hic noster diem emortualem Conradi, regis Burgundiae, cum illa Conradi, regis Theutonici, quae fuit Decembr. 23. V. Calend. Merseburg. in utraque die. 42) Eundem locum habet Widukindus I, 25. Aliter Contin. Reginon. a. 919.

aecclesiae testimonio fideli, non sine lacrimis regi tunc et domino commendaverunt. 919.
Qui primo, ut decuit, divinae pietatis munus, postque universalem tantae caritatis affectum, humili suscipiens devotione, Deo gratias egit, seque ad haec et ad omnia, quae communi consilio expetissent, se assensurum promisit. Episcopalis unctionem benedictionis, a Herigero archiepiscopo exhibitam, antecessorum more priorum non desideravit[a], nec suscipere voluit, sed prorsus ad hoc indignum se affirmavit[43]. Attamen in 43
hoc eum equidem peccasse vereor, quia in vita sancti patris Othelrici, quem idem rex post ad sacerdotalem promovit ordinem, legi,[44] sanctam Christi martyrem *Afram[a] dilecto *fol. 4.
suimet presuli multa in visu ostendisse, inter quae duos enses, unum cum capula, aliumque sine ea[b], ac per eum Heinricum regem consecracionis expertem demonstrasse. Sed occulto hoc Dei iuditio relinquens, amplius progrediar.

6. Fama novi regis undiquessecus dispersa amicorum corda laetificat rebelliumque econtra mestificat, quia vir talis fuit, ut suos sciret sapienter tractare, inimicos autem callide viriliterque superare. Interea Tammo[c] natus est; et mens regis ab amore uxoris decrescens, ob pulcritudinem et rem[d] cuiusdam virginis, nomine Mathildis, secreto flagravit. Iam iamque latentis animi fervor erupit; et iniusto se hactenus multum peccasse conubio, tandem professus, per affines legatosque suos filiam[e] Theodrici et Reinildae, ex Widukinni[f] regis tribu exortam[45], interpellat[g], ut sibi voluisset satisfacere. 45
Et quia flexibilis est mulieris animus, et quia sciebat eum in cunctis eligantem, consensit, coniunctaque ei[46] tam in divinis quam in humanis profuit. Que tres filios con- 46
gruo pariens in tempore, Ottonem[h], Heinricum et Brunonem[i], prospere educavit, doloremque partus tantae stirpis dulcedine superavit. *Et quoniam mihi sermo est de Ottone, *fol. 5.
non autumo opus esse, omnia patris sui gesta singulatim discutere, cum et in filio appareat, quanta eius sit dignitas, et scriptis multorum vite eiusdem satis fulgeat claritas. Sed quaedam intersero, quae dictu maxime necessaria[k] puto. Has regiones sibi fecit tributarias, Boemiam, Deleminci,[l] Apodritas, Wilti, Hevellun et Redarios; qui statim rebelles aliosque ad hec concitantes, urbem Wallislevo oppugnant, destruunt et incen- 929.
dunt[47]. Ad hoc vindicandum noster convenit exercitus, et Lunzini[m] civitatem obsidens, 47
socios eorundem, eos defendere cupientes, invadit, et paucis effugientibus, prostravit; urbem quoque prefatam acquisivit. Ex nostris autem duo abavi mei, uno nomine, quod Liutheri[n] sonat, signati, milites optimi et genere clarissimi, decus et solamen patriae, Nonas Septembris cum multis aliis oppeciere[48]. 48

7. Ut nullus Christo fidelium de futura mortuorum resurreccione diffidat, sed ad beatae immortalitatis gaudia anhelanter per sancta proficiscatur desideria, quaedam, quae in urbe Wallislevo post excidium *eiusdem[o] reedificata accidisse veraciter com- *fol. 5'.
peri, intimabo. In ipso orientis diei crepusculo solitus erat presbiter eiusdem ecclesiae matutinam canere. Sed cum ad atrium defunctorum veniret, videns in eo magnam multitudinem oblationes offerentem sacerdoti coram templi foribus stanti, primo substitit, posteaque signo sanctae crucis se muniens, per omnes hos, nec uno saltem agnito, oratorium trepidus adiit. Quem una noviter de hoc seculo egressa et sibi bene nota, quid hic vellet, interrogat; edoctaque ab eo, quare venerit, haec omnia ab his esse completa[p], parvumque temporis eundem victurum predixit. Quod vicinis

a) affram 1*a*. b) capulo — eo 1*c*? c) Tammo, qui et Tanckmarus 2. d) p. in amorem 2. e) *ita in loco raso* 1. f) uuiduinni 1*a*. widikindi 1*c*. g) paellare 1*a*. *corr. ab ipso ut vid.* interpellare cepit 2. h) imperatorem *addit* 1*c*. i) archiepiscopum *addit* 1*c*. i *erasum* 1. n) *duo* i *erasa* 1. o) dem *erasum* 1. p) narravit *addit Honorii Imago mundi* a. 919.

43) Conf. Widukindum I, 26. 44) Conf. Gerardi vitam S. Udalrici episcopi Augustani, c. 3. ed. Welseri. et Bernonis vitam eiusdem c. 9. Ab hac visione Heinricus noster dictus est *Ensis sine capulo* in Necrologio Prumiensi a. 919. Archiv für aelt. D. Gesch. III. 24. 45) *Regina filia Thiadrici . . . stirpis magni ducis Widukindi.* Widukind I, 31. Reinhild, mater reginae Mahtild, quae obiit d. Maii 11, in Calendario Merseburgensi laudatur. 46) Nuptiae istae secundae celebratae sunt anno 909. Conf. Waitz Jahrbücher des Deutschen Reichs. T. I. p. 11. 47) Ex Widukindo I, 36. 48) Widukind. l. l. Ann. Quedlinb. a. 930. Calend. Merseb. *Nonas Septembr. Liuthardus comes cum multis Lunzini obiit.* Annales Corbeienses autem pugnam 2. Non. Septemb. a. 929. factam esse tradunt.

post retulit, veraque haec[a] esse[b] comprobavit. Meis temporibus in Magadaburg — sicut a veracibus accepi testibus, in ipsa tunc continue manens — in aecclesia mercatorum custodes eadem nocte vigilantes his quae predixi convenientia visu et auditu percipientes, optimos civitatis adducunt. Qui cum longe ab atrio cadaverum adstarent, lucernas candelabris superpositas videre, duosque invitatorium[49] canere matutinasque laudes ordinatim omnes persolvere pariter audiere; accedentes autem nihil omnino intellexere. Hoc ego cum subsequenti die nepti meae, quae Brigida [*]dicebatur, cura regens pastorali monasterium sancti Laurentii[50], referrem, in infirmitate sui corporis laboranti[c], protinus ab ea, nequaquam hoc miranti, tale percepi responsum: *Tempore Baldrici presulis, qui octoginta annos[51] vel plus Traiectensem[d] regebat sedem, in loco, qui[e] Deventeri dicitur, ecclesiam senio dirutam renovans benedixit ac presbitero suimet commendavit. Qui in una dierum valde diluculo ad eam pergens, vidit mortuos in ecclesia et atrio offerentes, atque audivit[a] cantantes. Quod mox episcopo ut primum is retulit, iussus ab eo in ecclesia dormire, cum lecto, quo requievit, sequenti nocte a defunctis eiectus est. Ob hoc idem trepidus apud antistitem talia queritur. Is autem precepit ei, ut cum sanctorum reliquiis signatus, aqua sancta aspersus, suam custodire non desisteret ecclesiam. Qui iussa secutus domini, iterum dormire in ecclesia voluit; sed stimulati timoris casu[e] sic iacendo evigilavit[f]. Et ecce solita venientes hora, elevaverunt eum, coram altari eum ponentes, et in favillas tenues corpus igne resolventes. Hoc ubi presul audivit, penitencia ductus triduanum indixit ieiunium, ut et sibi animaeque defuncti[g] succurreret. Multa, fili, de his omnibus, [*]ni infirmitas obstaret, dicere potuissem. Ut dies vivis, sic nox est concessa defunctis[h].*

Rom. 12, 3. Non oportet plus sapere mortalem, quam, ut sanctus ammonet Paulus, ad sobrietatem. Sed quia duo vel tres ad unum sufficiunt testimonium, haec quae novellis nostris evenere temporibus scripsi, ut discat incredulus, vera esse prophetarum oracula, e

Ies. 26, 19. (cf Ioh. 5, 28. quibus testatur unus: *Vivent*, inquiens, *mortui tui*[a], *Domine!* et alius[i]: Surgent mortui, qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei et laetentur. Quandocumque a viventibus haec audiuntur vel videntur, novum aliquid[k] signat, ut idoneum in multis approbat testimonium, cuius magnam partem scio, maiorem autem ignoro, sed verabus testimoniis credo. Fui ego in mea curte Retmerslevo[l,52] dicta, ubi 15. Kal. Ianuarii, 6. feria, in primo galli cantu magna lux ab aecclesia emicans, totum replevit atrium, sonitusque grunniencium more[m] auditur inmensus. Quod meus frater Fritherícus[a] cum satellitibus meis caeterisque huc convenientibus aspecxit[p], et ille, qui coram me dormivit, capellanus audivit. Hoc crastino cum comperirem, si umquam prius ibi aliquid tale contigerit, interrogans, semel hiis similia accidisse ab antiquissimis percepi, et in hoc anno[53] miserabiliter [*]compleri videbam in obitu domnae[a] Liudgardis[q] inclitae, ex una parte neptis meae ac ex alia nurus[r], et quod inter amicos precipuum est, familiarissimae mihi, de qua in sequentibus edisseram[s] enucleacius. Sepe mihi accidit, ut in nocte ligna incidi audirem, et semel defunctos pariter colloquentes ego et socius meus caeteris dormientibus manifeste percepi, et in his duobus signis

a) *add.* 1*b*. b) morte sua *addit Honorius* l. l. c) laborante 1*a*. d) *ita* 1*c*. *e corr.* e) que 1*a*. f) uigilauit 1*a*. g) defunti 1*a*. h) ut dies—defunctis *in* 1. *erasa sunt*. i) *Optime Thietmarum emendavit Honorius l. l.* et alius: (*sc. Daniel.* 12, 2.) Multi de his qui dormiunt in terrae pulvere, evigilabunt; et ipse Dominus: Mortui qui in monumentis sunt, audient vocem filii Dei et procedent. k) aliqđ 1. *saepius*. l) ratmaersleuo 1*c*. m) g. m. *add.* 1*b*. o) *ita corr.* 1*c*. satellibus 1*a*. p) c. *add.* 1*b*. *postea erasum*. q) *ita legisse videtur* 1; *sed erasis quatuor litteris* 1*c*. *corr.* lukardis. r) ac e. a. n. *add.* 1*b*. s) edissero 1*a*. 2.

49) sc. psalmum 99. 50) Videtur Monasterium monialium in nova urbe Magdeburg, bello tricennali penitus destructum, intelligere. Ceterum Calbe in suburbio quoque extitit monasterium monialium, S. Laurentio dicatum, et iam seculo X. a Bohemis destructum, cuius infra mentio occurrit. KIND. — Patrem ea habuit comitem Lotharium Walbeccensem. vide Io. Lud. Levin. Gebhardi aquilon. marchion. p. 29. WED. Brigida abbatissa obiit Dec. 30. v. Necrol. Merseb. 51) Sic cod. et Annal. Saxo a. 929. Rectius dixisset noster quadraginta octo. Baldericus enim episcopatui Traiectensi praefuit ab a. 928—977. Male igitur coniecit Wagnerus *ante* 80 *annos*. Fortasse Brigida dixit: *qui iam* 80 *annos natus*. 52) Rotmersleben. — Haec temporis descriptio quadrat tantum in a. 1002, quo sexta feria incidit in a. d. 15. Kal. Ian., nisi Thietmarus ipse erravit. BETHM. 53) sc. 1012. Novb. 13. Liukiard, filia Eccardi marchionis Misniensis, et uxor Wernharii comitis, cui Thietmarus noster patruelis fuit.

crastino[a] subsecuturum funus intellexi. Etsi ego fungar vice cotis, ferrum et non se exacuentis, tamen ne muti canis obprobrio noter, inlitteratis et maxime Sclavis, qui cum morte temporali omnia putant finiri, haec loquor, certitudinem[b] resurreccionis et pro qualitate meriti futurae remunerationis firmiter indicens cunctis fidelibus. Tres namque sunt animae, non equaliter incipientes nec simul finientes[54]. Prima angelorum incorporeorum, quae cum eis est sine inicio et termino. Secunda hominum, quae cum eis sumit exordium, sed in fine non habens participium. Namque inmortalis est, et ut quidam gentiles opinantur, in futuro non habens hoc officium, quod in hoc seculo. Tercia species est animae pecudum[c] ac volatilium, quae cum corpore parem inicii finisque sortitur equalitatem. Unde sicut in lege Moysi a Domino data[d] precipitur, ita verus christicola ab eorum sanguine nequaquam *pollui canonica auctoritate[e] proibetur. Multi enim sunt pauperes, qui hunc in usu commestionis habent, et se in hoc aliquid peccare ignorantes, sibi in hoc contradicentibus cunctis resistunt. Ergo tu homo, gloria et magno honore a Deo coronate et super omnia eiusdem opera constitute, da pre omnibus gratias altissimo, retribuens ei pro possibilitate tua, quae tibi fecit miseratione sua. Et ego repetam longius aberrata. Horat. Ep. II, 3, 304. 54 *fol. 7'.

8. Rex autem Avares[f] sepenumero insurgentes expulit[55]. Et cum in uno dierum hos inpari congressu ledere temptaret, victus in urbem, quae Bichni vocatur[56], fugit; ibique mortis periculum evadens, urbanos maiori gloria, quam hactenus haberent vel comprovinciales hodie teneant, et ad haec muneribus dignis honorat. Quociescumque contra Deum et seniorem suimet dum vixit se umquam superbiendo erexit, tocies humiliata potestate sua se ad emendationem condignam[g] inclinavit. Audivi, quod hic Romam causa orationis petens, plus pedibus quam equo laboraret, et a multis interrogatus, cur sic ageret, culpam profiteretur. 55 56

9. Anno dominicae incarnacionis 931 imperator effectus est[h.57]. Hic montem unum iuxta Albim positum et[h] arborum densitate[i] tunc occupatum excoluit, ibi et[k] urbem faciens, de rivo quodam, qui in septentrionali parte eiusdem fluit, nomen eidem Misni imposuit; quam, ut hodie in usu habetur, presidiis et *imposicionibus caeteris munit. Ex ea Milzenos[58] suae subactos dicioni censum persolvere coegit. Urbem quoque Liubusuam[l.59], de qua in posterum lacius disputaturus sum, diu possidens, urbanos in municiunculam infra eandem positam fugere, et se dedicios fieri compulit. Ex eo die, qua haec tunc incendio iuste periit, usque ad nostra tempora habitatore[m] caruit. Si quid in regno suimet, ut multi dicunt, is predatus sit, huic Deus clemens ignoscat. Insuper Northmannos et Danos armis sibi optemperantes[n] fecit[60] et ab errore pristino revocatos, cum rege eorum Cnutone[o.61] hos Christi iugum portare edocuit. Sed quia ego de hostiis eorundem antiquis mira audivi, haec indiscussa preterire nolo[p]. Est unus in his partibus locus, caput istius regni, Lederun nomine, in pago, qui Selon dicitur[q.62], ubi post 9[r] annos mense Ianuario, post hoc tempus quo nos theophaniam Domini celebramus, omnes convenerunt, et ibi diis suimet 99[s] homines et totidem equos, cum canibus et gallis pro accipitribus oblatis, immo- 931 *fol. 8. 932. 59 934. 61 62

a) *add.* 1*b*. b) pro certitudine *corr. manus recentior. Constructio haec est:* certitudinem resurrectionis et futurae remunerationis pro q. m. BETHM. c) paecudum 1*a* d) datę 1. e) actoritate 1. f) i. vngaros *supra versum addidit* 1*b. sive* 1*c.* g) anno — est. *add.* 1*b.* h) ex 1*a. corr.* et 1*b.* et ex 2. i) denscitate 1*a* l) *litterae* i *et* un *erasae* 1. Lubuzuam 2. m) *ita* 1*c.* habitore 1*a.* n) optĕrantes 1. o) Cnittone 2. p) *ita corr.* 1*b.* non placet 1*a.* q) lederun — dicitur *add.* 1*b. in loco vacuo.* r) VIIII. *in rasura ab incerta manu.* s) LXXXX 1*a* et VIIII *add.* 1*b.*

54) Hunc locum illustravit I. E. Wüstemann Error de aeternitate angelorum ad locum Dithmari lib. I. Chron. Eiusd. progr. de primis in Saxonia philosophiae originibus et de episcopo Merseb. Ditmaro Philosopho. Witeberg. 1760. 55) De Ungaris victis v. Ann. Corbei. et Quedlinb. a. 933. 56) Pichen s. Püchen iuxta Muldam fluvium inter oppida Wurzen et Eilenburg. 57) Nemo est, qui ignoret, Heinricum corona imperiali decoratum non fuisse. Noster ante oculos habuit Widukind. I, 39. 58) Milzeni in Lusatia superiori eiusque confinibus. Civitates eorum fuerunt Bautzen et Gorlitz. V. Ann. Hildesh. et Weissenb. a. 932. ubi Lonsicin (Lousicin?) et Losicin intelligenda videntur de Lusatia 59) Lebusa villa sita inter oppida Dahme et Schlieben, in districtu Schweidnitz provincia Saxoniae. 60) conf. Widukind. I, 40. De Danis subactis v. Ann. Augiens. a. 931. Corbeiens. a. 934. Adam Brem. I, 48 sq. 61) Harde Cnuth Wrm, teste Adamo Bremensi I, 47. 62) Leire apud Roeskild in Selandia.

63 lant[63], pro certo, ut predixi, putantes, hos eisdem erga inferos[b] serviturос et commissa crimina apud eosdem[c] placaturos. Quam bene rex noster fecit, qui eos a tam execrando ritu prohibuit! Acceptabilem enim Deo patri hostiam fert, qui humano
Exod. 23, 7. sanguini[d] parcit. Precipit enim Dominus: *Innocentem et pium[e] non interficias.*

10. Antiquum opus Romanorum muro rex predictus in Mersburg[f] decoravit lapi-
*fol. 8'. deo, et infra *eandem aecclesiam, quae nunc mater est aliarum, de lapidibus construi, et 14. Kalendas Iunii precepit dedicari[64]. Caeteras quoque urbes ad salutem regni, et templa Domino ob remedium animae devota mente fabricavit[g.65]. Post innumera
66 virtutum insignia[66] idem, decurso vitae suimet stadio, sextodecimo regni, aetatis autem suae sexagesimo anno, sexta Non. Iulii Miminlevo moritur, et in Quidilingaburch, quam ipse a fundamento construxit, sepultus, a cunctis optimatibus merito defle-
936. tur. Accidit[h] hoc anno dominicae incarnationis 936. Indolis* autem[i] relictae posteritatis tristia principum[i] corda laetificat, et certos voluntariae electionis hos fecit. Ve populis, quibus regnandi spes in subsecutura dominorum sobole non[k] relinquitur, et inter se facta dissensione et longa contentione aliquod consilium vel solamen cito non providetur![k] Si in consanguinitatis linea aliquis tali offitio dignus non inveniatur, saltem in alia bene morigeratus, omni odio procul remoto assumatur; quia maxima perdicio est, alienigenos[l] regnare: hinc depressio et libertatis venit magna
*fol. 9. periclitatio. Ab hoc, de quo dixi, Heinrico et successoribus suis usque huc *Saxones
67 elevati et in omnibus sunt honorati[67]. Quicquid[m] in hiis laudatur, ab equivoco eius, de quo scripturus sum vita comite, diligenter servatur, et post, ut vereor, finitur. Ergo quaecumque de hiis ullatenus[n] nunc preteream, vel vita deficiente indiscussa relinquam, successor karissime, compleas, et temporum qualitates scripturae memoria concludas. Ego peccator et in omnibus neglegens vacavi hactenus a bonis et studui in malis, sero ad ista et ad meliora[o] respiciens, animaeque memoriam salutarem nullo modo exercens. Postquam pastor effectus sum, docui subiectos verbis tantum, et non exemplis. Extrinsecus apparui bonus, interiora violans pessimis cogitationibus; de inmundo semine conceptus, volutabar in luto, ut immunda sus. Dicat aliquis: male laudasti te! cui respondeo, verum hoc esse, quod deteriorem me nescio[p]. Idcirco me sic arguo, ut agnitis vulneribus meis, succurras mihi[q] medicationibus necessariis, et ex magna parte consors mei sic adiuves in omnibus me, sicut velis exhiberi pro te.

11. Et inclita venerabilis gesta Mahtildis[q], quae post excessum senioris sui
*fol 9'. sumopere fecit, equidem paucis comprehendam ad imitationem bonam *fidelibus cunctis;
2Macc. 12, 46. quia sancta est, ut scriptura docet, et salubris cogitatio. pro defunctis orare et elemosinis absolutionem hiis[s] impetrare. Legimus, quod[r] unius captivi vincula, quem[t] uxor sua putans mortuum assiduis procuravit exequiis, tocies solverentur, quocies pro eo acceptabiles Deo patri hostiae[t] ab[u] ea offerrentur[v], ut ipse ei post retulit, cum domum suam liber revisit. Hoc exemplo domna Mahtildis[w], viro suimet vinculo momentaneae mortis depresso, succurrit, non solum pauperibus, verum eciam avibus victum
68 subministrans[68]. Congregationem quoque[a] sanctimonialium in die tricesima in supra memorata urbe statuit, et huic quantum ad victus et sui vestitus necessaria suppetebat,
69 ex sua proprietate, laudantibus hoc suimet filiis, concessit et scriptis confirmavit[69].

a) *add.* 1*b*. b) e. i. *add.* 1*b*. c) a. e. *add.* 1*b*. d) sanguine 1*a*. e) impium 1*a*. f) in mesburg *corr.* mersburg *add.* 1*b*. g) *Cod.* 2. *et Ann. Saxo addunt:* Hic in nova Corbeia aram sancti Viti martyris auro et gemmis variis mirifice ornavit hortatu Mathildis coniugis sue. h) *Sequentia usque* ad imitationem bonam (*cap. sequ. init.*) *in rasura, quae complet folii* 8' *partem dimidiam et folium* 9 *rectum, scripta sunt, sed eadem, qua antecedentia manu.* i) principium 1*a*. *saepius.* k) providebitur 1*a sed erasum* bi *incertum a quo.* l) aligeninos 1*a*. aligenienas 1*c*. m) quicqa 1. n) *ita* 1*c*. ultenus 1*a*. o) et ad m. *add.* 1*b*. p) aliquem *add.* 1*c*. q) machtildis 1*a*. mechtildis 1*c*. r) ut 1*a*. s) *ita* 1*b*. *deleto* et. t) ostias 1*a*. hostias 1*b*. hostie 1*c*. u) hab eo 1*a*. v) offererentur 1*a*. offerrentur 1*b*. 2. offerri procurarentur 1*c*. w) machtildis 1*a*. mechtildis 1*c*.

63) cf. Adam. Bremen. de situ Daniae cap. 27. et I. Grimm Deutsche Mythologie p. 28. sq. 64) Calend. Merseburg. Maii 22: *In Mersburg dedicacio ecclesie infra monasterium constitute.* 65) cf. Widuk. I, 35 66) *Insignia virtutum* Chronogr. Sax. a. 974. Ann. Quedlinb. a. 999. supra pag. 76. l. 36. 67) cf. Widuk. I, 39. 68) V. vitam Mathildis cap. 4. 69) Monasterium S. Servatii Quedlinburgi. V. fundationem eiusdem a. 937 Sept. 13. Ipsa civitas Quedlinburg fuit in dotalitio Mathildis reginae V. chartas regis Heinrici a. 929 Sept. 16. et Ottonis imperatoris a. 961 Iul. 15. *) pro *Indoles;* talia saepe occurrunt.

Asserunt nonnulli, eandem hoc sumopere diu enisam[a] fuisse, quod iunior filius suimet Heinricus patris sedem possideret. Sed hoc Deus, electos sibi ad unaquaeque semper prēordinans, noluit, nec summatum optima pars consensit[c], sed racione prudenti et ideo facile suadenti, haec merentis reginae animum paulo minus a proposito declinavit, et huic[d] Bawarios ad tuendum apcius assignari, prehabito sibi nato maiori, consuluit.

12. [fol.10] Anno dominicae incarnationis 923. indiccione 11. regni autem primi regis Heinrici 5. venerabilis Sigimundus[e], sanctae Halverstidensis aecclesiae antistes sextus, ab Arnulfo rege ibi positus, anno regni suimet 7.[f] 19. Kalendas Februarii obiit[g], cui Bernhardus, eiusdem capellanus, successit, sicut ei prius vir sanctus predixit. Namque is diu infirmus videt in somnis, quod baculum pastoralem e manibus suis elapsum Bernhardus pone sequens elevaret et in aperto portaret. Et expergiscens vocavit eum ad se, dicens: *Vade ad curtem regiam, sumens ex mea parte, quae tibi sint ad haec necessaria, et acquire gratiam et auxilium ibi optime valentium, ut tibi liceat sine omni offensione mihi succedere. Providebit enim haec omnia tibi[a] Deus, dilecte fili!* Edictum amati senioris obeditione humili Bernhardus mox complens, dum a rege Heinrico reverteretur, comperit, dominum suimet et patrem de hac luce tricesimo ordinationis suae anno ad Christum migrasse; et mox repedans, predicti regis munere, quod postulat, consequitur. Positum est autem corpus prefati presulis in dextera parte altaris Christi protomartiris in gradu preiacenti[e], ut ipse antea premonstravit, non iacendo, sed supra cathedram sedendo, sperans se patroni suimet intercessione sancta et benediccione sacerdotali perpetualiter muniri.

13. [fol.10] Qualiter misericors Deus predictum regem in diebus suis respexerit, quamvis de Pierio fonte[70] nil umquam biberim, cunctis tamen[a] fidelibus innotescam. Fuit in occiduis partibus quidam rex, ab incolis Karl Sot, id est stolidus, ironice dictus[b], qui ab uno suimet ducum[71] captus, tenebris includitur carceralibus. Hic Heinrici regis nostri, nepotis autem sui, inplorans auxilium[i], dexteram Christi martiris Dionisii, et cum ea omne regnum Luthariorum, si ab eo liberaretur, sibi traditurum sacramentis promisit[72]. Nec mora, inclitus miles invictricibus se armis circumcingens, proximum laborantem visitat, et in erepcione eius ac restitucione dignus operator mercedem suam promeruit, et honorem pristinum sibi suisque successoribus in tantum adauxit.

14. Sed quia homo unusquisque proclivior est ad labendum, quam natura suimet muniatur ad standum, quam miserabiliter iste semel deliquerit, ad terrorem et ad devitandum piis non taceam. In cena Domini nimis inebriatus, in sequenti nocte uxori suae multum repugnanti diabolico instinctu inlicite coniunctus est. Hoc factum auctor tanti sceleris et humanae salutis irretitor, Satanas, cuidam venerandae sic prodidit matronae: *Mahtild[k] regina nuper hortatu meo maritali consentiens[l] voluptati, concepit filium,* [fol.11] *sine omni dubio meum; et tu vide, ut tantum optime celes commissum.* Haec multum ob hoc clam tristis effecta[m], predictae hoc celeriter adnunciavit reginae, ammonens, ut semper episcopos atque presbiteros secum haberet, et in ipsa pueri natitate sacri baptismatis unda ablueret, quicquid[n] in eo sibi dilectum[o] accidisse[p] demon infaustus iactaret. Et sic Deo[q] gratias egit. Videns autem daimon, id est omnia sciens, se prorsus esse delusum, domnam increpavit supra memoratam, talia subnectens: *Etsi mea nunc sit voluntas tuis frustrata[r] blasfemiis, tamen in hoc profeci, quod ex eo et ex omnibus de lumbis eiusdem umquam progredientibus numquam deerit mea comes discordia, nec proveniet eis pax firma.* Mendax ille et veritatis inimicus haec pro voluntate sua dixit, et, ut spero, non pro adimplecione. Multi autem affirmant, ut in sequenti dictatu apparet, quod sub eius et filii suimet temporibus crebra fieret commotio, et quietis parva certitudo. In diebus vero hiis, quibus regnare cepit tercius in

a) *add.* 1b. b) e *erasum* 1. c) summa optimatum pars concessit 2. d) hunc 1a. 2. e) us 1b. *in loco raso.* f) ab Arn. — VII°. *in ima marg. add.* 1b. *erasis quae antea lineae superscripta fuerant.* g) in g. p. *add.* 1b. h) *ita* 2. *in codice* 1. *inter* rex *et* qui *totus paene versiculus erasus est, quem eadem quae cod.* 2. *verba continuisse, ex spatio verisimile fit. Vocabulum* ab *et ultima sententiae littera* s *patent.* i) *ita* 1c. aulium 1a. k) mechtild 1c. l) manitalit sentiens 1a. m) effectum 1a. *sed* m *erasum et littera* u *superscriptum* a. n) *ita* 1. 2. ne quid *corr.* 1c. *falso.* o) delictum 2. p) accidisset 1c. 2. q) populo 1a. r) frustata 1.

70) *Fontes Pierii.* Statii silvar. I. Epithalam. v. 6. 71) Heriberto Viromandiensi comite. cf. Widuk. I, 30. G. Waitz Iahrbücher ad a. 921 et 923. 72) Widuk. I, 33.

numero ducum Heinricus, et in ordine sceptriferorum secundus, tunc illa filex iniquitatis exaruit, et pacis bonae flos virens enituit; et si quid[b] prioribus huic[c] simile in aliquo nunc accidit, hoc non culpa sui, sed instigatoris fuit impii. Legimus, quod omnia tem-
*fol 11 pora *tempus habent, sed non omnia, id est a Deo nullum esse viciis locum ab inicio
Eccles. constitutum; et quia fragilitas carnis sine aliqua contagione non valet esse, a capitalibus
3, 1. se criminibus abstineat, et in sollempnitatibus[e] universis mundiciam servet. In legitimis
1 Cor. coniuncionibus non esse delictum aliquod, scriptura testatur; et hoc cum observatione
7, 28. festivitatum honoratur, et nulla periculi inminentis procella turbatur. Ad haec amplius approbanda unum profero exemplum. Quidam vir, Uffo nomine, civis[d] Magadaburgensis, nimia ebrietate compulsus, in sancta sollempnitate[e] Innocentum, coniugem suam Gelsusam consentire sibi coegit, quae eadem nocte a viro alligata suo, cum in congruo tempore pareret infantem, in pedibus digitos habentem retortos, obstupuit[f], et accersito protinus ad se marito, miraculum ostendit. Culpaque amborum hoc evenisse ingemiscens: *Nonne*, inlit, *predixi, ne sic faceres? Ecce, ira Dei se nobis manifestat, et ne sic ulterius agamus, atrociter rogat. Peccatum tibi magnum est*[g], *iniusta mihi precipere, et mihi, obedienciam tibi exibere*[g]. Postquam autem infans baptizatur, inter innocentium agmen de hoc exilio deducitur. Bene est in perpetuum illo[h], qui tali utitur contectali,
*fol. 12 quae pro absente infatigabiliter orat marito, et presentem, oblita sexus, ut se *custodiat, ortatur.

15. Eo[h'] tempore, quo supra memoratus[i] rex[i] maxime vigebat, fuit in Bawaria quidam[i] dux[i], Arnulfus[i] nomine, precluus in mente pariter et corpore[i], qui[i] omnes episcopatus in hiis partibus constitutos sua distribuere[i] manu[i] singularem habuit potestatem; sed cum hic[i] post[i] varios[i] virtutum suimet ornatus vitam hanc finisset[i], non[k] successoribus[i] suis tantum reliquit honorem. Quin[i] potius[i] reges nostri et imperatores, summi Rectoris[i] vice in hac[i] peregrinacione prepositi, hoc soli ordinant,[i] meritoque pre caeteris pastoribus suis presunt, quia[i] incongruum[i] nimis est, ut hii, quos Christus
73 sui memores huius[i] terrae[i] principes constituit, sub aliquo sint dominio[i] absque[i]·[73] eorum, qui exemplo Domini benediccionis et[i] coronae[i] gloria mortales cunctos precellunt. Audivi[i] tamen[i] nonnullos[i] sub ducum, et quod plus doleo, sub comitum[i] potestate[i] magnam sustinere calumniam, quibus nil[i] licitum[i] est, nisi quod seculi amatoribus prodest. Impia namque potestas cum Deo id consenciente recte dominantes premit, dilatata crudelitate mox furit.

*fol. 13 16. *In palacio predicti regis accidit res una mirabilis. In conspectu tocius populi presentis quidam canis, dum eminus hostem suum consedentem agnosceret, propius accedens, dexteram eiusdem rapido morsu ex inproviso abstraxit, et quasi optime fecisset, cauda reverberante mox rediit. Mirantibus hoc cunctis et admodum stupentibus, ab hiis miser is, quid fecerit, interrogatur. Quibus ilico respondit, divina ulcione id sibi merito evenisse, et prosequitur: *Inveni*, inquiens, *virum, huius canis dominum, fesso corpore dormientem, et infelix occidi eum, multas tunc ab isto, qui me modo lesit, persecutore impugnaciones perpessus; et quem tum vix evasi, nunc ista sperans prorsus oblita, culpabilis occurri. Scio deinceps, quod aut hic aut in futuro examine unusquisque reus sine subsequenti poena*[m] *non latet ullatenus.*

17. Multa sunt, lector carissime, regis nostri ac imperatoris predicti facta memo-
74 riae semper viventi admodum digna; sed[a] quia haec, sicuti fuere, concludere[74] nequeo, tristis omitto, quia hic, sicut predixi, de nostris regibus nomen et in omni virtute sua principatum iuste optinuit. Parvum de magnis eiusdem operacionibus librum habeo
*fol. 14 inscriptum,[75] sed spero memoriale eius in libro vitae asscriptum *fore, qui precursoris Christi, inter natos mulierum, ut Christus dominus ac Deus noster affirmavit, maximi,

a) *add.* 1b. b) qđ 1. *saepius.* c) sollepn. 1. d) cives 1a. e) in s. s. 1b. *in loco raso.* f) obstipuit 1. obstupuit 1c. g) non e 1a. h) illi 1c.? h') *In codice* 1. *folii* 12, *quod verba:* custodiat *usque ad* mox furit *novemdecim versibus continet, versus sedecim priores truncata margine mutili sunt. Quae abscissa sunt, ex codice* 2. *supplevimus. Post hoc caput in cod.* 1. *folii* 12 *versa et sequentis recta pagina vacua relicta est; sed neque deest quicquam, neque manus mutatur.* i) oratus rex, dam dux ar, corpore qui, stribuere ma, ic post vari, ss non suc, nin potius, ris vice in hac, dinant meri, quia incongru, huius terrae, ominio absque, et coronae, ivi tamen non, itum po, il li *ex* 2. k) *ita supplendum esse locus* 3 *litteris sufficiens indicat.* successorum suorum nulli 2. m) o *erasum* 1.

73) *i. e.* praeterquam URS. 74) sc. scripturae memoria, ut supra cap. 10. 75) *i. e.* scripsi.

fidelis famulus erat, et in nostra urbe fundamentum subsequentis culturae primus posuit; et quicquid umquam huic ullatenus superedificatur, laudi eiusdem merito signatur. Eligans[b] namque ortus ac finis bonus, ubicumque id fieri potest, optime concordant; ac si hoc in omnibus compleri nequid, laudemus Dominum in hoc quod fecit, et maiestatem suam ut assummum[75] perducere dignetur, benignitatem suam suppliciter orent quique fideles, et maxime tu, Merseburg inclita, cum spirituali prole tua, in tempore dilecti senioris tui, more cipressus[76] pre caeteris comprovincialibus tuis exaltata.[a] Age grates continuas Deo, et ut in te bona quaeque divino moderamine perficiantur, studiosa in timore dominico semper adoptato.[77] Mos est enim malorum, inmemores esse bonorum, et hoc vertere in peius, quod creare dignatus est Omnipotens in melius. Si aliquid predicto operi ego umquam addere queo, nullatenus cessabo. Sin autem, si quis tanti rectoris nostri sit aliquantulum in bono memor, sit ei propicius omnium qui sunt Exauditor! Primus iste codicellus clausus sit primi morte Heinrici.

LIBER II.

[a]Otto, decus regni, de stemmate cretus herili [f. 14'.]
Heinrici patris, fulgebat ubique coruscis
Actibus, et solium concenderat inde paternum[78]. 78
Huic primo multi contradixere maligni
Invidia, cunctos quos vicerat iste superbos
Famine divino, quod semper poscit ab alto.
Non fuerat tantus Caroli de morte patronus,
Nec puto simili regnum pastore potiri.
Episcopatus construxit denique senos.
Hic Beringerum superans virtute superbum,
Longobardorum sibi subdit colla furentum.
Imperatorem fecit sibi Roma potentem
Hunc, et maritimi solvunt tributa remoti.[79] 79
Pacis amicus erat, bellum lateque premebat.
Occidentales sedat Danosque feroces.
Partibus Eois tunc non apparuit hostis. cf Hor. I, 35, 31.
Maximus in sceptro ter denos sedit et octo
Annos[80] in regno. Tunc discesserat[d] Otto,
Flebilis heu patriae, simul invincibilis, atque
Linquens hic post se tunc contectalis amicae
Pignus et gnati, quo laetabantur amici.

I. [a]Omnes rei publicae principes magnum reginae Mathildis[e] merorem lenire cupientes, Ottonem, filium eius, patris sui decreto ac peticione uno ore in regem sibi et dominum elegerunt, elevatis dextris conclamantes:[81] *Vivat et valeat rex victor in eternum!* pariterque cum eo ad Aquasgrani proficiscuntur. Quo cum appropiarent, omnis senatus obviam perrexit, fidem cum subiecione promisit, et ad sedem eum ducens usque inperialem, statuit eundem in loco priorum, in regem sibi conlaudans, ac Deo tunc gratias agens. Hunc Hillibertus, Mogantinae cura[f] cathedrae, cum licentia Wigfridi, sanctae[g] Coloniensis archipresulis, in cuius diocesi hoc fuit, et[a] auxilio Treverensis benedixit, anno dominicae incarnationis 936°[h] in aecclesia sanctae Mariae semper [f. 15. 936.] 81

a) *add* 1*b*. b) elegans 1*c*. c) *Sequentia usque ad finem carminis a Thietmari ipsius manu profecta videntur; sed non extra dubium hoc est.* d) discerat 1*b*. (*videtur enim hoc carmen in codice Thietmari ipsius manu scriptum*) *sed ipse corr.* disceserat. e) mechthildis 1*c*. *saepius*. f) curator 2. g) sedis *add.* 1*c*. h) a. d. i. DCCCCXXXVI° *addidit* 1*b*.

75) i. e. ad summum. 76) Lapsus pennae ut videtur pro cedro. 77) i. e. exoptato. 78) cf. Ann. Quedlinb. a. 937. 79) Populi in ripa maris habitantes veluti Frisones; seu ultra maria siti, veluti Graeci. V. Ann. Quedlinb. a. 944. 80) Rectius 37 annos, sc. ab a. 936 Aug. 8. usque ad a. 973 Maii 7. 81) Ex Widukind. II, 1.

936. virginis, quam cum omni diligentia magnus construxit Karolus. Confortatus in Deo tunc et in regno sceptriferorum maximus[82] Otto, coniugem suam Editham, Ethmundi
83 regis Anglorum filiam[83], hanc timoratam, quam patre suo adhuc vivente duxerat, consecrari precepit. Huius prospera multa turbabant adversa. Nam Boemiorum ducem
f. 15'. Ventizlavum[b] Bolizlavus nefandus fratrem Deo ac regi perimens fidelem, restitit multo tempore audacter, et postea devictus est a rege viriliter; fratri suimet Heinrico, Bawa-
938. riorum duci, ad serviendum traditus[c] est. Avares quoque patri suimet quondam contrarii, sed diu pacificati, iterum insurgunt, celeriterque fugati redeunt. Discordia etiam inter concives consociosque oritur non minima, quae Tammonem,[d] regis et Liudgerdae[e] concitavit filium, eo quod legatio Sifridi comitis Merseburgensis, quam sibi idem vende-
oaverat, Geroni sit tradita marchioni[a], hereditasque materna sit ei prorsus ablata. Hunc rex in Eresburch obsedit, filiumque[f] ab iniqua presumptione terroribus et blandiciis[g] amovere curavit. Sed exercitus capta urbe ingressus, iuvenem prefatum usque in ecclesiam sancti Petri,[84] ubi prius ab antiquis Irminsul colebatur, bello defatigatum depulit.
fol. 28. Ad ultimum autem Maginzonis[h] hasta de fenestra tyro perfossus a tergo, secus aram
85 oppeciit;[85] quem rex postea crudeli morte vindicaverat, secundo regni suimet anno.[i]

2. Quaecumque ei publice vel occulte provenere nocentia, divinae miserationis gratia ac intercessione suimet sanctissimae contectalis Aedithae[k] assidua securus evasit.
f. 16. Cuius instinctu[l] Magadaburgensem [m]aedificare[m] cepit civitatem, ad quam reliquias Christi martyris Innocentii cum magno adduxit honore.[86] Nam urbem hanc ob eternae remu-
87 nerationis gratiam patriaeque communis salutem[87] et acquisivit atque construxit. Iuvit eum ad hoc beatae Edith memoriae, quibuscumque potuit; quae innumera virtute predita, ut signis post obitum claruit, inducias vitae istius sibi concessas Deo hominibusque accepte perduxit. Fuit haec cum viro suo 19[n] annos, ordinationis suaeque obiit
936. II. anno, 7. Kalendas Februarii, unicum relinquens filium nomine Liudulfum, cunctis viribus fulgentem; sepultaque est in civitate prefata in maiori aecclesia, in oratorio
88 aquilonari.[88] Rex autem in venatione, qua sperabat se paululum refocilari, turbabatur vulnere loetali, inauditumque sustinuit merorem, quo ab adventu dilecti compescuit[o] filii. Qui ramosam Samii Pitagorae litteram, humanae motus vitae signantem, lauda-
(f. Hor. I, 26, 17.) bili puer simplicitate[p] percurrit ad bivium, et dextrum iter aggressus,[89] virgulam bre-
f. 16'. viorem, tamen potiorem, de die in diem ut virens hedera exurgit, et in omnibus patrissans, nobilitatem moribus in tantum ornavit, ut cunctis primatibus, quod laus
(Hor. Ep. I, 17. 35.) est non ultima, placeret. Unde patris gratia sibi in tantum arrisit, ut hunc communi tocius senatus electione honoris consortem atque laboris decerneret successoremque firmaret.[90] Desponsavit etiam illi Idam, Hirimanni ducis filiam, pulchritudinem et sexum omni probitate vincentem. Quam cum sibi pater vinculo maritali coniungeret,
91 modicum post intervallum soceri ducatum et hereditatem defuncti sibi dedit.[91] Tanti patris ac filii temporibus quantum vigeret regnum, difficile est ulli ad enucleandum.[92] Venerabilis autem regina Mahthildis, constructo, ut predixi[q], in Quidilingeburg mona-

a) *add.* 1*b*. b) uuenzlaum 1*c*. c) *ante* traditus *duae litterae* (et?) *erasae* 1. d) tommonem 1*a*. e) Hateburgae 2. *recte*. f) fratremque 2. *recte*. g) blandicis 1. h) a. m. *in loco vacuo add.* 1*b*. i) s. r. s. a. *add.* 1*b*. k) a *erasum* 1. l) instintu 1. m) a *erasum* 1. *et ita saepius*. n) X et VIIII. 1. o) compescitur 1*c*. p) simplitate 1. q) ut p. *add.* 1*b*.

82) *Regum maximus* de Ottone Wid. II, 1. Similiter de Heinrico I, 41. 83) Rectius Eadwardi filia, Ethmundi soror; quem errorem debet noster Widukindo I, 37. 84) V. Widukind. II, 11. 85) *Maincia . . per fenestram . . lancea a tergo perfossum secus aram extinxit Thancmarum.* Widukind. l. l. 86) Constat urbem Magadaburch iam in capitulari Karoli magni a. 805. laudari. Civitas ergo nostro hic audit pro ecclesia seu monasterio. Conf. cartas ipsius Ottonis regis super fundatione et dotatione ecclesiae S. Petri, S. Mauritii et S. Innocentii Magdeburg. de a. 937 Septb. 21 et 27. Urbem hanc ab Ottone coniugi suae Edithae pro dote oblatam esse, testatur Chronogr. Saxo a. 929. 87) cf supra I. 10. *ob regni salutem.* conf. II, 14. 88) Ex Widukind. II, 41. 89) Eadem imago occurrit in Ann. Quedlinb. a. 999. Nostro versus Persii (sat. III. 54) noti fuisse videntur: *Et tibi quae Samios diduxit littera ramos Surgentem dextro monstravit limite callem*; et eiusdem (sat. V. 34 sq.) *Cumque iter ambiguum est et vitae nescius error Diducit trepidas ramosa in compita mentes*, sive Ausonii Idyllion de litteris monasyll. *Pythagorae bivium ramis pateo ambiguis.* 90) *Facto testamento creavit regem post se.* Widukind. III, 1. 91) Widuk. l. l. c. 6. 92) *Imperium cum filio quam magnifice dilataverit, nostrae tenuitatis non est edicere.* Widuk. l. l. c. 63.

sterio, congregationeque sanctimonialium ibi collecta, fideli erga Deum servitio promeruit, quod virtus filii in omnibus floruit.

3. Interea Beringerus, Luthuvici[b] invasor regni, Ethelheidam[c] eiusdem viduam[93] 951.
12. Kal. Mai. captam Cumis[d] depredavit[94], et cum custodia ac inedia lacrimabiliter afflixit.[95] Huius laudabilem formam et famam rex noster animadvertens, Romam pergere simulavit, in ipsoque itinere Longobardiam usque perveniens, profatam per legatos[e] alloquitur dominam, fuga tunc aelapsam a custodia[f], et donis precedentibus placatam suae voluntati consentire coegit, pariterque cum ea *Papiam vendicavit civitatem. Qua de re Dudo[g 96], filius eius, admodum tristis effectus, ad nostrates properavit, locisque quae ad Saleveldun pertinent abditis doloque idoneis occultavit[97]. Post haec rex Papia presidio munita, dispositisque ibi rebus necessariis, revertitur; quem Beringerus cum duce Conrado subsequitur[98], regisque gratiam urbe Augustana sua 952
filiique deditione promeruit, simulque reginae iram supplici venia placavit, bonaque cum pace patriam revisit[99]. Rex autem Franciam regendo perlustrans, latentes insidias, quae a filio generoque Hugone[1] parabantur, comperit,[2] moxque eis per internuntios haec[e] ira dictante mandavit, ut vel tanti facinoris auctores sibi mitterent, vel se potestatis regiae inimicos pro certo scirent.[3] Quos huiuscemodi legationi connivere[h] nolentes, collecto exercitu usque in Magonciam persequitur, universis urbibus, 953.
quas natus[e] possedit, aut captis aut dediciis[4], hacque manu valida circumsepta[i], rebelles assiduo multum fatigavit bello. Datis tunc lectis ex utraque parte obsidibus,[5] pater cum filio loquitur, ac sui gratiam, si consocios talia machinantes aperiret et *sibi traderet puniendos,[6] daturum spopondit.[k] Hoc cum iuvenis facere *f. 17v.
nec posset neque voluisset, eo quod apud suos fidem cum iuramento polluere noluisset,[7] a patruo convitiatus Heinrico,[8] urbem rebellaturus ingreditur,[9] Ekbertumque comitem cum multis patrui militibus sibi associavit,[10] et clam noctis silentio 10
cum suis omnibus exiens, Ratisbonam, quae Reinesburg dicitur, Bawarii caput regni, cum urbibus munitissimis cepit, ductricem Iuuthitam solum cum filiis ab his expellens finibus.[11] Thiedricum insuper ducem ac Wigmannum comitem, in presidium ad Magontiam denuo possidendam arma commoventes, patre se subsequente,[12] pecunia 12
per legatos amovere temptans, Thiedrico nequaquam asspirante, Vigmannum blandiciis delinitum celeriter corrupit.[13] Interim rex, parata in expeditionem militia Bawariam petens, clausis sibi omnibus murorum portis, eadem regione depopulata atque combusta, rediit.[14] Tunc Dudo[l] patri suimet ac regi resistere desperans, Avares 951.
pharetratos conduxit in socios; quod regem protinus non latuit. Namque cum signis militaribus obviam pergit inimicis insurgentibus[15]; sed aliter ei, quam quisquam ratus sit, pro dolor! evenit. Hii siquidem ducibus iniquis per aliam directi viam, Franciam invaserunt, *miserabiliterque vastaverunt.[16] Sed si quis secreto mentis seu 16
viva voce requirit, unde talis oriatur extraneis audacia, ut tam habitatas longeque semotas presumant infringere regiones: quantum scriptis umquam didicimus vel per

a) *add.* 1*b*. b) ludhuuici 1*c*? c) adhelheidam 1*c*. d) XII. — cumis *add.* 1*b*. e) legatas 1*a*. f) fuga — custodia *add.* 1*b*. g) Ludolfus *hic et paulo post* 1*c*. h) connivere 1*c*. i) circumseptam 1. k) spopondit 1*a*. l) Ludolfus 1*c*.

93) Widukindum (l. l. c. 7.) et in hoc secutus Thietmarus Aethelheidis maritum priorem *Lotharium* errohee appellat *Ludovicum*. 94) Calendarium Merseburg. 12. Kal. Mai. *Eodem die capta est Aedelheid imp. Cumi a Berengario rege.* 13. Kal. Sept. *Eodem die liberavit Dominus Aethelheida(m) regina(m) de vinculis.* 95) Ex Widukind. l. l. 96) Dudo nihil esse videtur quam contracta nominis Liudolfi (primitus fortasse, Lappenbergio monente, Thiodulfi, quod idem significat quod Liudolfus) forma; ita enim Liutolfus aut Liutoldus episcopus Augustanus (cf. Ann. Aug. a. 989.) in Ann. Einsiedl. a. 988 Tuto et Tôto appellatur (supra p. 143).; Liudgardis vero, Liudolfi soror, in tabula gen. (p. 215.) Dudicha audit. WAITZ. 97) Ex Widuk. c. 9. 98) Indidem c. 10. 99) Indidem c. 10 f. et c. 11.
1) Gener Thietmaro nostro est affinis, maritus sororis. Hic vero Hugonem, ducem Francorum occidentalium, qui Hathuvin, regis Heinrici filiam duxerat, confundit cum Conrado, duce Francorum orientalium, cui Otto filiam suam Liudgardam in manus dederat. 2) Widuk. l. l. c. 13. 3) Ind. c. 15. 4) L. l. c. 18. 5) L. l. c. 19. 6) Idem l. l. c. 18. *fautores insidiarum expostulat.* 7) L. l. *Illi autem iuramentis vicariis obligati... hoc omnino negabant.* 8) Ibid. l. l. *motus Heinricus adversus adolescentem* 9) Ibid. l. l. *adolescens .. urbem ingressus est.* 10) Ibid. c. 19. 11) Ibid. c. 20. 12) Ibid. c. 21. *rege filium in Bavariam subsequente.* 13) Ibid. c. 24. 14) Ibid. c. 26. 15) Ibid. c. 30. 16) Ibid

951. nos scimus, audiat respondentes, quia consensu divino hii facinoribus nostris accenduntur in vindictam Dei, nosque admodum territi fugimus ignavi iniusticia nostri, fitque tunc, ut qui in prosperis sprevimus timorem Dei, merito sustineamus flagellum Domini, ac invocantes Deum non exaudimur, qui offensam placare supernam nullo modo conabamur. Inde accidit, ut Germania, caeteris comprovincialibus suis inpar, viribus his succumberet; quis murus dicitur esse, quodcumque[c] valet sagittis obstare.[17] Commotus tandem Deus meritis iustorum gemituque miserorum, fugavit turbam perfidorum; et rex eos iterum alió quam putaret divertentes insecutus, Bawariam rursus invadit. Qui mox de pace tractantes, induciasque petentes, impetraverunt.[18] Et semper dubii suisque infideles dominis, cum se apud regem excusare non possent, cum Liudulfo seniore suo nota Reinesburg presidia palantes[d] petunt. Quos rex exercitu valido subsecutus, predicta possedit in *urbe;[19] factaque mutuo longa concertatione, tandem grandi[a] famę[20] filium suosque pacem petere coegit.[25] Post haec Dudo[e] cum Hugone[f] penitentia ductus, patris pedibus advolvitur, de preteritis veniam et de presentibus supplex poscit emendationem, de futuris quoque cautelam spopondit[g].[22] Hunc rex suorum devictus consilio principum suscepit, commissaque remittens, suimet gratiam firmiter dedit.[23] Restituit tum fratri suo regnum diu amissum, pacificatisque, ut speravit, adversis omnibus, Saxoniam victor repetit.[24]

955. 1. Et[a] ecce iterum Avares[b], quasi iam perpetrati sceleris obliti, adversum nos arma commoverant; quos adventare dux Heinricus regi nuncians, inceptis eum itineribus revocavit.[25] Rex autem ad Augustanam universos suimet familiares ad se convocat civitatem, affirmans se mori malle quam tanta plus perpeti mala[a].[26] ortaturque[i] suos, premia promittens cum gratia cunctis se[k] faventibus poenamque[l] fugientibus. Collegit undiquessecus octo tantum legiones,[27] quas adversum hostes dispositas consolatur, morientes ibi remuneracionibus demulcens aeternis, vincentes autem presentibus delectamentis. Quarum extremitates hostis acer iuxta Lech fluvium celerem[a] latenter circumeundo *incautas opprimit, cesis tunc pluribus ac despoliatis. Hoc rex ut comperit, Conradum ducem cum suis pone misit, qui captivos cum omni preda ex lupi raptoris faucibus eripuit, victoriaque[m] potitus castra revisit.[28] Postera die, id est in festivitate Aug. 10. Christi martyris Laurentii, rex solum se pre caeteris culpabilem Deo professus atque prostratus, hoc fecit lacrimis votum profusis: si Christus dignaretur sibi eo die tanti intercessione preconis dare victoriam et vitam, ut in civitate Merseburgensi episcopatum in honore victoris ignium construere domumque suimet[a] magnam noviter inceptam sibi ad aecclesiam vellet edificare. Nec mora, erectus a terra, post missae celebrationem sacramque communionem ab egregio porrectam Othelrico confessore suo, sumpsit rex[a] clipeum lancea cum sacra, milites in hostem precedendo, resistentemque primus inrupit, ac[a] mox terga vertentem usque ad vesperam prostravit ac effugavit.[29] Peracta tandem[a] cede, virentibus pratis victrice cum turba rex considens, diligenter inquirit, si ab exercitu suo[a] aliquis remaneret. Comperit tum, ducem Conradum, generum sui[n] et egregium militem, oppeciisse; cuius corpus merito defletum atque diligenter procuratum Wormatiam misit tumulandum.[30] Insuper nuntios sanctae premiserat matri, qui cuncta *ordine pandentes, eam cura solverent, mentesque fidelium in laudem Christi pariter accenderent. Tantum divinae pietatis donum omnis christianitas, maximeque regi commissa, ineffabili suscepit tripudio[31], gloriam et gratiam spallens unanimiter in altissimis Deo.

a) *add.* 1*b*. c) *ita* 1. 2. Is m. d. c. quicumque *radendo correxit proculdubio* 1c. *cum* 2. *nostram lectionem exhibeat.* d) *ita* 1*b*. fugientes 1*a*. e) Ludolfus 1c. f) *Lege* Cunone g) spospondit 1*a*. h) id est ungari *add.* 1c. i) hortaturque 1c. k) sibi 1c. l) o *erasum.* m) que *add.* 1*b*. n) generum sui *add.* 1*b*.

17) Similiter Widukind. III, 46, qui secutus est Sallustium in Catil. c. 54. *Audacia pro muro habetur.* 18) Widukind l. l. c. 31. 19) Ibid. c. 34 et 36. 20) Ibid. c. 36 fin. 21) Ibid. c. 37. 22) Ibid. c. 40. 23) Ibid. c. 41. 24) Ibid. c. 43. 25) Ibid. c. 44 init. 26) Terent. Eunuch. I, 1, 3. *Non perpeti . . contumelias.* 7. *ubi pati non poteris*, 21. *mori me malim.* 27) Ibid. c. 44 med. 28) Ibid. c. 44. 29) Ibid. collata Vita S. Udalrici c. 12. 30) Widukind. l. l. c. 47. 31) Ibid. c. 49.

5. In hoc anno Heinricus dux et frater regis obiit[b, 32]. Interim rex Saxoniam revisens laetus patriam, a cunctis principibus a longe sibi[a] obviantibus summis excipitur studiis; diuque expectatus a venerabili suimet genitrice, profusis pre gaudio lacrimis amplectitur. Quibus suum ilico aperiens promissum, qualiter hoc ad unguem produceret, eorundem ad hoc consilium obnixe peciit et suffragium. Hiis tunc id collaudantibus, piaeque peticioni asspirantibus, statuit[33] rex abbaciam in Magadaburgensi civitate, incipiens aecclesiam mirum in modum in loco, ubi sancta requiescit Aedith[c], et iuxta quam post obitum suimet[a] pausare desideraverat ipse. Ibi etiam episcopatum facere conatus, apud Bernardum, sanctae Halverstidensis aecclesiae antistitem septimum[d], in cuius diocesi urbs prefata iacet,[d] quamdiu vixit, impetrare non potuit. Quicquid in prediis vel rebus in aliis permisso[e] contraxit[34] in tempore,[35] totum hoc Deo militique eius Mauricio concessit heredi. 955. cf. Vir. Aem. I, 415. 33 35

6. Dum haec aguntur, ex parte Sclavorum 'bellum' ingruit horridum, hortatu Vigmanni comitis et Ekberhti, ducatu autem Nacconis et Stoinnegui fratris eius. Quos Herimannus dux superare diffidens, regis petivit auxilium.[36] Hic ut erat inpiger, militia forti aquilonares invadit regiones,[37] malum sepissime, ut scriptura docet, pandentes; ibique Stoingneum, luco absconditum, fugientibusque sociis captum, decollari precepit,[38] confratres autem tanti sceleris auctores, Wigmannum, materterae regis filium,[f, 39] et Ekbertum fugavit.[40] Liudulfus vero, regis filius, malorum depravatus consilio, rursum resistit, patriaque cedens, Italiam perrexit, ibique cum unum ferme annum esset, 8. Idus Septembris, pro dolor! obiit.[41] Huius corpus a sociis eiusdem Magontiam delatum, lugubriter est in ecclesia Christi martyris Albani sepultum.[42] De tam miserabili fama rex in expedicione, qua fuit adversus Redarios, supra modum turbatus, planxit filium[43] ut Davit Absalon. Thietherdo Hillineshiemmensi antistite mortuo, Advinus Magadaburgensis aecclesiae abbas successit.[g, 44]. 36 Ier. 1, 14. 39 956. 957. 42

7. Post haec sedatis bellorum assperitatibus, Romam iterum pergere simulans, Langobardiam manu valida intravit, Berengariumque predictum in monte sancti Leonis[h] duos possidens annos, cum uxore Willan et filiis ac filiabus ad ultimum cepit callide, exilioque eum in Bavanberge, ubi post moritur, relegavit.[45] Dehinc[46] Romam armato petens milite, eiusdem cives sibi 'resistentes'[i] bis vicit[47], urbemque gloriosus intravit 961° dominicae incarnationis anno[k]. Insuper benediccionem a domno apostolico Iohanne, cuius rogatione huc venit, cum sua coniuge, anno regni eius 29.[48] promeruit inperialem, ac patronus Romanae effectus aecclesiae, Beneventum, Calabriam atque Apuliam, ducibus eorum devictis, sibi vendicavit.[49] 961. 46 °f. 20. 48 49

8. Temporibus suis aureum illuxit seculum; apud nos inventa est primum vena argenti;[50] devictus est quoque Wigmannus.[51] Apud Danos regnante tunc Haroldo, contempta christianitas sic per Popponem renovata est presbiterum. Arguebat enim idem et regem et populum, antecessorum cultura suorum deviantem[l], diis ac demonibus vacantem, unum affirmans in tribus personis Deum. Interrogatus autem a rege, si ignito voluisset dicta ferro comprobare, paratum se ad hoc esse, hilari respondit animo, crastinaque die ferrum ingentis[m] ponderis benedictum ad locum a rege determinatum portavit, manumque securam inperterritus elevavit. Quo rex miraculo laetus admodum 51

a) *add.* 1*b*. b) In — obiit *add.* 1*b*. c) a *erasum* 1. d) iacuit 1c. e) concesso 2. sibi concessi A. S. promisso *Chron. Saxo.* a. 955. f) m. r. f. *add.* 1b. g) Thietherdo — successit *add.* 1*b*. h) in m. s. L. *et postea* Willan, ac filiabus, callide, cum in Bauanb. *add.* 1*b*. i) resistens 1. k) DCCCCLXI°. d. i. a. *et paulo post* cuius r. h. v. *add.* 1*b*. l) *ita* 1c. deinuantem 1*a*. m) ingenti 1.

32) Ann. Quedlinb. a. 955. 33) i. e. aedificavit. Haec abbatia fundata est anno 937. v. supra cap. 2. 34) i. e. acquisivit. 35) permisso scilicet sibi a providentia. Conf. II, 16. VIII, 7. 36) Widukind. l. l. c. 50. 52. 37) Ibid. c. 53 init. 38) Ibid. c. 55 init. 39) cf. Ann. Quedl. a. 955. qui ita de Ekberto. De hac affinitate conf. Wedekind Noten T. II. p. 67. 40) Ibid. c. 55. fin. 41) Widukind l. l. c. 57. Ann. Quedlinb. a. 956 et 957. Calend Merseb. Septb. 6. 42) Widuk. l. l. 43) Ibid. c. 58. 44) Annal. Hildesh. a. 954. Ann. Quedlinb. a. 955. 45) Widukind. l. l. c. 63. Annal. Hildesh. a. 964. Conf. contin Reginonis a. 962 et 964, ibique vide de morte Berengarii a. 966. 46) Minime dehinc sed antea Otto Romam ad coronam imperialem recipiendam est profectus. 47) Widuk. l. l. c. 63. 48) Coronatus est Romae a. 962. Febr. 2. anno regni vero 26. 49) Widukind. l. l. c. 63. 50) Ibid. 51) Ibid. c. 64.

effectus, cum suis omnibus Christi iugo protinus humiliter se subdidit, in finemque fide-
51 lium more preceptis obtemperavit divinis.[51] Imperator autem hoc ut audivit, vocatum ad se venerabilem virum Popponem, si pugil Christi esset, interrogat, et sacerdotali honore sublimat.

*f. 21. 9. *Gero, Orientalium marchio, Lusizi[52] et Selpuli,[53] Miseconem quoque cum
963. sibi subiectis imperiali subdidit dicioni. Herimannus dux Seliburem et Mistui cum
54 suis imperatori tributarios fecit.[54] Aequivocus imperatoris, iunior inquam Otto, quem peperit inclita mater Ethelheidis, [b] in nativitate Domini Romae imperator effectus est,
967 patre iubente ac tunc in Campania[c] iuxta Capuam commorante.[55] Qui filio suimet uxorem ab[d] imperatore Constantinopolitano desponsare desiderans, nuntiis eiusdem ob aliam ad se missis causam, suos fideliter commisit principes hanc legacionem ferentes. Quos in ipso itinere Greci solita calliditate ex improviso irruentes, alios occidunt, quosdam vero captos domino suimet augusto presentabant. Pauci autem ex his effugientes,
56 imperatori suo rei eventum aperiunt.[56] Hic detrimentum suorum graviter ferens, milites optimos Gunterium ac[a] Sigifridum tale facinus ad ulciscendum in Calabriam propere misit. Qui Danaos victoria priori elatos et sibi[a] occurrentes occiderunt, alios autem in fuga comprehensos obtruncant naribus, tributum a Grecis in Calabria et
57 Apulia extorquentes, spoliisque ditati cum gaudio remeabant.[57] Constantinopolitani
f. 21v. autem funere suorum et *captivitate tristes effecti, adversus dominum suum conspiravere, dolosaeque imperatricis consilio per quendam militem perimerunt[d*] eundem, loco eius hunc designantes ad imperii tocius provisorem.[58] Qui mox magnificis muneribus comitatuque egreio non virginem desideratam, sed neptem suam, Theophanu vocatam,
59 imperatori nostro trans mare mittens, suos absolvit[59], amiciciamque optatam cesaris augusti promeruit. Fuere nonnulli, qui hanc fieri coniuncionem apud imperatorem inpedire studerent, eandemque remitti consulerent. Quos idem non audivit, sed eandem
972 dedit tunc filio suimet in uxorem, arridentibus cunctis Italiae Germaniaeque primatibus.[60]

10. Multa sanctorum corpora imperator ab Italia ad Magadaburg[e] per Dodonem capellanum suimet[a] transmisit.[61] Hoc autem,[a] quod de eius clerico[f] audivi nomine
62 Poppone, Willehelmi comitis[62] germano[g], memoria dignum, non est pretereundum. Is cum imperatori diu fideliter serviret, nimis infirmatur, et in extasi effectus, in montem excelsum ducitur, ubi civitatem magnam et pulchra eius[a] conspicatur aedificia. Inde perveniens ad turrim arduam, laboriosos eiusdem scandit aggressus. In cuius sumitate magna[a] Christum cum sanctis omnibus sedentem videre promeruit. Ibi Brun
63 archiepiscopus[a] Coloniensis[63] ob inanem philosophiae executionem a summo iudice
*f. 22. accusatur et a beato Paulo defensus iterum[a] inthronizatur. *Tunc iste vocatus simili de causa redarguitur, et supplici sanctorum intercessione suffultus talem audivit vocem: *Post tres dies ad me veniens, hanc, quam ego nunc tibi demonstro, cathedram possidebis.* Haec omnia, sacerdos cum evigilaret, cesari ad se accersito explicuit, et non esse somnium, sed veram affirmans visionem, gratias ei retulit pro bonis omnibus, quae ei umquam fecit; et sicut ei indictum est, facta confessione et indulta a presentibus remissione, dereliquit aliena, repetens sua, cum pace bona, flentem tam felici obitu consolatus seniorem.

11. Preciosum quoque marmor cum auro gemmisque cesar precepit ad Magadaburg[h] adduci. In omnibusque[i] columnarum capitibus sanctorum reliquias diligenter

a) *add.* 1*b*. b) adhelheidis 1*c*. c) capania 1. d) ad 1*a*. *sacpius*. d*) peremerunt 1*c*. e) magaburg 1. (*at infra c.* 23.) f) *ita* 1*b*. de eo 1*a*. g) nomine — germano *add.* 1*b*. h) *ita* 1*b*. (magadaburc 1*c*.) eo prepit adduci 1*a*. i) que *add.* 1*b*.

51) Ex Widukind. III, 65. Conf. Vitam Brunonis, fratris imp. Ottonis c. 35. Caveat autem lector, ne hunc Po[illegible]nem clericum et postea episcopum (Arhusiensem?) confundat cum Poppone iuniore, episcopo Sleswicensi circa annum 1011 usque 1016. 52) Widukind. l. l. c. 67. 53) Selpuli pagus in tractu Lubben et Storcow urbes interiacente iuxta fluvium Spree. 54) Widukind. l. l. c. 68. 55) Ibid. c. 70. ex cuius verbis hic error manavit 56) Ibid. c. 71. Confer omnino Legationem Liudprandi. 57) Ibid. c. 72. 58) Ibid. c. 73. 59) Ibid. 60) Widukind. l. l. Pacta dotalia Ottonis II. imperatoris d. d. Romae anno 972. April 14. adhuc exstant 61) De his reliquiis cf. Wedekind Noten T. I. p. 115. 62) *Wimariensis* addit Ann. Sax. 965. 63) 953—965. Frater Ottonis I.

includi iussit. Corpus egregii[b] comitis Christini[64] aliorumque iuxta supra memoratam 61
posuit ecclesiam, in qua sibi sepulturam, quamdiu vixit, preparari concupivit. Anno
dominicae incarnationis 961, regni autem eius vicesimo quinto, presentibus cunctis opti- 961.
matibus, in vigilia nativitatis Domini[65] corpus sancti Mauricii et quorundam sociorum 65
eius cum aliis sanctorum porcionibus Ratisbone sibi[a] allatum est. Quod maximo, ut
decuit, honore Parthenopolim transmissum, unanimi indigenarum et comprovincialium
conventu[a] ibidem susceptum est, et ad salutem patriae tocius hactenus veneratum est.

12. Interea Bernhardus, antistes venerandus plenusque dierum, 48[a]. ordinationis 968.
suae anno, et in ipso die, id est 3. Nonas Februarii, *obdormivit in Domino. Insuper *f. 22'.
Willehelmus, sanctae archipresul[d] Magonciae, cui cura ab imperatore, domino suimet
et parente, commissa fuit Parthenopolim disponendi caeteraque regni necessaria regen-
di,[66] cum egrotantis reginae finem Mahtildis expectaret,[67] in Redulwerothe 6. Nonas 67
Marci moritur. Huius obitum nimia corporis infirmitate oppressa venerabilis regina,
nullo adhuc certa nuntio, presentibus cunctis intimavit: *Filius*, inquiens, *meus Wille-
helmus*[e], *pro dolor*! *iam expirans*[f] *memoriae indiget salutari.*[6] Et Liudulfus, abbas
Corbensis[h] egreius,[68] corporaliter[i] sibi occurrentem illum nocte eadem, qua transiit, 68
videns, obstupuit[k], et mortuum hunc[a] esse confratribus[a] nunciavit. Post haec sancta
Mahtildis 2. Idus Marcii migravit ab hoc exilio, spiritum committens ac creatori
suimet reddens Deo, sepultaque est coram altari Christi presulis Servacii iuxta seniorem
suum, quia quem viventem dilexerat, huic[a] se mortuam coniungi, quamdiu deguit,
semper inploravit.

13. Gero quoque, defensor patriae, dum unici morte turbaretur filii suimet[a] illu-
stris Sigifridi, Romam pergens, emeritus iam senex, coram altari principis apostolorum
Petri arma deposuit victricia[a], et apud domnum apostolicum sancti impetrans brachium
Ciriaci, ad Deum cum omni suimet hereditate confugit. Patriamque revisens, nati
suimet viduam, prius velatam, monasterio in *saltu, quod suo signatur nomine,[l] con- *f. 23.
structo, Hathui vocatam, statuit abbatissam, a Bernhardo consecratam episcopo. Firma-
tisque his omnibus, felici hos obitu precessit 13. Kal. Iunii.

14. Imperator autem comperta lugubri matris et filii caeterorumque nece prin- 965.
cipum[69], gravi queritur merore invincibile tocius rei publicae damnum. Urguebat eum 69
ad hoc timor mortis propinquae, et quod Deo rebus promisit in anexiis,[m] oportuno
tunc complere studuit[m*] in tempore. Electum namque a cuncto sanctae Halverstidensis
aecclesiae clero et populo Hilliwardum, tunc prepositum et a domno suimet Bernhardo
ad hoc presignatum, Romam venire precepit. Cumque eodem, quod diu latebat, secre-
tum mentis revolvit, scilicet facturum se in urbe Parthenopolita archiepiscopatum
semper studuisse,[70] ob spem remuneracionis aeternae defensionemque communis 70
patriae [71] seque ad omnia, quaecumque umquam ab eo expetisset[n], promisit paratum, 71
si consentiret sibi hoc perficere votum. Hic autem, ut erat sapiens, piae conivebat[n*]
peticioni; partemque parrochiae, quae sita est inter Aram[o] et Albim et Badam[p] fluvios,
et insuper[a] viam, quae Fritherici dicitur, Deo concessit sanctoque Mauricio ac[q] inpera-
tori. *Insuper idem caritative rogatus a cesare augusto, dedit Deo sanctoque Laurentio *f. 23'.
parrochiam iacentem inter fluvios Willerbizi et salsum mare et Salam ac Unstred et
Helmana et foveam, quae est iuxta Valeshusun[r][72]. Tali munere inperator arridens, per 72

a) *add.* 1*b*. b) egrei *corr.* egregii 1. c) *corr. ex.* XLVIIII. d) archipre presul *in duabus lineis* 1
e) uuillehellmus 1. f) *ita* 1*b*. expiravit 1*a*. g) m. i. s. *add.* 1*b*. h) corbeiensis 1*c*. i) carporaliter 1*a*.
k) *ita* 1*c*. obstipuit 1*a*. l) Gerinrod *add.* 1*c*. m) c *erasum* 1. m*) studit 1. n) expitisset 1. n*) con-
niuebat 1*c*. o) *corr.* oram 1*c*? p) bodam 1*c*? q) et 1*a*. r) uualenhusun 1*c*?

64) In necrologio Luneburg. adnotatur Iun. 15. *Cristin comes et Eppo et Verlef occ.* Alius vero eiusdem nominis comes Novembr. 5. Videtur idem esse, qui in chartis quibusdam a. 937—945 Christianus comes in pago Serimunti (in quo Grimsleben et Rosenburg iuxta Salam fluvium) audit et apud Annalistam Saxon. a. 945. Christianus marchio. 65) Imperatorem hoc tempore Ratisbonae fuisse, constat tum per continuatorem Reginonis, tum per cartam ab illo ibi datam. 66) Widukind. l. l. c. 73. 67) Ibidem c. 74. Conf. Ann. Hildesh. a. 968. 68) Liudolfus abbas 965 — 983. 69) Widukind. c. 75 init. 70) Conf. statuta synodi Ravennae celebratae a. 967. Chronogr. Sax. et Chron. Magdab. 71) Eadem fere verba v. II, 2. 72) Wildbach, qui non procul ab oppido Kelbra Helmam influit; Salzsee prope Seburg in comitatu Mansfeldensi, et exinde profluens fl. Salza; Sala et Unstrut notissimi; Helma modico

manus suscepit eundem, curamque ei baculo committens pastoralem: *Accipe*, inſit,
73 *precium*[73] *patris tui!*[a] Hunc enim, Ericum nomine, cum Baccone, Herimanno, Reinwardo, Wirino, Eserico[b] caeterisque, qui in Quidilingeburg eundem[c] tunc in pascha sollemni occidere conabantur, decollari precepit.[74] Avum autem meum nomine Liu-
75 tharium,[75] eiusdem consilii participem, libenter perdere voluit; sed sibi familiarium devictus consilio principum, captum hunc misit tunc Bawariam ad comitem Bertoldum, comprehensis sibi[a] omnibus suimet rebus ac late[a] distributis, usque in annum integrum; tuncque gratiam regis et sua omnia cum magna pecunia et predio in Sontershevo et in Vodenesvege[76] iacenti acquisivit. Sed ceptum iter peragam. Imperator
76 vocavit ad se Richarium, Magadaburgensis ecclesie abbatem tercium, — nam Anno et Otwinus, tunc episcopi[77], prefuerunt ei — volens hunc dignitate sacerdotali decorare.
*f. 24. Sed visa quadam epistola, quae clanculum sibi[a] deferebatur, omisit, *Aethelbertumque[d] Treverensem, professione monachum, sed Rusciae prius[a] ordinatum presulem[78] et hinc a gentilibus expulsum[e], ad archiepiscopatus apicem, inclitum patrem et per omnia pro-
968. batum, anno dominicae incarnacionis 970. 15 Kal. Novembr. apostolica auctoritate promovit. Tunc misit eum ad sedem suam cum magno honore, precipiens universis Saxo-
79 niae principibus, ut proximum natale Domini eum eo essent[79]. Archiepiscopus autem a clero et omni populo magnifice susceptus, in his festivis diebus consecravit Bosonem, Merseburgensis[a] aecclesiae pastorem primum[e], Burchardum, Misnensis[g] eclesie provisorem primum[f], Hugonem, episcopum[a] Citicensem[h] primum[f], Havelbergensis aecclesiae custodem primum[f] hiis Tudonem coaptavit, prius consecratum: omnes hos,[h] subieccionem sibi suisque promittentes successoribus, disposita singulis quibusque parrochia speciali.[a]
80 Additus est his confratribus Brandeburgensis aecclesiae primus[f] pastor Thietmarus[k]. 80 ante hoc unctus,[i] et Iordan, episcopus Posnaniensis primus[f].

15. Opere precium est, quamvis iure preposterus mihi imputetur ordo, hoc adnectere, qualiter imperator fratri suimet, domno Brunoni, nominato a suimet patruo duce Brunone — qui a Luthuwigo[m] rege in expeditionem ad Danos missus, cum episcopis duobus[n] Thiaedrico et Marcquardo caeterisque militibus 4. Non. Febr.[o] fluminis inun-
81 datione interiit[81] — mortuo Agripinae sedis provisore Wigfrido, episcopatum eiusdem
953. ducatumque regni insuper daret Liutharii. Hic post iniquorum, quamvis sapientissimus esset, consilio depravatus, pro bono malum regi suimet germanoque restituere medi-
82 tatur. Vocavit namque ad se Hugonem generum, regi, ut supra memoravimus,[82] nimis infidelem, ad convivium, et cum corona artificiose gemmata regnum ipso[p] committere, consanguinitatis et iuramenti inmemor, studuit. Qui cum in sancto die sollempnis paschae paratis omnibus instrumentis regalibus, generum promissa femineo expetentem desiderio coronare voluisset, odio, divinae miserationis gratia sapiencieque cuncta volventis freno, paululum relaxato, puduit incoepti et penituit. Accersitoque clam suimet
83 secretario, quem prediximus,[83] Wolcmero[q], quod in mente latebat vulnus aperuit, qualiterque curaretur, diligenti consilio quesivit. Sed conversis quibusque paratus ad omnia Deus, huic in mentem coelitus misit, quo curam sui senioris respondendo talibus miti-
*f. 25. gavit. *Sanctus*, inquit, *Spiritus tibi, senior karissime*, *suggessit, ut non amplius ad-*

a) *add.* 1*b*. b) Herim. R. W. E. *et statim post* in p. sollemni *add.* 1*b*. c) *ita* 1. *e corr.*; regem *fuisse videtur*. d) adh 1*c*. e) et h. a. g. e. *add.* 1*b*. e*) I. 1. f) I. *ubique addit* 1*b*. g) misnesis 1. h) ti *erasa sunt ab* 1*c*? *et ita in hoc vocabulo semper*. i) p. c. o. h. *add.* 1*b*. k) Dudelinus *A. S. a.* 969. l) a. h. u. *add.* 1*b*. m) Ludouuico 1*c*. n) tribus 1*a*. o) IIII. n. f. *add.* 1*b*. p) ipsi 1*c*. q) *primum* u *erasum* 1. *saepius*.

intervallo vicum Wallhausen praeterfluit. URS. De via Friderici v. quoque chartam Ottonis imp. a. 965. Iul. 9. 73) i. e. compositionem, Wergeld. 74) Ann. Quedlinb. a. 941. 75) De eo cf. VI, 30. 76) Sandersleben et Gutenswegen in districtu Magdeburgico. URS. 77) Anno, episcopus Wormatiae 950—978. Adwinus Hildesheimensis 954—984. 78) Non Rusciae, sed Rugis Adalbertum ordinatum fuisse praesulem, testantur mandatum imperatoris mox laudandum, Ann. Saxo a. 968, Chronogr. Saxo a. 969. Contin. Reginonis a. 991. 79) Mandatum imperatoris de inthronizatione archiepiscopi Magdeburgensis vide Legum T. II. p. 561. 80) Doudelinus ille vocatur in mandato imperatoris supra laudato, sicut apud Ann. Sax. a. 969. et Chronogr. Sax. a. 970. Dodilonem noster infra vocat episcopum Brandenburgensem secundum. Thietmarus primus fuit episcopus Brandenburgensis anno 949 ab imperatore constitutus. 81) V. Ann. Fuldens. Corbeiens. a. 880. Widukind I, 15. 82) V. supra cap. 3. not. 24. Cuno sive Conradus, gener Ottonis. 83) Errat auctor. Volcmeri mentionem in his libris antea non fecit.

versum nos prevaleret tanti auctor sceleris inimicus; quem sic confundi tequo autumo posse honorari. Coronam, quam genero tuo cras te daturum promisisti, vobis consedentibus presentabo, ut fides tua in conspectu omnium clarescat; et invitus corruens disrumpo eandem, ut fraternus amor modo frigidus in posterum recalescat. Placuit hoc archiepiscopo, et sic expleri votis exultantibus divinas pulsavit suppliciter aures. Mane autem facto, dicta haec ut factis sunt impleta, archiepiscopus magnum simulabat merorem; Hugo autem suique tanta spe frustrati[b] inconsolabilem sustinuere dolorem; consummatisque diebus festivis, aliis quam ratus sit donis honoratus, rediit. Post haec confratres, rex inquam et episcopus reconciliati, invicemque pietatis studio perseverantes, omnem inimiciciae scrupulum deinceps amovere curabant. Sed archipresul, divinitus in cunctis humanitusque pollens proficuitatibus, 13. ordinationis suae anno, somno pacis soporatus, 5. Idus Octobris[c·84] fratrem reliquit[c*] tristem. Tales insidiancium[d] laqueos 965.
compluresque alios, in regni ac in cura imperii 40 ferme annos conversatus Otto prefatus, Christo se in omnibus[e] protegente, securus evasit. Pauca locutus sum de innu- *f. 25'.
merabilibus et isto[e*·85] melioribus tanti viri ingenuis actibus, quia liber unus de eiusdem nobili conversatione pleniter inscriptus,[86] me aliquid proibet addere. 86

16. Imperator autem fraterna clade turbatus, Wolmero, eiusdem familiari capellano[f], ob amorem eius episcopatum et anime curam fideliter commendavit. Quo sedente tempus a Deo sibi permissum[f*], et in omnibus egreie conversanti, et de medio 15. Kal. 967.
Augusti discedenti[87] Gero, frater Thietmari[g] marchionis, a clero et ab omni populo 87
electus est; et hoc imperatori mox adnuntiatur. Hic quia prefato fratri suo ob multas causarum species iratus fuit, dare huic episcopatum noluit. Interea is, quia capellanus tunc erat, in uno dierum missam celebrans in Papia civitate, vidit solus sanctum Petrum et Ambrosium sancto se benedicentes oleo; et nullo[h] tunc prodidit, sed tantum divinae pietatis munus equa mente portavit. Imperatori[i] autem in sancto dominice resurreccionis die evaginato apparuit angelus gladio, cum iam preparatus excepta corona ad ecclesiam pergere voluisset: *Nisi*, inquiens, *in Gerone hodie compleveris electionem, securus non evadis hanc sedem.* Expavescens ob hoc cesar: *Domnum*, infit, *vocate* *f. 26.
Geronem. Eique[k] protinus venienti curam baculo pastoralem commisit, et indulgentiam humiliter efflagitavit. Hic a suffraganeis postea benedictus, ut signis hodie declaratur, nomen et offitium Deo hominibusque accepte, dum vixit,[88] tota mentis devotione portavit. Huius sancta mater, Hidda[l] nomine,[89] Ierusalem orationis gratia petens 89
illicque infirmata, hanc suis legationem pedissequis commendavit: *Egredienti animae meimet prolongato huius exilii incolatu, corpus meum matri terre celeriter tradite, et mox euntes, haec filio nunciate Geroni, quo peregrinae genitrici suae talem in terris non deneget honorem, qualem pius in coelis dare dignatus est Deus, et altare mihi in aecclesia sanctae constituat Ceciliae.* Talibus preceptis devotae obtemperantes famule, dominam suam post haec feliciter exspirantem sepelierunt, et statim recedentes, miseriam[m] insciae effugierunt subsecuturam. Nam Saraceni Ierusolimam tunc invadentes[90]
nil reliquere victis, quod sancta[n] eis clam tunc predixit *matrona, cum se mortuam *f. 26'.
iussit propere tumulari et suas abire. Venientes autem hec Coloniam, cuncta archiepiscopo pandunt ordine. Quas idem benigne suscipiens, Deo gratias egit et iustae eiusdem peticioni satisfecit. Et quia pauca locutus sum de laude ignota tanti presulis, libet in sequentibus cetera disserere, ut in his virtus eiusdem valeat enucleacius apparere.

17. Imperator audita Ratisbonensis ecclesiae presulis[91] morte, eó perrexit, et ut 942.
episcopatum non alio[o] daret, nisi eo[p], qui primus sibi occurrerit, in somnis ammonitus

a) *add.* 1*b*. b) fustrati 1. c) V. id. octobr. *add.* 1*b*. c*) reliqit 1. *saepius*. d) insiandicium 1. e) omibus 1. e*) histo 1*a*. f) capellana 1. f*) permissam 1*a*. g) thiaetmari 1*a*. h) nulli 1*c*. i) Imperatore 1. k) Cumque 1*a*. l) Ida *corr. manu incerta*. m) non *add.* 1*c*. 2. n) Hidda *add.* 2. o) alii 1*c*. p) ei 1*c*.

84) V. Calend. Merseburg. h. d. Obiit a. 965. v. Cont. Regin. 85) i. e. coniuratione modo narrata. 86) Sc. Ruotgeri vita Brunonis. 87) V. Calend. Merseburg. h. d. Obiit a. 967. Conf. Regin. cont. Lamberti Annales a. 965. In Ann. Colon. Popponis nomen ei tribuitur. 88) Gero sedit usque 975. 89) De hac Ida s. Hidda v. Chronic. Montis Sereni a. 1171. Inde discimus, eam fuisse sororem Geronis marchionis et Sifridi comitis, atque nuptam Christiano comiti. 90) Quod fiebat sub Al Moaz, chalifa ex gente Fatimidarum s. Alidarum primo, circa annum 970. 91) sc. Isangrimi, qui obiit a. 942. V. Annales S. Emmerammi Ratispon. h. a.

est. Crastina autem die primitus inlucescente, cesar ad monasterium Christi martiris Emmerammi, monachis hoc nescientibus, cum paucis venit, et paulatim ostium pulsans, a quodam Guntherio,[b] aecclesiae pervigili custode et per omnia venerabili patre, intromissus est. Quem intuens, ad adorandum primo supplex processit, deindeque talibus aggreditur: *Quid mihi, frater, pro adipiscendo episcopatus honore vis dare?* Senior ad haec subridens: *Calceos, infit, meos.* Hunc autem cum caeteris confratribus ad electionem antistitis ad sanctum Petrum venientem, cesar explicato cunctis[b*] somnio ceteroque
f. 27. rei eventu, cum[c] consilio cleri tociusque populi ad sacerdotem constituit. Is vero
92 accepta benedictione sedebat tantum 6 menses,[92] egritudineque compressus valida, ad modicum evaluit[d], sumptoque in manus[e] cinere, locum, quo de hoc seculo migrare voluit, signo sanctae crucis ipse consurgendo signavit, solotenusque positus, illud beati
Iob 42, 5. Iob carmen beatus et ipse cecinit: *Auditu auris audivi te, Domine, nunc autem oculus meus videt te; idcirco ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere.* Et continuo confessione cum lacrimis peracta emisit spiritum; inpletumque in eodem est, quod antecessor illius similis habitus huic predixit: *Tu debes, frater, secundus post me hanc aecclesiam regere; sed parvo tempore vives, Deo tantum[e*] te misericorditer coronante.* Quod quamdiu hic peregrinatus est, iuxta Dei voluntatem fieri idem semper optavit. Has de duobus episcopis sententias ideo protuli, ut scias, lector, quod celestis gratia imperatori sepe aperiret, quid sibi in humanis fieri placeret. Hic audito obitu tanti
f. 27v patris, Michaelem huic[a] succedere fecit. Qui cum commissa sibi optime diu[f] regeret, commoventibus iterum orientales Ungris, cum caeteris Bawariorum principibus his ad succurrendum venit. Sed exorto[g] mox inter eos duello[g], pro dolor! nostri victi ab hostibus atque prostrati sunt. Episcopus autem, abscisa suimet auricula et caeteris sauciatus membris, cum interfectis quasi mortuus latuit. Iuxta quem inimicus homo iacens et hunc vivere solum ab insidiantium laqueis tunc securus cernens, hastam sumpsit et necare eundem conatus est. Tunc iste confortatus in Domino, post longum mutui agonis luctamen victor hostem prostravit, et inter multas itineris asperitates incolomis, notos pervenit ad fines. Inde gaudium gregi suo exoritur,[a] et omni Christum cognoscenti. Excipitur ab omnibus miles bonus in clero, et servatur optimus pastor in populo, et fuit eiusdem mutilatio non ad dedecus, sed ad honorem magis. Et nunc revertar ad explanandam narracionis seriem.

961 18. Romanorum prepotens imperator augustus valentiorem sibi[a] in Christo domnum apostolicum, nomine Benedictum, quem[a] nullus absque Deo iudicare potuit, iniuste, ut spero, accusatum, deponi consensit, et, quod utinam non fecisset, exilio ad Hammaburcg
f. 28. religari[b] precepit,[93] ut post lucidius indicabo. Interim Hirimannus dux Saxoniam regebat; positaque ad Magathaburg[i] concione, susceptus est ab archiepiscopo, manuque deductus ad aecclesiam, accensis luminaribus cunctisque sonantibus campanis. Ibi avum
91 meimet Heinricum[94], tantae resistentem superbiae, dolo capere dux nisus non potuit, quia hunc[a] militum magna caterva vallavit. Precepit tamen ei, ut Romam post imperatorem pergeret. Quod libentissime complens, transcensis Alpibus ut primum ad imperatorem venit, videns eum a longe, solotenus se prostravit; interrogatusque, quid causae hoc esset, quod accusatus apud eum, gratiam suam pietatemque solitam perdidisse timeret, lacrimabiliter respondit. Quem protinus elevatum inperator osculatur, singulaque sagaciter perquirens, et de susceptione ducis quomodoque is[a] in medio episcoporum ad mensam loco imperatoris sederet lectoque dormiret, perdidicit. Ob haec cesar augustus mascula bile succensus, Aethilberto[k] per epistolam mandavit epi-

a) *add.* 1*a*. b) i *erasum est.* b*) cuntis 1. c) cuni 1. (communi?) *At Ann. Saxo. a.* 952. *habet* cum. d) convaluit 1*c*. *Ann. Saxo.* e) manis 1. e*) *ita c.* f) *Cod.* 1. *primo habuit:* Qui cūmissa sibi optinere, *quod scriba ut videtur ipse iam mutavit in* Qui cūmissa sibi optime diu. *Hoc* 1*c. ita correxit:* Qui cum commissa sibi optime diu; *quod etiam Ann. Saxo habet.* g) exorta — duella 1*a*. h) religiri 1*a*. i) magadaburg 1*c*. k) adhelberto 1*c*.

92) Guntharius 30 hebdomadas post ordinationem obiit V. Ann. S. Emmerammi a. 942. 93) Thietmarus secundam Ottonis I. expeditionem in Italiam (961—965) cum tertia (966—972 hic confudisse videtur. In illa Benedictum imperator deposuit; hac durante Aethelbertus archiepiscopatum obtinuit Magdeburgensem. 94) sc. ex matre Cunigunde filius Heinrici comitis Stadensis.

scopo, ut tot sibi equos mitteret, quot duci campanas sonare vel quot coronas accendi preciperet.[b] Inperatoria archipresul peragens edicta, quibuscumque valuit modis se per legatos suimet excusare contendit. Comes prefatus tam ingeniosus erat, ut cesarem *f. 28. iratum pre caeteris principibus placare potuisset facilius, et quia eius fuit consanguineus, gratiam inperialem usque in exitum suimet[a] vitae fideliter obtinuit. Quem torque aureo donatum cesar dimisit remeare, suosque familiares contristatis hostibus laetificare.

19. Interea Hodo[c], venerabilis marchio, Miseconem, inperatori fidelem tributumque usque in Vurta fluvium solventem, exercitu petivit collecto. Ad cuius auxilium pater meus comes Sigifridus, tunc iuvenis necdumque coniugali sociatus amori, venit solum cum suis, et in die sancti Iohannis baptistae adversus eum pugnantes, primoque vincentes, a fratre eiusdem Cideburo, exceptis tantum comitibus prefatis, omnes optimi milites interfecti oppecierunt in loco, qui vocatur Cidini[94]. Hac de fama miserabili 94
inperator turbatus, de Italia nuncios misit, precipientes Hodoni atque Miseconi, si gratiam suimet habere voluissent, usque dum ipse veniens causam discuteret, in pace permanerent.

20. Post haec subditis sibi cunctis hostium cuneis, arduam Alpium transcendit viam, Bawariam invisens regionem, ibique cunctis sapienter dispositis, recto itinere ad Magadaburgiensem pergens civitatem, palmas ibidem festivo duxit honore. Namque solebat 973. Mart. 16.
in sollempnitatibus universis ad vesperam et ad matutinam atque ad missam cum processione episcoporum venerabili, deindeque caeterorum ordine clericorum, cum crucibus sanctorumque reliquiis ac turribulis[d] ad ecclesiam usque deduci. Hicque cum magno Prov. 1, 7.
Dei timore, qui est principium sapientiae, staret atque sederet, usque dum finita sunt universa, nil loquens nisi divinum, sed ad caminatam suimet cum luminaribus multis, comitatuque magno sacerdotum, ducum ac comitum remeabat. Pro remedio autem animae suae tradidit postera luce ineffabilia Deo munera, invictissimoque eius duci Mauricio, in prediis, in libris, caeteroque apparatu regio, confirmans omnia legitima advocatorum tradicioneque scripturarum, presentia et laude inperatricis et filii, atque sub omnium testimonio Christo fidelium. Dehinc ivit ad Quidilingeburg, proximum pascha divinis laudibus humanisque peragens gaudiis[95]. Huc confluebant inperatoris 95
edicto Miseco atque Bolizlavo, duces et legati Grecorum, Beneventorum, Ungariorum, *f. 29.
Bulgariorum, Danorum et Sclavorum,[e.96] cum omnibus regni totius primariis; con- 96
summatisque pacifice cunctis, ditati muneribus magnis[a], reversi sunt ad sua laetantes. Kalend. Aprilis[f] Herimannus autem dux ibi tunc moriens, inperatoris gaudia turbavit.[97] 97
Huius corpus dum ad Liuniburg[g] a filio suimet Bernhardo deferretur[h], contigit ibi Brunonem, Ferdensis ecclesiae antistitem, in proximo esse. Hic quia Herimannum, dum vixit, banno constrictum habuit, suppliciter rogatur a filio, ut et solutionem saltem defuncto inpenderet, et in aecclesia eundem sepeliri liceret. Sed is quod postulat, nequaquam inpetrat.

21. Sed quia presulis istius memoriam feci, volupe[i] est mihi, de eodem amplius effari. Fuit hic consanguineus[98] predicti[k] ducis, nova monachus Corbeia; et ob vene- 98
rationem suam inperator eundem Amolongo successorem statuit episcopo. Qui aecclesiam in Werduun, cui racionabiliter prefuit, de ligno, quia lapis defuit ei[l], fecit egregiam, et magnitudine et qualitate caeteras precellentem benedixit. Et in senectute bona proficiens obiit 3. Nonas Mai. frater[m] prefati ducis. Hic autem dum senio et infirmitate 962.
assidua gravatus admodum tardaret, rogatur a cesare, ut Hirimannum[n] suimet capel- *f. 30.
lanum, Volcmeri fratrem antististis[99], pro filio nutrire et ad iuvamen et ad heredem 99
voluisset sibi eligere[o]. Hanc legationem gementi animo suscipiens, talia reddit: *Curam, quam mihi dominus meus indigno committere dignatus est, studiose hactenus rexi; et quamdiu hic conversari debeo, sine tali famine*[100] *si licet degere concupisco.* 100

a) *add.* 1*b*. b) praeceperat A. S. a. 969. c) hodo *corr.* 8do. 1*c*? *et ita infra.* d) *primum* r *erasum* 1. e) et legati — Sclavorum *add.* 1*b. ex Ann. Quedl.* f) Kl. apr. *add.* 1*b.* g) *primum* i *erasum* 1. h) defereretur 1*a*. i) voluntas 1*c*. k) *ita* 1*b*. prefati 1*a*. 2. A. S. 973. l) q. l. d. ei *add.* 1*b*. m) f. p. d. *erasa sunt* 1. f. ipsius Herimanni ducis 2. *Conf. Ann. S.* n) hirrimannum 1*a*. herimannum 1*c*. o) v. nutrire 1*a*.

94) Fortasse Zehden iuxta Oderam. 95) Widukind. l. l. c. 75. 96) cf. Ann. Hildesh. a. 973.
97) Widukind. l. l. 98) sc. frater. 99) Coloniensis. 100) famine h. e. iussu sc. imperatoris.

cf. Lucan. 1, 92. *Humilitatis ac superbiae non est aequa societas, nec umquam consortem patitur potestas. Quodcumque in alio placet seniori meo, devotus inplebo. Non sit spes iuveni in morte senis decrepiti, quia peccatum est; reminiscatur, quod pellis vituli crebro* 1 *suspenditur parieti*[1]. Talia exorsus, se ad aecclesiam Christi virginis Ceciliae iubet portari, humoque prostratus, se indigne hactenus ei servisse, sic lacrimis queritur effusis: *A Deo et a te repudiatum me infelix cognosco, cum alienus mihi preponitur, et servituti tuae ut dignior assumitur. Unde*[a] *hinc tristis nunc*[a] *abcedere volo, et Christi gratiam et tuimet intercessionem sanctam in hoc exspectare desidero. Vellem, ut, sicut ego aliena iniuste non appetii, ita nullus umquam de meo gaudere presumeret detri-* f. 30 *mento. Nunc a Deo, quid*[a*] *sibi placeat et aecclesiae* *prosit meae, supplex exoro.* Finita hac oratione surrexit, et discedens tamdiu in sua morabatur parrochia, quoadusque de nece supramemorati iuvenis certus efficitur[b], et tunc convocatis in unum sociis: *Dominum*, dixit, *non habetis novum; me autem ad monasterium deferte meum, diem iudicii ibidem absque omni vagatione cum magna sollicitatione exspectaturum*[a]. *Et discite vos mortales, omnia, quae vobis sunt salubriter profutura, non currentis neque* Rom. 9, 16. *volantis*[b*], *sed pocius miserantis*[b*] *Dei esse. Simus exemplum vobis, quod nemo confidens in Deum desolatur, nec in se sperans utiliter*[a] *exaltatur. Ponite, filii, in Deo patre spem vestram, et cum auxilio Unigeniti eius et paracliti consubstantialis vincite timorem noxium. Propicium orate Deum, ut, quod ego in vobis seu umquam vos in me humana fragilitate deliquimus, emendetur deinceps in melius, et ut post me Deo carum et vobis utilem habere possitis seniorem et*[c] *tempora prospere arridencia.* Post haec verba ad predestinatum perveniens locum, quamvis multa senectutem suam circumvenirent incommoda, tamen affabilis et laudandae fuit[a] conversationis.

f. 31a. 22. Expeditis breviter supradicti imperatoris inclitis actibus, fert animus, priusquam obitum eius scriptis comprehendam, de his aliquid dicere, qui eiusdem temporibus utiles aecclesiae et sibi exspiravere, et quod interim accidit renovare. Hillibertus, qui eum unxit archiepiscopus, in secundo regni suimet anno obdormivit in Christo 2. Kal. Iunii; 2 et huic Frithericus succedens, Deo placuit et seculo[2]. Hic in fine suo gratias egit Deo, quod aecclesiae suimet nil umquam iniuste acquisierit seu perdiderit[c*]. In hoc 937. anno Ungarii[d] Thuringiam atque Saxoniam vastantes, in locis perierunt firmissimis[e], non- 3 nulli autem ex illis, timore sibi alas subministrante, patriam reviserunt[3]. Everhardus, Francorum[e] dux, regi diu[a] infidelis, degradatus est; et comes Wigmannus humili sup- 938. plicatione reconciliatus est[4]. Insequenti anno frater regis Heinricus ab Everhardo[f] 939. comite captus, in vinculis tentus est[5]. In 3. anno supramemorati regis Heinricus frater eius et Everhardus[g] dux ac Gisilbertus[h], comes Lutharingorum[i], cum caeteris nequiciae suimet fautoribus cis Renum plurima depopulati sunt. Hoc Udo amicus regis f. 31b. ilico comperiens, Everhardum occidit, Gisilbertum autem cum *consociis in Reno dimergit[k]; Heinricum[k*] autem regis gratiam petere coegit[6]. Post haec legati Grecorum 944. regi nostro bis ab imperatore suo munera detulerunt utrisque convenientia[7]. Fritheri- 954. cus[l] archipresul 17. ordinationis suae anno, vir abstemius[m] obiit, et Willehelmus, de matre quamvis captiva et Sclavonica[n] tamen nobili et ex rege predicto genitus, vice eius ordinatur, anno dominicae incarnationis 954[8]. Dehinc in quarto eiusdem numeri 958. anno signum salutiferae crucis in vestimentis[o] hominum mirabiliter et magis miserabi- 9 liter elucens, digne accipientibus profuit et[a*] irridentibus nocuit[9]. Anno dominicae incar- 963. nationis 963. ob depositionem supra memoratam Benedicti papae et exilium, quo moritur, seva mortalitas inperatoris exercitum subsequitur, quae Heinricum Treverensem 10 archiepiscopum et ducem Godefrithum[p] cum caeteris innumerabilibus consumpsit[10]. In tertio anno 2. Kal. Aprilis aecclesia Halverstidensis cecidit; et inperator de Italia

a) *add.* 1*b*. a*) qđ 1. b) efflitur 1. b*) volentis — miserentis 1*c*. c) et t. p. a. *in loco raso* 1. c*) Hic — perdiderit *add.* 1*b*. *in ima margine.* d) *secundum* i *erasum.* e) *ita* 2. *In cod.* 1. *pro hac voce rasura.* f) *ita* 1*c*. *primum* euuarhardo *scriptum fuisse videtur.* g) euurhardus *corr.* euerhardus 1. *et ita infra.* h) isilbertus *corr.* gisilbertus 1. *et ita infra.* i) luthuringorum 1*a*. k) dimergi 1*a*. *corr.* 1*c*. k*) Hericum 1*a*. Henricum 1*c*. l) Fridericus 1*c*. m) abstinentissimus 2. n) et sclavonica *add.* 1*b*. o) festimentis 1*a*. p) Godefridum 1*c*.

1) h. e. iuvenes saepissime mori. 2) Ex Ann. Quedl. a. 937. Calend. Merseburg. 2. Kal. Iun. 3) Ex Ann. Quedlinb. a. 937. 4) Indidem. 5) Indid. a. 938. 6) Indid. a. 939. 7) Indid. a. 944. 8) Indid. a. 954. coll. Widukind. III, 74. 9) Indid. a. 958. 10) cf. Ann. Hildesheim. a. 963.

pergens, Francanavord [b] venit; et in his partibus diu manens, inter suos pacem atque 965
concordiam firmavit [11]. Subsequente autem anno inperator iterum Romanorum partes 11
invisit [12]. *In quarto anno equivocus inperatoris, comitante Willehelmo, Magociacensi *f. 31b.
archiepiscopo, Romam veniens, a domno Iohanne venerabili papa in benedictione patri 967.
similis efficitur [13]. In 7. autem anno templum Domini in Thornburg conbustum est [14]. 14

23. Placet eciam mihi hoc adnectere, quod Boso, antecessor meus a prefato imperatore
constitutus, curam sibi commissam annum 1 et menses 10 ac 3 dies regens, in patria 970.
obiit Bawaria Kalendas Novembris, sepultusque est in Merseburg, in aecclesia sancti
Iohannis baptistae coram summo [a] altari. Qui in monasterio Christi martiris Emme-
rammi [c], quod extra urbem Ratisbonam in australi parte situm est, monachus conver-
sacione nutritus est, et inde ad servicium cesaris assumptus, beneficium Citicensis
aecclesiae pro magni laboris sui debita remuneracione percepit, et iuxta predictam civi-
tatem in quodam saltu, quod [d] ipse construxit [e] ac suo nomine vocavit, templum Domino
de lapidibus edificat consecrarique fecit. Beneficium autem omne, quod ad aecclesias
in Merseburg et in Imenlevo [f] positas, ac ad Thornburg et Kirberge pertinens [g] fuit,
antequam [h] ordinaretur optinuit; et quia is in oriente innumeram Christo plebem pre-
dicacione assidua et baptismate vendicavit, inperatori placuit, eleccionemque de tribus
constituendis episcopatibus ei dedit, Misnensis [i], Citicensis atque Merseburgensis. *Pre *f. 32b
hiis omnibus, eo quod pacifica erat, Merseburgensem ab augusto exposcens aecclesiam,
quamdiu vixit, studiose eandem rexit. Hic ut sibi commissos eo facilius instrueret,
Sclavonica scripserat verba, et eos kirieleison cantare rogavit, exponens eis huius utili-
tatem. Qui vecordes hoc in malum irrisorie mutabant Ukrivolsa [k. 15], quod nostra lin- 15
gua dicitur: Aeleri stat [l] in frutectum; dicentes: *Sic locutus est Boso*, cum ille
aliter dixerit. Inperator huic paucas villas ad predictam urbem pertinentes et in pago
Chutici positum quoddam castellum, quod Medeburu [m. 16] vocatur — interpretatur autem 16
hoc: mel prohibe —; concessit quoque ei filius suimet et equivocus [n] aecclesiam in Hel-
pithi [17] positam, quam pater eius in honore sanctae Radegundis constructam, Bernhar- 17
dum ipse presens dedicare precepit antistitem. Sed cum primus ecclesiae pater nostrae,
sicut predixi, expiraret, intercessione Annonis, episcopi Wormacensis, inperator Gisilero,
moribus et natura [18] nobili, episcopatum dedit. Hic consecratur in Magadaburg [o] ab 18
Athelberto [p] archiantistite [q], Iunio mense.

24. Equidem [s], quia de Conrado duce, qui gener cesaris iuxta Lech fluvium occisus
est, pauca dixi, non incongruum esse reor, quedam tunc a me indiscussa aperire.
Post longum tempus imperator ad Merseburg veniens, a quodam proditore comperit
*exuvias eiusdem a Sclavis in Zuencua [19] sub Cuchavico [r] seniore sibi multum dilecto *f. 31c
haberi; et cum auxilio illius hos in singulari prelio devictos suspendi precepit, predae-
que maximam partem restituit [20]. Sed hoc ignoro, utrum hanc eiusdem interemptores 20
sumpserint, an sic casu accidente, necis eius inculpabiles, invenerint; et quia hoc ulla-
tenus celare presumpserunt, digna morte poenas [t] persolverunt. Filiam vero suimet,
uxorem eius [21], a quodam Conone [t], eo quod sibi satisfacere noluisset, late diffamatam 21

a) *add.* 1*b*. b) francanuord *c corr. manus incertae.* c) quod construxit Arnulfus imperator *add.* 1*c*. d) qđ *corr.* qc. 1. e) c *erasum* 1. f) *ita* 1. g) *ita* 2. *A. S.* pertinentes 1. h) anquam 1. i) *ita* 1*c*. misnessis 1*a*. k) *ita* 1*b*. kriolosso 1*a*. l) . i. (id est) *add.* 1*c*. alnus quae stat in fruttectis *A. S. l. l.* m) *Infra IV, 5. idem nomen rectius scriptum est*: Medeburun. n) Otto secundus *add.* 1*c*. o) magaburg 1. *ut iam supra c. 10.* p) Adelberto 1*c*. q) *ita* 1*c*. archiantiste 1. r) suchauico *primum scripsit* 1, *sed ipse scriba correxit.* Eu-chauico 2. *A. S.* s) o *erasum.* t) cn̄one 1*c*.

11) cf. ibid. 965. et Chronogr. Saxo h. a. ex Ann. Quedlinb. ut videtur. 12) Ibid. a. 966. 13) Ibid. a. 967. 14) Ibid. a. 971. — Thornburg, castellum olim et palatium Ottonis I. et sequentium imperatorum ad sinistram fl Albis ripam situm, nunc mutato alveo ad dextram fluvii proxime ad urbem Barby fluctibus Albis plane ferme absorptum est, ut vix rudera cerni queant. v. Chron. Gottvic. T. I. p. 512. Leuckfeld Antt. Halberstad. p. 247. *URS.* 15) Alnus Polonis Olsa, Bohemis Volsa. Quid priores syllabae sibi velint, incertum est. Slavi dixisse videntur: *Die Eller steht im Busche*; quod quomodo in vocabulo Slavico lateat, non liquet. 16) Magdeborn prope Roetham, haud procul a Lipsia. *URS.* 17) Monasterium Helfelde s. Helfte in comitatu Mansfeldensi. 18) i. e. prosapia. *KIND.* 19) Zwenkau prope Leipzig. 20) i. e. recuperavit. *KIND.* 21) Liutgarda, quae anno iam 953. obierat. V. Cont. Regin. h. a.

et coniugem suam clam fore ab eodem dictam, cesar hoc graviter ferens, sic eam expurgavit. Convocatis[b] omnibus regni suimet principibus, primo secretis allocutionibus eandem, si huius rei culpabilis esset, diligenter inquirit; posteaque cum illam adhibito Christi testimonio et sacramentis se nimis excusare vidisset, presentibus cunctis indixit, si aliquis ex numero sibi familiarium eam armis defendere voluisset, ut se firmum in die hac et in perpetuum acquirere potuisset amicum. Burchardus comes
*f. 31c haec audiens, in medium prosiliit, et Cononem[c] per omnia *mentitum fore, coram omnibus dixit. Ille autem cum id verum esse sacramentis affirmaret, cum eodem congressus,
22 in primo aditu dexteram mendacem perdidit, et iniusticiam suimet devictus innotuit[22]; et misericors Dominus a falso crimine hanc eripuit, quam innocencia[d] vitae sibi placere fecit. Haec marito vivente suo, quamvis sepe despiceretur et laboribus crebris fatigaretur, tamen virili pacientia haec sufferens, honorem innatum servare conatur. Cum autem vitam hanc finiret, in aecclesia Christi martiris Albani[a] in Mogoncia flebiliter est sepulta; cuius fusum argenteum in eius memoria ibidem est suspensum.

25. De prefato autem duce Heinrico[e] quaedam dico, quae impie fecit in suimet regno, et in quibus valet considerari[e*] quod supradictis omnibus non valet contradici.
24 Patriarcham de Aquileia[23] castrari, et archiepiscopum Salzburgensem[f. 24] precepit excecari. Causas ponere[f*] nolo, quia ad haec promerenda non esse idoneas, in veritate scio. Is cum in fine suo a Michaele, Ratisbonensi episcopo, de tali commisso amoneretur[g], se in priori peccasse[g*] solum fatetur, et in archipresule nichil; ignorans,
25 quam parva[25] res est, in qua flagitium[h] deest. Unde Davit supplex loquitur: *Ab*
Psalm 18, 13. *occultis meis munda me, Domine!* Huius *coniunx, Iuthitta nomine, cum presens
*f. 31d adesset, hanc confessionem audivit, et mox viro suimet moriente, corpus eiusdem in aecclesia, quam ipse in honorem sanctae Mariae semper virginis construcxit, cum magno merore deposuit, et in quocumque animam eius umquam deliquisse ipsa scivit vel ab aliis comperit, lacrimis ac ineffabilibus emendavit elemosinis. Haec in viduitate sua continenter vivens, cum Habraham[i], Frisingensem episcopum, pre caeteris diligeret, invido vulgari dente admodum inculpabilis dilaniebatur. Quae cum de hac luce migraret, in die depositionis suae ab eodem antistite missam cantante sic expurgatur. Ante communionem is versus ad populum, quae merita eius fuerint, circumstantibus indixit: *Hoc*, inquiens, *delictum*[i*], *quo diffamata fuit, si hec umquam commisit, faciat omnipotens Pater Filii suimet corporis et sanguinis salutare remedium mihi provenire ad iudicium et ad debitam dampnationem*[k], *animaeque eius ad perpetuam salvationem.* Et tunc cum mentis ac corporis innocentia sumpsit unicum cunctis fidelibus remedium. Credidit populus, quamvis sero, et cum detraccione iniusta plus ei profuit, cum nocere studuerit.

*f. 31d 26. *Fuit in diebus predicti cesaris quidam comes, Hed nomine, qui aecclesiam
26 in honore Christi adletae Viti[l], in Heslinge[26] constructam, quia heredem non habuit, maxima totius proprietatis suae parte dotavit, et congregatione sanctimonialium ibidem facta, eandem abbaciam mundiburdio Etheldagi, Bremensis archiepiscopi, subdit[m]. Sed prepositae huic sedi geminae venerabiles matronae, quibus unum erat vocabulum
27 Windilgerd[n] dictum, cito, pro° dolor! obiere. Avus[27] autem meus cum filiam suimet, Hathui nomine, ibi educatam prius ac traditam eis succedere rogasset, ab archiantistite prefato impetrare non potuit. Postea vero archipresul a cesare, patrino suimet,
28 rogatus, eandem, cum iam duodecim esset annorum, 2. Kal. Mai., die dominica[28] velavit et in proxima die ad abbatissam in patris presentia ordinavit; quod postea eum nimis penituit. Namque, ut dicturus sum, interpositis diebus quinque, Italiae decus

a) *add.* 1*b* b) conculcatis 1*a*. c) cŏnonem 1*c*. d) *ita* 1*c*. innocia 1. e) heinricho 1*a*. e*) considerare 1*a*. f) *ita* 1*c*. salb. 1*a*. f*) preponere 1*a*. g) amm. 1*c*. g*) pecasse 1. h) *ita* 1*c*? *A. S. a.* 955. flacium 1*a*. i) h *erasum*. i*) debitum 1*a*. k) dapn. 1. l) Viti, septennis pueri, qui in nova Corbeia requiescit 2. m) subdidit 1*c*. n) uuinnilgerd *ipse scriba* uuindilgerd *correxisse videtur*. Windilgard 2. *A. S.* o) proch 1*c*. *saepius*.

22) h. e. notum fecit, professus est. *URS.* 23) Leonem? 24) nomine Heroldum a. 954. V. Cont. Regin. 25) i. e. rara, res paucae. conf. prooem. v. 14. 26) Heslingen in praefectura Zeven, ducatu Bremensi. V. Adam Brem. II, 6. Albert. Stadens. a. 1136. 27) Avus sc. maternus, Heinricus comes Stadensis. 28) Dies dominica hic videtur dici Ascensio Domini, quae anno 973. incidebat in Kalendas Maii.

et Saxoniae salus, Otto primus obiit. Pausat autem avia[a] meimet, Iuthitta[b] nomine[29], in aecclesia, quam post de lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, filia eius sumopere construxit[c], excedens ex hoc seculo 7. Kalendas Novembris. Aecclesia Fuldensis, pro dolor! incensa[30], sub eodem inperatore renovata est. 973 30

27. *Ascensionem autem Domini inperator in Merseburg fuit, et quicquid de promissione remansit, devota mente ibidem complere studuit. Exin 3. feria ante pentecosten ad Miminlevo[d] veniens, postera die ad mensam laetus sedebat. Qua finita, cum iam vespera cantaretur, infirmari cepit et inclinare. Quem qui astabant proxime suscipientes deposuerunt; refocilatusque divino celeriter viatico, orantibus pro eius exitu cunctis, debitum persolvit naturae[31] 38. ordinationis suae anno[e-32] Nonis Mai., Mai 7. 4. feria[33]. Sequenti vero nocte viscera eius soluta in ecclesia sancte Mariae sunt tumulata; corpus autem eiusdem aromatibus conditum ad Parthenopolim translatum est[34], ibique honorabiliter atque lacrimabiliter susceptum, marmoreoque inpositum sarcophago, sepultum est ab archiepiscopis Gerone atque Aethelberto[f] ceterorumque auxilio episcoporum clerique tocius. *f. 32. 33 34

28. Aequivocus autem eius, iunior scilicet Otto, patre adhuc vivente electus et unctus, iterum conlaudatur a cunctis[g] in dominum et regem.[35] Quantum vero pro liberatione animae senioris suimet Aethelheidis[h] inperatrix invigilaverit usque in finem, dictis non valet conprehendi nec factis. *Quicquid enim honoris sibi vel provectus secularis umquam provenit, non ullo suimet merito, sed Daviticis Christo asscripsit laudibus: *Non nobis*, inquiens, *Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* Si in me facundia, scientia et memoria convenirent, in explicanda cesaris laude deficerent. Sicut dominus, sic et[i] principes eius fuerunt. Non eos ciborum seu aliarum rerum superflua varietas, sed in cunctis delectabat aurea mediocritas. Omnes, quae leguntur virtutes, his degentibus florentes, hiis obeuntibus marcesserunt. Hii etsi corporaliter non vivunt, supersunt animae inmortales, bonorum provectu operum beata aeternitate gaudentes. Sed ut concludam[k] sermonem, post Carolum Magnum regalem cathedram numquam tantus patriae rector atque defensor possedit. Precedentibus mortem eius, ut predixi, plurimis optimatibus, omnes qui superfuerunt, tantae iucunditatis haud[l] inmemores, novam hanc[m] normam, quae sequebatur, nec voluerunt, neque sequebantur, sed ad exitum vitae suimet ab recta antiquae veritatis et iusticiae semita sua sponte non deviabant. Inpleri tunc namque videbant, quod a quodam sapiente presago futurorum scriptum est: *Primum est aureum seculum, deinc*[36] *aereum postque ferreum sequitur.* Audiat unusquisque fidelium veredica[n] beati Gregorii monita: *Cum augentur dona, raciones crescunt donorum*, et in commissis[o] se nimis peccasse perhorrescat, et pro anima inperatoris Deum supplici mente deposcat, ut flagicia servi peccatoris innumera[p], quae in tot sibi subditis rebus precaveri nequiverant, clementer ignoscat, regnorumque dominator omnium populis presentibus atque futuris pervigil piusque custos assistat! Et tu, quicumque mihi succedas, tanti memor beneficii, animae eius recordationem fideli mentis custodia serves, maximeque in festivitate Christi adletae Laurentii, cuius intercessionem obnixe postules, ut sicut eo die meritis ipsius hostium huic concessa est divinitus victoria visibilium, ita sibi a Deo donata, quam semper optavit, remissione, laqueos inimicorum mereatur invisibilium evadere, a sinistrisque segregatus, in die iudicii collocetur a[q] dextris Dei patris. *f. 32'. Psalm. 115, 1. *f. 33.

a) aua 1. b) *alterum* t *erasum.* c) c *erasum.* d) mimnlevo 1*a*. mimnleue 1c. e) XXXVIII. o. s. a. *add.* 1*b*. f) athelberto 1c? g) accunctis 1*a*. h) adelheidis 1c. i) et. et 1*a*. k) conclaudam 1*a*. l) *Vox* haud *erasa in cod.* 1. *exstat apud A. S.* m) hac 1. n) veridica 1c. o) commisis 1. p) innuma 1. *linea super* u *erasa.* q) ad 1. (*voces* Dei patris *erasae sunt*).

29) Iuthita, mater Hathui iam dictae. 30) De monasterio S. Bonifacii incenso v. Cont. Regin. a. 937. Ann. Hildeshem. a. 936. 31) ex Widukindo III, 75. 32) Fuit vero annus 37mus. 33) Widuk. l. l. c. 76. 34) Ibid. 35) Indidem. 36) i. e. dehinc.

LIBER III.[b*]

Tertius in numero regum, sed proximus Otto
Nomine, scribatur, et digna laude locetur
Sede patris magni, vivens per secla secundo[b]
*f. 33' *Successu, miseris qui profuit omnibus horis.
Huius prima bonis laetantur, triste supremis
Advenit, nostris criminibus undique magnis.
Tunc luit hic mundus, quod sprevit recta malignus
Ultrici gladio perierunt plurima regno.
Nulla patet nobis certissima causa, peritis
Cunctis est visum, Mersburgi flebile damnum
Ex quo sustinuit, quod pax pia longe recessit
Finibus e nostris, late regnabat et hostis.
Quis valet effari, seviret ut iste crudeli
Funere, cum Christi templis nec parceret almi,
Congressi mutuo ceciderunt atque duello
Ex nostris multi, Saracenis exuperati.
Vere felices, qui Christum semper amantes
Tranquillae pacis retinent optata, timoris
Funditus ignari pulsantis corda maligni,
Plus quam tricenos qui nunc turbaverat annos
Antecessores nostros, et, pro dolor! hostes
Armavit, nostras quoque nunc infringere terras.
Qui coelos terris coniuncxit[c], ponat ut istis
Finem suppliciis, optet modo quisque fidelis.

*f. 34 I. *Tercius regni procurator nostri, Otto secundus, sit codicelli materies mei; qui iuvenis viribus corporis cluens eximiis, primo quae sunt proterva sectatur, largitusque plurima pietatis opere[1], absque temperamento, matura fugit consilia; deindeque castigatus a multis, inposito sibi laudandae virtutis freno, nobiliter in diebus suis conversatus est; sicut in sequentibus explanabo. Piae genitricis suae instinctu, cuius gubernaculo vigebat, Miminlevo[c*], ubi pater suus obiit, iusto acquisivit concanbio, decimasque, quae ad Herevesfeld[d] pertinebant; et congregatis ibi monachis, liberam 2 fecit abbaciam, datisque sibi rebus necessariis, apostolico confirmavit privilegio[e*.2]. Insuper licentiam archiepiscopum eligendi confratribus Deo famulantibus Magadaburg[a] 3 precepto inperiali presente archiepiscopo dedit Aethelberto,[f] et[3] cum uno libro, qui[g] hodie ibidem est, in quo sua inperatricisque Theuphanu imago auro splendet formata, munus affirmavit. Quod gratia cesaris et in presentia eius archiepiscopus, preparatus ad missam, cum perlecto euvangelio more solito optime predicasset, recitato coram *f. 34' precepto inperiali, *quo eleccio continebatur, ostendit, eundemque, quicumque temerarius hoc umquam auderet infringere, terribili excommunicatione damnavit, cunctis prosequentibus *Amen! fiat! fiat!* consolidavit. Pauperem adhuc episcopatum Merseburgensem largiflua pietate respexit, et eius provisori Gisilero, quia hunc multum 5 dilexerat, primo abbaciam in Palithi,[4] dein[h] Suencuam[5] civitatem cum appertinentibus cunctis ad servitutem sancti Iohannis baptistae tradidit, et quicquid Merseburgensis murus continet urbis, cum Iudeis et mercatoribus, ac[i] moneta et foresto inter

a) *add.* 1*b*. b*) Incipit prologus libri tertii de Ottone secundo 2. *et in fine carminis*: Expl. prologus. Inc. lib. terc. b) felici 1. *sed ipse correxit.* c) c *rasum.* c*) miminleue 1*c*. d) Hereues fel. *scripsit* 1; *sed corr.* 1*c*. heresfeld. e) praecepto 1*a*. f) adhelberto 1*c*. g) quod 1*a*. h) primo — dein *add.* 1*b*. i) *ita* 1*b*. *A. S.* cum 1*a*.

1) cf. V, 25. *Largitus* sensu passivo. Sensus videtur esse: plurima ei donata sunt a parentibus. 2) De hac charta a. 979. v. Böhmeri regesta sub n. 544. 3) Charta data Walbecki a. 979. Decb. 19. 4) Poelde. Anno 981 Septemb. 24. Otto II. imperator hanc abbatiam dedit archiepiscopo Magdeburgensi. 5) Chartam imperatoris Ottonis d. d. Frosa 974 Aug. 30. super donatione civitatis Zuenkouua in regione Chutizi et in comitatu Gundherii comitis ecclesiae S. Laurentii facta edidit L. F. Hoefer in Zeitschrift für Archivkunde T. I. p. 153.

Salam ac Mildam fluvios et Siusuli atque Plisni pagos iacenti,[6] Chorin[7] et Nirie- 7
chua, Bucithi et Cothug ac Borintizi et Gunthorp[b] permisit, ei haec[a] omnia[a] scriptis manu propria conroboratis affirmans.

2. Interim Gero, Agripinae sedis egreius[c] provisor, obiit;[8] de quo quia pauca 975.
prelibavi, quae tunc reservavi, paucis edicam. Hic crucifixum, quod nunc stat[a] in media, ubi ipse pausat,[a] aecclesia, ex ligno studiose fabricari precepit. Huius caput dum fissum videret, hoc summi artificis et ideo salubriori remedio nil de se[d] presumens sic curavit. Dominici corporis porcionem, unicum in cunctis[e] necessitatibus solacium, et partem unam salutifere crucis coniungens posuit in rimam, et prostratus nomen Domini flebiliter [f]invocavit, et surgens humili benediccione integritatem pro- [f]f. 35
meruit. Is dum capellam clara iam luce intraret suam, Victorem sanctum, ut suis post intimavit fidelibus, cum zabulo[9] dimicantem atque vincentem vidit. Huius 9
obitum cuidam abbatissae Gerbergae,[f] quam propter castitatem mentis et corporis idem multum dilexerat, secumque sepe detinuit, diabolus bonorum invidus omnium, sicut prius[g] solebat in ceteris, prodidit: *Vellem tibi meum aperire secretum, ni te scirem cuncta hactenus numquam servavisse commissa. Sed si fideliter hoc continere mihi promittis, ea dico ratione*[h], *quandocumque alicui vis aperire, vitam tibi me non dubites tollere. Gero, tuus familiaris, in hoc anno tantam incidet infirmitatem tres dies, ut mortuus credatur; et si ab aliquo hoc spacium custoditur, tale potest securus evadere periculum.* Sed ancilla Christi verbis obstupefacta talibus, fideli se silentio haec promisit omnibus occultare. Haec cum eundem videret evanescere, directo mox itinere, archiepiscopo universa narravit. Quod diabolus intelligens, in tantum eam cecidit, ut post [f]innumeros[i] dies vitam hanc fragilem vita mutaret aeterna. Archi- [f]f. 35'
episcopus autem in die depositionis eius missam celebrans, meritum eius cunctis asstantibus indixit, indulgentiamque ei ab his postulavit, et ipse fecit. Post haec infirmitate predicta gravatus, se Evurgero[k] custodiendum commisit. Qui eundem acri dolore defatigatum quasi mortuum lavari, feretroque inpositum ad aecclesiam portari, posteraque die sepeliri iussit. Hic, ut aiunt populi, tercia nocte quasi de gravi somno expergiscens, audivit sonantem campanam, et ut aperirent ei velociter, terna exclamacione rogavit. Obstupefactus is qui audivit, Evurgerum prefatum custodem aecclesiae, ut episcopo laboranti succurreret, interpellavit. Qui eundem per omnia fuisse mentitum affirmans, magno percussit baculo; sicque quievit divae presul memoriae 3. Kalendas Iulii. Apparuit autem is[a] mox Liudulfo abbati[10] dicens: *Requiem eternam nobis cantate!* et evanuit ab oculis eius. Huius vice Warinus eleccione et 10
inperatorio munere protinus ungitur.

3. Anno medii Ottonis 2. Heinricus,[11] Bawaricorum dux, captus est, et ad 974.
Gilhiem[12] deductus caute custoditur. In hoc anno hiemis assperitas longa fuit et sicca, et magna nix effunditur coelitus[l]. [f]975° mortuo quoque Roberto, Ma- [f]f. 36
gontinae sedis archipresule, inperator cancellarium suimet nomine Willigisum,[13] 975
multis hoc ob vilitatem sui generis renuentibus, eidem prefecit aecclesiae. Sciebat enim Petro attestante, quod non est personarum acceptor Deus, sed omnes se ex corde diligentes pre caeteris amat, inconprehensibili honore remunerans. Qualiter autem Acta ap. 10. 34.

a) *add.* 1*b*. b) et Gunthorp *erasum in* 1, *ex A. S. supplevit iam Ursinus.* c) egrius 1. d) *decst* 1; *suppletum ex* 2. *A. S.* e) cuntis *corr.* cunctis 1. f) gerbege 1. g) *ita* 1*c.* pius 1*a.* h) ut *addit* 1*c.* i) paucos *A. S.* a. 973. *Chron. Saxo. a.* 971. k) euergero 1*c. et ita infra.* l) Anno — coelitus *add.* 1*b in ima pagina, cuius margini primo addidit* DCCCCLXXV°; *quem numerum postquam scripsit, ipse statim extinxit et in sequentis paginae summa margine posuit, ante vocem* Mortuo. *Sed* 2. *illum numerum post* Anno *posuit ita:* Anno dominice incarnationis DCCCLXXV et medii *etc.*

6) Chartam super donatione huius foresti datam Alstede a. 979 Aug 30. v. apud Wideburg Res Misnenses p. 85. Pagus Siusuli circa fluvium Mulde et civitatem Eilenburg. Pagus Plisni inter fluvios Pleisse et Elster. 7) hodie Kohren vicus prope Borram, Nercha oppidulum prope Grimam, Poetsche haud procul a Magdeborn, Gautsch Lipsiam et Zvencoviam interiacens, et tandem oppidulum Brandeis. URS. Cothug vel Cotowe videtur esse villa Katow, vulgo Kadau prope Loebeiuenum. KIND. 8) anno 975. V. Ann. Colonienses. T. I. p. 98. 9) *i. e* diabolo. 10) abbati novae Corbeiae, teste A. S. a. 975. 11) Filius Heinrici, filii Heinrici regis et fratris Ottonis I. imperatoris. 12) cf. Chronogr. Sax. a. 974. Ann. Hildesh. a. 974, ubi Gilhiem appellatur Engilenheim 13) Ibid. a. 975.

hunc pastorem futurum divina pietas presignaverit, non est silendum. Huius mater, quamvis paupercula, tamen, ut in sequentibus apparet, bona, dum eundem in utero portaret, vidit per somnium, quod sol e sinu[b] suimet fulgens totam radiis flammantibus repleret terram. Et in ea nocte, qua haec[a] talem peperit infantem, simili procreacione totum hoc iumentum, quod ipsa in domo sua habuit, quasi gratulabundum dominae respondit. Ille, qui tunc natus est, sol erat, quia sanctae predicationis suae radiis corda multorum a Christi caritate torpentium illuxit. Et idcirco in eius nativitate masculini sexus mirabilis multitudo gignitur, quia vir Dei ad salutem patriae totius summa predestinatione regnaturus exoritur. Felix mater, quam Domi-
f. 36' nus pre caeteris contemporalibus suis in tantum visitavit, ut prolem nobilioribus coequalem vel etiam nonnullis meliorem pareret, et ostensae sibi visionis spem oculis et re ipsa veram esse probaret. Sed haec alias dico.

971. 4. Inperator[c] prima expedicione Buschuth civitatem cepit[14]. Secunda Danos sibi rebelles petens, ad Sleswic properavit[c*.15]. Ibi etiam hostes suos foveam, quae
17 ad defensionem patriae parata[d*] est[16], et portam, quae Wieglesdor[d] vocatur[17], armis preoccupare videns, consilio Bernhardi ducis et avi meimet Heinrici comitis omnes has munitiones viriliter exuperat.*

In hoc itinere prima malae irrisionis in clericos exclamatio attollitur, et a malis hominibus hodie servatur. Admodum miserabile est, cum aliquid boni a iustis inventum, in usu ad modicum habetur, statim ut nimis detestabile a maxima multitudine repudiatur. Quod Deo autem displicet et hominem ad promerendam reatus sui penam protrahit, hoc discit et ut[a] ruminando firmat. Quamvis vero[a] multi irrisiones non
f. 37 serio faciant, tamen sine peccati macula has nullatenus *peragunt.

Urbem unam in hiis finibus cesar edificans presidio firmat. Brun presul supra
18 memoratus[18] 7. Idus Marcii obiit, et Erp, prepositus Bremensis intercessione Aetheldagi[f] archipresulis ordinatur. Temporibus hiis ego natus sum 8. Kalendas Augusti, mense Iulio.

976. 5. Anno[g] vero dominicae incarnationis 976[g] Heinricus, dux Bawariorum, honore et communione privatus, Boemiam fugit.[19] Quem inperator ibidem valido petens exercitu cum duce Bolizlavo[h] manentem, nil ibi prorsus in neutro horum profecit, sed magnam Bawariorum catervam, sibi ad auxilium huc venientem, et iuxta Pilisini[19a] urbem castra metatam, dolo cuiusdam militis Bolizlavi sic perdidit. Vespere facto, Bawarii se lavantes nulla custodum securitate fruuntur; et ecce hostis loricatus adveniens, nudos eosdem in tentoriis et in virentibus pratis occurrentes prostravit, et cum omni preda laetus et incolomis revertitur. Inperator autem audita tantorum strage virorum, et quod nulla sibi via redeundi patuit, recto itinere ad civitatem suam,
977. quae Camma[19b] dicitur, venit, et in proximo anno prefatum ducem ad Pataviam confu-
978. gientem subegit.[20] In consequenti anno Heinricus[i] dux et Ekbertus comes et Heinricus presul apud inperatorem accusati, Magadaburg capti sunt et exilio deputati longo[k.21]

a) *add.* 1*b*. b) essinu 1*a*. c) inperator — cepit *in loco raso*, secunda *in margine suppletum*. c*) uenit 1*a*. d*) munita 1*a*. d) Heggedor 2. *A. S.* a. 975. e) *In cod.* 1. *hic apparet spatium vacuum dimidii et duorum versuum, quorum ultimus erasus.* f) atheldagi 1c. g) *Ita codex distinguit.* h) bolislauo 1*a*, *post* v *super* u *posito, tandem utraque littera erasa; et itu postea semper* u *deletum est.* i) H. 1. k) In cons. — longo *a dd.* 1*b*.

11) Bosaut super fluvium Haine in terra Hennegau. V. Balderici Camerac. chron. l. I. c. 94. Sigebert. Gemblac. a. 973. Annal. Weissenburg. a. 974. 15) V. Lamberti Ann. a. 975, et Theodorici monachi Trondhemiensis historiam apud Langebek SS. rer. Danic. T. V. p. 316. quem locum optime illustravit I. Asmussen in Archiv für Staats- und Kirchen-Geschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein und Lauenburg. T. I. pag. 252 sq. 16) Vulgo dicitur Danevirke. 17) Apud scriptores Islandicos, veluti in Ioms-vikinga Saga dicitur Aegisdor. De hac porta conf. Einhardi Annal. a. 808. I. Grimm Deutsche Mythologie p. 147 et 197. 18) Supra II, 20 sq. 19) cf. Chron. S. Ann. Hildesh. a. 976. De excommunicatione Heinrici ducis v. Legum T. II. B. 171. 20) cf. Chron. S. Ann. Hildesh. et Lamberti a. 977. 21) Ann. Hild. Chron. Sax. a. 978. Noster hic vero confudisse videtur Heinricum marchionem (de quo v. infra cap. 13.) et Heinricum, episcopum Augustanum. Hic tres tantum mensas in custodia Werdinensi deguit. V. Vitam S. Udalrici c. 28. Hermann. Contr. a. 978. et quae de Heinrico marchione affert Cl. a Hormayr in libro de duce Liutpoldo p. 27. 19a) Pilsen. 19b) Chamb.

6. *Post haec autem[a] inperator omni studio ordinavit expeditionem suam adversus *f. 37'
Lutharium,[a] regem Karelingorum,[22] qui in Aquisgrani palacium et sedem regiam, 978.
nostrum semper respicientem dominium, valido exercitu presumsit invadere, sibique verso aquila designare. Haec stat in orientali parte domus, morisque fuit omnium hunc locum possidentium, ad sua eam vertere regna. Quem celeriter abeuntem cesar insequitur, depopulatis omnibus et incendio consumptis usque ad Parisiam sedem. In illo itinere, multis infirmitate nimia compressis, Brun, comes Harneburggensis, miles per cuncta laudabilis, obiit 2. Kalendas Decembris[23]. Reversus inde inperator 23
thriumphali[b] gloria, tantum hostibus incussit terrorem, ut numquam post talia incipere auderent; recompensatumque est hiis, quicquid dedecoris[c] prius intulere nostris. Interim Augustanae pastor aecclesiae Othelricus, gemma sacerdotum, 50. ordinationis 973.
suae anno excedens a seculo, fructum laboris devoti Christo remunerante percepit 4. Nonas Iulii[d.24]. Heinricus autem huic succedens, parvo tempore sedebat, ut post enucleabo.[25]

7. *Accusatus apud inperatorem Gero comes a Waldone, et in loco qui Sume- *f. 38
ringe[26] dicitur, ortatu Aethelberti[e] archipresulis et Thiedrici marchionis captus, patri 979.
meo patruoque[27] firmiter est commissus. Deindeque convocatis ad Magathaburg cunctis regni principibus, congressi sunt hii[f] iudicio in insula quadam singulari certamine, vulneratusque in cervicem bis Waldo, ardencius insequitur hostem, percu-
ciensque ictu valido capud, prostravit eundem. Interrogatus autem Gero comes ab eodem, si plus potuisset pugnare, coactus est, quod iam defecisset, profiteri. Waldo tum egressus, aqua refocilatur depositis armis, et post tergum mortuus cecidit. Tunc Gero iussus est decreto iudicum et voce inperatoris a carnifice quodam decollari 3. Idus Augusti.[28] Haec pugna nullo[g] nisi tantum archiepiscopo Aethelberto et 28
Thiedrico placuit marchioni; correptusque est inperator ab Ottone, Bavariorum[h] duce, Liudulfi filio, eodem die venienti,[i] et a comite Bertoldo, quod ob tam vilem causam tantus vir umquam damnari debuisset. Libet paucis exponere Liudulfi Corbensis[k] meritum *patris, cui multum vigiliis ieiuniisque laboranti, plurima Deus *f. 38
dignatus est revelare. Hic in die prefati certaminis cum diluculo missam humiliter et timorate, ut semper solebat, celebraret, vidit super altare comitis capud Geronis, finitaque hac aliam pro defunctis cantavit; exutisque sacerdotalibus vestimentis, cum silentio exivit, congregatisque fratribus obitum eius indicavit, orationemque pro eo fieri communem suppliciter postulavit. Decollatio autem eius in ipso solis occasu fiebat. Pro cuius memoria soror eius[l] Tetta et coniunx eius Aethela[m] monasterium
in loco qui Eleslevo[29] dicitur, ubi ipse requiescit, construentes, . . partem[n] tocius 29
suimet hereditatis tradidere Deo eiusque precursori dilecto, hoc privilegio et imperiali precepto ea racione firmantes, ut abbacia ibidem liberaliter facta, inperatoris suorumque potestatem ac tutelam respiceret successorum. Comitis prefati corpus post tres annos, cum iuxta illud contectalis sua poneretur, integrum una cum vestimentis inventum est. Inperante tunc predicto Ottone 6 annos,[30] Lutharius rex cum filio 980.
suimet[o] ac muneribus magnificis ad eum venit, et sibi satisfaciens, amiciciam eius

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1c. thiumphali 1*a*. c) *ita* 1c. decoris 1*a*. d) IIII. n. i. *in loco vacuo add.* 1*b*. e) adhelberti 1c. *saepius*. f) hi duo 2. *A. S. a.* 979. g) nulli 1c. h) bauvariorum 1c. i) e. d. v. *add.* 1*b*. k) corbeiensis 1c. l) *Sequentia usque ad sequentis cap. verba* praefatus antistes *Thietmari ipsius manu scripta videntur, exeunte folio.* m) athela 1c? n) *In* 1. *ante* partem *spatium quatuor litterarum vacuum relictum est*, decimam partem *A. S. l. l.* omnem suam hereditatem *Chron. Sax. h. a.* o) sui imet *duabus lineis* 1.

22) Haec expeditio facta est a. 978. V. Ann. Hildesh., Lamberti et Colonienses et quae de ea fusius narrantur in Balderici Chron. Camerac. l. I. c. 96 sq. 23) In Calendario Merseburgensi comitis Brun nomen inscriptum est III. Kal. Decemb., in necrologio vero S. Michaelis Luneburg. V. Kal. Decemb. 24) Diem emortualem hanc Odelrici habet Calendarium Merseburg. Annus fuit 973. 25) Quod tamen omisit noster. Conf. supra cap. 5. not. et infra cap. 11. not. 26) Gros-Soemmeringen, oppidulum Thuringiae haud longe ab urbe Weissensee, prope ripam Unstrutae. URS. 27) Sifrido comiti et Lothario, fratri eius, filiis Lotharii de Waldebike. URS. 28) Conf. Ann. Hildesh. et Lamberti a. 979. 29) Congregationem sanctimonialium in propria urbe Alsleben ad Salam fluvium sita in honore S. Iohannis baptistae a comite Gerone ipso iam fundatam esse, recte tradit Chronographus Saxo, testante quoque charta imperatoris Ottonis data a. 979 Maii 20, qua fundationem hanc confirmavit. 30) Scilicet ex morte patris sui.

firmiter acquisivit.[31] Et in hoc anno cesar noster Italiam pergens, numquam has regiones, pro dolor! amplius invisit.[32]

8. Post haec *prefatus antistes[b*] Aethelbertus[b], inperatore iam Roma commorante, 981 terciodecimo suae ordinacionis[c] anno, suos docendo et confirmando, ac Gisileri[d] presulis, quia tunc cum cesare fuit, diocesim perlustrans, 13. Kal. Iulii[e] in Merseburg missam celebravit,[f] proximamque noctem cum Hemuzone, venerabili laico, in Chruvati[g] laetus duxit; crastinoque die exurgens tristis, capitis nimium queritur dolorem, et tamen abibat; cumque Cirmini villam, ad Frekenlevo[h.33] pergere cupiens, preterisset, ni cito a suis sustentaretur, ex equo paulatim declinans, in terram cecidisset. Is vero tapeto superpositus, completisque[i] omnibus, quae a clericis dicenda erant, fideliter migravit ad Christum 12. Kalendas Iunii[k]. Huius corpus ad Ivikansten[l.34] delatum atque sacerdotali apparatu vestitum, navigio ad Magadaburg usque deductum est, flebiliterque a confratribus et maxime a monachis susceptum, commendatum est ab egregio sanctae Halverstidensis aecclesiae episcopo Hilliwardo, favente sibi Hardingo abbate venerando, in medio aecclesiae coram altari apostolorum Philippi et Iacobi. Quanta solli- *f. 39' citudine idem sibi subditis *invigilaret gregibus, lector attende! Sepenumero ad ovile sancti Iohannis baptistae sanctique Mauricii noctis silentio venit, duobus tantum comitantibus, qualiterque confratres ad matutinam convenirent, vel qui in dormitorio remanerent, ex improviso perspexit; et si bene fuit, Deo gratias egit, sin autem, culpabiles digna castigatione redarguit. Sed clerus et populus tanti patris funere turbatus, Ohtricum[m] confratrem et tunc imperatori fideliter servientem communiter eligerunt in dominum et archipresulem; quamvis hoc nullo modo posse fieri predictus archimandrita, dum adhuc viveret beneque valeret, multis ex eorum numero publice prediceret. Cum enim episcopus et Ohtricus numquam convenirent moribus, magna confratrum et hospitum, quia magister fuit scolae, caterva bene elaborata, maluit idem exire, quam in monasterio permanere. Huic cesar cum apud archiepiscopum licentiam sibi famulandi vix[n] impetraret, contigit in die resurreccionis sanctae, episcopum ad missam paratum, subdiacono, ut mos est, sanctam crucem coram tenente, ambabus eandem complectens *f. 40 manibus, ut Ohtricus et Ico[n] numquam sedem possiderent suam, lacrimis postulat profusis. Peracto autem divino pleniter ministerio, cum idem ad mensam sederet, prefatos numquam sibi successuros palam cunctis presentibus innotuit. Qualiter autem hoc sibi fuerit revelatum, non aperuit, nec umquam mihi aliquis intimare potuit. Post mortem quoque eius Walterdo sibi dilecto, qui et Dodico vocabatur, ut ipse mihi pro vero narravit, in somnis idem cuncta, quae in hac re vivus prenuntiaverat compleri, talibus affirmavit. Hic in lecto positus excessu mentis vidit archiepiscopum in australi ecclesiae ianua, quae cimiterium respicit, stantem, eundemque quasi Romam cum baculo suimet pergere cupientem hiis[o] exasperavit verbis: *Mi Dodico, ut quid*[p] *meum alio*[q] *prebebis honorem?* Cui respondens is: *Nonne*, inquit, *in tristi meo habitu non voluntatem, sed oboedientiam*[r] *solum, senior carissime, vales considerare?* Ad haec archiepiscopus tunc prosequitur: *Pro certo*, dicens, *scias, Ohtricum sedem numquam possessurum meam.* Universus autem clerus et populus, ut supra memoravi, completa elec- *f. 40' tione, miserunt Ekkihardum, *qui dicebatur Rufus, cum consortio aliorum fratrum et militum, qui hanc imperatori nunciarent et de promissis ammonerent. Qui cum Italiae partes, ubi cesar tunc commorabatur, itinere adtingerent[s], Gisileri suffragium, qui apud inperatorem tunc plurimum valebat, implorantes, legationis suae secretum ei[s] aperiunt. Promissa ab eo est hiis fidelis intercessio, completurque sibi cunctis proxima in omnibus benevolentia[t]. Namque ut audita cesaris auribus instillavit, pedibus su plex advolvitur,

a) *add.* 1*b*. b*) Gresatus autem 1*a*. b) aethlbertus 1. c) conseoracionis 1*a*. d) gisillerus 1*a*. *semper fere sed ab* 1*b*. *correctum videtur*. e) *ita codd. necnon A. S. a.* 981. *Chron Magdeburg. Legendum tamen cum Chronographo Saxone:* Iunii, *cum* 12. *Kal. Iun. Aethelbertus ille vitae defunctus sit.* f) caelebrauit 1*a*. g) choruueti 1*c*. Cruvati *Chron. Sax. a.* 981. Crowate *Ann. Sax. h. a.* Erderwate 2. h) frankenleue 1*c*. i) que *add.* 1*b*. k) Iulii *Ann. Sax. Emortualem Aethelberti testatur etiam Necrolog. Luneburg.* l) gevikensten 1*c*. m) h *erasum* 1. *semper* n) Leo 2. Hico *Chronogr. Sax. a.* 982. o) *ita* 1*c*. *ut videtur; alibi vero* 1*b*. *secundum* i *adiecit.* p) qd 1. q) alii 1*c*. r) o *erasum*. s) *ita* 1*c*. antingerent 1*a*. t) beniu. 1*c*?

31) Chron. Sax. Ann. Hildesh. a. 980. Conf. Sigibert. Gemblac. h. a. 32) Ibid. 33) Freckleven. 34) Giebichenstein.

promissa et diu expectata longi laboris premia postulans, Deo hoc consentiente, protinus impetrat. Egressus autem interrogatur a nuntiis, et maxime ab Ohtherico, qui se fidei suimet firmiter commendavit, si quid in sibi creditis proficeret, quod vix suis necessitatibus in hoc subveniret, respondit. Corruptis tum pecunia cunctis[a] primatibus, maximeque Romanis, quibus cuncta sunt semper venalia, iudicibus, qualiter ad archiepiscopatum aliqua racione veniret, primum secreto [*]revolvit, deindeque palam domni [*]f. 41
papae Benedicti septimi, qui[b] sic vocabatur ex numero precedentium equivocorum, obnixe petit auxilium, quod, cum totius consilio senatus si osset impendi, ex sua parte sibi paratum fore et hic promisit. Positum est Romae concilium generale, sapientissimi conveniunt, impleturque illa Ieremiae prophetia: *Quomodo ob curatum est aurum, mutatus est color optimus*, et caetera. Nam cum iudices ab apostolico interrogarentur, si liceret Gisilerum promoveri ad archiepiscopatum, quia certam non haberet tunc sedem, sed ab episcopo iniuste, ut semper sit questus, ablatam Hildiwardo, carusset hactenus quam possiderat: tunc hoc auctoritate canonica percipere iure meritoque verbis affirmabant et exemplis, Davitica transgredientes monita: *Recte iudicate, filii hominum*; et illud: Lament. 4, 1. Psalm. 57, 2.

Corruptus iudex nequid discernere verum. Hor. II, 2. 8.

Lector, crede mihi, quod piget atque pudet me his longe inferiorem hoc verbis exponere, quod hii ob presentem ac futurum pudorem noluerunt omittere. Merseburg, quae usque [*]huc liberaliter[c] dominabatur, aecclesiae Halverstidensi, sede episcopali destructa, [*]f. 41
subditur,[34] et Gisilerus, eiusdem non pastor sed mercenarius, ad maiora semper tendens, desiderata 4. Idus Septembris percepit, proverbii non memor illius: *Quando alcior gradus, tanto gravior fit casus.* Certe si voluisset is in cura sibi credita persistere, omnem scrupulum in aliquo sibi umquam obsistentem imperatoris auxilio potuisset expellere, magnamque securitatem ac rerum affluentiam cunctarum sibi suisque successoribus efficere. Sed quia Dei iudicia sunt hominibus occulta, numquam autem iniusta, non illo[d] solum, sed communibus nostrimet inputo peccatis, quibus domesticis quicquid adversi accidit iuste asscribitur. Ohtricus vero Beneventum postea veniens infirmatur. Confrater[e] meus, nomine Huswardus, ut mihi retulit,[e] vidit is assistere sibi Aethelleken,[f] prepositum quondam nostrum[35] sed tunc defunctum, annonam sancti Mauricii eminus sibi porrigentem. Expavescens tali visione, idem: *Cernis*, inquid, *frater, aliquid?* et exponens ei ordine cuncta: *Ve mihi*, dixit, *misero et peccatori, quod umquam monasterium meimet et obedientiam ob ambitionem [*]dereliqui, et si divina largitas [*]f. 42
aliquam mihi concedere dignatur sanitatem, supplex huc venio, numquamque recedo.* Talia prosequutus, infirmitate validiori opprimitur, et post paucos dies in prefata civitate Nonas Octobris[36] moritur ac sepelitur, non ullum sapientia atque facundia sibi relinquens similem. cf. Prov. 16, 8. 35

9. Gisilerus autem accepta ab imperatore licencia, Magadaburg 2. Kalendas Decembris, Thiedrico Metensis aecclesiae episcopo[37] comitante, venit. Fuit hic amicus Caesaris 37
et valde ei carus, unusque ex numero corruptorum, qui mille[g] talenta auri atque argenti pro veritatis obumbracione ab archiepiscopo percepit. Cui quidam, cum ab eodem iussu imperatoris ad matutinam ioculariter benediceretur: *Saciet te*, inquid, *Deus in futuro, quem hic omnes non possumus auro.* Tunc omnia nostram prius aecclesiam respicientia divisa sunt miserabiliter, Sclavonicae ritu familiae, quae accusata[38] venundando dispergitur.[39] Pars episcopatus nostri, quae iacebat inter Salam et Elstram ac 39

a) *add.* 1*b*. b) quia 1*a*. c) libera 2. *A. S. l. l.* d) illi 1*c*. e) ut m. r. *add.* 1*b*. f) athelleken 1*c*? g) milia 1*a*.

34) Bulla papae Benedicti VII. super cassatione episcopii Merseburgensis data est anno 981 Septb. 11. vid. Schöttgen Direct. diplomat. T. I. p. 109. n. 117. 35) Magdeburgensis. 36) Ita etiam Calend. Merseburg. 37) De eo vide vitam eius, quam scripsit Sigibertus. 38) *accusata* hic idem est ac damnata. KIND. 39) Lambertus Schafnab. destructioni episcopatus Merseburg. annum 982 adsignat, et auctor vitae Godehardi, episcopi Hildesiensis, hanc destructionem vocat inconsideratam. Plura de illa vide in Sagittarii Antt. Magdeb. p. 192. sqq. qui bullas binas pontificis affert Romani, quae satis clare demonstrant, Giselarium hanc destructionem auctoritate pontificia subnixum perfecisse. conf. Dreyhaupt Saalkreis T. I. p. 21 sq. URS.

981. Mildam fluvios, et Plisni, Vedu[40] et Tucburini[41] pagos, cum villis Passini[42] et Piscini[43], f. 42 Fritherico [a]Citicensi datur episcopo. Wolcoldo[b] autem, Misnensis aecclesiae antistiti, pars illa conceditur cum adpertinentibus villis Wissepuig et Lostatawa[44], quae ad Gutizi[c] orientalem pertinet, ac fluviis Caminici Albique distinguitur; sibi autem retinuit[d] 9 urbes, quarum sunt haec nomina: Scudici, Cotug, Vurcin, Bigni, Hilburg,[e] Dibni, Pauc,[f] Liubanici et Gezerisca.[45] Precepta, quae munera regalia seu inperialia detinebant, aut igni comburebat, aut aecclesiae suae mutato nomine designari fecit.[46] Mancipia et totum, quod Merseburg respicere debuit, ne umquam colligeretur, sponte dispergit; abbaciam ibi statuit,[47] eidemque Ohtradum[g,48], venerabilem de sancto Iohanne monachum, prefecit. Postque Heimonem de eodem monasterio constituit. Sed quae res destruccionem hanc subsequerentur, lector attende!

983? 10. Gentes quae suscepta christianitate regibus et inperatoribus tributarie serviebant, superbia Thiedrici ducis aggravatae, presumpcione unanimi arma commoverant. Quod patri meo comiti Sigifrido, priusquam fieret, sic revelatum est. Vidit in somnis f. 43 aerem nube densa contractum, et pre ammiracione, [a]quid hoc esset, percontatus, audivit Matth. 5, 45. vocem talia proferentem: *Nunc illud compleri debet vaticinium: Pluit Deus super iustos et iniustos.* Quod eciam 3. Kalendas Iulii scelus, percusso in Hawelberg[h] presidio destructaque ibidem episcopali cathedra, primum exoritur. Transactis autem trium spaciis dierum, Sclavorum conspirata manus Brandeburgensem episcopatum, 49 annos[49] ante Magadaburgensem constitutum,[i] cum iam prima sonaretur, invasit, fugiente prius tercio[a] antistite eiusdem Wolcmero[k], et defensore eius[a] Thidrico ac militibus ipsa die vix evadentibus. Clerus ibidem capitur, et Dodilo, eiusdem sedis antistes secundus,[a] qui a suis strangulatus tres annos iacuit tunc sepultus, e tumulo eruitur, et integro adhuc eius corpore ac sacerdotali apparatu, ab avaris canibus predatur et iterum temere reponitur; omnis aecclesie thesaurus distrahitur, et sanguis multorum miserabiliter effunditur. Vice Christi et piscatoris eiusdem venerabilis Petri varia demoniacae heresis cultura deinceps veneratur, et flebilis haec mutacio non solum a gentilibus, verum etiam a christianis extollitur.[50]

11. Temporibus hiis ecclesia Citicensis a Boemiorum[l] exercitu, Dedi[m,51] duce, f. 43 capta est et depredata, Hugone primo tunc episcopo hinc effugato.[52] [a]Posteaque monasterium sancti Laurencii martiris in urbe, quae Calwo[n] dicitur, situm desolantes, nostros sicuti fugaces cervos[o] insequebantur; nostra etenim facinora nobis formidinem et his suggerebant validam mentem. Mistui, Abdritorum dux, Hômanburg,[p] ubi sedes episcopalis quondam fuit, incendit atque vastavit. Quid[q] vero ibi mirabilium Christus operaretur ę celis, attendat religio tocius christianitatis. Venit de supernis sedibus aurea dextera, in medium collapsa incendium expansis digitis, et plena cunctis videntibus rediit. Hoc admiratur exercitus, hoc stupet Mistuwoi[r] timoratus; et id mihi indicavit Avico, 53 capellanus tunc eius, et spiritualis frater meus postea effectus.[53] Sed ego cum eodem

a) *add.* 1*b*. b) uolcoldo 1*c*? c) guntizi 1*a*. *sed ipse corr.* d) 1*c*. *add.* Gisilherus. e) h *erasum in* 1. f) a *erasum* 1. g) h *erasum* 1. h) hauuelberg *primo* u *eraso* 1. *ubi etiam ante* presidio *tres litterae erasae sunt.* i) XXX. a. a. magadaburgiensem (i *post eraso*) c. *add.* 1*b*. *Loco* XXX. *legendum est XIX.* k) uolcmero 1*c*? l) bemiorum 1*a*. *littera* o *superposita sed iterum deleta.* m) Dedone 2. *A. S. a.* 983. n) calue 1*c*. o) ceruuos 1*a*. p) Hammanburh *A. S. l. l.* Hamanburch *Chronogr. Sax. a* 982. q) Qđ *corr.* Qd 1. r) mistuiuoi 1*a* mistuvuoi 1*b*.

40) pagus ut videtur inter fluvios Saale et Elster, dictus a fluviolo Wietav prope Naumburgum Salam influente. 41) Teucheren. 42) Possenhain, non procul a Naumburg. 43) Pissen ad Lützen. 44) Wiesenburg et Lostau prope fluvium Muldam. Conf. chartam imp. Heinrici II. a. 1004 Mart. 5. 45) Skeudiz, Gautzsch, Wurzen, Püchen, Eilenburg, Dueben, Pouch, Loebniz, Gerichshayn. URS. 46) Cuius exemplum vidimus in abbatia Poelde v. supra cap. 1. 47) De fundatione abbatiae a Gisilario Merseburgi institutae bullam Benedicti VII. P. R. mense Aprili. 5. Kal. Maii, Indict. 11., anno eius pontificatus 16, qui erat annus 983, scriptam profert Sagittarius in Antt. Magdeb. p. 202. URS. 48) Diem obitualem Ohtradi monachi v. in Necrol. Merseb. 7. Kal. Iunii. 49) Cum episcopatus Brandenburgensis fundatus sit anno 949, archiepiscopatus Magdeburgensis vero anno 967, patet Thietmarum in illo annorum numero errasse. 50) Ann. Hildesheim. Chronogr. et Ann. Saxo haec ad annum 983 referunt. 51) De quo v. infra. 52) Hugoni in fine anni 981 iam successerat Frithericus, ut coniicere licet ex cap. 8. Haec omnia igitur ante annum 983, quo Annalista ea collocavit, referenda videntur. Conf. omnino l. IV. c. 36. 53) Dies eius emortualis Octob. 7. in Necrolog. Merseb. notatur.

sic tractavi, reliquias sanctorum itinere in coelum divinitus collatas abisse, hostesque terruisse atque fugasse. Post haec Mystuwoi in amentiam versus in vinculis tenetur; et aqua benedicta inmersus: *Sanctus*, inquid, *me Laurentius incendit!* et antequam liberaretur, miserabiliter obiit.[b] Desolatis tunc omnibus preda et incendio urbibus ac villis usque ad aquam, quae Tongera vocatur, convenerunt e Sclavis peditum ac equitum plus quam 30 legiones, quae sine aliqua lesione residua quaeque suorum auxilio deorum tunc[a] devastare non dubitarent, tubicinis precedentibus.[d] Non latuit hoc nostros. Conveniunt episcopi Gisilerus et Hilliwardus cum marchione Thiedrico *f. 44 caeterisque comitibus, Ricdago, Hodone[e] et Binizone, Fritherico, Dudone ac patre meo Sigifrido, aliisque[f] compluribus; qui ut dies sabbati primo illuxit, missam omnes audiunt, corpus animamque coelesti sacramento muniunt, hostesque obvios fiducialiter inrumpentes, paucis in unum collem effugientibus, prosternunt[54]. Laudatur a victoribus in cunctis Deus mirabilis operibus, approbaturque veredicus[g] Pauli[55] doctoris sermo: *Non est prudentia neque fortitudo nec consilium adversus Dominum.* Derelicti sunt, qui prius Deum spernere presumpserunt, idolaque manufacta et prorsus inania creatori suo stulti preposuerunt. Appropiante tunc nocte, nostrisque a longe castrametantibus, hii, quos supra memoravi, furtim, pro dolor! evasere. Omnes autem nostri, exceptis tribus, crastino gaudentes remeabant, applaudantibus[g'] cunctis, quos obviam habuere vel domi invenere.

12. Interim cesar Romanum sic regebat inperium, ut quod patrem suum prius respiciebat, omne detineret, et Saracenis sua inpugnantibus viriliter resisteret et a finibus suis longe hos effugaret. Calabriam a crebra Grecorum incursione et Sara- *f. 44' cenorum depredatione magnam vim[h] perpeti cesar comperiens, ad supplementum exer- 982. citus sui Bawarios ac fortes in armis Alemannos vocavit.[56] Ipse autem cum Ottone duce, fratris filio Liudulfi,[i] ad urbem Tarentum, quam Danai iam presidio munitam optinuerant, festinavit, eamque viriliter in parvo tempore obpugnatam devicit.[57] Saracenos quoque valido exercitu sua populantes superare contendens,[k] cautos illo speculatores misit, qui certa de hostibus referrent. Quos primo infra urbem quandam[l.58] clausos effugavit devictos, postque eosdem in campo ordinatos fortiter adiens[m], innumeram ex his multitudinem stravit, prorsusque hos speravit esse superatos Sed hii ex inproviso collecti ad nostros unanimiter pergunt, et paululum resistentes prosternunt, pro dolor! 3. Idus Iulii Richarium[n] lanciferum et Udonem ducem, matris meae avunculum, comitesque Thietmarum, Becelinum, Gevehardum, Gunterium,[o] Ecelinum, eiusque fratrem Becelinum, cum Burchardo et Dedi ac Conrado ceterisque ineffabi- *f. 45 libus, quorum nomina Deus sciat.[59] Imperator autem cum Ottone prefato caeterisque effugiens, ad mare venit, videnque a longe navim, salandriam nomine, Calonimi equo Iudei ad eam properavit. Sed ea preteriens, suscipere hunc recusavit. Ille autem littoris presidia petens, invenit adhuc Iudeum stantem, seniorisque dilecti eventum[p] sollicite exspectantem. Cumque hostes adventare conspiceret, quid[q] umquam fieret de se[r], tristis hunc interrogans, et habere se amicum apud eos, cuius auxilium speraret, animadvertens, iterum equo comite in mare prosiliens, ad alteram, que seque-

a) *add.* 1b. b) Post — obiit *add.* 1*b. in ima paginae margine.* d) t. p. *add.* 1*b.* e) hŏdone 1c. f) ceterisque *corr.* aliisque 1. g) veridicus 1c? g') applaudaentibus 1c. h) m 1. i) Iudulfi *e corr.* 1c? k) *ita* 1c. contendas 1*a*. l) urbe quadam 1*a*. m) ad eius 1. ad eius interitum 2. adiens *coniecit Wagnerus.* n) *Inter* Iulii *et* Richarium *sex vel septem literarum spatium absque rasura* 1. o) i *erasum.* p) euuentum 1*a*. q) qđ 1. r) *ita* 1c? dente 1*a*.

54) *in loco, qui Belxem dicitur* A. S. a. 983. 55) Ita non Paulus, sed Salomon Proverb. 21. v. 30. 56) Conf. Ann. Hildesh. Lambert. a. 982. Balderici Chron. Camerac l. 1. c. 103. Alpert. de variet. tempor. c. 24. 57) Mensibus Martii et Aprilis a. 982. 58) Scillacium; v. Ann. Cav. ap. Prat. IV. p. 420. VV. 59) Necrol. Luneb. ad 2. Id. Iul. *O. Gunther et Vdo et alii multi occisi.* Idus Iul. habent Lamberti Annales, qui Ottonem ducem, Bertoldum, VVernher abbatem Fuldensem et Heinricum episcopum Augustensem inter occisos numerat. De Ottone hoc anno mortuo v. Ann. Hildesh. et Ann. Einsiedl. a. 982. Necrolog. Merseburg. ad 3. Id. Iul. nomen habet Heinrici episcopi (Conf. Vitam S. Udalrici c. 28.); ad 17. Kal. Aug. ibi legitur: *Heinricus episcopus a Saereçenis cum aliis multis occisus.* Comites Irmtrid et Arnold praeter alios memorantur in Necrol. Fuldensi. Conf. Ann. Augustan. Hanc diem proelii fuisse refert Chronic. episc. Metensium.

982. batur[b], tendit salandriam, et ab Heinrico solum milite eius, qui sclavonice Zolunta vocatur, agnitus intromittitur, et in lecto senioris eiusdem navis positus, tandem ab ipso etiam cognitus, si inperator esset, interrogatur. Qui cum hoc diu dissimulare studuisset,[c*] tandem professus: *Ego sum*, inquit, *qui peccatis meis id promerentibus ad hanc veni miseriam. Sed quid nobis sit modo communiter faciendum, diligenter accipite. Optimos ex meo nunc perdidi miser imperio, et propter hunc doloris stimulum neque terras has intrare nec horum amicos* *f. 45' *umquam possum vel cupio videre. Eamus tantum ad urbem Rossan,*[60] *ubi mea coniunx meum prestolatur adventum, omnemque pecuniam, quam teneo ineffabilem, cum eadem sumentes, visitemus imperatorem vestrum, fratrem scilicet meum, certum, ut spero, meis necessitatibus amicum.* His dulcibus colloquiis provisor navis delectatus consensit, et perdius ac pernox ad condictum pertingere locum properavit. Quo cum propiarent, binomius ille iussu inperatoris premissus, inperatricem et qui cum ea erat Thiedricum[c] presulem supramemoratum cum somariis plurimis quasi pecunia sarcinatis vocavit. Greci autem primo ut inperatricem cum tantis de urbe prefata muneribus exire viderunt, anchoram ponentes,[d] Thiedricum antistitem cum paucis intromittunt. Sed inperator rogatu presulis vilia deponens vestimenta et induens meliora, viribus suis et arte natandi confisus, ut stetit in prora, mare velociter insiluit. Quem cum quidam ex circumstantibus Grecis apprehensa veste detinere presumeret, perfossus gladio Liupponis, egregii militis, retrorsum cecidit. Fugierunt[e] hii in alteram partem navis, nostri *f. 46 autem quibus huc veniebant puppibus incolumes cesarem sequebantur, *eos littoris securitat prestolantem, premiaque promissa magnis muneribus Danais implere cupi-
61 entem.[61] Hii vero multum perterriti promissionibusque diffidentes, abierunt, patrios repetentes fines; quique dolo omnes semper vicerant naciones, simili se tunc delusos arte sentiebant. Quanta autem laeticia a presentibus posteaque venientibus imperator susceptus sit, explicare non valeo.

62 13. Sed ut in omnibus, lector carissime, certus efficiaris, salandria[62] quid sit,[f] vel cur ad has pervenerit horas, breviter intimabo. Haec est, ut prefatus sum, navis mirae longitudinis et alacritatis,[g] et utroque latere duos tenens remorum ordines, ac centum quinquaginta nautas. Duabus hoc unum erat nomen navibus, quae iussu basilei Nicaphoris Calabriam petierunt colligendi gratia tributi; quae licet Romano specialiter serviat inperio, tamen ne aliquam a Grecis paciatur[h] molestiam, auri debitum quotannis voluntarie persolvit Constantinopolitanis. Inperator autem has venientes, inextinguibilemque ab omni re preter acetum ferentes ignem, sibi coniunxit, et in mare *f. 46' ad comburendas Saracenorum *naves conductas direxit. Quarum una, sicut predixi, suscipere devictum eundem recusavit, seu ob ignorantiam sui, seu ob metum subsequentis inimici; altera autem, quae hunc instinctu Heinrici suscepit,[i] velut prefatus sum, invita reddidit.

14. Paululum mihi nunc devianti mens est, incepta perficere. Omnes nostri principes, comperta tam miserabili fama, conveniunt dolentes, et ut eum sibi liceret videre, per epistolae portitorem unanimi supplicatione poscebant. Quorum legationem cesar
983. ut audivit, desideranti animo consensit. Ponitur[k] in Berna civitate conventus,[63] et omnis huc convocatur principatus,[l] necessaria ut hic tractarentur[m] multa. Solus[n] dux Bernhardus in media revertitur via; namque una ex urbibus suis . . . . . °, quam imperator contra Danos opere ac presidio firmavit, dolo ab hiis denuo capta, cesis defensoribus eiusdem incensa est[p.64]. Anno dominicae incarnationis 983. inperator Verone
65 placitum habuit, et Heinricus minor exilio solutus, dux Bawariorum effectus est.[65] Et

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1c. sequabatur 1*a*. c*) studuissaent 1*a*. c) thredricum 1. d) *ita* 1c. ponens 1*a*. e) i *erasum* 1. f) *ita* 1c. quissit 1*a*. g) aclaritatis *corr.* claritatis 1. h) paciantur 1*a*. i) *ita* 1*b*. susceperat 1*a*. *scripsisse videtur*. k) fit 1*a*. l) et o. h. g. p. 1*b*. *in loco raso*. m) ut h. t. 1*b*. *e corr.* n) Solus — incensa est *Thietmari manu*. P. o) *Inter* suis *et* quam *spatium aliquot syllabarum relictum* 1. p) *Hic versu et dimidio vacuis relictis sequentia usque ad cap. finem qui et folii est finis ipse Thietmarus scripsit.*

60) Rossano, oppidum in Calabria citeriore. Adam Bremens. II, 18. 65) Ex Ann. Quedl. cf. 61) Imperator Iulii d. 31. adhuc in civitate Rossano degit. Ann. Hildesheim. a. 983. Conf. ibid. a. 977 et 978 et supra c. 5. In pace imperatoris cum Venetis hoc anno Iun. 7. conclusa inter testes iam 62) Chelandria audit apud Liudprand. V, 9 sqq. 63) Veronae inperatorem invenimus mense Iunii a. 983. 64) Conf. apparet Ezelo (s. Hecil, Heinricus minor.)

in hoc anno Sclavi unanimiter restiterunt cesari et [b] Thiedrico marchioni.[66] Et. filius 983.
inperatoris ab omnibus in dominum eligitur.

14. [*]Post paucos dies discedebant, ultimum vale dicentes; namque inperator cum [*f. 47.]
Romam veniret[c], relicta matre sua venerabili in Papia civitate, graviter infirmatus, ut
extrema persensit adesse, omnem suimet pecuniam partes divisit in quatuor[67], unam 67
aecclesiis, secundam pauperibus, tertiam dilectae suimet sorori Mahtildae, quae abbaciam
in Quidilingeburg devota Christo famula obtinuit, quartam suis tristibus donavit minis-
stris ac militibus. Factaque latialiter[68] confessione coram apostolico caeterisque[d] 68
coepiscopis atque presbiteris, acceptaque ab eis optata remissione, 7. Idus Decembris ex
hac luce subtractus est; terreque commendatur ubi introitus orientalis paradisi domus
sancti Petri cunctis patet fidelibus[69], et imago dominica honorabiliter formata venientes 69
quosque stans benedicit. Equidem sortis memor humanae multumque indigens indul-
gentiae, coeli terraeque Deum et Dominum supplex efflagito, ut quicquid[e] hic in mea
umquam peccaverit aecclesia, clemens remittat, pro beneficiis autem centuplum largia-
tur, potestateque inmerito mihi concessa indulgeo, te obnixe successorem [*]postulans, ut [*f. 47'.]
huic veniam nemini in ultimis denegandam semper ex corde tribuas.

15. Huius inclita proles, nata[70] sibi in silva, quae Ketil vocatur[71], in die proximi[a] 70
natalis Domini ab Iohanne archiepiscopo Rawennate[f] et a Willigiso Magociacense in
regem consecratur Aquisgrani, et completo hoc officio, mox legatus tristi nuncio tanta cf. Hor. III, 24, 31.
perturbans gaudia advenit. Movit multorum corda ineffabilis dolor, virtus sublata que-
ritur, quam sepissime incolumem homo fragilis et dubius persequitur. Sedit hic bis
quinos solares annos post obitum patris sui, regni tutor et inperii, hostibus cunctis hor-
rendus, commissisque[b] gregibus inexpugnabilis murus[72]. Nutat ancxia[i] in tantis rebus 72
populi sentencia, quam cito firmavit divinae maiestatis miseracio. Solvitur a Traiectensi
custodia dux Heinricus, et ab eo rex tenellus ad nutriendum sive ad degradandum a
Warino, Coloniensi archiepiscopo, cuius firmae fidei ab inperatore predicto is[a] commis-
sus fuit, assumitur. Obseram modo tercii seriem voluminis, duro vecte necis deflendae
tercii inperatoris[k] nostri, et certitudinem pietatis almae, qua omnem exclusit ambigui-
tatem, stilo laetus aperire conabor.

LIBER IIII.[k]

1. [*]Anno dominicae incarnacionis 984° domna inperatrix Theuphano, tercii mater [*f. 51'.]
Ottonis et, pro dolor! in hoc ordine ultimi, novitate diri[l] vulneris et unici absencia 984.
filii perculsa, ad Ethelheidam[m] inperatricem Papiam civitatem veniens, magno succi-
pitur luctu, caritativoque lenitur solatio. Prefatus vero dux cum Poppone venerabili
episcopo[1], sub cuius potestate diu tenetur, et cum Ekberto comite unióculo[n], Agri- 1
pinam veniens, regem patronus legalis de Warino, ut predixi[2], archipresule suscepit, 2
eiusdemque auxilium cum omnibus, quos ad sui gratiam convertere poterat, firmiter
est adeptus[3]. Dispositis autem, prout sibi placuit, cunctis, dux ad Corbeiam cum 3
eis venit, ibique Thiedricum[4] et Sicconem[5] comites ac confratres nudis pedibus 5

a) *add.* 1*b*. b) et et 1. *in duabus lineis.* c) venirent 1*a*. d) ceterisque 1. e) quid quid *corr.* quicquid 1. f) rauuennate *altero* u *eraso* 1. g) que *addit* 1*b*. h) c *erasum* 1. i) peratoris — qua *in loco raso* 1. k) Explicit liber tercius. Incipit liber quartus de Ottone tercio imp. 2. l) *Ita* 2, *A. S. a.* 984. di 1. m) Adhelheidam 1c. *semper.* n) monoculo 2. *A. S. l. l.* *) *ita in cod. recentiori manu signatum; nihil vero deest*

66) V. ibid. 67) Conf. Chronogr. Sax. a. 983. 68) *pleno ore* Chron. Sax. a. 983. 69) *Apud S. Petrum in paradiso iuxta oratorium S. Mariae .. sepelitur.* Alpertus l. l. 70) Sc. 980. V. Chronogr. et A. S. h. a. 71) Silva Ketil, ubi hodie villa parochialis Kessel iuxta fluvium Niers ad arcem Gennep in districtu Cleviensi. V. Scheid. in Orig. Guelfic. T. IV. praef. p. 96. 72) Nota hexametrum: *Commissis gregibus inexpugnabilis murus.* 1) *Traiectensis* addit Ann. Saxo. De episcopo Ultraiectino sermo hic esse non potest, ille enim fuit Ansfridus ab a. 976 — 1008. nec fuit Poppo ille episcopus Wirceburgensis, quippe qui diem supremum obiisset paulo ante Ottonem II. imperatorem. Fortasse fuit Cracowensis, de quo v. infra cap. 28. 2) V. supra l. II, cap. 15. 3) *Simulans se primo ob ius propinquitatis partibus regis infantis fidelissime patrocinaturum*, Ann. Quedlinb. a. 984. 4) Comes palatinus. 5) In cap. 2. et. c. 13. dictus Sibertus; Sigibertus vero in documento apud H. A. Lüntzel die ältere Diocese Hildesheim. pag. 345. In Ann. Quedl. a. 995. hic et frater eiusdem Saxones dicuntur.

984. veniam postulantes dedignatur suscipere. Quod hii egre ferentes abierunt, cognatos suimet et amicos a ducis ministerio toto mentis nisu amovere studentes. Qui cum palmarum sollemnia in Magadaburg celebrare voluisset, omnes regionis illius principes huc convenire rogavit atque precepit, tractans quomodo se suae potestati subderent regnique eum fastigio sublevarent. Huic consilio maxima pars[b] procerum hoc dolo consensit, quod licenciam a domino suimet rege, cui iuraverat, prius peteret, postque secura novo regi serviret. Quidam autem ob eius indignationem digressi, occultis [6] meditantur astutiis, qualiter hoc numquam fieret[6].

f°51r. 2. Inde egressus Heinricus, proximum °pascha Quidilingeburg[c] festivis peregit gaudiis. Quo magnus regni primatus colligitur, a quibusdam autem venire illo nolentibus ad omnia diligenter inquirenda nuntius mittitur. Hac in festivitate idem a suis publice rex appellatur laudibusque divinis attollitur. Huc Miseco et Mistui et Bolizlovo duces cum caeteris ineffabilibus confluebant, auxilium sibi deinceps ut regi et domino cum iuramantis affirmantes. Multi ex his fidem violare ob timorem Dei non [7] presumentes, paululum evaserunt, et ad civitatem Hesleburg[7], quo consocii eorum adversus ducem iam palam conspirantes conveniebant, festinavere°. Quorum haec sunt nomina. Ex oriente hii comites cum Bernhardo duce et Thiedrico marchione, [12] Ekkihardus[8], Biio[9], Esic[10], Bernwardus, comes, et clericus[11], Sifrith eiusque filius[12], Frithericus[13], et Ciazo[14] confratres. Conprovincialium autem Thiedricus et Sibert confratres[15], Hoico[16], Ekkihardus, et Bezeco germani, Brunig, et sui, militesque sancti [17] Martini iussu archipresulis[17] Willigisi, quibus adherebat occidentalium maxima multitudo. Quod dux comperiens, suos magnis muneribus ditatos cum gratia dimisit; ipse autem cum valida manu ad perturbandam hanc coniurationem seu pacificandam [18] ad Werlu[18] properans, Popponem misit episcopum, ut adversantes sibi disiungere vel° reconciliari temptaret. Qui cum cepto itinere persisteret, hostes congregatos iamque [19] ducem petere paratos inveniens, vix pacem mutuam in loco, qui Seusun[19] dicitur, f°52. ad condictum pepigit diem. °Ad quam dux, Bawariam continuo proficiscens, cum venire aut noluisse[d], aut propter Heinricum ducem, qui tunc Bawariis atque Carentis [20] prefuit[20] munere prefati inperatoris, non potuisset, hostilis immanitas urbem comitis Ekberti, quae Ala[21] dicitur, possedit; destructisque protinus muris intrantes, Ethelheidam inperatoris filiam, quae hic nutriebatur, cum pecunia ibi plurimum collecta rapiunt, gaudentesque redeunt.

3. Dux autem, conversis ad se omnibus Bawariorum episcopis comitibusque non- [22] nullis, Francorum terminos his fretus sociis adiit, et in pascuis ad Bisinstidi[22] pertinentibus ad alloquendos regionis illius principes consedit. Magontinae tunc provisor [23] aecclesiae Willigisus cum duce Conrado[23] caeterisque optimatibus huc venit. Hos dux quibuscumque valuit modis sibi coniungere temptans, eosque a promissa regi suo cum sacramentis fide numquam vita comite recessuros unanimi eorum responso percipiens, coactus est futuri timore duelli cum iuramentis affirmare, ut 3. Kalendas Iulii ad locum [24] qui Rara vocatur[24], veniret, puerumque matri suae illisque redderet. Tunc unusquisque remeavit ad sua, mente diversa pre gaudio atque tristicia.

a *add.* 1*b*. b) ita 1*c*. pras 1*a*. c) quidelingaeburg 1*a*. d) *ita corr.* noluisset 1.

6) Conf. Ann. Hildesheim. h. a. 7) Asselburg, castrum nunc dirutum prope Burgdorf in iudicio Saldern. 8) Thuringiae comes, Gunterii filius. 9 et 10) Comites Merseburgienses. 11) Postea, ut videtur, magister regis et episcopus Hildeshemiensis. 12) Sifrith, comes Northemensis eiusque filius equivocus. De quibus confer Schrader die älteren Dynastenstämme zwischen Leine, Weser und Diemel; quem hic tamen locus fugit. 13) Comes de Eilenburg. 14) Etiam Ziazo, Zazzo dictus. V. infra cap. 28. 15) V. n. 5. ad cap. praecedens. 16) V. infra cap. 6. 17) Moguntini. 18) Palatium regale Werla iuxta Burgdorf in territorio Hildesiensi, ibique praefectura Schladen, prope Goslariam. Vidensis C U. Grupen Obss. rerum et antiq. Germ. et Roman. pag. 1 — 30 et F. D. Haeberlin diss. de situ Werlae Helmst. 1786. 19) Seesen inter Goslariam et Gandersheim; dictum Schuson in Ambergo in charta Ottonis II. imp. data Gruonaha 974 Iun. 11; a. 1007. vero vocatur Seusi. Conf. Wedekind Noten T. I. p. 40. 20) v. supra l. III. c. 12. 21) Videtur fuisse urbs Ala Oelsburch, olim Alsburch, iuxta Fusam fluvium in praefectura Brunsvicensi Lichtenberg sive iudicio Saldern. Conf. Wedekind l. l. 22) Bisenstätt prope Wormatiam, haud procul a Rheno, olim fuit villa regalis. Conf. Ann. Fuldens T. I. p. 382. 23) Conradus, dux Franconiae et Sueviae. 24) Gross-Rohrheim in praefectura Hasso-Darmstadensi Zwingenberg.

4. Post haec Heinricus Bolizlavum [b], ducem Boemiorum, in cunctis suimet necessitatibus semper paratum, cum suis adiit, honorificeque ab eo susceptus, cum exercitu eiusdem a finibus suis per Niseni [25] et Deleminci pagos usque ad Mogelini [26] ducitur. Deinde cum nostris obviam *sibi pergentibus ad Medeburun proficiscitur. Wagio vero, miles Bolizlavi ducis Boemiorum, qui Heinricum cum exercitu comitatur, cum ad Misni redeundo perveniret, cum habitatoribus eiusdem pauca locutus, Frithericum, Rigdagi marchionis tunc in Merseburg commorantis amicum et satellitem, ad aecclesiam extra urbem positam [27] venire ac cum eo loqui per internuntium postulat. Hic ut egreditur, porta post eum clauditur, et Ricdagus, eiusdem civitatis custos [28] et inclitus miles, iuxta fluvium, qui Tribisa dicitur, ab hiis dolose occiditur. Urbs autem predicta, Bolizlavi mox presidio munita, eundem cito dominum et habitatorem succepit. 981 *f. 52' 26 27 28

5. A quo Wolcoldus [c] antistes vulgi instinctu varii expellitur, et ad [d] Willigisum archiantistitem veniens, benigne ab eodem succipitur [e]. Hunc enim pro filio episcopus nutrit, et cum ad eoas ordinaretur regiones, secundo Ottoni [f], cui magisterio prefuit, diligenter vice sui habendum commendavit. Hoc semper iste in animo tenuit, ac maximo honore cognovit, et tunc adprime, cum sibi fuit necesse; et in Erpesfordi [g], quo ipse desideravit, procurari [h] eundem sumopere iubet. Ibi diu conversatus, post mortem Ricdagi marchionis incliti [29] Ekkihardo succedente et Bolizlavo ad propria remeante, sedem propriam revisit. Posteaque Bolizlavi amiciciam firmiter acquirens, cum in Pragu [i] cenam Domini celebraret, posteraque die, quae est parasceue, *cum memoriam divinae [k] passionis [l] rite perageret, paralisi perculsus asportatur, et in hac infirmitate usque ad finem huius vitae, quamvis ad tempus evalesceret, permansit. Sedebat [l] 23 annos, 10. Kal. Septembris [30] ex huius carnis ergastulo eductus [n]. In huius vice Eid [m], nostrae congregationis frater, vir iustus et magne simplicitatis, ordinatur hortatu Gisileri archipresulis, de cuius inclita [o] conversacione multa ad edificationem nostram utilia, cum tempus fuerit, narrabo, nunc inceptis persistens. 985. cf. Virg. Aen I, 415. *f. 53. 30

6. Interim fautores regis Willehelmum comitem [c], duci nimis familiarem, in Wimeri [p] possidentes, comperto eiusdem adventu, illo festinant, ac iuxta villam, quae Iteri dicitur [31], convenientes, castra metati sunt, crastino contra eum bellaturi. Quod cum ducem protinus non lateret, Gisilerum huc misit archiepiscopum, qui voluntatem eorum perquireret, pacemque, si potuisset ulla fieri racione, firmaret. Hic cum senioribus congregatis suae legationis aperiret secretum, dictum est ab his: si regem suum et dominum reddere, nilque de rebus suis preter Merseburg, Walbizi [32] et Frasu [33] ad supramemoratum diem sibi detinere voluisset, idque sacramentis credibilibus approbaret, quod tunc cum securitate eorum ex parte consolidata huic abire liceret; sin autem, quod eundi redeundique [q] nullus vivo patesceret locus. Quid plura? quicquid exposcunt, crastino impetrant, eumque ad Merseburg, ubi ductrix Gisla [34] *longo tristis sedebat abcessu, hii discedentes ire permittunt. Is vero cum fidelibus suis singula quaeque discutiens, seque ob Dei timorem patriaeque salutem a proposito [r] recessurum suo veraciter indicans, grates auxilii suimet ac bonae voluntatis condignas refert, et ut cum illo ad condictum pergerent diem, omnes caritative postulat. Ventum est ad Rara ab inperatricibus, in Papia humiliter divinam consolationem huc usque prestolantibus, et ab universis imperii ac regni principibus; fidelisque promissio ducis completur, data cunctis, qui ad regnum pertinebant, gratia sui abeundique licentia. Stella a Deo predestinati rectoris media die cernentibus universis clara refulsit [35]. Fit unus laicorum atque 981. 31 *f. 53 35

a) *add.* 1*b*. b) bozlauum 1. c) uolcoldus 1*c*? d) et ad *add.* 1*b*. e) susc. 1*c*. f) ottone 1*a*. g) erfordia 1*c*. h) procurrari 1*a*. i) praga 1*b*. *sive* 1*c*. k) dominicae 2. *A. S.* l) *ita* 1*c*. Sebat 1*a*. m) id 1*a*. n) *erasum est* 1. o) de Thuringia *add. A. S.* p) uuimari 1*c*. *A. S.* q) reundique 1. r) *ita* 1*c*. pposito 1*a*.

25) Pagus inter fluvios Elbam et Muldam prope Dresden et Freiberg. 26) Mügeln iuxta fluvium Delnitz prope Oschatz. 27) ecclesia S. Nicolai in foro novo suburbii Misniensis iuxta fluvium Trübische. 28) sc. burggravius Misniensis. Fortasse is, quem occisum esse Octob. II. Necrologium Luneburgense commemorat. 29) Ricdagus, marchio Misniensis obiit anno 985. V. Ann. Quedl. et Necrolog. Fuldense. 30) Hunc diem emortualem etiam habent Necrol. Merseburg. et Luneburg. 31) Castrum Ittern in finibus Saxoniae et Franconiae. 32) Walbeck in comitatu Mansfeldensi. 33) Frosa, urbs ad ripam Albis sita ultra Magdeburgum. 34) Heinrici ducis Bavariae uxor, filia Conradi regis Burgundiae, qui erat frater Adelheidae imperatricis. URS. 35) *Stella — refulsit* ex Ann. Quedlinb. a. 984.

clericorum in Christi laude concentus, ac prius repugnantium supplex affectus, convenitque in unum dissona turba dominium. Rex a[a] suimet matre aviaque diligenter susceptus, Hoiconis magisterio comitis commissus est. Inter regem et ducem pax firmatur, usque ad supramemorata Bisinstidi prata, utrisque sua petentibus. Convenientibus autem his, malorum instinctu in malo discesserunt, sicque multum temporis stetit intervallum [a]. Oritur autem inter hunc et prefatum Heinricum, qui minor dicebatur, magna sedicio, quae Herimanni [b] comitis consilio postmodum finita, regis gratiam in Francanafordi [c] et ducatum dedicius promeruit [35].

7. Celebrata est proxima paschalis sollemnitas *in Quidelingeburg a rege, ubi quat- *f. 54.
985. tuor [d] ministrabant duces, Heinricus ad mensam, Conrad ad cameram, Hecil ad cellarium, Bernhardus equis prefuit. Huc etiam Bolizlavus et Miseco cum suis conveniunt, omnibusque rite peractis, muneribus locupletati discesserunt. In diebus illis Miseco semet ipsum regi dedit, et cum muneribus aliis camelum ei presentavit, et duas expe-
36 diciones cum eo fecit [36]. In primo anno regni eius antistes Hillinessemensis Adwinus Kalendis Decembris obiit [37], et Osdagus, eiusdem monasterii prepositus, successit. Quo
38 sedente quinque annos et tunc exspirante [38], Gerdagus tunc cellerarius [e] ordinatur. Et cum ille in 3. ordinationis suae anno Romam causa orationis petens reverteretur, 7.
39 Idus Decembris obiit [39], et corpus eiusdem per singula divisum membra in scriniis duobus ad monasterium suimet a consociis lugubriter delatum est. Hos antistites duos Gisilerus archipresul, casu ibidem adveniens, terrae commendavit. Tunc [f] Bernwardus [g], magister
40 regis, facta eleccione consecratur [40].

8. Multis bellorum asperitatibus Sclavos lacessere rex non desistit [41]. Orientales quoque adversum se presumentes insurgere devicit. De occidentali parte quam plures arma sepius commoventes multosque depredantes, vi et arte is superare contendit. Puerilia
989. non est opus numerare, longumque videtur, quae pro prudentibus is effecerit consilia- *f. 54'
toribus, enarrare. Cometa apparens damna in pestilenciis subsequutura *indixit [42]. Inpe-
1 Cor. 13, 11. rator, iam factus vir, ut ait apostolus, evacuavit quae [h] erant parvuli; semperque Merseburgensis destruccionem aeclesiae deflens, quomodo haec renovaretur, sedula mentis intentione volvebat [i], et quamdiu in corpore vixit, hoc votum perficere studuit monitis [k] piae matris. Quae talia, ut mihi Meinsvith [l] post retulit, sicut ab ipsa percepit, in somnis vidit. Apparuit ei intempestae noctis silentio sanctus Christi adleta Laurencius, dextero mutilatus brachio: *Cur*, inquiens, *quis* [l*] *sim, non interrogas?* Et illa: *Non audeo*, infit, *domine mi!* Ille autem prosequitur: *Ego sum*, dicens, et nomen innotuit. *Quod*
44 *in me modo ipsa consideras, tuus effecit senior* [43], *eius persuasu seductus, cuius* [44] *culpa electorum Christi magna multitudo discordat.* Post haec nati suimet commisit fidei, seu vivente Gisilero seu moriente fieri potuisset, redintegrato episcopatu patris sui animam in novissimo die ad eternam requiem renovaret. Haec, quamvis [m] sexu fragilis, modestae tamen fiduciae, et quod in Grecia rarum est, egregiae conversationis fuit, regnumque filii eius custodia servabat virili, demulcens in omnibus pios terrensque ac superans erectos. De fructu vero ventris sui decimas Deo obtulit, filias suas, primam [n] ad Qui- *f. 55.
dilingeburg Aethelheidam nomine, alteram ad Gonnesheim [o], *quae Sophia dicitur [45].

9. Eo tempore Miseco et Bolizlavus inter se dissonantes, multum sibi invicem
990. nocuerunt [46]. Bolizlavus Liuticios suis parentibus et sibi semper fideles in auxilium sui invitat; Miseco autem predictae imperatricis adiutorium pestulat. Quae cum tunc in Magadaburg fuisset, Gisilerum eiusdem archiepiscopum, comitesque hos, Ekkihardum,
47 Esiconem, Binizonem, cum patre meo et eius equivoco [47], Brunone ac Udone caeteris-

a*) ab:::: suimet ex matre 1*a*. a) interuuallum 1*a*. b) i *erasum* 1. c) francinfordi 1*c*? d) *primum* t *erasum*. e) *ita* 1*c*. cellenarius 1*a*. f) Tunc — consecratur *add.* 1*b*. g) n *erasum* 1. h) qę 1. i) uuoluebat 1*a*. k) *ita* 1*c*. monotis 1*a*. l) meinsuth 1*a*. l*) *ita* 1*c*. quid 1*a*. m) quavis 1. n) .I. 1. o) gandesheim 1*c*.

35) Ducatum scilicet Bavariae recepit. 36) Indid. a. 986 et 985. 37) Ita et Necrol. Merseburg. de Otwino episcopo. 38) Ann. Quedlinb. a. 989. Ann. Hildesh. a. 990. Obiit ille 6. Idus Novembr. teste Calend. Merseburg. 39) Ann. Quedlinb. a. 992. Ann. Hildesh. eod. a. Calend. Merseb. 7. Id. Decembris. 40) V. Ann. Hildesh. a. 993. Conf. vitam eius a Tangmaro presbytero scriptam cap. 2. 41) V. Ann. Quedlinb. a. 986, 987, 990. 42) Ann. Quedlinb. a. 989. 43) sc. Otto II. imperator. 44) sc. Gisileri. 45) Ann. Quedlinb. a. 999. Sophiam harum sororum natu maiorem fuisse dicunt. 46) V. Ann. Hildesh. a. 990. 47) Sigefrido, comite Stadensi.

que compluribus eo misit. Qui vix cum 4 [b], proficiscentes legionibus [a], ad pagum Sel- 990.
puli dictum venerunt, ac iuxta unam paludem, supra quam pons longus porrigitur, consederunt [a]. Et ecce, in noctis silentio unus ex sociis Willonis, qui pridie ad perspiciendum suimet predium precedens a Boemiis captus est, evadens, periculum imminens Binizoni primo indixit comiti. Tunc nostri eius ammonitione celeriter surgentes, se preparant, et in ipso iam venientis aurorae crepusculo missam audiunt, quidam stando, et alii super equos sedendo; et in ortu solis exeunt e castris, solliciti de eventu futuri certaminis. Tunc Bolizlavus cum suis venit turmatim [c] 3. Idus Iulii, et utrimque nuncii mittuntur. Et ex parte Bolizlavi quidam miles, Slopan [d] nomine, ad perspiciendum agmen nostrorum accessit, et reversus inde interrogatur a domino, qualis esset exercitus hic, si cum eodem potuisset pugnare, an non. Ortabantur enim hunc satellites sui, ut nullum de nostris vivum sineret [a] abire. A quo sic ei redictum *est: *Exercitus hic* [a] *f. 55'.
quantitate parvus, qualitate sua optimus et omnis est ferreus. Pugnare cum eo tibi potis est; sed [a] *si tibi hodie victoria evenit, sic prosterneris, ut fugiendo Miseconem inimicum te continuo persequentem vix aut nequaquam evadas* [e], *et Saxones tibi hostem* [f] *in perpetuum acquiras. Si autem victus fueris, finis est de temet ipso et de omni regno ad te pertinenti. Non enim remanet spes ulla resistendi* [g] *inimico te undiquessecus vallanti* [h]. Talibus alloquiis furor illius sedatur, et pace facta [i] principes nostros alloquitur, ut qui contra eum huc venirent, cum eo ad Miseconem pergere, et in restituendis suimet rebus se apud Miseconem adiuvare [i*] voluissent. Hoc laudabant [48] 48
nostri, et Gisilerus archipresul cum Ekkihardo, Esicone ac Binizone comitibus proficiscebatur cum eo, caeteris omnibus domum cum pace revertentibus. Advesperascente iam die hiis omnibus arma [k] sumuntur, et mox cum iuramento firmatis redduntur. Venit Bolizlavus cum nostris ad Oderam; ad Miseconem nuncius mittitur, qui diceret, se [a] in potestate sua auxiliatores suos habere. Si regnum sibi ablatum redderet, hos incolomes abire permitteret; sin autem, omnes perderet. Sed Miseco huic talibus respondit: Si voluisset rex suos acquirere [l] salvos aut ulcisci [l*] perditos, faceret; et si hoc non fieret, quod propter eos nil omnino perdere voluisset. Hoc Bolizlavus ut accepit, salvis omnibus nostris, quaecumque potuit ex locis circumiacentibus predatur ac incendit. *Inde reversus urbem unam.....[m] [49] nomine possedit, et hanc cum domino *f. 56.
eius, urbanis nil repugnantibus, acquisivit, eundemque Liuticis ad decollandum dedit. Nec mora, diis fautoribus [n] haec ostia ante urbem offertur, et de reversione ab omnibus tractatur [o]. Tunc Bolizlavus, sciens nostros ex parte Liuticiorum incolumes non posse domum sine eo pervenire, crastino dimisit eos crepusculo, ut ammoniti fuerant, multum properantes. Quod ut predicti hostes comperierunt [p], pone sequi maxima electorum multitudine mox nitebantur. Quos Bolizlavus vix [a] conpescuit talibus: *Vos, qui in meum huc venistis auxilium, videte ut hoc perficiatis bonum, quod incepistis, pro certo scientes, quod hos, quos in fidem succepi meam et in bona pace dimisi, vita superstite mea nullum hodie pacior perpeti malum. Non est nobis honor nec consilium, hactenus amicos familiares nos nunc effici manifestos* [a] *hostes. Scio magnam inter vos esse inimiciciam; et hanc ulcisci eveniunt vobis tempora hiis multo apciora.* Hiis sedati eloquiis Liutici, duos ab eo detenti [p*] ibidem dies, et tunc invicem salutantes antiquumque foedus renovantes, discescerunt. Et tunc illi infideles, qui nostros insequerentur, quia pauci erant, ducentos milites eligerunt. Quod nostris mox a quodam Hodonis [q] satellite comitis intimatum est. Unde in ipsa accelerantes hora, Deo gratias! ad Magadaburg incolumes pervenerunt, hostibus se in vanum sic laborantibus.

10. Id ut primitus *audivit, prosperitati eorum arrisit imperatrix. Sed quia *f. 56'.
de optima eius conversacione parum mihi ad noticiam [r] venit, ideo superius strictim de inmensa eius nobilitate explicui. Haec occidentales tunc inhabitat regiones, quae

a) *add.* 1*b*. b) v. c. IIII. *add.* 1*b*. c) t. III. i. i. *in loco raso* 1. d) Zlopan *A. S.* a. 990. Flopan 1*c*. e) *corr.* euadis 1*c*? f) hostes 1*c*. g) resitendi *superposito* ss 1. h) uuallanti 1*a*. i) patefacta 1. *A. S. l. l. omisit hanc vocem.* i*) aduuuare 1. k) armis 1*a*. l) acquireret 1*c*. l*) ulcissi 1*a*. m) *Spatium hic sex fere litterarum reliquit* 1. n) d. f. *erasa in* 1. *sed A. S. ea adhuc legit.* o) tractur 1*a*. p) i *erasum* 1. p*) *add.* 1*c*. q) hŏdonis 1*c*. r) *ita* 1*c*. nociam 1.

48) i. e. geloben. 49) Nomen hic supplendum videtur esse Nimptsch, urbs Silesiae in principatu Briegensi, ut ex Cosma Pragensi apparet. *URS.*

990. hoc nomine merito dicuntur, quia ibidem sol et omnis equitas cum obediencia et[b] caritate mutua in occasum se vergit. Nox nil aliud est, nisi umbra terrae[a], et hoc totum, quod indigenae isti operantur, nil nisi peccatum. Hic predicatores sancti in vanum laborant, hic reges et caeteri principes modicum valent; predones et iusti persecutores dominantur. Multa sanctorum corpora in hiis partibus requiescunt; sed habitatores hos, ut video, spernunt prevaricantes. Sed ne quis me Crispini discipulum lippi esse arbitretur, de hiis sileo, quia ob inlicitas coniuncciones aliasque ineffabiles versucias hos prope interitum esse non dubito. Innumeras antistitum excommunicaciones spreverunt, et propter hoc stare diu non poterunt. Hoc tantum una mecum, queso, Christi fideles orate, ut hii mutentur in melius, et ad nos numquam veniat[d] talis usus. Nunc autem de fine imperatricis predictae locuturus, quae hunc precesserint signa narrabo. Anno dominicae incarnationis 989.[50] sol defecit 12. Kalend. Novembris et 5. diei hora[e]. Sed cunctis persuadeo christicolis, ut veraciter credant, hoc non aliqua malarum incantacione mulierum vel esu[51] fieri, vel huic aliquo modo seculariter adiuvari posse; sed sicut Macrobius[52] testatur caeterique sapientes fieri asserunt, et id de luna[53]. *Et sequenti anno[f], consummato in bonis vitae suimet cursu, in Niumagun[g] infirmatur imperatrix[a] atque ab hac vita 17. Kal. Iulii discedens, sepulta est ab Ewergero[h] sanctae Coloniensis aecclesiae archiepiscopo, in monasterio sancti Pantaleonis[54], quod datis inpensis Brun archipresul ibi requiescens construi precepit, presente filio ac multa pro remedio matris his confratribus largiente. Quod cum[a] inclita inperatrix Ethelheidis comperiret, tristis protinus effecta, regem tunc septem annos regnantem[i] visitando consolatur ac vice matris secum tamdiu habuit, quoad ipse protervorum consilio iuvenum depravatus tristem illam dimisit.

Hor. Serm. I, 1, 120. — *f. 57. — cf Hor. IV, 4, 36.

11. Huic bene nata virtutibus ornanti pater meus comes Sigifridus domi miliciaeque fideliter servivit, et in expedicione ad Brandanburg, qua ultime militavit, ab equo cadens, valido corporis dolore fatigari cepit. Sensit insuper octavum sibi adesse annum, sic ei in somnis presignatum. Dormiens namque in Colonia his suscitatur denuo verbis: *Sigifride, vigila, et ab isto die post octo annorum curricula vitam te hanc finire presentem pro certo scias.* Hunc prefinitum diem vigilanti semper animo previdit, ac quibuscumque virtutum fructibus valuit, preoccupare non desistit. Me autem[55], in Quidilingeburg apud suam materteram nomine Emnildam, quae paralisi longo tempore laboravit, primo litteris bene adhuc instructum, sumpsit et Ricdago abbati secundo[a] de sancto Iohanne in Magadaburg commendavit. Ibi tres annos ego conversatus, in omnium festivitate sanctorum ad sanctum Mauricium, quia ad altare *hoc me dare non potuit, fraternitatis consortio ab eo iunctus sum, proximaque sancti Andreae natali magnum et valde cunctis acceptabile convivium duos dies peractum est. Inde egressus et imminente quadragesima in civitate Wallibizi dicta infirmatus, Id. Marcii defensor patriae ac homo verus, utriusque debitum persolvit naturae. Quem mater sua, venerabilis omni probitate Mahtildis, celeriter hunc prosecutura, cum coniuge Cunigunda deflet. Namque tanto orbata solatio, cum inmenso merore diem expectavit extremum, ac in eodem anno tercia Nonas Decembris fideliter migravit ad Christum. 996. dominicae incarnacionis anno[k] patruus autem meus, nomine Liutharius, cui equaliter nobiscum haec hereditas contigit, matri meae antiquum renovans dolorem multa intulit mala, et quamvis haec firme[a] suimet fidei[l] a matre sua sibi fuerit commissa, tamen omnibus eiusdem bonis eam privare contendit. Quid multis moror? Inperatoris auxilio cuncta[m] ei restituuntur[m*].

cf. Virg. Aen. II, 3.

988. 12. Interea[n] Atheldagus, archiepiscopus Bremensis, obiit[56], et Liaevizo successit, qui papam Benedictum exulem a patria suimet, quae sita est in confinio Alpium et Suevorum, huc secutus, erga Deum et regem ad hunc honorem promeruit venire.

a) *add.* 1*b*. b) o. et *add.* 1b. c) terrae, per quam perfidorum peccata intelliguntur 2. d) ueniant 1*a*. e) et V. d. h. *add.* 1*b*. f) et s. a. *in loco raso* 1. In s. a. 1*c*. g) teophanv *add.* 1*c*. h) euergero 1*c*? i) t. VII. a. r. *add.* 1*b*. k) 996 — anno *add.* 1*b*. l) *ita* 1*c*. *e corr.* m) cun ta 1. m*) *ita* 1*c*. resistuntur 1*a*. n) Interea — Alpium *in loco raso* 1.

50) Ann. Quedlinb. anno tamen 990, quod rectius. 51) Conf. J. Grimm Deutsche Mythologie pag. 401. 52) De somnio Scipionis. 53) sc. fieri sibi persuadeant. 54) Ann. Quedlinb. a. 991. 55) cf. praefatio p. 724. 56) Ille obiit anno 988.

Sclavi iterum appetiti subduntur regi, renovatis iuxta Albim castellis, et in hieme aqua 987.
inundans et ventus ingens multum nocuit[58]. Aestas nimia frugibus, et seva mortalitas
hominibus nimis nocuit[59]. Anno dominicae ·incarnationis 991[b]. Hilliwardus, sanctae ·f. 58.
Halverstidensis aecclesiae venerabilis antistes, qui me baptizavit[c] atque confirmavit, 992.
templum Domini, quod ipse a fundamento edificans tunc ad unguem usque perduxit,
12. Kalendas Novembris dedicavit[60]. Adfuit ibi tunc rex cum inperatrice Ethelgida et 60
avia eius, abbatissa Mahtildis, et archiantistites hii: Willigisus, Gisilerus et Liewizo,
cum suis confratribus 16[61]. Festivitas autem erat eadem Christi confessoris Galli, in 61
cuius monasterio predictus presul edoctus est, et ideo semper studuit in hac celebri-
tate suum perficere desiderium, et tunc inerat 24tus ordinationis suae annus. Hunc
adiuvit in omnibus fidelis suimet capellanus Hildo, et prudentissime cuncta disposuit.
Omnes Saxoniae primates hic tunc convenientes caritative succipiuntur. Numquam
fuit[d] ante nec post, ut veraces affirmant, in divinis laudibus et in negociis secularibus
omnia plenius cunctisque acceptius peracta. In sequenti anno in galli cantu primo lux 993.
ut dies ex aquilone effulsit, et unam sic manens horam, undique celo interim rubente,
evanuit[62]. Fuere nonnulli, qui dicerent, eodem anno vidisse[e] tres soles et lunas tres ac 62
stellas invicem pugnasse. Et post haec Ekbertus Treverensis archiepiscopus, cuius suc-
cessor Liudulfus fuit[63], et Dodo Mirmigendensis, post quem Suitgerus ordinatus est[64], 994.
Erp quoque Ferdensis, cui Bernharius ·tunc ibi prepositus subponitur[65], obiere. Fames ·f. 58'.
quoque valida nostras oppressit[e*] regiones[66]. In tercio[f] predictae dedicationis anno avun-
culi mei a piratis capti sunt[67], ut in sequentibus patet. In quarto pestilencia[g] cum fame 995.
et bello orientalibus ingruit, et rex Apodritos petit et Wiltios vastavit[68]. 68

13. Post haec rex in Magadaburg cum suis principibus colloquium habuit, ad quod
Heinricus, Bawariorum dux inclitus, venit. Et cum inter hunc et[a] Ratisbonensem[h] Ge-
behardum longa haberetur contentio, cum bono ibidem finitur consilio. Et pius ille
dux, qui omne suimet delictum continuis mundavit elemosinis, inde pergens ad Gondе-
sem[i], ubi domna Gerberg soror suimet erat[k] abbatissa, egritudine premitur subitanea;
et tunc vocans ad se equivocum eius, talibus instruit: *Vade celeriter ad patriam, ac
dispone regnum, ac numquam regi ac domino resistas tuo. Multum enim[a] me peni-
tet hoc umquam fecisse. Patris memor sis tui, quia numquam hunc in hoc seculo
videbis.* Filioque mox abeunte, dux preclarus in infirmitate sua semper kirieleison ex
corde clamans, migravit ad Christum 5. Kalendas Septembris, sepultus ibidem in medio
aecclesiae coram sanctae crucis altari[k*]. Quod cum filius eiusdem comperiret, electione
et auxilio Bawariorum patris bona[69] apud regem optinuit. Eodem anno Thiedricus 69
comes palatinus, et Sibertus frater eius, de hoc seculo transierunt[70].

14. Ea tempestate nepos meus, marchio Heinricus[71], Ewerkerum[l], ·Bernwardi[m], ·f. 59
Wirciburgensis aecclesiae episcopi militem egregium, set nimis superbum cepit et ob
inlatas sibi iniurias in loco, qui Lindinlog[72] dicitur, excecavit. Rex autem de inter- 72
nuntiis ab episcopo id multum querentibus comperiens, hocque graviter ferens, predictum
comitem exilio relegavit, et post haec gratiam suimet huic dedit et apud antistitem
digna emendatione reconciliavit. Predictus presul post haec Liupoldum marchionem 994.
Orientalium et nepotem eius Heinricum ad missam sancti Kiliani, quae est 8. Idus Iulii,
ad se vocans, cum magna caritate eosdem habuit, et comes[a] in sacra nocte post matu-

a) *add.* 1*b*. b) *Post I. fortasse aliquid litterae erasum. Puto 1, ut annus sit* 992, *qui numerus in Ann. Quedlinburgens. legitur.* c) bapzavit 1. d) fuerunt 1c. e) se 1*a*. vidis *addit* 1*b*; *fortasse* vidisse se *voluit*. e*) oppresit 1. f) tercia 1. g) pestilecia 1. h) ractisbonensem 1*a*. i) Gandēsem 1c. k) fuerat 1*a*. k*) altare 1*a*. l) euerkerum 1c? m) n *erasum* 1.

58) Ex Ann. Quedlinb. a. 987. 59) Indid. a. 988. 60) Ita male pro XVII. Kal. Novembr. scripsit Thietmarus, fortasse quia non animadvertit in Ann. Quedlinb. ad a. 992, ex quibus haec de ecclesiae Halberstadensis dedicatione sumsit, plane alia quaedam de phaenomeno 12. Kal. Novemb. viso narrari. 61) Quorum nomina vide in Ann. Quedlinb. et Chron. Halb. a. 992. 62) Ex Ann. Quedlinb. a. 993. 63) Indid. a. 993 et 994. 64) Indid. a. 990. 65) Indid. a. 994. 66) Ibid. 67) Ibid. 68) Ibid. a. 995. Regem in mense Septembris et Octobris in hac expeditione fuisse, chartae eius docent. 69) Necnon ducatum, v. Ann. Quedlinb. 70) Ex Ann. Quedlinb. a. 995. Conf. Calend. Merseb. Octob. 14. 71) Non fuit nepos Thietmari nostri, sed patruelis, scilicet sororis patris sui filius. V. supra. 72) Lindloch in districtu Altötting, vel Lindenlohe in districtu Burglangenfeld nimis distare nobis videntur.

*) Gandersheim.

994. tinam cum suis militibus ludens, ex uno[b] foramine ab excecati amico sagitta volante[c] vulneratus est, et facta confessione 6. Idus Iulii exspiravit[73], innocens in facto predictae accionis et in consilio. Hic postera die ibi[d] sepultus merito defletur, quia sibi prudentiorem et in cunctis actibus meliorem nullum reliquit[e]. Hiemps, quae precesserat, [74] asperitate et pestilentia nimioque[d*] frigore et vento ac insolita siccitate plena erat[74]. In [75] hac devicti sunt Sclavi[75].

15. Sed quia superius destruccionem Brandaburgensis aecclesiae dixi, nunc qualiter ad tempus prefato subderetur regi[a], breviter explicabo. Fuit in nostra vicinitate quidam [76] miles inclitus, Kiza nomine[76], qui a marchione Thiedrico aliter quam sibi placeret habitus est. Ob hoc, et quia facultas suae nequaquam impietati[a] suppeteret[a], ad hostes
*f. 59'. perrexit nostros; *qui eundem in omnibus sibi nimis fidelem cognoscentes, supramemo-
991. ratam urbem nobis sacius ad nocendum eidem commiserunt[77]. Hic postea nostris deli-
993. nitus blandiciis, eam regiae potestati cum semet ipso tradidit[78]. Unde Liutici[f] nimio furore succensi, eum[a] cum omnibus, quas habebant, catervis ilico petebant. Interea rex in Magathaburg fuit; et cum hoc comperiret, quos ibi tunc habebat, celeriter eo misit, [80] Ekkihardum marchionem[79] et tres[a] avunculos meos[80] cum Fritherico comite palatino [81] et patruo meo[80.81]. Et hii omnes eo cum suis venientes, interrupti sunt ab hostibus se acriter irrumpentibus[h]; et una pars ex nostris in urbem venit, alia vero, quae remansit, cesis militibus nonnullis, rediit. Tunc rex, colléctis undiquessecus sociis, illo properat, et hostes nostri, magnam vim defensoribus urbis inferentes, cum ultimam legionem vidissent, cito[a] amotis fugierunt[i] castris. Nostri autem in ereptione interius gaudentes kirieleison canunt, et advenientes unanimiter respondent. Munita urbe presidio, rex abiit, et eandem in sua potestate diu tenuit. Post haec Kizo ad Quidilingaburg cum veniret, civitatem suam cum uxore et satellitibus suis perdidit; quae omnia, urbe excepta, post[a] recepit. Unus autem suimet miles Bolibut[k] nomine, cuius consilio hoc totum, quamvis tunc absens esset, agebatur, ibidem dominabatur; et Kizo cum in his partibus post[a] latenter nocere voluisset, optimus miles cum suis interfectus est[l].

*f. 60. 994. 16. *Et, sicut predixi[82], tres avunculi[m] mei, Heinricus, Udo et Sigifridus, cum Ethelgero caeterisque compluribus, piratis sua populantibus 9. Kalendas Iulii navibus [83] occurrunt, factoque invicem certamine, Udo decollatur[83], Heinricus autem cum fratre suimet Sigifrido et comite Elergero devictus, dictu miserabile, a pessimis hominum captus deducitur[n]. Hoc infortunium inter Christi fideles fama volante mox[a] dilatatur. Bernhardus dux, qui proximus fuit, nuntios quam propere misit, qui precium pro eorundem redemtione eis promitteret, et conveniendi pacifice ac locum colloquendi peteret. Parati sunt, pacem firmam[o] et ineffabilem pepigerunt pecuniam. Quid autem ad haec primo rex[p], deindeque in nostris partibus omnis christianorum larga benignitas debito humanitatis offitio inpenderit, explicare non suffitio. Mater autem mea tanto dolore intrinsecus commota, omne quod habuit, vel acquirere ullo modo potuit, pro fratrum ereptione tribuit[q]. Execrata vero piratarum[r] turba cum maximam collectae pecuniae partem inmenso suimet pondere perciperent, Heinrici vice filium eius unicum Sigifridum nomine cum Garevardo et Vulferemo[s], Ethelgeri autem loco avunculum eiusdem[a] Thiedricum et amitae suimet filium Olef vocatum succipientes, ut quod de promisso eis tesauro adhuc remansit, eo velocius colligeretur[t], eos abire, Sigifrido
*f. 60' solum remanente, permisit. *Hic quia filium non habuit, a matre mea remedium ab uno filiorum suimet postulavit. Quae tam necessariae peticioni satisfacere desiderans,

a) *add.* 1*b*. b) una 1*a*. c) *Sic A. S.* a. 991. uallonte 1*a*. vallante 1*c*. d) n. r. *add.* 1*b*. d*) que *add.* 1*b*. e) *ita* 1*c*. *super rasura*. f) liutisci 1*a*. g) e. p. m. *add.* 1*b*. h) irruppentibus 1. i) i *erasum* 1. k) boliuut 1*a*. Boliwit *A. S.* a. 992. l) *Quaternione finito* interfectus est *in margine additur, infra vero ab* 1*c* *scribitur*, Hic sequitur: Et sicut predixi tres auunculi mei; *et fol.* 60 *initio* et sicut predixi *in loco raso leguntur*. m) *ita* 1*c*. auinculi 1*a*. n) dedicutur i. deducuntur 1*c*. abducitur *A. S.* a. 994. *restitutum ab* 1*c*. q) attribuit 1*a*. r) piratum 1. s) et uulferemo *add.* 1*b*. t) *ita* 1*c*. colligetur 1*a*.

73) Calend. Merseb. 6. Id. Iul. *Liudbold marchio*, coll. 8. Id. Iul. et 5. Id. Iul. Sed 7. Non. Iun. habent Ann. Quedlinb. a. 994. 74) Ann. Quedlinb. a. 994. 75) Conf. Ann. Hildesh. et Quedlinb. a. 994. 76) Kizo, in cuius comitatu pagus Helmingowe situs fuit, laudatur in charta Ottonis II. imp. a. 977 Iul. 30. (apud Höfer 1, 1. I, 155). 77) Conf. Ann. Hildesh. a. 991. 78) Conf. ibid. a 993. 79) Misniensis. 80) Heinricus, Udo, Sigefridus comites Stadenses. 81) Lotharius marchio aquilonalis. 82) Supra cap. 12. Conf. Ann. Quedlinb. a. 994. 83) Necrol. Luneb. et Merseb. Iun. 23.

nuncium [b] ad abbatem Rigdagum [84] celeriter misit, qui fratrem meum Sigifridum, tunc 84
ibi sub habitu monachico degentem, accepta licencia reduceret. Hic quia satis prudens
vir fuit, cunctis sollicite perquisitis, iniustae legationi resistit [c], et propter curam a Deo
sibi creditam quod hoc facere non presumeret, respondit. Nuntius autem, ut ei iussum
fuit, ad Ekkihardum, qui tunc custos aecclesiae sancti Mauricii et magister erat scolae,
veniens, ut me ob rem necessariam matri meae remitteret, supplex rogavit. Veni, et
cum laicali habitu, quo apud piratas debui obses conversari, prioribus adhuc indutus ve-
stimentis, 5. feria profectus sum. Et in ipsa die Sigifridus de pervigili hostium custodia,
qua multum vulneratus detinebatur, sic divino evasit auxilio. Idem in angustia vehementi
positus, cum Nodbaldo et Edicone, quomodo evaderet, plurimum semper versans, pre-
cepit hos veloci navicula, quantum his, qui eum detinebant, satis valuisset ministrare
de vino ac de caeteris appertinentibus sibi deferre. Iussis tum sine mora completis,
canes avari saturabantur [d]; factoque mane presbiter ad missam paratur, et comes cunctis
absque custodibus solum, hesterno gravatis vino, ad proram lavaturus accedens, puppi
parate insiluit. Extollitur clamor, presbiter quasi consiliator [e] capitur, anchorae [*] levan- [*] f. 62.
tur, remiges velociter hos fugientes insequebantur. Quos comes vix evadens, cum litto-
ris securitatem attingeret, ut prius ipse precepit, paratos invenit equos, et ad civitatem
suam Hersevel [85] dictam, ubi frater suus Heinricus et [a] uxor eius Ethela tanti gaudii 85
inscia fuit, pergere properavit. Hunc hostes pone sequuti, urbem, quae littori [f] vicina
stabat, Stethu [86] nomine, incurrunt, eum curiose in abditissimis querentes locis; et non 86
invenientes, feminis inaures vi rapiunt tristesque recedunt. Tali furore omnes succensi,
crastino clericum et nepotem meum [87], cum caeteris obsidibus universis, naribus ac 87
auribus et manibus obtruncant, foris eos proicientes in portum. Tunc fugientibus his,
unusquisque a suis rapitur, merore inaudito insurgente. Ego autem, visitatis meimet
avunculis, remeavi Christo largiente incolumis, caritative a familiaribus meis susceptus.

17. In illo tempore Liudulfus, Augustensis episcopus venerabilis, 8. Kalend. Augusti 996.
obiit; et Gevehardus, Elewangensis [g] abbas ordinatur [88]. Interim in quadam villa Hor- 995.
thorp [89] dicta, natus est infans, dimidius homo, posterioribus auce similis, dextram 89
aurem et oculum leva minorem habens, dentes croco similes, sinistrum brachium abs-
que 4 digitis solo cum pollice integrum; ante baptismum attonite videns, et post nihil,
quarta die moriens. Magnam hoc monstrum facinoribus nostris intulit pestilentiam [90]. 90
Predictus antistes Hilliwardus cum aecclesiam et gregem sibi commissum 29 annos [*] f. 62'.
gloriosissime verus Israelita regeret, 7. Kalendas Decembris exspirans, sepultus est extra
aecclesiam infra claustrum, ubi ipse sibi prius paraverat domicilium. Et cum confra-
tres eius in electione convenire non possent, prepositus est hiis de capella regis Arnul-
fus, et Id. Decembris ordinatur, sicut ille vir sanctus antecessor eius, dum adhuc vale-
ret, predixit cunctis tunc presentibus: *Hunc*, inquiens, *hospitem honorate* [h], *et quantum
potestis illi servite. Providere enim debet is vos post me.* Et cum idem iam in
agone exitus sui iaceret, vidit gloriam Dei; et vocato ad se Vulfhario suimet capel-
lano: *Vides*, inquid, *frater, aliquid?* Et ille se nihil vidisse respondens, audivit ab [i] eo,
quod caminata haec, in qua tunc iacebat, in qua duo antecessores [k] sui obierunt, divina
maiestate plena fuisset. Et haec dicens transivit de hoc [l] carcere ad indeficiens lumen.

18. Rex autem natale Domini in Colonia fuit, et pacificatis omnibus in his regio- 996.
nibus, ad Italiam diu desideratus perrexit, in urbe Papia paschale peregit festum [92]. De-
hinc Romam veniens gloriose, nepotem suum Brunonem, Ottonis filium ducis [93], in loco 93
Iohannis papae nuper defuncti, cum omnium laude presentium [m] [*]statuit; in ascensione [*] cod.
Christi, quae tunc erat 12. Kalendas Iunii, anno etatis suae 15. regni autem 13. indi- Brux. f. 228'.

a) *add.* 1*b*. b) nuccium 1. c) *ita* 1*c* insistit 1*a*. restitit *A. S. l. l.* d) saturabúntur 1. saturantur *A. S. l. l.* e) conliator 1. f) *ita* 1*c*. littore 1*a*. g) *in loco raso* 1. h) *ita* 1*c*. honerate 1*a*. i) habeo 1*a*. k) ante-
cessoris 1. l) oc 1*a*. m) *Hic finit fol.* 62' *cod.* 1. *desunt iam quaternionis folia interiora quatuor sive paginae octo.*

84) Abbas S. Iohannis prope Magdeburg. 85) Harsefeld. 86) Stade. 87) Sigefridus, Heinrici comitis filius. 88) Ann. Quedlinb. coll. A. S. a. 996. 89) Hordorf ad Bodam fluvium in territorio Halberstadensi. URS. 90) Ex Ann. Quedl. a. 995. 91) Conf. ibid. a. 996. 92) Ann. Quedl. a. 996. 93) Cognatus erat regi Bruno, utpote qui aviam habuerat Liutgardin, Ottonis M. filiam, uxorem Conradi, ducis Francorum, cuius filius Otto, dux Carinthiae et marchio Veronae, pater erat Brunonis. V. Mascov. Commentar. de rebus Imp. Rom. Germ. p. 22. URS.

996. ctione octava [93], ab eodem unctionem imperialem percepit, et advocatus ecclesiae sancti Petri efficitur. Post haec vero imperium illud priorum suorum more gubernavit, etatem suam moribus industriaque vincens.

19. In prima estate Adelbertus, Boemiorum episcopus, qui nomen, quod Woytech [a] sonat, in baptismate, aliud in confirmacione percepit ab archiepiscopo Parthenopolitano,
994 in eadem urbe ab Ohtrico [b] superius memorato [94] litteris instructus, cum sibi commissos ab antiquae pravitatis errore monitis divini precepti [c] amovere nequivisset, omnes excommunicans, Romam ad excusandum se apud apostolicum venit, eiusque licentia sub districta Bonifacii abbatis regula humiliter multo tempore conversatus bono deguit exemplo. Postque [d] cum permissu eiusdem patris Prucorum [e] mentes a Christo alienas freno sanctae predicationis edomare temptaret, cuspide perfossus, nono [f] Kalendas Mai. capitis abscisione optatum [g] semper martirium solus ex suis percepit, absque omni gemitu, ut in ipsa nocte in sompnis ipse vidit, cunctisque fratribus predixit: *Putabam*, inquiens, *me missam celebrare, solumque communicare.* Sed nefandi sceleris auctores eum iam expirasse cernentes, ad augmentum sui sceleris divinaeque ulcionis corpus pelago mersere beatum, caput sude conviciando figentes ac exultando redeuntes. Quod Bolizlavus, Miseconis filius, comperiens, data mox pecunia martiris mercatur incliti cum capite [h]
995 membra [95]. Imperator autem Romae certus de hac re effectus, condignas Deo supplex retulit odas, quod suis temporibus talem sibi per palmam martirii assumpsit famulum. Eo tempore Bernwardus, sanctae Wirciburgensis ecclesiae, iussu cesaris ad Greciam
996 missus, in Achaia moritur [96] cum maxima sociorum suorum caterva. Per quem quia plurima Deus faciat mirabilia, plures affirmant.

997. 20. Inperator autem a Romania discedens, nostras regiones [i] invisit, et accepta Sclavorum rebellione, Stoderaniam, quae Hevellun [k] dicitur, armato petens milite, incendio et magna depredacione vastavit, et victor Parthenopolim rediit. Ob hoc hostes nostri
997 Bardengau [l] turmatim aggressi, a nostris sunt devicti [97]. In illo certamine Ramwardus, Mindensis episcopus, fuit, qui socios arrepta in manibus cruce sua sequentibus signiferis precessit, et ad haec facienda potenter consolidavit. In illo die Gardulfus comes cum
998 paucis occubuit [98], ex [m] hostibus autem maxima multitudo; caeteri relicta preda fugierunt.

21. Crescentius autem Romae, absente papa predicto, qui post benedictionem Gregorius vocabatur, Iohannem Calabritanum, Theophanu imperatricis dilectum comitem
999 et tunc Placentinum antistitem [99], substituit, et sibi imperium tali presumptione usurpavit, inmemor iuramenti et magnae pietatis ab Ottone augusto sibi illatae. Insuper nuncii eiusdem a predicto invasore capti, diligenti custodiae traduntur [100] Imperator mox ut haec audivit, illo properans, domnum apostolicum sibi obviare per internuncios postulavit. Iohannes autem supplantator hiis appropinquantibus fugit, sed postea a fidelibus Christi et cesaris captus, linguam cum oculis ac naribus amisit. Crescentius vero
1 Leonianum ingressus claustrum [n] [1], imperatori resistere frustra temptavit. Namque inperator dominicam resurrectionem Romae celebrans, post festivos dies instrumenta bellica
2 preparans, post albas domum Thiederici [2], ubi ille perversus sedebat, Ekkihardum marchionem impugnare iussit. Qui eandem perdius et pernox lacescere non desistens, tandem per machinamenta alte constructa ascendit, et eundem decollatum voce imperatoria
3 per pedes laqueo suspendit [3], et timorem cunctis presentibus ineffabilem intulit. Gre-

a) *ita correxi V. vitam S. Adalberti in Actis Sanctorum d.* 23. *April.* uuortech 2. b) Ochtrico 2. c) preceptis 2. d) Post$\overline{q}$ (i. e. Postquam) 2. e) paucorum 2. *male.* f) nouo 2. g) *Sic A. S. a.* 996. optavit 2. *ubi* quod *supplevit Leibnitius.* h) capita 2. i) regionis 2. k) Hevellim 2. Heveldun *A. S. a.* 997 l) berdangan 2. m) et ex 2. n) castellum *Ann. Quedlinb.*

93) Rectius dixisset: indictione nona. 94) V. supra l. III. c. 8. 95) V. Ann. Quedlinb. a. 996. 96) V. ibid. 97) Indid. a. 997. 98) 8. Id. Novembr. V. Necrol. Merseb. 99) Iohannes, Placentinus episcopus a. 992 Octob. 16. interfuit dedicationi ecclesiae Halberstadensis. V. Chron. Halberstad. Conf. de eo Arnulphum Med. l. I. c. 2. 100) Ann. Quedlinb. a. 997. 1) a papa Leone IV. munita, vulgo *urbs Leoniana.* 2) *Validissima turris Adriani imperatoris, quae et Theodorici tyranni fuit fabrica, quae sive ulla laesionis iniuria contra omnem impulsionis machinam durare videtur in saeculo.* Chron. reg. s. Pantaleon a. 1001. *Castellum Crescentii quod vulgo domus Theodorici appellatur.* Ekkehardus Uraug. a. 1083. cf. Florent. Wigorn. a. 1084. Hodie Castello di S. Angelo. 3) Conf. chartam imperatoris a. 998 April. 29.

gorius autem papa cum magno honore intronizatur [4], et cesar sine omni infestatione deinceps dominabatur.

22. Videtur mihi optimum, quaedam eiusdem temporis facta memorare, quae nonnullis puerilia et multum mirabilia esse videbantur, sed haec a Deo predestinata in suis virtutibus agnoscuntur. Vir felicis memoriae comes profecto Ansfridus, vir omni inquam bonitate conspicuus, alto progenitorum germine [5], dum adhuc esset puerulus [a], cum omni lege mundana a patruo suo Rodberto [b], Trevericae civitatis episcopo, tum divina adprime est institutus; inde a patruo suo, scilicet suo equivoco, 15 comitatuum comite, strennuo domino Brunoni, archiepiscopo Agrippinensi, traditur [c] ad res militares. Sic bonae indolis adolescens penes ipsum cottidie proficiebat, donec primi Ottonis magni imperatoris, Romam cum exercitu iam acquisituri, mancipatus est servitio. Cui in inicio militiae eius iniunxit, ut tentorium suum, quod adeo pulchrum videbatur, cottidie poneret e regione contra imperiale et spatam suam duceret, ut in hoc probaret, si palatinis se agiliter initiaret. Hoc ideo tam gratanter suscepit, quia psalmos oris eius dulcissimos [d], hunc per devia sequens [e] quasi delectationis causa aviculis insidiando, sine detractione [f] frequentare occultius potuit. Romam sane predicto cesare ingrediente, non minimum confisus in iuvene, fecit eum spataferium suum, dicens: *Dum ego hodie ad sacra limina apostolorum perorabo, tu gladium continue super caput meum teneto. Nam fidem Romanam antecessoribus nostris sepius suspectam non ignoro. Sapientis enim est, adversa quaeque longe adhuc posita cogitando prenoscere, ne forte improvisa valeant superare. Deinde redeundo ad montem Gaudii, quantum volueris, orato.* Inde vero reversus, abbatiam quae dicitur Torna [6] de hereditate propria construxit, in qua filiam suam abbatissam, plurimarum Deo devotarum sanctimonialium matrem, assensu pontificis constituit, sanctoque Lantperto pro remedio animae suae ex integro tradidit.

23. Huius vero omnipotentis Dei famulae quia mentionem fecimus, quod nostris temporibus per eam Dominus operatus est, silentio non preteribimus. Hospitalitatis non oblita, tantae dapsilitatis circa egenos et peregrinos extitit, ut quadam die de vino nil sibi vel sororibus beneficentiae [g] communicationisque causa pretermisit. Hoc dum celeraria sibi nuntiasset, ait: *Equo animo esto, cara, et confortare! Dei enim gratia satis nobis poterit dare.* Statimque solito more ante crucem prostrata in oratorio sanctae Mariae cepit orare, vinumque in vase funditus pridie exhaustum crescere cepit, quoadusque superfluxit. De quo non tantum sanctimoniales, sed et quam plures diu ad laudem Domini biberunt circummanentes vel adventantes. Interea contigit, ut domina Hereswit [h] comitissa, ipsius scilicet coniux reverenda, in curte sua, qui dicitur Gilisa, cepit egrotare, quae statim velut mortis presaga futurae festinavit ire ad Torna. Quo dum pre nimio dolore nequiret pervenire, in domo cuiusdam maioris remansit in itinere. Qui, sicut ipse nobis retulit, nimiae ferocitatis canes habuit, quorum latratum ipsa infirma graviter sustinuit. Hospes ut audivit, festine precatus ab ipsa, hos libentissime voluit capere, vel ad ultimum, si potuisset, eciam occidere. Horum dum neutrum potuisset, mirabiliter accidit, ut nullus eorum postea quivit latrare, donec sancta Dei ancilla obdormivit in pace. Quam secus monasterium communis [i] laboris comes sanctae simplicitatis in secretario sepelivit. Huius cameraria multis annis fuit ydropica. Huic visum est in vigilia natalis Domini, quod ad sepulchrum dominae suae candelas deberet afferre; quod et fecit. Mox dum matutinae laudes celebrarentur, exivit, solutionem habuit, sana coram omni populo rediit.

24. Post discessum autem dominae ipsius felix comes, non de terreni operis casu desperatus, sed in virtutis volatu eo ipso sublevatus, mente disposuit, ut monasterialem

a) dum adhuc esset a. p. g. puerulus 2. b) rutperto 2. c) tradetur 2. d) caneret *supplere voluit Ursinus.* e) sequens *Ursinus restituit ex A. S.* f) *sic A. S. l. l.* detritione 2. g) beneficientie 2. h) Hersuit *A. S.* heresuint 2. i) sui communis *A. S.* a. 995.

4) *Iohannes — inthronizatur* ex Ann. Quedlinb. a. 998. 5) Patri Ansfridi nomen erat Lambertus, ut A. Miraeus in Chron. Belgico ex codice donationum propter monasterium Gemblacense factarum probavit. cf. Aegidii Leodiensis, monachi aureae vallis, addition. ad Anselmi canon. Leodiens. gesta episcopor. Tungrens. Traiectens. et Leodiensium c. 53. *URS.* 6) Turne in episcopatu Leodicensi.

vitam subiret, sicubi maioris obedienciae regulam inveniret. Quod dum in exordio per intentionem agitur, a tercio Ottone imperatore ad episcopatum Traiectensem per Notge-
995. rum, Leodii pontificem, summa necessitate vocatur. Illud profecto dum audivit, capellam Aquensem introiit, et mundi dominam exoravit, ut si esset a Deo, canonice perficeretur, si non, misericorditer annullaretur. Sed postquam Evergerus, Coloniensis archiepiscopus, suffraganeorum consensu imperatori sibique in[a] medium consuluit, vel-
7 let nollet ad episcopum acclamatur[7]. Non multo post quinque curtes de sua proprietate beato Martino tradidit, fideli inquam fideiussori talionis earum. In senectute ergo sua, caligantibus iam oculis ipsius, factus est monachus. Septuaginta duos pauperes propria manu cottidie pavit. Illorum quippe infirmioribus, camerario precedente, cecus ipse ab imo vallis ad summa montis balneum portans preparavit in nocte, et mutatoria ceteraque necessaria corporis prebuit, iubens eos in pace recedere, ut sic sua opera
8 obnubilare valeret. In eodem monte monachorum congregationem ordinavit[8], a quorum prioribus scopis est sepius castigatus, dum auderet resistere eorum iussionibus. Quicquid ad ultimum acquirere potuit, pauperum manibus tribuit. Aviculis etiam in hieme manipulos super arbores ad manducandum intuitu pietatis in monte suo ponere[b] fecit. Sub clamidis absconso continue vestiebatur cilicio. A natali Domini usque ad sanctae crucis inventionem infirmabatur, quo temporis spatio ultra tres panes non manducavit. Appropinquante iam carnis eius dissolutione, crucem in fenestra, quae ibi post caligationem oculorum eius facta fuit, vidit et circumstantibus se videre manifestavit, laudans Deum et dicens: *In circuitu tuo, Domine, lumen est, quod numquam deficiet.* Tandem sacrosancti viatici perceptione munitus, doctus tota expectatione iudicem diligere, atque, ut ita dixerim, timendo presencialiter rennuit timere perpetualiter. Multum in sanctae Dei genitricis intercessione, cui se suaque dederat, confisus, tamdiu signaculo sanctae crucis sese signavit, quoadusque obdormiens in pace manu simul et mente quievit. Post cuius obitum Traiectenses nudis pedibus et armatis manibus venerunt, flentes, orantes et domesticis dicentes: *Pro Dei nomine date nobis pastorem nostrum, quo portetur ad suae sedis tumulum.* Quo contra reverendae vitae abbatissa, eius scilicet filia sanctissima, cum capellanis et militibus respondit: *In eodem loco debet sepeliri, ubi e vita presenti a Deo est permissus exui.* Perventum est ad hoc, ut armati ex utraque parte periculosissime convenire et plures vita deberent carere, nisi quod domna abbatissa se in medio eorum prostravit, et adeo pacem inter illos vel ad momentum rogavit. Interea videbatur militibus, quod ex illa parte, qua fratrum fuerant officinae, ab aqua Ema nominata ad montis supercilium ipsius traherent[c] sarcofagum. Quod dum niterentur, corpus a Traiectensibus sustollitur, et levissime, sicut ipsi iurant adhuc, ultra aquam ducitur. Sic nutu Domini fortior pars delusa est militum. Post translationem corporis sacri fragrancia miri odoris percepta est in via, quae ultra tria miliaria veracissimorum hominum, sicut ipsi testantur, nares perfudit et pectora.

f. 63 25. Revocemus ad memoriam, quod miserabiliter Gisilero archipresuli] *incuria[d] sui contigit damnum. Imperator ob defensionem patriae Harnaburg civitatem opere muniens necessario, eam 4 ebdomadas ad tuendum huic commisit. Qui fraude ignota ad placitum a Sclavis vocatus, cum parva multitudine exiit. Alii namque precesserunt, et quosdam in urbe reliquit. Ecce autem unus e consociis eiusdem a silva erumpere hostes prodidit. Congredientibus vero tunc ex utraque parte militibus, archiantistes, qui curru vénit, equo fugit alato, ex suis mortem evadentibus paucis. Sclavi victores preda interfectorum 6. Nonas Iulii[e] sine periculo pociuntur[9], et archiepiscopum sic elabisse conqueruntur. Custodivit tamen, quamvis sic lugubriter mutilatus, urbem ad dictum diem Gisilerus, tristisque reversus, obviam habuit patruum meimet marchionem Liutharium, cuius curam civitas predicta tunc respiciebat; firmiterque ei eam committens

Ovid. Fast. III, 116.

a) s. i in 2. b) poni *A. S.* c) *ita* A. S. a. 1010. traheret 2. d) *Hic pergit cod.* 1. e) VI. nonas Iulii *add.* 15.

7) Ansfridus episcopus ordinatus est a. 995. Obiit anno 1010. De eo vide etiam Alpertum de temporum diversitate I, 11—18. 8) Locus ille, quo hanc Benedictinorum abbatiam condidit, nominabatur Hohorst, adiacens Amersfordio. Illam ipse 11. Kal. Dec. anno 1006. regnante Henrico II. imperii eius anno quinto inauguravit, eique novum nomen Sancti (Heiligenberg) imposuit. V. Acta Sanctor. T. I. mense Maii p. 430. *URS.* 9) Plurimi mortui adnotantur in Necrol. Merseburg. Iul. 2.

abiit. Accessit autem comes, et ut urbem vidit incendio fumigantem, archiepiscopum remeare per internuntium frustra petiit. Ipse autem ignem in duobus locis iam alte ascendentem extinguere temptans, cum nil omnino proficeret, portam hostibus patentem derelinquens, domum mestus revisit; et accusatus post apud inperatorem, inputatam sacramento purgavit culpam. Post 9 dies predictae cedis mater mea, Cunigund[b] nomine, tercia Idus Iulii in civitate Germeresleva expiravit[10]. 10

26. *Ekkihardus[c] ex nobilissimis Thuringiae australis natalibus huius[11] genealogiae ortum ducens, cum gradatim ad virilem pertingeret aetatem, parentelam suimet omnem tam morum quam actuum gravitate[d] inclitorum[e] honorat; quia, ut legimus: *dedecorant bene nata[f] culpae[g]*. Is post multas bellorum asperitates, quas cum patre suo Guntherio[h], ab honore suo diu suspenso, perpessus est, ad gratiam imperatoris secundi [Ottonis[i]] et ad patriam honorifice cum remearet, Thietmari comitis viduam et Bernhardi ducis[k] sororem, nomine Suonehildam[12], in matrimonium sibi copulavit, ex eaque primogenitam nomine Liudgerdam acquisivit filiam. Liutharius autem ex clara Thuringiae septentrionalis prosapia editus, cum vir factus aetatem virtutibus superaret[l]; cumque secundo multum karus esset Ottoni, eius auxilio quandam matrimonium[m], Godilam nomine, ex occidentali regione nobiliter natam[13], cum licentia Wirdunensis Wigfridi presulis consobrini eius, sibi in coniugem desponsavit et acquisivit, quae peperit ei in tertio decimo aetatis suae anno primogenitum, patris sui nomine appellans Wirinharium[m*]. Sed cum duae propagines istae, puer inquam et puella, ex tam nobilissime vitis radice emersissent, iamiam paulatim ad maturitatem fructus pertingere inclitis virtutum scalis nitebantur. Sed Liutharius comes, ut puellae illius formam et conversationem bonam primo persensit, qualiter eam *consociaret filio suo, mentis secreto semper volvit. Et ad ultimum erumpens, per fideles internuntios Ekkihardo tunc marchioni desiderium diu latens[n] aperuit ac celeriter inpetravit. Convenientibus tunc in unum familiaribus eorundem, promisit legitime Ekkihardus Liuthario, eandem se filio suo daturum in uxorem, more suo et iure presentibus cunctis optimatibus affirmans. Qui[n*] cum tercio Ottoni multum placeret, et apud eundem inter alios primates plurimum valeret, nescio qua causa depravatus, pactum firmissime stabilitum interrumpere quam maxime conatur. Quod mox Liutharium non latuit, et ut hoc ne fieret, anxia mente volvebat. Imperatore et Ekkihardo pariter tunc in Romania commorante, commissa erat regni istius cura venerabili abbatissae Mathildi, de qua[o] superius memoravi, in cuius civitate Quidilingaburg[p] nuncupata puella haec educabatur. Fit publicus in Darniburg[14] abbatissae totiusque senatus in unum conventus. Interim Wirinharius, ut arbitror, non consilio patris, sed amore virginis et ob metum manifesti[q] dedecoris, cum confratribus meis Heinrico, Fritherico ceterisque militibus optimis urbem prefatam ascendit, sponsamque suam et reluctantem et clamantem vî auferens, cum suis ad Wallibiki letus et incolomis pervenit. Quod cum abbatissa ab certo comperiret legato, graviter commota cunctis *hoc principibus lacrimis queritur obortis, rogans ac precipiens, ut armati omnes publicos hostes celeriter insequerentur, ac[a] ut captis seu occisis virginem sibi reducere conarentur. Nec mora, iussa haec miles armatus accelerare contendit, et priusquam urbem munitam adtingerent, eosdem per compendiosa itineris interruptos, vî capere vel occidere seu effugare anhelavit. Compertum est autem a viatoribus, quod hi, quos insequebantur, valida manu clausisque portis, notis iam gauderent presidiis; nulli patere ingressum; aut velle mori, aut se ibi[a] defendere, et numquam ulli[r] sponsam reddere. Quo audito admodum tristis effectus, revertitur. Liutharius autem, et cum eo Alfricus senior, milesque comitis Ekkihardi Thietmarus proficiscentes, voluntatem sponsae per-

*f. 63'. Hor. IV, 4, 36. 12 13 *f. 64. 998. 14 *f. 64'.

a) *add.* 1b. b) gunigund 1a. c) marchio misnensis *add.* 1c. d) grauite 1. e) *ita aut* inclitam *legendum. Conf. infra* V, 16. inclitum 1. f) *ita* 1c. benata 1a. g) legimus: Valde mali mores deturpant nobiliores 2. h) i *erasum* 1. i) Ottonis *add.* 1c. k) de Lvniburg *add.* 1c. l) *ita videtur legendum.* superare 1a. c. v. f. esset; a. v. superare nitebatur 1c. c. v. f. esset a. v. superavit *A. S.* m) matronam *A. S. l. l. recte.* m*) uuurinharium *ut videtur* 1a. uuerinharium 1c. n) *Ita A. S. l. l.* lateris 1. n*) i e(kkihardus) *add.* 1c. o) quo 1. p) quidilingabur 1. q) manifasti 1. r) illi *corr.* ulli 1.

10) V. Necr. Merseb. Iul. 12 et 13. 11) *huius* pro *suae.* 12) Filia fuit Herimanni Billung ducis. 13) Filia fuit Werinharii. Conf. Meibom Chronicon Walbecc. 14) Derenburg, oppidulum ad fl. Holtemme, urbes Halberstadium et Wernigerodam interiacens, duobus leucis a Quedlinburg distans. URS.

999. quirunt, seque ibidem tunc manere malle quam reverti, satis certi ab eadem effecti, domnae abbatissae[b] caeterisque haec responsa intimabant. Consulenti tunc de talibus primates abbatissae, dictum est ab his, quod sibi videretur optimum, in Magadaburg fieri conventum, huc sponsum cum contectali venire, auxiliatores quoque omnes aut se reos ibi presentare, aut damnatos fugere. Sicque factum est. Confluente maxima illuc multitudine, Wirinharius cum suis cooperatoribus nudis provolvitur pedibus, uxorem reddit. Veniam de commissis sibi suisque auxilio principum[c] promissa emendatione promeruit. Sed venerabilis in omnibus Mahtildis finito colloquio Liuderdam[d] secum duxit, non pro retentione, sed pro timoris[e] magni confirmatione.

*f. 65. 27. *Bonae autem[f] suimet voluntatis propositum preventu subitaneae mortis interruptum est. Namque post paucos dies, cum haec ad locum a Deo sibi paratum veniret, continuo infirmata, Bernwardum[g], sanctae Hillinessemensis[h] aecclesiae tunc pastorem, vocavit, et accepta ab eo quam postulavit indulgentia, 8. Idus Februarii hominem
15 exuit interiorem[i], sepultaque est in aecclesia ad caput avi suimet regis Heinrici[15]. Hoc funere inperatrix Aethelheidis[k] mater eiusdem supra modum turbata, ad imperatorem nuntium misit, qui et obitum eius huic innotesceret[l], et equivocam suam sororem eius huic succedere postularet. Cesar piis assensum prebens desideriis, amitae suimet
16 necem deflet, et abbaciam dilectae suimet germanae per Becelinum portitorem[m.16] virga a longe commisit aurea, et ut ab episcopo benediceretur Arnulfo, precepit. Aethelheidis[n] autem inperatrix urbem, quae Celsa[17] vocatur, interim[o] edificans, collectis ibidem monachis, omnibusque perfectis, in eodem anno 16. Kal. Ianuarii gaudens appeciit, de
18 quibus orta fuit[18]; cuius fideli servitio iusta recompensans premia Deus, ad tumbam eius plurima hodie operatur miracula. Papa quoque Gregorius, bene dispositis Romae omnibus, 2. Nonas Februarii obiit, Gerberto sibi mox succedente[o].

28. Post haec imperator Gisilerum archiepiscopum, eo quod duas teneret parro-
f. 65′. chias, in sinodo accusans Romana, iudiciali *eum sententia ab offitio suspendi ac per internuntios ab apostolico eundem illo vocari precepit[19]. Qui tunc paralisi percussus, cum huc venire nequiret, Rotmannum misit clericum, qui iuramento, si aliter non crederetur, se excusaret. Datis tum induciis differtur, usque dum inperator cum comprovincialibus episcopis hoc discutere valuisset. Postea cesar, auditis mirabilibus, quae per dilectum sibi martyrem Deus fecit Aethelbertum, orationis gratia eo pergere festi-
1000. navit. Sed cum Ratisbonam veniret, a Gebehardo, eiusdem aecclesiae antistite, magni-
20 fico honore susceptus est, comitantibus secum Ziazone tunc patricio[20] et Robberto oblacionario cum cardinalibus. Nullus imperator maiori umquam gloria a Roma egreditur neque revertitur. Huic Gisilerus obviam pergens, gratiam eius quamvis non firmam promeruit, et comitatur. Cesar autem ad Citicensem perveniens urbem, a secundo Hugone, eiusdem sedis provisori tercio, ut decuit imperatori, suscipitur. Deindeque recto itinere Misnensem tendens ad civitatem, a venerabili Egedo, huius aecclesiae episcopo, et a marchione Ekkihardo, qui apud eum inter precipuos habebatur, honorabiliter acci-
21 pitur. Decursis tunc Milcini terminis, huic ad Diedesisi pagum[21] primo venienti Boliz-
f. 66. lavus — qui maior laus non merito, sed more antiquo interpretatur — parato in loco, qui Ilua[22] dicitur, suimet hospicio, *multum hilaris occurrit. Qualiter autem cesar ab eodem tunc susciperetur, et per sua usque ad Gnesin[p] deduceretur, dictu incredibile

a) *add.* 1*b*. b) abbatisę 1*a*. c) *ita* 1*b*. d) *Sic* 1. *pro* Liukerdam. e) amoris 2. *A. S.* a. 999. f) autem *erasum in cod.* 1; *exstat ap. A. S.* g) n *erasum* 1. h) hillinessēmensis 1*a*. *saepius*. i) *Lege:* exteriorem. k) aehelheidis 1*a*. adhelheidis 1*c*. l) *ita* 1*c*. innoceret 1*a*. m) p. B. p. *add.* 1*b*. n) aetheldis 1*a*. aethelheidis 1*b*. adhelheidis 1*c*. o) papa — succedente *scripsit* 1*b*. *in spatio vacuo relicto a scriba*. p) genesin *eraso priore* e 1.

15) Conf. Ann. Quedlinb. a. 999. ubi dies tamen emortualis Mahtildis dicitur fuisse 7. Id. Februarii. Ita et Necrol. Luneburg.; 6. Id. Febr. habet Necrol. Fuld. 16) Comes Becelinus (in pago Chutizi) occurrit in charta Ottonis imp. de 991 Sept. 18. apud Höfer l. l. T. I. pag. 531. 17) Selz in Elsatia data Adelheidi ab Ottone I. imp. 968 Novb. 16. 18) Ann. Quedlinb. a. 999. 19) Vide statuta huius concilii anno 998 celebrati apud D'Achery Spicileg. T. I. p. 603. 20) Zazzo, Romanorum patricius, laudatur in charta quadam capituli Merseburgensis ab Ottone imp. data Radesponae a. 1000 II. Kal. Februar. apud Höfer T. I. p. 157. Conf. supra c. 2., ubi Ciazo vocabatur. 21) Pagus inter fluvios Oderam, Boberam et Katzbach. 22) Halbau sive Eilau iuxta Boberam.

ac ineffabile est[23]. Videns a longe urbem desideratam, nudis pedibus suppliciter adve- 1000.
nit, et ab episcopo eiusdem[b] Ungero venerabiliter susceptus, aecclesiam introducitur, et ad Christi gratiam sibi inpetrandam martyris Christi intercessio profusis lacrimis invitatur. Nec mora, fecit ibi archiepiscopatum, ut spero legitime, sine consensu tamen prefati presulis, cuius diocesi omnis haec regio subiecta est; committens eundem predicti martyris fratri Radimo[c], eidemque subiciens Reinbernum, Salsae[23'] Cholbergiensis aecclesiae episcopum, Popponem Cracuaensem[d], Iohannem Wrotizlaensem[e], Vungero Posnaniensi[f] excepto; factoque ibi altari, sanctas in eo honorifice condidit reliquias. Perfectis tunc omnibus, imperator a prefato duce magnis muneribus decoratur, et quod maxime sibi placuit, trecentis militibus loricatis[24]. Hunc abeuntem Bolizlavus comitatu 24
usque ad Magadaburg deducit egreio, ubi palmarum sollemnia celebre peracta sunt. Secunda feria archiepiscopus eiusdem loci imperatoris edictu priorem suscipere sedem rogatus, data internuntiis magna pecunia, inducias usque ad Quidilingeburg vix impetravit. Fit illuc magnus senatorum concursus; paschalia eciam ibi peraguntur gaudia; et habito in 2. feria sinodo, iterum *Gisilerus vocatur. Hic infirmitate oppressus *f. 66'.
valida, a predicto excusatur Rotmanno, et in multis a Waltherdo tunc preposito defenditur. Indicitur huic concilium in Aquisgrani[g], quo ipse cum suis veniens, iterum ab archidiacono Romanae sedis alloquitur. Qui sapienti consilio usus, generale sibi postulat dari concilium; sicque indiscussa dilata sunt haec omnia, usque dum haec Deus finire dignatus est nostris propicius temporibus.

29. Imperator antiquam Romanorum consuetudinem iam ex parte magna[a] deletam suis cupiens renovare temporibus, multa faciebat, quae diversi diverse sentiebant. Solus ad mensam quasi semicirculus factam loco caeteris[i] eminenciori sedebat. Karoli cesaris ossa, ubi requiescerent, cum dubitaret, rupto clam pavimento, ubi ea esse putavit, fodere quousque haec in solio inventa sunt regio, iussit. Crucem auream, quae in collo eius pependit, cum vestimentorum parte adhuc imputribilium sumens, caetera cum veneratione magna reposuit[25]. Sed quid memorem singulos eiusdem accessus et recessus per omnes suimet episcopatus et comitatus? Cunctis apud Transalpinos bene dispositis, Romanum visitabat imperium, Romuleasque pervenit ad arces; ubi ab[a] apostolico caeterisque coepiscopis magnis laudibus suscipitur. 25 Prud. in Symm. II, 766.

30. Post haec Gregorius, qui cesari valde carus erat, dolo eum cape e nisus, occul- 1001.
tas tendebat insidias. Quibus collectis et ex inproviso adversus eum iam insurgentibus, inperator de porta cum paucis evasit, maxima suorum caterva sociorum inclusa; et vulgus numquam suis contentum dominis malum huic pro ineffabili pietate restituit[26]. 26
Deinc nuntio suimet omnes cesar sibi familiares convenire illuc rogat et precipit, demandans singulis quibusque, si umquam de honore sui vel incolumitate curarent, ad ulciscendum eum ac amplius tuendum armato ad se milite properarent. Romani autem, manifestati tunc sceleris culpa[g] erubescentes, seque invicem supra modum redarguentes, omnes inclusos emisere securos, gratiam imperatoris et pacem modis omnibus suppliciter expetentes. Quos ubicumque vel in ipsis vel in rebus suis cesar ledere potuit, verbis eorundem mendacibus diffidens, nocere non tardavit. Omnes regiones quae Romanos et Longobardos respiciebant, suae dominacioni[h] fideliter subditas, Roma solum, quam pre caeteris diligebat ac semper excolebat, excepta, habebat. Conveniente tum cum Heriberto, sanctae[i] Agripinae archiepiscopo, plurima fidelium turba, inperator laetatur; et quamvis exterius vultu semper hilari se simularet, tamen conscientiae secreto plurima ingemiscens facinora, noctis silentio vigiliis oracionibusque intentis, lacrimarum quoque rivis abluere non *desistit. Sepenumero omnem ebdomadam, *f. 67'.
excepta 5. feria, ieiunus perducens, in elemosinis valde largus exstitit. Appropinquan-

a) *add.* 1b. b) Posnaniensi *add.* 2. c) fratri qui et Gaudentius *Ann. Sax. a.* 1000. d) a *erasum est* 1. e) uuratizlaensem 1c. e*) posnaniensem 1*a*. f) aqisgrani 1. f*) cęteris *corr.* ceteris 1. g) culpa se 1*a*. culpam *A. S. a.* 1001. h) *ita* 1c. domanacihoni 1*a*. i) sedis *add.* 1c.

23) Cf. Ann. Quedlinb. a. 1000. Vitam Meinwerci c. 11. 23') *an* mari vicinae? P. 24) Videntur fuisse illi quos infra (l. VI. c. 55. VII. c. 41. l. VIII. c. 16.) vocat hospites Slavice: Goscie, vox usitata non solum de mercatoribus peregrinis, sed etiam de militibus, sine stipendio servientibus, praedae tantum spe allectis. 25) Conf. Ann. Hildesheim. a. 1000. 26) Conf. omnino Balderici Chron. Camer. l. I. c. 114. Vitam Bernwardi c. 23 sq.

tem eius obitum multa prevenere importuna[b]. Namque nostri duces et comites, non sine conscientia[b*] episcoporum, multa contra eum conspirare nituntur[c], Heinrici ducis, postea successoris sui, ad hoc auxilium postulantes. Hic ultima patris suimet et equivoci[c*] monita, qui in Gonneshem[d] obiit ac requiescit, memori servans in pectore, et sibi hactenus in cunctis fidelis, nullum his prebuit assensum. Inperator hoc statim
1002. comperiens et pacienti ferens animo, in Paterna[e] urbe pustellis interiora prementibus
29 et interdum paulatim erumpentibus infirmatur[29]. Qui facie clarus ac fide precipuus, 9. Kal. Februarii[30] Romani corona imperii exivit ab hoc seculo, suis insuperabilem relinquens merorem, quia tempore eo non fuit ullus largior ac per omnia clemencior illo.
Apocal. 1, 8. Alfa et O misereatur eo[f], tribuens pro parvis magna, pro temporalibus sempiterna.

31. Hii autem, qui extremis eius intererant, haec tam diu celebant, quoad exercitus undique tum dispersus per internuntios colligeretur. Tunc tristis turba dilecti senioris corpus comitata, magnas bellorum asperitates 7 dies continue perpessa est; nullaque securitatis certitudo ab hostibus concessa est, nisi tum dumtaxat, quando ad
*f. 68. Bernam perveniunt civitatem. Exin cum ad *Pollingun[31], curtem Sigifridi presulis Augustanae, venirent, ab Heinrico duce suscepti, lacrimis eiusdem vehementer iterum commoti sunt. Quos singulatim, ut se in dominum sibi et regem eligere voluissent, multis promissionibus hortatur; et corpus imperatoris cum apparatu imperiali, lancea dumtaxat excepta, quam Heribertus archipresul clam premittens, suam sumpsit[g] in potestatem. Archiepiscopus autem custodia parumper detentus, relicto ibi pro vadimonio suimet fratre, cum licentia abiit, ac sacram mox lanceam remisit. Is cum omnibus, qui huc inperatoris funus sequebantur, excepto antistite Sigifrido, duci tunc non consenciebat, neque omnino[h] denegabat, sed quo[i] melior et maior populi tocius pars se inclinaret, libenter assensurum pronunciabat. Dux vero cum his Augustanam attingens urbem, dilecti senioris intestina duabus lagunculis prius diligenter reposita, in oratorio sancti presulis Othelrici, quod in honorem eius Liudulfus, eiusdem aecclesiae episcopus, construxit, in australi parte monasterii sanctae martyris Afrae sepulturae honorabili tradidit, et ob animae remedium suae 100[a] mansos propriae hereditatis concessit. Deindeque dimissa cum pace magna multitudine, ad civitatem suam, quae Nova vocatur[32], corpus cesaris prosequitur. Posteaque ab equivoco suimet Heinrico, cuius soro-
*f. 68'. rem vivente *inperatore[k] iam duxit, suppliciter exoratus, tandem corpus, valedicens singulis, ad loca destinata[33] dimisit.

32. Interim principes Saxoniae, comperta senioris sui nece inmatura. ad Frasam curtem regiam, quam tunc Guncelinus comes ex parte inperatoris in benefitium tenuit, tristes conveniunt, Gisilerus archiepiscopus Magadaburgensis cum coepiscopis, Bernhardus dux, Liutharius et Ekkihardus ac Gero marchiones, cum optimatibus regni, de statu rei publice tractantes. Comes autem Liutharius ut perprimo persensit, Ekkihardum se velle exaltare super se, archiepiscopum predictum et meliorem procerum partem in secretum foras vocavit colloquium, hoc omnibus dans consilium, ut iuramento firmarent, se nullum sibi dominum vel regem communiter vel singulariter electuros ante constitutum in Werlo colloquium. Quod ab omnibus laudatum, excepto Ekkihardo, et collaudatum est. Hic se paululum a regni fastigio dilatum graviter ferens erupit: *O Liuthari comes*, inquiens[k*], *quid*[l] *adversaris?* Et ille: *Num*, inquid, *currui*[m] *tuo quartam deesse*
34 *non sentis rotam?*[34] Sic[n] interrupta est electio, et fit vera antiquorum[n] relacio, quod unius noctis intermissio fiat unius anni dilacio, et illa usque in finem vitae huius pro-

a) *add.* 1*b*. b) importunia 1*a*. b*) *ita* 1c. concientia 1*a*. c) netuntur 1*a*. c*) equoci 1. d) Gandenshem 1c. e) paterno *fortasse ipse scriba corr.* paterna 1. f) ei 1c. g) supsit 1c. h) non *inserit* 2. consentiebant n. o. denegabant 1*a*. i) qui 1*a*. k) inperatorem 1*a*. k*) *add.* 1*b*. *sed post erasum.* l) qđ 1. m) *ita* 1c. curru 1*a*. n) *ita* 1c. anquorum 1*a*.

29) Alia narrant Landulfus sen. II. c. 18. 19. Sigebertus et Chron. reg. S. Pantaleon. Conf. Adelboldi vitam imp. Heinrici II. 30) Idem dies emortualis legitur in Ann. Quedlinb. a. 1002. 31) Polling iuxta fluvium Ammer, infra Weilheim. 32) Neuburg iuxta Danubium. 33) sc. Aquisgrani. V. Adelboldum et Ann. Quedlinb. 34) Nobilitatem generis et propinquam cognationem cum regia gente videtur per quartam rotam intelligere Haec saltim praerogativa erat Heinrici, de qua Adelboldus cap. 1. KIND.

longacio. Tempore predicti cesaris monasterium in Hilleslevo[b] a Sclavis combustum 1002.
est, eductis sanctimonialibus; et eodem die multi ex nostris sunt interfecti[b'].

33. *Equidem ab incepto multum devians, tandem revertar, exequias imperatoris *f. 69.
succincte[c] perstringens. Cuius corpus cum ad Coloniam veniret, primo susceptum est ab archiepiscopo eiusdem civitatis Heriberto. Ad monasterium sancti Severini post palmas 2. feria, ad sanctum Pantaleonem[c*] 3. defertur feria, ad sanctum Gereonem 4. die. In cena Domini ad sanctum Petrum portatur, ubi penitentibus more aecclesiastico introductis et indulgentia resolutis, animae presentis corporis ab archipresule remissio datur, a consacerdotibus autem[a] memoria exposcitur, lacrimabiliter autem a populo supplici impenditur. 6. feria illucescente[d] funus elevatum, ad Aquasgrani sancto perducitur in sabbato; die vero dominica in aecclesia sanctae Mariae semper virginis in medio sepelitur choro. Inpensa ab eo cunctis pietas obnixe oraciones fletusque suasit perducere concrepantes. Dominicae resurrectionis festa, angelorum ac hominum gaudia communiter gratulabunda, propter fragilitatem[e] convenientium non valuerunt digna veneracione compleri, quia peccatis hoc promerentibus suis agnoverunt pariter vindictam Dei. Acquirat animae istius veniam cum lacrimis, quicumque sit professione fidelis[f] Deo, quod is[a] nostram renovare studuit aecclesiam conatu mentis summo. Percipiat in terra viventium semper adoptatam *communionem piorum cum bonis Domini *f. 69'.
indefectivis, qui semper[a] studuit misereri miseris.

34. Maxima pars procerum, qui hiis interfuerunt exequiis, Herimanno duci[35] auxi- 35
lium promittunt ad regnum acquirendum et tuendum, Heinricum mencientes ad hoc non esse idoneum propter multas causarum qualitates. Longabardi autem, audito[g] imperatoris discessu, de futuris nil solliciti, neque de dignis penitentiae fructibus cupidi, Hardwigum[36] sibi in regem elegerunt, destruendi pocius gnarum artis quam regendi, 36
ut in divino iudicio ipsis post claruit huius rei auctoribus. Sed haec posterius exponenda[h] relinquens, ab eo incipiam scribere, qui pietate divina et virtute sua omnes[i] adversum se umquam erigentes humiliavit, et cervice flexa sibi honorem inpendere coegit. Et hic quintus in ordine, secundus in nomine, notet quinti[k] titulum libri.

35. Et[l] quia omne, quod in huius planicię operis asscribendum est, ordinatim ponere nequeo, in consequentibus sensim recolligere equidem non erubesco. Iterantis[m] enim varia vicissitudine fruor, qui rectae semitis[n] ductum nunc ob asperitatem, interdum autem propter ignorantiam flexuosa callium varietate mutat. Unde Miseconis, Poleniorum incliti ducis et in superioribus libris ex magna parte signati, residuum explico *factum. Hic a Boemia regione nobilem sibi uxorem senioris Bolizlavi duxe- *f. 70.
rat sororem, quae sicut sonuit in nomine, aparuit veraciter in re. Dobrawa enim Sclavonice dicebatur, quod Teutonico sermone Bona interpretatur. Namque haec Christo fidelis dum coniugem suum vario gentilitatis errore implicitum esse perspiceret, sedula revolvit angustae mentis deliberacione, qualiter hunc sibi sociaret in fide[o]; omnimodis placare contendit, non propter triformem mundi huius nocivi appetitum, quin pocius propter futurae mercedis laudabilem ac universis fidelibus nimis desiderabilem fructum. Haec sponte sua fecit ad tempus male, ut postea diu operari valuisset bene. Namque in quadragesima, quae coniuncionem[p] predictam proxima sequebatur, cum a se abstinentia carnis et afflictione corporis sui decimacionem Deo acceptam offerre conaretur, dulci promissione a viro suimet propositum frangere rogatur. Illa autem ea racione consensit, ut alia vice ab eodem exaudiri facilius potuisset. Quidam dicunt, eam in una carnem manducasse quadragesima, alii vero tres. Audisti[q] nunc, lector, delictum eius; modo *considera fructum eligantem piae *f. 70'
voluntatis illius. Laboravit enim pro conversione coniugis sui, ac exaudita est a benignitate Conditoris sui, cuius infinita bonitate persecutor suimet studiosus resipuit, dum crebro dilectae uxoris ortatu innatae infidelitatis toxicum evomuit, et in sacro

a) *add.* 1*b*. b) hillilleuo 1*a*. b') et illa — interfecti *scripsit* 1*b*. *in fine paginae*. c) succinte 1. c*) albanum 1*a*. d) illusessente 1*a*. e) *ita* 1*c*. fragitatem 1*a*. f) *ita* 1*b*. coram 1*a*. g) audita 1*a*. h) exponendo 1*a*. i) *add.* se 1*c*. k) quarti 1*a* l) *alia manu pergit* 1. *In* 2 *vero sequentia ita leguntur:* Prologus libri. Quia omnia — residua gesta explicabo (*ita*). Libellus interpositus de quibusdam praetermissis. Miseco dux inclitus a Boemia regione *etc.* m) itinerantis 1*c*. n) semite 1*c*. o) et *add.* 1*c*. p) coniunctionem 1*c*. q) Audistis 1*a*.

35) Dux Alamanniae, Udonis ducis 982 in Italia occisi filius. 36) Arduinus, marchio Yvreae et comes palatinus in Langobardia.

baptismate nevam originalem detersit. Et protinus caput suum et seniorem dilectum membra populi hactenus debilia subsequuntur[b], et nupciali veste recepta, inter caeteros Christi adoptivos[c] numerantur. Iordan, primus eorum antistes, multum cum eis sudavit, dum eos ad supernae cultum vineae sedulus verbo et opere invitavit. Tunc congratulantur legitime[d] coniugati, predictus mas et nobilis femina, illisque subdita omnis familia gaudet se in Christo nupsisse[d*]. Post haec peperit bona mater filium longe sibi degenerem et multarum perniciem genitricum, quem fratris sui nomine Bolizlavi[e] appellavit, hunc inquam, qui in eadem primo latentem maliciam aperuit, deindeque in viscera sevit, ut in sequentibus a me manifestum fit.

37 36. Sed cum mater eiusdem obiret[37], pater eius unam sanctimonialem de monasterio, quod Calva dicitur, Thiedrici marchionis filiam, absque canonica auctoritate duxit. Oda fuit nomen eius, et magna erat presumptio illius. Spreverat enim sponf. 71. sum coelestem, preponens ei virum militarem, quod cunctis aecclesiae rectoribus et maxime antistiti suimet venerabili Hilliwardo displicuit[38]. Sed propter salutem patriae et corroboracionem pacis necessariae non venit hoc ad discidium, sed reconciliacionis 39 continuae remedium salubre[39]. Namque ab ea Christi servitus omnis augebatur, captivorum multitudo ad patriam reducitur, vinctis catena solvitur, reisque carcer aperitur; et ut spero, ei magnitudo perpetrati facinoris a Deo remittitur, cum in ea tantae pietatis dileccio cognoscitur. Legimus autem, quod is frustra Dominum[f] placare studeat, qui inceptae propositum nequiciae omnino prorsus non abiciat. Haec 40 genuit viro suimet tres filios Miseconem, Suentepulcum et .....[g·40], cum magno honore ibi degens usque ad finem viri, accepta cum quibus fuit et proficua de quibus venit.

37. Sed[a] anno dominicae incarnationis 999[h·41], regni autem tercii Ottonis 10. et 8. Kalendas Iunii[i] prefatus dux iam senex et febricitans ab exilio hoc ad patriam[k] 42 transit[42], relinquens regnum suimet plurimis dividendum, quod postea filius eiusdem Bolizlavus[43], noverca et fratribus[l] expulsa, excecatisque familiaribus suis Odilieno atque Pribuvoio, vulpina calliditate contraxit in unum. Hic ut tantum solus dominaretur, ius ac omne fas postposuit. Duxit hic Rigdagi[m] marchionis filiam, postmodum f. 71. dimittens eam; et tunc ab Ungaria sumpsit uxorem, de qua habuit filium, Besprim nomine, similiter expellens eam. Tercia fuit Emnildis[n], edita a venerabili seniore Dobremiro, quae Christo fidelis ad omne bonum instabilem coniugis sui mentem declinavit, et[o] immensa elemosinarum largitate et abstinentia utriusque[p] maculas abluere non desistit. Peperit haec duos filios, Miseconem et alium, quem dilecti 41 senioris sui nomine pater vocavit; filias quoque tres, quarum una est abbatissa, secunda[44] nupsit Hirimanno comiti[45], tercia filio regis Wlodemiri, sicut dicturus sum.

38. Inperatoris autem predicti gratia et hortatu gener Heinrici, ducis Bawario46 rum, Waic[q·46], in regno suimet episcopales cathedras faciens, coronam et benediccionem accepit. Nec sileo quoddam miraculum temporibus prefati cesaris Romae coelitus exortum. Nam cum ducis Herimanni milites monachorum sancti Pauli prata vi sua comprehenderent, suppliciter ab hiis sepe rogati discedere noluerunt. Et continuo nubes variae ascendunt, fulmina micant, terrorem dominicum monstrantes; tonitrus terribilis protinus subsequitur, ac ex eorum numero optimos quatuor occidens, caeterosque fugans, pauperes Christi in hoc[a] mundo non esse contemptibiles ostendit. Pro-f. 72. tector enim est talium misericors Deus, et hos honorantes[q] ac in necessitate sua

a) *add.* 1*b*. b) subsequntur 1. c) adoptiuuos 1*a*. d) legime 1. d*) nubsisse 1. e) bolizlaum 1*c*. f) domini 1. Deum *A. S. a.* 986. g) *In cod.* 1. *sicut et apud A. S. l. l. spatium relicium, quod in priore manus seculi XVII. nomine* Bolizlauum *supplevit.* h) DCCCXCII°. 1. i) X — iunii *add.* 1*b*. k) coelestem *add.* 2. *A. S.* l) tribus *add.* 2. *A. S.* m) *ita* 1*b*. ricdagi 1*a*. n) erminildis 2. *A. S.* o) et et 1. p) utrisque 1*a*. q) honerantes 1*a*.

37) Obiit Dobrawa anno 977, testante Annalista Saxone ad a. 986. 38) Ad haec referenda videntur, quae Thietmarus l. III. c. 10 iam tradidit. 39) Conf. Annal. Hildesh. a. 985. 986. 40) Tertius hic Dobrawae filius videtur fuisse Wolodouuei ille, de quo noster agit l. V. 41) Annum 992 etiam habent Ann. Hildeshem. 42) Necrol. Fuld. a. 992. *Misicho marchio* [*comes et secularis*]. 43) Bolezlaus I. dux Polonorum, dictus Chrabry i. e. fortis. 44) Regilindis. In Necrolog. Naumburg. dicitur Relingindis; cf. Eccardi hist. principum Saxon. superior. col. 166. KIND. 45) Filius fuit Eckardi, marchionis Misniae. 46) *Rex Pannoniae* add. Ann. Sax. a. 999.

exaudientes, digna retribucione provehit, eorumque persecutores aut hic, quod levius habetur, aut in futuro, quod est gravius, punit. Cesaris eiusdem soror, Mahtild nomine, Herimanni comitis palatini filio Ezoni[b] nupsit. Et hoc multis displicuit; sed quia id non valuit emendare legaliter, sustulit hoc unicus frater illius pacienter, dans ei quam plurima, ne vilesceret innata sibi a parentibus summis gloria[47]. In temporibus 47
suis Conradus, Suevorum ductor egreius[48], ac eiusdem frater Heribertus comes, necnon Hodo inclitus marchio[49], pro dolor! morte momentanea depressi[b*] sunt. Sigifridus autem, predicti marchionis filius, in Nova urbe[50], ubi pater suus requiescit, inter mo- 50
nachos diu in eodem habitu conversatus, cucullam proiecit, laicalem suscipiens vestem. Qui ab Ekkihardo abbate suo et Gisilero archipresule vocatus ad sinodum, Parthenopolim[c] venit, et quamvis invitus, pristino habitu indutus, iudiciali sententia, duodecimus ipse, sacramentis exsolvit, exemplo unius, qui Romae simili sentencia se in conspectu prefati inperatoris purgavit. Patres eorum spirituales plenum super se testimonium habuere; sed iudicibus, ut vereor, corruptis, absque omni suimet culpa eosdem perdidere.

39. Memorare *etiam mihi libet Franconis episcopi Wormacensis brevem vitam, *f. 72.
qui iuvenis ac omni probitate cluens cesari augusto placuit; et cum eundem suae coniunctum familiaritati in divinis pollere sedulo vidisset, mortuo predictae civitatis antistite Hillibaldo[51], eidem succedere fecit. Qui unum dumtaxat annum sedens, in Italia 51
obiit, ibidem sepultus[52]. Vellem libentissime, si umquam fieri potuisset, ut optimorum quorumlibet memoria per inutilium opera meimet manuum presentibus ac posteris quadam novitate accepta floruisset; ut hii omnes, etsi hoc non delectati, pro pietate tamen sua apud Deum omnipotentem recordentur[d] mei. Agnosco[d*] enim memet ipsum, et minus quam debeo ac in baculi fragilitate harundinei[e] nil prorsus confidens, iustis suffragatoribus me peccatorem supplex committo. Voluit quoque imperator capellanos suimet Herponem de Halverstidi ac Raconem de Bremun episcopali gradu sublimare; et hiis in lecto ob infirmitatem validam iacentibus, pastoralem baculum dedit; sed uterque sine sacerdotali unccione discescit. Quid vero de hoc dicere possim, ignoro, cum numquam de talibus aliquid legi vel etiam audivi. Cognitor omnium Deus haec solus ordinavit et scire potest.

40. *Hii duo, quamvis pii, tamen inter episcopos non debent asscribi, quia in *f. 73
benedictione hiis consortes non valuerunt effici. Razo autem iussu dilecti senioris sui ossa supra dicti papae Benedicti, sicut ipse prelocutus est, de Hammaburg Romam reduxit. Namque pater venerabilis, domnus inquam apostolicus, dum in exilio esset, in Christi servitio studiosus, cumque adhuc aquilonaris haec pars optata pace gauderet: *Hic*, inquit, *fragile corpus meum debet resolvi; et post haec omnis ista regio gentili gladio desolanda ferisque inhabitanda relinquitur, et ante translationem meam non videbit[f] indigena pacem firmam. Quandocumque vero domi resideo, apostolica intercessione paganos quiescere spero.*

41. In tempore prefati cesaris multi obiere pii, quorum vitam ignoro, ac propterea de hiis sileo. De quorum numero quaedam cometissa, nomine Cristiana[g], predii suimet, quod in Stuwi[h.53] civitate habuit, magnam partem sancto tradidit Mauricio in 53
Magadaburg. Haec vitae huius celerem cursum cum in Christo vivens pertransiret, 8. Idus Marcii ad diu optati thalamum sponsi gaudens venit; quod Gisilero archipresuli[i] tunc[a] Parthenopolitano *in Quidilingeburg tunc moranti sic manifestatum est. *f. 73'.
Apparuit ei quidam vir, dicens ei: *Scisne, quod omnis milicia coelestis exercitus se preparat ad adventum Christo fidelis animae ac ad condignam susceptionem talis sponsae? Iam enim venit ad remunerationem atque ad aeternae mansionis beatam spem.* Qui cum evigilaret, Waltherdo tunc preposito primitus innotuit; et cum is

a) *add.* 1b. b) ezone 1a. b*) *ita* 1c. depresi 1a. c) parthepolim 1. d) recordarentur 1a. d*) Agnosco — potest *alia manu scripta.* e) harundei 1. f) n. v. *add.* 1b. g) *ita* 1b? (cristina 1a. *nunc rasura corr.* cristina) *Ann. Sax.* h) stuui 1a. i) archipresule 1a.

47) De his confer Monachum Brunwillarensem apud Leibnit. SS. rer. Brunsvic. T. I. p. 313 sq. et passim. 48) Obiit anno 997; v. Hermann. Contract. Necrol. Fuld. Et quidem Decb. 15. v. Necrol. Merseb. 49) Obiit anno 993 Mart. 13. teste Necrol. Luneburg. Conf. Leutsch Markgraf Gero pag. 136 50) München-Nienburg in ducatu Anhaltino. 51) Obiit a. 998 Aug. 4. V. Necrol. Fuld. et Merseb. Aug. 3. Necrol. Luneb. 52) Obiit a. 999 August 28. teste Necrol. Fuld. 53) Stoeben, villa Thuringica non procul a Camburgo ad Salam. URS.

venerabilem matronam ex hac luce eadem nocte, qua haec visa sunt, migrasse mox audiret, seniori refert, et visionem suam dixit esse completam. Haec bona quaeque conscientiae tegens[b] secreto suae, fuit caeteris matronibus[c], quae apud modernos[d] sunt, longe dissimilis, quarum magna pars membratim iniuste circumcincta, quod venale habet in se, cunctis[e] amatoribus ostendit aperte. Cumque sit in hiis abhominatio Dei et dedecus seculi, absque omni pudore coram procedit speculum tocius populi[f]. Turpe est ac nimis miserabile, quod peccator unusquisque non vult delitescere[g], sed ad irrisionem bonis et ad exemplum malis presumit procedere.

cf. Pers. I, 3.

42. In diebus illis nupsit Mahtild sanctimonialis, filia Thiederici[h] marchionis, cuidam Sclawo, nomine Prebizlavo. Quae post[i] a Brennebrugensis[k] iniusto provisore *f. 74. *civitatis Bolibuto[l] [54] capta, in tantum constricta est, ut neque dominicam nativitatem nec aliam sollempnitatem vel ieiunio congruenti prevenire vel festivis celebrare gaudiis potuisset. Ubi quendam puerum genuit, quem lugubriter educavit, posteaque tantae solutionem miseriae et abbaciam in Magadaburg[m] [55] indigna percepit. Cuius vir antea[n] a confratribus geminis Ugione ac Ufficone 5. Kalendas Ianuarii occubuit[56]. Huius frater, Liudulfus nomine, deposito clericatu arma sumens ultricia, multum nocuit nostris, captus autem a cesare, iterum restitutus est gradui pristino.

43. In temporibus predicti caesaris fuit in urbe Partheiopolitana quidam decanus, Hepo nomine, hilaris homo et valde utilis in monasterio, et maxime in choro. Qui cum iam senex et in cunctis actibus suis maturus esset, paralisi subito percussus obmutuit; sed summi auxilio medici psalmos optime potuit cum confratribus canere; ad caetera vero parum valuit asspirare. Et in hac mirabili re laudanda virtus Christi cognoscitur, quae servienti sibi fideliter vires suggerere in multis approbatur. Sed cum venerabilis pater, in relicto habitu monachico se nimis peccasse, facta confessione f. 74'. tunc[a] ingemuisset, idque ortatu fratrum in receptione eiusdem emendare voluisset, non longe post Nonas Ianuarii obiit, sepultus ad sanctum[p] Iohannem cum caeteris confratribus, cum quibus vivere deberet, si sic humana fragilitate fieri posset. Predictae autem custos ecclesiae Ekkihardus, cognomine Rufus, arte grammaticus et tunc magister scolae, cum in una dierum altare magnum et aureum gemmisque optimoque ornatum electro, si aliquid in eo deesset, considerare voluisset, ex inproviso ab eodem deprimitur; et ex hac collisione tardatus, pecuniam suimet diu congregatam, larga manu distribuendam Waltherdo commisit preposito, et post paucos dies 2.[do] Nonas Septembris spiritum fidelem exalavit[57]. Quem non in aliqua re accuso; sed hoc veraciter scio, quod si quis sanctum offendit Mauricium, dampni subsequentis non ignoret periculum. Huius[q] thesaurum quidam iuvenis instinctu diabolico cum nocte tenebrosa furari voluisset, in primoque aditu trepidare incipiens desistere iam studuisset, ut ipse post retulit, vocem quandam ad haec audacter[r] agenda exortantem audivit. Sed ille miser sumpta ibidem corona, celeriter in ipsa est captus[s], fractisque cruribus rotae superpositus.

*f. 75. 44. *Nec lateat te lectorem cuiusdam fratris mei constantia Huswardi; ad quem iuxta me tunc[t] dormientem cum diabolus, insidiator noster callidus, in nocte crebro accederet, ac prope eum iacendi locum frustra peteret, ad ultimum, ut sibi pro accipienda mercede voluisset servire, suppliciter rogavit. At ille pius votique non inmemor dominici, ut promissum sibi premium inprimis ostenderet posteaque responsum suimet perciperet, postulavit. Tunc is: *Consimili*, infit, *bravio*[58], *quo meum in occidente nuper ditavi ministrum, te mihi consensurum remunerabo.* Auditis talibus alloquiis, pres-

a) *add.* 1*b*. b) legens 2. c) matronis 1*c*. d) modernas 1*a*. e) inhonesta circumcincta turpitudinemque suam quasi eam venalem habeat cunctis 2. f) procedit et unde verecundari deberet, irreverenter in spectaculum totius populi ponit 2. g) *ita* 1*c*. delitiscere 1*a*. h) *primum* e *erasum*. i) Q. p. *add.* 1*b*. k) brandebvrgensis 1*c*. l) boliuuto *corr.* bolibuto 1. m) e. a. i. M. *add.* 1*b*. n) *ita* 1*b*. post hęc 1*a*. o) servientibus 1*a*. p) sanctam 1*a*. q) Huius — superpositus *manu alia inscripta sunt*. r) *ita* 1*b*. fiducialiter 1*a*. s) ecclesia *add. A. S.* a. 999. t) me t. *add.* 1*b*.

54) cf. supra IV, 15. 55) Abbatia S. Laurentii in nova urbe Magdeburg, cui antea Brigida, libro primo memorata, praefuerat. KIND. 56) In Necrologio Luneburg. est: 3. Kalend. Ianuarii *Prebeszlaus frater noster*. Cum gener esset Dieterici, marchionis septentrionalis, Billingorum affinis censendus est. WED. 57) V. Calend. Merseburg. 58) *i. e.* brabeo, praemio.

biter hic venerandus, ut sepe antea consueverat, signo sanctae crucis et increpacionibus asperis hunc effugavit; cumque in occiduis partibus quendam clericum ob criminis sui magnitudinem laqueo suspensum esse conperiret, nobis omnibus et antecedens ac[o] consequens intimavit. Et mirum est, cum omni dominica die ad dormitorium illud[o] Christi crux vera portaretur, ille malignus talia facere est ausus. *In illo itaque anno predictus *f. 75'.
frater, victor ut spero effectus, ac de commissis penitentia ductus, 7. Kalendas Martii seculare periculum evasit. Quem agonizantem mater sua, Berhta nomine, iam[e] decrepita consolatur, geminum patienter ferens dolorem. Namque tunc erat annua dies filii suimet Bevonis, optimi militis, cui prius oculos abstulit marchio Ekkihardus.

45. Nec taceam Merquardi visionem confratris nostri. Hic, ut ipse mihi gemens retulit, ductus est in cimiterium commune, ubi sepulchrum nimis incensum vidit, et a ductore suo sic allocutus est: *In hanc ardentem tu debes cito proici foveam; et Rodulfus te sequi deberet, ni modo in limine Ludgeri[b] conversus staret.* Ambo enim hii fuerant monachi in monasterio confessoris predicti, qui locum hunc, Helmanstidi vocatum[a], proprietate[e] sua construxit tempore Karoli imperatoris magni, frater Hildigrimi, Cathelauensis episcopi sanctaeque Halverstedensis aecclesiae rectoris primi, quam tenuit 47[d] annos[a], discedens ab hoc seculo, regnante tunc Luduvico imperatore pio, dominicae incarnationis 827. anno. Liuderus[c] autem primus Mirmingerdevordensis aeclesiae pastor a Carolo cesare effectus est, *et optime ordinata suimet parrochia et loco Wir- f. 76.
dunun ex propriis constructo inpensis, anno dominicae[f] 808. praemium coeleste recepit[60]. 60
Post quem predictus imperator[g] nil nisi quinos vixerat annos, emittens spiritum 5. Kalendas Februarii[h. 61], 71. etatis suae anno, regni autem 47. imperii vero 14. Predictus 61
autem presbiter in[i] hoc anno, quo haec vidit, habitum resumere pristinum et obedientiam vovit, et non longe post 18. Kalendas Mai. obiit. Haec quae de confratribus meis dixi[k] non arguendo, set potius, ut cauti simus et bonos imitaturi, obsecrando locutus sum.

46. Regnante tertio Ottone, Albi[62], filius Guncelini[l], a satellite suo in quadam 62
silva ob inutilem causam occisus est. Cuius comitatum cum beneficio iuxta Mildam iacenti Gisilerus archipresul accepit. Huius camerarius et confrater meus Gunterius[m], mortuo Dodone Asanbrunensis[n] aecclesiae episcopo[63], carus imperatori et sepe fideliter serviens, Italiam venit. Cumque ibidem clementer susciperetur et in omnibus exaudiretur, in sequenti nocte vidit Christi martires Crispinum atque Crispinianum ad se venientes, et si suum vellet accipere episcopatum interrogantes[a]. Quibus cum responderet: *Si Deus vult et vobis placet*, perfixus est ab hiis duabus hastis; et mox[a] evi- *f. 76'.
gilans, nullatenus per semet ipsum potuit exurgere. Crastino autem caesar ut eius infirmitatem comperit, fidele promissum[o] complevit. Post haec idem convalescens domum rediit, acceptaque consecratione, cum magno dolore vixit pene 4 annos, 8. Kalendas Decembris haec mutans temporalia in aeternaliter manentia. Nescio, si quid[p] Deo vel sanctis martyribus suis in eo displicebat. Hoc vidi et de caeteris audivi, quod vir iustus et bene timoratus fuit, mitis et castus, et sicut hii, cum quibus modo requiescit, asserunt, plurimum nunc valere aput Deum, ut signis probatur in multis. Ego hoc veraciter scio, quod reum non bis vindicat Deus in id ipsum.

47. Predictorum[q] vero reverenciam martirum, in libris antiquioribus satis lucentem, lector ut a me cognoscas, unam rem profero, quam frater meus Brun, in nova educatus Corbeia et eiusdem altaris servus, de priorum relatu suorum mihi indicavit. Tempore predicti abbatis Liudulfi[64], in omnibus bonis admodum memorandi, erat quidam 64
iuvenis confrater suus et regularis monachus; qui cum in sibi commisso tunc moratus officio supranominatorum reliquias martirum solito more secum *veheret, incu- *f. 77.
rioseque tractaret, persensit in poena celeriter subsequenti, quod peccavit in martires

a) *add.* 1b. b) luderi 1*a*. c) *ita* 1*b*. *A. S.* pietate 1*a*. d) XL et VII 1. e) Liudigerus 1*c*. f) *supple:* incarnationis. g) Karolus sanctus *add.* 1*c*. h) i. octava Agnetis *add.* 1*c*; *et in margine:* Translatio sancti Karoli est VI. Kal. Augusti. i) *ita* 1*b*? *alio vocabulo eraso.* k) dix 1*a*. l) guncelino ab 1*a*. m) i *erasum* 1. n) asanbruniensis 1*a*. o) promisum 1. p) qd 1. q) Predictorum — more secum 1*b*. *scripsit.*

59) Conf. Ann. Quedl. a. 780 et 827. 60) Ann. Merseb. Decembr. 17. 63) Obiit anno 996 April. 12. 64) V. supra II, 12.
Quedlinb. a. 809. 61) Ex Ann. Quedlinb. anno 814. 62) Fortasse Aluui dictus in Necrol.

Christi. Namque moritur carnaliter, qui sanctis Dei servire neglexit spiritualiter. Et[b] ut hoc predicto abbati innotescerent[c] ante ianuas aecclesiae exeunti illo[d] nocte obviaverunt. Quos ut primum aspexit, timore magno perculsus substitit silentiumque servavit. Cui protinus talia dicunt: *Cur non interrogas, pater, qui simus, vel ob quam rem huc venissemus?* Qui cum retulisset eis, quod non auderet, audivit mox ab illis nomen eorum et causam, et quod hoc inultum non relinqueretur. Discedentibus autem hiis, abbas confratribus suis haec indicavit, dicens: *Mortuus est ille iuvenis, qui in nostra nunc erat obedientia, de incustodita*[e] *sanctorum, quos secum habuit, reverentia. Heu mihi talia umquam consentienti!* Et non longe post venit nuncius, qui haec vera esse affirmaret et corpus eiusdem[a] adduci intimaret. Venerabilis autem vir nec huic obviam exire[f] voluit, nec fratres more solito illud suscipere sinit; sed iratus ad truncum[g] talia fatur: *Quare tu proterve eos, qui cum unigenito Dei vivi filio cum*
*f. 77v. *honore* *habentur magno, neglegenter tecum ducere vel post tale facinus huc ausus es absque supplici interventu ullatenus venire?* Decanus autem defunctum fratrem pro possibilitate sua excusans, tale a patre suo responsum accepit: *Mi frater amate, scis, quae servus ad oculum in tuo conspectu is egerit; quid vero absentialiter fecerit, ignoras; ego autem optime perpendo*[h], *qui hunc in tormentis gravibus nunc intellego. Et modo nostrorum intercessionem patronorum supplex peto, ut per hos divina pietas mihi innotescat, quando ei a se laxato mihi liceat peccatori absolutionem facere et communionem dare. Asperum nimis est eculeo*[i] *recalcitare, et hominibus indecens, irata maiestate indulgentiam exhibere.* Post hanc vocem pius abba ad oratorium, speciale suimet in rebus anxiis asilum, nudis pedibus venit, et more solito in se et aliis humanam fragilitatem deflens, placavit Deum, et solvit reum; et protinus cum multis gratiarum accionibus exsurgens, divina potestate coram fratribus cunctis defuncto crimen remisit, et corpori aeclesiae communionem ac sepulturae dedit.

*f. 78. 48. Nunc, lector, audisti de contemptu sanctorum gravem poenam; modo accipies de amore continuo salubrem medicinam. Fuit olim sub tempore Godescalki[k] *abbatis[65] quidam monachus nomine Alvricus, cui in capite suo[a] multum nocuit migranea, quae duplex est, aut ex gutta, aut ex vermibus[l]. Sed cum eundem iam poene deficientem confratres custodirent, casu accidit, ut singulariter egredientes hunc dumtaxat solum relinquerent. Tunc e cloaca egressi sunt demones, libros speciales in manibus habentes, eorumque[m] lectione gravi infirmum de suis actionibus inscriptis in vanum terrentes. Namque inclitus Christi martir Vitus ilico ingressus, eisdem[n] fugam manu indixit, et iuxta eum stans consolatur eum, et quis esset protinus ei intimavit, ac data benedictione, surgere eum iussit et haec mandata predicto abbati celeriter deferre: *Videsis*[o], *ut tot ammoniciones nostras sic incuriose non accipias, ne in posterum vacua lamentacione gemas. Pro vero enim assero tibi, si amplius inobediens mihi eris, a Deo contempneris, et te*[p] *adhuc superstite alium in tua sede dominum videbis.* Haec ut puer[q] sanctus per monachum egrotantem prenotavit, abbas neglegens[r] postea persensit. Inde bonorum crebros hortatus hominum servare, consilium nimis est salubre; quanto magis horum, qui merito suimet inter filios Dei feliciter

a) *add.* 1b. b) ipsi martyres sancti *add.* 2. *A. S.* c) et notescerent 1*a*. d) illi 1c. e) inta 1*a quod correxit* 1*b superscripto* custodi. *Hinc* 1c. *effecit*: de neglecta custodia s. q. s. h. et *r. A. S. a.* 990. *habet*: ob intime ingemisco *add.* 2. *A. S. l. l.* f) exhire 1*a*. g) tractum 1*a*. truncum corporis 2. *A. S. l. l.* h) et in*quo A. S. a.* 891. *convenit*: vermibus. Cui pro remedio ostensum est a quibusdam, ut secari in capite debuisset, quod et factum est, sed de die in diem dolor augebatur in tantum, ut iam desperaret. Sed — casu accidit ut singuli e. h. d. s. iacentem r. Tunc e cloaca vidit septem demones teterrimos procedere. Sex eorum singuli portabant in manibus sex libros, id est omnes 36. Septimus vero immense magnitudinis volumen gestabat, et sedens lectione eius gravi, infirmum de suis actionibus, que ab infancia vel cogitando vel loquendo vel operando usque in eam horam umquam gesserat, in vanum terrebat. Preciosus namque martir Vitus, veste fulgida indutus, vultu angelico conspicuus, e templo celle, in qua eger iacebat, contigue procedens ingreditur, et inmunde turbe fugam manu indixit. *Idem codex post* dominum videbis *pergit:* Dixerat hec astans et mox dis-paruit infans. Hec autem ut preciosus martir, puer inquam Vitus, p. m. e. denunciavit, a. n. p. p. Nam ei adhuc viventi suppositus est ipsius rogatu venerabilis abbas Bovo, vir omni laude dignissimus. Hinc igitur bonorum c. h. h. m) que *erasum* 1. n) easdem 1*a*. o) sis *erasum* 1. p) *addit* 1c. q) vir 1*a*. r) negligens 1c?

65) Corbeiensis 890 — 913.

computati voluntatem eius sciunt in eventu futurorum. Quicumque temerarius sapienti non innititur consilio, videbit, quis sit in semet ipso. De talibus plurima habemus exemplа, quae imitatores suos ad elaboratum perducunt bravium, cum veniunt ultima. f. 78.

49. Augusto sepe memorato Gisilerus archipresul multum carus fuit, quod Ekkihardum marchionem primo latenter momordit, posteaque paululum emersit, cum hunc in omnibus sibi priorem esse non sine gravi dolore persensit. Interim predicti comitis subditi quoddam furtum in oppido Goresin dicto[66] fecere, quod nostri protinus inultum non reliquere. Namque eos coram suis comprovincialibus accusatos laqueo suspenderunt, quia hoc prefato seniori, ut iustum erat, innotescere non noverunt. Ob hoc furor comitis nondum extinctus accenditur, et miles eiusdem haec ad vindicanda armari iubetur. Rambaldus ab eo unice dilectus, collecta multitudine grandi, predictam circumdedit villam, virosque omnes cum bonis, que possederant, capiens, secum abduxit ad urbem suam. Nec ullum ex hiis solverat, nisi quem precium grave postea redimerat. Qualiter autem tale facinus reconciliaretur, nostros id mihi conquerentes cum interrogarem, nullam subsequi emendationem, ab hiis audivi et graviter ingemui. Si in hac provincia aliquid valeret lex divina, non sic insaniret secularis potentia. Dico enim presentibus atque futuris, quod non potest haec causa senescere, vel sine sacerdotali districcione finiri legitime. Unusquisque potest, in quantum velit, tacere, sed successori suo indiscussam racionem nequaquam valet abalienare; et in quocumque loco aliquid tale oritur, ibi canonica auctoritate finitur. Si consentiret voluntas coepiscoporum, sicut legitur in actibus apostolorum, non sic corroboraretur pertinax presumpcio iniquorum. Cum aliquis ex numero illorum recte inpugnatur ab alio, quolibetcumque id fieri potest modo, defenditur; et non est hoc excusacio, set ad multum deteriora quaedam iniusta sibique in posterum nocens confortatio. Ergo redeant ad unanimitatem, qui fideliter credant in unitatem, ut eo fortius confundant venenatam perversorum conspirationem. Et haec dicta sufficiant. f. 79.

50. Nunc autem de quodam confratre meo, nomine Conrado, pauca loquar, ne sit apud me in aliqua oblivione, qui proximos suimet dilexit divina iussione. Hic archiepiscopi Geronis avunculus fuit, et ad peragendam iugem Christi servitutem[m], ut in homine potest fieri, voluntas atque efficacia in eo pariter convenit. Audivi namque ab eodem sepissime, quod postquam aliquid cantando vel legendo publice conplevit, iterum se id facturum studiosus optavit. Numquam inobediens prepositis suimet erat, sed eos caritate continua cum ceteris confratribus subiugaverat. Sed tam venerabilis persona caesari predicto ubi primo fit nota, mox ab illo efficitur amata propinquitatique suimet coniuncta. Hunc, ne dignitatem optatam et ab augusto sibi propositam perciperet, mors inmatura inpedit, eundemque ab hac luce 5. Kalendas Septembris abstulit. Hic genitus in Saxonia, pausat in Italia, quem filium spiritualem flet Parthenopolis inclita. f. 79.

51. Quam egreios proceres in hac urbe vidi, quorum laudabilem vitam pro debito nec sum imitatus, neque memoriam eorum post solutionem carnis assequutus. Heu me misero! qui tot tantisque immerito sum coniunctus in fraternitate, sed longe dissimilis existo in condigna conversacione. Ego in peccatis iam pene mortuus, ut spero, vivam in lucido conspectu Dei eorundem meritis refocilatus; quia etsi in hoc seculo parum boni operatus sum, tamen defunctorum semper memor sum. Voluntas mea interdum bona est; sed quia eidem vires aptas suggerere non studeo, parum prodest. Semper me accuso, sed sicut debui reatum non solvo; sumque ideo in omnibus corrigibilis, quia me non converto ad eum, qui est super omnia laudabilis. Agnosce[67], lector, procerem! et videbis in me parvum homuntionem, maxilla deformem leva, et latere f. 80.

a) *ita* 1c. euintu 1a. b) qis 1. c) 1c *super hoc vocabulo scripsit*: ek. d) acenditur 1. e) ramboldus 1c? f) potentencia 1. g) loca 1a. h) aliqđ 1. i) sic sentiret 1. *linea super* o *imposita, correxit* 1c. si consentiret 2. k) descenditur 1. *corr., ut vid. ab* 1c. *cum* 2. *locum ita exhibeat*: impugnatur ab aliquo episcoporum, quocumque modo id fieri possit ab aliis condescenditur illi. et hoc non est compassio sed etc. l) confre 1a. l*) ni 1. m) *ita* 1c. servitem 1a. n) continuo 1a. o) lucē 1. p) miserum 1c. q) *ita* 1c. suggere 1a. r) incorrigibilis 2. s) proceritatem 1c.

66) Görschen. 67) Desumsit e Iuvenali Sat. VIII. v. 26. *Agnosco procerem*, et per ironiam ad se accommodavit. URS.

eodem, quia hinc olim erupit semper turgescens [a] fistula. Nasus in puericia fractus ridiculum de me facit. Idque totum nil questus essem, si interius aliquid splendescerem. Nunc sum miser, nimis iracundus, et ad meliora inflexibilis, invidus, subsannans
68 alios, ipse deridendus, nulli pro debito parcens, glutto [68] et simulator, avarus et detrac-
'f. 80'. tor, et ut haec 'convicia merito illata concludam, peior sum, quam possit dici vel ullatenus estimari [b]. Unicuique sit fas non solum muttire [c], quin pocius in aperto [c*], quia peccator sum, dicere, et post correptionem fraternam congruit suppliciter orare. Multi a populo laudantur, nisi pauca res eis obstaret, quod inter optimos haberentur, et quia verum est, hominibus de perfectione iusta nimis deesse, quid [d] prodest de inferioribus hiis tale quid [d] promulgare? Omnis laus in fine canitur, et mortalis conversacio igne probatur [e].

LIBER V [e*].

'f. 81. 'Heinricus scandit, postquam puerilia vicit,
Ardua virtutum cretus [f] de stemmate regum.
Huic pater Heinricus dux, et genitrix erat eius
Gisla, suis meritis aequans vestigia regis
Conradi, patris, Burgundia regna tenentis.
Nutrit preclarum Wolfgangus [1] presul alumnum,
Qui sequitur dominum toto conamine Christum.
2 Postque necem patris ductor successit herilis [2],
Eius et imperium longe spectat quoque clavum [3]
Maxima pars regni, Sclavo vastata crudeli,
Multum laetatur, quod ab huius pace potitur
5 Sedibus optatis iustoque [4], rapacibus altis [5]
Prorsus depulsis ac dira lege sedatis.
Inflatos omnes contra se deprimit hostes,
Demulcens socios iocundo famine cunctos.
Si quo deliquit modicum, statim resipiscit,
Fructibus ac dignis curabat vulnera carnis.
Utilis aecclesiae cunctis miseratur ubique.
Mersburg, si scires huius pia vota, sitires
Adventum tanti rectoris, et inclita Christi
Munera laudares, condignaque premia ferres.

'f. 81'. 1. 'Largifluus divinae pietatis respectus, humanae necessitati, non nostri merito, sed suae miserationis munere gratuito superhabundans, fidelium corda suorum ad laudis amorem suae et ad referendas ei grates accendit, ac me, stultum ingenio, prepeditum eloquio ac in omnibus neglegentem [g] et nimis ociosum, bonos in hoc imitari compellit. *Magnus* [h]
Psalm 95, 4. *est enim Deus*, ut Davit testatur, *et laudabilis valde; cuius sapienciae numerus non*
2 Macc. 1, 28. *invenitur ullus, qua omnia ex nichilo creavit, hominemque solum dumtaxat conformavit*. Qui dum talia inmemor beneficiorum [i] non perpendit, iumentum in suo stercore conputrescens iuste apellatur. Sed quicumque hoc verbum *gnoti seaucton* [k], in superli-
6 minaribus templi antiquitus notatum [6], intra se memoriter retinere, omniaque quae in
Colos. 3, 17. cf. Matth. 20. verbis seu operibus facienda sunt, in nomine Domini, ut sanctus ammonet Paulus, satagit inplere, ille est, qui a patre Deo in filium optatus, denario, quamvis tarde veniat, remuneratur diurno. Haec ego considerans, quia retributione condigna sanctae Trinitati

a) *ita* 1c. turgencens 1*a*. b) *In cod.* 1. *post* simulator *erasi sunt versus paene duo cum dimidio usque ad* estimari. *Vocabula* avarus *usque* ut haec *non satis dispici possunt; extant tamen in cod.* 2; *ubi ad finem legitur*: q. d. *haec adiecit, quae rasuram passa sunt omnia:* Uirgo singularis inter omnes mitis, nos culpis solutos mites fac et iustos. c*) Incipit prologus lib. quinti *et in fine:* Inc. lib. quintus 2. d) *ita* 1*b*. *vel* 1c. natus 1*a*. e) Post probatur *manus ipsius Thietmari* gligentem 1c? h) Magnum 1*a*. i) *ita* 1c. beiciorum 1*a*. k) grotis eaucton 1.

68) Gluto, vox desumta a Persii sat. V. v. 112.

1) Episcopus Ratisponensis. 2) In ducatu Bavariae sc. anno 995. 3) i. e. gubernaculum regni. 4) i. e. iustitia. 5) homines superbi et rapaces. 6) Respexit noster ut videtur Macrobii Saturnal. l. I. c. 6.

et individuae unitati respondere nullatenus valeo, sancti Iohannis baptistae intercessionem, ut corde et corpore ad hoc idoneus reddar, supplex efflagito. De temporibus autem *f. 82. hiis, in quibus respexit Deus aecclesiam nostram obprobriumque eius auferre dignatus est, laeciori mente et laciori stilo scribere pietatemque ducis Heinrici, summa preordinacione[a] in regnum electi, conor retegere. De quo post mortem imperatoris cuidam venerando patri revelacione divina sic dictum est: *Recordaris frater, qualiter cecinit populus*: „Deo nolente voluit dux Heinricus regnare", *nunc autem debet Heinricus divina predestinacione[a'] regni curam providere.* Omnia, quae ad divina vel humana pertinebant, hunc pre caeteris[b] sibi tunc contemporalibus, nollent, vellent, ad regnum promovebant. Sed quis ex nostra regione ei obesset scrupulus, paucis iam prescribens, occidentalium iniquam presumpcionem, neque consilio neque prudentia neque fortitudine contra Deum valentem, enucleabo.

2. Herimannus[b'], Alamanniae et Alsaciae dux, timoratus et humilis homo, a multis, 1002.
quibus lenitas eius placuit, seductus, contra Heinricum se armavit. Theodericus vero, Liuthariorum[c] dux, vir sapiens et militaris, quo se pars populi maior et melior inclinaret, securus expectabat. *Interim patruus meus, de quo superius memoravi[7], profectus *f. 82'. occulte ad Bavanberg cum avunculo suo Ricberto[8], quem a comitatu suo imperator deposuit, Liudgeroque Arnulfi presulis[9] militi dedit, gratiam ducis[10] ac spem retinendi et augendi benificii, quamvis[d] servato adhuc sacramento manus eidem non applicuit, tamen cum sui nepotis Heinrici auxilio adeptus[e]. Huius consilio dux quendam militem ad civitatem, quae Werlu dicitur, ad neptes suas, consorores Sophyam et Ethelheidam[11], et ad omnes, qui tunc ibi convenerunt, regni primates[f] misit. Qui omnibus in unum collectis legationem suam aperuit, auxiliantibusque domino suimet ad regnum bona plurima promisit. Cui mox a maxima multitudine vox una respondit: *Heinricum Christi adiutorio et iure hereditario regnaturum; se paratos[g] ad omnia, quae sibi umquam scirent esse voluntaria.* Hocque dextris manibus elevatis affirmatur.

3. Ekkihardus cum suis, quia presens non erat, simulata tunc paciencia hoc pertulit, quia quicquid peccatur a multis, ut scriptura testatur, inultum est. Vespere autem iam facto, cum prefatis dominis[h] in magna domu[i] sedilia *auleis ornata et mensa esset *f. 83. variis cibis referta, Ekkihardus eandem preoccupans, cum Arnulfo episcopo et Bernhardo duce ibi epulatur. *Ante ruinam enim exaltabitur cor et ante gloriam humiliabitur.* Quod Prov. 18, 1
mentem consororum prius tristem, caeterosque complures, qui interfuere, multum commovit; renovaturque in eundem odium diu celatum, sed cito, pro dolor! finiturum. Namque cum predictus marchio omnia aliter, quam umquam speraret, ibi provenire prospexisset, optimum duxit, ut occidentales visendo regiones Herimannum ducem cum caeteris optimatibus de rei publice suique commoditate alloqueretur. Salutatis postera die suis familiaribus, inimicisque caute notatis, cum Bernwardo[k] antitiste[l] Hillinishem[m] venit, ubi ut rex suscipitur honorificeque habetur. Deinde ad Pathelbrunnan[n] pergens, clausas invenit portas, et iussu venerabilis Retharii presulis intromissus, primo ecclesiam causa oracionis intrat, postque ad domum, ubi episcopus cenabat, veniens, caritative susceptus est. Ibi tunc interdictum est huic, quod colloquium in Diusburg, cuius gratia huc venerat, fieri nullo modo potuisset. Insuper animadvertit, *multum displi- *f. 83' cere antistiti[p] de incepto eius inconvenienti. Et propter hoc abiens, cum ad Northeim, Sigifridi comitis curtem, veniret, diligenter susceptus est, atque ut ibi pernoctare vellet, rogatur. Intimaverat huic occulte domna Ethelind cometissa[q], quod Sigifrith et Benno, senioris suimet filii, cum confratribus Heinrico et Udone[12] aliisque conspiratoribus suis 12

a) diuina predestinacione 1*a*. a') d. p. *in loco vacuo* 1*b*. b) ceteris 1. b') i *erasum* 1. *saepius*. c) luth. 1c? d) *ita legendum cum A. S. a.* 1002. quam 1. e) *Supplendum cum A. S. l. l.*: est. f) primatis 1*a*. g) peretes 1*a*. h) *ita* 1. 2. dominabus s. et e. 1c. sororibus *A. S.* i) domo 1c. k) n *ab* 1*b. additum denuo erasum est.* l) antiste 1*a. corr.* 1c. m) Hildenshem 1c. n) pathebrunnam 1c. o) *Ita* 1*a.* 2. dictum 1c. *A. S. l. l.* p) antisti 1*a. corr.* 1b. q) comitissa 1c?

7) Marchio Liutharius v. supra l. IV. c. 25. 8) Ricbertus comes in Harthego; v. chartam imperatoris a. 1003 April. 15. Diem eius emortualem v. in Necrol. Luneb. Febr. 9. 9) Halberstadensis. 10) sc. Heinrici. 11) Filiae fuerunt Ottonis II. imperatoris, fratruelis scilicet ducis Heinrici rixosi. 12) *de Catelenburch* add. Ann. Sax. Filii fuerunt, ut videtur, Sigefridi comitis ex secundo matrimonio cum Ethelinda inito. v. Schrader Dynastenstämme.

1002. de nece sua positis tractarent insidiis, suppliciter efflagitans, ut aut ibi usque in crastinum maneret, seu alio diverteret. Talia comes benigne suscipiens, propositum itineris propter eos interrumpere nequaquam posse nec velle respondit. Inde protinus discedens, caute suos per omnem diem hanc circumspexit, et ut optimus erat miles, ne terrerentur, ammonuit. Quod eminus hostis e latentibus insidiis considerans, quia non utile sibi tunc videbatur, distulit, et sequenti nocte inceptis persistere, dextris confirmavit.

4. Pervenit autem comes ad locum predestinatum[b], qui Palithi[b*] dicitur; et facto vespere comedit, et in lignea caminata cum paucis[c] dormitum ivit. Caeteri vero quam
*f. 84. plurimi in proximo quiescebant solario. *Quos cum sopor oppido lassos gravaret, inimica manus incautos opprimens invasit, comitemque clamoribus immensis excitatum a lecto celeriter surgere compulit. Is vero braca suimet et quibuscumque potuit igni vires suggerit, et quod tunc premeditari[d] non valuit, fractis fenestris, maiorem nocendi quam se defendendi[e] hostibus aditum patefecit. Nec mora, pre foribus occiditur miles Herimannus[f], et exterius ad auxilium domino properans Athulfus, ambo fortes et usque ad mortem fideles. Vulneratur insuper Erminoldus, imperatoris camerarius[13], ac solus tunc repugnat Ekkihardus, vir domi miliciaeque laudabilis; cui Sifridus hasta fortiter emissa nodum cervicis infregit, terramque oppetere compellit. Quo casu protinus perspecto, alacriter omnes irruunt, capud amputant, et quod miserum est, funus predantur. Facta sunt autem haec 2. Kalendas Mai[14]. Peracto tandem inmani scelere, percussores laeti et incolumes[g] redeunt. Hii autem qui in solario erant ignavi, nec dominum laborantem in aliquo adiuvabant, nec mortuum ulcisci[h] conabantur. Abbas vero eiusdem loci,
*f. 84'. *Alfkerus nomine, corpus visitavit, ac commendationem animae summa devotione perfecit.

5. Quae vero sit causa, quae hos ad tale facinus perpetrandum persuaserit, veraciter explicare nequeo. Quidam dicunt, Heinricum instinctu predicti comitis ab imperatore flagellis cesum haec sepius in eum meditatum fuisse. Alii autumant, sicut predixi, in Werlu ob contumeliam consororibus illatam, quia isti libenter his serviebant, ac per convivia[i] minasque ab ipso sibi manifestatas, haec eos incepisse. Hoc tantum scio, quod decus regni, solatium patriae, spes[k] commissis, terror inimicis, et per omnia perfectissimus foret[15], si in humilitate solum persistere voluisset. Huius vitae cursum quam probabiliter[k] egit, qui apud dominum suimet beneficii maximam partem acquisivit in proprietatem[l]! Milzientos a libertate inolita servitutis iugo constrinxit. Boemiorum ducem Bolizlavum, qui cognominatur[l*] Rufus, ad militem sibi, aliumque[16] ad amicum familiarem blandiciis[m] ac minis adipiscitur.
f. 85. Super omnem Thuringiam communi totius populi electione ducatum promeruit. Comites[17] vero orientales, paucis tantum exceptis, regnumque in *spe habuit. Quae omnia ad tam miserabilem hunc detraxere finem. Huius fama diu mox propagata domnam Suonehildam venire fecit obviam, filiique eius laeticiam turbavit Herimanni. Is[n] namque cum iussu patris Willehelmum comitem, senectute ac omni bonitate proficuum, ob vindicandam Widikindi et Herimanni necem a filio suimet[18] eis inlatam, valida manu in Wimeri[o] possideret, emeritumque senem in presentiam predicti comitis venire, et quicquid ipse ab eo exposceret implere, iuramento constringeret: accepta nece parentis inprovisa, cum matre celeriter occurrit, patrisque corpus ingenti luctu suscipiens, in urbe, quae Geni[p] dicitur[19], sepeliri fecit. Peracto autem tricesimo[20] die, domna Suonehildis ad Misni proficiscitur cum filiis.

6. Interim Bolizlavus, Miseconis filius patri longe inferior, de morte laetatur comitis Ekkyhardi; moxque collecto exercitu, omnem Geronis marcham[q] comitis,

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1c. predistinatum 1*a*. b*) polithi 1c. c) *ita* 1c. pacis 1*a*. d) premeditare 1*a*. e) *ita* 1c. defendi 1*a*. f) heriman' 1. g) incolomes *corr.* incolumes 1. h) *ita* 1c. ulcissi 1*a*. i) conuiua 1. conuiuia 1*b*. conuicia *A. S.* k) *ita* 1c. 2. *A. S.* probabiter 1*a*. l) *ita* 1c. propietatem 1*a*. l*) cognomitatur 1. m) *ita* 1c. blanciis 1*a*. n) Isque 1*a*. o) uuimari 1c. p) geniun 1*a*. *quod fortasse recipiendum erat.* q) marchiam 1c.

13) Eius meminit Necrol. Merseb. d. Maii 9. 1002. Necrol. Luneb. 14) Dies hic habetur in Ann. Ouedlinb. a. videtur. 15) Sic pro *fuisset*. 16) scil. Boleslaum, Poloniae ducem. URS. 17) *i. e.* comitatus. 18) Aequivocus eius, ut vius Unstrut effluit in Salam. 19) Gross Gena villa, sita ubi flusenspiegel L. I. art. 22. 20) cf. Sach-

citra Albim iacentem[21], deindeque premissis obsidibus Buduain civitatem cum omnibus appertinenciis comprehendens, statim Strielam[b] urbem invasit, Misnenses [c]pecunia [c]f. 85'. corrumpere clam temptans. Qui novis semper gaudentes, in una dierum, cum presidii maximam multitudinem ob acquirendam equorum annonam exisse conperirent, portam, quae orientem respicit, in ea parte, qua satellites habitant dicti sclavonice Vethenici[22], Cukesburgiensi[c-23] Guncelino ad hoc duce irruunt, Bececionemque[d], Herimanni comitis satellitem, primo occidentes, ad caminatam eiusdem omnes armati conveniunt, fenestram lapidibus impugnant grandibus, dominum urbis[24], Ozerum nomine, sibi ad occidendum reddi vociferantes. Sed Thietmarus miles ex cubiculi sola munione: *Quare sic*, inflt, *agitis? quis*[e] *furor vos ita seduxit, ut obliti beneficiorum comitis Ekkihardi spontaneaeque invitationis, sic assurgitis in perniciem filii? Si causam tanti facinoris seu*[f] *publice seu clam cuiquam nostrum vultis aperire, commissi emendacionem vobis complacitam, futurique timoris vestrimet securitatem ex mei senioris nostrorumque omnium parte firmiter, qualitercumque vultis, promitto. Hunc quem in mortem vobis dari inclementer exposcitis, nobis viventibus*[g] [f]*non accipitis. Pauci sumus; aut communiter mori, aut incolumes urbe hac nos exire pro certo sciatis.* Tunc illi auditis sermonibus, his colloquuntur[h], abeundique licenciam hiis prestantes, ducem Bolizlavum per internuncios invitant, portisque eundem[i] suscipiunt apertis; completurque quod scriptum est: *Letantur, cum male fecerint, ac exultant in rebus pessimis*; et iterum[k]: *Sunt principia eorum ut mel, et novissima quasi absinthium*[l]. Hac elatus prosperitate Bolizlavus[l-m], omnes regionis illius terminos usque ad Elstram fluvium preoccupavit, presidiisque suimet munit. Congregantibus se tunc unanimiter ad haec prohibenda nostris, dolosus ille legatum obviam misit, qui se protestaretur cum gratia Heinrici ducis ac licencia haec incepisse; in nullo se incolis nociturum, et si quando is in regno vigeret, voluntati eiusdem in omnibus assensurum; sin autem, quod his tum placeret, libenter facturum. Hoc animadvertentes nostri, verbis credidere phaleratis[25], et inhoneste, quasi ad dominum, ad eundem profecti, honorem innatum supplicatione et iniusta servitute[m] mutabant. Quam inique comparandi sunt antecessores nostri et [f]contemporales! Vivente egregio Hodone[n], [f]f. 86'. pater istius Miseco domum, qua eum esse sciebat, crusinatus[26] intrare, vel eo assurgente numquam presumpsit sedere. Deus indulgeat imperatori, quod tributarium[o] faciens dominum, ad hoc unquam elevavit, ut oblita sui genitoris regula, semper sibi prepositos auderet in subiectionem paulatim detrahere, vilissimoque pecunie transeuntis inescatos amo[p] in servitutis libertatisque detrimentum capere.

1002.

24

Prov. 2, 14. ibid. 5, 4.

25

7. Alter autem Bolizlavus, Boemiorum provisor, cognomento Rufus, et impietatis auctor immensae, antiquo more iam paululum refrenato, duci aspiravit Heinrico; qui inicio mensis Iunii cum primis Bawariorum et orientalium Francorum[q] Wormatiam venit, causa Renum ibidem transeundi, Magontiaque benediccionem accipiendi. Quod prohibere Herimannus dux nititur, nullumque eis patefecit Reno favente ingressum. Dux autem Heinricus habito de hiis rebus cum suis consilio, simulato in Bawariam reditu transituque quasi desperato, ad urbem Larsem[27], ubi sanctus requiescit Nazarius, venit. Deindeque ad Magontiam celeriter [f]properando, Renum securus enavigat. Hic 8. Idus Iunii ibidem communi devotione in regem electus, a Willigiso, eiusdem sedis archiepiscopo, suffraganeorumque suimet auxilio accepta regali unc-

Iun.

27

[f]f. 87.

Iun. 6.

a) *add.* 1b. b) i *erasum* 1. b*) multudinem 1. c) *sic legendum*, cukesburgiens 1. d) *sic legendum.* bececionemque 1. Beccionemque *A. S.* e) agitis. Cur in tantum scelus itis. Quis 2 *A. S.* f) *ita* 1c. se 1a. g) degentibus 1a. quamdiu supersumus 2. *A. S.* h) colloquntur 1. i) eundemque 1a. k) sed vere illis eveniet, quod item scriptum est 2. l) c *erasum.* l*) *ita* 1c. elatis — bolizlauum *ut videtur* 1a. m) Sclavi *add.* 2. *A. S. a.* 1002. n) hŏdone 1c. o) tributarium 1. sclavum *add.* 2. p) *i. e.* hamo. q) *ita* 1c. francium 1.

21) Marchiam intelligit Lusatiae inferioris, quam scriptores illius aevi quoque Orientalem vocant. URS. 22) Apud Polonos *Wodnik*, *wodnicy*, castellanus. 23) Cukesburgenses ab Ursino explicantur speculatores, custodes arcis. Ciuskesburg vero fuit burgwardum in comitatu Eggihardi marchionis et postea in comitatu filii sui Hermanni comitis. V. diplomata Ottonis III. a. 993 Iul. 5. et Heinrici II. 1012 Octob. 17. in Höfer Zeitschrift I, 534. et 161. 24) Burggravius Misniensis. 25) Ex Terentii Phorm. III, 5, 15. *phaleratis dictis ducas me.* URS. Ita et infra VII, 51. *promissiones phaleratae.* 26) a slavico *crusina*, i. e. veste pellicea. 27) Lorsch.

1002. cione, cunctis presentibus Deum collaudantibus, coronatur[28]. Francorum et Muselenensium[c] primatus, regi manus tunc applicans[c*], gratiam eiusdem meruit. Omnibus huc undique confluentibus in[d] miliciam a rege susceptis, rursus Renum inundantem rex novus[d*] transiens, per orientalem Franciam[e] sibi quam fidelem, Alemanniam invadere et cum depopulatione illius terrae ab inceptis Herimannum resistentem conatur avertere. Dux autem ut audivit sua a rege predata, nondum volens humiliari[e*], sed
29 pro dolor! contra dominum et regem exaltans se, caput ducatus sui Argentinam[29], que Strazburg dicitur, quia episcopus eiusdem urbis Wicelinus sibi resistere presumpserit, cum Conrado suimet genero[f], milite petit armato, murosque ascendens nil victis reliquid[f*30]. Sed execrata Alemannorum turba ad rapiendum promptissima,
*f. 87′. inscio duce, maiorem ecclesiam sanctae Dei genitricis intrepida *intrans, omnem thesaurum diripit, et quod maximum erat facinus, igne domum Domini consumpsit. Si vere felix fuisset, primi ingressus acerbitate deterrita, numquam maiora aggredi presumeret. Nam antistitis militibus Reinwardo auctore infideliter repugnantibus, maxima hostium caterva irruens, proprio perfossa hastili corruit, vitamque hanc divina ultione miserabiliter finit. Haec Herimannus insolabili[g*] questus merore, discescit, inultumque, quia defendit numerus, reliquid.

Iun. 24. 8. Regi autem apud Augiam insulam nativitatem[h] sancti Iohannis baptistae commoranti, fama velox et sepissime dubia, Herimannum ducem litem duello causa finiendi venire, nuntiavit, eundemque hinc discedere, adventumque ducis cum iudicio pugne in
Iun. 29. pratis virentibus ac latis feci exspectare. Ibi tunc apostolorum celebrans festa longumque[i] certitudinem prestolans, ducem inceptis persistere neque velle nec posse, pro certo comperit. Consultum est ei a malesuasis fautoribus, quod Argentinae damnum Constantia impleret. Namque eiusdem civitatis episcopus, nomine Lanbertus, cum Curiensi
*f. 88. pastore *Othelrico, Herimannum[k] auxiliabatur, non tantum ex animo, quantum in civi-
31 tatis contiguo[31]. Sed rex, ut erat de Dei timore sollicitus et de acquirendis certus, horum profana sprevit[l] consilia, curtesque[m] ducis vastando circuiens, ad ultimum clamore devictus pauperum, ad Franciam[n] remeare disposuit. Et ecce Heinricus comes, Bertoldi amiteque meae filius, ad regni apicem acquirendam regi usque huc fidelis adiutor, animadvertens senioris suimet[o*] sibi paululum alienam mentem[p], per optimos exercitus eiusdem viros diu firmiterque promissum Bawarii regni ducatum dari postulavit. Quibus rex tale fertur dedisse responsum: *Nonne scitis, haec in hac expeditione nequaquam fieri posse, Bawarios ab initio ducem eligendi liberam habere potestatem, non decere tam subito eos abicere, neque constitutionis antique ius absque consensu eorum frangere? Si voluisset exspectare, usque dum ipse ad has regiones venirem, cum communi consilio principum eorundem ac voluntate, sibi libenter in hoc satisfacerem*[q*]. Quod ubi Heinricus ab internuntiis accepit, in maiorem promissi muneris desperationem
*f. 88′. *veniens, paulatim se ab regis substraxit familiaritate; comitaturque tamen regem ab Alemannia proficiscentem in Franciam, postea ad Thuringiam.

9. Ibi tum[s] Willehelmus, Thuringiorum tunc potentissimus[31], obviam pergens, domi-
numque venientem cum magna gratulatione suscipiens, regis[t*] efficitur. Ibi tunc rex a prefato comite et a primis illius[r] regionis conlaudatur in dominum, et ab omni populo rogatus, debitum his porcorum[t] remisit censum. Inde Merseburg veniens, susceptus est ab Heimone abbate et a fideli suimet comite Esicone, qui urbem hanc et Alstidi ac Thornburg cum appertinenciis, vivente Ekkihardo hocque graviter ferente, viriliter usque in presentiam optati senioris servavit. Huc conveniunt archiepiscopi, Lievizo[t] Bremensis et Gisilerus Magadaburhgensis cum caeteris confratribus, Rethario Patheburnensi[u],

a) *add.* 1*b*. c) muselesnensium 1*a*. c*) applicatis 1*a*. d) *ita* 1c. i 1*a*. d*) *ita* 1c. nouis 1*a*. e) franctiam 1*a*. e*) humiliare 1*a*. f) gero l. germano 2. *A. S. l. l.* g) reliquid *corr.* reliquit 1c? g*) insolabli 1*a*. h) in nativitate 1*c*. i) longamque 1c? k) herimanno 1c. l) *ita A. S.* sperū 1*a*. (*i. e.* spervit *calami lapsu pro* sprevit) *sed corr.* spei. m) *ita* 1c. curesque 1*a*. n) frantiam 1*a*. *saepius*. o) *ita* 1c. heinricis 1*a*. o*) met *erasum* 1. p) *deest* 1. *add.* 1c. dignationem *A. S. l. l.* p*) satisfacere 1. q) *erasum* 1. q*) miles *add.* 1c. r) illis 1. s) *erasa haec vox in* 1.; *sed habent Ann. Saxo et* 2. *ubi legitur:* rogatur (*ita* 1*a*) debitum censum porcorum illis dimittere, quod et fecit. t) luuizo 1c? u) patheburhgiensi 1*a*.

28) Ann. Quedlinb. a. 1002. 29) Wernherus 31) *i. e.* propter civitatis suae vicinitatem. episcopus Alawico successerat a. 1001 Maio mense. 32) Mox obiit, anno scilicet 1003 Decb. 14. teste 30) Conf. Ann. Sangall. mai. a. 1002. Necrol. Fuld. sive Decb. 12. Necrol. Luneb.

Beruwardo[b] Hillinesemensi, Arnulfo Halverstidensi, Ramwardo [Mindensi, Eidone[c]] 1002.
Misnensi, Bernhario Ferdensi, Hugone Citicensi; ducibus autem Bernhardo[d] ac Bolizlavo, cum marchionibus Liuthario et Gerone ac palatino comite Fritherico[e], [[c]aliisque quam pluribus tam episcopis quam comitibus, quorum nomina longum est enarrare per singula. Hii omnes regem supplici devocione suscipiunt. Crastina itaque die, id est octavo Kalendas Augusti, Bernhardus dux[33] cum consensu omnium astante coram rege voluntatem plebis convenientis aperiens, omniumque necessitatem ac legem specialiter exponens, quid eis misericordiae dictis promittere seu factis vellet impendere, diligenter inquirit. Talia quaerebat, ac contra rex referebat: *Deo primum, deindeque vobis omnibus condignas grates persolvere nequaquam sufficio. Unde voluntatis meae secretum vobis aperio, quod ex adiutorio efficaciter vobis omnibus impendere desidero. Notum etenim mihi est, quam fideliter vestris regibus semper ubique obaudientiam et solatium prestare[f] studueritis. Et ideo vos magis in omnibus optime honorare, diligere et ad regni provectum nostramque salutem libet conservare. Et ut certi de hiis sitis, quomodo vobis placet, salvo honore regni, affirmo, quia non renuentibus nec contradicentibus vobis, set potius quasi applaudentibus et huc me invitantibus, hac regali dignitate honoratus appareo. Legem igitur vestram non in aliquo corrumpere, set vita comite malo clementer in omnibus adimplere, et vestrae rationabili voluntati, in quantum valeo, ubique animum adhibere.* [c]cod. Er. f. 235. Iul. 24.

Taliter effatur rex, et vox una levatur
Protinus astantis plebis, regi iubilantis
Laudes et grates super has tantas pietates.

Bernhardus igitur dux, accepta in manibus sacra lancea, ex parte omnium regni curam illi fideliter committit.

Rursus tolluntur voces laudesque canuntur
Undique, Christe, bonis hiis pro tantis tibi donis.
Insuper et fletus fundunt pia pectora letos,
Inclita letare Mersburg, hiis congratulare,
Da iubilum Christo condignum sole sub isto.

Istum inquam solem, id est diem, venerabiliter cole, quo electus est in te, qui te repudiatam post haec semper meditatus est provehere et ad priorem statum reducere. Benedictus sit Deus, qui se honorantes et ex corde diligentes exaltat ad horrorem et dedecus se execrantium. Finis venit luctus tui, quia salutaris auster amicam temp riem tibi afflavit. Non diu in servitute manebis, quia ad dominandum libere, o Syon, renovaberis. Set amplius progrediamur.

10. Omnes qui priori imperatori serviverant, Liudgero solo remanente[34], regi manus complicant, fidele auxilium per sacramenta confirmant. Bolizlaus autem Misnensem urbem tantummodo innumerabili pecunia acquirere satagebat, et quia oportunitas regni non erat, apud regem optinere non valebat, vix impetrans, ut haec fratri suo Guncelino[35] daretur, redditis sibi Liudizi et Miltizieni regionibus. Hunc Heinricus comes, nepos meus, oppido diligens, quocumque modo potuit libenter et amicabiliter eum adiuvabat. Quem cum bene muneratum et cum licentia regis abeuntem comitaretur, concurrentem vidit armatam multitudinem, et, per Deum testor, absque regis consilio et conscientia adversus se insurgentem. Qui cum causam tanti tumultus investigare, et, ne plus damni oriretur, voluisset compescere, vix securus socium fracta exteriori porta educit. De sequentibus autem militibus nonnulli a comprimenti turba sunt predati, quidam autem admodum sauciati, mortem Bernhardi ducis auxilio evaserunt. Hi namque curiam regiam armati intrantes, et de hac exire iussi nolentes, culpa sua tale periculum merito sustinuerunt. Bolizlaus autem hoc factum esse dolo mali consilii autumans, gravi merore consumitur, regi, quod non promeruit, imputando. Salutato ergo Heinrico[36], et si umquam indigeret auxilio suo firmiter promisso, patriam celeriter 31 35

b) n *crasum* 1. c) *Verba inclusa, quae in codd. desunt, supplenda esse, iam monuit Urs.* d) *ita* 1c. berhardo 1*a*. e) *In cod.* 1. *quaternio hic deest integer. Lacunam supplevimus ex cod.* 2. f) prare 2.

33) Ann. Quedlinb. a. 1002. 34) V. supra cap. 2. 35) Frater videtur fuisse Boleslavi uterinus. 36) sc. comite s. marchione Bawariae.

1002. revisit. Cumque pervenisset ad Strelam urbem, protinus eam incendens, magnam multitudinem comprovincialium secum abduxit, nuncios quoque quosdam remittens, quoscumque potuit regi avertere contendit. Quod mox ad aures regis postquam pervenit, suos familiares caritative rogavit, ut archanas Sclavi insidias perquirerent, et si fieri posset, exploratores eius capere temptarent.

11. Dispositis itaque omnibus, prout tempus tunc erat, regnum Liuthariorum petere contendit. Veniente autem eo ad urbem, quae nova Corbeia vocatur, ab ea nomen sortita, unde cepit, scilicet ab illa Francorum Latinorum Corbeia, ubi requiescit sanctus Vitus infans et martir, inclita Cunegundis sua coniux ei occurrit; ubi ambo a
37 venerabili abbate Thietmaro[a. 37] cum omni honore suscipiuntur, et ibi divinis et humaAug. 10. nis honorati, ad Patherbrunnon leti proficiscuntur[38]. Postera luce, quae mundo festiva illuxit beati Laurentii martirio, domna Cunegundis benedictionem et coronam, et Sophia soror imperatoris a rege iam constituta abbatissa[39], consecrationem a Willigiso[b] archiepiscopo humiliter susceperunt. Publicum inde consurgit gaudium, quod, pro pudor! admodum turbavit insatiabilis avaritia Bawariorum. Hii namque paucis domi semper contenti, exterius vero propemodo insaciabiles, cum vicinorum fruges vi diri40 perent, eosque hoc defendentes[c] caederent, pugna gravissima invicem oritur[40]. Domestici regis exeunt[d], indigenae cum adventitiis preveniunt et subsequuntur. Fit magnus conflictus congredientium, devictumque agmen Bawariorum in regalem curtem fugit. Hic Heinricus, frater Eilberti cancellarii[41], qui ad mensam regi iugiter serviebat, hasta vulneratus occubuit. Quapropter, qui prius aberant, collecti Saxones iterum insecuntur, et ni dux Bernhardus cum validiori manu medius interveniret, numerus militum infinitus mutuo caderet. Post haec autem castigati sunt omnes, quicumque inveniri poterant tanti sceleris auctores. Mestitiam praesulis postea placavit Bockenevorde[42] a rege tradita.

Aug. med. 12. Rex autem recto itinere hinc ad Diusburg perveniens, Liutharienses quam tarde exspectat. Leodicensis vero et Cameracensis presules primi huc venientes, archiepiscopum Coloniensem diu morantem exspectant. Quem cum altius quam quisquam crederet, custodia, qua paululum, sicut iam dixi, detinebatur, in mentis secreto morderet, simulabat se ob hoc tam sero ad regis gratiam accessisse, quod in accipienda benedictione Moguntinum sibi rex voluisset preponere. Igitur hii confratres, episcopi scilicet, regem pariter eligentes, fidemque sacramentis firmantes usque ad Aquisgrani
Septb. 8. eundem comitantur. Quo in nativitate sanctae Mariae a primatibus Liuthariorum in regem collaudatur, et in sedem regiam more antecessorum suorum exaltatur et magnificatur. Interim Franciam revisere insistentemque hyemis asperitatem ibidem perducere conatur, ut vere primum exorto, Herimannum ducem in Cisalpinis partibus sibi solum resistentem vi cogeret cedere. Qui de vindicta Dei, quam in Argentina promeruit, multum timidus, populumque propter se laborantem non amplius sustinens, per intercessores fidos sibi suisque fautoribus regis gratiam postulat.

13. Sed antequam id ab eo deliberatum esset, quaedam res ab Alamannis perpe43 trata est, a nobis non pretereunda. Gerhardus, comes Alsatiae[43], accepto a rege quodam comitatu prefati ducis, cum domum rediret, iuxta unam urbium castra metatus est. A quo urbani pacem vix unam noctem impetrantes, egressi sunt dolose quasi ad colloquium, sed revera ad explorandum. E quibus unus calliditate eque ac velocitate persepe probatus propius accessit, signiferamque lanceam, qua beneficium ducis comes idem acceperat a rege, coram tentorio eius affixam, elevando circumspexit, ad ultimumque cum ea urbem securus, cunctis incassum pone[e] sequentibus, intravit. In urbe mox exultatio magna

a) *ita A. S.* thoitmaro 2. b) Willigisio 2. c) prohibentes *A. S.* d) superveniunt *A. S.* e) pene 2. *saepius.*

37) Error hic videtur singularis, (procul dubio ab interpolatore commissus, qui haec omnia de Corbeia addidisse videtur, cum Adelboldus, qui Thietmarum sequitur, Gruonae reginam Heinrico occurrisse dicat. VV.) Nam Thietmarus abbas, Thietmari nostri patruus, anno 1001 Mart. 12. diem supremum iam obiit. V. Fasti Corbeiens. Necrol. Fuld. et Luneb. Successerat ei Hosed abbas. V. quoque chartam Heinrici regis de 1002 Aug. 24. 38) Conf. Ann. Quedlinb. a. 1002. 39) Conf. ibid. 40) Vide ibid. 41) Qui postea factus est episcopus Frisingensis. 42) Böckenforde, villa parrochialis in districtu Arnsberg, praefectura Lippstadt. Exstat charta imperatoris super hac donatione a. 1005 Octob. 24. Corbeiae data. 43) Gerardus I., Everhardi Alsatiae comitis filius, qui duxerat Evam, filiam Sigifridi, comitis Luciliburgensis, Cunegundis imperatricis sororem.

extollitur, porta clauditur, comes quasi honore privatus irridetur. Qui eandem primo 1002.
dulcibus promissis frustra temptans recipere, sed illis negantibus redditum, tristis abiit, tam vacuus a beneficio quam a militari signo.

14. Fuere in alia civitate munitissima, Brizach dicta, episcopi duo, Argentinensis et Basiliensis ad presidium, quorum milites cottidie ob acquirenda equorum pabula armati exire solebant. Quod amici ducis caute considerantes, eo tempore, quo hii paulum precesserant, simili habitu sarcinatisque equis ad urbem cantantes pergunt, et pro sociis a custodibus intromittuntur. Proiectis ilico oneribus, magna voce se hostes manifestant, episcopisque vix elapsis, omnia diripiunt. Post haec Herimannus dux, matris meae avunculi filius, divina, ut predixi, compunctione Kalendis Octobris Bruse- Oct. 1.
lae[44] regi humiliter presentatur. Misericorditer eius gratiam impetravit, et in bene- 44
ficio et in omnibus iusti desiderii satisfactionem persolvens, excepto Argentinae dampno, quod idem iussu et consilio regis de sua proprietate et abbatiam in eadem urbe sitam reparavit, miles et amicus eius fidus efficitur. Hiis ita dispositis, rex ad Bawariam perrexit, ut eis adventu suo et omni caritate innotesceret, quod eos precipue inter omnes amaret. Quem Ratisponam venientem Gebehardus, eiusdem presul egregius, cum cleri totiusque populi tripudio suscepit, ibique festum sancti Martini celebrantem in multis honorificavit.

15. Interim Bohemiorum dux Bolizlaus, quia potestas consortis et successoris est Lucan.
semper pavida, Iaremirum fratrem eunuchizans, iunioremque Othelricum[b] in termis I, 92.
suffocare cupiens, una cum matre eosdem patria expulit, solusque vice basilisci noxii ib. IX,
regnans, populum ineffabiliter constrinxit. Qui pondus illati facinoris diutius ferre non 726.
valens, Wlodoweium, qui potestas exercitus interpretatur, a Polenia clam vocans, aspidem venenatam, absque omni legis pietate suos tractantem, hunc in sedem basilisci illius, id est Bolizlavi, deiecto eo, consanguinitatis linea et pietatis affectu unanimiter electum collocavit. De quo rem unam incredibilem dico, sed non alicui christiano imitabilem, quod hic numquam sine potu unam horam perdurare valuerit. Sed Bolizlaus, quae sola via fugae patuit, ad Heinricum marchionem, qui proximus ei tunc fuerat, confugiens, propter illatas sibi iniurias ab eo captus est; postmodum, quia hospes eo advenerat, dimissus, ad equivocum suum amitaeque filium, in sceleribus comparem, licet facultatibus disparem, vitae dumtaxat amore perrexit. Iste autem potiori usus consilio, ad regem Ratisponae adhuc commorantem proficiscens, cum humili subiectione et fideli promissione hunc in dominum elegit, et quae postulavit ab eo in beneficium acquisivit, et habitus in omnibus caritative, revertitur cum bona pace.

16. Dum haec aguntur, Hartwigus, de quo superius dixi, de prosperitate et adventu regis Heinrici admodum curiosus, omnes introitus Longobardiae, qui ab accolis clusae vocantur, vigilanti custodia firmabat. Qui, ut superius dixi, eleccionis suae consiliatores et fautores, ut digni fuerant, tractare non desistebat. Inter quos Brixiensem episcopum, aliqua quae sibi displicebant loquentem, capillis arripiens et solotenus ut[c] bubulcum deiciens, cunctis ineffrenatam manifestavit iram. Sed quid eum singulis vitiis circumscribere conor, cum in regno et populo appareat, quae turba iniquitatis ad haec perpetranda eum armaverit? Unde nonnullos priores[d] sibi suppositos[45] commissi poe- 45
nituit, et per internuncios et per litteras Heinricum regem ad defendendum se venire rogabant, aut eo in aliis negotiis occupato, principes suos mitteret[e]. Horum necessitati ad succurrendum Otto Carentorum[f] dux et Veronensium comes, cum Heriberti comitis filio Ottone et Ernasto Liupoldi[g] marchionis filio, cum aliis paucis ob spem maioris auxilii ab Italis promissi a rege dirigitur. Quis autem ille dux Otto fuerit, quia superius reticui, breviter intimabo. Hic igitur a Conrado duce et Liudgarda, filia Ottonis maximi, procreatus, morum gravitate actuumque probitate parentelam suam decorabat[46]. 46
Et cum post mortem cesaris iure consanguinitatis et aetatis virtutumque maturitate ab Heinrico tunc duce in regem eligeretur, tantum hoc onus humiliter excusans, eundem

b) oteiricum 2. c) *ita A. S. l. l.* ad 2. d) tunc *add. A. S.* e) mittere *A. S.* f) carrentorum 2. g) arnesto liuppoldi 2.

44) Bruchsal, ubi rex Oct. 3. fuit. 45) *i. e.* primates sibi subditos. 46) Similis fere locutio legitur supra l. IV. c. 26.

1002. primus per internuncios ac per se ipsum quasi ad haec aptiorem sibi preposuit, fideliterque semper adiuvit. Hunc ex parte regis venientem, archiepiscopumque Ravennae
47 Frithericum cum marchione Thiedolfo[47] ceterisque regis fidelibus ei ad auxilium occur-
cf. Hor. Serm. I, 2, 90. rentem, Hartwigus in medio positus linceisque oculis omnia perlustrans[b] cum comperiret, ad interrumpendos eos Veronam cum magna multitudine venit, clusasque ab episcopo eiusdem civitatis huc usque munitas expugnando cepit. Audiens autem, Teutonicos in Tridenti planitie consedisse, illo properat, et eos non inveniens, iterum velox
48 se in Campaniam Veronensem[48] recepit. Quo dominicae nativitatis festa in quodam
Dec. 25. castello celebrante[c], Otto dux omnia eius acta ut primo intellexit, legatos sibi licentiam transeundi aut ex sua parte accipiendi postulantes misit. Hiis petitis ex profunda calliditate animi Hartwigus respondit: *Hic pernoctate, ut cum meorum amicorum consilio vos crastino de hiis omnibus certos remittam.* Ille autem, nunciis[d] nostris id ignorantibus, per omnem eam noctem singulariter suos in castris positos circumquaque perlustrans, ad preliandum mane contra Teutonicos mentem[e] corroborare et arma preparare monet. Proxima primum oriente aurora, legati ducis responsi gratia regem[f] aggressuri, cum Longobardos militari manu pugnae intendere eventum cernerent, ipsum quid hoc significaret percunctantes, certam adversus ducem congressionem iussi abire perceperunt. Quos Hartwigus cum exercitu pone[g] secutus, ad Ungaricum[h] montem, ubi dux cum suis legatos expectabat, sole iam mediante, pervenit, hostesque, quamvis per fodrum et ad custodiendas undique vias divisos, tamen ad resistendum paratos invenit. Confligunt itaque utrimque fortia agmina impetu vehementi, et nisi Theutonicorum[i] aciem hostium numerositati imparem fuga Ottonis, germani presulis Gebehardi, turbaret et impediret, victricem eam hostis Langobardus sensisset. Tum[l] vero ex magna parte mutilata, pro pudor! ceditur, et victoriae honore privatur, sed non sine maximo Hartwigi detrimento.

17. Interea rege a Bawaria egresso et in Frankanavordi[m] incarnationem dominicam celebrante, multorum legationes ei deferuntur; qui legati primo benigne auditi, dehinc largiter munerati, omnes revertuntur leti. Ibi quoque dux Herimannus[n] humiliter regi famulatur, et ab eo caritative, ut talem decuit personam, habetur. Inde rex discedens
49 Muselenorum pagum visitavit, et ad Theodonisvillam[49] veniens, generale ibidem collo-
1003. quium cum comprovincialibus habuit. Rege vero ibidem omnibus aliqua necessitate laborantibus benigne legem dare cupiente, Herimannus ac Theodericus solo nomine duces, sed non re, temptabant hoc impedire, sed frustra[o], continuo animadvertentes
50 auctori iustitiae se merito succumbere. Nam rex quoddam castellum ducis, Mulsberg[50] dictum, ob instantem totius populi necessitatem destrui, et ut numquam reedificaretur,
Ian. 24. firmiter precepit. Hiis absque remotione[p] omni peractis, rex ad Aquasgrani iter disposuit, ut ibi anniversarium domini et antecessoris sui[51] cesaris summa diligentia compleret, et Liutharienses unanimiter convenirent. Quem quamvis paululum tardaret interim innata infirmitas, tamen ad perficiendum iusti desiderii propositum Christi illi aspiravit vires ineffabilis pietas. Dein Traiectum[52] amore sancti presulis Servatii veniens, de
Horat. I, 24, 19. prelio nostrorum male pugnato ibi certum comperit. Et quia omne, quod nequit corrigi, lenitur[q] patiencia, quamvis graviter tamen sapienter audita sustulit incommoda. Inde Leodium ob impetranda Christi athletae Lamberti patrocinia veniens, ibi colica passione admodum gravatur, sed praedicti martiris intercessionis suffragiis liberatur.
Febr. 2. Hinc ad Aquasgrani rediens, purificationem Dei genitricis ibidem venerabiliter peregit.
53 Inde ad Niumagun[53] commeans, pluribus diebus quadragesimae ibi moratur, primo

b) collustrans *A. S.* c) celebranti 2. d) nuncius 2. e) *ita lacuna in cod. 2. suppleta ex A. S. a. 1003.* f) tyrannum *A. S.* g) *ita A. S.* pene 2. h) Ungarium *A. S.* i) thetunicorum 2. l) Cum 2. m) franckenforde 2. Franconevorde *A. S. a. 1003.* n) heremannus 2. *saepius.* o) nam *add. A. S.* p) dilatione *A. S.* q) leniter 2.

47) Leibnitius eum ipsum esse Theobaldum, avum celeberrimae Mathildis, comitissae Tusciae, famosissimaeque Hildebrandi pont. max. amicae censet. URS. Infra VI, 9. vocatur in codice 1. Thiedoldus. 48) Insolita locutio. Campos Veronenses hanc regionem appellavit Liudprandus II, 11. Thietmarus ipse VI, 4. eam appellat planiciem Veronensem. 49) Thionville, Diedenhofen. Rex ibi fuit Ian. 15. teste charta eiusdem. 50) De hoc castello v. Chron. Gottwic. T. I. p. 694. URS. 51) Sc. Ianuar. 24. 52) Traiectum ad Mosam. 53) Noviomagi constat ex chartis regem fuisse d. Februarii 23 et 28.

regnum Dei iustitiamque eius quaerere, postea humanae fragilitati studens necessaria 1003.
suggerere.

18. Mortuo interea duce Wlodoweio, fratres predicti, una cum matre expulsi, a Boemensibus penitentia ductis revocantur. Quos Bolizlaus, Poleniorum rector, collecto undique exercitu petens, iterum expulit, equivocumque suum exulem pristinis honoribus prefecit, seque domum, latentibus insidiis suis alta mentis intentione, recepit. Sciebat enim nepotem suum se[b] nimis vindicaturum in fautoribus suae expulsionis, sperans se tunc meliori occasione forsan introducendum. Quod et ita accidit. Enimvero cum Bolizlaus[c] Boemensis cerneret populum suum, execrando ritui deditum, in maxima securitate constitutum, impietatem suam ad confringenda foedera pacis, quam sacramentis firmaverat, in tantum armavit, ut collectis in unam domum coram se cunctis optimatibus, primo generum suum, gladio in caput eius merso, ipse occideret, ceterosque inermes in ipsa sancta quadragesima, vir sanguinum et dolosus nec sibi concessos umquam dignus dimidiare dies[54], cum suae malitiae fautoribus interficeret. Ob hoc resi- 54
duus populus multum formidans ad Bolizlaum Polenum nuncios clanculum misit, qui perpetrati facinoris magnitudinem edicerent et futuri timoris ereptionem ab eo poscerent. His libenter auditis, mox per legatum fidelem hunc[d] ad colloquium cominus in arce quadam ad tractanda cum eo quaedam necessaria communis utilitatis cum paucis ad se postulat venire. Huic iunior Bolizlaus ilico consentiens, ad condictum locum perrexit[e], caritativeque ab eo primo susceptus, in sequenti nocte erutis sibi oculis, ne umquam in suos tale quid perpetraret vel amplius ibidem regnare valuisset, ab eius familiaribus est prohibitus, exilioque longo deputatus est. In sequenti igitur die ad Pragam velociter properans, ab incolis semper de nova dominatione gaudentibus introducitur, communiterque in dominum laudatur. Accrescente igitur ibi seculari potentia, attollitur infrenatae mentis multo maior solito contumacia. Haec, lector, attendens scito, quod cuius animus in prosperis fit elatior, in adversis sepe erit humilior, quod non esse sapientis scriptura testatur.

19. Haec omnia rex dictante fama comperiens, honesta gravitate animi patientis tulit, suis dumtaxat imputans peccatis, quicquid in regno suis temporibus incommoditatis[f] accidit. Itaque quod oportunum tunc maxime sibi videbatur, dissimulatis omnibus, quae eis acciderant, nuncios ad Bolizlaum misit, mandans ei, si terram nuper a se occupatam de sua gratia, ut ius antiquum poscit[g], retinere sibique in omnibus fideliter vellet servire, se eius voluntati in hiis assentire, sin alias, se armis illi velle contraire. Hanc legationem, etsi iustam et bene compositam, tamen Bolizlaus indigne suscipiens, futuram ultionem merito promeruit. Finita namque quadragesimali abstinentia, sicut exorsus sum, festum paschale Quidilingaburg antecessorum suorum more Mart.
honorabiliter rex celebravit[55]. Ibi tum iniquam presumptionem Bolizlai et aspiratio- 28.
nem Heinrici[56] dissimulans, familiaribus suis, ut tantam festivitatem decebat, arrisit. Ibi etiam Ottonem ducem et Ernastum[h] a prelio male pugnato revertentes regiis donis honorat, paternisque adminiculis consolatur. Nuncios quoque] Rederariorum[i] *f. 89.
et horum, qui Liutici dicuntur, misericorditer suscepit, hactenusque rebelles munerum dulcedine promissionumque iocunditate sedavit et de inimicis familiarissimos effecit[57].

20. Post haec rogationum[k] dies a Christi fidelibus iugiter colendas Merseburg celebrans, de aperta Bolizlavi ducis et Heinrici marchionis rebellione intimatum est. Proximum pentecostes festum in Halverstidi a rege celebratur. Post haec ad Bawa- Mai 16.
riam tendens, Heinricum auxilio Bolizlavi resistentem primo devincere, posteaque positas[l] a longe insidias amovere conatur. Comperit etiam ad hoc, quod Ernastus ab eo nuper honoratus et domnus Bruno, frater suus[58], cum eo iniuste conspiraverant, ignorantes quod scriptum est:

Virtus consilii expers mole ruit sua. Hor. III, 4, 65.

b) se *deest A. S.* c) bolislaus 2. d) nepotem *A. S.* e) Qui mox consentiens ad condictum locum avunculo occurrit. *A. S.* f) incommodi *A. S.* g) possit 2. more antiquorum r. *A. S.* h) arnestum 2. i) *Pergit hic codex* 1. redariorum 2. k) rogatianum 1. l) positos 1a.

54) *i. e.* attingere vel dimidium dierum sibi concessarum. 55) cf. Ann. Quedlinb. a. 1003. 56) Marchionis Bawariae. 57) V. Ann. Quedl. l. l. 58) Bruno, postea a. 1097. episcopus Augustensis.

1003. Aug. Rex autem ob sedandam horum arrogantiam familiares suos undiquesecus colligens, intrante Augusto[b] bona prefati comitis invadendo vastavit, eumque, ubicumque extra urbem potuit, invitum latitare compulit. Dicat aliquis, non ignorans causam tantae presumptionis, necessario eum hoc fecisse; sublimioribus non congruere potestatibus, *f. 89'. tam firmiter promissa *cuiquam fideliter servienti subtrahere devotionemque ceterorum abalienare. Quibus reciproco: non ullam in hoc seculo esse dominationem, nisi a Deo; et qui se contra eam erigat, divinae maiestatis offensam incurrat; subitaneam iniquae mentis inflationem pacientiae gubernaculo debere retrahi, et cum humili supplicatione consolationem expectare sibi veraciter profuturam; saciusque arbitror esse, alcius de die in diem ascendere, quam ruinam inexuperabilem subito[a] incurrere. Libenter nepotem meum aliqua ex parte defenderem, si veritatem a cunctis fidelibus honorandam polluere auderem. Approbata sunt in multis antiquorum proverbia: inveterata populi facinora parere nova mali pudoris detrimenta. Namque patri regis genitor istius non ut miles, sed ut inimicus sepe resistit, imperatorumque partem, ut ipse testatus est, ob confirmatam sacramentis gratiam adiuvit. Similiter et iste usque in finem ultimi Ottonis ei fidelis erat, seniorique suo usque ad haec infelicia strennue ministrabat tempora. Set regi secreto mentis latebat repostum[59] patris suique zelus infinitum. Spero autem, quod hoc omne pro amore Christi inultum semper[c] relinque- f. 90. ret, si hunc tam crudeliter et cum caeteris sibi contrariis *aperte sibi renitentem non cerneret. Heinricus marchio quamvis in hoc crimine solus culpabilis appareret, tamen absque consilio aliorum hoc primitus non aggreditur. Et quia pro magno dedecore in hoc seculo proditor habetur, maluit hoc conscientia gementi celare, quam sui damnum aliorum augere detrimentis; et ob haec qui prius viriliter suam ab hoste defendere studuit patriam, tunc aperuit huic in rapinam mittiturque ei clam a Bolizlavo auxilium nihil sibi omnino proficuum.

21. Venienti autem tunc regi ad locum, qui Hatheresburgdi[d.60] dicitur, omnem thesaurum suum se precedentem Maganus, comitis predicti miles, cum suis corripit, ac tum intra se dividentes, ad Amardelam civitatem[61] letus revertitur. Quos rex pone insecutus possedit[f], compositisque bellorum instrumentis, eos vitam solum, reddita urbe et preda, fidis intercessoribus postulare compulit. Tunc destructa penitus eadem, 62 divisaque inter suos Poleniorum multitudine, rex inde ad Crusni[62] castellum, in quo frater comitis Heinrici, Bucco nomine, dominam suam Gerbergam cum filiis custodire debebat, proficiscitur[g]. Exercitum autem undiquesecus circumsedentem Heinricus comes cum suis exterius inpugnabat, quosdam vulnerans, aliosque incaute frumentum equis *f. 90'. *congregantes perimit. Quod ne amplius fieri potuisset, rex curiose previdit, positis militibus quadringentis, hostemque secretiora cuiusdam[h] vallis petere loca coegit. Quem ibi castra metantem rustici unius incontinens lingua custodibus prodidit. Hii autem medii fervore diei illó latentibus tendentes insidiis, ut primum castra visis agnovere tentoriis, alta voce per kirieleison sotios convocantes, hostes, relictis ibidem omnibus suis, capto solum Ernasto, effugarunt. Reversi tunc idem ex magna parte tristes, effitiunt consodales admodum laetantes; presentatoque regi captivo, capitalis sententia a iudicibus decernitur, quae Magontinae archipresulis Willigisi intercessione supplici et quae regi placuit redemptione amovetur. Tunc audita senioris sui fuga, Bucco comes gravi dolore concutitur, ac quid sibi tunc[i] foret faciendum, socios[a] consulit. A quibus diversa percepit responsa. Quidam dixerunt, ob fidem seniori suimet promissam ac ignaviam perpetuo eis inputandam mori malle, quam urbem cum tali pignore regi umquam dare; superstite adhuc seniore suo, auxilium semper sperare profuturum. Alii *f. 91. autem, qui plus sapiebant, *aque torrenti et homini potenti arduum esse testabantur resistere; devictos raro aut numquam promereri veniam; incolomes et nullo se tunc vulnere tardatos, cum domina suimet caeterisque bonis ac hospitibus abeundi licentiam

a) *add.* 1*b*. b) augusta 1*a*. c) sep 1. *saeptus*. d) *ita* 1*a*. *sed alterum* r *erasum est*. Hatheresbrugge *d. S.* f) possedet 1*a*. g) proficissitur 1*a*. h) cuidam 1. i) a. q. *s. t. add.* 1*b*.

59) *Manet alta mente repostum.* Virgil. Aen. I, 26. 60) Fortasse Haderesbrugge in pago Nortgowe, hodie Herspruch iuxta fluvium Regnitz, inter Nurnberg et Amberg. 61) Amerthal, pagus haud procul ab Amberga situs. Chron. Gottwic. I, p. 716. URS. 62) Creussen, infra urbem Baireuth.

apud regem imploraturos affirmabant. Horum, ut opinor, consilio custos eiusdem civi- 1093.
tatis Bucco cum Ottone germano suimet domine loquitur, eiusque suffragiis urbem regiae potestati tradidit; ipse autem cum omnibus sibi commissis securus abiit. Confestim civitas radicitus dirui a rege iubetur; set parcentibus huius rei auctoribus, magna ex parte cum aedificiis servatur.

22. Interim dum rex Heinrici comitis urbem, Crusni vocatam, possedit, Bolizlavus eum in aliquo ledere sumopere nisus, clam exercitum colligit, et per nuntios suimet Guncilinum fratrem ortatur, ut memor firmae promissionis urbem Misnensem suae redderet dicioni amiciciamque renovaret pristinam. Ille autem sciens, istius ingressu a gratia regis et a demonio[b] tali se penitus exclusum fuisse, mandatis talibus respondet: *Omnia, quae praeter haec a me expetis, frater, libenter inpendo, et si umquam haec faciendi °oportunitas accidit, non recuso. Sunt mecum senioris mei satellites,* °f. 91'. *qui talia non paciuntur; et si hoc publicatur, vita mea cum omnibus, quae possideo, periclitatur.* Hac legatione accepta, Bolizlavus internuntios custodiri et legionem ad Albim properare iussit. Hic qualitatem vadorum secreto perquirens, mane facto ipse[a] subsequitur, et ad Strelam civitatem, quia suae dos erat filiae[62], demandat, ut nec 62
sibi quicquam timerent, neque cum clamore illato convicinos de hac re certos efficerent. Nec mora, exercitus iussu ducis in quatuor dividitur et ad Cirin castellum[63] vespere conveniri precipitur. Duae[c] autem phalanges premissae, ne sui aliquam a marchione molestiam paterentur, providere studebant. Totus hic pagus, qui Zlomizi[64] dicitur, 64
optime tum excultus, in una hac die igne, gladio et habitatoris eductione flebiliter desolatur. Sed qualiter is[d], qui omnes crebro fallere solebat, a quibusdam, qui in Mogilina urbe[65] sedebant, deluderetur[e°], memorare libet. Hii cum a legione ad eos missa inpugnarentur: *Cur sic facitis?* inquiunt. *Vestrum seniorem optimum scimus, et hunc nostro preponere volumus. Tantum precedite, et nos cum familiis et possessionibus °universis subsecuturos[a] non dubitate.* Talia orantes, non amplius vexabant hostes, °f. 92.
et seniori suo hos[f] adventare pro certo nunciabant. Sed cum commilitones ad condictum sero confluere locum, hosque[f°] domi sedere dux cerneret, multum irascitur, et mendacibus sociis poenas[g] minatur. Postera luce, orto iam sole, preda innumerabilis premittitur, et magna pars hostium Albi inmergitur. Caeteri domum redeuntes inlesi, dividunt predam, seniori suo optima[h] quaeque assignantes. Non fuit minor captivorum numerus quam tria milia, et ut presentes affirmabant, multo amplius.

23. Heinricus vero[a] comes se iam defecisse[i] animadvertens, ad urbem Crana dictam[66] properat, ibique Sifridum, filium comitis Sigifridi iuvenem, auxilio se expec- 66
tantem collato inveniens, nec sibi neque huic ullam in rebellione spem in his partibus promisit. Tandem cum eo[k] multa locutus, eandem incendit, seque ad Boemiae tunc invasorem Bolizlavum cum domno Brunone residuisque fautoribus concessit[l]. Sifridus vero, spe palam resistendi frustrata, non eos comitatur, set de futura commissi emendatione certus revertitur. Rex autem ad Cranam hostem insecutus fugientem, lenivit in hoc suimet animum, quod agnovit °se inimicum in destruendis preoccupasse. Misit °f. 92'.
tunc Heinricum, Wirciburgensis episcopum, et Erkanbaldum, Fuldensis coenobii abbatem, ut Suinvordi castellum incenderent atque diruerent. Quos adventantes Heinrici comitis inclita mater, Eila nomine, ut talibus decebat personis, suscipiens et salutans, ut precepta intellexit regalia, perturbatur, concitoque cursu ad aecclesiam properans, ibidem ignis concremationem prius sustinere, quam hac comburente viva vellet exire, testatur. Unde seniores prefati, ob Christi amorem[m] seculares postponendo timores, decretam mutabant sententiam; murosque urbis ac aedifitia solotenus frangentes, tristem matronam his mulcebant promissis, si quando cum gratia regis id fieri potuisset, hoc

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1. *i. e.* demanio *aut* dominio. dignitate sua *A. S.* c) ę *in loco raso* 1*b* d) his 1*a*.
e°) deludetur 1*a*. e) subsequituros 1*a*. f) has 1*a*. f°) hasque 1. g) o *ab* 1*b*. *ut videtur additum postea, ut saepius* a *et* o, *erasum est* 1. h) optimo optimo 1*a*. i) s. i. d. *in loco raso* 1*b*. k) ea 1*a*. l) ĕcessit 1. m) amore 1.

62) Conf. supra l. IV. c. 37. 63) Nunc Zehren, pagus non multum ab urbe Misna distans. Castellum iam olim dirutum. URS. 64) Supra l. l. c. 3. dictus Glomuci, ubi de lectione dubitari nequit. 65) Mügeln prope Hubertsburg et Oschatz. 66) Kronach in Bavaria.

1003. totum ex sua parte se renovaturos. Rex autem devastata omni comitis proprietate[b] et cum beneficio late divisa, ad Bavanberg venit; ibique exercitu suo bona cum pace
Sept. 8. dimisso, nativitatem Dei genitricis sollempnibus celebravit gaudiis. Inde profectus ad silvam Spehteshart[67] nuncupatam, laborem expeditionis delinivit suavitate venationis.
*f. 93. *Completa ibidem autumnali iocunditate, per Franciam transiit ad Saxoniam, indicens
68 hiis proxima hieme suam ad Milzieni expeditionem[68]. Post haec natale Domini in Palithi[c] more priorum divinitus ac humanitus honorando[d] peregit[69].

1004. 24. Deinde ad Thornburg veniens, Willigisum archipresulem cum caeteris familiaribus ad Gisilerum misit archiepiscopum, tunc nimis infirmum, ut memor Domini, quicquid[e] in destructo Merseburgensi episcopatu[f] hactenus deliquid, hunc resumendo iniustamque sedem relinquendo, in ultimis saltem emendare voluisset. Hunc[g] primo propter Herimannum, quem sibi idem semper in regno summopere conatur preponere, odivit, posteaque data huic suimet gratia, inter familiarissimos habuit; commissisque ei omnibus in Saxonia suimet proprietatibus, fidelem in hiis persensit provisorem, multa, quae tunc suae arridebant voluntati, per eundem complens. Tandem zelum Dei amplius[h] ferre non valens, perfecto hunc persecutus odio, hos, sicut predixi, nuntios misit. Quibus vix talibus respondit: *Dentur mihi trium vel quatuor induciae dierum, et mihi*
*f. 93'. *liceat abire; quibus transactis, *certa vobis referam.* Hoc apud regem inpetrans, et in
70 curru, ut diu tunc solebat, exiens, ad Thriburi[70] curtem suam venit, ibique duos commoratus dies, 8. Kalendas Februarii migravit ab hoc seculo. Quo audito, rex corpus archiantistitis precedens, usque ad Magadaburch subsequitur, premittens eó capellanum suimet Wigbertum, ut de electione Taginonis[h*] unanimem confratrum voluntatem inpetraret. Set prepositus eiusdem civitatis, Waltherdus nomine, convocatis in unum confratribus universis, obitum senioris et adventum regis pariter indixit, obsecrans, ut invicem unum aliquem inquirerent, cum quo antiquam eligendi consuetudinem retinerent. Cui ab omnibus ilico respondetur, eundem se communiter velle in dominum, divina ad hoc favente gratia, habere. Hoc cum magna, ut decuit, humilitate idem suscipiens,
71 veniam prostratus peciit. Delatum est corpus archiepiscopi ad sanctum Iohannem[71] ibique proximam noctem dignis servatur honoribus. Postera autem die cum ad sanctum portaretur Mauritium, adveniente tunc ibidem rege, ab eo omnique clero et populo suscipitur, secundamque noctem diligenter custoditur. Mane iam facto, Arnulfus episco-
*f. 94. pus[72] *a rege ad confratres et ad milites[i] admodum tristes gratia Taginonem eligendi mittitur. Cui legationem suam cunctis ordine pandenti Walterdus respondens pre omnibus: *Scimus,* inquit, *quid vester senior intendat. Volumus, si licet fieri, potestatem habere eligendi; et cunctis presentibus his, me quamvis indignum voluerunt in vacuum succedere, ut ipsi potestis probare. Detrimentum aeclesiae fieri nostrae multum veremur; quod ne eveniat[k], regiam pietatem ac vestram petimus intercessionem.*
Lucan. III. 135 sq. *Non sumus inmemores proverbii cuiusdam sapientis: Libertatem populi, quem regna cohercent, libertate dominantis[l] perire, tantumque eius umbram servari, si cunctis eiusdem velit obtemperare preceptis.* His dictis, presul egressus, regiis omnia instillavit auribus. Qui mox prepositum vocans multumque ei promittens, et sui licentiam ac consotiorum in eleccione Taginonis gratiam acquisivit. Confestim in maiorem convenientibus aecclesiam cunctis, rex baculo Arnulfi presulis clerum et populum Taginoni venerando patri, cum redditura summo iudici racione, commisit, eundemque in cathedram episcopalem ipse constituit, asstantibus universis et[a] laudes Deo canentibus. Cele-
*f. 94'. brata pro defunctis memoria, *corpus archiepiscopi coram altari[m] australi sepelitur.

25. Set antequam ad nostrae sedis renovationem[n] perveniam, libet quaedam de

a) *add.* 1*b*. b) propietate 1. c) polithi 1*c*? d) honerando 1. *ut iam supra.* e) qicquid 1. f) merseburgiensis episcapatum 1*a*. g) hunc archiepiscopum Gislerum rex 2. h) Tandem vero zelo Dei instinctus iniustitiam tantam amplius 2. *A. S.* h*) taginone *corr.* taione, *alibi* tainone, *sed ubique fere alia manu restitutum* taginone 1. i) ministeriales 2. *A. S.* k) nec (*corr.* ne) veniat 1. l) dominatis 1. m) altare 1*a*. n) renouationis 1*a*. *s eraso.*

67) Spessart. 68) Conf. Ann. Quedlinb. a. 1003. qui hoc anno referunt expeditionem, quae secundum Thietmarum l. VI. c. 2. anno 1004. est suscepta. 69) Conf. Ann. Hildesh. a. 1004. 70) Alias Troibern, castellum nunc dirutum non multum a Thornburg afuisse suspicor, et ex hac ipsa relatione et ex Felleri monum. ined. p. 18. URS. 71) Monasterium Bergense. 72) Halberstadensis.

prefato viro, qui tunc ordinandus erat, disserere. Fuit hic egregii clericus Vulfgangi, qui Ratisbonensem pius pastor, habitu et conversatione monachus, rexerat aecclesiam. Huic tam carus erat iste, ut in vice filii a puero nutriens eundem, iam adultum bonis suimet omnibus prefecisset. Insuper ducis et imperatoris gratiam in tantum ei acquisivit, ut[b] si quando se de hac luce divina iussione subtraheret, hunc sibi successurum non dubitaret. Consummato tunc huius exilii cursu[a] in sanctitate admirabili, venerabilis antistes cum iam usque ad mortem egrotare cepisset, accersito ad se dilecto Taginone[d]: *Pone*, inquit, *fili, os tuum super os meum, accipiens a Deo insufflationem spiritus mei, ut ubicumque ardore iuventutis incalescente, in gemina caritate sis[e] frigidus, a summa potestate meique benivolentia temperamentum accipias; et si meis honoribus forsitan privaberis, post bis quinos solares annos, cum mea apud Deum luo commissa, maioribus pro certo laetaberis.* Post haec vir sanctus cum finem suum adesse [*]in spiritu presciret, iussit se in ecclesiam portare[f]; expletisque ab eo orationibus caeterisque quae a fratribus facienda erant, se cum sibi commissis Deo commendans, pridie Kalendas Octobris sanctum emisit in pace spiritum. Electus ille ab universis ad imperatorem venit, set promissa non percipit, dato tunc ab imperatore episcopatu capellano suimet Gebehardo. Committitur huic iste fideliter, et quamvis ab eo honorabiliter haberetur, tamen quia bonum et malum non sunt ad aliquid[73], non longum tempus cum eo ob morum suorum[g] inequalitatem[h] versatur. Adhesit namque ilico Heinrico tunc duci, et propter castitatem mentis et corporis ei complacuit, ac usque ad hanc diem, quam prefatus sum, malis moleste, bonis accepte, perdius et pernox ei servivit, Deo et hominibus sua specialiter inpendere satagens; completurque[i] ob hoc a rege, propter sancti viri ab eodem unice dilecti amorem[k], veredicum[l] eiusdem vaticinium, decursis tunc, ut ipse domnus Tagino sepe mihi retulit, decem annorum curriculis. Qui carissimum suimet dominum ac reginam cum omnibus consociis multiplicibus, ut decuit, honorat muneribus, nequaquam suae benignitati ad hoc subpetentibus.

*f. 95. 991. 73

26. Inde rex cum eodem ad castellum [*]ipsius, nomine Givikansten[m], pergens, omnia, quae ibidem ab Gisilero antistite collecta sunt, singulariter perspicit, et haec esse superflua testatur. Dehinc Merseburg diu pastore suo viduatam consolationis gratia adiens, eandem pristinis restitui honoribus quam maxime conatur. Ibi tunc Tagino venerandus 4. Nonas Februarii, id est yppapanti Domini, id est obviacione iusti Simeonis, accepta ab Hilderico antistite[74] licentia, qui primus horum in ordine fuit confratrum, a Willigiso, archipresule Magontino, consecratus est, presente rege ac Romano nuncio, omnibusque coepiscopis ad haec faventibus. Et quia is, ut scriptura eius testatur, ab solo ordinandus apostolico, huc[75] venire propter instantem necessitatem non potuit, ibidem sacri crismatis delibucione tercium implevit numerum, Waltherdo post se omnem committens episcopatum[n.76]. Rex autem, quo semper esurivit atque sitivit, iusticiae cibo gestiens tunc saciari, quia aliter non posse fieri apud Arnulfum presulem sciebat, cum[a] centum concambio mansorum, super solum Merseburgensem burgwardum, episcopalem redemit bannum. Quicquid autem a carissimo Taginone exposcerat, bonae voluntatis habundantia hoc largiente perceperat. De Misni [*]atque de Citici episcopatibus decrevit regia potestate ad integrum redire, quod antiquitas hinc demptum valuit explicare. Unde hiis versibus preludo Christi odas concinentibus[n]:

*f. 95. 1004. Feb. 2. 75 *f. 96.

O sol iusticiae fulgens[o] super omnia, Christe[p]!
Adventu primo mundum redimensque secundo
Cum patre plasmator dissolvens, examinator
Solus, pro variis dispensans[q] premia factis
Humano generi, sceleris per prona labenti,
Vera dies, lucem tu nunc benedicito talem,

a) *add:* 1*b*. b) *deest* 1. c) *in* 1. *hic est rasura trium aut quatuor, et post* antistes *octo vel novem litterarum.* d) tagione 1*a*. *littera* g *adrasa, neque restituta.* f) portari 1*c*? 2. g) suarum 1*a*. h) inequalitate 1. i) que *add.* 1*b*. k) quippe qui nutritor ipsius regis extitit *add.* 2. nam et n. i. r. fuerat *A. S.* l) veridicum 1*c*? m) giuikanstaen 1*a*. n) Waltherdo — episcopatum *add.* 1*b*. et w. commisit 2. *A. S.* n*) 2. *hoc loco sextum incipit librum, in ima margine addens:* Incipit prol. lib. sexti. o) *Ita sine dubio legendum.* fulges 1. p) xpriste 1. q) dispensas 1.

73) *i. e.* non conveniunt. 74) Havelbergensi. 75) sc. Magdeburg. 76) Conf. infra l. VI.

Qua pius aecclesiam visitasti despoliatam.
Mersburg te laudet, de tuis munere gaudet,
Eius et nati, pastores ac renovati
Persolvant grates tibi nunc ex corde fideles.
77 Inclite rex regum, modo suscipe fasma[77] tuorum.
Clemens Heinricum de coelis respice servum,
Et contectalem suimet defende fidelem,
Hiis tua pro parvis bona prestans maxima donis.
Vivat in aetheria Taginonis spiritus aula.
Waltherd et Gero[78] valeant in fine beato[b].
A Christo salvi sint omnes atque locandi
79 Sedibus Elisiis[79], te, Mersburg, qui pietatis
* f. 96'. *Affectu dextris exaltavere benignis.
Omnia qui primus regis, Deus, atque supremus,
Hanc moderare, tuo queat ut subsistere remo;
Eius custodes tua sint precepta sequentes,
Hostes nil valeant, conversi sed bona reddant.
Sis rogo propicius, qui destructor fuit huius.
Insuper et cunctis, qui subvenere malignis,
Da veniam, laeti quo spectent certa futuri[c].
Urbs Wormacensis gaudet temporibus istis
Libertate sua, cuius manebat in umbra
80 Hactenus, atque ducum fuerat sub lege suorum[80].
Burchard antistes laetatur et inter heriles
Ex animo proceres, quod non timet amplius hostes
Nunc ex contiguo, longe semotus ab illo.
Aula ducis domini domus est iam preclua Christi,
Et iudices varios clerus nunc deprimit illos.
Hoc rex Heinricus fecit, pietate coruscus[d],
Hanc propriis solvens rebus Christoque remittens.
Annuit ista pius Otto[e] dux, atque benignus
81 Munere regali concessit habunde teneri[81].
Ex hoc laetantes sint semper quique fideles[f].

LIBER VI.

* f. 97. 1004. Febr. cf. Pers. III, 1. 1.* +Post salutiferum intemeratae virginis partum consummata millenarii linea numeri, et in quinto[g] cardinalis ordinis loco[h], ac in eiusdem quartae inicio ebdomadae, in Februario mense, qui purgatorius dicitur, clarum mane illuxit seculo, et Heinricus, Dei gratia rex, antecessorum nevam suorum cupiens emundare sibique veniam promereri aeternam, dispositis secundum suimet placitum ad haec pertinentibus cunctis, perrexit ad domum suam, ubi se corporaliter[i] semper solebat reficere, ut ibi desiderato diu alimento paululum recrearetur in mente. Convocansque ad se omnes regni primates, dedit episcopatum sanctae Merseburgensis aeclesiae cuidam[k] capellano suimet, nomine[a] Wig-

a) *add.* 1*b*. b) Waltherd—beato *add.* 1*b*. c) *Hic in ultima quaternionis pagina media desinit manus, quae et hosce duos quaterniones, librum V complexos, et sequentem seu sexti libri priora folia octo scripsit tractu continuo, ut atramentum ostendit. Sequentes versus alia manus Thietmari similis addidit, paulo post, ut videtur; ultimos quinque ipse Thietmarus apposuit. Unde apparet, tredecim ultimos versus reliquis esse recentiores.* d) choruscus *littera* h *puncto notata ideoque deleta* 1. e) o. d. at *in loco raso alio atramento* 1. f) Explicit prologus. Incipit liber sextus *add.* 2. g) *Ursinus aliique iam adnotaverunt hic legendum esse:* in quarto cardinalis . . . eiusdem quintae inicio, *ut tum ex ipsa narrationis seria, tum ex Heinrici regis chartis* 1004 *Mart.* 5 *et* 6. *datis patet.* h) loc *in loco raso* 1*b*. i) corparaliter 1*a*. k) *ita A. S. vocabulum in* 1. *erasum quidam fulsse videtur.*

77) *i. e.* sermo, a fando. 78) Gero electus in archiepiscopum Magdeburgensem a. 1012. 79) *Sedibus Elysiis* ex Lucani Pharsal. l. III. v. 12. 80) Plurima a Heinrico II. sunt privilegia data ecclesiae Wormatiensi. Noster respexit inprimis praeceptum regis a. 1014 Iul. 29. datum, per quod eam versus iniquas comitum impetitiones tuetur. 81) Videsis chartam regis d. 1002 Oct. 3.

berto, cum archiantistitis baculo Taginonis, cum quo ipse, quicquid antecessor suus iniuste de hac auferre presumsit aecclesia, renovationi eiusdem arridens reddidit[83], consentiente hoc Arnulfo presule, Eido quoque et Hilliwardo episcopis, quibus[a] diocesis illa fuit divisa, ac omni populo applaudante. Ductus mox cum divina iubilatione ad desem suam Wigbertus, [*]eodem die ab archiepiscopo suimet Taginone, et a confratribus Hillerico et Wigone cum predictis coepiscopis consecratur. 1001. Febr. [*]f. 97'.

2. Interim Bolizlavus suo furore et comitis Heinrici instinctu magnam vim Bawariis omnibusque concivibus suis intulit. Ob hanc causam rex indicta prius expeditione, Milzini fines hostiliter invasit, et ni superflua nivis effusio celeriter resoluta eum inpediret, omnis haec regio habitatore vastata caruisset. Inde reversus, tristis Guncelino marchioni caeterisque patriae defensoribus positis auxiliatur presidiis; ac tunc Merseburg veniens, fratrem suum fugisse ad Ungariorum[b] regem[84] veniae gratia acquirendae, Heinricum autem incepti multum penituisse, ab fidis intercessoribus ab eo missis comperit. Quorum et maxime percari suimet Taginonis[c] et Bernhardi ducis supplicaciones etsi invitus suscipiens, prefato comiti suimet gratiam ea ratione indulsit, ut predium sibi suisque fautoribus et incolatum redderet, ipsum autem, quamdiu voluisset, in custodia detineret. Heinricus vero se nimis in omnibus culpabilem lacrimabiliter professus, more et habitu penitentis regi se tradidit, eiusque iussione [*]ab archipresule predicto in castellum Ivicansten detruditur, diligenterque a suis militibus die noctuque servatur. Ibi tunc preter aliud bonum opus in una die psalterium cum 150 veniis cantavit[d]. 84 [*]f. 98.

3. Interea rex Italicae haud inmemor iniuriae, omnes suos fideles ad hanc ulciscendam hortatur, ac instanti quadragesima ipse eo cum armato milite destinavit pergere. A Merseburg tunc exiens, sancti Mauricii apud Deum intercessionem itinerisque prosperitatem Magadaburg peciit[85]. Inde per[e] Thuringiae orientalisque fines Franciae transiens, ad Ratisbonam venit; ibique habito regali placito, militi suimet generoque Heinrico[86] 12. Kalendas Aprilis cum omnium laude presentium, cumque hasta signifera ducatum dedit. Dehinc Augustanam urbem itinere attingens, a Sigifridó antistite eius honorabiliter introducitur et habetur. Ibi tunc duas tantum noctes commoratus, reginae diligenti salutatione licentiam dedit ad Saxoniam abeundi, dilectoque eam[f] commisit Taginoni. Ipse autem cum exercitu progreditur usque ad locum qui Tinga[g][87] dicitur. Ibi domnus Brono, frater eius, cum Ungaricis intercessoribus regi presentatur, et ab eo data sibi gratia misericorditer suscipitur. Equidem ab archiepiscopo Taginone rogatus, ad predictam civitatem veni, et cum eodem [*]redii. Venimus ad saltum Geronis[88], ibique cum venerabili abbatissa Hathui palmas sollemniter peregimus; 4. feria ad Magadaburg regina veniens, cenam Domini et subsequentem dominicae resurrecoionis sollempnitatem ibidem celebravit. 85 86 87 Mart. [*]f. 98'.

4. Rex autem per multas itineris asperitates[h] ad Tridentem veniens urbem, ibi palmarum festa colit, et exercitum nimii laboris necessitate afflictum hac celebri sollempnitate[c] paululum respirare permisit. Quem adventantem Hardwigus rex[a] presciens ac multum expavescens, ad municiones supramemoratas nuntios probatos misit; ipse autem collectis agminibus in Veronensi[i] planicie considens, sperabat presentia preteritis prosperitatibus forsitan respondere. Hunc transitum Heinricus rex interclusum aut vix aut nequaquam expugnandum comperit; et alió se vertens, cum suis tractat familiaribus, si clusas hinc longe remotas, Carentanis auxiliantibus, intercipere ullatenus valuisset. Quod consilio prudenti, quamvis arduum multis videretur, effectum est. Carentani regalibus iussis ilico optemperantes, in duas dividuntur legiones; unam, quae ante ipsum diei crepusculum montem clusis [*]superpositum cum peditibus clam Apr. 9. [*]f. 99.

a) add. 1b. b) i *erasum* 1. c) daginonis 1c. *saepius.* d) Ibi — cantavit *add.* 1b. e) Iuper 1. f) eá 1.
g) *ita* 1. *in loco raso.* Tonga *A. S.* h) asperitatis 1. i) uveronénsi *e corr.* 1b.

83) Haec renovatio episcopatus Merseburgensis per chartam regis anno 1004 Mart. 4. datam est sancita. 84) sc. Stephanum. 85) Ibi adfuit Februarii d. 24, teste charta. 86) Heinricus dux factus Bavariae, frater fuit reginae Cunigundae. 87) Nunc Thingau, prope civitatem Kempten. Dedicationi ecclesiae S. Mariae in hac civitate Martii die 19. Thietmarum nostrum affuisse, conlici licet ex Calend. Merseburg. h. d. 88) Gerenrode in ducatu Anhaltino.

1004. preoccupabat, alteram[b] quae iam facto mane ad has expugnandas subsequitur, audito a premissis commilitonibus signo tam vehementi, ut ex latentibus hostium insidiis audiri potuisset. Qui post tergum, ut opinabantur, securi, venientibus obviam armati properant. Sed nostri eos ex latere irruentes, alios effugarunt, quosdam autem precipicio et in Brenti fluminis inundacione compellebant interire. Sicque victores clusas[c] usque ad regis adventum sollicite tuebantur. Hoc rex ab interpunciis ut audivit, relictis omnibus impedimentis, optimis satellitibus exceptis, cum magna difficultate eas pertransit, et iuxta litus aquae sup amemoratae in quadam grata planitie castra April. metatus est, ut ibidem cenam Domini et crismatis consecracionem ac passionem 13–16 dominicam et sanctam eius resurreccionem sumopere veneraretur. Interdicta est omnibus per bannum regalem a palatino comite fuga, et resistentibus viriliter promittitur solatio futura. Rex autem in 3. feria aquam transiens predictam, fixis iterum tentoriis requievit, exploratores prestolans, sollicite ad quaerendam[d] Hardwigi hostis conversationem clandestinam.

f. 99 5. °Longobardorum vero mens[e] hactenus in malo unanimis, divinae pietatis instinctu dividitur, et ab iniusto supplantatore disiuncta, a Deo coronato regi[f] Heinrico securum fuga patefecit ingressum. Verona primo eundem succipiens, exultat in Domino, advenisse defensorem patriae, auctorem vero abisse totius miseriae. Huic occurrunt diu expectato Thiedoldus[g] marchio cum predictis auxiliatoribus, gaudens tempus advenisse, quo[h] secretum bonae voluntatis sibi liceret huic aperire. Tunc rex 90 tali comitatu Brixnam[90] veniens, ab archiepiscopo Ravennate et ab huius sedis provisore Ethelberone[i], cum comprovincialibus succipitur. Inde Pergamam, ab Arnulfo 91 imperatore olim devictam[91], itinere attingens, Mediolanensem archipresulem fide sacraMai. mentis firmata recepit. Post haec Papiam visitans urbem, ab archiantistite hoc et a primis illius regionis succeptus, cum admirabili laude ad aeclesiam ducitur, et communi electione sublimatus, in solium regale collocatur.

6. Eademque die revelatur, qua mutabilitate totius mundi huius instabilis cursus in pronum semper volvatur. Namque inter tot gaudia subito insevit inimica pacis f. 100. discordia, °et a superflua vini ebrietate de vili causa interrupta est miserabiliter fidei connexio et sacramenti. Concives adversus noviter electum regem armantur, ad palatium properant, et maxime hii, quibus ius Heinrici displicebat, Hardwigi autem relaxatio mulcebat. Clamor ut a rege auditur, et quid hoc esset, explorari cicius ab eo iubetur. Cui protinus respondetur, plebeios[j] furore subitaneo inflammatos et servili[k] presumptione animatos, hanc commotionem primitus incepisse; caeteros quoque omnes in detrimentum sui vel dedecus convenisse. Quos iam irrumpentes Heribertus, Agripinae[l] provisor egregius, sedare conatus, de fenestra ut causam tantae invasionis inquirit, lapidum imbre et sagittarum infusione retruditur. Palatium autem ab hostibus graviter impugnatum, a domesticis[m] regis facile numerandis est viriliter defensum. Divisis etenim in plura necessaria nostris, maior vis excrevit inimicis. Tandem audito clamoris immensi strepitu, nostri gregatim ad regem properant, hostesque adhuc insanientes paululum expellunt; sed imminente iam nocte sagittis atque lapidibus obviis tardantur. Quae ad providenda, urbis tunc incendunt moenia. Nostri autem, qui foris erant, urbis f. 100'. propugnacula °fortiter ascendunt, quibus hii sic melius resistebant. Ibi tum quidam 92 egreius[n] uvenis, Gisilbe tus nomine, frater reginae, a Longobardis vulneratus oppeciit[92], et consociorum tristiciam vehementer adauxit. Quem Vulferam miles, in medium agmen prosiliens unumque ex his per galeam usque in iugulum feriens, securus vindicavit. Sic alternando quietem cunctis[o] amicam belli[p] asperitate mutabant. Nonnullos ex hostibus, quos vi capiebant nostri, vivos regi presentabant. Subito ibidem una domus, quae nostros tuebatur defatigatos, a Longobardis incensa ruit, at eos nulla spei certi-

a) *add.* 1b. b) cum — alteram *suppletum ex A. S. in cod.* 1. *hic maiore versus parte abscisa.* c) clausas 1*a*. d) adquirendam 1*a*. e) *Post syllabam* clan *in* 1 *maior versus pars excisa*; destinam — mens *supplēta ex A. S.* f) rege 1*a*. g) Thiadolfus *A. S.* Thiedolfus *cum vocavit cod.* 2. *supra l. V. c.* 16. h) qua 1. i) plebios 1. k) seruile 1*a*. l) sedis *add.* 2. m) domestis 1. n) egrius 1. o) cunctis 1. p) *ita* 1b. Martis 2. praelii *A. S.* quietem belli cuntis amicum in(?) a. 1*a*.

90) Brescia. 91) V. Ann. Fuld. et Reginonis chronic. a. 894, Liudprand. I, 23. 92) Calend. Merseburg. 15. Kal. Iun. *Gisilbertus, frater regine Chunigunde, obiit.* Maii 14—25. regem Papiae deguisse, eiusdem chartae docent.

tudine potitos alacriores bello reddidit. Interim Alemanni cum Francis et Liutharien- 1001.
sibus[b] tandem haec mala rescientibus fractis intrantes muris, in tantum concives perse- Mai.
cuti sunt, ut e municione domuum[c] suarum nec unus egredi presumeret. Harum sumi-
tate hii nostros iaculis gravantes inmissis, incendio perierunt illato. Difficile est cuiquam
ad enarrandum, quanta ibidem strages diversis efficitur modis. Milites regis tum victo-
res sine ulla offensione spoliis interemptorum utuntur. Hoc miserabili *asspectu rex *f. 101.
motus, et ut residuis parcerent firmiter[d] precipiens, se ad municionem sancti Petri
contulit, hostibusque veniam suppliciter inplorantibus misericorditer indulsit. Tunc
absentes quiqui[e] accepta regis victoria, aut ipsi veniunt, ut talia declinarent, aut obsi-
des mittunt, fidem, auxilium et subiecionis debitum regi promittentes[f].

7. Sedatis tunc Papiae calamitatibus, rex ad Pontem longum[93] venit, Longobardo- 93
rumque[g] residuum agmen per manus suscipit; habitoque ibidem cum omnibus conlo-
quio, rebusque maximis prudenter ordinatis, Mediolanum sanctissimi presulis Ambrosii
amore peciit; moxque ad prata[h] predicti pontis[i] reversus, presentem populum, de
subito eius conquerentem discessu, promissa celeri suimet reversione ceterisque con-
solationibus multis placavit. Insistentem vero[k] tunc pentecostes sollemnitatem in loco, Iun. 4.
qui Grommo[94] vocatur, celebrat. Inde tum procedens, Tuscos[k] sibi obviantes in
consorcium sibi firmiter servientium suscepit. Dehinc patriam revisere festinans,
Alemanniae fines, nuper a ducis[l] Herimanni solatio privatos, filioque eius et equivoco
adhuc puerulo deditos, *ad regendum et confirmandum invadit. Inde in Alsacia posi- *f. 101'.
tam petens Argentinam, venerabilem Christi precursoris ibi excolit nativitatem. In Iun. 24.
cuius vigilia quae Dominus per eum fecit mirabilia, non sunt mihi pretereunda, quia
haec piis ad delectacionem, reprobis autem dicuntur ad terrorem. Domus, in qua
rex populo legis iusticiam dabat[m], subito cecidit, uni dumtaxat presbitero nocens, cum
domna excommunicati iniuste[n] sedulo commoranti. Ille pre caeteris in hoc crimine
culpabilis, morte sua, prius confractis cruribus, luit poenam commissi facinoris.
Quam dulcia piorum gesta ad aedificationem animae ipsi legimus et ab aliis visu ac
auditu didicimus, et tamen obdurato corde miseri desipimus, nec amovemur inolita
nequicia certis malorum poenis, neque delectamur inestimabilibus iustorum premiis[o].
Hinc rex discedens[p], sancti Martini presulis limen Magontia supplex adiit, ibique natale Iun. 29.
apostolorum[95] venerabiliter coluit.

8. Post haec[q] per Franciam orientalem iter faciens, Saxoniam, ut sepe professus
est, securitatis ac tocius ubertatis quasi florigeram paradisi aulam, revisit. Ibi tunc diu
reconditum zeli latitantis archanum ab simplici corde evomuit, et ad compescendam
*Bolizlavi arrogantis seviciam, omnibus in sua dicione Christo sibique fidelibus expeditio- *f. 102.
nem Augusto iam mediante indixit[96]. Statuto igitur termino in Merseburg exercitus 96
fit collectio ac in hostem tandem secreta promocio. Assimulato namque in Poleniam
itinere, naves Boruz[97] et Nisani[r] glomerantur, ut ficta suorum benivolentia non fie- 97
ret inimico circumeundi propalatio ulla. Interim magna inbrium effusio in transeundis
fluminibus exercitui ineffabilis fit retardatio, et cum minime quis hoc conicere potuit,
in Boemiam rex celeriter perrexit. Huius adventum leo rugiens cauda subsequenti im-
pedire satagens, in silva, quae Miriquidui[98] dicitur, montem quendam cum sagittariis 98
prorsus[s] intercluso omni aditu firmat. Rex autem id comperiens, premissis clam lori-
catis militibus electis, hostibus invitis arduam irrupere viam, facilem subsequentibus
parantes[t] callem. Inter haec Bolizlavo[t] in una dierum cenante, unus ex nostris, capel-

a) *add.* 1*b*. b) i *erasum* 1. c) domium 1*a*. d) firmater 1*a*. e) quique *corr.* quiqui 1. f) promittens 1. g) longobarumque 1. h) pratam 1*a*. i) pont' 1. k) induntuscos 1. in Duntuscos 2. in Tuscos *A. S. Conf. etiam Adelboldi Vitam S. Heinrici.* l) n. adducis 1*a*. m) *ita in loco raso* 1*b*? n) iniustae 1*a*. o) nec ad correctionem vitae iustorum premiis ineffabilibus delectati convertimur 2. p) ab Argentina *add.* 2. *A. S.* q) post hac *corr.* post hoc 1. r) *ita* 1*b*. 2. naves citiza nicici 1*a*. s) parentes 1 t) bolizlouo 1*a*. *saepius.*

93) Forte oppidum Sponte in agro Novaresiae, Papiaeque vicino. URS. 94) Urbs Crema, ut videtur. 95) sc. Petri et Pauli. 96) Conf. Ann. Quedlinb. anno 1004. 97) Boritz, haud procul a Riesa iuxta Albiam. 98) Miriqvidui i. e. silva nigra (quod nomen myrkvidr etiam occurrit in carmine islandico Atlaquida in groenlezka). Hic designatur tractus montanus, qui hodie vocatur: das Erzgebirge. V. etiam chartam Friderici I. imp. a. 1162 Febr. 26.

1004. Ianus Reinberni, presulis sui[99], de adventu nostri exercitus loquitur, et ab eo mox auditus, quid diceret rogatur. Cui responsa referenti, tum id[a] infit: *Si reperent ut ranae,*
f. 102'. *iam possent huc advenisse.* Et verum est hoc, *ni asspiraret regem[b] divina pietas, et hunc non inflaret superbie magnanimitas, non proveniret nobis tam subito victoriae prosperitas. Adiuvit eciam regem exulis Iaremiri, qui firma pax interpretatur, comitatus, et adoptatus eiusdem adventus Boemiorum delinivit agmen. Horum consultu et vocatione regi introitus patefecit, et in ipsa regionis istius ianua unum castellum sua eidem sponte reddidit. Rex propter Bawarios nondum adventantes tardato paululum
100 itinere, ad urbem Satzi[100] dictam venit, et concives hos, portas sibi ilico aperientes et Polenos intus presidio positos occidentes, suimet cognovit amicos. Videns rex tantam stragem, commovetur, et superstites in una precepit aecclesia retrudi. Adest eciam, qui Bolizlavum a comprovincialibus esse interemptum pro certo referret. Letantur in Deo familiares regis, corruptique tristantur fautores adulterini ducis. Hii invicem mussantes ex iniusti cordis sui secretario hoc evomuere mendacium: si rex umquam in bona securitate consisteret, se tunc ad nihilum valere multaque ab eo pati contraria
f. 103. debere. Propter hoc latente igniculo sub cinere, *in hoc itinere ac postea sepissime regi suo cunctorum hostem fidelium brutis peiores animalibus preposuerunt, ignorantes, quod ab eorum fraude vicarium suimet in terris Deus pater ingenitus, speculator desuper, liberaturus erat e coelis.

9. Tunc Iarimirus iussu regis cum optimis militibus ex nostris ac cum incolis sibi
1 adherentibus ad capiendum seu occidendum serpentem venenosum Pragam premittitur[1]. Quem preoccupantes nuncii prescriptorum, rem ordine pandunt Bolizlavo, de tali periculo prius securo. Hic legatione tali commonitus, clam se preparavit, et subsequenti nocte iam mediante, audiens in urbe proxima, quae Wissegrodi dicitur, campanas cives ad bellum sonitu hortantes, cum prima legione exivit, et patriam fugiendo revisit. Quem Zebizlovo, frater Adthelberti presulis et Christi martyris, subsequutus, in ponte vulneratus oppetiit, et magnum hostibus gaudium, suis autem luctum ineffabilem reliquit. Crastina autem die Iarimirus adveniens, populis iura veniamque commissi poscen-
f. 103'. tibus ante portam dedit, ilicoque intromissus, pristinis honoribus magna *iocunditate inthronizatur, ac tunc depositis vilibus indumentis, preciosioribus[c] ornatur. Huic ibi tum presentatur, quicquid unusquisque militum hosti fugitivo vel occiso spoliorum abstulit. Muneribus idem delectatus plurimis ad Wissegrodi introducitur, ibidemque in dominum exclamatur, regis indulgentiam et secum huc usque perseverantibus diu elaboratum promisit bravium. Confluit undiquesecus tam vulgi quam seniorum[d] ineffabilis turba, ad gratiam novi ducis percipiendam, et ad prestolandum gloriosi regis accessum. Hic tandem adveniens, ab antistite Thieddego et a duce Iarimiro cum immenso cleri tociusque populi tripudio succipitur, et ad eclesiam sancti Georii deducitur. Cunctis mox dignitatibus a rege honoratur Iaremirus paternis, convocatis indigenis coram omnibus.

Septb. 8. 10. Sed cum ibi sanctae Dei genitricis ortum omni celebrem mundo rex veneraretur, Goddescalcus[e], sanctae Frisingensis aecclesiae venerabilis pastor, nomen[2] cum re possidens, missam canere ac populos instituere ab eo precipitur et ab episcopo sedis illius permittitur. Perlecto tunc euvangelio[f], presentes idem ammonet de timore divino et de conservando geminae dilectionis vinculo, de obedientia Dei sublimiorum-
f. 104. que *honore potestatum, et ad ultimum regem suaviter aggreditur, ut semet agnoscere, et omnia, quae a primis vitae huius cunabulis usque ad hoc tempus honoris alicuiusve commoditatis umquam percepit, largitate divina pocius quam suis meritis ascribere voluisset. Insuper misericordiae mentionem fecit, quae unicum est salutis presidium, venerabile fidei ornamentum et magna[g] remissio peccatorum. In cuius opere servando unicuique Christo fidelium tria sunt semper optanda: posse et velle ac perficere. Quae cum a cunctis sint adinplenda, ab his maxime, qui nullum ledentes, sibi avent similia

a) id *corr.* id 1. b) regi 1c. c) preciosoribus 1. d) nobilium 2. *A. S.* e) goddescalcē 1. f) gradum ascendit *add.* 2. gradum ascendens *A. S.* g) magno 1*a*.

99) sc. Colbergiensis. V. supra l. IV, 28. 100) Saaz. 1) Conf. etiam carmen celeberrimum manuscripti Königshoviensis. 2) Sc. servus Dei.

a Domino recompensari, et ut acceptabile ab his Deo votum fiat, ex corde debet unumquodque largiri et cunctis debitoribus remitti, ne mali vice servi[b] diris astringantur tormentis. Et his concludens: *Te*, inquiens[c], *obtestor per nomen et amorem eius, qui suo debitori decem milia talentorum, id est Iudeis recutitis[d,3] suorum transgressionem preceptorum indulsit, Heinrici quondam marchionis, nunc autem, ut spero, vere penitentis, senior karissime, miserearis, vincula solvas et gratiam dones, ut eo liberiori animo hodie Deum interpelles: „dimitte nobis debita nostra“ et reliqua.* Hac rex exhortatione lacrimabiliter profusa placatus, sic se facturum firmiter spopondit[e], et post haec domum veniens, misericorditer adimplevit. 1004. 3 *f. 104'

11. Statutis tunc ibidem[f] omnibus, Bawarios domum remisit. Ipse vero[a] cum Boemiorum duce novo Milzienos, qui tum sibi fuere proximi, terminos per ineffabilem itineris difficultatem adiens, Budusin urbem possedit. Sed cum in una dierum unumquemque suimet fidelium ad expugnandam eandem incitaret, ab uno sagittariorum[g] e[a] propugnaculis, ni divina custodiretur providentia, vulnere inproviso lederetur. Quod illi, qui secus se stabat proximus, nocuit, et propositum inimici in alio peregit. Rex autem, elevato ad Deum corde supplici, hunc laudat, qui solitam pietatis vigilantiam sibi inmerito revelavit. Urbs vero prefata, igne iam adportato, combusta iaceret, ni hoc Guncelini marchionis iussio infausta prohiberet. Vulnerantur invicem multi, et nonnulli perempti sunt. Ex nostris autem unus nobilis et genere et virili conversatione, Hemuza nomine, cum urbanos crebro certamine provocatos, pene usque ad muros insequeretur, molaris dimidio lapidis per galeatum caput prostratus, ab inimicis insultantibus in urbem mortuus trahitur. Huius cadaver Heinricus comes, frater meus, cuius is miles fuit, precio comparatum ad patriam reduxit. Alter vero, qui ob assiduum venationis exercicium indomitus Tommo[4] vocabatur, dum in Sprewa flumine hostibus fortiter resistit, torrentum lubricatione lapidum corruit, optimaque diu protectus lorica, tardo tandem[a] vulnere, pro dolor! oppeciit. Hunc unus ex suis satellitibus, ne aliquo deduceretur, cum prohibere temptaret, cuspide perfossus super eum corruit. Predicta belli asperitate[h] iam pene devicta, iubente per nuntium suimet Bolizlavo, regiae potestati urbs salvis defensoribus traditur presidioque novo munitur. Post haec rex cum exercitu itinere ac inedia iam defatigato domum rediit, marchiones, ubicumque opus fuit, solitis adiuvans amminiculis. *f. 105

12. Hic cum se in Merseburg optatae quieti indulgeret, Esiconem venerandum comitem, longa infirmitate vexatum, vitam hanc in Liubizici[i,5] finisse comperit. Huius corpus adveniens ipse suscepit, et honorifice sepeliri iuxta ecclesiam sancti Iohannis baptistae in septentrionali parte precepit; pro cuius animae remedio quoddam eiusdem predium Uppusun[6] nominatum cum candelabris duobus argenteis altari sancto et confratribus ibidem Deo famulantibus dedit[7]. Insuper Wigberto antistiti mercatores et Iudeos Apellas[k], ab Gisilero primitus acquisitos ac diu commutatos, reddidit. Comitatum super Merseburg et benefitium ad hunc pertinens Burchardo[8], et super quatuor urbes iuxta Mildam fluvium positas Thiedberno benefitium concessit. Omne autem predium sibi iuditio retinuit. Heinricum comitem a custodia absolutum cum gratia abire precepit. Nov. 22. *f. 105' Hor. Serm. I, 5, 100.

13. Sicut sanctae matris aecclesiae prospera spirituali eiusdem proli ad augendam Christi gloriam[l] sunt preloquenda, ita eiusdem detrimenta ad compunccionem[m] provocandam huic sunt enarranda; quia haec unanimi laeticia, ista autem mesticia pari conquerenda et molli paciencia sunt ab hac sufferenda. In Pathelbrunnun monasterium et

a) *add.* 1*b*. b) seru 1. c) Te, o rex gloriose 2. d) recucitis 1. recusatis 2. e) spospondit 1*a*. f) Dispositis in Praga 2. *A. S.* g) sagittario *ut videtur* 1*a*. h) asperitate 1*a*. i) u *et secundum* i *alio atramento* (1*b*?) *in loco raso scripta*, i *in fine erasum est* 1. k) *ita* 2. *in* 1. *vocabulum erasum* apellas *aut potius* appellas *fuisse videtur*. l) spiritualibus filiis ad incitandos ipsos ad gloriam Iesu Christi oponi eius 2. m) compungcionem 1*a*.

3) *Iudaei recutiti* ex Martial. VII, 29, 5. 4) Thamino A. S. Idem ut videtur qui Thangmarus dicitur in Ann. Quedlinb. a. 1003. et Tanko laicus in Necrolog. Merseb. Octobr. 25. 5) Lübeschitz ad fluvium Muldam. 6) Obhausen, vicus prope urbem Querfurt. *URS.* 7) V. chartam imperatoris datam Merseburg a. 1004 Novb. 23, per quam memoria comitis Esiconis instituitur apud Höfer l. l. T. II. p. 139. Conf. Calend. Merseb. Novb. 22. de morte Esiconis comitis. 8) Burchardum comitatum tenuisse in Hassaga, testatur charta iam laudata.

omnis eiusdem apparatus flamma nostrae iniquitatis ultrix consumens, multorum corda fidelium commovit, quae amor divinae remunerationis ad haec renovanda communiter
1005. accendit. Posita est etiam in loco, qui Throtmunni[9] dicitur magna sinodus, ubi rex coepiscopis presentibusque cunctis plurima questus est sanctae aecclesiae inconvenientia, et communi eorundem consilio haec statuit deinceps prohiberi, et optimo novae institu-
**f.106 tionis decreto gravem peccatorum suimet **sarcinam relevari[b]. „Anno dominicae incar-
Iul. 7. nationis 1005. anno autem domni Heinrici secundi regnantis 4. in die Nonarum Iulii actum est in Throtmunni hoc decretum gloriosissimi eiusdem regis et contectalis suae Chungundae reginae[c], necnon* et* archiepiscoporum Heriberti Coloniensis, Lievizonis[d] Bremensis*, Daginonis Magadeburgensis archipresulis* tertii*; episcoporum* autem[f] Notgeri[g] Leodicensis, Suithgeri Mirmingardevordensis[h], Ansfridi* Traiectensis*, Thiederici* Metensis*, Thietmari* Asanbrunensis[i], Berenharii Ferdensis[k], Berenwardi[l] Hillinessemensis[m], Burchardi* Wormatiensis*, Retharii* Pathelbrunnensis*, Wigberti Merseburgensis,[n] Ekkihardi Slesvicensis[o], Othinkerdi*[10]. In* obitu* cuiusque* prenominatorum* singuli episcoporum* infra* 30* dies*, nisi infirmitas* impedierit, missam pro defuncto* celebret*, et* unusquisque* presbiter in monasterio* similiter*[p] faciat*. Presbiteri* vero forenses tres missas peragant*. Diaconi* et* ceteri* inferioris* ordinis psalteria 10. Rex* et* regina* infra* 30* dies* 1500* denarios pro animae redemptione* erogent* et* totidem* pauperes* pascant. Episcopi singuli 300* pauperes* pascant* et* 30* denarios* expendant et[q] triginta* lumina* accendant*. Dux* autem Bernhardus[r] 500 pauperes pascat et* 15* solidos* expendat*. Vigiliam sancti Iohannis baptistae et apostolorum* Petri* et* Pauli* et vigiliam sancti Laurencii et omnium sanctorum* in* pane* sale* et aqua decernimus ieiunare; vigiliam assumptionis*
**f.106 sanctae* **Marie, et omnes vigilias aliorum apostolorum sicut in quadragesima. Quatuor tempora sicut in quadragesima, excepta 6. feria ante natale Domini, quam in pane, sale et aqua* decernimus ieiunare.“

14. Fresones rex[a] navali exercitu* adiens* ab* ceptis contumacibus[u] desistere et magnum Liudgardae* sororis regine[11] zelum[v] placare coegit. Iussit*[w] etiam* in* palatio* et in omnibus regni suimet[x] comitatibus* expeditionem* ad Poleniam conventum-
12 que ad Liezca[12] per bannum* fieri*. Convenit* exercitus statuta hora[y], id* est* 17* Aug. 15 Kalendas* Septembris* condicto* loco. Et[z] rex sanctae Dei genitricis* assumptionem* Magadaburch* celebrans, in[b] ipso* die* post* missam* et[c] caritatem* expletam comitante regina* Albiam* transnavigans* proficiscitur[c].

15. In hiis[d] diebus Ricdago*, abbate* de* monte* sancti* Iohannis* baptistae* ob*

a) *add.* 1*b*. b) *Sic A. S.* reuelari 1. c) *Dimidium folium* 106. *in cod.* 1. *ita abscisum est, ut versuum, exceptis tribus primis, fines desint. Litterarum abscisarum impar numerus, nam curva est illa sectio. Quod deest ex cod.* 2. *supplevimus.* *) necnon et, mensis, tii episcoporum, di Traiectensis, Thiederici Metensis Thi, rchardi Wormatiensis, Retharii Pathelbrunnensis, i. In obitu cuiusque pre, rum infra 30 dies nisi infir, defuncto celebret et u, terio similiter faciat. Presbiteri, ant. Diaconi et ceteri inferi, Rex et regina infra 30 dies 1500, tione erogent et totidem pau, 300 pauperes pascant et 30 de, ta lumina accendant. Dux, t 15 solidos expendat, apostolorum Petri et Pau, sanctorum in pane sale, assumptionis sanctae, aq, tu a, udgardae, sit etiam in pala, tibus expeditionem, bannum fieri. Con, id est 17 Kalendas Septembris con, tricis assumptionem Mag, so die post missam et caritatem, gina Albiam transnavigans, Ricdago abbate de monte sancti Iohannis baptistae ob *abscisa* 1. d) luuzonis 1*c*. e) a. t. *desunt* 2. f) istorum quoque episcoporum 2. *quod in* 1. *fuisse nequit.* g) episcoporum Suitgeri Mirmingardevordensis. Thiederici Metensis. Bernharii Ferdensis. berwardi Hildinesheimensis. Retharii Patherbrunnensis. Burchardi Wormatiensis. Nothgeri Leodiensis. Ansfridi Traiectensis. Thietmari Osnabruggensis. Wicperti Merseburgensis. Ekkikardus . . . . . Othinkardi . . . . . 2. h) M. *ab* 1*b*. *additum; ita in abscisis quoque nominibus sedes nonnisi littera initiali indicatas fuisse, spacium folii abscisi docet.* i) A. *add.* 1*b*. k) F. *add.* 1*b*. l) n *erasum* 1. m) H. *add.* 1*b*. n) M. *add.* 1*b*. o) S. *add.* 1*b*. p) unusquisque presbiteriorum similiter. 2. *A. S.* q) et totidem 2. *A. S.* r) B. 1. s) *deest* 2, *sed haec in* 1. *abscisa esse spacium docet.* t) b *erasum* 1. u) ab incepta contumelia 2. ab i. contumacia *A. S.* v) zelus 1*a*. w) Praecepit 2. *A. S.* x) o. c. regni sui e. in p. et conventum in l. 2. y) E. c. statuto die 2. z) loco. Rex autem sollempnia de pausatione sancte Marie virginis 2. b) *deest* 2. c) proficissitur 1. d) Diebus hiis 2.

9) Dortmund. 10) episcopus Ripensis, filius Thori ducis Winlandiae, mortuus post festum paschatos. V. scholia in Adamum Bremensem n. 31. 47. *WED.* 11) Filiae fuerunt Sigifridi, comitis Luxemburgensis, et sorores Theodorici, episcopi Mettensis. De cuius rebellione v. Sigebert. Gembl. a. 1004. Alpertum l. I. c. 5. Liutgard tunc fuit vidua Arnulphi dicti de Gandavo, comitis Hollandiae. 12) Liezeca locus, ubi affuit Otto III. a. 995 Aug. 17. (vid. Höfer T. I. p. 536.) et 997 Aug. 20. Nunc Leiskau inter Magdeburg et Zerbst.

crimen * quoddam *[b] ab abbacia suimet a Taginone * episcopo * deposito *, Alfkerus *, mona- 1005.
chorum * in Palithi Christo servientium * provisor *, in * vacuum * ponitur, et proposita sanctae * conversationis * religio * hactenus firmiter consistens *, miserabiliter * destruitur * et in nomen prepositurae [c] mutatur *, unde * et * miseriae * futurae * prima exstitit in-
dicio. Hoc * etiam *, quod * per labentia accidit tempora, o * si * fuisset * dextrae * mutatio Psalm 76, 11.
excelsae! Auctores sanctae institutionis, **in omni pietate modernos oppido precellentes, **f. 107
quod sumopere construentes et usque ad aedificationem, ut sibi videbatur, perfectam complentes prudenter ordinavere, hoc nostro, pro dolor! in tempore malorum instinctu, ut vereor, non in melius, sed in peius * versum est. Utinam propter specialem nostrae utilitatis hoc non oriretur effectum. Verum est, quod hii, quorum nova conversatio et in habitu et in victu laudabilis extat, vero [f] non sunt sepe quod simulant. Dicit namque scriptura[13]: *Simulata equitas non est equitas, sed duplex iniquitas* [g]. Omnis hominum Deo acceptabilis fructus in corde bono consistens, a bonis veste pulchra et aurea cibi potusque mediocritate nonnumquam dissimulatur. Quod autem abstemiis et diploide indutis subtrahitur, cui hoc inpenditur? Si in earum id transit augmenta aecclesiarum, dupliciter proficit, et in animabus fratrum, si propter Deum ista paciuntur, et in rebus domesticis eorum elemosina lucrandis. Sed si extrinsecus omne defertur, qua securitate hoc crescit, cuius profectu multorum diminutio gemit? Certe non id firma stabilitate exaltatur, sed lugubriter quandoque degradatur [h]. Si sileat veritas Christus eiusque precones linguam mordeant omnes, estne hoc totum per omnia bene limatum? Tuba sonat *euvangelica, nihil opertum fore, quod non revelabitur. Postquam voluntati nostrae in *f. 107
omnibus satisfecimus, ineffabile malum dissimulato facinore perpessi sumus; fragilis Math. 10, 26.
naturae nos commortales sumus, et omnia nutu suo pondera in terram ferri non nescimus. Resipiscenda [i] respiciamus, ammonentes neque spernemus, promissa fidelibus cunctis premia cum mandatorum observatione divinorum acquiramus. Non videamur nostris antecessoribus meliores, quia pariter decepti in varia specie recti hiis sumus nimis * inaequales. Nemo irascatur, cum propter Deum familiariter ab aliquo arguatur. Caritas benigne a cunctis succipiatur, et ob recompensacionem supernam veritas nuda sufferatur. Optet fidelium supplex peticio omnium necessariam de rebus his et de criminibus aliis a Christo indulgentiam. Et ego longe digressus repetam inceptae narrationis cursus.

16. Ordinatis legionibus, rex inde [k] progreditur, et regina celeriter reversa, optatum dilecti senioris sui in Saxonia sollicite prestolabatur adventum. Excercitum [l] autem nostrum cum prosperitate ad locum, qui Dobraluh dicitur[14], in pago Luzici [m] venientem, Heinricus et Iarimirus duces ad supplementum eiusdem cum suis properantes, laetificant, maioraque consilii et fortitudinis spe roborant. Hic ducibus corruptis et sua defendere cupientibus, per solitudines paludesque circumductus, admodum *gravatur, et *f. 108
ne cito ad hostem ledendum perveniret, invida eorum malignitate tardatur. Inde provinciam Nice vocatam itinere attingentes, iuxta Sprewam fluvium castra metatus est. Hunc cum hostem ex latere abdito nocentem Thiebernus, miles egreius [n], comperiret, ob laudem sibi specialiter usurpandam optimos e [o] consociis clanculum eligendo convocans, eum dolo intercipere temptat. Qui satis providus, ut sic melius sequentes lederet, inter lignorum condensitatem iacencium fugit, et sagittis, quibus maxime defenduntur, more solito remissis, primo hunc, posteaque Bernhardum, Isin et Bennonem, Arnulfi presulis inclitos satellites, cum aliis commilitonibus multis * 8. Idus Septembris incautos Sep. 6.

a) *add.* 1*b*. *) crimen quoddam, none episcopo deposito Alfkerus mo, servientium provisor in va, sanctae conversationis rel, tens miserabiliter dest, mutatur unde et miseriae fut, Hoc etiam quod, si fuisset dextrae *abscisa* 1. b) *ita* 2, *quibus tamen in* 1. *locus haud sufficiebat*, ab a. s. *desunt* 2. c) prosituręe 1. d) *crasum* 1. e) s. i. p. *add.* 1*b*. f) *ita* 1. *errore* 1*b*. *inde fecit* conversacio. g) iquitas 1. h) *Hunc locum* 2. *ita exhibet* exaltabitur — degradabitur et sanctorum patrum institutio redintegrabitur. Sileat v. que est C. p. e. o. l. m. lapides clamabunt, hec omnia non bene esse limata. Tuba euangelica sonat, n. o. esse, q. n. r. Veniet, inquam, veniet tempus, quo et istorum hypocrisis detegetur et antiqua patrum institutio per omnia laudabilior his diversis novitatibus esse cognoscetur. Nos peccatores postquam. i) resipiscenda 1. Omittenda quaeque respiciamus, admonitores nostros non spernamus, sed conversi promissa f. c. p. e. o. m. Dei acquiramus. Non v. m. a. n. quia ab eorum probatissima conversatione deviantes ipsis nimis inequales sumus. Nemo fidelium irascatur, cum propter Deum caritative ab aliquo admonetur. Caritas 2. k) rex a Liezka inde 2. l) exercitum 1*c*? m) luidere 2. liudice *A. S.* n) egrius 1. o) a 1*a*.

13) Augustinus in psalm. 63. p. 650. 14) Dobrilugk in Lusatia inferiori.

1005. Sept. prostravit[15] et despoliavit. Ob[a] hoc rex cum omni suimet comitatu dolore concutitur, et ob hoc Bolizlavus doluisse a nonnullis veracibus perhibetur. Post haec Liuzici nostris pridie quam ad Oderam fluvium venirent, sotiantur, deos suimet precedentes subsequuti[b]. Quamvis autem de hiis aliquid dicere perhorrescam, tamen ut scias, lector amate, vanam eorum superstitionem, inanioremque populi istius executionem, qui sint vel unde huc venerint, strictim enodabo.

17. Est urbs quaedam in pago Riedirierun[b*. 16] Riedegost[c. 17] nomine, tricornis, [f. 108'] ac tres in se continens portas[d], quam undique silva ab incolis intacta et [e]venerabilis circumdat magna. Duae eiusdem portae cunctis introeuntibus patent; tercia, quae orientem respicit et minima est, tramitem ad mare iuxta positum et visu nimis horribile monstrat[e]. In eadem est nil nisi fanum de ligno artifitiose[f] compositum, quod pro basibus diversarum sustentatur cornibus bestiarum. Huius parietes variae deorum dearumque imagines mirifice insculptae, ut cernentibus videtur, exterius ornant; interius autem dii stant manu facti, singulis nominibus insculptis, galeis atque loricis terribiliter 18 vestiti, quorum primus Zuarasici[18] dicitur, et pre caeteris a cunctis gentilibus honoratur et colitur. Vexilla quoque eorum nisi ad expeditionis necessaria, et tunc per pedites, hinc nullatenus moventur. Ad haec curiose tuenda ministri sunt specialiter ab indigenis constituti, qui cum huc idolis immolare seu iram eorundem placare conveniunt, sedent hii dumtaxat[g], caeteris asstantibus, et invicem clanculum mussantes, terram cum tremore infodiunt, quo sortibus emissis, rerum certitudinem dubiarum perquirant. Quibus finitis, cespite viridi eas[h] operientes, equum, qui maximus inter alios habetur et ut sacer ab his veneratur, super fixas in terram duarum cuspides[i] hastilium inter se [f. 109] transmissarum [f]supplici obsequio ducunt, et premissis sortibus, quibus id[k] exploravere prius, per hunc quasi divinum denuo auguriantur. Et si in duabus hiis rebus par omen apparet, factis completur; sin autem, a tristibus populis hoc prorsus omittitur[19]. Testatur idem antiquitas errore delusa vario[l], si quando his seva longae rebellionis asperitas[l] immineat, ut e mari predicto aper magnus et candido dente e spumis lucescente exeat, seque in volutabro delectatum terribili quassatione multis ostendat.

18. Quot regiones sunt in his partibus, tot templa habentur, et simulacra demonum singt[f]a ab infidelibus coluntur, inter quae civitas supramemorata principalem tenet 9 monarchiam. Hanc ad bellum properantes salutant, illam prospere redeuntes muneribus debitis honorant, et quae placabilis hostia diis offerri a ministris debeat, per sortes ac per equum, sicut prefatus sum, diligenter inquiritur. Hominum ac sanguine pecudum ineffabilis horum furor mitigatur. Hiis autem[a] omnibus, qui communiter Liutici vocantur, dominus specialiter non presidet ullus. Unanimi consilio ad placitum suimet [f. 109'] necessaria discucientes, in rebus efficiendis omnes concordant. Si quis vero [f]ex comprovincialibus in placito hiis contradicit, fustibus verberatur, et si forinsecus palam resistit, aut omnia incendio et continua depredatione perdit, aut in eorum presentia pro qualitate sua pecuniae persolvit quantitatem debitae. Infideles ipsi et mutabiles ipsi, inmutabilitatem ac[m] magnam exigunt ab aliis fidem. Pacem abraso crine supremo et cum gramine datisque affirmant dextris. Ad hanc autem[a] perturbandam et facile pecunia corrumpuntur. Hii milites, quondam servi, nostrisque iniquitatibus tunc liberi, tali 20 comitatu[20] ad regem auxiliandum proficiscuntur. Eorum cum cultu consorcia, lector, fugias; divinarum mandata scripturarum auscultando adimple, et fidem, quam Athanasius profitebatur episcopus, discens memoriterque retinens, haec, quae supra memoravi, nil esse, probabis veraciter[n].

a) *add.* 1*b*. b) *ita corr.* subsecuuti 1. b*) *ita* 1*b*. riedirerum 1*a*. Rederivi 2. c) riedegast 2. d) unaqueque per singula cornua *add.* 2. e) que nulli facile patet *add.* 2. f) artificiose 1c? g) duxtaxat 1. h) cupides 1. i) q. id *add.* 1*b*. k) varia 1*a*. l) *primum* s *erasum* 1. m) i. ac *e corr.* 1*b*. n) *Repetit cod.* 2 *quae iam dixerat:* Hi supra memorati milites quondam servi n. q. i. t. l. t. c. a. r. auxilium ferendi causa pervenerunt.

15) Calendarium Merseburgense Septembr. 7. *Esi laicus, Odo laicus cum aliis occisi sunt. Thiederic episcopus, Adala com., Benno laicus, Bernhaer .... h. V.* (*hora quinta*). Conf. Ann. Quedlinb. a. 1005. 16) De hoc pago, qui maximam partem, orientalem scilicet et australem, ducatus Meklenburg-Strelitz sive praefecturam Strelitz et Stargard occupabat, vide Lisch in Iahrbücher des Vereins für meklenburg. Geschichte und Alterthumskunde T. III. 17) Urbs plerumque dicta Rethra, haud procul a Prillwitz. Conf. de ea Adam. Bremens. II, 10. et IV, 13. 18) Idem nomen occurrit in epistola a S. Brunone ad Heinricum II. imp. data. 19) Conf. Grimm Deutsche Mythologie pag. 380 sq. 20) sc. idolorum suorum. *URS.*

19. Inde mox inparibus ducibus inequales turmae usque ad Oderam fluvium pervenientes, fixerunt tentoria iuxta amnem, qui Pober dicitur sclavonice, Castor latine. Quos Bolizlavus, munitis littoribus prefati fluminis, cum exercitu grandi in Crosno[21] sedens, ullo modo transire prohibuit. Sed cum rex 7 dies ibidem moratus, naves atque pontes pararet, divinus respectus missis speculatoribus suis* vadum ostendit optimum. Quem sex legiones in ipso diei crepusculo iussu regis intrantes, incolumes eo* fruuntur. Quod eminus agnoscentes Bolizlavi custodes, *triste nuncium ac incredibile seniori suimet celeriter detulerunt. Hic tandem per tres vel amplius legatos certus effectus, amotis propere castris, ipse cum suis, pluribus ibidem relictis rebus, fugit. Id rex cum suis cauto considerans, Christo laudes cum clero et omni populo alta voce cecinit, et cum securitate flumen pertransiit. Hii autem qui precesserunt, ni Liuticios diu tardantes exspectarent, hostes in tentoriis inprovisos opprimerent[b]. Quos nostri alacriter insequuti, veluti fugaces cervos persequi cum non valerent, ad consocios revertuntur. 21 *f. 110

20. Profectus est inde rex, et usque ad abbaciam, quae Mezerici[22] dicitur, perveniens, annualem ibi Thebaidae legionis festivitatem, qua maxima tunc veneracione potuit, complere studuit*; et ne monasterium hoc ac absentium mansiones monachorum aliquam a suis pateretur molestiam, studuit prohibere. Dehinc hostem in nulla suimet urbium pernoctare presumentem, proxima queque vastando, prosequitur, et non longius quam duo miliaria ab urbe Posnani, rogatus a suis primatibus, consedit. Excercitus autem in colligendis frugibus caeterisque rebus necessariis divisus, magnum ab insidiantibus inimicis sustinuit damnum. Interim per fidos intercessores regis gratiam Bolizlavus peciit, et exaudiri mox[a] promeruit. Tagino archiepiscopus cum aliis familiaribus regis ad civitatem predictam a Bolizlavo rogatus venit, et *cum iuramentis ac emendacionibus condignis firma pacis foedera apud eundem pepigit. Laeti tunc revertuntur nostri, quia itineris longitudine et nimia fame cum intermixta belli asperitate magnum sufferebant laborem. Septb. 22. *f. 110'

21. Post haec rex in nostris partibus, erutis tocius nequiciae auctoribus, optatae securitatis prospera solidare sumopere nititur, et Bruncionem[23], inclitum satellitem, in Merseburch, e[a] Sclavis autem optimos, Borisen et Nezemuisclen[c], cum caeteris fautoribus in Welereslevo[24] laqueo suspendi precepit. Sepe cum Sclavis in Wiribeni[25] iuxta Albim positam conventione habita, nolentibus seu volentibus hiis, necessaria regni suimet tractavit atque potenter finivit. Arnaburch prius devastatam ob defensionem patriae renovavit, queque diu hinc iniuste ablata[d] erant, restituit. Sinodali iudicio iniustas fieri nuptias, christianosque gentilibus venundari, presens ipse canonica et auctoritate apostolica prohibuit, Deique iusticiam spernentes spirituali mucrone[e] interfici precepit. 23 24

22. Interea Balduinum ducem Wlandariorum[f] iuventus et rerum affluentia ac mala iniquorum inflacio adversus regem armavit, et Valentinam urbem[26] possidere potestatique suimet subdere suasit.[27] Quod rex ubi primum comperit, ipse cum signis militaribus accedens, *eripere eandem assidua pugnatione temptavit; et nil proficiens abiit, expeditionem suam in proxima estate super Balduinum fieri, orientalibus et occidentalibus firmiter indicens. Advenit optatum tempus, exercitus grandis colligitur[28], et a rege cum eodem ad Scellam fluvium[29] pervenitur. Ibi se Balduvinus armato milite presentans, transitum regi prohibere frustratoria spe nititur; sed prudenti quorundam consilio nostri navibus alio latenter transvecti, eiusdem nimiam presumptionem ex inproviso irruentes confundunt. Fugiente eo, rex in Christo victore laetatur, flumen transgreditur, vicinitatemque contiguam populatur. Cum autem ad abbaciam, quae Gent dicitur, veniret[g], a confratribus illius aecclesiae susceptus, loco eodem[h] et bonis *f. 111 1006

a) *add.* 1*b*. b) *pro:* exspectassent . . . oppressissent. c) uezemusclen 1*a*. d) ablatorum 1*a*. e) mutrone 1. f) *Haec vox erasa in* 1. *sed ut dispici adhuc possit.* Flandrie *margini adscripsit recentior manus.* g) venirent 1*a*. h) eidem 1*c*?

21) Urbs Silesiae in finibus Lusatiae inferioris, Crossen. *URS.* 22) Meseritz iuxta Obram fluvium in provincia Posen. 23) *Brunzio occisus.* Necrol. Luneb. Septbr. 21. 24) Wallersleben 25) De conventu in Werben v. Helmoldi l. I. c. 18. 26) Valenciennes. 27) Conf. Balderici chronic. l. I. c. 114 fin. Sigebert. Gemblac. a. 1006. Ann. Quedlinb. h. a. 28) Conf. Balderici l. l. c. 115. Sigebert. a. 1007. Ann. Quedlinb. a. 1006. 29) Schelde.

1006. appertinentibus cunctis[a] pepercit. Tandem Balduinus magna necessitate coactus humili supplicacione veniam inpetrat, et non longe post perm anus regis[b] effectus, Walecorn[30] et[c] prenominatam urbem in beneficium adipiciscitur.

23. Mense Iulio et 12. Kal. Augusti Gisla, venerabilis matrona et mater regis nostri inclita, obiit et Ratisbone sepelitur[d]. Pacificatis tunc partibus hiis, generale con-
1007. cilium in Fronkenevordi[e] a rege ponitur, et hoc ab omnibus Cisalpinis antistitibus visitatur. Causam vero precedentem, lector, auribus accipe! Rex a puero quandam suimet
f. 111' civitatem, Bavanberg[f] nomine, *in orientali Francia sitam, unice dilectam pre caeteris excoluit, et uxore ducta, eandem ei in dotem dedit. Postquam autem ad regni curam divina miseratione promovetur[g], semper tacita mente ibidem episcopatum construere
ep. I, 2, 40. gestit. Sed quia, ut Flaccus testatur, *dimidium facti, qui cepit, habet;* novam ibi inchoat aecclesiam cum criptis duabus, et perficit. Omnia autem, quae ad divinum pertinuit misterium paulatim congregans, Heinricum Wirciburgensem episcopum sibi multum familiarem, ut proposito animi suimet asspirare voluisset, parrochiamque in pago, qui
31 a Radinzca fluvio[31] nomen sortitur, positam concederet, sibi concambio vendicandam sepe rogavit[h]. Dilecti senioris iustas peticiones presul benigne suscipiens, ea racione consensit, ut pallium suae permittens aecclesiae, Bavenbergensem sibi subderet pastorem; hocque, baculo suimet regi dato, et quodam predio pro commutatione prefata tradito, clam firmavit. Cum vero se archipresulatum nullatenus adipisci posse sentiret, promissa complere rennuens, ad concilium vocatus supramemoratum, venire noluit. Conseden-
f. 112 tibus ibidem ordine archiepiscopis cum omnibus suimet suffraganeis[i], rex humotenus prosternitur, et a Willigiso antistite, in cuius diocesi sinodus habebatur, elevatus, *cunctis presentibus talia fatur[k]: *Ob recompensationem futuram Christum heredem elegi, quia in sobole acquirenda nulla spes remanet mihi; et quod precipuum habui, me ipsum cum modo acquisitis seu adquirendis in sacrifitium Patri ingenito iam dudum secreto mentis optuli. Episcopatum in Bavanberge[l] cum licencia antistitis mei facere hactenus concupivi, et hodie iustum hoc perficere volo desiderium. Ob hoc serenissimam vestrimet interpello pietatem, ne absencia eius, qui apud me voluit obtinere, quod mihi non licuit huic concedere, propositum voluntatis meae queat impedire, cum in baculo eius mutuae confirmacionis signo clarescat, hunc non propter Deum, sed ob dignitatis nullatenus adipiscendae dolorem fugisse. Moveat omnium corda presentium, quod per ambitionem suam, sanctae matris aecclesiae augmentum anullare, cum nugigerula[m] legatione presumit. Ad haec firmiter constituenda contectalis meae presentis et unici fratris et coheredis mei[32] larga benignitas asspirat, et sibi placita[n] adimplecione hiis me eadem restituere, uterque pro certo sciat. Si quando autem episcopus venire et promissa dignatur suscipere, paratum me ad omne, quod vobis bonum videtur, procul*
f. 112' *dubio inveniet.* Finitis talibus alloquiis, Beringerus, antistitis *Heinrici capellanus, surrexit, propter timorem regis seniorem suum huc non venisse, et detrimentum aecclesiae sibi a Deo commissae in aliquo fieri numquam laudasse testatus[o], et obsecrat cunctos presentes per Christi amorem, ne talia fieri absente eo futurum sibi in exemplum paterentur. Privilegia eiusdem ibi alta voce recitantur. Inter haec quocies[p] rex anxiam iudicum sententiam nutare prospexit, toties prostratus humiliatur. Tandem archiantistite[q] Willigiso, quid[r] de hiis faciendum foret, iudicio perserutanti, Tagino primus respondit, haec tunc[s] secundum regis eloquium legaliter fieri posse. Cunctis presentibus eius sermonem tunc affirmantibus et subscribentibus, Everhardo[t] tunc cancellario cura pastoralis a rege committitur, et hic a prefato archipresule eodem die
33 consecratur. Post haec autem Heinricus antistes auxilio confratris Hiriberti[33] regis gratiam et adimplecionem sibi[u] placitam acquisivit.

a) *add.* 1*b*. b) miles *add.* 2. *A. S.* c) et Valencinam 2. Valentinianam *A. S.* d) Mense — sepelitur *add.* 1*b*. e) frankenuordi 1*c*? f) babanberg 1*c*? g) promotur 1. h) s. r. *add.* 1*b*. i) suffrac:aneis 1. (ne *erasum videtur*). k) *Cod.* 2 *et A. S. hoc exordium sermoni praemittunt*: Domini et patres gloriosi, a mea parvitate huc asciti hodie convenistis, et quamobrem vos asciverim, vestris auribus aperiam, precorque omnium vestrum clementiam, ut in his, que, spero, mihi divina gratia inspiravit, amore Christi inflammanti faveatis. Quia in sobole acquirenda nulla mihi spes remanet. l) ę *erasum* 1 m) nuigerula 1. n) placito 1*a*. o) quocies *corr.* quocies 1. p) architistite 1. q) qd 1. r) *ita in loco raso* 1*b*.haec tunc iusta voluntas et petitio regis consensu omnium vestrum legaliter potest impleri 2. *A. S.* s) aeuerhardo 1*a*.

30) Walchern. Cf. Baldericum III, 2. 31) Rednitz. 32) Sc. Brunonis, episcopi Augustani. 33) archiepiscopi Coloniensis.

24. Sed quia raro illucescit[b] serenitas, quam non sequatur caliginosae nubis obscuritas, regi pascha Ratisbone celebranti[33] de Liuticis et ab hiis, qui a civitate magna Liuilni[b*] dicta missi fuerant, et a Iaremiro duce, Bolizlavum multa sibi contraria molyri cupientem asserebant, seque ad haec perficienda verbis ac pecunia ab eodem introduci *affirmabant. Intimabant quoque ei, si hunc amplius in pace et gratia suimet haberet, *f. 113 ut servitutem eorum firmiter non teneret. Haec rex cum suis principibus[c] caute considerans, diversaque ab hiis consilii responsa percipiens, iniquae voluntati eorum in hoc consensit, quod generum suimet Hirimannum[34] illo mittens, condicta pacis foedera[d] interdiceret. Quam legationem ab internuntiis Bolizlavus comperiens, prefatum comitem, quamvis ad se prius invitatum, non bene suscipit, et percepta ab eo narratione, in multis se excusat: *Sciat*, inquiens, *testis omnium Christus, quicquid[e] deinceps facturus sum, id invitus implebo.* Post haec collecto exercitu, pagum, qui Morezini[35] dicitur, iuxta Magadaburch iacentem populatur, et fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis prius coniunxerat, hostili assperitate disrupit. Inde ad urbem, quae Zirwisti[36] dicitur, veniens, urbanos terrore gravi et hortatu dulci devictos secum vehebat. Hoc totum nostri comperientes, tarde veniebant, ac morosius eos[a] insequebantur. Horum primicerius fuit Tagino archiepiscopus; et haec omnia prius sciens, non bene providebat. Fui hic equidem cum illo; et cum nos omnes ad locum, qui Iutriboc appellatur, venissemus, visum est sapientissimis, non esse consilium, hostes tam parva multitudine persequendos, et reversi sumus. *Bolizlavus autem Luzici, Zara[37] et Selpuli *f. 113 denuo occupat, et non longe post Budusin civitatem presidio Hirimanni[f] comitis munitam socer invidus possedit. Mittens autem nuncios suimet, urbanos postulat, ut urbem hanc sine utrorumque labore sibi redderent, et nullam a seniore suo ereptionem sperarent. Fit pax mutua ad 7 dies. Iste parat impugnationes; hii per legatum suimet a domino et a principibus regni suppliciter auxilium poscunt, se alios 7[g] dies hosti resistere promittentes. Venit marchio Hirimannus[h] ad Magadaburg, Walterdum tunc prepositum interpellans, omnesque specialiter per legatos evocat primates, quos multum hic tunc[i] tardasse vehementer queritur, et tamen milites suos per internuncios solatur. Qui cum assidua Bolizlavi impugnatione laborarent, viriliterque diu resisterent, videntes nonnullos ex sociis eorum nutare, dominumque se ad liberandos non venisse: licentiam hinc exeundi cum omnibus, quae habebant, apud ducem prefatum impetrantes, urbem ei[a] reddiderunt, tristesque patriam repedabant. 1008?

25. Mortuo post pascha[h] Treverensis aecclesiae archiepiscopo venerabili Liudulfo, cappellanus eiusdem Aethelbero[l], frater reginae et immaturus iuvenis, plus timore regis quam amore religionis communiter eligitur. Rex autem ut hoc audivit, *prioris non *f. 113 inmemor in germano eiusdem Thiedrico[38] non premeditatae constitutionis, uxorem dilectam caeterosque suimet familiares de episcopatu eodem inpetrando sollicitos sprevit, et Meingaudo[m], Willigisi[n] archipresulis camerario, nobili secundum carnem viro, eundem dedit. Propter hoc subdolae generationis furor accenditur. Palas[39] a Trevirensibus[o] contra regem firmatur, ac terra haec hactenus pacifica crebris concremacionibus quatitur, et quicquit hii inmites in dominum lenem prius peccaverunt, equali lance[p] receperunt. Quid hii omnes hic et in futuro examine dicturi sunt, quorum culpa ineff- 1008. 39

a) *add.* 1*b*. b) illusessit 1. b*) *ita* 1*b*. liulni *aut* luilni 1*a*. Luvirm *A. S.* c) princibus 1. d) faedera 1*a*, *eraso* a. e) quicqit 1*a*. quicqid 1*b*. f) herimanni 1*c*. g) VII. *eraso numero V.* 1. h) h̄ 1. i) hic tunc *in loco raso* 1*b*. k) p. p. *add.* 1*b*. l) aethelberto 1*a*. athelbero 1*c*? m) meingozo 1*a*. n) auilligiso 1*a*. o) trever. 1*c*. p) lancea 1.

33) Quae Thietmarus in a. 1008 collocare videtur, Ann. Quedl. a. 1007 tradunt. A 1008 regem Merseburgi pascha celebrasse, Ann. Hildesh. dicunt. 34) Qui fuit tunc marchio Milzenorum s. Budissinensis marchiae, ex anno 1010 Misnensis. 35) Mortsani, pagus inter fluvios Albim, Stremmam, Helam et Nutham situs. 36) Zerbst. 37) Pagus situs in Lusatia inferiori et Silesia, circa civitatem Soraw. 38) episcopo Mettensi. 39) Sub hoc nomine venit palatium archiepiscopi Trevirensis, die Palz sive Pfalz, vetustissimum aedificium, altis muris, magnis et perspicuis fenestris, ex duris lapidibus constructum. Palatium nominabatur, quod sedes antiquissima fuit et habitatio regum Francorum, in quo et Palatini comites domicilium habuerunt. v. Broweri T. I. Annal. Trevirens. L. X. p. 500. it. Schekmann medull. gest. Trevirens. c. 2 A magno hoc palatio diversum est suburbanum oppidulum et castrum ad sinistram Mosellae ripam, paullo infra Trevirim urbem, quod hodie palatiolum, das Pfalzel, vocatur. v. Chron. Gottwic. T. I. p. 501. 515. Palas vero ap. Ammian. Marcell. XVIII, 2. ab his plane diversum est. *URS.*

1008. fabili aecclesia[b] mater incorrupta tocies in filiorum suimet nece et despoliacione gemens, lacrimas a maxillis descendentes ante conspectum vindicantis Dei fundit? Tali presumptione rex commotus, illó cum exercitu properat, archiantistitem inthronizatum ibidem consecrari, Aethelberonemque[c] excommunicari precipiens. Obsidione eciam continua eos, qui Palas tuebantur, in tantum constrinxit, ut fame et assidua inpugnatione defatigati, aut interius perire aut in potestatem regis inviti deberent exterius venire.[40] Quod ne fieret, Heinricus dux improvisa calliditate impediens, eos exire inlesos apud regem obtinuit. Postquam vero de hiis rei certitudinem rex inquisivit, gravitate
'f. 114' mentis 'id ferens, ut in sequentibus referam, ultus est.

26. Interim antecessor meus[d] longa infirmitate detentus, diem sollicitus supremum prestolatur. Sed quaedam de eo ante conclusionem ad memoriam eiusdem expedire mihi[a] libet. Hic ex optimis Turingiae australis parentibus originem, in Magadaburg autem ab Ohtrico[e] disciplinae regimen sumpsit. Hunc egregie[f] educatum Gisilerus archiepiscopus sibi familiariter[g] in servicium ascivit, et multo tempore secum habuit, benefitio singulari et archipresbiteratus offitio demulcens. Novissime autem quaedam ei iniquorum assidua susurracione subtrahens, mentem eius in tantum abalienavit, ut relictis omnibus suis, Heinrico regi, sicut prefatus sum, adhereret, optimeque ei placeret. Fuerat enim egreius[h] et statura et facie, facundia et voce pulcherrima, sapiens in consilio, iocundus in concilio, ac largitatis inmensae; unde divina visitatione et tali virtute sacerdotalis[i] gradum ascendit. Qui in diebus sibi divinitus concessis haec suae acqui-
41 sivit aeclesiae: Sidegeshusun[41] et Wiribeni, in Derlingun 9 mansos, ac in Daliwi 7, in Ninstidi 3. De sua vero proprietate concessit in Uppusun 7 mansos et saltum, qui Pulcher mons dicitur. De libris rebusque aliis divina respicientibus[k] misteria multa
cod. Br. f. 248. contraxit. Non minus quam decem annos toxicata[l] ['lesus potione, crebram passionem corporis et in mense Martio maximum sustinuit laborem. Si quid in eo suis vel alienis umquam occurrit contrarietatis, hoc stimulus effecit immensae infirmitatis. Predicatione assidua commissos a vana superstitione erroris reduxit, lucumque Zutibure[m] dictum, ab accolis ut Deum in omnibus honoratum et ab aevo antiquo numquam violatum, radicitus eruens, sancto martiri Romano in eo ecclesiam construxit; praeter hanc tertiam et quartam in Magadaburg multasque alias ipse dedicavit. Si quid in eum varium
Cato. dist. I, 5. vulgus et sepe mentiens garrivit, bonis incredibile satis esse persuadeo. Multi enim, cum alios culpant, ignorant, quoniam nemo sine crimine vivit. Hic venerabilis vir quinque annos in episcopatu et sex ebdomadas et dies quinque sedit. Flebiliter sepe
1009. peracta confessione, et ab episcopis Wigone[42] et Herico[43] in extremis eum visitantibus percepta remissione, nono Kal. Aprilis feria tertia in Merseburg de hac luce ad Chri-
44 stum, ut spero, felix migravit[44]. Sepultus est, ubi unus electorum Christi, dux eius dum vixit et socius, per visum sibi prius monstravit.

27. Huic equidem ego, qui haec scribo, indignus succedere a pio pastore Tagi-
45 none[n] predestinabar. Natale Domini[45] in Palithi[o] celebrante rege, cum simmista[p] suo Taginone ipse tractavit, qualiter post mortem Wigberti presulis Merseburgensem ecclesiam bono provisori commendaret. Cui ille inquit: *Est in meo monasterio quidam frater nomine Thietmarus, quem vos ipsi*[q] *bene nostis; hunc sua modo prudenter disponentem ad hoc, largiente Deo, spero idoneum.* Ad haec rex infit: *Utinam hanc voluisset suscipere, qui me fautorem certissimum ad ea, quibus indigeret, non dubitaret habere.* Nepos meus Thidericus ilico ad me mittitur, qui haec mihi ex parte

a) *add.* 1b. b) ęcclesię 1. c) ath. 1c? *saepius.* d) Wigbertus *add.* 2. e) oftrico *seu* ostrico *corr.* ortrico 1. f) egreie 1a. g) familialiter 1. h) egrius 1. i) *deest:* dignitatis. k) respicienstibus 1. l) *Hic in* 1. *folium excisum est, quod supplevimus ex* 2. m) Zudibure *A. S. a.* 1009. *Legendum videtur* Scutibure, *cuius villae ecclesiam ab Heinrici II. imperatoris praedecessoribus iam donatam fuisse, discimus ex eiusdem charta d.* 1012. *Oct.* 17. *apud Höfer Zeitschrift T. I. p.* 162. *et Gestis episc. Merseburg..* n) thaginone 2. *semper.* o) palithe 2. p) simpnista 2. simmista *A. S. a.* 1009. q) ipse 2.

40) Conf Gesta Trevirorum c. 46. Ann. Quedlinburgens. a. 1008. 41) Ni fallor, est Sotterhausen in praefectura Sangerhusana; Werben, vel etiam Werbelin in praefectura Delitiensi; Nieder - Roeblingen in praefectura Alstadiensi; Thaldorf in praefectura Querfurtensi; Nienstaedt in praefectura Sangerhusana. *URS.* 42) Brandenburgensi. 43) Havelbergensi, qui nuper Hilderico successerat. 44) Anno 1009. v. Ann. Quedlinb. Diem 9. Kal. Apr. non 3. sed 5. feriam fuisse, iam Wedekind annotavit. 45) sc. 1007. conf. Ann. Hildesh. 46) Ni fallor, erat ille praepositus ecclesiae Halberstadiensis, qui an. 1018. obiit, de quo Chron. Halberst. et Ann. Quedlinb. h. a. *URS.*

regis et episcopi[b] intimaret, et ad haec facienda pro posse persuaderet. Ego in Magadaburg positus legacionem hanc percepi, et talibus respondi: *Deus omnipotens domino et patri nostro pio vicissitudinem retribuat, quod mentionem meam alicubi in bonum facere dignatur. Ad haec me immeritum esse iudico, unde ea laudare adhuc nequaquam presumo. Potens est enim Deus, episcopum adhuc viventem de manu mortis eripere; si autem prorsus recuso, me ab solita eius gratia repudiari vereor; non est mihi preter hunc aliquod auxilium, a quo vel haec promereri, vel maiora valeam percipere. Post mortem presulis quid Deo placet in potestatibus ab eo constitutis vita comite libenter adimplebo.* Rex autem in Franconevord[a], audita morte episcopi, memoriam pro eo debitam precepit fieri. Iam vero tum quorundam instinctu mentem suam a me ad meliora convertebat; voluit enim Ethelgero cuidam bene merito honorem hunc impendere. Quod cum regis familiaris Tagino resciret, summopere renuit, et cum assidua supplicatione eo me] *cum[d] gratia regis per Gezonem prepositum vocavit. Venit *f. 115
ille ad me ad curtem meam, quae Retmerslevo dicitur; et ea nocte vidi baculum episcopalem iuxta lectum meum stantem, et interrogavit me unus, dicens: *Vis aecclesiam suscipere Merseburhgensem?* Et ego: *Si Deus vult*, inquam, *et, qui iubet venire, archiantistes.* Ille autem prosequutus: *Cave*, infit, *quia quicumque sancto cerebrum movet Laurentio, statim insanit.* Cui mox respondi: *Tueatur me custos hominum Christus, ne in hoc vel in aliquo offendam maiestatem divinam, sanctorumque intercessionem avertam.* Cumque evigilarem, obstupui[e], et protinus exiliens, iam clarum diem fenestras intrare vidi; et ecce is, de quo nunc dicebam, intravit, et ostensis mihi duabus epistolis, in sabbato sancto ad Augustanam urbem me rogavit et[f] precepit venire Veni ad Parthenopolim, et in die palmarum cum licentia prepositi ac confratrum inde profectus, 3. feria post resurrectionem dominicam loca attingebam predestinata, et ab archiepiscopo, quamvis irato, quod sic tarde venirem, misericorditer susceptus sum. Postera die vocatus, interrogabar ab eo iussu regis, si aliqua parte hereditatis meae eclesiam vellem adiuvare meam. Cui talia referebam: *Vestra iussione huc veni, et de hoc modo nil certi nec possum vel volo respondere. Si divino consensu et regis largitate vestra voluntas, pia semper in me, hic adimplebitur, *quicquid in hoc aut in rebus *f. 115'
aliis pro animae remedio meae et de debito commissi facere possum, devotus implebo.* Hoc verbum archiantistes benigne suscipiens et laudans, me ad cappellam Brunonis episcopi, ubi rex eundem exspectabat, duxit, et paratus[f'] ad missam, regi me per manus tradidit. Qui ut cum electione presentium pastoralem mihi curam inmerito commisit cum baculo, et prostratus veniam petii, cantor introitum incepit: *Venite benedicti patris mei.* Et in maiori ecclesia omnes interim ad missam campanae sonabantur; quod etsi casu et non iussu alicuius seu dignitate mea evenisset, tamen rex bonum hoc esse omen testatur. Peracto tunc ibi magno[g] a Brunone venerabili presule convivio, proximo sabbato ad Novam Urbem[47] venimus. Ibi tunc in octavo dominicae sollempnitatis die a predicto archipresule, Hilliwardo confratre nostro adiuvante, et coepiscopis non minus quam 4 asspirantibus, in regis presentia crismate in sacerdotem perunctus sum 8. Kalendas Mai. Inde Ratisbonam in Danubio flumine navigio perducimur[g'].

1002.

Pers. Sat. III, 1.

April 10.

April 19.

47

April 24.

28. In diebus illis famis magna in hac regione fuit[h]. Interea Heinricus dux rebellionis gratia Bawariam clanculum intrare presumens, interclusum sibi aditum a provida regis sollercia ut primo persensit, mox fugiendo revertitur. Quocirca optimi Bawariorum Ratisbone regali edictu conveniunt; et quamvis *duci suimet ad tres an- *f. 116
nos se alterum non eligere omnes sponte iurarent, tamen ob[i] hoc a rege iurgati, blandiciis atque minis ab eius famulatu et auxilio deducuntur, sibique specialiter assumuntur. Ibi tunc confratres de monasterio Christi martiris Emmerammi, quod Arnulfus imperator in honorem eius construxit, hicque ad corporaliter[k] pausandum elegit, unanimiter regis pedibus provoluti, ex parte presulis suimet Gebehardi multa flebiliter[l], me eadem audiente, queruntur, et laici presentes magnis lamentationibus hiis subsequuntur. Difficile est mihi enarrare et alicui credere, quanta de hoc populus sibi subditus ad vanam

a) *add.* 1*b*. b) archiepiscopi *A. S.* c) franckenvort 2. d) *Pergit hic cod.* 1. e) obstipui 1. f) rogauit. Aet *corr.* Et 1. f') p. sum 1*a*. g) magna 1*a*. g') perducim' 1. h) In — fuit *add.* 1*b*. i) bb 1*a*. k) corparaliter 1*a*. *caspius*. l) flebiter 1.

47) Neuburg ad Danubium.

1009. pertinentia superstitionem animaeque detrimentum suae dissereret. Hoc solum scio, quod moribus et raris apparatibus huic similem numquam vidi, neque[b] de antiquioribus
48 audivi. Si interiora exterioribus concordant, aut melior est caeteris, aut[48] longe inferior. Optime prius culta diruens, novis insudat maximis laboribus. Patriam cum commissis deserit, aliena, et quamvis longe sunt, supervacuis cultibus colit. Deum testor, quod non ob reprehensionem sui tantum haec loquor — quia nostra fragilitas in proximis dissimulanda, et ob melioracionem est castiganda — quantum veritate ad hoc me persua-
*f. 116' dente vehementer hoc cum multis ammiror. Propicius *illi Deus, ut si haec bona intentione faciat, in iustificationibus Dei sine querela cursum huius peregrinationis incedat. Si autem tumore elacionis aliquo magis inflatus, quam[c] amoris fomite spiritualis tanta operatur, ad vituperandam solum presentium conversationem, convertatur ab iniquitatibus suis, ac per lucracionem secularium aedificationem fidelium sequutus animarum, nullo prematur detrimento sui. Felix est in Christo, qui aeternam iusticiae cultu memoriam, et a malo suspensus auditu, divinam promeretur ad dexteram vocationem.

29. Rex dum haec, quae nunc longe progressus aiebam, discutit, ad invadendam episcopalem cathedram iussu regis ego precedebam. Primoque ad curtem meam, scla-
49 vonice Malacin[d] dictam, teutonice autem Egisvillam[49], veni, et subsequenti luce iuxta Elstram fluvium et Iteri oppidum[50], cum convocatis aecclesiae meimet famulis[e], ad consolandum presentes et ad vocandum absentes loquebar. Fugerat enim maxima horum[f] multitudo suimet inconstantia et antecessoris mei infirmitate prevalida. Inde ad Mer-
51 seburhg proficiscens, per Ericum antistitem[51], a confratribus primo honorifice susceptus, inthronizabar. Dies dominica crastino illuxit, et ego peccatorum missam cantans, populos advenientes amonicionis egentes[g] institui, et peccata confitentibus divina pote-
f. 117 Mai. 23. state, tamen infirmitate mea, resolvi. 2. feria rogationum[g] dies incipiunt, et hinc ad Magadaburhg peticione archiantistitis mei pergens, 4. feria a spiritualibus meimet fratribus, non pro qualitate meriti, set pro quantitate amoris inmensi, succipiebar. Ascen-
Mai. 26. sionis inclitum et regale misterium communi devotione pro nostra possibilitate peregimus.

30. Inde ad Wallibizi, ubi tunc prepositus confratres Deo semperque virgini Mariae ibidem servientes 7 annos ac tres ebdomadas[h] et tres dies rexi, tantum onus simoniaco, pro dolor! subiens exemplo, non in pecunia, sed in predio patruo meimet dato. In hoc multum culpabilis, spero districti iudicis veniam, quia ob defendendum gregem dominicum et instituta parentum observanda multo magis id egi. Ergo te lectorem per Deum testor, ut textum huius narrationis inspicias, et pro qualitate meriti discernas, examinatorisque venturi horridam faciem lacrimabili supplicatione preoccupes. Avus
52 meus, de quo predixi[52], Liutharius, postquam in dominum suimet et regem deliquid, nevam hanc abluere sedulo cogitavit. Unde monasterium in loco, qui Rivus[i] dicitur silvaticus, in honore sanctae Dei genitricis construxit, ibidemque Willigisum statuit prepositum, concedens fratribus hiis ad victus vestitusque necessaria decimam hereditatis suae partem. Quo discedente, uxor sua Mahtildis votum dilecti senioris sui, faven-
*f. 117' tibus ad haec duobus suimet filiis, perficere anhelavit, *et post obitum Willigisi patris egregii[k] Reginbertum de orientali Francia natum succederé fecit. Hic decurso multorum spacio annorum, mortuo[k*] tunc patre meo et matre eius, auxilio patrui meimet
53 Liutharii Antiquae civitatis[53] antistes a tercio Ottone effectus est. Fuit tunc in nostra vicinitate clericus nobilis genere, Thiedricus nomine, qui suasu prefati comitis decem[l] mansis preposituram hanc comparavit. Quo tot annis vel plus sedente, defuncta matre mea, ego heres tercius successi, et predii medietatem[m], quae cenobium respiciebat prefatum, a confratribus[n] meis suscepi. Exin patruum sepe alloquebar meum, quatenus mihi liceret curam subire predictam; et si non potuisset id fieri dono, saltem fieret

a) *add.* 1b. b) et 1a. c) quam et *aut* quamque 1a. d) matauin 1a. e) famulus *corr.* familis 1. f) harum 1. g) egens 1. g*) rogantionum 1. h) ebdomas 1. i) qui riuus *add.* 1b. k) egrii 1a. k*) mortua 1. l) tredecim 1a. m) meditatem 1. n) nofrib. 1.

48) Sc. si non concordant. 49) Eisdorf in praefectura Lützen. 50) Eytra. 51) Havelbergensem. 52) II, 13. 53) Aldenburg in Wagria.

mediocri precio. Hic[b] post longam animi constantis deliberationem[a], posthabito caritatis et affinitatis debito, magna ex parte mea poposcit; et quia in fratribus meis nullo fruebar amminiculo, desiderio eiusdem, pro dolor! consensi, ac eiusdem aecclesiae, cuius tunc fui paterna tradicione servus, dominicae[a] incarnationis anno millesimo 2. Nonas Mai. custos effectus sum, annuente id antecessore meo ob acceptam commutationem sibi placitam. In hoc offitio plus iniquitatis quam divinae aequitatis ociosus operator exegi, et pro hoc dignos penitentiae fructus numquam exercere conabar. Non ullum consanguinitatis linea mihi [c]coniunctum accuso, sed bona pro malis omnibus his exflagito. [c]f. 118. Mortua uxore fratris mei, rogatus sum ab eo, ut[a] sepulturam ei preparare voluissem optatam. Sed cum scirem, Willigisum venerabilem ibi esse tumulatum, primo rennui, ac postremo rectum et pudorem voluntati eiusdem supposui, miserque aggressus sum, quod utinam non fecissem; et quod gentibus nefas videbatur, christianus ego in deiectione sepulcri et ossium[a'] confratris mei operabar, et calicem argenteum, quem ibi inveniebam, pauperibus ad dividendum reservari precipiebam, quem postea nullatenus comperiebam. Agnovi post[a] in infirmitate sequenti, quia in Deum nimis peccavi. Sed cum hanc divino superarem auxilio, causa orationis Coloniam pecii. Quadam autem nocte audiens clamorem immensum, quid hoc esset percontatus sum. *Et hic ego sum*, inquid, *Willigisus, qui culpa tui errans vagor.* Expergefactus mox obstupui[f], et usque huc, et quamdiu vivo, culpabilis hoc ingemisco.

31. Ad percipiendum presbiteratus ordinem ad Alstidi civitatem a domino Taginone vocabar, et in via hac peracti facinoris confessionem feci, et quod ad emendationem eius promisi, pro debito non complevi. Presbiterii vero dignitatem 12. Kalendas Ianuarii a prefato archiepiscopo, presente Heinrico rege et casulam mihi optimam largiente, indignus percepi. Antequam vero episcopus ordinarer, in ea ebdomada, qua 1008. recordacio fratrum a cunctis fidelibus universaliter celebratur, talia per somnum quidam Oct. 11. mihi nunciat: [c]*In hoc*, inquiens, *anno presul Hillericus et Meinric decanus ac tu mandatum Dei inplere debetis.* [c]f. 118'. Cui sic respondebam: *Ut sit voluntas in coelo, sic fiat.* Et in ipso mense et in tertia[g] Kalendas Novembris, quae tunc proxima fuit, antistes predictus, ut sibi prius revelatum est, in Christo exhalavit[54]. Sed quia Deus omnipotens humanam fragilitatem sepe dignatur[h] visitare et consolari, congruum est, laudibus et scriptis hoc posteris innotescere, ut[i] glorificetur[k] nomen Domini, et prospiciat homo instabilis sibi. Praesul supramemoratus, in Magadaburg invalescente prius[a] nimia corporis egritudine, a quodam egreio viro in somnis sibi apparente sic ammonitus est: *Ne sis modo de fine tuo sollicitus. Quatuor annos et duas ebdomadas vel tres exspectabis, et bona quaecumque possis operari, non desistas*[k']. Haec locutus evanuit[l], et sicut iste predixit, episcopus mente, ut spero, vigilanti supervixit, morte, pro dolor[l']! subitanea lineam vitae huius concludens supremam. In sequenti nocte lux magna et a multis visa aparuit[m]. Post omnium memoriam sanctorum ego de me multum pavidus Nov. 2. licentiam abeundi a decano postulavi, et eundem, ut se provideret, ammonui. Ad curtem[n] meam, quae Retmerslevo[o] dicitur, veni, et in nocte proxima suppliciter Deum rogavi, ut aliquam de me certitudinem dignaretur aperire. In primo subsequentis diei crepusculo, id est in vigilia sancti Martini, ut paululum quiescebam, sic tunc, ut mihi Nov. 10. videbatur, Walterdus, tunc noster prepositus, haec dicens [c]apparuit: *Vis tibi profutura* [c]f. 119. *scire?* Et ut voluntatem meam in hoc sensit, mox volumen unius martyrologii[p] diligenter inspiciens, plumbum[q], quo murus mensuratus dirigitur, tacendo inmisit, et post longum temporis intervallum hoc substitit. *Et quid nunc est?* aio ad eum; et ille: *Quinque*, inquid; et vidi manifeste numerum hunc atramento signatum, incertus, utrum dies, an ebdomadas, seu menses, an signaret annos. Et protinus respondebam ei, utrum prius indictum, an posterius innotesceret tempus; et ille tacendo exivit. Equidem

a) *add.* 1b. b) E 1. c) longa a. c. deliberatione 1. d) serus dominicę *et post anno add.* 1b. e) rogatus — ut *et* ei *add.* 1b. e') ossuum 1a. f) obstipui 1. g) tercia 1c? h) dignitatur 1. i) enarrare: laus et honor Christo, quo magnificetur in isto 2. k) glorifecetur 1a. k') exspectabis. Tu vero tempus a Deo tibi concessum non negligas, sed quicquid boni possis, instanter operare, ut eternam vitam promerearis. 2. *A. S. a.* 1008. l) evanuit. Dixit, et in vacuas se mox transfuderat auras 2. l') prodor 1. m) In — apparuit *add.* 1b. n) cortem 1a. o) retmerslene 1c? p) martorlogii 1. q) blumbum 1.

54) Hillericus, episcopus Havelbergensis obiit anno 1008; v. Ann. Quedl.

1009. premonstratas mihi inducias cura non sine maxima notavi, sed bonis operibus nullatenus[b] preveni. Adveniente quinto mense, quamvis plus mortem quam hoc sperarem, completur utrumque in accepto episcopatu somnium, quia in eo preceptis obedivi divinis, et numerum complevi signatum. Unde inconveniens esse mihi videbatur, ut sine speciali rectore aecclesia, quam actenus regebam, esset, ac eidem Willigisum, fratrem meum ex patre, huius altaris servum, communi fratrum consilio preposui; et inde Iun. 5. ad Mersseburg veniens, cum domino meimet rege proximum pentecosten celebravi[55].

32. Dehinc ad Magathaburg omnes venimus. Ibi tum nepos meus marchio Wirinharius a rege in multis accusatus, gratiam eius et beneficium suimet instinctu Daedi[a] comitis perderet, nisi infirmitas eius subitanea id[a] inpediret, et ni hoc Burchardus f 119' comes palatinus [a]prudenti consilio differret. Rex inde progressus, varias occidentalium mentes probare, et ne solito commoverentur, sedare temptavit[56]. Quos nonnulli iniusticiam dominorum suorum pati nolentes laudant, nos autem quasi ignavos econtra vituperant. Sunt[c] plerique, qui corporis voluptatibus cunctis servientes, freno equitatis a Deo inpositae regi nullatenus curant, sed hoc, virtute seu fieri valet arte, de futuro nil solliciti[d], defendunt, et omnes in hoc sibi non consentientes detractione et odio insaciabili persequuntur. Sed ego hiis neque suimet fautoribus consentio; quin potius illis, qui Deo se potestatibusque ab eo constitutis humiliant et cedunt, asspiro, quibus videtur esse sacius, omnia propter Deum pati, quam litigio[e] et execrabili periurio divinam maiestatem offendere. Nostri predecessores, suis senioribus semper fideles, in extraneas nationes, ac non in viscera, optimi seviebant milites. Hoc posteritas discat et alia fugiat, et quae mutanda sunt, non in peius, sed semper cf. Matth. 5. in melius transferre contendat; beatitudinem octenam libenter attendat, eorumque opposita fugiens, eam apprehendere studeat. Quid illos amplius corripere vel hos attollere volo, cum unusquisque pro qualitate sui seminis pro certo recipiat fructum futurae messis? Cum pro corruptibilibus accipiendis semper laboramus, cur non ad f. 120. indeficientis coronam [a]honoris sublato timore aliquantulum properamus? Hanc ad capiendam rex noster, ut predixi, in itineribus et aliis necessitatibus maxime laborans, amicos fecit sibi inimicos, iuste eosdem exosus.

33. Interim Daedi comes magnum dedecus in verbis et in operibus predicto nepoti meo inferens, excitavit malum, quod fore putavit oblitum. Consilio enim eius 57 et auxilio urbs patris eius et nostra Walmerstidi[57], slavonice autem Ustiure, eo quod Ara et Albis fluvii hic conveniunt, vocata, combusta est et depopulata. Commovit hoc omne animosum iuvenis egregii pectus, et cum hostem de civitate Tongeremuthi[58] dicta, quia Tongera fluvius ibidem in Albiam cadit, equitare veraciter comperiret, fratrem meum Frithericum cum 20 tantum militibus armatis secum sumens, a sumitate[f] unius campi ad Mosum villam[59] pertingentis, qua eminus asspici[g] potuit, viriliter aggreditur, et eundem, fugientibus mox plus quam 40 sociis, fortiter resisten- 60 tem, cum Egilhardo suimet milite occidit[60], et post hoc iuste perdidit, quod prius pene[h] inracionabiliter eius persuasu amisit.

34. Sed si te lectorem audire delectat, unde is fuerit, de tribu, quae Buzici[61] dicitur, et de patre Thiedrico originem duxisse accipies. Hic Rigdago marchioni, agnato suimet, ab infancia serviebat, et gemina cordis ac corporis virtute pollebat; f 120'. et, ut predixi[62], Boemios [a]adversum nos insurgentes ad Citicensem perduxit[i] aecclesiam. Ubi cum hiis vastando circumquaque perlustrans, ad ultimum captivam matrem suam, hostis, non filius, cum caetera adduxerat preda. Post haec reconciliatus, regis

a) *add.* 1*b*. b) nullatus 1. c) a *erasum* 1. c*) Sed *corr.* Sunt 1. d) sollititi 1. e) quas ligitios 1*a*. *sed duobus s erasis*. f) assummitate 1*a*. g) *primum* s *erasum* 1. h) pene *corr.* poene *sed* o *post eraso* 1. i) perdux 1.

55) Iun. 9. rex adhuc in Merseburg fuit. V. chartam eiusdem apud Höfer l. l. T. I. p. 159. 56) De Lothariis conf. Widukindi l. I. c. 30. 57) Wolmirstedt. 58) Tangermünde. 59) Mose, villa in vicinia urbis praedictae. 6) Calend. Merseburg Iulii 9. *Daedi obiit comes Aeilherdus.* Ille in Necrol. Luneb. Iul. 10. Conf. Ann. Quedl. a. 1009. Notanda tamen in Necrol. Luneburg. Novbr. 13. adscriptos esse Tadonem occisum et Eghillerdum laicum. 61) Ut mihi quidem videtur, Thietmarus hic tradit, Dedi illum fuisse ortum e gente, quae nomen traxit a villa Busci, hodie Pausitz, sita in diocesi sua, haud procul a civitate Leipzig. De villa Busci v. chartam Ottonis III. imp. a. 991 Sept. 18. datam apud Höfer. l. l. T. I. p. 531. 62) III, 10.

efficitur tertii Ottonis, et in parvo tempore gratiam eius et familiaritatem promeruit. 1009.
Interim Bio, comes Merseburgensis, in expeditione obiit, et Gunterus archiprosul
huius comitatum, qui inter Wipperam et Salam et Saltam[63] ac Villerbizi[64] fluvios 64
iacet, isto acquisivit[b]. Insuper Zurbizi[c-65] burgwardum, quem antecessores sui in
benefitium possiderunt, sibi et confratri suimet Fritherico vendicavit. Insuper Thied-
burgam, Thiedrici marchionis filiam, duxit[d], et ob hoc omne adeo intumuit, ut regi
molestiam in oculto et multis offerret[e] in aperto. Proximum natale Domini rex in Dec.
Palethi celebravit, et ibidem Thiedrico, predicti comitis filio, comitatum ac[f] omne 25.
beneficium iure et ortatu[f-] reginae ac principum[g] suimet dedit. Insuper marcam et
quicquid[h] Wirinzo ex parte regis tenuit, hoc totum Bernhardo comiti conces-
sum est.

35. In diebus illis Thiedricus, Metensis[i] episcopus, et dux Heinricus, frater eius[66], 66
cum caeteris conspiratoribus magnam regi et suis familiaribus molestiam inferens,
sibi successoribusque suis inexsuperabile detrimentum promeruit[67]. Ecclesia namque
una, quae extra Metensem stabat civitatem, et congregatio ibidem serviens a Sclavis[68]
Deum non timentibus vastatur. Sed hoc damnum magna 'ex parte rex cum iuramen- *f. 121.
tis et ex sua proprietate restituens, ne quid[k] huic simile accidisset, cuncto exercitui
cavere precepit. Vineas et edificia cum frumento caeterisque utilitatibus lesit. Vidi
epistolam non longe post, ubi octingentorum numerus mancipiorum sancti Stephani
inscriptus fuit, quae propter famem[l] et aliam necessitatem a patriis finibus egressa
sunt absque conscientia prepositorum, exceptis omnibus, qui cum consensu eorum
abierant. Sacius esset huic aecclesiae, quod numquam natus fuisset homo ille. Descri-
bam quoque unum facinus eorum, quod in Adram[69] lugubre[m] peregerunt. Rex autem 69
habuit concilium in Magontia civitate, et hii tunc interfuere. Et cum omnia ibidem
secundum suimet placitum respondere non potuissent, reversi sunt irati, pace tamen
ad tempus facta; et cum eos sequerentur nil mali sperantes Heimo Wirdunensis
episcopus et dux[70] Thiedricus, latentes insidias[n] inproviso irruunt, et paucis effu- 70
gentibus cum episcopis, interfecti sunt innumerabiles viri. Dux ille nimis vulne-
ratus, et[a] quia amicus eorum fuit, captus abducitur, et multos dies custoditur. Post
haec datis obsidibus solvitur, et a regis gratia ob hoc non movetur. Anno dominicae
incarnationis millesimo . . . Bernhardus dux Corbeia obiit[o]. 1011.

36. Interea Herimannus comes et Guncelinus marchio invicem certantes, inusi- 1009.
tato in hiis regionibus more conflixere. Namque Guncelinus Strelam civitatem a
militibus Herimanni custoditam expugnare temptans, et nil proficiens, Rocholenzi[p]
urbem iuxta Mildam flumen positam et non bene provisam incendio consumere 'pre- *f. 121'.
cepit. Insuper quicquid incommoditatis predicto comiti, quia semper patrui in fratrum
filios seviunt[q], facere potuit, id nullatenus distulit. Herimannus et Ekkihardus con-
fratres castellum quoddam iuxta Salam situm, quod Guncelinus unice sibi dilectum
muris et presidio firmavit[71] bonisque innumerabilibus replevit, ex improviso manu
valida circumdantes expugnant, et divisa omni congerie, radicitus illud[s] deiciunt ac
incendio consumunt. Pervenit hoc[a] ad aures regis, et confestim idem[r] ad Merseburg
haec ad discutienda[s] properavit[72]. Sed cum ibidem predictorum sententias comitum 72
animadvertisset, culpam omnem Guncelino imputat, quia se in multis prius sperneret
et in illato sibi dedecore ultorem non exspectaret. Adiecit autem, quod familias mul-
torum sepe id sibi querentium Iudeis vendidit, et nec iussu suo has reddere, nec

a) *add.* 1*b*. b) isto ac acquisivit 1. c) curbizi 1*a*. d) dux 1. e) offeret 1. f) at 1. f-) interuentu 1*a*.
g) principium 1*a*. *saepius*. h) qicquid 1. *saepius*. i) mettensis 1*a*. k) qđ 1. l) fam̃ 1. m) lugub̃ 1.
n) insidiantes 1*a*. o) anno — obiit *add. in ima margine* 1*b*, *Omissum est* Xmo *sive* XImo, *quo anno decem Bern-
hardum defunctum esse constat*. p) rocholenti 1*a*. rocholezi 1*c*. *ut vid.* Rocholenci *A. S.* q) seruiant 1*a*. r) id
est 1*a*. s) discuende 1.

63) Salza sive Salzsee. 64) Wildenbach. Fluvii, qui hic a Thietmaro nominantur, aperte indicant, comitatum hunc maximam partem terrae Mansfeldensis ambitu suo continuisse. URS. 65) Zoerbig. 66) Fratres Cunigundae imperatricis. 67) cf. Sigebert. Gemblac. a. 1009. 68 Non ita, sed a Nordmannis. Conf. Alpertum l. I. c. 8 sq. 69) Fortasse Odernheim, inter Oppenheim et Alzey. 70) Lotharingiae superioris. 71) Forte fuit castellum, cuius rudera adhuc prope Saalfeldum conspiciuntur. URS. 72) Ita et Ann. Quedlinb. a. 1009: *Ibique* (sc. in Francia) *peracta aestate, rediit in Saxoniam.* Novb. 3. adhuc fuit Wormatiae.

1009. latrocinia multis a sua potestate nocentia umquam curavit compescere. Insuper questus est, maiorem apud Bolizlavum fratrem gratiam hactenus habuisse, quam ei[a] deceret aut sibi placere deberet. Hii presentes erant, qui cum semet ipsis reum esse maiestatis accusare voluerunt. Inter tot lamentationes et eiusdem suorumque excusationes, principum communiter[b] consilium a rege quaeritur, et ab hiis diu hoc[b*] secrete volventibus, taliter respondetur: *Scimus hunc erga vos inexcusabilem non esse; et ut vestrae[c] pietati se omni reluctatione remota tradat, nobis bonum videtur.*
· f.122. *Ammoneat [*]vos misericors Deus, ut non qualitate suimet meriti, sed pro quantitate ineffabilis clementiae vestrimet, ad exemplum omnibus ad vos conversis, in eo faciatis[d].* Horum consultu rex asspirans, suscepit eundem et Arnulfo antistiti firmiter custodiendum tradidit, presidii continuatione ab hostibus Misni muniens, eamque ad tempus providendum Fritherico committens[e]. Proxima vero messe, interventu reginae et instinctu cari Taginonis, Herimanno comiti marcham dedit et consilio et laude[f] principum eorundem.

37. Interea predictam urbem Brun comes, frater Guncelini, ordine vicis suae custodiebat; et ecce priori die, quam Herimannus adventaret, magna Poleniorum caterva in primo diei crepusculo Albim transgressa, usque ad portam civitatis sibi promissae silenter veniebat. Sed cum positis ibidem militibus facilis ei non pateret introitus, est reversa tristis, pro dolor! illesa, et nemini nocens. Huius rei ductores erant duo Wethenici[h] ex suburbio, ut post revelatum est. Namque hii sanguine suo talem merito presumptionem persolvunt. Bolizlavus autem inter spem metumque
73 sollicitus[i] in[k] Budusin[k*]73 hos[l] expectabat, et ut adventare socios comperit, delusum se graviter portat. Post haec[l] Herimannus comes per regalem nuncium[m] introducitur, ac debitoribus suis, quicquid in eum deliquerant, dextera hoc affirmante, ab eo remittitur. Rex autem, in hac estate et proxima hieme, consilio et virtute, pacificatis hostibus, contumeliam et dampnum a Bolizlavo sibi illatum crebra meditatione revolvit[n], et post pascha expedicionem suam atroci iussione[o] indixit.

'f.122'. 1010. 38. Fit conventus in Belegori, quod pulcher 'mons dicitur[74], in Geronis predio marchionis. Tunc Bernhardus dux et Waltherdus prepositus gratia Bolizlavum convertendi precesserunt, ac nil ibi quod sibi placeret invenientes, reversi sunt. Venit etiam huc Iarimirus, Boemiorum dux inclitus et regi per[p] omnia fidelis. Nec preterire possum, quod miserabile nimis predicto comiti ibidem accidit. Nos omnes — nec aliquem excipere valeo — vice amicorum hostes huic fuimus, exceptisque dumtaxat mancipiis, omnia consumpsimus, et quaedam igne. Huius rei nec rex ultor seu
75 defensor[q] fuit. Inde ad Luzici[q*] pagum, in cuius fronte urbs quaedam Iarina[75] stat, a Gerone dicta marchione, qui magnus fuit et sic nuncupabatur[76]. Ibi tunc capti sunt duo fratres ex provincia Hevellun et ex urbe Brandeburgensi, qui ad Bolizlavum causa eum contra regem vertendi venerunt, et inde digressi inciderunt palam laqueum, quem occulte tetenderunt. Hii de multis interrogati[r], et nihil de hiis omnibus volentes profiteri, in uno colle pariter susspendio periere. Infirmabatur tunc ibidem rex et sibi dilectus Tagino. Tunc principes augusto versant in pectore, quid deberet fieri de incepta expeditione[s]. Tandem ab hiis inventum est, quod rex cum episcopis quibus-
77 dam[s] et infirmiori multitudine rediret; Arnulfus autem et Meinwercus[77] episcopi cum duce Iarimiro et marchionibus Gerone et Hirimanno caeterisque compluribus Cilensi[78]
79 et Diedesi vastarent. Sicque factum est[79]. Predicti seniores cum urbem Glogua dictam, ubi Bolizlavus ipse fuerat ac eos perspicere poterat, gregatim et loricati trans-

a) *add*, 1*b*. b) communice 1*a*. b*) ℔ 1. *quod pariter atque* ℔ *in hoc codice* hoc *significat*. c) vestre, que magna esse expertum est. 2. *A. S.* d) i. e. f. *add*. 1*b*. e) comitens 1. commisit 2. f) laudae *duabus litteris erasis* 1. h) uuetheni 1. i) sollicit 1. k) busin 1. Budizin *A. S.* l) *ita* 1*b*. Post'adte 1*a*. *pro* porredditor *add*. 2. m) noccium 1*a*. nuccium 1*b*. n) reuuoluit 1*a*. o) iussione 1. p) pro 1. q) nec alius quis q') luziti? 1. r) interogati 1. s) exspeditione 1*a*.

73) Bautzen. 74) Belgern iuxta Albim fluvium. 75) Gaehren, villa parrochialis in extremis finibus circuli Luccaviensis ipsiusque marchionatus inferioris Lusatiae. URS. 76) Magnus audit etiam apud Widukindum III, 54. et in Ann. Quedlinb. a. 1013. 77) Paderburnensis. 78) Dicitur etiam pagus Silensis, qui situs erat circa civitatem Nimptsch. Conf. infra l. VII. 79) Conf. Ann. Quedlinb. a. 1010.

irent, militum haec a muris cernentium animos provocant, et hii ducem suimet, 1010.
cur hoc pateretur, alloquentes, sibi *eos temptandi licentiam poscunt. Quibus talia *f. 123.
refert: *Exercitus, quem videtis multitudine parvum, virtute magnus est et e*[a] *milibus caeteris electus. Hunc si aggrediar, sive vincam seu superabor, in posterum depressus sum. Regi possibile est, alium ilico exercitum congregare*[b]. *Multo melius est, nos hoc modo pacienter ferre, et alias, si possit fieri, absque magno nostri detrimento hiis superbientibus nocere*[c]. Sic insolens militum animus sedatur, et in hoc itinere nulla eiusdem voluntas in nostris adversitatibus saciatur. Quamvis crebra imbrium inundatione[d] nostri tardarentur, tamen late magnum hostibus damnum intulerunt. Tandem vastatis omnibus circumquaque iacentibus, Boemii ad sua, nostri autem per Milzienos fines laeti ad Albim remeabant; premissis ilico ad regem nunciis[e], se cum bona prosperitate venturos indicant. Hic Dei gratia iam bene convalescens, legationem istam et pone sequentes amicabiliter in Mersburg suscepit, et archiepiscopus Tagino de Strela prius[a] a rege divisus, sanctam Thebeorum sollempnitatem in Sept. 22.
Magadaburg celebravit, et ad regem huc incolumis venit.

39. Tractatis tunc patriae laborantis necessitatibus plurimis, rex iterum occidentales invisit regiones, et fluctivagos habitatorum animos sapientiae freno edomans, natale Domini festiva iucunditate in Palithi celebravit[80]. Tunc iterum sibi percaram Merse- Dec. 25.
burg invisit, et firmata ibi ad 5 annos mutua pace[f], cum consilio paucorum urbem Liubusuam dictam[81] edificare et confirmare precepit; de qua multi predixere venturum, quod in hoc anno, pro dolor! agnoscunt, non esse falsum. *Ad hanc venimus in fine *f. 123'.
mensis Ianuarii, et ibidem sanctae Dei genitricis purificationem veneratione iusta pera- 1011.
gentes, in 14 diebus opus inpositum complevimus, et presidio urbem munientes, remea- Feb 2.
vimus. Iuxta hanc in parte aquilonari stat civitas, quam a predicta nil nisi una vallis[g] dividit; et in hac 12 portae sunt. Hanc cum diligenter lustrarem, opus Iulii Cesaris et magnam Romanorum structuram, Lucano ammonente, tractavi[82]; haec plus quam 10 milia hominum capere potuisset. Minor autem, quam tunc perfecimus, ab primo[a] Heinrico rege usque ad hoc tempus vacua erat, et quam flebili miseria haec cito corruerit, enumeratis, quae inter haec acciderant, explicabo.

40. In priori estate[83] 4. Idus Augusti monasterium in Wallibizi cum quatuor aecclesiis et campanis omnibus ac cum edificiis apertinentibus propter peccata mea incendio periit[h]. Peracta in civitate Bavenbergensi aecclesia maiore, cum natalicius 1012.
regis dies esset, et 35. iam inciperet annus[i], 2. Nonas Mai omnis primatus ad dedicationem istius aulae ibidem congregatur, et sponsa haec Christi per manus Iohannis, patriarchae de Aquileia, et aliorum plus quam 30 episcoporum[k] [ministerio consecratur[l]]. Hiis ego peccator interfui, et ut summo decuit regi, in omnibus hanc[a] ornatam vidi. Post[m] hec sinodus hic fit magna[n], in qua Gevehardus, Ratisbonensis ecclesiae episcopus, ab archiepiscopo suimet arguitur[o], et Metensis aecclesiae presul Thiedricus a rege increpatur[p], eo quod in epistola suimet hunc iniuste apud papam accusaret. Sed haec omnia et multa alia consilio prudenti finita sunt, et restitucio parrochiae tunc promissa est mihi.

41. *Conpletis omnibus in orientali Frantia utilitatibus, rex Merseburgensem revi- *f. 124.
sit civitatem, ac ibi sanctam pentecostes sollempnitatem celebrat, et in primo mane dominicae diei, qua sanctus apostolos replevit Spiritus, Tagino archiepiscopus infirmari Iun. 1.
cepit, et missam canere non potuit. Tunc iussus sum[a] indignus hoc offitio succedere.

a) *add.* 1*b*. b) et nos appetere *add.* 2. c) et nostras iniurias vindicare *add.* 2. *A. S.* d) imundatione 1. e) veredariis 2. *A. S.* f) pace *quod post* paucorum 1*a*. *scripserat hic posuit* 1*b*. g) uualdis 1*a*. h) In priore — periit *add* 1*b*. i) et — annus *add.* 1*b*. k) iohanni (*ita*) — episcoporum *add.* 1*b*. *in loco raso et super lineam.* l) ministerio consecratur *desunt* 1., *suppleta ex Chronographo Saxone a.* 1012. m) *Sequentia usque ad finem huius capitis, qui et quaternionis est finis, Thietmari ipsius manu exarata sunt.* n) magnus *corr.* magna 1. o) accusatur *corr.* arguitur 1. p) increpatur *corr.* increp. 1.

80) Hoc non Palithi sed Frankenvurdi factum esse, Annal. Hildesh. dicunt. 81) V. supra lib. I. cap. 9. 82) Respicit noster quae Lucanus in Pharsal. l. VI. v. 29. usque 65 refert de castris prope Dyrrhachium a Iulio Caesare exstructis. 83) i. e. 1011. Bambergensis enim ecclesia consecrata est a. 1012; unde Thietmarus, quum hanc de Wallibizi notam postea ipse margini apponeret, priorem aestatem dicere non potuit nisi eam, quae consecrationem illam praecederet.

1012. Postera die ad modicum evaluit archiantistes, et ad regem ambulans, se multum commovit, et post hoc in tantum tardatur, ut per se numquam aliquid facere potuisset. Accersito tunc ad eum fratre meo abbate[b] Sigifrido[84], ac[a] presuli Erico, et illis confessionem fecit, et in 5. feria, cum iam inde voluisset pergere, iuxta caminatam regis solio portatur suo, et elevato a capite pilleo, dormientem aloquitur seniorem: *Grates tibi condignas, domine mi karissime, referat omnipotens Deus de cunctis miseracionibus tuis, quibus*[a] *peregrinum me*[a] *hactenus visitasti et consolatus es*[a]. Et tunc ad aecclesiam veniens, audivit missam, ipse[a] presentes benedicens. Inde portatur[d] ad navim, et in ea ad Ivicansten deductus est. Ibi tum sabbato requiescebat, et in die dominica iuxta urbem suam Spiutni vocatam[85] navigio venit. In 2. autem feria in ipso itinere cum iam pene defecisset, Walterdum ad se vocavit prepositum; eiusque fidei se suosque committens, 5. Idus Iunii non obiit, sed ad Christum, quem semper amavit, laetus abiit. Fit oratio a confratribus cum intermixtis fletibus, et Bodo miles ᵛad regem ad haec indicanda mittitur. Corpus autem archiepiscopi ad Frasam ipso die venit, et ibi sacerdotalibus vestimentis paratum ad sedem suam transfertur, et cum ingenti tristicia ab omnibus suscipitur.

Iun. 9. ᵛf. 121ʳ

42. Ego autem haec omnia in Merseburg sero comperiens, in ipso depositionis die orto iam sole adveniebam; et cum in aecclesia maiori pauca orationis verba effunderem, veni ad refectorium, ubi prepositus cum universis confratribus atque militibus sedens, de electione tractabat. In quorum presentia ego stans, multum flevi, turbatus dolore vehementi; et salutatis omnibus sedebam, et quid ab his tunc[a] esset dispositum, interrogabam. Ad haec Waltterdus: *Misi*, inquid, *legatum meimet ad regem, qui haec ei, quae nobis acciderant mala, indicaret, et voluntatem suam in rebus faciendis inquireret. Et hic ad nos Hericum antistitem misit, ut electio a nobis non fiat, sed tantum consensus unanimis, et hic indicetur ei. Nunc autem omnium pietas presentium me, quamvis ad hoc indignum, decernit, si Deus consentit et si vult rex.* Cui sic protinus respondebam: *Sum unus ex his, qui electionis huius ac consecracionis participes esse debent; et hoc vobis consilium do, ac illud adiuvare, in quantum possum, volo. Senior meus imperet*[e] *quod velit; vos autem quod accepistis a Deo et antecessoribus suis, videte ne perdatis. Te autem fratrem primus eligo mihi ad archiantistitem, non* ᵛf. 125 *karitate tua, sed utilitate certa in te agnita*[f]*; et presencium* ᵛ*mentem nunc singulariter scire desidero.* A quibus hoc unum percepi responsum: *Waltterdum nobis in dominum et archiantistitem eligimus.* His tunc confirmatis, ille surrexit, et coram prostratus veniam petiit, divinam interpellans pietatem, ut haec nobis omnibus retribuere dignaretur, et a sua parte bona promisit omnia. Tunc ego me inclinans rogavi eum per nomen Domini et per verae fraternitatis amorem, ut aecclesiae meimet admodum despoliatae parrochiam sibi iuste pertinentem, si ad hunc perveniret honorem, restituere, aut sibi hanc cum aliis rebus inde abstractis voluisset sacramentis firmare. Hoc mihi in presentia omnium firmiter promisit. Interim lassatus ab itinere presul Hericus dormivit, et episcopus Wigo veniens, electionem nostram consolidavit. Mittitur a nobis omnibus tunc custos aecclesiae Redingus[g] ad regem, ut memor Domini et antiquae promissionis, si umquam sic accidisset, familiam sancti Mauricii orbatam et nimis tristem tanto patre consolari voluisset.

43. Sonata iam prima Ericus antistes evigilat, et missam pro defunctis cantavit. Post euvangelium autem, ad quid[h] rex eum huc mitteret, presentibus innotuit, et defuncto archipresule, absolutionem nobiscum fecit, et ab omnibus fieri postulavit. Tertia enim tunc dies erat, qua sacerdos predictus obierat, quae cum septima atque tricesima in uniuscuiusque fidelis[a] exitu est memoriter ob misterium in se continens cele-

a) *add.* 1*b*. b) sigefrido nove Corbeie modo abbate 2. c) Et det tue benignitati ob recompensationem earum in celesti Ierusalem premium, quod ipse suis dilectoribus ineffabile preparavit; me enim amodo viventem non es visurus, quia iam, ut spero, viam universe carnis sum ingressurus. Vale igitur, domine carissime, vale in Domino! *add.* 2. d) portatus est 1. e) imperat 1*a*. f) i. t. a. *add.* 1*b*. g) reedignus 1. *altero* e *erasa*. h) qđ 1.

84) Sigefridus, abbas coenobii S. Iohannis baptistae Magdeburg. electus anno 1009. V. Chronogr. Sax. 85) Zpiutneburg in pago Nuditzi vocatur in chartis Ottonis I. a. 961 Iul. 29. et 965 April 12. Situm est ad fluvium Salam hodieque appellatur Rothenburg.

branda, id est ob fidem sanctae trinitatis et septiformem spiritum. Ac *dehinc corpus 1012. *f.125'.
benedictum usque ad locum sepulchri carmine et planctu[b] defertur, ac positum est occidentali parte in choro ante criptam, quam ipse fecit et consecravit, et in qua se, quamdiu vixit, coram altari rogavit sepeliri; ubi idem lacrimabiles sepe effudit orationes. Sed Waltherdus locum hunc, in quo nunc pausat, quia non[c] erat dedicatus, animae salubrem et introeuntibus cunctis conspicabilem dilecto suimet seniori providit. Sed quia beati omnes virtutibus suis cum[d] Christo vivunt, et in hoc seculo scriptis, non est bonum, tanti patris inclitam conversacionem silentio tegere, sed veritatis luce omnibus proficuis innotescere, — erat hic iustus et timoratus ac mirae caritatis, largus et fidelis, castus ac mitis, prudens et stabilis, canonicus[e] habitu, sed monachus in omni conversatione sua. Vicia in cunctis ob melioracionem aspere carpebat, bona quaeque laudans. Non fuit apud modernos ullus pastor, qui confratribus suis familiarior esset. Hos amavit atque coram populis laudavit[f]. In primo ordinationis suae anno templum Domino edificare cepit. Presbiteris et diaconibus vestitum suimet 8 siclis, subdiaconibus autem et infantibus[86] 4 adauxit. Nisi infirmitas obsisteret, omni die missam et 86
psalterium cantavit; et quia ieiunare ob lassitudinem non potuit, elemosinarum multitudine redemit. In vigiliis supra modum laborat, et quia parum manducare *ob *f.126.
infirmitatem dentium potuit, potu quamvis mediocri facile saciatur. Nobiles genere et moribus amavit, ignobiles autem non contempsit, sed in sua familiaritate non[h] habuit. Cultores Christi dilexit, contemptores autem eius iusto persequitur odio. Omnia sibi divinitus commissa excoluit et lucrari contendit. Antequam divinum perageret misterium[i], severus fuit; et post omnibus hilaris arrisit, et persepe cum suis kirielison cantavit. Nequeo ex parte mea numerare, quantum pietatis munus mihi indigno studuisset impendere; hoc tantum scio, quod numquam illi digna remuneratione de hiis respondi. Obedientiam, quam eo[k] suisque successoribus in examinacione promisi, minime adimplevi. Harnaburg et Frasam ac Pretini[87] urbes cum curte una, quae Eseconis fuit comitis, suae acquisivit aecclesiae[88]. Apparatum episcopalem satis egreium et affluentem congre- 88
gavit. 8 annos et menses 4 et 8 dies columna ecclesiae sedebat, cadens, ut predixi, presentialiter; sed invisibili templo Domini translata manet perpetualiter. Eodem die Vungerus, Posnaniensis cenobii pastor, consacerdos suus et suffraganeus, 30. ordinationis suae[a] anno obiit. Nunc haec dicta suffitiant, et de quo mihi nunc sermo est, amplius loquar.

44. Redingus ad regem veniens, legationem suam suppliciter profert; et quamvis ardue, tamen desiderata *impetrans, per internuntium Walterdum, in exequiis dilecti *f.126'.
senioris studiosum, etiam 20 talenta argenti Thiedrico, nepoti meo, in elemosinam excepto victu largientem, vocat. Et ego iussus venire proficiscebar cum eo, ac in sabbato Gronam[89] sero venimus. Mox in presentiam regis venientes, misericorditer susciebamur, et pauca locutus rex, nos ad hospicium ire permisit. Castrametati enim tunc sumus extra urbem et iuxta lucum, ubi modo sancti est aecclesia Alexandri. Crastino fuit dominica dies et festivitas Christi martyris Viti[l]; et ego valde mane mis- Iun.15.
sam confratribus meis cantavi, et post hanc in urbem vocati ivimus usque ad caminatam regis; et ibi solus intromittitur Walterdus, et ibi usque ad terciam soli colloquebantur, et egressus tunc Walterdus anulum portat in manu sua, et ostendens nobis: *Ecce habetis*, inquid, *pignus subsecuturae pietatis!*[m] Et tunc omnes nos in presentiam venientes, examinatione regis, ipso primitus eum laudante, predictum patrem elegimus, et optimi quique aspirabant; et mox a rege accepit baculum pastoralem[n]. Post sacramentum regiae potestati exhibitum introductus est ad aecclesiam, quam ibi a rege constructam antecessor suus benedixit, et laus Domino a presentibus canitur. Deinde regiam interpellabam pietatem, ut de aecclesiae necessitatibus meae

a) *add.* 1*b*. b) plantu 1. c) qñ 1. *quod etiam* qui ante *legi posset.* d) cum *aut* tum 1. e) canicus 1. f) amavit, memorabatur eorum ubique in bonum, et eos coram rege et principibus et universis populis intus et exterius semper laudavit 2. h) *erasum in* 1. *sed extat* 2. i) officium 2. k) ei 1c? l) solennitas pretiosi martyris Viti pueri Saxonie patroni, qui in nova Corbeia requiescit 2. m) Ecce pignus indicium future dignitatis, pie mihi promisse 2. n) e. m. a. r. a. b. p. *add* 1*b*.

86) Chorknaben. 87) Prettin in ripa aquilonari Albiae inter Wittenberg et Torgau. 88) V. heim, unum quinque palatiorum regalium in diplomata regis a 1006 April 7. 1012 Ian. 21. Saxonia. V. Wedekind Noten II. pag. 360 sq. 89) Gronau prope fluvium Leinam, iuxta Hildesheim.

1012. aliquid loqui cum eo[b] dignaretur; et ut ego postulabam, firmae suimet commisit me[b]
f. 127. fidei. Thiedricum quoque nepotem meum, ut ipse desideravit, 'rex per manus illi dedit. Et cum generos[90] suimet tunc iterum exercitu petere voluisset, cum presentibus suimet principibus[b*], qualiter Bolizlavus ab[b*] his invaderetur, tractavit[c]. Hoc omne archiepiscopo noviter instituto et suas curtes in Saxonia positas[d] commendavit. Eodem die omnes
Iun. 21. declinavimus unusquisque ad sua. In proximo autem sabbato archipresulem Walterdum Arnolfus presul[a] iussu regis inthronizavit, et utrique honore ac magna iocunditate ibi
Iun. 22. suscepti sunt. Postera die unctus est Walterdus ab Eido, Misnensis[e] aecclesiae venerabili episcopo tertio, cum adiutorio suimet confratrum Wigonis, Hilliwardi ac Herici, et a me hiis multum inferiori. Adiuvit autem nos Arnulfus presul. 2. feria omnes nos cum caritate bona et munere magno[f] abivimus. Fuerat enim vigilia[g] sancti Iohannis baptistae, et tunc Redingus ab archiepiscopo constitutus est ad prepositum cum communi electione confratrum. In die sancto ad Montem cum solito honore is[a] ductus, a me et a fratre meo Sigifrido[h] succipitur. Ibi tunc missam cantans, populos primo instituit, et post ab[a] abbate multum rogatus, ut ibi caritatem faceret, ob tur-
Iun. 29. bam sibi adherentem omisit. Fuit in[a] natali apostolorum in sede sua, ac tunc commissos salubriter ammonuit.

91 15. Interim a Bolizlavi[k] nunciis rogatus, Sciciani[91] causa pacem faciendi[l] venit, et ibidem magnifice succeptus, duas ibi[a] tantum noctes mansit, ac nil ibidem profi-
f. 127'. ciens, muneribus magnis revertitur. Affuit mox expeditionis indictae 'statuta dies,
Iul. 24. id est 9. Kalendas Augusti; iuxta locum[m] qui dicitur Zribenz[92] convenimus, et sic sursum usque prope Belegori[n] adcendimus. Tunc visum est principibus[o], non esse bonum, perfici iter nostrum, sed optimis marcham firmari presidiis. Et in consequenti nocte archiepiscopus capite nimis infirmatur; cumque ad eum mane venissem, diu eum in tentorio tardantem expectavi. Egressus tandem queritur mihi, se multum egrotasse. Promisit autem se ad reginam in Merseburg tunc manentem venturum, et ibi me allocuturum. Tunc ego abcessi, et ille prius recusans, tamen quia inventio
Aug. 3. Christi protomartiris tunc fuit et dominica dies[p], missam cantavit, pro dolor! ulti-
Aug. 7. mam. 5. feria ego ad Merseburg veniens, dum me cum confratribus meis ad adventum eius prepararem, audivi ab internuntiis, quod ille ad Ivicansten non bene valens curru veniret. Proxima die huc equitans, Bernwardum[q], Hillinissemmensis aecclesiae episcopum causa benedictionis et, quam[a] bene sciebat, curationis gratia vocatum, ibidem repperi, et Frithericum comitem, cuius frater erat Dedi comes. Et cum introirem, sedebat archiepiscopus in solio, et me suscipiebat quam caritative, et suimet pedes tunc a tumore[r] solito relaxatos intuetur, et dolet, quia, dum hii turgebant, venter levius habebat eius[a]. Intimaverat is tunc mihi, si hoc periculum sanus evaderet, nullus amicorum mihi fidelior esse potuisset. Fui tunc ibidem usque ad vesperam,
f. 128. et tum invitus redii, quia crastino erat vigilia 'Christi adletae Laurentii, cuius festi-
Aug. 10. vitas dominica instabat die. Qua cum ego populis venientibus pauca predicarem, communiter ab his pro infirmo archiantistite orationem fieri supplex postulavi.
Aug. 12 3. feria ante primam ubi ille fuerat veniebam; et tunc hic erat Eid episcopus, multum pro eo in oratione continua laborans. Et cum caminatam, ubi ille pius iacuit, ingressus essem, nec loquentem audivi, nec bene cognoscentem[s] hunc[a] vidi. Advenere etiam eo vivente Arnulfus et Hilliwardus, cum Meinwerco et Erico, coepiscopi, omnes hunc pariter benedicentes et indulgentiam ei facientes. Ego autem peccator unxi[t] eum oleo sanctificato in locis maxime dolentibus. 'Iarmirus quoque dux adfuit[a], quem frater suimet Othelricus et satelles, tocius debiti inmemor, in sacro sabbato dominicae resurreccionis proximae[a] a regno Boemiorum expulit, et Bolizlavum, quem etsi amicum sibi consanguinitate, tamen pro hoste[u] hactenus habuit in persecutione, fuga petere coegit. Hic quia archiepiscopum cunctis laborantibus nimis fidelem esse

a) *add.* 1b. b) c. eo *add.* 1b. b*) pcipibus ... ad 1. c) intrauit 1a. d) positos 1. e) misnessis 1. f) magna 1a. g) uiilia 1. h) sancti Viti monacho *add.* 2. k) bozlaui 1. l) faciendam 1a. m) i. in loco 1a. n) p. b. *add.* 1b. o) princibus 1. *ut iam aliquoties.* p) e. d. d. *add.* 1b. q) n *erasum* 1. r) attumore 1a. s) cognocentem 1. t) hunc s[i] 1a. *Eiusmodi sunt, quae Thietmarum librum dictasse ostendant.* u) oste actenus 1a.

90) h. l. adfines, coniugis fratres. URS. 91) Seitsch non longe ab urbe Glogau. URS. 92) Schrenz in praefectura Zorbigensi. URS.

sciebat, sperans eius incolumitatem, ad impetrandam regis gratiam intercessionem 1012.
eius[a] quaerebat; et cum hunc iam defecisse videret, dexterae eius se[a] commitii et per eam nobis, lacrimis postulat profusis. Sed archipresul[a] cum iam finis adesset, nescio quid videns ad levam, signo sanctae crucis potenter dextera se munit, et aversus corpore et vultu, contraxit faciem quasi ploraturus, et mox remisit laetus. *Hoc[b] *f. 128
ego videns, ob tristiciam egressus sum, et interim presentes eundem videntes iam semianimem, a lecto protinus elevaverunt ac tapeto superposuerunt. Accensis tunc luminaribus vocabar, et iam stola indutum in agone laborantem vidi. Cuius pectori crux sancta fuit superposita; in manibus cinerem et subtus habebat cilicium, ut Eid episcopus monstrabat. Et cum sol die iam mediante declinaret, cum incenso sibi adhibito, 2. Idus Augusti transiit anima eius ad creatorem suum, unde erat, derelin- Aug. 12.
quens quod non erat. Orantibus tunc cum lacrimis presentibus cunctis, ego infelix pro debito eosdem non adiuvi; et quod tunc mihi obviaret in animo, non possum cuiquam prodere; sed hoc tantum, Christi fideles, mecum orate, ut Dominus, cui nullum latet secretum, nec huic, neque mihi hoc inputet. Post haec solutis visceribus et intra aecclesiam atque caminatam sepultis, corpus preparatur et sancto altari presentatur. Ibi tum facta pro defunctis memoria, nos ibi cenavimus, et corpus eodem die usque ad Coniri[93] prosequimur. In via plangens familia obviavit. Crastino cum 93
ad villam iuxta montem sancti Iohannis sitam venissemus, clerus omnis flens adfuit, et Iudeorum magna[c] et, quorum erat pater, orphanorum multitudo conveniens, dolorem lamentando manifestat; et nos in ecclesia maiore cum funere intrantes amici cum hereditariis omnibus, elevatis cum luctu manibus, miserabiliter suscipiunt. Quis non tunc plangeret, cum talia videret? Querimonia autem omnis haec novo non equabatur dampno.

46. Omnes nos confratres ad capitulum tunc venientes, nepotem meum[94] excepto Bennone eligimus, *non hoc ob iuventutem eius impleri posse sperantes, sed pro con- *f. 129.
servandae electionis gratia ac[d] caritate archiepiscopi Taginonis maxime facientes. Vespere autem facto, Arnulfus venit episcopus, quibuscumque valuit bonis ad haec aspirans. Postera die renovata electione, corpus archipresulis tumulatur ad dexteram antecessoris sui in australi manica[e 95], et in vigilia assumptionis sancte Marie. Quod Aug. 14.
regina ut primo comperit, per Geconem pincernam suum regi, iam iuxta Metensem urbem cum exercitu sedenti, indixit[96]. Hic vehementer illud ammirans, et qualiter 96
se res nobiscum haberent interrogans, eundem, regnum prout curaretur ab ea, celeriter remisit[f]. Epitafium autem archiantistitis, non lapide aliquo, sed memori corde inscribendum, lector, exaudi! Walterdus[g] quamvis interpretetur potestate durus, severus in aperto, mitissimus[h] fuit in occulto. In timore continuo et amore iusto Deum agnovit et proximum. Fragilitatem carnis fletus amaritudine crebri et elemosinarum largitate ineffabili resolvit. Utraque[97] hic pollens virtute, regi acceptus cunctisque 97

a) *add.* 1*b*. b) *Sequentia usque ad verba capitis* 46. *media fere* lucebat matronas *ipse Thietmarus exaravit in cod. fol.* 128′. 129 *et* 129′. *init.* c) Iudeorum synagoga 2. Iudeorum pars *A. S.* d) non hoc — gratia ac *deunt* 1, *abscisso primo fol.* 129. *verso. Supplevimus ex* 2. e) absida 2. f) ea. celeriter. remisit 1. g) *In* 2. *quae sequuntur valde mutata ita leguntur* (*Acta SS. Iuni I. p.* 926.): Walthardus, quamvis potestas dura interpretatur, — severus in aperto, mitissimus in occulto sentiebatur. — Homo fuit temperatus, — bene morigeratus; — gemina pollebat dilectione, — summa florebat religione. — Creber in vigiliis, — orabat in lacrymis; — largus elemosinis, — opem ferebat miseris. — Hic honoratus virtutibus, — regi placebat et primatibus; — ab hoc amabatur, — ab illis venerabatur. — Hunc suus predecessor benedictione — et solo precellebat nomine. — Ecclesie sue in omnibus — propugnator erat fortissimus. — Sine omni iactantia — vicinis suis impendit plurima. — Me audiente iuravit — et pro vero affirmavit, — quod non per ambitionem — hunc expetisset honorem; — sed ob utilitatem ecclesie laborantis — et iam pene deficientis. — Scio, dixit, me esse immeritum, — hoc suscipere officium. — Sunt hi duo fratres quos libenter elegissem, — si sic ullo modo fieri potuisse scissem. — Iustus et tenax propositi — vir iste fuit sui. — Laudari se ab aliis non appetebat, — nec aliis ipse detrahebat. — Genealogiam duxit et nobilissimis natalibus, — quam extollebat bonis moribus. — Eius pater Erp dicebatur, — qui vita laudabili decorabatur, — carus omnibus — suis contemporalibus. — Mater eius Amulradis nomine, — et castitate florens et bono opere, — bona fama alias — preibat matronas. h) mittissimus 1*a*.

93) Coennern in circulo Salano, adnumerata praefecturae Giebichenstein. URS. 94) Sc. Theodoricum. 95) Manica apud architectos illius aevi significat cuiusvis aedificii, praesertim templi, latus sive latiorem eius partem. URS. 96) De obsidione civitatis Metensis anno 1012 v. Balderici chron Camerac. l. III. c. 3. 97) V. supra l. I. c. 2.

1012. primatibus admodum extitit honorandus, quem senior suimet benedictione et solo nomine precellebat; verus et compaciens, ac aeclesiae suimet fortis propugnator erat. Sine omni iactantia convicinis plurima impendit; ille solus sibi suffecisse cunctis innotuit. Audivi eundem multum iurare, quod non ob ambicionem sed laborantis aecclesiae et pene deficientis utilitatem hunc expeteret honorem. Ad hoc se dixit immeritum, et ibi duos esse confratres, quos libenter eligeret, si hoc ullo modo fieri posse speraret. Horat. III,3,1. Iustus et tenax propositi suimet vir iste fuit. Laudari se non [a]petebat ab aliis, nec aliis ipse detrahebat. Ex nobilissimis[b] natalibus genealogiam ducens, acceptam ingenuitatem nullatenus inhonestavit[c], sed provectiori industria decoravit. Erat eiusdem pater Erp senior, vita laudibili, carus cunctis suimet contemporalibus; mater autem eius Amulred nomine[98], quae castitate pia et opere herili inter alias lucebat matronas. Haec vero omnia, quaecumque potuit bona, pro eiusdem memoria diligenter inpendit. Predicto autem Walterdo in somnis prius[a] dictum est, quod archiepiscopatum Magadaburgensem accipere et ad modicum tempus eum[a] possidere deberet. Et in hoc anno, quo hoc inpleri debuit, cuidam matronae venerabili mater sua iam defuncta per visum apparuit. Quae cum ab ea salutaretur, et quomodo tunc valeret, interrogaretur, respondit: *Bene!* et adiecit: *Scisne*, inquiens, *quod archiepiscopus noster Tagino de hoc seculo migrare et Walterdus sibi debet succedere? non ut hic sit aliquantulum regnaturus, sed in ultimo examine inter iudicantes sessurus. Ab eodem in coelo est tabula ex[a] argento pene perfecta; et cum haec cicius completur, ab aspectu hominum is premia recepturus[d] aufertur.* Ipse vero, ut soror sua mihi intimavit laica — alteram enim habuit sanctimonialem — id ipsum presciens, [f. 130.] vocavit eam ad se, dicens: *Recordaris [f]modo, qualiter mihi olim promisisti, si hereditati meae umquam succederes, ut predium, quod in Osulfstidi*[99] *habeo, pro animae remedio meae sancto Mauricio traderes?* Cui haec omnia profitenti et digito[100], ut ipse peciit, confirmanti, flens respondit: *Mihi non licet vivere; tu autem fac ut dixisti, et pro certo scias, quod de residuis nil abalienabo vobis consororibus meis.* Sciebat haec omnia conpleri debere; sed speravit in maiori tempore. 28 annos prepositus erat, et hoc nomen et officium pre caeteris contemporalibus cunctis[e] honorifice tenebat. Sarcophagum ingens ad includendas sanctorum reliquias de argento[e] fecit. Ecclesiam rotundam, post incendium huius civitatis magnum dilapsam, a fundamento erexit, et ibidem canonicorum congregationem facere proposuit, et hiis de sua proprietate predium voluit dare supradictum. Non fuit is[a] verbosus, sed conscienciae secreto congruis temporibus manifestanda contegit[f]. Hoc solum pro omnibus queritur, quod [g]aecclesias et clerum non benedixit; de pallio autem nil doluit[g. i]. Ineffabilem librorum copiam et sacerdotalem[i] apparatum cum plurimis secularia respicientibus contraxit. Quae omnia in subitaneo eius fine multorum inutiles manus distraxerunt[k]. [f. 130'.] Sedebat namque [l]tantum 7 ebdomadas et 2 dies.

47. Hoc totum ideo dixi, ut de eius celeri obitu nec palam nec in occulto ullus miretur, vel sua speciali culpa haec evenisse arbitretur; quia multi ante eum plus quam 30 sedebant annos, qui nec hic nec in futuro maioris meriti erant. Ve hiis, qui in hac peregrinatione diu vivunt, et id spacium male operando perdunt; et bene illis est, qui dies sibi concessos cum cauta sollicitudine in Christi servicio ducunt. Male operantes quique[l] poenas sibi augent; econtra autem, quibus abbreviatur vita presens, si sunt culpabiles, cito admyssa luunt. Boni autem omnes etsi corporaliter non eque degant, una tamen felicitatis aeternitate gaudent. Non ille solus tam parvo tempore sedit. Legimus Tertulinum a sancto Stephano papa presbiterii dignitatem, et post 4 dies ob amorem Christi constantiamque fidei martyrium a tiranno susce-

a) *add.* 1*b*. b) appetebat — nobilissimis, *abscisa in* 1. *supplevimus ex* 2. *ubi haec ita leguntur:* ab aliis non appetebat n. a. i. d. Genealogiam duxit ex n. *n.* quam extollebat bonis moribus. c) nho *abscisa sunt* 1. d) recepturos 1. e) artento 1. f) *ita* 1*b*? et *in loco raso*. g) hoc — doluit *add.* 1*b*. i) sacerdolem 1. k) distracserunt 1. l) longeva vita *add.* 2.

98) De ea vide Annal. Saxon. a. 1060. URS. 99) Olvenstaedt in ducatu Magdeburgico. URS. 100) Cf. I. Grimm Rechtsalterthümer p. 140. 1) Bulla enim P. M. Benedicti VIII. sexto demum die post archiepiscopi obitum, scil. die 18. Augusti, indict. 10. primo Benedicti pontificatus anno scripta est. v. Sagittarii hist. ducatus Magdeb. lib. III. c. 5. p. 271. Dreyhaupt T. I. p. 249. URS.

pisse[2]; et in utroque ordine is semper manet. Iste quidem peccata luit, et in brevi 1012.
pro laboribus iustis bravium[b] a Deo recepit, et hoc[c] multis ilico manifestatum fuit.
Haec autem omnia enarrare perlongum est; qualiter vero de hiis mihi acciderit,
Deo teste, quia non mentior, explicabo. *Fui in presidio ad Misni, et in natalicio *f. 131.
die apostolorum Symonis et Iudae post matutinam apparuit mihi ille venerandus, et Oct. 28.
cum hunc mortuum bene cognoscerem, quomodo se res eius haberent, protinus interrogabam. Et ille: *In poenis*, inquid, *pro qualitate meriti fueram, quas omnes prorsus iam superabam*; et ego mox admodum gavisus: *Licet mihi*, inquam, *campanas sonare et populos ad laudem Dei accendere?* Et ille respondit: *Bene! quia verum est.* Et tuno amplius in colloquendo progressus: *Estne*, dixi, *hoc vobis notum, quod multorum susurratione mens regis alienata est a vobis, eo quod post ordinationem vestram contra eum multa operari studuissetis?* Et ille: *Credite mihi, obsecro, credite*, ingeminans, *quia in hoc culpabilis non sum.* Cum autem percontari hunc vellem, cur tam cito obierit, evigilavi, et hoc scire non licuit mihi. Accepi post a veracibus[c*], quod is[a] in omnium commemoratione sanctorum divinis clementer presentari mereretur obtutibus. Omne quod de illo dixi, non de speciali aliqua suimet caritate protuli, quia verum est, quod ante benedictionem suam[a] mediocriter dilexit me, et ob defensionem suimet aecclesiae inpedit multa meae. Veritatis gratia et obprobrii ob mutationem subsequuturi haec locutus sum, minora quam *fuerint, quia post se melio- *f. 131.
rem nullum reliquit. Post huius sepulturam Hericus antistes ex nostra parte ad regem cum electione mittitur, cui mox epistolam de aecclesiae detrimento meae[a] inscriptam et regis clementiam ammonentem commisi.

48. Interim Bolizlavus[3] de nece archipresulis certus, congregato exercitu, Libu- 3
suam, de qua predixi, peciit; et quia sciebat, ob effusionem Albis ex nostra parte nullum urbanis posse ad auxilium venire, castrametatus est ibi. Miles eius[a] ad bellum hortatus accessit, et defensor ad modicum resistit. Magnam enim hanc urbem nil nisi mille homines tuebantur, cui vix ter totidem suppeterent[d]. Bolizlavus ad prandium sedebat, et satellites suos iam victores urbem ingredi gaudens cernebat. Porta aperitur et multorum sanguis effunditur. Capiuntur ex hiis[e] optimi Guncelinus ac Wiso[f], et eiusdem infelix custos Scih[g] vulneratus. Is namque urbem, quamcumque umquam ad tuendum accepit, non[a] ignavia sui, sed infortunio miserabili, semper amisit. Hii omnes ducti sunt in presentiam superbi triumphatoris, cuius edictu mox ad custodiendum abducti sunt. Ex sociis autem predicti ducis non minus quam quingenti *ibidem remanserunt. Facta est vero haec miserabilis cedes 13. Kalendas *f. 132.
Septembris[4]. Divisa tunc inmani preda ac urbe incensa, victrix turba cum seniore Aug. 20.
suo laeta rediit.

49. Ab internuntiis festinantibus haec regina in Merseburg tunc manens conperit. Ego autem prepositi dum ortatu Redingi duo altaria, unum, ubi archiepiscopus requiescit, et aliud in septemtrionali eiusdem templi parte 11. Kalendas Septembris Aug.
dedicarem indignus, in Magadaburg primitus id rescivi, et mox ad reginam velociter 22.
abii. Omnes nos conprovinciales iuxta Mildam sedere et ad adventum regis haec omnia providere, ab ea iussi sumus. Interim rex ab expeditione occidentali revertitur, et Geronem[5] suimet capellanum ponere in vacuum[b] conatur. Huic presul Hericus occurrens et[i] legationem[k] suam[a] aperiens, non exauditur. Thiedricus[a] nepos meus tunc ad Gronam vocatus venit, et a rege per manus succipitur, et in vice Geronis deinceps habetur. In natali sancti Mathei apostoli rex ad Sehusun venit; et ego Sept. 21.
accedebam, et cum iam tempus esset, ammonui hunc coram cunctis residentibus, ut aliquid[l] de parrochia meimet caeterisque rebus iniuste ablatis ante constitucionem *archipresulis cum eo voluisset tractare. Ibi me tunc firmae suimet fidei commisit, *f. 132.
ut cum iusticia aut alio salubri consilio haec finirentur. Postera die rex ad Maga-

a) *add.* 1*b*. b) brauiuiū 1. c) et hoc *add.* 1*b*. c*) veratibus 1. d) superent 1*a*. e) e. h. *add.* 1*b*. f) wisso 1*a*. *primo* s *puncto notato* g) cih 1*a*. Isich *A. S.* h) us *decst excisum* 1. i) et *decst excisum* 1. k) *super* legationem *legitur* eius. l) aliqit 1.

2) Tertullianus s. Tertullinus, presbyter Romanus, mortuus sub Valeriano die Augusti 4. circa annum 260. 3) Dux Poloniae. 4) Necrol. Merseb. Aug. 20. *In Liubuzaua multi peremti sunt.* 5) De parentibus Geronis v. Ann. Sax. a. 1023.

1012. Sept. 22. daburg veniens, in refectorio fratrum omnes nos convenire precepit. Ibi tunc regali peticione, et[a] salva in posterum electione, Gero communiter eligitur; et in aecclesia se primitus altari tradens, et communionem fratrum 10 mansis acquirens[b], baculum a rege accepit pastoralem; et mox inthronizatus, ab Eido unctus est episcopo, nobis confratribus predictis eum[a] adiuvantibus. Thebeorum festivitas martyrum a rege ibi celebre ducitur, et post haec ab archiepiscopo magnificis muneribus idem cum suis omnibus honoratur. Inde hii[a] ad Mersburg properantes diu ibi manebant, et procurationem regni cum[b*] summis tractabant. Erluvinus Camaracensis[c] episcopus in hoc
6 anno, ac Conradus et Herimannus puer, duces egrcii, obierunt[6]. Quidam vero monachus infirmitate magna depressus, multa per visum sibi revelata vidit, quae interim, dum ipse ea secum loquitur, a presentibus scriptis notata[d] sunt, et pro maximo habentur miraculo[7]. Nati sunt autem in hiis diebus duo fratres cum dentibus, in ore similes aucae, quorum alter dextri dimidium brachii, sicut ala aucae, habebat[e]; qui ter-
f. 133. cia die nativitatis suae invicem ridentes, *civili dissensione moriuntur[8]. Quidam vero miles, cum bona sancti Clementis vi tolleret, et inde rectum facere noluisset, in una dierum a muribus intra cubiculum inpugnatur ineffabilibus. Qui primo fuste arrepto eos prohibere temptans, posteaque evaginato eos aggressus gladio, et sic[a] nil proficiens, arca quadam, ut ipse rogavit, includitur, ac in medium fune suspenditur; et cum exterius haec plaga sedaret, hicque liber solvi debuisset, ab aliis[c] usque ad mortem corro-
9 sus in enitur[9]. Tunc cunctis presentibus et postea venientibus manifestum fit[f], quod hunc ira Dei, vindex predicti facinoris, sola consumpsit.

50. Interea Iaremirus, de quo predixi, regis gratiam suppliciter petens, pro misericordia et restitucione exilium ac custodiam Ethelbodi presulis, Ansfridi successoris episcopi, suscepit, qui in inmensa cede Bawariorum, ad Bolizlavum sine[c] regis ac sui licencia cum muneribus iter agencium, et trucidacione sibi commissorum, et non aliqua regis infidelitate, talem promeruit ulcionem. Nostri hoc audientes inimici irriserunt; nostri autem concives[a] id ut sibi profuturum timuerunt. Et hiis liceat in semet ipsis hoc factum cognoscere, qui id consilium regi nostro umquam dedere. Post haec Othelricus, frater[h] eius, ad Merseburg a rege vocatus venit, et regnum, quod sibi iniuste prius usurpavit, gratuito munere suscepit. Eadem tempestate inundantes pluviae ac se
f. 133'. *surgentes piratae multum, pro dolor! nocuere[10]. In illo tempore inundante Danubio in Bawariis et stagnante Reno, ita[a] ineffabilis populi ac pecoris, edificiorum quoque et silvarum tali inpetu erutarum multitudo periit, quod omnes harum habitatores parcium sua vel antecessorum memoria id numquam accidisse firmabant, hoc gementes ex variis criminibus suis tunc evenisse, et post haec aliquid magnum timentes sibi esse venturum. Equidem longe digressus[i] redeam.

51. Rex a Mersburg discedens, navigio ad Harneburg venit. Ibi cum Sclavis con-
Nov. 1. fluentibus plurima discuciens, pace vero[a] ibi firmata, rediit, et omnium festa sanctorum in Helmanstidi celebravit; deindeque occidentales properat invisere regiones. Interea domna Ludgerd nimis infirmata, me quia unice dilexit, et ut supra memoravi, linea consanguinitatis mihi fuerat coniuncta, per internuncium vocavit. Sed cum post crepusculum ad Walmerstidi, ubi illa iacuit, venirem, caminatam ingressus, vidi eam nimis laborantem et ob hoc a spalmis non deficientem. Inter quos hoc solum ore volvebat
Ps. 63, 9. 10. et mente: *Me*, inquiens, *suscepit dextera tua, Domine; ipsi vero in vanum quesierunt animam meam.* Haec nullum omnino ad me proferens verbum, cum a me interrogaretur, si sancto voluisset ungi oleo, respondit: *Libenter, quia post hoc Christi volun-*
*f. 134. *tas cito perficitur in me.* Vestimentis tunc parata novis me vocavit; et perfectis omnibus ad unctionem iuste pertinentibus: *Quam pulcra es nunc!* dixi ad eam; et illa: *Video*, infit, *iuvenem formosum ad dexteram*, oculis designans in eam Post haec digressus, ob fatigationem itineris diu dormivi, et tunc expergiscens audivi eam pre nimio dolore graviter ingemiscentem; et propius accedens, canta spalterium, usque

a) *add.* 1*b*. b) acquiranus *corr.* acquirens 1. b*) *ita* A. S. *excisum in* 1. c) ra *excisum* 1. d) nota 1. e) luis *aut* suis 1*a*. f) fecit 1*a*. g) s. r. a. s. l. *add.* 1*b*. h) f. e. *add.* 1*b*. i) a ceptis tempus est ut *add.* 2.

6) Ex Ann. Quedlinb. a. 1012. 7) Indid. 8) v. Ann. Quedlinb. h. a. ubi melius: *civili consensu*. 9) Ex Ann. Quedlinb. h. a. 10) Ex Ann. Quedlinb. h. a.

dum eam in extremis esse presentes testarentur; et tunc completis quae ad haec dicenda erant, cum ipsa sanctorum invitacione transiit felix anima eius Idibus Novembr. ad sponsi coelestis thalamum[11]. Huius obitum quidam laicus, civis Parthenopolitanus, cum in infirmitate iaceret, predicens: *Est*, inquit, *domna Liudgerd de hoc seculo transitura; et vere beatus est ille, qui eam meretur incedere viam.* Cum iam primo illucesceret, corpus ad Wallibizi nobis comitantibus defertur, et in proxima die iuxta monasterium in aquilonari parte, ubi Liutherdus pater[12] 26 annos inclusus[b] requiescebat, deponitur, et a viro suimet Wirinhario ineffabiliter defletur. Fuerat enim haec vite eius et animae diligens custodia, et in divino maxime sudans famulatu, pro illo plus quam pro se, ieiuniis in frigore et oracione continua peractis et elemosinis, ab omnium huc usque tuebatur insidiis hostium. Dico autem cunctis presentibus atque futuris, quicquid boni in hoc[a] seculo pro alicuius memoria a fidelibus exhibetur, *si non licet ei prodesse[c], *f.134'. pro quo agitur, numquam a Deo ei irritatur[13], qui hoc facere studiosus conatur[d]. In primo[e] Heinrici regnantis anno predicta Liudgerd post mortem patris sui ad virum suum, a quo iniuste tamdiu disiuncta fuerat, mense Ianuario rediit[14]. 1012. Nov. 13. 11 12 13

52. Et post nuptias marchio Liutharius in occidente infirmatus et pocione Paulina[15] inebriatus, ex inproviso obiit, octava[f] Kalendas Februarii; sepultus in Colonia, in eodem loco, ubi ipse prius rogavit, in australi parte templi, quó in cena Domini penitentes introducuntur. Huius vidua, nomine Godila, quodcumque boni potuit, pro memoria eiusdem facere non desistit. Filio suimet Wirinhario beneficium patris et marcam[g] cum ducentorum precio talentorum acquisivit, permanens in castitate 4 annos. Et tunc consanguineo suimet Hirimanno[16] nupsit, nil curans inpositum ab Arnulfo presule bannum, et quod dexteras episcoporum sibi hoc a Deo interdicencium fefellit trium. Propter hoc est excommunicationis gladio ab antistite predicto iugulata, nullamque[h] in procreanda prole spem deinceps adipiscitur. Sed ego delirans, id est ab incepto paululum devians, regis Heinrici inclita n conversationem agrediar 16

53. Is[i] magnam sinodum ob dampnationem Thiedrici, Metensis episcopi, posuit. Huic[i*] in eodem concilio ab omnibus episcopis ibidem convenientibus interdictum est, ut ante purgacionem missam non caneret. *Post haec natale Domini in Palithi festivis *f.135. peregit gaudiis; et ibi tunc Walkerus, Treverensis aecclesiae servus[k] et capellae suimet custos providus, egrotavit, et nobis inde euntibus ibidem relinquitur; 3. Idus Ianuarii, pro dolor! moriturus. Interim Lievizo, Bremensis archiepiscopus, longa infirmitate depressus, diem pius[l] sollicite prestolabatur supremum, et in nocte hac, quae ultimam precesserat diem, consotios crebris iam defatigatos vigiliis[a] talibus mulcebat alloquiis: *O dulcissimi fratres et filii, ne quisquam vestrum de superna diffidat clementia, et ut labor vester nunc[a] paululum relevetur, de me exemplum vobis admodum credibile profero. Domnum papam Benedictum[m] in his partibus exul[n] quesivi, et ne ad hunc pervenirem, a multis iterantibus sepe[a] tardatus, nullis eorum[a] acquievi blandiciis. Huic,* 1013. Ian 11.

a) *add.* 1b. b) inculsus *corr.* incuisus 1. c) prodere 1. d) canatur 1. e) prima 1*a*. f) octauo 1*a*. g) et m. *add.* 1*b*. h) que *add* 1*b*. i) his *corr.* Iis 1. i*) Huic – caneret *scripsit* 1*b*. k) clicus 2. l) tempus *corr.* diem pus 1. m) Otto cesar iniuste accusatum deponi consensit et *add.* 2. n) exsul 1*a*.

11) Calend. Merseb. Novembr. 13. *Livkierd comitissa obiit.* 12) Denotat patrem soceri Liudgerdis, fundatorem ipsius monasterii. 13) i. e. irritum fit. 14) V. supra l. IV. c. 11. 25. 15) In Polyc. Leyseri hist. poetarum et poematum medii aevi p. 502—692 exstat, Aegidii, medici sub finem saec. XII. viventis, carmen de virtutibus et laudibus compositorum medicaminum. Inter alia pharmaca p. 629. ibi occurrit, ut Ill. Adelungius primus notavit, potio sancti Pauli:

Quos apoplexiae pestis violenta procellat,
Quos furor invadit maniae, quos insita nervis
Sensifici motus vis sopitiva resolvit,
Potio restituit gaudens cognomine Pauli;
Asmaticos cantus compescit, menstrua solvit,
Hanc annis potes illaesam servare duobus.

Pagina sequente 630, ubi eadem medicina Paulinum et potio Paulini vocatur, eiusque vires ad caput ventriculumque pituita obductum etc. depraedicantur, in fine additur, eam per quatuor annos servari posse integram, ex quo colligere possis, hanc a potione Paulina p. 629 memorata fuisse diversam. Ceterum, addit Adelungius, an ab apostolo Paulo nomen traxerit, equidem ignoro, quanquam Timotheo suo, qua ratione stomacho infirmo mederi posset, auctor extitit. VVAG. 16) Marchioni sc. Misnensi, fratri uxoris Wirinharii, filii Godilae. v. Chronicon Walbecc. ap. Meibomium p. 71. Godila vero an. 1015 inter vivos esse desiit. URS.

1013. *dum vixit*[b], *studiosus adhesi, et post excessum eius Aedtheldago*[c], *seniori meo, servi vice famulabar. Hoc ipse considerans, pauperes suos fidei commisit meae. Dehinc camerarius eiusdem effectus sum. Sed cum ille pius, quam semper optavit, coelestem pergeret ad patriam, vestra electione communi et munere regali huic indignus succe-*
debam. Omne, quod invicem peccavimus, amore Christi ex corde remittamus, ut cum
*f. 135'. *bona pace nunc*[a] *separati, mereamur in die ultimo iterum*[a] *sociari. *Hoc in extremis meimet salubre vobis consilium dó, ut Oddonem, qui fraternitatis vestrae est particeps*[d], *communi nostrorum consensu ad rectorem nostrae eligatis*[d*] *aecclesiae, et ad utilitatem patriae, divinam supplicantes pietatem, in cuius manu cor regis est, quatinus id sibi placite perficiatur.* Talia hortantem omnes exaudiunt, et sui benivolentiam et procurationem unanimiter laudant. Crastino dominica dies illuxit, et ille beatus pater summo pastori gregem sibi subditum manibus elevatis cum spiritu committens, 2.
Ian. 4. Nonas Februarii[17] defunctus pergit, quo vivens tetendit. Fuerat enim unus ex numero
Esai. 60. 8. eorum, quos ut nubes et quasi columbas propheta miratur suas volare ad fenestras. Ille enim ob vigiliarum et ieiunii assiduitatem, dum adhuc valeret, quasi mortuus ignotis videbatur. Ad altare dominicum numquam sine oblacionibus accessit; assiduus populi monitor, et hilaris omnibus arrisit dator. Is erga Deum promeruit, quod inter continuas piratae furentis incursiones sedis sua hactenus permansit intacta.

Ian. 6. 54. Interea rex de Alstidi discedens, ubi epiphaniam Domini celebravit, et Bolizlavi nuntios pacem poscentes et confirmationem cum Misecone, eiusdem filio, fieri promittentes audivit, ad Merseburg venit, et ibidem predicti antistitis obitum comperit,
*f. 136. *et hunc queritur ob presentem fructum, gratulatur autem propter subsequentem interventum, recordationem eius sumopere faciens. Post haec transit a nobis, et purificaFebr. 2. tionem sanctae Dei genitricis in Magadaburg celebravit. Et in ipsa die predictus Oddo, clericis comitantibus ac laicis, supplex venit, et regis gratiam, sicut prius, ad complecionem eleccionis per fidos intercessores postulat. Quos rex nullatenus audit, sed capellano suimet Unwano[e], cum laude advenientium, etsi non spontanea, episcopatum dedit; Oddonem per manus succipiens et promissa sibi pietate demulcens. Tunc iussu regis et presentia eiusdem a Gerone archipresule cum consensu et auxilio episcoporum Ekki-
18 hardi[18] et Thurgati[19] Unwan ungitur archiantistes[e*]. Et interpositis diebus paucis, Miseco, Bolizlavi filius, cum magnis veniens muneribus, regis efficitur et fidem cum sacramento firmat. Dehinc cum honore magno remittitur, et ut iterum veniret, delectatur. In hiis diebus tempestas magna post solis occasum contigit, ac omnes nos admodum turbavit. Diruit namque aecclesiam extra urbem positam, quae de rubro facta est ligno, regnante primo Ottone. Incendium quoque plurima archipresulis bona consumpsit. In-
*f. 136'. super regias pervenit ad aures, quod nepos meus Wirinharius cum Ekkihardo, *Hirimanni marchionis fratre, ad Bolizlavum sine licencia pergeret[f], ibidemque multa gratiae suimet contraria loqueretur[f], eiusque nuncios hic sepe in secreto haberet[f]. Hoc omne rex graviter suscipiens, utrosque in suam venire presentiam iussit. Id cum facere non auderent, comprehensis omnibus suimet bonis, ut regiae potestati resisterent, diffamantur. Tandem nepos meus gratiam et incolatum cum predio suimet et auro comparavit. Alter vero longe post cum fideli interventu restituitur. Eodem anno Won-
20 lef, heremita et verus Israhelita, 15. Kal. Aprilis obiit[g. 20].

55. In proxima quadragesima rex ad Werlu veniens, diu colica passione ibi[a] infirmatur[21] et multa[b] per visionem sibi revelata sunt. Ad ultimum lacrimis et oracione multorum convalescens, quia in tam brevi intervallo ad predestinatum non valuit per-
Apr. 5. venire locum[22], paschale festum cum Meinverco sibi admodum familiari in Pathebrun-
Mai 24. nan digna veneracione peregit[23]; pentecosten autem nobiscum. In cuius vigilia Boliz-

a) *add.* 1*b*. b) acquievi suasionibus. Tandem vero ad eum perveniens et eum in divinis officiis studiosissimum videns, quamdiu supervixit 2. c) ętheld. 1*c*? d) partipes 1. d*) eligamus 1*a*. e) unuano *corr.* unuano 1. *et ita infra.* e*) archiantes *corr.* archiantites 1. f) pergerent — loquerentur — haberent *corr.* pergeret — loqueretur — haberet 1. g) Eodem — obiit *add.* 1*b* h) multa — sunt *in loco raso* 1*b*.

17) Obiit ille Ian. 4. secundum Necrol. Luneb. et Adam. Bremens. et ita etiam Thietmarum scribere voluisse, ex sequentibus apparet. Haec etiam dies anno 1013 dominica fuit. 18) Sleswicensis. 19) Scarae. 20) Ann. Quedlinb. a. 1013. Calend. Merseb. Necrol. Luneb. Mart. 18. 21) Conf. Ann. Hildesh. et Quedlinb. h. a. 22) Sc. Aquisgrani; v. Ann. Quedlinb. 23) V. ibid.

lavus cum securitate obsidum apud se relictorum venit, et optime suscipitur. In die sancto manibus applicatis miles efficitur, et post sacramenta regi ad aecclesiam ornato incedenti armiger habetur. In 2. feria regem magnis muneribus a se et a contectali sua oblatis placavit, deindeque regia largitate his meliora ac multa maiora cum benefitio diu desiderato suscepit[a], *et obsides suos cum honore et laeticia remisit. Post haec vero Ruciam, nostris ad hoc auxiliantibus, petiit; et magna regionis illius parte vastata, cum commotio inter suos et hospites Pezineigos[24] fieret, eosdem quamvis suimet fautores iussit interfici omnes. 1013. M. 125. *f. 137.

56. In diebus illis Bronhag, abbas Vuldensis, deponitur[25], et succedente sibi Popone converso et tunc Laressemensi[b] pastore, hoc monasterium, confratribus late discedentibus, a priori statu mutatur[26]. In civitate Bernhardi ducis, Liunberg dicta, eodem anno aeris fit mira mutacio atque motio, et inmensus terrae hiatus[27]. Hoc stupet accola et se prius numquam vidisse testatur. Rex autem ad occidentales pergens regiones, iter suum ad Longabardiam disposuit, et iterum ad nos repedavit; et inde 11. Kalendas Octobris discedens, per Bawariorum fines atque Swevorum usque ad locum, qui dicitur....[c], properavit. Huc excercitus undique confluit, et bene adiuvantium voluntas patuit. Et hinc usque ad Romam rex sine omni scrupulo regina comitante venit. Ad supplementum huius itineris Bolizlavus antea invitatus nil asspiravit, et in bene promissis more solito mendax apparuit. Insuper antea domno papae questus est per epistolae portitorem, ut non liceret sibi propter latentes regis *insidias, promissum principi apostolorum Petro persolvere censum. Tunc vero missis illo nuntiis tacite rimatur, qualiter rex in hiis[a] partibus haberetur; quoscumque potuit ab eius gratia per hos amovere conatus. Tantus fuit huic respectus Dei, et sic piorum quesivit interventum, ac ita cluebat militis incliti firma fides, et de sacramentis terribilibus adeo curavit! Attende lector, quid inter tot flagicia is faciat. Cum se multum peccasse aut ipse sentit aut aliqua fideli castigatione perpendit, canones coram se poni, qualiterque id debeat emendari, ut quaeratur, precipit, ac secundum haec scripta mox scelus peractum purgare contendit. Maior tamen est ei consuetudo periculose delinquendi, quam in salutari penitentia permanendi. Sept. 21. *f. 137'.

57. Huius conpar et quasi collega Hardwigus, a Longabardis falso rex appellatus, adventum magni regis et potentiam excercitus doluit; et quia suis viribus huic ad nocendum diffidit, in castelli munitionem se protinus recepit, hoc solum ingemiscens, quod rex ad maiorem tunc vocatus accessit honorem. Post longam animi[a] exestuantis deliberacionem legatos ad regem misit, qui comitatum quendam sibi dari *peterent, et coronam suimet cum filiis ei redditurum veraciter promitterent. Hoc cum consilio quorundam acquiescens facere rex noluisset, ut in sequentibus enucleabo, ad magnum suis familiaribus provenire dampnum id postea persensit. Sed priusquam haec aggrediar, quae superius indiscussa oblivione preterii, prescriptis interponere conor. *f. 138.

58. Fuit quidam Brun nomine, contemporalis et conscolasticus meus, ex genere clarissimo editus, sed divina miseratione pre caeteris parentibus inter filios Dei electus. Hic ab Ida, venerabili matre sua, unice dilectus, magisterio Geddonis philosophi[28] traditur, et omne quod habere[d] debuit, cum habundancia[e] suggeritur. Huius pater erat Brun[29], senior egregius et per cuncta laudabilis, amicus mihi consanguinitate et omnibus erat proximus familiaritate. Filius autem eius et equivocus[f] cum mane ad scolam ire debuisset[h], antequam ab hospicio exiret, veniam petiit, et ludentibus nobis in oratione is[a] fuit. Ocio negocium preposuit, et sic fructificans ad maturitatem pervenit. A tercio desideratur Ottone et succipitur, quem non longe post deserens, solitariam quesivit vitam, et[i] de opere suo vixit. Is vero post mortem gloriosissimi imperatoris, regnante[k] tunc secundo Dei gratia Heinrico, ad Mersburg veniens, benedicciones cum 997.

a) *add.* 1b. b) lareshirsemensi 1a. c) *Nomen huius loci librarii negligentia omissum esse videtur.* d) abire 1a. e) habuncia 1. g) et equinocus *add.* 1b. h) debuiset 1. i) et — vixit *add.* 1b. k) rengante 1.

24) A Porphyrogeneto Patzinatzi vocantur. Liudprando aliisque illius aetatis scriptoribus audiunt Pizenaci, Piczinegi, Petschinegi. — Incolebant terras ad flumina Wolgam et Iaik, Russosque habebant finitimos. URS. 25) De eo, postea episcopo Halberstad. v. chronic. Halberstad. 26) Conf. Ann. Quedlinb. a. 1013. 27) V. ibid. 28) Scholastici Magdeburgensis, de quo v. infra VII, 25. 29) De quo vide Ann. Sax. a. 1009 et 1106 fin.

licencia domni papae episcopalem ab eo peciit, et eius iussione ab archiepiscopo Tagi- f.138'.
none consecracionem, et quod ipse detulit huc pallium ibidem suscepit. Dehinc ob
lucrum animae laborem subiit diversae ac grandis viae, castigans corpus inedia et cru-
cians vigilia. Multa a Bolizlavo caeterisque divitibus bona suscepit, quae mox aecclesiis
ac familiaribus suis et pauperibus, nil sibi retinendo, divisit. In duodecimo conversio-
nis ac inclitae conversationis suae anno ad Pruciam pergens, steriles hos agros semine
divino studuit fecundare; sed spinis pululantibus, horrida non potuit facile molliri. Tunc
in confinio predictae regionis et Rusciae cum predicaret, primo ab incolis prohibetur[b],
et plus euvangelizans capitur, deindeque amore Christi, qui aeclesiae caput est, 16. Kal.
1009. Martii[30] mitis ut agnus decollatur cum sociis[c] suimet 18. Corpora tot martirum inse-
pulta iacuerunt, quoad Bolizlavus id comperiens eadem mercatur ac domui suae futu-
rum acquisivit solatium. Facta sunt autem haec in tempore serenissimi regis Heinrici,
quem Deus omnipotens triumpho tanti presulis honorificavit, et ut multum spero, sal-
vavit. Pater autem predicti antistitis longe post infirmatus, et[a] ut ipse mihi narravit,
precepto filii[a], monachicum suscepit habitum, et 14. Kalendas Novembris in pace
quievit[31].

59. Nec floccipendenda[d] est Geronis satellitum marchionis magna presumtio, quam f.139.
stupeat fidelis et fugiat amore pietatis. Causa proferatur in medium, et tunc perpenda-
tur factum, si sit laudabile an bonis omnibus detestabile? Arnulfus antistes ad saltum
Geronis, a venerabili eiusdem loci abbatissa Hathawi ad festivitatem Christi martiris
Ciriaci ad convivium invitatus, venit; et in die sancto, cum[a] post missam de aecclesia
ambularet, vidit clericum accipitrem in manu sua tenentem; et zelo commotus hunc
cum brachio suimet comprehendit ac secum duxit, non ut puniretur, sed sic verbis
mediocribus corriperetur. Fama volans milites predictos congregat, quorum primus Hu-
gal[d'] nomine ad episcopum veniens, cur seniorem suum sic inhonorare voluisset, interro-
gat. Et antistes: *Quid feci?* inquid. *Vidi abominationem Christi, et quia in meo factam episcopatu cernebam, sustinere non potui. Nil mali factum est. Ponamus diem vobis complacitam; et ubi culpabilis a communibus invenior amicis, digna emendatione restituo.* Et ille prosequitur: *Nec sic,* inquiens, *esse debet, nec ita fieri valet. Hodie aut sacramento vos excusate, aut seniori meo et nobis ad emendandum promittite.* Ad haec presul: *Sancta me,* infit, *sollempnitas prohibet iurare, et vos illud suscipere. Et multum miserabile mihi videtur, quod iusticia a vobis mihi solum denegatur.*
Post haec ille iratus egreditur, et miles armatus ignorantia comitis[e] glomeratur; et f.139'.
cum iam vellet episcopus cenare, videt omnes appropiare. Domus, in qua fuit, a suis
firmiter obseratur, et ne hostibus facilis pateret ingressus, omni modo munitur. Sed
cum eam iam inpugnare voluissent, dictum hiis est[a] veraciter, quod sacerdos alio decli-
nans ibidem non inveniretur. Tunc is in claustro et tandem in monasterio queritur,
et Dei gratia non ullo sui dedecore latens et haec omnia cernens, nullatenus[f] invenitur.
Ad ultimum sedato furore, hii ad hospicium[g] pergunt, et domos suas tristes revisunt.
Convocatis postera luce militibus suis, Arnulfus ad propriam[h] remeavit sedem, abbatis-
samque nimis flentem solatur. Hoc totum rex comperiens, conspiratores hos sibi pre-
cepit presentari. Quem cum marchio predictus nimis iratum cerneret, per internuntios
fideles eum placare nititur. Hos rex ea racione audivit, ut prius trecentorum pondera
talentorum episcopali solverent dicioni, et qui in hoc facto culpabiles esse deputarentur,
aut sacramento suorum 11 amicorum expurgarent, aut secundum canonicam auctorita-
tem[i] ei[a] satisfacerent. Facta tunc inter eosdem mutua pace, post pascha ponuntur
induciae. Huc nostri eorundemque[k] amici conveniunt, et ego cum illis affui; et ut f.140.
pecunia datur predicta, episcopus in occidentale monasterium venit, sedens[l] ibidem in[a]
solio summi gradus. Ibi tunc solus marchio se iuramento admodum credibili expurgat;

a) *add.* 1*b*. b) prohibitur 1. c) suis 1*a*. suis sociis 2. d) floccipendænda 1. *alibi in eiusmodi verbis a delectum est ab ipso Thietmaro, ut videtur.* d') huga 1*a*. e) ignorante marchione *A. S.* f) nullatus 1. g) hospicum 1. h) propia 1*a*. *corr.* propria 1*b*. i) auttoritatem 1. k) nostrique eorundem 1*a*. l) sedit 1*a*.

30) 7. Id. Mart. Aun. Quedlinb. a. 1009. Chron. Halberstad. Extat Brunonis epistola ad regem Heinricum in ultimo eius itinere scripta, ex cod. bibl. Cassellanae descripta. 31) Calendarium Merseburg. Octb. 19. *Brun conversus obiit.*

satellites autem sui more poenitentum de manu predicti antistitis singulariter suscipiunt ea ratione ieiunium, ut si quando amonerentur, onus subirent impositum.

60. Illud etiam adnectendum est, qualiter Othelricus, Boemiorum dux, mammona iniquitatis interpretatus, Bosionem inclitum suimet militem caeterosque complures interfici preceperit, eo quod hos fratrem adiuvare exulem a falsis murmuratoribus[b] audierit, et omnes caute in hiis cladibus discerent, qualiter sibi in futurum precavere debuissent. Quod Dominus in utroque testamento iubet observari firmiter, id in hiis regionibus compleri prohibet ambicio, ceca semper. Germanum enim, quem merito pre[a] hiis diligere debuit, verebatur, et ne umquam ad se veniat, diligenter custodire conatur. Boemii regnante Zuetepulco duce[32] quondam fuere principes[c] nostri. Huic a nostris parentibus quotannis solvitur[33] census, et episcopos in sua regione Marierun[34] dicta habuit; quod omne is[c'] et successores sui superbia tumidi perdiderunt, quia omnis humilitas, euvangelio teste, crescit et arrogantiae sublimitas minoratur. Sine maximo timore in hiis nullus dominatur provinciis. Caritas pura gemit exclusa[d], quia regnat ibidem periurium cum fraude socia. Luc. 16, 9. Matth. 23, 12.

61. 'Superius de[a] universali papa Brunone disputans, cum successorem eius Gerbertum tantum nominarem, ut de eo lacius aliquid scribam, non incongruum est. Erat is natus de occiduis regionibus, a puero liberali arte[e] nutritus, et ad ultimum Remensem[f] urbem ad regendum iniuste[g] promotus[35]. Optime callebat astrorum cursus discernere et contemporales suos variae artis noticia superare. Hic tandem a finibus suis expulsus, Ottonem peciit inperatorem; et cum eo diu conversatus, in Magádaburg oralogium[36] fecit, illud recte constituens, considerata per fistulam quadam stellâ nautarum[h] duce[37]. Post haec autem predicto papa Gregorio[i] defuncto, is gratia inperatoris eidem successit, et usque ad tempus Heinrici regis sedebat, Silvester vocatus. In cuius vice Iohannes Phasan, id est gallus[k], positus, sedem apostolicam dies sibi commissos regebat, sub quo aecclesia Merseburgensis renovatur et privilegii auctoritate sui roboratur. Huic succedebant Sergius, qui vocabatur bucca porci[l], atque Benedictus, ambo preclari et consolidatores nostri. Ab omnibus hiis sacerdotibus summis adventus regis admodum desideratur, sed diversorum reluctatione hostium diu tardatur. Benedictus sit in cunctis operibus suis omnipotens Deus, qui Romam longo tempore a multis temporibus depressam[m] tali pastore consolari et pacificare dignatus est! Namque papa Benedictus Gregorio quodam[m'] in electione prevaluit. Ob hoc iste ad[n] nativitatem 'dominicam ad regem in Palithi venit cum omni paratu apostolico, expulsionem suam omnibus lamentando innotescens. Huius crucem rex in suam suscepit custodiam, et a caeteris abstinere precepit, promittens sibi, cum ipse illuc veniret, haec secundum morem Romanum[38] diligenter finiri. Advenit optati temporis acceleratio, et rex Heinricus a papa Benedicto, qui tunc pre caeteris antecessoribus suis maxime dominabatur[a], mense Februario in urbe Romulea cum ineffabili honore suscipitur, et advocatus sancti Petri meruit fieri. Et[a] quia de secunda eius ordinacione locuturus sum, condecet eum me prius laudare, de cuius hoc venit gratuito munere, ut[o] magister gencium nos ortatur Paulus: *Deo patri pre omnibus et in omnibus, fratres, gratias agite; haec est enim voluntas eius in Christo Ihesu domino nostro.* Iure laudandus est a nobis, qui multum profuit nobis munere et gratia aeterni regis. Heinricus etenim rex aecclesiam adauxit[p] nostram multis utilitatibus, inprimis divino apparatu; et de omnibus curtis, 990. 991. 994. 999. 1003. 1009. 1012. f. 141 1014. Ephes 5, 20. Thess. 5, 18.

a) *add.* 1b. b) murmutaribus 1a. *sed superscripto* to *corr.* 1b. criminatoribus 2. c) principes, *et* huic a, *et* episcopos — minoratur *erasa in cod.* 1. *sed ita ut dispici queant.* c') et hic in sua r. M. d. habuit episcopos, que omnia hic 2. *A. S.* d) exculsa 1. e) parte 1a. naturalibus artibus 2. f) remensam 1. g) *Ita addit* 1b. *et A. S. a.* 999. *In* 1. in *erasum.* h) nautorum 1. i) G *voci* papa *superaddidit* 1b. k) i. e. g. *add.* 1b. l) qui u. b. porc̄ *add.* 1b bucca porcus *A. S. a.* 1009. m) depsam 1. m') cuidam 1c? n) per 1a. o) *sequentia usque ad versus ipsius Thietmari manu sunt exarata; carmen versum huius folii paginam, quaternionis ultimam, complet.* p) adauxit *super* u *et* x *posito* g *ita ut* adaugxit *voluisse videatur.*

32) Swatopluk seu Zwentibold, Moraviae dux potentissimus † 894. 33) Sic pro *solvebatur.* 34) Mähren. Conf. Palacky Gesch. von Böhmen I. p. 140. 35) Conf. supra p. 616—694; et C. F. Hock: Gerbert und sein Jahrhundert. Wien 1837. 36) Horologium solarium. 37) Conf. Ersch et Gruber Encyclopaediam s. v Compas. Hüllmann Städtewesen T. I. p. 123—137. Capmany Questiones criticas sobre varios puntos de historia, economicas etc. Madrid 1807. 4to. pag. 73—132. Complainte d'amour Ms. sec. XIII. apud Wolf in Jahrbücher für wissensch. Kritik 1837. Iul. pag. 142. 38) *i. e.* lege Romana. cf. Legum T. II. B. p. 159 sqq.

quas in Thuringia et in Saxonia habuit, duas nobis tradidit familias[39]. Euangelium auro et tabula ornatum eburnea et calicem aureum atque gemmatum cum patina dedit et fistula[40], cruces duas et ampulas ex argento factas et magnum calicem ex eodem metallo cum patina simul ac fistula dedit. Quicquid in prediis ab antecessoribus meis neglectum erat, precepto renovarat.

f. 111'. Quem laudant superi, veneremur nos quoque servi,
Promentes dignas nostris ex cordibus odas.
Est hic namque Deus trinus, in deitate sed unus,
Et sine quo nullus regnat, Deus ille benignus,
Atque bonum summum, depellens omne nocivum,
Largitur coelo quae prosunt omnibus alto.
Verus mendaces confuderat hic modo testes,
Heinricum regem dicentes inperialem
Curam non suscepturum, nec denique longo
Tempore regnandum, sed seva morte premendum
Nunc sunt bisseni, quod regno prefuit, anni,
Scandens cesaream post rector clarus in aulam,
Illo mense, meam quo solverat ipse cathedram.
Mar- tial 9. 53 Ista dies pulcbro signetur clara lapillo,
Qua regi nostro se subdit Roma benigno,
Atque liquore sacro perfusus gaudet, et almo
Fert grates Domino, qui se visitavit ab alto,
Ac Cunigundam contectalem sibi caram.
Summus pastor ovat[b], chorus atque suus quoque cantat,
Quod sunt securi, tanto rectore potiti.
Merseburg, et tu concinnes omnibus actu[b*]

LIBER VII.

f. 112. 1013. Febr. 14. I. Decursis a dominica incarnacione[c] post millenarii plenitudinem numeri[d] annis tredecim, et in subsequentis anni secundo mense ac ebdomada tercia, anno autem regni eius tercio decimo[41], et die dominica, ac 16.° Kal. Marcii, Heinricus, Dei gratia rex inclitus, a senatoribus duodecim vallatus[f], quorum 6 rasi barba, alii prolixa mistice incedebant cum baculis[g], cum dilecta suimet coniuge Cunigunda ad aecclesiam sancti Petri, papa expectante, venit; et antequam introduceretur, ab eodem interrogatus, si fidelis vellet Romanae patronus esse et defensor aecclesiae, sibi autem suisque successoribus per omnia fidelis, devota professione respondit, et tunc ab eodem unctionem[i] et coronam[42] cum contectali sua suscepit; priorem autem coronam super altare principis apostolorum suspendi precepit. Eodem die papa eis cenam ad Lateranis fecit copiosam. In octava vero die inter Romanos et nostrates magna oritur commocio in ponte Tiberino, et utrimque multi corruerunt, nocte eos ad ultimum dirimente. Huius rei auctores germani tres extitere[43], Hug, Hecil ac Ecilin[k], qui postea capti sunt et in custodia detenti; ex quibus unus[l] in hiis partibus evasit, secundus[m] autem ad Fuldu deductus est[a], in Ivicanstene autem[a] castello tertius[a] diu servatur.

Febr. 21.

a) *add.* 1*b*. b) hovat 1*a*. b*) Da iubilum Domino, per quem pollere videris *add.* 2. *ubi legitur:* ac tu. *Ibidem etiam carmini praemittitur rubra* Prologus. c) incarcione 1. d) post—numeri *add.* 1*b*. e) XVI *primo habuit* 1; *sed* X *erasum est.* VI. Kal. Mart. *etiam habent Ann. Hildesh.* f) uuallatus 1*a*. g) quorum — baculis *add.* 1*b*. h) cum clero *add.* 2. *A. S. a.* 1014. i) inunctionem regalem 2. k) H. H. ac E. *add.* 1*b*. l) *ita* 1*b*. hug *aut* hecil 1*a*. *scripsisse videtur.* m) *ita* 1*b*. *in loco raso.*

39) V. chartam imperatoris d. d. Merseburg a. 1010 Iul. 28. apud Höfer l. l. T. I. p. 160.

40) Fistula al. calamus suctorius, cuius opera vinum e calice a communicantibus hauriebatur, quod intelligendum est de communione sub utraque. Diaconus enim tenens fistulam intra calicem, propinabat vinum fidelibus, ut quisque admoto ore sugeret ex alio fistulae capite, hodieque summus pontifex Romanus sacram synaxin accedens tali fistula utitur. Piam de hoc calice Henriciano fabulam exposuit Gobelinus Persona in Cosmodrom. apud Meibom. T. I. p. 259. URS. Ignorasse videtur Ursinus peculiarem librum Io. Vogtii hist. fistulae eucharisticae — ex antiquitate eccles. et scriptoribus medii aevi illustrata. Brem. 1772. 4. WAG.

41) Rectius dixisset noster: duodecimo.

42) Conf. Glab. Radulph. l. I. c. 5.

43) Fuerunt fratres illi Langobardi, ut ipse Thietmarus noster l. VIII. init. commemorat.

2. Arnulfum fratrem suum, quem Ravennati[b] antea prefecit aecclesiae, cesar denuo 1014.
inthronizatum ab apostolico ibidem[a] consecrari precepit. Subplantatorem Aethelbertum[a] autem eius *iniuste ibi diu sedentem, primo voluit degradare; sed assidua pio- *f.142'.
rum devictus intercessione, alteri prefecit aecclesiae, nomine Aricia. In Ravenna duos et Romae totidem sinodali iudicio papa deposuit, ab archiepiscopo Leone iam muto[44] consecratos. Sanctorum instituta patrum, in sacris ordinibus ibidem et apud 44
nos iu, pro dolor! neglecta, cum excommunicatione redintegrata[c] renovavit. Prohibent namque canones, ut ante 25 annos diaconus, presbiter autem et episcopus ante 30 annos nequaquam ordinetur. Hoc quia non servavimus, miseri prevaricatores sumus, excommunicationemque incidimus[d].

3. Dominicam resurrectionem imperator in Papia civitate celebrans, instabilem Apr. 25.
Longobardorum[e] mentem caritate cunctis exhibita firmavit. Dehinc sedatis tumultibus universis, reversus est ab Italia cesar[f]; et Hardvigus ob hoc admodum gavisus, Fercellensem invasit civitatem, Leone eiusdem episcopo vix effugiente. Omnem quoque hanc civitatem comprehendens, iterum superbire cepit; quem ut in sequentibus expono, divina maiestas nimis humiliatum se culpabilem cognoscere coegit[g]. In hiis partibus cesar[h] episcopatum, quod erat tercium devoti operis sui ornamentum, in Bobia[45] civitate, ubi christicolae sancti et confessores incliti Columbanus et Attala 45
corporaliter requiescunt, communi consilio et licencia comprovincialium episcoporum construxit; quia summa necessitas, et quae eam precellit, Christi caritas ad hoc instigavit. Hic cum maxima prosperitate et gloria Alpinas superat difficultates ac nostrae regionis adiit serenitates, quia aeris huius et habitatorum qualitates nostris non concordant partibus. Multae sunt, pro dolor! in Romania atque in Longobardia insidiae; cunctis huc advenientibus exigua patet caritas; omne quod ibi hospites exigunt, venale est, et hoc cum dolo, multique toxico[i] hic pereunt adhibito.

4. *Eodem anno 4. Kalendas Mai. obiit Karolus comes[46], Riedagi marchionis filius, *f.143.
qui omne suimet benefitium iniuste accusantium turgida inflatione et nulla sui[k] culpa Apr. 28.
prius perdidit, et illatum facinus aequanimiter portavit. Eodem die neptis mea Mahtildis[47], quae in Geronis saltu cum domna Hathui abbatissa iure consanguinitatis diu 47
nutriebatur, animam[a] exhalavit; quam quia sibi successuram venerabilis matrona semper optavit, insolabili merore mortuam flevit, et hanc in proximo mense Iulio 4. Iul. 4.
Nonas eadem[l] subsequitur. De cuius laudabili vita quaedam breviter percurro. Fuit haec reginae Mahtildis inclita neptis, ac[a] in 13. aetatis suae anno Geronis filio marchionis Sigifrido nupserat, et[m] cum eo tantum 7 annos coniuncta erat. Post cuius excessum ob Dei amorem et tristis solatium senioris sacrum a Bernhardo antistite[48] velamen et mox consecrationem, ut predixi, suscepit, sedens 55 annos, tam assidua in Christi servitio ut Anna[n], et tantae largitatis ut Sarepthena, in castitate et abstinentia similis Iudith[o], ecclesiam sibi commissam diversis decorans[p] ornatibus. Huius obitum signa prenuntiabant ista. Vivarium[q], quod in orientali parte urbis est positum, usque in mediam diem apparuit sanguineum, et post viridi[r] colore est variatum. Multis est visum[a], quod meritis istius neptis mea se cum palma virginitatis precederet. Sepulta est autem egreia Christi *sponsa a Bernhardo Antiquae civitatis[49] epi- *f.143'.
scopo, non ubi petiit, sed ubi gemens congregatio sua rogavit, in medio aecclesiae coram sanctae crucis altari[s], ubi postmodum per eius nobile meritum quodam[t] viro diu debili et cum scabellis diu[a] ambulanti tribuit omnipotens Deus facilem gressum.

5. Inperator autem, transcensis Alpibus, caeterisque adiacentibus provinciis regendo decursis, natale Domini celebravit in Palithi. Et post haec ad Merseburg veniens, Bolizlavi fidem et auxilium suis innotuit fidelibus, et ut ab eis ad excusationem aut indictae rei emendationem is vocaretur, unanimes poscit. Interim nepos meus, comes

a) *add.* 1*b*. b) rauentati 1. c) redingrata 1. d) nomine Aricia — incidimus *add.* 1*b* e) langobarum *corr.* longobarum 1. f) *erasum* 1. g) quem — coegit *in rasura scripsit* 1*b*. h) Henricus secundus *add.* 1*c*. i) toxicato cibo 2. k) sua *corr. ut etiam alibi* sui, *postea* (1*c*?) sua *restitutum* 1. l) eidem *corr.* eandem *corr.* eadem 1. m) ac 1*a*. n) vidua *add.* 2. *A. S.* o) *Hoc nomine spatium relictum explevit* 1*b*. p) decorauit 1*a*. q) uuarium 1*a*. viuuarium 1*b*. *primo* u *eraso*. r) virido 1*a*. s) altare 1*a*. t) cuidam 1*c*?

44) *i. e.* mortuo. 45) Bobbio. 46) Ita et Necrol. Luneburg. 47) V. ibid. 48) Halberstadensi. 49) Aldenburg in Wagria.

1014. Wirinharius, instinctu[b] malesuasae iuventutis et dolosarum machinamento mulierum
Nov. 7. cum paucis[c] ad urbem Bichlingi vocatam dominica die venit, et domnam eiusdem Reinildam prius a se desideratam fraudatis custodibus rapuit invitam. Namque inperatori, ut nullo[d] absque scientia et consilio suimet umquam sociaretur marito, haec antea firmiter promisit; et ob hoc cum clamore et eiulatu deducitur. Hoc audientes cum clientibus satellites, armati conveniunt, et ex his unus, Vullord nomine, vulnere diro tardatur. Sed una ex ancillis cum se pariter abduci[e] rogaret, et iussu senioris
*f. 144. sui hanc sumere Alwinus nobilis voluisset, vallatur undique, et nepotem meum *iam tunc egressum revocat in auxilium. Hinc antequam ei[f] succurreretur[g], pro dolor! oppetiit. Et dominus eius adveniens, infra clauditur, et ab uno servorum[h] sauciatur; quem protinus lancea perfossum muro infixit, et caeteros, ut sibi propius accedere non auderent, terruit; et[a] cum suos longe cum matrona iam[a] exisse, sibi autem nullum evadendi locum patere vidisset, relicto protinus equo, se dimisit a muro, et a lapide sequenti admodum depressus, tristes vix pervenit ad socios. A quibus usque Wi[i] ad villici cesaris domum portatus, ibi cum paucis[k] est dimissus; et dominam cum magna festinatione avexerunt, nunc hic nunc illic cum ea latitantes, adventum domini solliciti prestolantes. Sed villicus iniquitatis hospitem infirmum inperatori mox[a] prodidit, et eius mentem fecit nimis hilarem. Speravit enim, eum in suam venientem potestatem in exemplum[k*] aliis[a] periturum, aut precio ineffabili ab hoc redempturum. Nox iam erat[l], et Bernhardus ac Guncelinus et Willehelmus comites
50 cum suis militibus a cesare missi, ubi egrotus iacuit, veniebant; et hos adfuisse[50] Wirinharius a suis presciens, sibi familiarem Willehelmum salutat, caeteris duobus indicens, si gladium elevare potuisset, quod numquam in eorum potestatem incolumis venire voluisset[m]. Willehelmus vero eius vulnera ligans, et quod ad Merseburg, ut
*f. 141'. sibi iussum fuerat, *venire nullo modo valuisset, intellegens, a suis fecit eum portari
51 ad proximam villam Elerstidi[51] dictam, ibique in domo nimis lapidibus firmata precepit custodiri, ipse cum suis ad inperatorem reversus. Eodem die nos[a] ad presentiam cesaris vocati, quali presumptione suum nepos meus interruperit votum, ab eodem flebili lamentatione percepimus. Namque cum Brun a Milone inimico eius in domo propria, ubi omnibus est pax habenda, occideretur, idque ab omnibus indigenis inperatori lugubriter intimaretur, multum rogatus, ut suorum more antecessorum tam sceleratis hominibus predium cum incolatu prohiberet, idque sacramentis firmare ex sua parte iussisset, elevatis manibus omnipotenti Deo et cunctis presentibus illud se quamdiu viveret impleturum promisit. Et quia scimus, multo sacius esse, bonum non vovere Deo quam postea declinare, rogitemus eum, cui haec dedit promissa, sicubi ea humanitatis gratia seu malo is fregerit ortatu, emendatione condigna resipiscat. Post inperatoriam lamentationem optimi quique dedere consilium, ut, comprehensis omnibus suimet bonis, domna revocaretur, et huius rei auctores aut capti presentarentur, aut fugientes usque ad mortem persecutionem paterentur; ipse autem comes superata infirmitate, si culpabilis efficeretur[n], capite privaretur; si autem haec omnia cum consensu
*f. 145. matronae acta fuissent, *optime uteretur sponsa. Frater meus comes Heinricus haec ad implenda ilico mittitur, et ut ad Alstidi ad publicum venirent colloquium, iubetur. Illo tunc proficiscente, predicti comites advenerunt, et cesari quae facta sunt nuntiave-
Nov. 11. runt. Postera die, id est in sancti festivitate Martini, Wirinharius pacienti animo adversa quaeque sustinens hactenus, exspiravit[52], nullum hostibus lucrum, suis autem invincibile dampnum relinquens. Ob hoc rex tristatur, et Thiedricus hostis eius lacrimatur. Hoc ego comperiens, Thiedrico nepoti meo abeundi licentiam petii, et corpus amici
53 per satellites meos de Miminlevo, ubi tunc abbacia fuerat[53], et Reinoldus eiusdem pro-
54 visor egregius debit hoc procuraverat humanitate, ad Helpithi[54], ubi hoc expectabam,

a) *add.* 1b. b) instintu 1*a*. c) pacis 1. (*cf. not.* k); cum pacis obtentu ... d. d. ad u. b. v. venit cum paucis 2. *A. S.* d) nulli 1*c*. e) duci 1*a*. f) *ita* 1b. *in loco raso.* g) succurretur 1. h) seruuorum 1*a*. i) Vui. *add.* 1b. *nomen villae nobis incognitae.* k) pacis *corr.* paucis 1. k*) exsemplum l) nox erat et toto fulgebant sidera celo cum ecce *add.* 2. *cf. Virg. Aen. III*, 147. *IV* 522. *VIII*, 26. m) uoluissent 1*a*. n) efficiretur 1.

50) rectuis: adesse. 51) Allerstaedt prope Memlebium. URS. 52) Calend. Merseb. Novembr. 11. *Obiit Wernicho comes.* 53) V. infra c. 22. 54) Helfte in comitatu Mansfeldensi. URS

reduxi. Sed eodem iam tunc nimis fetente, exsolvi protinus viscera iussi, iuxta aeccle- 1014.
siam iubens sepeliri meam, et usque ad Wallibizi illud prosequebar, ponens ad levam
dilectae coniugis[55]. Post 14 dies domna Swonehild, socrus eiusdem, morte subitanea 55
6. Kalendas Decembris obiit[b. 56]. Nov.
20.

6. Interim cesar in Alstidi populis iura dabat, et ut presentes affirmabant, meis Virg.
haec amicis denegabat. Insula quae Porei[c] dicitur[57], quia prius comes Bernhardus pre- Aen.
dictum voluit occidere Wirinharium, per iniustos iudices sibi eam cesar precepit VII,
assignari. Hoc Wicmannus comes prohibet, et iniustum[d] esse affirmat; omnes populi 244.
mussant et christum Domini peccare occulte clamant. Ibi tunc[e] stella multis in medio Dec. 7.
apparuit [f]die. In octava sancti Andree Rigmannus presbiter[g], qui aecclesiae prefuit suae [f.145'.
85 annos, in Christo obiit[g]. Et inde exiens, natale dominicum in Palithi coluit, et Dec.
in 4. feria ante pascha ad Mersburch venit. In cena Domini crisma in eius presentia 25.
indignus benedixi. In vigilia autem[a] sanctae resurrectionis, quae tunc fuit 5. Idus Apri- 1015.
lis, Redbald abbas Wirdunensis obiit, et Hethenricus eiusdem cenobii prepositus eli- April.
gitur[h]. In die sancto archiepiscopus Gero missam cantavit; et interim Othelricus, 6.
Boemiorum dux, advenit, et dies hos sollemnes duximus admodum hilares. Interea 10.
Hirimannus marchio pascha duxit cum socero[58], et inde vix solutus, ad imperatorem 58
cum nuntio eiusdem Stoignewo diu exspectatus venit. Idem legatus mentiri semper
solitus ad cesarem in occidentali parte, plus ad perturbandum, quam, ut simulaverat,
ad pacificandum, ab instabili seniore suo missus est. Quem cum consociis suimet inpe-
rator suis familiaribus committens, generos suos gratiam eiusdem nudis pedibus queren-
tes misericorditer suscepit, et tunc demum nugigerulus ut haec cerneret presentari iussit,
et publice domino eius respondit. Hic cum alia, quam cesar preceperit, domi retulisset,
cum prefato comite[i] pacem firmare cupienti iussu ducis infausti remittitur, et in con-
spectu inperatoris et principum eius fallax et in invicem disturbans esse convincitur.
[f]Tunc iterum Bolizlavus[k] se ad excusandum, vel inobedientiam ad emendandum a cesare [f.146.
vocatus, in presentiam eius venire noluit, sed coram principibus[l] suis haec fieri postu-
lavit. Sed quantam ei benignitatem imperator prius ostenderit, lector, attende!

7. Prefatus dux, mille artium scientia plenus, filium suimet Miseconem ad Othelri-
cum, Boemiorum provisorem, misit, ut memores mutuae consanguinitatis se invicem
pacificarent et cunctis hostibus suis et maxime cesari pariter resisterent. Ille vero hoc
omne in detrimentum sui esse compositum a veracibus accipiens, hunc comprehendit,
ex consociis eius optimos quosque interficiens, ac caeteros una cum seniore capto Boe-
miam reduxit, ac in carcerem proiecit. Quod cum inperator comperiret, Thiedricum
nepotem meum illuc misit, ut satellitem suum sibi redderet, et si de gratia suimet
aliquid curaret, hunc nullatenus perderet. Cui hoc fertur dedisse responsum: *Senioris
mei iussa in omnibus sequi tam posse quam velle, mihi admodum necesse est. Eri-
puit me nuper indignum omnipotens Deus de ore leonis, eiusque catulum in perniciem
meam missum mihi tradidit. Et si hunc liberum abire permitto, certos hostes in patre
et filio semper habeo; sin autem retineo, aliquem cum eo fructum me acquisiturum
sperabo. Videat dominus meus de hiis omnibus, quid*[m] *[f]sibi placeat ac mihi aliqua- [f.146'.
tenus proficiat, et hoc totum devotus inplebo.* Sed cum Thiedricus cum hac legatione
reverteretur, alius mox celeriter remittitur, qui eundem mitti rogaret, firmiterque ei
preciperet, promittens ex parte cesaris omnem eius excludi sollicitudinem et bonam
firmari pacem. Tunc Othelricus nolens volens captivum reddidit, et imperatorem mul-
tum placavit. Bolizlavus autem de acceptione filii supra modum gavisus, per internun-
tios suimet condignas cesari gratias egit; postulans, ut eum sibi ad honorem, inimicis
autem suis ad dolorem remitteret et futuram utriusque remunerationem ipse veraciter
agnosceret. Quod inperator tunc non posse fieri respondit, sed cum ad Merseburg
veniret, cum communi principum consilio suorum voluntati suimet se tunc satisfactu-

a) *add.* 1*b*. b) Post — obiit *add.* 1*b*. c) Porci *A. S. a.* 1013. d) iustum 1*a*. e) I. t. *add.* 1*b*. f) *ita et in Calend. Merseb. Decembr.* 7. pr 1. g) In octaua — obiit *add.* 1*b*. h) *ita* 1*b*. *in loco raso.* i) comiti 1. k) B. *add.* 1*b*. l) principus 1. m) qđ 1.

55) Liutgerdis. URS. 56) Calend. Merseb. Novemb. 26. *Suonchild cometissa obiit.* 57) Pa-
rey, insula Albiae, haud procul a Ierichow et Genthin. 58) Bolislavo Polono.

rum promisit. Hoc Bolizlavus ut audivit, non bene suscepit, qualiterque filium in suam redigeret potestatem, semper tacita mente et crebra legatione revolvit[b].

8. Ad condictum[c] cesar ut venit locum, cunctos optimates, quid sibi de hac re esset faciendum, consuluit. E quibus Gero archiepiscopus loquitur[d] primus: *Cum tempus fuit et cum vestro honore id fieri potuit, me ista[e] hortantem non exaudistis. Nunc a vobis est mens Bolizlavi ob longam filii retentionem et custodiam aversa, et vereor, si hunc sine obsidibus aut aliis confirmationibus remittitis, ut in posterum fidelis* [f. 147.] *servitii in ambobus careatis.* Talia loquentem maxima presentium turba consequitur, et pars corrupta, id cum honore magno fieri non posse, ingeminat. Vicit pecunia consilium, et ut hoc Bolizlavo carius esset, in fidem suam, et cum omnibus quae habebant, Miseconem haec a cesare suscipiens[f] reduxit, et promissa percepit, ammonens eundem et filium, ut memores Christi et firmae Dei[59], nullum cesari incommodum amplius inferrent, nec suos decipi paterentur amicos. Huic dulci ortatui[g] fistulae blandientis more ab hiis protinus respondetur, quod factis postmodum nullatenus completur. Quamvis enim hiis aut fides parva sit aut nulla, tamen hoc nobis inputant, quod ex parte cesaris et nostrorum is tam sero remittitur, qui in numero militum habebatur. Hoc eis erat semper in animo, et propterea se in presenciam cesaris non venire affirmabant. Luc. 14, 18. Et verum est, quod vox euangelica testatur, excusationem aliquam hunc querere, qui ab amico familiari meditatur discedere. Haec inperator agnoscens, a nobis discessit, et proximos rogationum dies in Capungun[60] fuit, quo ipse curtem suam de civitate Cassalun[b. 61] dicta transtulit; et ibi cum consilio sui archipresulis Heriberti predictam Hethenrico curam commendavit. Interim ecclesia incipitur nostra, presente archiepiscopo Gerone, cuius primos posui lapides in modum sanctae crucis 15. Kalendas Iunii[i]. Mai 18. Et tractatis ibidem[61c] rebus necessariis, in vigilia pentecostes ad Immedeshusun[62] venit, illic cum antistite Meinwerco hanc sanctam festive [f. 147'.] ducens sollempnitatem. Mai 29.

9. Illic Val, Corbensis abbas, prius ab cura suspensus, deponitur, et unus ex Larsemensi monasterio Druhtmer[a] sine fratrum consensu predictorum assignatur[63]. Quo ad sedem suam in hac venienti ebdomada, omnis congregatio exceptis 9 flens abiit, et ut Liudulfus abbas predixit[k], locum hunc pene vacuum non sponte reliquid.[**]

10. In hiis diebus festivis Ernost[l] inclitus Alemanniae dux, pueri successor Herimanni, cum in silva quadam illicite venaretur, ab uno militum suimet plus ignorantia

[**]) *Codex 2. addidit*: Quia vero huius cenobii mencionem sepius feci, libet aliqua de eius inchoacione et rectoribus breviter dicere, quia unum ex antiquissimis est. Anno dominice incarnacionis octingentesimo vicesimo secundo Liudowicus imperator augustus, Karoli Magni filius, imperii sui anno decimo, per venerabilem Adelhardum, antique Corbeie abbatem, hoc cenobium fundavit, in memoriam, unde cepisset, Corbeia nova loco nomen imponens. Ipse tradidit eidem loco multa predia, scilicet Huxeri villam, Eresburg et Meppiam abbacias. Huius vero filius Liudwicus contulit nobile donum, abbaciam scilicet in Visbike, et decimas in episcopatu Asnebruggi cum decimalibus ecclesiis. Tradidit quoque piscacionem in Wisera, quae dicitur Hocwar. Lotharius[64] imperator venit cum orientalibus Francis in Sclaviam, et eorum regem Gestimulum occidit, ceterosque subegit et dedit ecclesie Corbeiensi, ipso anno dedicationis eius, ut cronica testatur. Insuper reges et principes et ceteri nobiles ipsum locum multis divitiis et prediis ditaverunt, et Romani pontifices magnis privilegiis et honoribus extulerunt. Hic requiescit inclitus martir Vitus, septennis puer, translatus eo de Francia per Warinum, eius loci primum abbatem, cuius martirio patrocinio Saxonia rerum suarum prosperitate in immensum excrevit. Situs est hic locus super fluvium Wiseram in episcopatu Paderbrunnensi. *Eadem 2. iterum versus finem libri VII. repetit. Conf. A. S. a.* 822.

a) *add.* 1*b*. b) reuuoluit 1*a*. c) conditum 1. d) loq^{t} 1. e) hista 1*a*. f) succipiens 1*a*. g) ortatu 1. h) cassulun 1*a*. i) Interim — Iunii *add.* 1*b*. *in margine*; 2. *vero inseruit post* sollempnitatem *ibique pergit*: rege manente Immedeshusen illic. k) u. L. a. p. *add.* 1*b*. l) ernest 1c?

59) *i. e.* iurisiurandi. 60) Haud longe a Cassela est monasterium Kauffungen ab imperatrice Cunigunda ibi fundatum, sec. 16. a Philippo landgravio in collegium virginum nobilium conversum. URS. 61) Cassel. 61°) i. e. Kaufungen. 62) Inter Mindam et Geismariam urbs sita hodie Immshausen, praedium nobilium de Steinberg. WAG. 63) Conf. Vitam Meinwerci c. 43. 64) *Lotharius — dedicationis eius*] ex Ann. Quedlinburg. supra pag. 46.

quam voluntate spontanea, ut cervam sagittare[a*] debuit, pro dolor! vulneratur[b]. Hic quia 1015.
mortem sibi imminere perspexit, socios vocat, et ut reo parcerent supplicatur; et quia
hic tunc presbiterum, quo[b*] sua confiteretur peccata, non habuit, unum ex militibus huius
vice propius[c] accedere iussit. Quem cum adesse perspiceret: *Omnes*, inquid, *accedite,
et commortalis vestri ac peccatoris facta aure cordis percipite, et qualiter curentur,
unanimiter succurrite; absentibusque[d] cunctis fidelibus peccatricem meimet animam
queso commendate, et uxorem meam, ut honorem suum servet et mei non obliviscatur ammonete.* Haec dicens, in quocumque umquam se aliquid deliquisse recordari
potuit, cunctis presentibus innotuit, et mox de luce hac[e] 2. Kalendas Iunii discessit[64], Mai.31.
sepultus in Wirciburg iuxta patrem suum marchionem Liupoldum, ut ipse rogavit. Hic
iuvenis, ut spero, felicem habet animam, cui, sicut ipse vivens testatus est, plus placuit,
coram multis hic erubescere, quam coram omnipotenti Deo latere. *De hoc exemplum, *f. 148.
fratres in Christo, capite, et morbum interius latentem medico coelesti[d*] aperite, et antidotum[c] eius salubre nullatenus spernite, et quicumque sit in fine nostro confessor, non moretur in gementi professione peccator, ut ab eo in coelis inveniatur propicius remissor.

11. Ad supramemoratam sollempnitatem et ad predictum locum quidam rusticus de occiduis veniens partibus, novam imperatori legationem detulit, et hanc nullo[f] nisi eo[f] soli umquam aperire voluit, portans adhuc stimulum[g] hunc, quo tunc pecus arans minavit, cum hoc ei coelitus per columbam[h] iussum fuit[i]. Et hic[k] erat tantae longitudinis, ut omnes, qui eum[l] viderant, nimis ammirarentur. Ipse[m] vero rediens, cunctis interrogantibus indicat iussu cesaris, se ad Aquasgrani post expedicionem venturum, et responsum ab eo ibidem accepturum. Et quia hanc admonicionem et crebro aliam innumerabilem inperator sprevit, vindictam sensit. In nativitate sancti Iohannis bap- Iun.24.
tistae, quae tunc proxima erat, ad Gosleri cesar veniens, Ernasti ducatum nepti suae
et filio eius dedit; et inde ad Magathaburg proficiscens, interventum Cristi militis Mauricii ad exsuperandam hostis Bolizlavi contumatiam suppliciter rogavit. Dehinc ad
locum, qui Sclancisvordi[65] vocatur, cum exercitu glomerato perrexit, et magnum com- 65
provincialibus et marchioni eorum *Geroni intulit [damnum[n]]. 8. Idus Iulii fit nostra *f. 148'.
congregatio, et pro defensione debita habitatoribus hiis predatio magna. Postquam nostri Iul. 8.
Albim transierunt, inperatrix et ego cum illa ad Mersburg pergentes, cesaris adventum in his partibus expectavimus. Nostri autem ut ad pagum Lusici dictum venerunt,
a presidio ex Ciani urbe[66] egresso[o] temptantur; quod agnoscentes magnam ex eo multi- 66
tudinem occidunt, et Hericum, qui dicebatur Superbus, et qui ex nostra regione ob
omicidium illó fugit, captum in vinculis cesari presentabant. Inde usque ad Oderam
inperator profectus, ad locum, qui Crosna dicitur[67], optimos ab exercitu[p] ad Miseconem 67
ibi turmatim sedentem misit, ut eum de promissa sibi fide ammonerent, et ne propter
eum ab inperatore sua perderent bona, cum dedicione sua preoccupare voluisset, unanimiter rogarent. Quibus is talibus respondit: *Agnosco me gratia[q] cesaris ab inimici
potestate ereptum ac vobis fidem promisisse; et eam libenter in omnibus adimplerem,
si liber existerem. Nunc autem, ut ipsi scitis, sum mei patris dominio[r] subditus,
et quia ille hoc prohibet, et sui milites hic modo presentes talia fieri non paciuntur,
invitus omitto. Patriam, quam queritis, meam, si possum, defendere usque ad adventum
mei patris volo, et tunc eum ad gratiam cesaris et ad amorem vestrum inclinare
cupio.* Hoc nostri audientes, regressi sunt, et haec inperatori responsa detulerunt. Inte- *f. 149.
rim Bernhardus *dux cum suis fautoribus, episcopis et comitibus, et profanorum turba
Liuticiorum, ab aquilone Bolizlavum peciit, et hunc presentem, munita undiquessecus
Odera, habuit.

12. Cesar autem in inventione Christi protomartiris Oderam transmeans, reluc- Aug.3.
tantem Poleniorum multitudinem admodum prostravit, et nemo ex nostris nisi Hodo

a) *add* 1*b*. a*) sagitare 1. b) vulneretur 1*a*. b*) cui 1c? c) propu 1. d) que *add.* 1*b*. d*) celeste 1*a*. e) antitodum 1. f) nulli nisi ei 1c? g) stimulum — minauit *in loco raso* 1*b*. h) per c. *add.* 1*b*. i) fuet *corr.* fuit 1. k) hęc 1*a*. l) eam 1*a*. m) Ipse — sensit 1*b*. *in loco vacuo*. n) *deest* 1. o) egreso 1. p) exertitu 1. q) gratiam 1. r) *ita A. S.* domino 1.

64) V. Ann. Hildesh. a. 1015. Calend. Merseb. Mai.31. 65) Locus nobis ignotus, haud procul a Torgau quaerendus. 66) Zinnitz inter Kalau et Luckau in Lusatia inferiori. 67) Crossen, ubi fluvius Bober Oderam influit.

1015. inclitus iuvenis cum Ekkrico et alio Guncelini comitis satellite cecidit[68]. Hic cum Sigifrido, Hodonis filio marchionis, ab imperatore accusatus, eo quod Bolizlavo[b] nimis familiaris actenus fuisset[c], eodem die viriliter se expurgant[d], et a suis Hodo longe digressus, cum hostes solus fugientes insequeretur, sagitta per caput inmissa primo oculum et post vitam perdidit istam. Sed cum Miseco eiusdem corpus cognosceret, quia eius apud nos fuerat custos et sodalis, multum flevit, et id bene procuratum ad[e] exercitum misit. Eorum autem, qui ex parte hostili oppecierunt, non minor erat numerus quam sexcenti, predam relinquentes nostris ineffabilem. Hoc Bolizlavus, ubi tunc mansit, ab internuntiis festinantibus mox rescivit; et quamvis eo libenter pergere voluisset, tamen presentibus inimicis introitum patescere ausus non est. Quocumque nostri in navibus declinabant, illuc ipse cum suis equo sequebatur alato. Ad ultimum vero erectis celeriter velis, nostri per omnem unam navigabant diem, et inimicis eos tunc comitari non valentibus, litus optatum securi comprehendunt, et proxima incendunt loca. Quod cum eminus dux prefatus agnosceret, more solito fugit, et nostris fiduciam et locum nocendi invitus concessit. Dux vero Bernhardus cum suis imperatori ad auxilium, sicut ei prius iussum est, venire cum nequivisset, per pedites clam missos ei eventum rei et necessitatem inobedientiae indicens, vastatis circumquaque iacentibus locis, domum rediit. Othelricus quoque, qui cum Bawariis ad cesarem venire debuit, ob multas causarum qualitates[69] dimisit. Et quamvis hii imperatorem non comitarentur, tamen fidele servitium sua vicinitate[70] ostendunt. Namque Othelricus quandam urbem magnam, Businc[71] dictam, petiit, et in ea non minus quam mille viros absque mulieribus et liberis capiens, incendit eandem, et victor remeavit. Heinricus autem, Orientalium marchio, cum Bawariis, comperiens, Bolizlavi milites iuxta se predam fecisse, protinus insequitur, et ex hiis fortiter resistentibus octingentos occidit[a] predamque omnem resolvit.

cf. Ovid. Fast. III, 415 ff.

69 71

Aug. 5. 13. Interim Redingus, Magadaburgensis prepositus, Nonas Augusti in Christo obiit[72].

Aug. 19. Mense eodem et 14. Kalendas Septembris Eila, venerabilis cometissa obiit[73] et in monasterio, quod ipsa construxit[74], ab Everhardo antistite[75] traditur sepulture[f]. Sed antequam haec omnia cesar comperiret, multum sollicitus, quamvis parvo uteretur excercitu, tamen potestative, quamdiu voluit, in hiis partibus fuit, et tunc reversus ad pagum, qui Diadesisi dicitur, venit in angusto, pro dolor! castrametatus loco, ubi nullus, excepto apum magistro, qui ibidem tunc interfectus est, sedit. Bolizlavus autem audiens, imperatorem aliam, quam intraret, viam hinc exiturum, iuxta Oderam omnimodis sua[a] firmavit. Sed cum hunc iam abisse comperiret, magnam peditum multitudinem ad locum, ubi noster consedit exercitus, premisit, precipiens eis, si aliqua oportunitas sibi accidisset, huius saltem aliquam partem ledere temptaret. Insuper abbatem Sept. 1. suum, Tuni nomine, simulata pace ad caesarem misit, qui protinus ab eo explorator esse cognoscitur, et ibidem, quousque omnis pene exercitus, factis in precedenti nocte pontibus, paludem transcenderet preiacentem, detinetur. Tunc ille, monachus habitu, sed dolosa vulpis in actu, et ob hoc amatus a domino, rediit; et imperator Geroni[g] archiepiscopo, et Geroni[h] inclito marchioni, ac Burchardo comiti palatino[i], residuos committens, progreditur, et ut se solito cautius circumspicerent, ortatur. Post hoc ab hostibus prope in silva latentibus magnus clamor ternis mugitibus attollitur, et mox nostrum agmen, sagittariis intermixtim currentibus, ab hiis appetitur. Quibus primo conflictu secundoque fortiter resistunt, et ex eis multos palantes occidunt. Set fugientibus quibusdam ex nostris, confortati hostes glomerantur, et nostros iterum incurrentes dissipant, et separatos sagittis fallentibus perdunt. Gero autem archiepiscopus et Burchardus comes vulneratus vix evadentes, cesari haec referebant. Liudulfus autem iuvenis cum paucis capitur, et Gero ac Folcmarus comites, cum 200 militibus optimis occisi, spoliati

f. 149v.

f. 150. f. 150v.

a) *add.* 1*b*. b) bolizlouo 1. c) familiares a. fuissent 1*a*. d) *ita* 1. expurgavit *A. S.* e) et 1*a*. f) Interim — sepulture *add.* 1*b*. g) *ita* 1*b*. ieroni 1*a*. h) ieroni 1. i) que *add.* 1*b*.

68) Calend. Merseburg. August. 3 *Hodo et Ekkricus cum multis interfecti sunt.* Conf. Ann. Quedlinb. a. 1015 et Necrol. Luneb. 69) Similiter II, 16. *multae causarum species.* 70) Sc. Bohemiae. 71) Idem nobis videtur, quod supra VI, 37. Busin, Budisin. 72) V. Calend. Merseb. Aug. 5. 73) Ibid. Aug. 19. Conf. de ea Ann. Saxon. a. 1015. 74) Sc. in Schweinfurt. 75) Bambergensi 1007—39.

sunt[77], quorum nomina et animas Deus omnipotens misericorditer respiciat, et nos, quorum culpa hii tunc oppetiere, sibi per Christum reconciliet, et ne quid tale ulterius paciamur, clemens custodiat. 1015.

14. Imperator ut hoc triste nuncium audivit, ad tollenda interfectorum corpora redire voluit; set multorum tardatus consilio, id quasi invitus omisit, et Aeidum antistitem, qui eis licentia infausti ducis sepulturam inpenderet et Geronis corpus marchionis inploraret, remisit. Venerabilis vero[a] pater cesari[b] voluntarie consentiens, concito cursu revertitur; et ut miserabilem aspexit stragem, flebiliter ingemuit et suppliciter pro[a] hiis[a] oravit. Hunc cum victores et tunc in preda solum morantes, eminus viderunt, de consequentibus timidi primo fugerunt, deindeque propius accedentem salutaverunt et sine omni offensione eum abire permittunt. Hic a Bolizlavo, multum de pernicie nostra gaudenti, quod postulat inpetrans, sine mora rediit, et corpora sociorum cum magno[c] labore inimicis faventibus[c'] sepelivit. *Funus autem predicti marchionis et socii eius Widredi usque ad Mysni fecit reduci. Haec ibidem Hirimannus comes flebiliter suscipiens, et usque ad Novam urbem, ubi Gero, Agripinensis[d] archiepiscopus, et Thietmarus marchio, frater eius, vitricus istius, pater autem interempti comitis, in honore Dei genitricis et sancti martyris Cypriani, regnante secundo Ottone, abbaciam construxerunt[78], cum fratribus suis Guntterio[e] ac Ekkihardo comitatur. Quae Gero archiepiscopus tunc terrae commendans, domnam Aethelheidam[f] eiusque filium Thietmarum et merentes amicos ac milites solatur. *f. 151. 78

15. Interim caesar cum suis ad Strelam urbem pervenit; et Miseconem cum exercitu subsequi sciens, Herimannum marchionem ad Mysnensis defensionem civitatis properare iubet. Ipse vero ad Merseburg recto tetendit itinere. Miseco autem a patre nefario instructus, ut primo nostros abisse divisos nullamque post se custodiam esse relictam sensit, Idibus Septembris Albim iuxta urbem predictam[79] cum 7 legionibus in ipsa transcendit aurora, quosdam circumquaque iacentia vastare, alios vero urbem precipiens inpugnare. Quod Weneinici[g.80] conspicientes seque tueri posse desperantes, superpositae civitatis municionem, relictis pene omnibus suis, ascendunt. Ob hoc hostes *admodum gavisi suburbium intrant relictum, et hoc ablatis rebus inventis incendunt, et superius castellum in duobus locis accensum infatigabiliter aggrediuntur. Hirimannus vero[a] comes videns auxiliatores suos admodum paucos iam defecisse[c'], Christi pietatem et eius incliti martyris Donati intercessionem sanctam prostratus postulans, mulieres ad succurrendum hortatur. Quae propugnacula attingentes, lapidibus viros adiuvant, ignem inpositum, quia defecit aqua[a], medone extingunt, et Deo gratias! inimici furorem et audatiam minuunt. Hoc totum Miseco de monte iuxta posito cernens, socios adventantes exspectat. Qui depopulantes, et ubi ignis inveniebatur omnia usque ad Ganam[h] fluvium[81] concremantes, sero lassis revertuntur equis, et ibi cum seniore suo cras ad urbem pugnaturi pernoctarent, ni Albim crescere viderent. Propter hoc exercitus nimis defatigatus cum securitate inopinata remeavit, et ducis sui cor anxium hac prosperitate[i] relevavit. Imperator autem haec ut audivit, quoscumque tunc colligere potuit, ad succurrendum suo marchioni propere mittit, et suburbium non longe post redintegrare precepit. Ad huius operis supplementum et custodiam Gero archiepiscopus et Arnulfus presul *8. Idus Octobris cum comitibus caeterisque compluribus conveniebant. Hiis omnibus ego longe inferior interfui. In 14 diebus incepta ad unguem[k] nos[a] perducentes, abivimus, committentes urbem Fritherico comiti ad 4 ebdomadas. Sept. 13. 80 *f. 151'. Oct. 8. *f. 152. 81

16. Gero archiantistes[l] et ego, eiusdem comes, ad locum, qui Mucherini[82] dicitur, veniebamus. Ibi tunc ego de promissis dulcibus eum ammonens, percepi ab eodem 82

a) *add.* 1*b*. b) cesare 1*a*. c) magna 1*a*. c') se fav. 1*a*. d) *ita* 1*a*. *habuisse videtur;* coloniensis 1*c*. e) i *adrasum* 1. f) ath. 1*c*. g) Wenenici *A. S. Fortasse* 1. Wenetnici *sive* Wethenici *scribere voluit.* g') defesisse 1*a*. h) Granem 2. *A. S.* i) prosperate 1. k) per unguem *add.* 1*a*. l) Maiedeburgensis *add.* 1*c*

77) Calend. Merseburg. Kal. Septemb. *Gero et Wolcmarus comites cum sociis suimet* 200 *peremti sunt.* Conf. Ann. Quedlinb. a. 1015. 78) Conf. Chronogr. Sax. anno 971. 79) Sc. Meissen. 80) Weinenici i. q. supra Wethenici, seu a voce Slavica Vojnik, polonice Woiownik, bellator. 81) Die Iahne, amnis parvulus, qui prope Riesam oppidum Albim influit. 82) Mokrehna, villa inter Torgau et Eilenburg.

1015. cum baculo eius, quem hodie teneo, parrochiam super has 4 urbes, Scudizi, Cotuh, Bichini et Vurcin, de residuis 5, Ilburg, Pauc, Dibni, Liubanizi et Geserisca[b.83], differens
Oct. 25. ac in posterum dicens relicturum[c], 8. Kalendas Novembris, presentibus hiis testibus: Heribaldo, Hepone, Ibone, Cristino atque Seberto. Eodem die ad urbem Curbici[84] dictam venimus, ubi convenientibus archiantistitis[d] militibus id manifestavi, quam misericorditer erga me senior suus egerit. Ibique de infirmitate venerabilis Fritherunae comperivimus
Oct. 27. ad cuius hospicium tunc nos fuimus; quae, pro dolor! in sequenti die, id est 6. Kalendas Novembris, hominem exuit interiorem[e.85]. Inde archiepiscopus ad [f] Magadaburg pro-
Nov. 1. fectus, omnium festivitatem sanctorum celebravit, et ego in Wallibici.

17. Interim Hardvigus, nomine tantum rex, perdita urbe Fercellensi, quam diu expulso Leone episcopo iniuste possedit, infirmatur, et radens barbam, monachus est
Oct. 30. effectus, terciaque Kalendas Novembris obiit, sepultus in monasterio. Imperator autem occidentales[g] invisens regiones, quae ibi tunc erant emendanda correxit.

18. Post haec autem Eid, antistes egreius, a Polenia saltem cum muneribus magnis
f. 152'. reversus, egrotare cepit, *et in urbe Libzi vocata fidelem Christo animam 13. Kalen-
Dec. 20. das Ianuarii reddidit[86]. Et Hilliwardus Citicensis episcopus, ad huius procurationem vocatus, mox adfuit, et domum, qua vir sanctus abierat, optimis redolere odoribus introiens agnovit; et corpus eiusdem usque ad Misni prosequitur. Sepelivit illud coram altari[h], auxilio comitis Willehelmi, qui ordine suo eandem tunc custodivit civitatem. Sed quia superius promisi, me de eius vita in sequentibus dicturum, de magnis pauca loquar. Erat vir predictus nobilis genere, dives in prediis, sed paupertate spiritus haec pro nihilo ducens. Ante benedictionem in Magadaburg cum caeteris confratribus regulariter ac multum laudabiliter vivens, et post in divinis gregibus lucrandis alcius insurgens, pro possibilitate sua apostolicam imitatus est vitam. Nulla umquam utitur camisia neque braca, nisi tunc, cum missam cantavit; quam idcirco sepius dimisit, quia se ad hoc indignum iudicavit. Hiemis asperitatem qualiter is umquam sustineret, multi ammirabantur. Crebro a suis pene desperatus, in stuba vix recreabatur; corpus suum nimis afflixit ieiuniis, plus nudis pedibus quam equo laborans. Cum sibi et sociis late vagantibus victum defecisse vel aliquid arduum occurrere videret, Deo gratias egit, et omnes hoc dicere iussit. In baptizando et predicatione continua et confirmatione non
f. 153. modo suae utilis erat aeclesiae, sed aliis quam pluribus. *De hiis quibus ipse cum suis vivere debebat rebus, sibi subtractis, pene ducentos aeclesiae suimet acquivisit mansos. Crisma et clerum raro, templa autem Domini libenter consecravit, et tunc crebro sine missa. Oculi eius ob assiduam fletus nimii effusionem iam caligabant[i]. Nobis contemporalibus suis ob crimen nostrum eius conversacio displicuit, et ei nostra. 23 annos et amplius labore ineffabili vivens, finem suum ante predixit, et ut numquam ad Misni poneretur, multum rogavit. Id namque semper in mente ob timorem futurae desolationis desideravit, ut ad locum Colidici[k] dictum, ubi Christi magnus martyr corporaliter requiescit, et ipse mereretur tumulari. Sed comes Herimannus, sperans precibus eiusdem locum sibi a Deo paratum adiuvari, ut prefatus sum, ibidem fecit eum deponi.

Dec. 24. 19. In vigilia natalis Domini Meingaudus, Trevericae civitatis archiepiscopus, obiit in urbe sua Cophelenci dicta[87], sedens 8 annos et 7 menses[l]; indeque corpus suum ad sedem propriam delatum honorifice ad antecessores suos locatur. Imperator haec audiens, de tantorum detrimento patrum turbatur, qualiterque loca bene suppleret vacua, cum
Dec. 25. familiaribus suis tractavit; et[a] natalem dominicum in Pathebrunnun[m] festivis peregit gaudiis. Et post hanc Popponem, Liupoldi marchionis filium et tunc Bavenbergensis aeclesiae prepositum, Treverensi prefecerat urbi; et cum is[n] ab Erkanbaldo[o], Magocia-
f. 163'. censi archiepiscopo, *iussu cesaris et licentia Virdunensis episcopi, qui primus horum

a) *add.* 1*b*. b) Gezerisca 1*c*. c) de residuis — relicturum *add.* 1*b*. *quibusdam in textu erasis.* d) archiantistis 1. e) *Lege:* exteriorem. (*Sed ita semper Th.*) f) ac 1. g) Harduigus — occiden *add.* 1*b*. *sc. verba* Harduigus n. tantum *in rasura, caetera in margine;* 1*a*. *habuisse videtur:* Interim imperator occidentales. h) altare 1*a*. i) sine — caligabant *add.* 1*b*. k) coldic 1*c*? l) sedens — menses *add.* 1*b* m) in P. *add.* 1*b*. *in spatio ante vacuo relicto.* n) cum is 1*b*. *in loco raso.* o) erkinbaldo 1*a*.

83) Conf. supra ad l. III. c. 8. 84) Zoerbig. 85) Calend. Merseburg. et Luneburg. Octob. 28. *Fritherun comitissa.* 86) Calend. Merseburg. Decemb. 20. *Acid episcopus obiit.* 87) Coblenz.

in ordine fuit confratrum, consecrari debuisset, a Thiederico, Metensi antistite, eo quod a se iustius haec ordinacio fieri deberet, assidua acclamatione et humili peticione id incassum prohibebatur. Nam inperator hunc scripta demonstrantem et banno id interdicentem non exaudivit, sed unctionem[b] conpleri precepit. In hiis diebus vice Eidi presulis Eilwardus, Thietmari marchionis cappellanus, ortatu Herimanni confratris a cesare constituitur, et in dominica die ante palmas in Merseburg a Gerone archiepiscopo nobis faventibus benedicitur. 1010. Mart. 18.

20. Proximam palmarum iucunditatem inperator cum Heinrico, venerabili Wirciburgiensis[c] aeclesiae episcopo, complens, 4. feria ad Bavanberg venit, ibique cenam Domini et passionem cum paschali tripudio honorabiliter peregit. Et quia Rothulfus, Burgundiorum rex, avunculus eius[88], sicut vocatus erat, huc venire non potuit, nepotem sibi dilectum obviam sibi pergere rogavit. Fit[e] eorundem conventio in urbe Argentina[d] et mutue caritatis invicem larga benignitas consociis[e] arrisit utrisque. Fuit quoque ibidem Rothulfi regis inclita coniunx, quae familiaritatis huius adiutrix *filios suimet duos, senioris autem sui privignos, cesari commendavit; dilectis sibi militibus hoc totum dedit in beneficium, quod sibi ab avunculo[f] suimet tunc est concessum, et quod Willehelmus Pictaviensis[89] hactenus habuit regio munere prestitum. Imperator sapienti usus consilio hoc, voluit cum hiis id sibi firmius subdere, quod longe prius rex predictus ei sacramentis post mortem suam sancierat. Omnem namque Burgundiae regionis primatum per manus ab avunculo[f] suimet accepit, et de maximis rebus sine eius consilio non fiendis securitatem firmam. Episcopatum in hac regione quodam[g] nobili viro dedit, de quo postea vix securus evasit. Namque Willehelmus, prepotens vir in hiis partibus, ut hoc omne comperit[h], eundem persequi et ad ultimum fugientem solum canibus precepit inquiri. Quos cum antistes iam defatigatus latrantes audiret, quod unicum tunc habuit solacium, signo sanctae crucis sua post signans vestigia, quasi mortuus iacuit et ad predam paratus fuit; et ecce canes rapidi loca eminus olfacientes signata, ut grandi turbine retroacti, reversi sunt, et sic verus Dei famulus per incognita nemoris loca ad amicos perrexit fines. Cesar autem regi et contectali eius cunctisque suimet principibus ineffabilem pecuniam dedit, et firmata iterum antiqua tradicione, eos abire *permisit, ipse exercitu congregato ad Basulam urbem profectus[90]. Sed cum ibi Willehelmum munitis urbibus resistentem et introitum sibi prohibere cupientem audiret, parva multitudine diffisus, amicam manum undiquessecus colligit, et provincias sibi rebellare[h*] presumentes incendio late flagranti securus desolavit. Cumque se nullam urbium earundem expugnare pro certo sciret, reversus est tristis, quod nec hic nec in parte orientali nocituram hostibus suis intulit molestiam.

Mart. 25. | Apr. 1. 88 f. 154. 89 f. 154'.

21. Interim inperatrix, in nostris commorata provinciis, defensionem patriae cum nostris principibus meditatur. Hostis autem noster[i] Bolizlavus inter haec nil nostra lesit, sed sua munit, et certus de eventu cesaris effectus, laetatur et nimis extollitur. Namque multi, quibus hoc cognitum erat, veraciter asserebant, si cesar ad eum tunc[k] turmatim veniret, timorem[l], quod eundem de nostris respiceret, restituere, et eum ad servitutem suam, pace tantum concessa, promptum et fidelem habere potuisset. Sed Burgundiorum rex, mollis et effeminatus, bona, quae nepoti suimet promisit, impedire eorum instinctu voluit, quibus relaxato iusticiae freno velud infelici vitulo per latum liberos currere placuit[91]. Cum vero iterum ceptis persistere studuit, eorum conflacione et pessima reluctacione non potuit. Nullus enim, ut audio, qui[m] sic presit in regno; nomen tantum et coronam habet, et episcopatus hiis dat, qui a principibus hiis eliguntur; ad suam vero *utilitatem pauca tenens, ex inpensis antistitum[n] vivit, et hos vel

91 f. 155.

a) *add.* 1*b*. b) inunctionem 1*a*. c) *ita* 1. i *haud eraso*. c') *Pergit alia manus, quae multos commisit errores.* d) argentina 1. e) consosociis 1. *duabus tineis.* f) suinculo 1. g) cuidam 1*c*? h) comperiit 1*a*. h*) repallare 1*a*. *corr.* rebaellare 1*b*. i) nostri 1*a*. k) tum *corr.* tunc 1. l) timē 1. m) audio, rex est, qui 2. n) anstitum 1.

88) scil. frater Gislae, filiae Conradi, regis Burgundiae. V. supra l. V. init. v. 4 sq. 89) Est is comes Otto Wilhelmus I., Adelberti Italiae regis et Gerbergae Burgundicae filius, a quo antiqui comites Burgundiae descendunt. URS. 90) Basileae imperator fuit hoc anno Iunii d. 25. ut ex charta ibi data constat. 91) V. Ecbasin captivi, ed. I. Grimm Lateinische Gedichte des 10. und 11. Ih. v. 66 sq.: *Ac misero vitulo . . . Illi consimilis patrum frenabar habenis . .* v. 88: *Nititur . . . quo possit currere late.* v. 248: *Infelix vitulus . . .*

1016. alios in aliquo extrinsecus laborantes eripere nequit. Unde hii manibus complicatis cunctis primatibus velud regi suo serviunt, et sic pace fruuntur. Ob hoc solum talis rector inter eos dominatur, ut eo liberius malignorum furor[b] invicem vagetur, et ne lex nova alterius regis ibi adveniat, quae inolitam consuetudinem rumpat. Willehelmus comes, de quo predixi, miles est regis in nomine et dominus in re[c]; et in hiis partibus nullus vocatur comes, nisi is, qui ducis honorem possidet; et ne illius potestas in hac regione paulo minus minueretur, consilio et actu imperatoriae maiest ti, sicut predixi, reluctatur.

1014. 22. In precedenti estate Bernharius, sanctae Ferdensis aecclesiae pius pater et antistes[d], cum se iam ad occasionem huius vitae[e] vidisset inclinare, cunctos debitores suos ad se dulciter vocans, in Deum et in aecclesiam sibi commissam humanitus deliquisse ammonuit, et confitentibus cunctis misericorditer indulsit. Omnes autem, qui se aliquo contra eum fore culpabiles negabant[f], sic arguebat: *Ne queso, filii, sic faciatis! Non concupisco vos ex mea vel successoris mei parte ullatenus decipi, sed nunc vos, volo a talibus exsolvi et pace sincera a vobis segregari.* Is aecclesiam suimet 300 mansis iuste adquisitis adauxit, imperatorem suum et omnes Christo fideles
'f 155'. ex corde dilexit, et maxime sibi subditos summi 'pastoris exemplo amavit. Sedebat ille vir venerabilis 24 annos[g], et turrim unam de lapidibus, qui in hac terra pauci habentur, iuxta Ferdensem aecclesiam fabricari incipit; et exin subtractus est a nostris
Iul. 25. aspectibus lucifer ille 8. Kalendas Augusti[92]. Quod cum inperator comperiret, ut filius
92 absentiam patris, sic flevit mortem tanti senioris. In cuius vice Vidzierum, Coloniensis[h] aecclesiae quondam prepositum, set tunc ab Heriberto archipresule depositum,
Aug. 9. Kalendas Septembris diu renitentem posuit, et ab Erkanbaldo archiantistite consecra-
24. tum ad sedem propriam cum honore magno remisit. Notandum quoque est et non absque singultu gravi proferendum, quod monasterium in Miminlevo constitutum a libertate diu corroborata in servitutem redactum est. Deposito namque eiusdem coenobii abbate Reinoldo, dispersisque late confratribus hiis[a], Heresfeldensi aecclesiae eiusque tunc provisori Arnoldo illud subditum est.

23. In quadam provincia[h'] Sueviae regionis, et in comitatu Becilini comitis, accidit res una mirabilis et admodum[i] terribilis. Una mulier maritata subitaneae mortis nexibus depressa obiit. Huius corpus post lavacionem et debitam procuracionem ad aecclesiam 'a merentibus sociis delatum est. Haec a feretro se ex improviso erigens ac presentes cunctos fugans, evocat ad se virum suimet cum familiaribus caeteris, ac hiis
'f.156. specialiter munus singulare asscripsit, verbis 'consolata dulcibus; ac post haec in pace quievit. Mirum est quod dico, sed mirabilis Domini haec solum opera cognosco; et ne quis haec vera esse diffidat, testimonium hiis haud vituperabile profero. Predictus comes hoc imperatori pro vero[k] retulit, et ille mihi coram multis confratribus id intimavit. Sepe contigit, quod in imagine mortuorum callidus homini apparet inimicus, hunc modis temptans deludere variis; et stulti quique sic esse autumant. Ego autem veraciter innotesco cunctis fidelibus, quod post commendacionem animae ac debitum sepeliendi officium, more christiano diligenter completum, corpus illud exanime numquam ante universae carnis resurrectionem absque omni ambiguitate complendam resurgit, nisi meritis iustorum ad tempus fiat; quod tunc solum accidit, cum mundus ista
93 eorum inclita conversacione floruit. Puto predictam mulierem multum valuisse[93], cui post mortem gustatam iustum complere desiderium, et tunc sine gemitu denuo licuit somno pacis obdormire. Beatus ille est, qui opus bonum acceleracione continuata perficit, nec moras prolongacione diutina suspendit. Econtra autem ille miserorum loco assignatur, qui aut iusta prorsus spernere, aut haec, ut non possint compleri, differre conatur. In utrisque ego sepe culpabilis, duas tantum res nunc profero, in quibus memet
'f.156'. ipsum graviter 'accuso.

24. Post decretum in Throtmanni peractum[94] Richarius, Magadaburgensis aeccle-

a) *add.* 15. b) suror 1. c) *ita A. S.* fre (terre) *mutatum in* re 1. d) antistites 1. e) vit 1. f) negebant sic arguebant. nequoso f. s. faciasti 1. g) annis 1a. h) coloensis 1. h') ꝑuincia 1. i) addonum 1. k) fero 1a.

92) Non anno quidem 1015 sed 1014. V. Ann. Corbeienses et Quedlinb. Diem etiam testatur Calend. Merseburg. 93) Sc. apud Deum. 94) V. supra l. VI. c. 13.

siae presbiter et spiritualis frater meus, infirmatur; et ego, quia non eram ibi, eundem 1005.
non visitavi. Cum autem[b], pridie quam ille vir iustus obierit[c], venirem, ad eum non accessi, sed in posteram distuli diem, et tunc is sine mea caritate mortuus est. Corpus eiusdem ad aecclesiam delatum de confratribus nostris, et quia vigilias sustinere non potui, a vicario meo custoditum est. Hic non longe post sepulturam eius in somnis apparens mihi: *Quare*, dixit, *non visitastis me, et psalterium non cantastis, neque memoriam in Throtmanni inventam fecistis?* Qui cum excusacionem meam audiret, respondit: *Male haec dereliquistis.* Et tunc interrogabam eum, quomodo valeret; et ille: *Ut in sabbato*, infit, *obdormivi, in alia*[d] *ad requiei dulcis gaudia transivi.* Cumque ego sciscitarem ab eo, qualiter se patris mei atque matris res haberet: *Bene*, retulit, sic prosecutus: *Genitrix tua per me tibi indixit, in* 2. *aut in* 5. *feria eam assecuturum.* Et haec ingemiscendo evigilavi, pro certo sciens, communem iustorum institucionem sanctam esse ac salubrem, si custoditur; sin autem, grande periculum. Etsi in hoc nullum accuso preter me, vereor tamen, maximam multitudinem huius pacti alteriusque esse prevaricatricem; et quanto plus spernimus mandata prepositorum, tanto culpabiles sumus in examine[e] eorum.

25. 'Insuper in altero deliqui crimine, quod me umquam fecisse, penitet ex corde. *f 157.
Redingus, Parthenopolitanae congregacionis prepositus, in quadragesima, quae finem suum 1015.
precesserat, me huc venientem caritative suscipiens, loqui secum in secreto postulat, et obortis mox lacrimis sic exorsus est: *Subitanea me deprimi morte, multum timeo, et precedentes causas vobis aperio. In Arnaburgensi civitate semel et in ista bis sic mihi ex inproviso accidit, ut nec videre vel aliquid potuissem audire, exuperans hoc celeri auxilio Christi. Ex hoc tempore nimis sollicitus fui, et confratribus meis ad hoc, ut spero, idoneis, vulnus iniquitatis mee retecxi; et quia vos mihi fideles*[f] *semper agnovi, ad testimonium meae confessionis supplex voco, quia me non diu victurum existimo.* Hanc peticionem devotus suscepi, ac me in omnibus eidem satisfacere promisi. Post haec idem me de talibus ammonuit; et quia tunc tempus congruum non fuit, laudabilis desiderii sacietatem a me non percepit. Quamvis alicuius conversi plagam ob infatigabilem conscientiae meimet peccatricis fetorem libenter[g] non inspiciam et curare desperem, tamen huius confratris onus libenter subirem, si oportunitatem aliquam nobis ad haec respondere vidissem. In proxima parasceue Rotmanus, presbiter et archiepiscopi prepositus Geronis, inprovisae necis inpetu 'nocte deprimitur et in lecto 'f.157.
mortuus invenitur. Hoc admirabile et nimis terribile cunctis audientibus videbatur; sed Deo gratias! pridie elemosinam largitur, et confessionem suam communiter et non sine fletu magno fecit. In sabbato sancto[95] huc veni, et sanctam hanc sollempnitatem cum 95
archipresule meo celebriter peregi. Ibi tunc Redingus[g], prudens homo et per omnia Apr.
cautus, fratri suo et dilectae sorori suam dividens substanciam: *Habete haec*, infit, 10.
vobis, ut, cum me cito[a] *corporaliter perdatis, in hac caritate vobis me fidelem fuisse agnoscatis.* In nativitate vero[a] sancti Iohannis baptistae cum fratre meo abbate Sigi- Iun.24.
frido[h] fui, et ibi preposito sepe memorato ultima salutacione valedicens, nil me ad accipiendam reconciliacionem sibi[a], pro dolor! exhibui, nec[i] hunc me amplius expetere sensi, et cum eundem, sicut predixi, post[a] mortuum conperirem, tunc sero hic ingemui, ad quod prius respicere neglecxi. Prefuit autem confratribus suis tres annos et 6 ebdomadas, vir pius et sapiens ac nimium fidelis, sepultus in porticu australi iuxta monasterium. Huic in sequenti successerat anno Geddo venerabilis pater, quondam 1016.
scolae magister sed tunc aecclesiae custos, in festivitate apostolorum Petri et Pauli; in Iun.29.
quorum vigilia prius obiit Esico inclusus, qui multa ob Christi amorem mutaverat loca[k].
'Zelus dominicae domus, quae est in Christo mater nostra spiritualis, etsi raro, tamen *f.158.
interdum comedit me; ideoque, quod modo sum loquutus, me preposito intermiscere operi compellit.

26. Audivi sepius numero, Anglos, ab angelica facie, id est pulchra, sive[96] quod in angulo istius terrae siti sunt, dictos, ineffabilem miseriam a Sueino, Haraldi filio,

a) *add.* 1b. b) ant 1. c) abierit 1a. d) alio 1a. e) exanime 1. f) s *erasum* 1. g) redggus 1a. h) novae Corueiae monacho *add.* 2. i) ne 1. k) Prefuit — loca *ipsius Thietmari manu scripta ultimam quaternionis paginam concludunt, idem insequentis quaternionis initio scripsit* Zelus.

95) scil. paschatis. 96) cf. Widukind. I, 8.

immiti Danorum rege, perpessos esse, et ad id coactos[a], ut qui prius tributarii erant principis apostolorum Petri ac sancti patris eorum Gregorii spirituales filii, immundis
97 canibus[97] impositum sibi censum quotannis solverent, et maximam regni suimet partem, capto ac interempto habitatore, tunc hosti fiducialiter inhabitandam inviti relinquerent. Consentiente hoc Domino et ob castigandas quorundam suimet infidelium[b] culpas hostes predictos ad hoc instigante, tantum insevit persecutor, qui nec suis parcere umquam[d] didicit; ille inquam supramemoratus, non rector sed destructor, post mortem patris sui a Northmannis[e] insurgentibus captus, cum a populo sibi tunc subdito cum ingenti precio solveretur, quia ab occulta pessimorum susurracione se ob[f] hoc servum nominari comperiret, quod salubriter in paucis ulcisci potuit, hoc impaciens communi dampno, et, si voluisset scire, sibi maxime nocenti, meditatur vindicare[98]. Potestatem namque
*c. 158. suam hostibus extraneis tunc relinquens, securitatem vagatione, pacem *bello, regnum exilio, Deum coeli et terrae diabolo mutavit[g], et habitata quaeque vastando, sic se suorum non empticium neque volentem dominum, sed spontaneum crebro se iactavit inimicum late, pro dolor! regnantem. Iste autem cum grandi labore sui et contemporalium inter pios[h] impi[i]s diu conversatus, respectu divino mors multorum morte tarda
1014. deprimitur[k], et fugientibus mox sociis ibidem sepelitur[99]. Quod cum Aethelrad[l], rex Anglorum, multo tempore ab eodem fugatus, pro certo comperiret, gratias agens Deo, patriam letus revisit, et collectis in unum cunctis militibus suis, corpus inimicum exterminare conatur. Et ut hoc non fieret, quaedam matrona prius per familiares suos ammonita, servatum pignus a terra elevans, etsi indigena, tamen ad patrias navigio direxe-
1 rat arctos, id est septemtrionalem plagam[1]; quae hoc nomen ab arcturis duabus, hoc est ab ursis minoribus atque maioribus sortitur, quas serpens unus, ut astrologi asserunt, circumdat et dividit.

27. Pars terrae illius tantum frigida est, quantum a solis calore aliena, et mentes incolarum caritatis geminae expertes ibi sunt Scithe[m], qui domos suas secum vehentes,
2 feris et equino lacte pascuntur[n]. In hiis partibus est unus rex, Gutring[n] nomine[2], qui in monasterio Ferdensi sub episcopo eiusdem loci Erpone in clericatu educatus, ad dia-
*c. 159. conatus gradum pervenit indignus. Sed postquam predictus antistes *obiit[3], iste elapsus, nomen et ordinem, alter Iulianus[o], abiecit, et vocabulum christianitatis solum professus, in multis invenitur longe alienus. Is a suis primo ut est agnitus, ilico succipitur, et hereditario honore sublimatur. Quod Deo displicet, nemo laudet, nullus imitetur; presens fructus ob terrorem futurum spernatur. Et ille rex, servus peccati, filius mortis, non, ut putat, dominatur, sed cotidiano pondere aggravatur; de quo Dominus per
Es. 1, 2. Esaiam[p] clamat: *Filios enutrivi, exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Pro cuius consociorumque eius conversione et digna emendacione ac perseverantia omnis christianitas oret, et ne tale quid in membris suis amplius paciatur, Deum imploret. Quamvis de illo hoc solum dicerem, sunt, pro dolor! alii, qui similem subiere sententiam, illud
2 Petri 2, 21. Pauli non attendentes: *Quia melius*[q] *est viam veritatis non cognoscere, quam post noticiam declinare.*

28. Sed quia nullus ad comprehendendas aquilonaris regionis varietates, quas natura pre caeteris mirabiles ibidem operatur, et crudeles populi istius executiones sufficit, omitto[r] et de geniminis viperarum[4], id est filiis Suenni persecutoris, pauca edissero. Hos peperit ei Miseconis filia ducis, soror Bolizlavi successoris eius et

a) *add.* 1*b*. b) coatos 1. c) in *erasum* 1. d) numquam 1*a*. e) norhmannis 1. f) ab 1*a*. g) mutatum 1*a*. h) pos 1. i) *Hic vox* libere *expuncta et post erasa in cod.* 1. k) depmitur 1. l) aethelhrad 1*a*. *altero* h *expuncto et post cum primo* e *eraso*. m) scithi 1*a*. n) gulring *corr.* gutring 1. *linea per* 1 *transversa post erasa*. o) ordinem, ut ille demonis exemplar Iulianus apostata cesar 2. p) esaiam *corr.* isaiam 1. q) melior 1*a*. r) pmito *corr.* omito 1.

97) i. e. piratis Danis. 98) Conf. Adam. Brem. l. II. c. 21. 99) Mortuus est Svein rex Danorum in Anglia anno 1014 Febr. 2. 1) Sc. Roeskildiam in Selandia. Conf. hic omnino Lappenberg Gesch. Grossbritanniens T. I. p. 449 sq. 1*) Cf. Horat. III, 24, 9. et Virgil. Georg. III, 463. 2) Guthrun. Fortasse regum Uplandiae unus, qualis Gudriodus, rex Gulbrandsdaliae, qui circa annum 1018 ab Olavo Sancto, rege Norwegiae, victus et lingua excisa exulare iussus est. V. Snorra Sturleson Saga af Olafi hinom Helga c. 34. 73. 74. 3) Obiit ille anno 993. 4) Debebat esse: geniminibus, sed desumtum ex Vulgata Matth. 23, 33. nec aliter apud Hieronymum ad Ies. 30. WAG.

nati; quae a viro suimet[5] diu depulsa, non minimam cum caeteris perpessa est controversiam. Huius proles multum in omnibus patrissantes, dilecti genitoris corpus delatum flebiliter suscipiunt et tumulant, et quicquid dedecoris *patri suimet ingeri ab Anglis propositum est, paratis navibus ulcisci studebant. Eorum facinora, quae hiis intulere plurima, me quia latent, preteriens, illud stilo breviter aperio, quod mihi quidam[6] pro veritate sibi cognitum intimavit. Aethelred[b], rex Anglorum, obiit anno dominicae incarnationis 1016. et in mense Iulio predicti fratres Harald et Cnut[c], ac[a] cum duce suimet Thurguto[7] cumque[c*] 340[d] navibus egressi, urbem quandam nomine Lundunam, ubi regina, tristis nece viri suimet et defensoris, cum filiis Ethelsteno ac Ethmundo et duobus episcopis caeterisque primatibus presidio sedebat, circumdant, et naves singulas 80 viros habentes, per flumen, quod Timisi vocatur, ducentes, 6 menses eandem impugnant. Regina autem tunc bello defatigata assiduo nuntios misit, qui ab eis pacem peterent, et quid[e] ab ea[f] exposcerent, diligenter inquirerent. Respondetur protinus hiis ab inexplendis hostibus, si regina voluisset dare filios suos in mortem, seque cum 15 milibus argenti ponderibus, et episcopos cum 12 milibus et omnibus loricis, quarum milia 24 numerus incredibilis erat, redimere, et ad haec speranda 300os obsides electos dare voluisset, sibi tantum sociisque suimet pacem cum vita adipisci potuisset; sin autem, omnes ter[f*] clamabant eos[a] unâ gladio perituros. Venerabilis vero[a] regina cum suis hac legatione admodum turbata, post longam estuantis animi deliberationem, se sic facturam[g] spopondit[h], et id[a] *cum[a] prenominatis militibus firmat. Interim confratres duo noctis silentio[i], in navicula promissum evadentes periculum, quoscumque poterant ad defensionem patriae et ereptionem matris, hoste adhuc hoc ignorante, congregabant. Sed cum in una dierum Thurgut piratarum dux ad depopulandos fines proximos cum multitudine egrederetur, ex improviso hostibus occurrens eos offendit; et ut eosdem eminus aspexit, socios exortans, viriliter hos[a] adiit, et ceciderunt utrimque[k] Aethmun et[l] Thurgut cum maxima sociorum multi dine. Et nec hiis neque aliis ulla spes optatae venit victoriae; sed vulnerati sponte discescerunt, hoc solum gementes, quod sic fortuitis id accidit casibus. Nobis autem scriptura prohibet credere, fatum vel casum aliquid esse. Dani tunc[n], quamvis imbecilles, socias tamen naves visitant; et intelligentes, urbi solatium ab Aethelsteno superstite et Britannis venientibus afferri, truncatis[m] obsidibus fugiunt. Et destruat eos atque disperdat protector in se sperantium Deus, ne umquam solito hiis vel aliis noceant fidelibus! In ereptione civitatis illius gaudeamus, et in caetero lugeamus.

29. Percepi quoque a relatu predicti hominis Sewaldi factum miserabile ac idcirco memorabile, quod perfida Northmannorum manus, duce ad hoc Thurkilo, Cantuarae[n] civitatis egreium antistitem, Dunsten[o] nomine[8], cum caeteris caperent, et vinculis et inedia ac ineffabili poena[p], more *suo nefando, constringerent[q]. Hic humana motus fragilitate, pecuniam eis promittit, et ad hanc impetrandam[r] inducias posuit, ut si in hiis acceptabili redemptione mortem momentaneam evadere nequivisset, semet ipsum gemitibus crebris interim purgaret, hostiam Domino vivam ad immolandum. Transactis tunc omnibus designatis temporibus, vorax picarum caribdis Dei famulum evocat, et sibi promissum celeriter persolvi tributum, minaciter postulat. Et ille ut mitis agnus: *Presto sum*, inquit, *paratus ad omnia, quae in me nunc presumitis facere; ac Christi amore, ut suorum merear fieri exemplum servorum, non sum hodie turbatus. Quod vobis mendax videor, non mea voluntas, sed dira efficit mihi[s] egestas. Corpus hoc meum, quod in hoc exilio supra modum dilexi, vobis culpabile offero, et quid[o] de eo faciatis, in vestra esse potestate, cognosco; animam autem meimet pec-*

a) *add.* 1*b*. b) ath. 1*c*. c) conuit 1*a*. c*) que *add.* 1*b*. d) CCC et XL 1. e) qđ 1. f) eis 1*a*. f*) t 1. g) *ita* 1*c*. futuram 1*a*. h) spospondit 1*a*. i) Etmundus et Edelsteinus reges *add.* 1*c*. k) utrique 1*c*. l) etmundus rex et dux th. 1*c*. m) trunccatis 1. n) *ita* 1*c*. cantarę 1. o) dunstañ 1*c*. p) o *erasum* 1. q) constringeret 1. r) petrandam 1. s) qđ 1.

5) Sc. Erico rege Sueciae. Dicebatur illa Sigrid Storrada. Conf. Adam. l. II. schol. 22. et cap. 28. 6) Sc. Sewaldus, ut liquet ex cap. sequenti. 7) Nomen illius Thurkil V. Gesch. Grosb. T. I. p. 450. 8) De Elphego archiepiscopo, qui anno 1012 hoc modo obiit, non vero de Dunstano, antecessore eius, dicere voluit noster. Conf. quae dixi in libro supra laudato T. I. p. 444.

catricem Creatori omnium, vos non respicientem, supplex[b] *committo.* Talia loquentem profanorum agmen vallavit, et diversa hunc ad interficiendum arma congerit. Quod cum eorum dux[a] Thurcil a longe vidisset, celeriter accurrens: *Ne, queso, sic faciatis!* infit. *Aurum et argentum, et omne quod hic habeo vel ullo modo acquirere possum, excepta navi sola, ne in christum Domini peccetis, libenti animo vobis omnibus trado.* Tam dulci affatu infrenata sociorum ira, ferro et saxis durior, non mollitur, sed effuso innocenti sanguine placatur, quem communiter capitibus boum et imbribus lapidum
f. 161. atque lignorum infusione protinus effundunt. Inter tot frementium impetus potitus est[c] coelesti iucunditate, ut signi sequertis efficatia[d] protinus testatur. Unus namque inter primicerios membris effectus debilis, agnovit in semet ipso, quod deliquit in
Rom. 12, 19. Christi electo, sicut scriptum est: *Mihi vindictam, et ego retribuam dicit Dominus.* In hoc Christi adletae triumpho miseri eiusdem persecutores devicti, Deum et pecuniam a duce[e] suimet sibi exibitam, et ad ultimum, nisi resipiscant satisfacientes, perdiderunt animam, et ille cum stola, innocentia mentis et corporis hactenus dealbata, et tum[f] rubro intincta sanguine, divinum placavit obtutum. Hunc intercessorem nos peccatores precibus assiduis acquiramus, et apud maiestatem divinam plurimum valere credamus.

1016. 30. In supra memorati circuitu[g] anni quae mala christicolis peccati vindex bis-
9 sextus[h] intulerit, non sine gravi merore edissero. Magadaburg a Bernhardo marchione[9] cum magna multitudine appetitur in nocte, et ibi miles archiepiscopi innocens capitur
Febr. 10. et alter vulneratur[i]. Quarta Idus Februarii et in 6. feria subsequuturae[k] signa miseriae, in ipso noctis crepusculo, tonitrua cum fulminibus et magnis tempestatibus in diversis nocentia locis terribiliter intonuere. Quidam namque confractis a tali impetu domibus obierunt, alii autem vulnerati vix mortem evasere. In silvis cadentibus magnum quoque accidit damnum[10]. Palatinus comes Bernhardus paralisi percutitur[l]. In provincia,
Iul. 26. quae Hassegun dicitur, 4 confratres, quorum haec sunt nomina: Aelli, Burchard, Thiedric et Poppo, a quodam libero, qui Bern dicebatur, milite bono, sepe contempti[m], collectis
f. 161'. agminibus irruentes in eum, non minus quam viros 100 scutatos habentem perimerunt, nonnullis utrimque[n] oppecientibus[11].

31. In Longabardia Saraceni navigio venientes Lunam civitatem[12] fugato pastore invadunt, et cum potentia ac securitate fines illius regionis inhabitant, et uxoribus incolarum abutuntur. Quod cum domno apostolico, nomine Benedicto, fama deferret, omnes sanctae matris aecclesiae tam rectores quam defensores congregans, rogat ac precipit, ut inimicos Christi talia presumentes viriliter secum inrumperent, et adiuvante Domino occiderent. Insuper ineffabilem navium multitudinem tacito premisit, quae eis redeundi possibilitatem interciperet. Hoc rex Saracenus animadvertens, primo indignatur, et tandem[o] paucis comitatus navicula periculum imminens evasit; sui vero omnes conveniunt, et adventantes prius irruunt hostes, eosque mox fugientes, miserabile dictu, 3 dies et noctes prosternunt. Respexit tandem Deus, gemitu piorum placatus, et odientes se fugavit et in tantum devicit, ut nec uno de hiis relicto, interfectorum et eorundem spoliorum multitudinem victores numerare nequirent. Tunc regina eorum capta, ob[p]
13 audaciam viri[13] capite plectitur. Aurum capitale, eiusdem ornamentum, invicem gemmatum, papa sibi pre caeteris vendicavit, postque imperatori suam transmisit partem, quae mille libris computabatur. Divisa omni preda, victrix turba laeta mente ad pro-
f. 162. pria revertitur, et triumphanti Christo dignas persolverat odas. Rex autem predictus, morte coniugis et sociorum admodum turbatus, summo pontifici saccum castaneis refertum remisit, et per hunc portitorem, tot se in proxima estate milites sibi esse laturos, intimavit. Percepta hac legatione, papa marsuppium eundem[q], milio plenum, internuntio

a) *add.* 1*b*. b) suplex commito 1. c) *ita* 1*b*. optata et 1*a*. d) effitia 1. e) duci 1. f) tt 1. *eraso primo* t. g) ciritu 1. h) *erasum* 1. i) Magadaburg — vulneratur *add.* 1*b*. k) subsequturę 1. l) P. c. B. p. p. *add.* 1*b*. Burchardus *A. S.* m) contepti 1. n) utrisque 1*a*. o) p. i. e. t. *add.* 1*b*. p) *deest* 1. audacia viri 2. q) eidem *aut* idem 1*c*?

9) Brandenburgensi. 10) Conf. Ann. Quedlinb. a. 1016. 11) *Bern cum aliis occisus est.* Calend. Merseburg. Iul. 26. 12) Luna, civitas a Saracenis et Normannis saepissime vastata, sita fuit iuxta Golfo di Spezzia inter Lavenza et Sarzana. Robert Wace in Le Roman de Rou de eius ruinis testatur et Albertus Stadensis appellat eam Wostelune (Das wüste, verwüstete Luna). 13) Sc. mariti.

talibus dictis reddidit: *Si non sufficiat sibi apostolicam satis laesisse dotem*[b], *secundo veniat et tot loricatos vel plus se hic inventurum pro certo sciat.* Homo cogitat et loquitur, Deus iudicat; quem suppliciter quisque fidelis oret, ut talem plagam miseri- 1016. Proverb. 16, 9.
corditer amoveat et necessariam optatae pacis securitatem pius indulgeat.

32. In insula, quae dicitur Augia[a], 17. Kalendas Novembris 9 naves hominibus Oct. 16.
promiscui sexus tunc inpletae mari immerguntur. In occidente Lanbertus, Reinherii Sep. 12.
filius, cum suis victus ab hoste Godefrido[a], multorum inimicus occubuit[14]. Non fuit 14
enim[a] in terra hac tunc[a] deterior illo, qui multos in aecclesiis cum fune campanarum strangulavit. Quot homines hic exhereditaret vel occideret, n llus explicare valet. Numquam is[a] de perpetrato facinore penitentiam suscipere curavit. Ille cum fratre suimet Reingerio Wirinharium et eius germanum Reinzonem pariter occidit[15]. Huius pater[c a] ad Boemiam ab Ottone in exilium missus[16], ibidem moritur. Ipsa eorundem patria *viventes doluit, amissos gaudet. Hoc dumtaxat conqueri debemus, quod eo die *f. 162
propter nocentem ex utraque[d] parte congredientium tot inculpabiles ceciderunt.

33. Caeterae vero[a] in hiis partibus strages[e], pro dolor! in illis temporibus evenere. In regno namque[a] pacifici et per omnia venerabilis Rotberti[f] regis, comprovinciales hii mutuo confligentes, interfecti sunt plus quam tria hominum milia. Nec est a me pretereundum, quod post haec accidit inexuperabile[g] damnum. Namque avunculus[h] meus, comes Heinricus, in Christo et in hoc seculo multum valens, gratulabundus iusta senectute et bono[i] fine, utriusque debitum persolvit naturae 6. Nonas Octobris[17]. Insu- Oct. 2.
per Wigmannus comes, utilis in omnibus patriae, ortatu secundae Herodiadis miserabiliter servili presumptione corruit. Sed unde hoc evenerit, lugubri sermone aperiam[18]. Inter predictum et comitem Baldricum longa fuit contentio, quae Baldricum sepe in prelio devictum mutuo in tantum humiliavit, ut inter caeteros primates cum magno versaretur dedecore. Omnem suimet prosperitatem Wigmannus equo ferens animo et divine[k] asscribens clementie, pacis federe discordiam diu insanientem sedare meditatur, et hostem amicabili peticione ad domum suam vocans, convivio et munere accepto placat, et ab eodem ad confirmandum inceptae dilectionis vinculum invitatur, insibilante hoc per uxorem suam antiquo serpente, ut qui per vim numquam *capi potuit, *f 163
dolosi saltim retibus ingenii vinceretur. Tunc conivebat laudanda simplicitas herilis animi, quod poposcerat simulata equitas fallentis amici. Inprimis optime suscipitur, et ilico infecta veneno potione turbatur. Post hoc nimio dolore protinus ingravescente, sequentem ibi vix exspectabat diem; et ut bene remuneratus et caritative salutatus abiit, militibus suis ibidem dolose tardatis, a quodam servo furtive prosternitur[19], presente eiusdem seniore Baldrico, et hoc nullatenus ulciscente. Tunc unus ex suis comitibus, ut nefandi sceleris auctorem occidit, mox interfectus oppetiit. Fugiente tum Baldrico et conscientiam in hoc manifestante, miseria talis fama vulgante dilatatur, et Thiedricus[l], sanctae Mirmingendensis aecclesiae presul, materterae meae [filius[m]], iuxta qui[a] exspectabat, primus advenit, ac dilecti obitum amici merore questus insolabili, corpus usque ad Frethem civitatem[20] comitatur, et hoc ad patres suos collocare sumopere studuit.

34. Dehinc missis per omnem hanc regionem suimet nuntiis, ipse comprovinciales et affines haec ad vindicanda excitat, et cum valida manu urbem predicti[a] hostis, nomine Upplan[a.21] possedit, contigua devastans loca et igne consumens. Advenit tandem Bernhardus dux, nepos meus, qui iure filii prefati comitis adhuc parvuli[22] et tocius 22

a) *add.* 1*b*. b) lętis sedotem 1. laesisse sedem 2. c) augeat 1*a*. c*) frater 1*a*. d) utra 1. e) strage 1. f) t *erasum* 1. g) inexuperale 1. h) auinculus 1. *in hoc libro plerumque scribit.* i) bona 1*a*. k) diuina a. clementia 1*a*. l) thredricus 1*a*. m) *ita supplevi, quamvis plura deesse videri possint.* n) predictam *corr.* predicti 1.

14) Sc. in pugna apud Florinas, Fleures, Septb. 12. Conf. Balderici Camerac. chron. l. III. c. 9. et 12. Ann. Leod. et Lob. 15) De Warnero et Raynoldo vide Baldericum l. I. c. 94. 16) V. Baldericum l. l. 17) V. Ann. Quedlinb. a. 1016. Necrol. Luneb. Octob. 2. Calend. Merseb. Octob. 1. 18) Conf. Alpertum l. II. c. 12. Ann. Quedlinb. a. 1016. 19) Calend. Merseb. Octob. 5. Ann. Hildesh. h. a. Octob. 6. Necrol. Luneb. Oct. 9. 20) Vreden in districtu Münster. 21) Upplan, Uplun, Uflahun, Ubladium, in pago Hamalant, ubi postea comitatus Zutphaniae, iuxta abbatiam Eltene olim sita, nunc desolata est. Vide vitam Meinwerci cap. 34. Chron. Gottwic. T. I. p. 619. Alpertum l. I. c. 13. URS. 22) Wichmanni IV. de quo v. Wedekind Noten T. II. p. 75. T. III. p. 56.

1016. hereditatis tutor et nefandi criminis ultor extiterat; et hic tristes[a], quantum valuit,
*f. 163'. milites solatur; cum caeteris fautoribus *urbanos nocte dieque lacessat. Interim imperator a Burgundia, ubi magnam estatis partem morabatur, digressus, ut primum omnem rei eventum comperit, navigio illuc pergere festinavit, et in illo itinere Gevehardus, Heriberti comitis filius, nepos meus, regiaeque[e*] maiestati tunc multum acceptus, ac
Nov. 8. omni probitate precipuus, obiit[23], imperatorem et omnes in hiis partibus constitutos tristes post sē[d] relinquens. Archiepiscopus autem Coloniensis[e] Heribertus, multum ex parte sui militis Baldrici sollicitus, imperatorem sepe interpellat, quo urbem diu possessam suae vellet subdere[e*] potestati; cuius assidua peticione imperator devictus consensit. Hoste iam tunc cesaris abeunte, urbs Upplun dicta[f] omnino destruitur, et cometissa ibidem diucius[g] turbata, cum omnibus quae habebat, pro dolor! servatur. Omnis maledicio, quam[h] sibi beatus Iob inprecatus est, huic talem promerenti eveniat. In presenti tempore tantum mali percipiat, ut in futuro veniam saltem sperare liceat. Quicumque in auxilium eius in hoc[i] umquam asspiret, convertatur ad Deum, et se vehementer peccasse confessus, ad emendationem condignam festinet; quia sibilo venenosae aspidis caret aecclesia tanti defensoris. In hoc autem anno Thiedricus antistes[24] et Hirimannus comes, Gerbergae filius, de inani re mutuo certantes, sua vastabant. Dehinc amicis persuadentibus ac maxime iussu imperatorio sedati, presenciam cesaris utrimque prestolabantur[k].

*f. 161. 35. *Anno dominicae incarnationis 1017. Kalendis Ianuarii Gero archiepiscopus iussu
1017 Ian. 1. imperatoris Bernhardum marchionem nudis pedibus emendationem sibi promittentem suscepit et aecclesiae presentavit, solutis omnibus bannis ab eo inpositis[l]. Imperator a
Ian. 6. Palithi, ubi celebravit natale Domini, exiens[m], in Altstidi epiphaniam Domini sollempniter peregit, et in sacra nocte eadem[n] Frithericus comes, fidelis Christo et seniori suo, obiit in civitate sua Ilburg dicta. Hic quia sapiens erat et sibi finem huius vitae iam appropinquare cernebat, predictam civitatem fratris suimet[25] filio, nomine Thiedrico, ea racione dedit, ut cum laude sua, quia heres suimet fuit et aliter hoc legitime fieri non potuit, liceret sibi tribus suis filiabus predium omne, quod remansit, tradere. Huius comitatum et super Siusili pagum potestatem ille[o] Thiedricus inperatoris munere post[p] suscepit. Fit publicus principum in Altstidi conventus; inter Bernhardum marchionem et patrui meimet filios litigium cum emendatione sibi accepta et iuramento pacificatum est. Inter Thiedricum antistitem et Hirimannum comitem inimiciciae diu exortae, et odium, quod erat inter Eggihardum et confratres, Udonis filios senioris, usque in tercias Octobris Kalendas[q] ab imperatore sedatum est. Ibi etiam promisit Geroni archiepiscopo Bernhardus marchio 500 argenti talenta pro dampni recompensatione inlati. Optima quaeque imperator ibi diu conversatus fecit. Fit pax inter Gevehardum et Willehelmum comites. Nuntii de Italia huc venientes gratulabundi ad sua redeunt. Iter imperatoris ac occidentem dispositum ob viae asperitatem dilatum est.
*f. 161'. *Imperator hoc, quod ex parte Bolizlavi rogatur, laudat[r], convenisse ad eum principes suos; et si quid boni vellet sibi exhibere, cum eorum consilio libenter acciperet. Mittuntur invicem nuntii, et induciae ponuntur.

36. Cesar interim ad Merseburg veniens, certitudinem rei huius exspectabat. Ibi tunc multi latrones a gladiatoribus singulari certamine devicti, suspendio perierunt. Et archiepiscopi duo, Erkanbaldus[o][26] et Gero, et Arnulfus antistes cum comitibus Sigifrido ac Bernhardo[p] caeterisque principibus iuxta Mildam fluvium quatuordecim dies sedebant, Bolizlavum per internuntios suimet ad Albim venire rogantes ad colloquium a se diu desideratum. Et hic tunc erat Sciciani[27], et ut legationem audivit, se ob timorem hostium suimet illo venire dixit nullatenus audere. Et nuntii: *Quid si*, inquiunt, *seniores nostri ad nigram veniunt Elstram, quid facis?* Et ille: *Nec pontem hunc*, infit, *preterire volo.* Talibus dictis reversi sunt, dominisque[q] haec omnia

a) *add.* 1*b*. b) *ita* 1*a*. *corr.* tristis. c) que *add.* 1*b*. d) post se *add.* 1*b*. e) coloensis 1. *ut iam supra.* e*) subbere 1. f) u. d. *add.* 1*b*. g) diuiciis 1*a*. h) quas 1. i) in hoc *add.* 1*b*. k) *ita A. S.* prestobantur 1. l) mill. XVII — inpositis *add.* 1*b*. m) exigens 1. n) cias oct. kl. *in loco raso* 1*b*. o) erkinbaldus 1*a*. p) ac b. *add.* 1*b*. q) que *add.* 1*b*.

23) V. Calend. Merseb. Novb. 8. 24) Monasteriensis add. Ann. Saxo. a. 1017. 25) Sc. Dedi de quo v. supra l. VI. c. 33 sq. 26) Moguntinus. 27) V. l. VI. c. 45.

intimabant suis. Imperator autem purificationem sanctae Dei genitricis nobiscum celebrat. Post hanc episcopi et comites ob contemptum Bolizlavi se fallentis tristes adveniebant, et imperatoris mentem apertis legationibus incendunt. Ibi tunc de futura expeditione tractatur, et fidelis quisque ad hanc preparari[b] monetur, et ut ullus intra nos et publicum hostem deinceps mitteretur nuntius vel susciperetur, firmiter ab augusto *prohibetur[b*], et quis hoc hactenus agere presumeret, diligenter inquiritur. 1017. Febr. 2. *f. 165.

37. Dehinc imperator a nobis proficiscens, ad Magadaburg venit, magno ibidem susceptus honore. Postera luce, id est dominica die, quia septuagesima tunc instabat, carnem deposuit[28]. Et in 2. feria archiepiscopus capellam septemtrionalem benedixit, presente imperatore. In proxima autem die oritur commocio inter socios archiantistitis et Bernhardi marchionis, quae sine periculo sedatur et episcopo honorifice finitur. Conveniunt ibidem fures iussu imperatoris, et a congredientibus devicti, laqueo traduntur. Multa salutem patriae respicientia ibidem finiuntur. Inde Gunterius[c] conversus causa Liuticios predicandi ivit[d]. [29]. Sed cum ego multa sepe questus sim imperatori de parte meimet parrochiae ab aecclesia Misnensi iniuste ablata et scriptis restituta, cumque bona inde mihi profutura sperarem, aliter quam ratus sim hoc evenire cognoscebam. Namque in cathedra sancti Petri, quae est 8. Kalendas Marcii, cum sederet imperator et presentes episcopi adessent Gero, Meinwercus, Wigo et Ericus et Eilwardus, surrexi et lamentationem meam feci. Tunc imperator et archiantistes, a quibus sperabam auxilium, iusserunt mihi, Deus scit invito, qui hiis resistere non presumpsi, ut parrochiam in orientali parte Mildae fluminis iacentem, id est in burgwardis[e] Bichni et Vurcin Eilwardo concederem, et quam ille in occidentali ripa tunc[a] teneret, *mihi hoc numquam desideranti relinqueret. Id concambium baculis firmavimus mutuis. Testificor coram Deo et omnibus sanctis eius, id quod residuum fuit, tunc nullo modo dereliqui. Iussit quoque imperator, ut villas[f] tres, quae sub predicto erant episcopo, Hirimannus marchio aut Misnensi aecclesiae sacramento retineret aut mihi redderet. Feb. 9. Febr. 10. | 12. 29 Febr. 22. *f. 165.

38. Eodem die imperator et contectalis sua a Gerone archiepiscopo magnis honorantur muneribus. Crastinoque[g] inde pergentes, tercia die, id est dominica, ad Halverstidi pervenerunt; quos ibi Arnulfus presul magnifice succepit, et duas noctes secum[a] habuit; 3. feria ad Quidilingeburg profecti, ab Ethelhida venerabili abbatissa non minori gloria ornantur. Quarta die monasterium in occidentali monte situm[e], ubi sponso coelesti sanctimoniales monachico[h] habitu serviunt, ab Arnulfo antistite presente augusto dedicatum est 3. Kalendas Marcii [30], auxiliante eum ad hoc Gerone archiepiscopo caeterisque confratribus. Ibi tunc inperator talentum auri dedit ad altare. Inde tunc percepta a nepte sua caritate magna ad Goslerriam[i] tendens[k] villam, ibidem 4 sedebat ebdomadas[l]; hanc enim tunc multum excoluit[m]. Et quia tune quadragesima fuit, quae Christo oportebant et seculo in multis necessaria erant, operari studuit. Post haec Bertoldus, Liutharii filius, cum suis fautoribus urbem Munnam Kalendis Aprilis conducto custode diluculo *intrans, Baldricum[a], Wigmanni comitis inclitum satellitem, cum consociis diu repugnantem, occidit, victorque insedit [31]. Febr. 24. | 27. Apr. 1. *f. 166. 31

39. Pridie ego ad Misni presidio veniebam. In hac ebdomada[n] principes nostri edictu cesaris ad Gosleri conveniunt, ibique[o] tunc avunculo[p] meimet Sigifrido comitatus fratris Heinrici commendatur, et expedicio in nostris partibus ordinatur, caeteraque patriae periclitantis proficua et admodum necessaria disputantur [32]. Inperator inde progressus, hoc malum, quod predixi, primitus comperiens, de futura perturbacione sollici[n]· fuit. In illo vernali tempore et in Bernhardi marchionis potestate nascitur ovis cum 5 cruribus. In mense Aprili et 6. Idus eiusdem cum iam plenalunium esset, luna a multis visa est ut nova[q], hora diei tercia diu rutilans[r]. Palmas rex celebrat Magoncia[s] et in 32 Apr. 8. Apr. 14.

a) add. 1*b*. b) preparare 1*a*. b*) prohibitur 1. c) i *erasum* 1. d) Inde — iuit *add.* 1*b*. e) burguardiis 1*a*. f) uuillas 1*a*. g) que *add.* 1*b*. h) monachito 1. i) Goslariam 1*c*. k) tetendens 1*a*. l) ebdomos 1*a*. m) quam et edificaverat *add.* 1*c*. n) ebdomo *corr.* ebdoma 1. o) que *add.* 1*b*. p) auinculo 1. q) scilicet cum est prima *add.* 2. *A. S.* r) In mense — rutilans *add.* 1*b*. s) m. et in i. 1*b*. *in loco raso*

28) i. e. carne vesci desiit, ieiunare coepit. URS.

29) Conf. vitam Gunterii apud Canisium in Lection. antiq. T. III. p. 185.—189 et Actis Sanctorum ad Octob. 9. Item Ann. Sax. a. 1006. 1008.

30) 8. Kal. Mart. secundum Ann. Quedl. a. 1017. et Chron. Sax.

31) Aliter haec tradit Alpertus l. l. c. 15 sq.

32) Imperatorem Mart. 26. Goslariae fuisse, eiusdem charta quaedam testatur.

1017. April 21. Ingilnenem pascha, et in his partibus magis honorifice ac potestative numquam fuit[b]. Et quia ob tantam sollempnitatem maxima ibidem finiri[c] non poterant, ad Aquasgrani ponitur conventus, et tunc illic cum consilio Heriberti archipresulis Thiedricum Metensem episcopum et Heinricum fratrem eius placavit. Regina autem[d] a Froncanavordi a cesare discedens, cum ad locum, qui Capungun dicitur, veniret, infirmatur, et ibi tunc Deo promisit, se ad laudem eius unum facturam monasterium[e]. Sed quod inter haec accidit, hiis adnecti[f] haud incongruum est.

40. In urbe Parthenopolitana duae consorores fuere, quarum prior Alwred et iunior
*f 166. Irmingerd dicebatur. Ambae admodum *laudabilis vitae, non cum caeteris sanctimonialibus conversando, sed singulariter in aecclesia, quae Rotunda dicebatur, Christo eiusque dilectae genitrici sedulum exhibebant obsequium. Iunior autem exteriorum lumen oculorum perdens, interiori acię eterno fruitur splendore, et non longe post ad patriam semper optatam 6. Idus Februarii transiit. Huius senior germana nepti suae innixa[g] Fritherunae, et crebro amissae sororis et assiduae infirmitatis dolore deficiens,
33 nil nisi 14 ebdomadas et tres dies supervixit[33]. Haec pridie[h] quam carnis debitum persolveret in excessu mentis effecta, in presentiam sanctae Dei genitricis delata est, ubi Taginonem et Walterdum archiepiscopos et Aeidum presulem venerandum magno lucentes honore sibi indulgere promeruit. Cognovit quoque ibidem materteras Geronis
34 archiepiscopi, Mirisuidam ac Emnildam[34] et Eddilam[i] nomine, quae abbaciam relin-
Psalm. quens suam, Christi amore iuxta monasterium doctoris gentium Pauli Romae includitur,
114, 9. et aliam, quae Odd[k] dicebatur, omnes illud spalmografi canentes: *Placebo Domino in regione vivorum*[l]. Interim presentibus cunctis haec mortua videbatur; tandem expergiscens et oculos elevans, quod vidit omnibus innotuit: *Hactenus*, inquiens, *vobiscum libenter commorabar, nunc consideratis multo melioribus hiis, piget in hac lutea me*[a] *amplius manere casa. Dicam vobis in veritate, quod cras vos relictura, locum mihi*
*f. 167. *preordinatum* *munere divino possidere debeo.* Sicque factum est. Transiit autem anima
35 eiusdem in Christo felix 11. Kalendas Iunii[35]. Hoc verum esse, fratres in Christo, mihi credite, et has aeclesiae adiutrices nostrae admodum utiles esse, pro certo scitote. In suas orationes sanctas me peccatorem heę succeperunt, et nil umquam boni ex mea parte, pro dolor! receperunt.

41. Inperator autem audiens contectalem suam levius habere[m] et votum Domino
Iun. 9. fecisse, grates Christo persolvit ex animo, et pentecosten in Wirthunu, quam primo sanctus Dei sacerdos Liudigerus suis construxit inpensis, venerabiliter celebravit, abbate
Iun. 10. Hethenrico[n] sibi pleniter ibidem servienti. Postera die, id est 4. Idus Iunii, Thieddegus, Pragensis antistes[o] ac martiris Christi successor Aethelberti[p], viam universae carnis fideliter adiit. Hic in nova educatus Corbeia, medicinali arte optime instructus[p*] est. Quem Bolizlavus senior ob inobedientiam Christi preconis paralisi percussus, licentia Thietmari abbatis vocavit, eiusque magisterio levius[q] habere cepit. Sed lampas ardens
36 Woitegus[r]. cum ex huius mundi caligine, ut predixi[36], subtraheretur, auxilio prefati ducis sedem suam is a tertio Ottone ad regendum suscepit; de qua post mortem Bolizlavi senioris ab equivoco eius et filio sepe expulsus, toties a marchione Ekkihardo reducitur, et magnas patitur iniurias. Hic[s] hospites, ut sanctus iubet Gregorius, non solum
*f 167. ad *se invitavit, sed etiam traxit, hoc maximum habens vitium, quod ob morbum sibi innocentem[t] bibebat supra modum. Paraliticus enim erat, manuum tremore[u] assiduo sine asstantium auxilio presbiterorum missam canere non potuit; sicque usque ad finem languescens, bonis, ut spero, animam curabat medicaminibus.

42. Interea Mararenses[v] Bolizlavi milites magnam Bawariorum catervam dolo circumvenientes incautam occidunt, dampnum[w], sibi ab eis illatum prius, ad partem haud

a) *add.* 1*b*. b) n. f. *add.* 1*b*. c) finire 1*a*. d) cvnigundis *add.* 1*c*. e) canonicarum, quod postmodum perfecit et vocatur confugiensis eclesia *add.* 1*c*. f) et necti 1*a*. g) innixta 1. *adraso* t. h) pdie 1. i) Mirisuidam — Eddilam *add.* 1*b*. k) odila 1*a*, oda *A. S.* l) omnes — vivorum *add.* 1*b*. m) haberi 1. n) heinrico 1*a*. o) antistites 1*a*. p) ath. 1*c*. p*) istructus 1. q) leuuius 1*a*. r) *ita in loco vacuo* 1*b*. s) Hac 1*a*. t) in *erasum* 1. u) tremorem assiduum *corr.* tremore assiduu 1. v) mor. 1c? w) num sibi — inperatricem *in loco raso* 1*b*.

33) In Necrolog. Luneb. eius nomen adscriptum est Mart. 18. 34) V. supra l. IV. c. 11.
35) V. Calend. Merseburg. Mai. 22. 36) Lib. IV. c. 11.

exiguam ulciscentes[a]. Cesar vero ad orientem tendens, inperatricem ad se in loco, qui 1017.
Pathrebrunnun[b] dicitur, venire iubet[37]. Inde ambo usque ad Magadaburg profecti, a 37
Gerone archiepiscopo honorifice suscepti sunt. In sequenti vero nocte, id est dominica,
et Nonas Iulii, tempestas ingruit horrida, homines cum pecoribus simul et aedificiis ac Iul. 7.
frugibus late consumens. Inmensus quoque fragor silvas concutiens, vias omnes nimis
occupabat. Postera die inperator cum coniuge et excercitu Albim transiens, ad Liesca[38], 38
curtem quondam Vigonis episcopi[39] et tunc feris innumerabilibus inhabitatam venit, 39
duasque ibidem noctes in castris sedens, tardantem turbam expectavit. Et post haec
regressa inperatrice caeterisque compluribus, ipse turmatim processit. Ipsa vero die
Heinricus, quondam Bawariorum *dux, a Bolizlavo, quo pacis firmandae gratia per- *f. 168.
rexit, cum nunciis eiusdem rediit; quem inperator audita referentem, sua iterum lega-
cione remisit, nilque ibi proficientem, ad dominam et sororem suam abire sinit.

43. Interea in monte sancti Iohannis baptistae, qui iuxta Parthenopolim positus
eidem est cum appertinentibus universis subditus, res admodum miserabilis 12. Kalen- Iul. 21.
das Augusti et dominica nocte accidit. Horum in dormitorio confratrum lucerna quae-
dam ardens maior solito illuxit, et proxima occupans, hoc, ibidem quiescentibus id
sero intelligentibus, voraci flamma consumpsit. Et cum tale periculum omnes evade-
rent, unum ex hiis causa sacerdotalem eripiendi apparatum subito regressum, et in
medio ignis peccata suimet confitentem perdiderunt. Huius nomen erat Hemico[c. 40]. 40
Dehinc monasterium ab eiusdem loci abbate Sigifrido 8 annos optime elaboratum
ardens, presentium posteaque advenientium corda turbavit. Insuper duas eiusdem capel-
las cum refectorio caeterisque adherentibus officinis ignis late flagrans absorbuit; de
cuius avaris faucibus divina pietas et confluentium summa devotio omnes sanctorum
reliquias et maximam thesauri[d] partem eripuit. Facto autem mane, urbis predictae
habitatores et qui ibidem presidio ab imperatore relicti fuerant, conveniunt, *detrimen- *f. 168'.
tum tale nimio merore conquesti. Corporis autem perusti tenues favillas mane confra-
tres sumopere colligentes, suis apposuere predecessoribus; abbatique suo tunc absenti
per internuntium[e] suimet eventum miserabilem indixere. Qui ut haec comperit, suis
specialiter accidisse peccatis cognoscens, quia emendare nequivit, honesta gravitate tulit.

44. Dum haec aguntur, Miseco, Bolizlavi filius, Boemiam absencia Othelrici ducis
sui minus solito repugnantem cum 10 legionibus invadens, duos dies predatur eandem,
et cum innumerabili captivorum multitudine[f] reversus, patrem gaudiis replevit inmen-
sis. Cesar vero cum excercitu suo et Boemiorum atque Liuticiorum comitatu inmenso
obvia quaeque devastans, 5. Idus Augusti ad urbem Gloguam, ubi Bolizlavus cum suis
eos[g] prestolatur, sollicitus venit, et provocantem inter sagittarios latitantes hostem nostros
persequi prohibuit. Inde electas ab excercitu valido[g] 12 legiones ad urbem Nemzi[41], eo 41
quod a nostris[42] olim sit condita[h], dictam premisit, quae habitatoribus hiis venturum
preoccuparent auxilium. Quibus castra metatis, hostes adventare rumor indixit; et in 42
nocte tenebrosa ac in magna imbrium effusione hos ledere nequaquam valentes, quos-
dam effugarunt, nonnullosque civitatem intrare inviti paciebantur. Posita est autem
haec in pago Silensi, vocabulo hoc a quodam monte nimis excelso et grandi olim sibi
indito[i. 43]; *et hic ob qualitatem suam et quantitatem, cum execranda[k] gentilitas ibi vene- *f. 169.
raretur, ab incolis omnibus nimis honorabatur. Inperator autem post tres dies ad ean-
dem cum exercitu valido veniens, castris eandem undiquessecus circumdari iubet,
sperans sic omnem hosti suo claudere accessum. Sapiens eiusdem consilium et in omni-

a) ulcisciscentes 1. b) pathelb. 1*a*. c) heumuco 1*a*. d) tesauri 1*a*. teshauri 1*b*. e) per in nuntium 1. f) militudine 1. g) valida 1*a*. h) eo — condita *add.* 1*b*. i) posita — indito *ipse Thietmarus scripsit in extremis fol.* 168 *lineis.* k) *ita A. S.* exequanda 1.

37) Imperatorem ibi iam Iun. 10. fuisse, eiusdem charta testatur. 38) V. supra l. IV. c. 14. De conventu ibi habito v. Vitam Meinwerci c. 42. et chartam imperatoris anno 1017 Iul. 10. 39) Wigo episcopus tunc adhuc in vivis fuisse videtur. Teste Necrol. Luneburg. obiit Ian. 14. Sed defunctus fuit, quando Thietmarus haec scripsit. 40) In Necrol. Luneb. vocatur Hemmo. 41) Nimptsch iuxta fluvium Lohe, inter Reichenbach et Ohlau. 42) Vox Niemez Slavis est mutus sive peregrinus, qui eorum linguam non intelligit; ideoque praesertim Teutonicus. 43) Mons Zlenz, mons Silentii, hodie Zobtenberg a villa Zobten vocatus. Conf. K. Zeuss *Die Deutschen und die Nachbarstämme* pag. 663.

1017. bus bona voluntas multum ibi prodesset, si in efficiendis rebus auxiliantium sibi affectus hunc adiuvaret. Nunc autem per omnes custodias presidium urbi in noctis silentio advenerat magnum. Tunc omnigenorum[b] species instrumentorum a nostris parari iubentur, et mox ex parte contraria hiis admodum similia videntur. Numquam audivi aliquos, qui meliori pacientia ac prudentiori consilio se umquam defendere niterentur. Ex parte gentili crucem sanctam erigebant, eiusdemque auxilio hos vinci sperabant. Si quid[c] hiis prosperi accidit, numquam exclamabant, nec adversitatem aliquo gemitu ingravescente aperiebant. Interim Mararenses Boemiam ingressi, urbem quandam expugnant, et cum preda ingenti incolumes exibant. Quod cum marchio Heinricus hos petere cum excercitu conatus audiret, festinus insequitur; et occisis ex eorum numero plus quam mille viris, fugientibusque caeteris, captivitatem hanc omnem solutam domum remisit. Neque tacendum est, quod alii milites Bolizlavi urbem Belegori dictam 18. Kalendas Septembris aggressi, et bello eam inpugnantes diutino, Deo gratia! nil proficiebant. Liuticiorum autem magna multitudo, quae domi fuerant, quandam civitatem
f. 169' prefati ducis petierunt. Ibique[d] plus quam *100 socios perdentes, cum ingenti tristicia remeabant, posteaque eiusdem bona multum vastabant.

45. Hiis quoque adiciam mortiferum Godefridi ducis et Gerardi comitis congressum. Illi namque diu invicem discordes certum condixere diem, qua cum suis fautoribus haec certo duelli iudicio discernerent. Mense Augusto ac 6. Kalendas Septembris[e]
Aug. 27. in quadam prati florentis condicta[a] planicie confligebant[44]. Sed superbiam Gerardi humilitas Christi molliens ac socios eius in fugam subito vertens, non minus ex hiis quam 300 prostravit viros, ex quibus fuit unus Walteri Pulverel nomine[a], eo quod in favillam sibi contraria redigisset vocatus, habitu clericus, sed re latro eximius. Hic centurio lacu cum suis clauditur uno, et tunc saciatus iacuit in prelio, cui numquam suffecit sanguinis effusio. Nam perhibent populi, hunc dumtaxat[a] cum laeticia duxisse diem, quo hastam suimet humano cruore aspersam, et domus Domini, quibus alii pepercere maligni, incensas ruere vidit. Hic Burgundia genitus, et a predicto comite quondam captus, non prius ab eo potuit absolvi, quam se eodem[f] semper auxiliaturum ac loco devoti militis ei serviturum sacramentis sanxivit. Ergo huc vocatus venit, sed ad perpetrandum soliti facinoris aucmentum divina tardatus miseracione, non rediit. Capti sunt autem tunc ex parte senioris sui Sigifridus, eiusdem filius, nepos autem
f. 170 imperatricis nostrae, cum Balderico aliisque quam *plurimis. Sauciatas est ibi Cono[45], cui iam inlicite nupsit neptis sua, Ernasti ducis vidua[g]. Predictus vero dux nil nisi 30 milites perdidit, et hos elegantes.

46. Interea perfectis omnibus instrumentis, cum iam ibi tres sederet ebdomadas
46 cesar, ad urbem[46] pugnare iussit, et haec omnia iniecto a propugnaculis igne celeriter ardere vidit. Post haec Othelricus cum suis urbem ascendere temptans, nil profecit. Tunc Liutici similia aggressi deiciuntur. Cesar autem videns exercitum infirmitate depressum, in urbe capienda in vanum laborare, iter suum nimis arduum ad Boemiam direxit; ibique ab eiusdem provinciae iniusto[h] duce Othelrico susceptus, decenti munere honoratur. Interim marchio Heinricus, amitae meimet filius, longa egrotacione vexa-
Sept. 18. tus, 14. Kalendas Octobris, orientalium decus Francorum, obiit, et in septemtrionali parte monasterii in Suinvordi civitate sua positus, ab episcopis[a] tribus, Heinrico, Evur-
47 hardo et venerabili Riculfo[47], extra eclesiam, ut ipse peciit, iuxta ianuam[h*] sepultus est. Hoc cesar in Misni comperiens, multum doluit.

47. Bolizlavus vero in Wortizlava[i] civitate eventum rei sollicitus[k] expectans, cum inperatorem abisse urbemque suam incolomem stare audiret, laetatur in Domino[l]
*f. 170' militibusque congaudet in seculo[l]. Pedites autem illius plus quam sexcenti[m] Boemiam *clanculum petentes, predamque sibi more solito inde sperantes, quem hostibus laqueum

a) *add.* 1*b*. b) omnigenarum 1. c) qđ 1. d) que *add* 1*b*. e) ac — Septembris *add.* 1*b*. f) eidem 1*c*. g) Sauciatus — vidua *add.* 1*b*. h) in *erasum* 1. h*) i. i. *add.* 1*b*. i) uuordizlauo 1*a*. k) sollitus 1. l) *Verba* in Domino *et* in seculo *erasa in cod.* 1. in secundis 2. m) sixccenti 1*a*, i *corr. in* e 1*b*.

44) Cogitasse videtur noster de pugna apud Florinas, de qua v. supra cap. 32. De bello hoc Gerardi v. Baldericum l. III. c. 11. 45) Conradus II. imperator futurus; qui duxerat Giselam, Hermanni ducis Alamanniae filiam, Ernesti ducis Alamanniae viduam. 46) Sc. Nimptsch. 47) Wirzeburgensis, Bambergensis et Triestinus.

extendere, paucis excedentibus, incurrere. Sed Liutici redeuntes irati, dedecus deae 1017.
suimet illatum queruntur. Nam haec, in vexillis formata[b], a quodam Herimanni[c] marchionis socio lapide uno traiecta est; et dum hoc ministri eius imperatori dolenter retulissent, ad emendationem 12 talenta perceperunt. Et cum iuxta Vurcin civitatem Mildam nimis effusam transire voluissent, deam cum egreio 50 militum comitatu alteram perdidere. Tam malo omine residui domum venientes, a servicio caesaris se malorum instinctu abalienare nituntur; sed habito post communi suimet placito, a prioribus suis convertuntur. Laborem istius itineris et commune detrimentum quis umquam valet explicare? Inexsuperabilis Boemiae regionis introitus, sed multo deterior eiusdem fuit exitus. Facta est haec expedicio ad perniciem hostis; sed crimine nostro multum lesit victoribus nostris. Quod enim tunc in nobis non licuit inimicis, peractum est postea criminibus nostris. Defleam quoque, quod Bolizlavi satellites inter Albim et Mildam facinus perpetrabant. Namque hii iussu senioris sui velociter egressi, 13. Kalendas Octo- Sep. 19.
bris *plus quam mille mancipia in hiis partibus sumpserunt, plurimaque incendio late *f. 171.
consumentes, prospero itinere revertuntur.

48. Inperator autem Kalendis Octobris Mersburg venit, ibique Ekkihardum, Novae Oct. 1.
civitatis abbatem, et huic 23 annos et 5 menses presidentem, Pragensi prefecit aecclesiae, eundem 2. Nonas Octobris[d] ab Erkaenbaldo archipresule consensu meo consecrari pre- Oct. 6.
cipiens. Ibi tunc Bolizlavi nuncius Liudulfum iuvenem diu captivum remitti promisit, suosque milites apud nos firma detentos custodia pro eius liberatione relaxari peciit; et si aliquem imperatori nuncium de acquirenda eiusdem gratia mittere licuisset, diligenter inquirit. Assiduo principum suimet interventu cesar hiis omnibus assensum prebuit, et tunc primo conperit, Ruszorum[e] regem, ut sibi per internuncium[f] promisit suum[a], Bolizlavum peciisse, nilque ibi ad urbem possessam proficisse. Huius regnum prefatus dux postea cum exercitu invadens, generum suimet et fratrem eius diu expulsum inthronizavit et hilaris[f*] rediit. Imperator a nobis exiens, tria dedit dorsalia et urceum argenteum[g]. Inde ad Alstidi venit, ibique omnium memoriam sanctorum digna veneratione Nov. 1.
celebravit, et tunc in *eodem die Herdingus, Novae civitatis ab imperatore ibidem con- *f. 171'
stitutus abbas, a Gerone archiepiscopo consecratur. In sequenti dominica die, id est
tercia Nonas Novembris, cesar quoddam predium Rogalici[48] vocatum, quod tunc ab Nov. 3.
Hatholdo milite sibi placito acquisivit concambio, confratribus nostris in Merseburg Christo famulantibus dedit, et lucum quendam, ab Hagero[h], predicti senioris germano, 10 talentis argenti comparatum, eorundem utilitatibus accommodavit, preceptisque suimet firmari precepit. Tres quoque aecclesias in Libzi et in Olscuizi[49] ac in Gusua posi- 51
tas mihi concessit[50]. In hoc vernali tempore[51] idem aureum altare ad decus ecclesiae
fabricari[i] iusserat nostrae, ad quod ego ex antiqui altaris nostri sumptu auri[a] 6 libras dedi. Sed cum in predicta civitate cesar 5 ebdomadas et 4 dies sederet, dilectum sibi locum Bavenberg visitat[k], ubi[l] tunc mense Decembri et[l] in prima nocte, quae cesaris adventum subsecuta est, Guncelinus in custodia diu tentus[52] solvitur, catena de pedibus 52
divina maiestate constrictis leniter cadente integraque permanente. Heinricum etiam[a], quondam Bawuariorum ducem et tunc 8 annos et pene tot menses sua depositum culpa, pristinis imperator[a] restituit honoribus die[m] dominica; sicut ei firmatum est prius a Poppone, Treverensi archiepiscopo. *Sed antequam huius conclusionem anni faciam, *f. 172.
quaedam in hoc dicenda interseram.

49. Thietmarus, venerabilis sanctae Asenbrunensis[n] aecclesiae episcopus, servus sancti Mauricii in Magadaburg et prius utilis Magonciae et Aquisgrani prepositus, caligine quadam obfuscante lumen hoc visibile in priori perdidit anno[o], ac interiori oculo eo lucidius radiante, fomitem tocius lucis Christum indefesso labore iam contemplatur. Hic

a) *add.* 1*b*. b) i. v. *f. add.* 1*b*. c) heramanni *corr.* herimanni 1*a*. i *post eraso* 1. d) *sic legendum esse non vero* Novemb., ut *codd. habent, ex sequentibus apparet.* e) ruszurum 1*a*. *sed ipse corr.* f) u. a. p. i. *add.* 1*b*. f*) hiralis 1*a*. hilalis 1*b*. g) tria — Inde *add.* 1*b*. arg. ecclesiae nostrae 2. h) hogero 1*c*? i) frabricari 1. k) visitavit 1*a*. l) ubi tunc *et* et in prima — permanente *add.* 1*b*. m) d. d. *add.* 1*b*. n) asenbrunniensis 1*a*. o) in priori *et* anno *add.* 1*b*.

48) Roeglitz prope Schkeuditz. 49) Oelschau prope Leipzig. 50) Imperatoris super ecclesiae Gusuavensis, hodie Geusa, donatione charta a. 1017 Nov. 3. data adhuc exstat. 51) sc. in vere huius anni. 52) Conf. super l. VI. c. 36.

1017. a rege Heinrico successit antecessori suo Nonnoni, qui Othilulfus dicebatur[53]. Obierunt[a] in hoc anno antistites praeclui Amulric[54] ac[b] Fermundus et Becelinus, et paucas sedens ebdomadas Altmannus. Hic monachus fuit sancti Iohannis baptistae in Magadaburg, indeque ab Haethelheida[c] abbatissa, eo quod de sua esset familia, Arnulfo, regis germano et nunc archiepiscopo Ravennatis aecclesiae, ad servitium ab ea datus est, a quo postea consecratus, a suis tocxicata[d] potione lesus est.

55 50. In mea vicinitate et in oppido Silivellun[55] dicto miraculum quoddam accidit Dec. in secunda Decembris ebdomada. Fuit ibi quedam mulier, quae cum virum suimet domi non haberet, super se et super filios hospicium obserabat[e] suum, et ecce ante gallicinium sonitus ab ea inmensus auditur. Haec talibus obstupefacta, vicinos clamore *f. 172' continuo evocans[e*], necessitatem suam indicat. Qui volentes eidem succurrere, *crebra iactacione repelluntur. Tandem ianuam frangentes, gladiisque intrantes evaginatis, quid matrifamilias vel ipsis tantum rebellaverit, diligenter inquirunt; et quia monstrum erat, hostem non invenientes, egressi sunt tristes. Mulier autem predicta diem exspectans sollicitum, crastino proximum accersivit presbiterum; qui omnem hanc domum reliquiis sanctorum et aqua lustravit benedicta. In sequenti[f] vero nocte parum de supradicto terrore concutitur, et Deo gratias! crebra presbiteri visitatione liberatur. Tale aliquid, ubicumque evenit, novum aliquid pretendit. Unusquisque fidelium non sibi timeat terrorem illum; se peccatorem ex corde cognoscat, et signo sanctae crucis iugiter se muniens, omnem adversariam potestatem prorsus excludat. Hostis incautos quosque sic inludit, et in se aliquid credentes ad ultimum decipit. Ubi desolacio tunc est, aut facinus subsecuturum est vel aliqua mutacio, talis rem precedit indicio[g]. Quia nobis adherere Deo et spem nostram ponere in eo bonum est, preoccupemus sanctam faciem eius assiduis precibus, ut sive aliquid nobis presignetur sive celetur[g], de[g*] misericordissima pietate sua in nobis peccatoribus hoc compleatur. Non est admirandum, quod in hiis partibus tale *f. 173. ostentatur *prodigium. Nam habitatores illi raro ad aecclesiam venientes, de suorum visitatione custodum nil curant. Domesticos colunt deos, multumque[h] sibi prodesse eosdem sperantes, hiis inmolant. Audivi de quodam baculo, in cuius sumitate manus erat, unum in se ferreum[i] tenens circulum, quod cum pastore illius villae, in quo is[i] fuerat, per omnes domos has singulariter ductus, in primo introitu a portitore suo sic salutaretur: *Vigila, Hennil, vigila!* — sic enim rustica vocabatur lingua — et epulantes ibi delicate[k], de Psalm. eiusdem se tueri custodia stulti autumabant[56], ignorantes illud Daviticum: *Simulacra* 113, 4. 8. *gentium opera hominum* et caetera. *Similes illis fiant facientes ea et confidentes hiis.*

51. Quia[k*] vero omne rarum est utique admirandum ac persepe ut portenta stupendum, ideo quandam rem, quae in nostris evenit temporibus, explano. Serenissimo rege Heinrico tunc[l] dominante, ac Wigberto antecessore meo vigente, in villa[m] quadam 58 Rotlizi[n.57] dicta, quam a matrona venerabili Ida, nuru primi Ottonis[58] nostrae traditam aecclesiae, Gezo prepositus tunc[o] in beneficium tenuit, sicut ab eo veraciter comperi, accidit. In messe laboriosa, cum in una dierum operarii eiusdem iam lassi se voluissent reficere, panem primitus incisum sanguinem viderunt effundere; idque admirantes, seniori *f. 173' suo concivibusque ostendunt. *Et, ut reor, hoc prodigium futuri exitum belli ac in eo multorum cruorem hominum presignavit emanaturum. Alteram quoque rem, quamvis multo laudabiliorem, tamen mirabilem memoriaeque dignam describo. In arce Romulea, quae omnium est capud urbium ob diversarum qualitatem causarum, in una aecclesia et in dextera parte altaris, ab uno pavimenti foramine per integrum diem, multis hoc cernentibus atque stupentibus, oleum emanavit. Huius partem Iohannes Crecentii filius in ampula quadam Heinrico seniori suo et tunc regi nostro transmisit, et quia Eccl. 9, 8. oleum nunc pro misericordia ponitur, ut est illud: *Oleum de capite tuo non deficiet*, nunc Psalm. 140, 5. pro adulacione, ut hoc est[p]: *Oleum peccatoris non inpinguet caput meum;* in hoc signo

a) *add.* 1*b*. b) amulric (*corr.* amalricus 1*c*.) ac *add.* 1*b*. c) hath. 1*c*? d) *add.* 1*b*, *in loco vacuo*. e) obserebat 1. e*) invocans 1*a*. f) sequente 1*a*. g) celatur 1. g*) in 1*a*. h) que *add.* 1*b*. i) his 1*a*. k) e. i. d. *add.* 1*b*. k*) *Alia pergit manu* 1. l) *erasum* 1. m) uuilla 1*a*. n) t *et alterum* i *erasum* 1. o) *erasum* 1. p) oleum — hoc est *add.* 1*b*.

53) Vocatur ille Wodilulphus in carta imperatoris a. 1002 Iul. 28; Wotellolfus in vita Meinwerci cap. 12; Vthilolfus in necrol. Osnabrug. Febr. 17; qua die anni 1003. obiit. 54) Conf. Necrol. Luneburg Febr. 5. 55) Selben prope Delitsch? 56) V. I. Grimm Deutsche Mythologie pag. 286 et 699. 57) Rochlitz. 58) V. supra l. II. c. 2.

clementiam re toris nostri habundantem et illius patricii lasciviam lutentem perpendo. Namque is apostolicae sedis destructor, muneribus suis et promissionibus [a] phaleratis [59] regem a Deo constitutum in palam sepe honorificavit, sed inperatoriae dignitatis fastigium hunc ascendere multum timuit, omnimodisque id prohibere clam temptavit; quia sicut beatus asserit Gregorius: *Terrena altitudo confunditur, cum celsitudo coelestis aperitur.* Rex etenim noster, quamvis homo esset, zelum Dei habuit et sanctarum violentas predaciones aecclesiarum fortis armatus vendicavit, hancque benignitatem nisi coelitus sibi [a] *prestitam, non habuit; iste terrenus et natura et actibus, voragine cenu- *f. 174.
lenta traxit in predam, quod multorum devota manus ad aram apostolorum pro peccatis congessit [c] in hostiam. Qui cum non longe post obiret, duplici ulcione, ut vereor, confunditur, et domno papae securitas regique nostro amplior potestas aperitur.

52. Amplius progrediar disputando, regisque Ruscorum Wlodemiri accionem iniquam perstringendo. Hic a Grecia ducens uxorem, Helenam nomine [a], tercio [d] Ottoni desponsatam, sed ei fraudulenta calliditate subtractam [60], christianitatis sanctae fidem eius 60
ortatu suscepit, quam iustis operibus non ornavit. Erat enim fornicator immensus et crudelis, magnamque vim Danais mollibus ingessit. Hic tres habens filios, uni eorum [61] 61
Bolizlavi ducis nostrique persecutoris filiam in matrimonium duxit, cum qua missus est a Polenis Reinbernus, presul Salsae Cholbergiensis. Ille in pago Hassegun dicto natus liberalique scientia a prudentibus magistris educatus, gradum episcopalem ascendit, ut spero dignus. Quantum autem in cura sibi commissa laboraverit idem, non meae sufficit scienciae nec etiam facundiae. Fana idolorum destruens incendit, et mare demonibus cultum, inmissis quatuor lapidibus sacro crismate perunctis, et aqua purgans benedicta, novam [e] *Domino omnipotenti propaginem in infructuosa [e*] arbore, id est in *f. 174.
populo nimis insulso, sanctae predicacionis plantacionem eduxit. Vigiliarum et abstinenciae ac silencii assiduitate corpus suum affligens, cor ad speculum divinae contemplacionis infixit. Quem predictus rex audiens, filium suimet, ortatu Bolizlavi tacito reluctaturum sibi, cepit cum eodem et uxore, et in singulari custodia claudit. In qua pater venerabilis, quod in aperto fieri non potuit, in secreto studiosus in divina laude peregit. Hic cum se lacrimis assiduaeque oracionis ex corde contrito prolatae hostia summo sacerdoti reconciliaret [f], ex arto corporis carcere solutus ad libertatem perennis gloriae gaudens transiit. Prefati vero regis nomen potestas pacis iniuste interpretatur; quia non illa, quam aut impii invicem tenent vel habitatores huius mundi possident, quia semper [g] nutat [g], pax vera dicitur, sed ille solus ea specialiter utitur, qui omnem animi suimet motum componens, regnum Dei pacienciae vincentis angustia solacio promeretur. In coelesti securitate sedens episcopus ille, ridet viri minas iniusti, et castitate gemina [62] potitur, ac [a] fornicatoris illius ultrices flammas speculatur; quia nostro doctore 62
Paulo teste, adulteros iudicat Deus. Bolizlavus autem haec omnia comperiens, in quantum potuit *vindicare non desistit. Post haec rex ille plenus dierum obiit, inte- Hebr. 13, 4. *f. 175.
gritatem hereditatis suae duobus relinquens filiis, tercio adhuc in carcere posito, qui 1015.
postea elapsus, coniuge ibidem relicta, ad socerum fugit. Rex [b] predictus habuit lumbare venereum [i], innatae fragilitatis maius augmentum. Sed magister nostrae salutis Christus Luc. 12, 35.
cum lumbos luxuriae nocentis habundancia refertos precingi iuberet nostros [a], continenciam et non aliquod provocamen innotuit. Et quia de lucerna ardente a predicatoribus suis rex prefatus audivit, peccati maculam peracti assidua elemosinarum largitate detersit. Scriptum est enim: *Facite elemosinam, ac omnia sunt vobis munda.* Hic cum iam decrepitae aetatis esset, regnumque diu haberet predictum, obiit, sepultus in Cuiewa [63] civitate 63
magna, et in aecclesia Christi martiris et papae Clementis iuxta predictam coniugem suam, sarcofagis eorundem in medio templi palam stantibus. Cuius potestas inter

a) *add.* 1*b*. b) suis *erasum* 1. c) concessit 2. *A. S.* d) tercia ottonem 1*a*. e) *corr.* novum? 1. e*) influosa *corr.* influctuosa 1. f) reconciaretur 1. g) nutant 4*a*. h) *alia manus pergit* 1. i) venereum *corr.* venerium 1.

59) Conf. supra l. V. c. 6. n. 25. 60) cf. Annal. Hildesh. a. 995. Huc pertinere videntur ea, quae h. l. Thietmarus de Wlodemiro, Russorum rege, dicit. Non tamen Helenam, sed Annam, Basilii et Constantini sororem, in matrimonio habuit Wlodemirus; idque connubium iam a. 988. adeoque diu ante istam legationem contractum notavit Pagius ad ann. 987. num. 6. *URS.* 61) Zentopulc s. Swastopolc. V. infra l. VIII. c. 16. 62) cf V, 25. *gemina caritas, VIII, 6. gemina innocentia.* 63) Kiew.

filios dividitur, Christique eloquium in omnibus affirmatur. Namque vereor id subsequi, quod vox veritatis pronunciat conpleri; dicit enim: *Omne regnum in se ipsum divisum desolabitur* et cetera; quam ut mutare in hiis partibus velit Deus sententiam, omnis christianitas oret. *Quia nunc paululum declinavi, redeam, quae in predicto evenerint anno, superius indiscussa, succincte aperiens.

Luc. 11, 17. *f. 175'

1017. 53. Curtis pars maxima inperialis in Palithi, et in Traiectensi civitate maior aecclesia cum omnibus Ethelbaldi presulis mansionibus, ac cum Ilburg, Thiedrici comitis urbe, casu accidente combusta est. Inperator autem a Bavanberg[a] discedens, ad Wirciburg primo, deindeque ad Froncanawordi[b] venit, ibidemque nativitatem dominicam festivis peregit gaudiis. Sed ne huius nominis auctoritas[c] te lectorem amplius lateat, sicut a credibilibus viris audivi, sic adnunciare cupio tibi. Regnante Karolo imperatore magno, Pippini regis filio, bellum fit inter suos et predecessores nostros, in quo certamine Franci a nostris devicti, cum flumen Moin dictum sine *aliqua vadi certitudine palantes transire cogerentur, cervam precedentem et divina miseracione quasi viam eis demonstrantem subsequuti, optati littoris securitate pociuntur laeti. Inde locus hic Francorum dictus est vadum. In illa expedicione predictus cesar, cum se iam ab hostibus superatum esse cognosceret, precessit talia fatus: *f. 176. *Karius mihi est, ut populi exprobrantes 'dicant, me hino fugisse, quam hic cevidisse; quia, dum vivo, iniuriae pondus inlatae vindicaturum me spero.* Anno dominicae incarnationis 800.[d] predictus cesar[e] ad suae virtutis et bonae operacionis deauracionem in una die 8 episcopatus in Saxonia Christo subdita dispositis singularibus parrochiis, constituit[g].

54. Quatuor naves Venetorum magne diversisque pigmentis referte naufragium sunt in predicto anno[f] perpessae. Et, ut predixi, in occiduis partibus, raro antea quiescentibus, pacifica, Deo gratias! manebant cuncta. Et Ekkihardus, confrater meus, sancti Iohannis baptistae monachus, in Magadaburg paralitico depressus morbo loquelam perdidit. In Bawariorum confinio atque Mararensium[g] quidam peregrinus, nomine Colomannus, ab incolis, quasi speculator esset, capitur; et ad professionem culpae, quam non meruit, diris castigacionibus compellitur. Ille cum se nimis excusaret, pauperemque Christi se sic vagari affirmaret, in arbore diu arida innocens suspensus est. Nam caro[h] eius a quodam postea paululum incisa sanguinem fudit, ungues ac capilli crescebant. Ipsa quoque arbor floruit, et hunc Christi martirem esse monstravit. Hoc marchio Heinricus ut comperit, corpus eiusdem in Mezilecun[63] sepelivit.

63

LIBER VIII.

INCIPIT LIBELLUS II. HEINRICI INPERATORIS SECUNDI[i].

*f. 176'. 1. *Anno dominicae incarnationis 1018. indiccione 2. anno autem domni Heinrici 1018. inperatoris augusti 16. inperii autem 4. circumcisio Domini et theophania in predicta

*) *Codex* 2. (*cf. supra p.* 840 *et A. S. a.* 822.) *addit:* Cuius filius, domnus Ludowicus, electis probatissimis monachis de Gallia cum venerabili viro Adelhardo, datis reliquiis sancti Stephani prothomartiris, Corbeiense cenobium ipsi construxit, et dedicari fecit. Ipse vero cesar ad ipsum cenobium tradidit donaciones, abbacias scilicet Eresburg, Meppiam et multa predia in aquilone, villam quoque Huxeri cum omnibus terminis suis. Huius quoque filius Ludowicus iunior tradidit abbatiam Visbike, decimas quoque cum decimalibus ecclesiis in episcopatu Asnebruggi, et piscationem in Wesera, quae dicitur Hocwar; quae iam superius dicta sunt. In hoc cenobio primo monastica disciplina in Saxonia floruit, et postmodum pluribus in locis eius patriae, quorum omnium Corbeia non immerito caput et mater et quodammodo tocius patrie decus cum suo (sancto A. S.) Vito habetur, qui ex quo hanc venit in patriam, ex eo Saxonia in Teutonico regno principatur, quia eius precibus apud Deum et meritis in omnibus, ut speramus, adiuvatur[64].

64

a) banuanberge 1*a*. b) mau *erasum* 1. c) cautoritas *eraso* c 1. d) Anno — singularibus p *in rasura scripta sunt ob* 1*a*. *potius quam ab* 1*b*., *post* DCCC *spatio vacuo relicto*. e) Karolus *add.* 1*c*. f) f. p a. *add.* 1*b*. g) mor. 1*c*? h) affirmaret animo malo fixa non poterat divelli. Nam eum innocentem in a. d. a. suspenderunt. Sed Dominus malignis quod in eo egerint ostendit. Caro enim 2. i) *Scripta in cod.* 1. *in ultima paginae linea, rubro colore a scribae* 1. *aut ab ipsius Thietmari manu.*

63) Melk ad Danubium, Austriae inferioris monasterium. cf. Passionem S. Colomanni apud Pez SS. I. 64) cf. Widukind. I, 34.

civitate ab eodem venerabiliter colebatur. Ecelinus Longobardus quadrianni custodia 8. Kalendas Februarii solvitur[b.65]. Postesque iussu suo et assidua Bolizlavi[a] ducis supplicacione in quadam urbe Budusin dicta a Gerone et Arnulfo episcopis et a comitibus Hirimanno atque Thiedrico pax sacramentis firmata est, et a Fritherico suimet camerario, 3. Kalendas Februarii, non ut decuit, sed sicut tunc fieri potuit; electisque obsidibus acceptis, prefati seniores reversi sunt. Transactis autem 4 diebus, Oda, Ekkihardi marchionis[66] filia, a Bolizlavo diu iam desiderata, et per filium suimet Ottonem tunc vocata, Cziczani[a.67] venit; et quia tunc nox erat, multis luminaribus accensis, ab inmensa utriusque sexus multitudine suscepta est, ac nupsit duci predicto post septuagesimam absque canonica auctoritate, quae vivebat hactenus sine matronali consuetudine, admodum digna tanto foedere[o].

1013 Jan. 65 66 67

2. In huius sponsi regno sunt multae consuetudines variae; et quamvis dirae, tamen sunt interdum laudabiles. Populus enim suus more bovis est pascendus et tardi ritu asini castigandus, et sine poena gravi non potest cum salute principis tractari. Si quis in hoc alienis abuti uxoribus vel sic fornicari presumit, hanc vindictae subsequentis poenam protinus sentit. In pontem mercati is ductus, [e]per follem testiculi clavo[f] affigitur, et novacula prope posita, hic moriendi sive de hiis absolvendi dura eleccio sibi datur. Et quicumque post septuagesimam carnem manducasse invenitur, abcisis dentibus graviter punitur. Lex namque divina in hiis regionibus noviter exorta, potestate tali melius quam ieiunio[g] ab episcopis instituto corroboratur. Sunt etiam illi[h] mores alii hiis multo inferiores, qui nec Deo placent nec indigenis nil nisi ad terrorem prosunt; quos in superioribus ex quadam parte comprehendi. Nec opus esse autumo, de hoc amplius disserere, cuius nomen et conversacio, si Deus omnipotens vellet, sacius nobis lateret. Omne hoc, quod pater suus et iste nobis in coniugio ac familiaritate magna copulati sunt, plus damni subsequentis quam boni precedentis attulit ac in futuro infert; quia etsi pace simulata nos ad tempus diligat, tamen per secretas temptacionum varietates nos a caritate mutua, a libertate innata deducere, et si quando tempus ei ac locus contigit, in perniciem apertam assurgere non desistit. In tempore patris sui, cum is iam[i] gentilis esset, unaquaeque mulier post viri exequias sui igne cremati decollata subsequitur. Et si qua meretrix inveniebatur, in genitali suo, turpi et poena miserabili, circumcidebatur, idque, si sic dici licet, preputium in foribus supenditur, [f]ut intrantis oculus in hoc offendens, in futuris rebus eo magis sollicitus esset et prudens. Lex dominica huiusmodi precepit lapidari, et parentum nostrimet carnalium institutio tales ortatur decollari. Apud modernos autem, quia libertas peccandi plus iusto atque solito ubique dominatur, plus quam compressa ancillarum multitudo, quaedam pars matronarum, cupidine veneria pruritui noxio subscalpente, marito vivente nunc[n] mechatur. Et in hoc eis non sufficit, sed hunc per adulterum morti furtiva consilii inspiracione tradit, et post haec, malum caeteris exemplum, eodem post[i] publice sumpto, pro dolor! potestative abutitur. Legalis earundem senior abhominabilis repudiatur, et miles eiusdem ab hiis, ut Abo[k.68] dulcis et Iason mitis preponitur. Hoc quia nunc poena gravis non ulciscitur, de die in diem pro consuetudine nova, ut vereor, a multis excolitur. O vos sacerdotes Domini, viriliter assurgite, et hanc nuper exortam filicem, nulla re id inpediente, sepius acuto vomere radicitus extirpate. Vos quoque, laici[l], nolite talibus auxiliari[m]. Liceat Christo coniugatis innocenter vivere, erutisque subplantatoribus[n] hiis, indeficienti pudore in perpetuum gemere. Destruat illos adiutor noster[o] Christus potenti spiritu sancti oris sui, nisi resipiscant[p], et disperget magna illustracione secundi adven-

f. 177.

f. 177'

68

a) *add.* 1*b*. b) Ecelinus — soluitur *add.* 1*b*. quadringenni *corr.* quadrienni. c) u *erasum* 1. d) cizani 1*a*. *duobus* c *superscriptis*. e) o *erasum* 1. f) claue 1. g) ienuio 1. h) illi duci 2. i) iam *erasum* 1. k) amabo 1*a*. — Absolon 2. l) religiosi 2. m) Vos — auxiliari *add.* 1*b*. n) mechis 2. o) uestri? 1*a*. p) n. r. *add.* 1*b*.

65) V. supra VII, 1. 66) Misniensis. Quinta fuit Oda Bolislavi uxor; v. supra l. IV. c. 37. 67) Forsitan Zitzen in circulo Luccaviensi Lusatiae inferioris. *URS.* 68) Menti Thietmari obversatus est Abro, Graecus libidinosus, cuius ita dissoluta in proverbium abiit, v. Erasmi Adagia p. 1176. edit. Wechelianae 1599. *URS.*

1018. tus sui. Et nunc de hiis ista dixisse mihi sufficiat, quia de prefati ducis infortunio
f. 178. res quedam narranda restat.

3. Habuit hic quandam urbem in confinio regni suimet et Ungariorum sitam, cuius erat custos Procui senior, avunculus[b] regis Pannonici, a suis sedibus ab eodem, ut modo, antea expulsus. Qui cum uxorem suam a captivitate non posset absolvere, gratuitu nepotis sui, quamvis inimici, suscepit eam ex munere. Numquam audivi aliquem[a], qui tantum parceret victis; et ob hoc in civitate superius memorata, sicut in caeteris, sedulam Deus eidem concessit victoriam. Huius pater erat, Deuuix nomine, admodum crudelis et multos ob subitum furorem suum occidens. Qui cum christianus efficeretur, ad corroborandam hanc fidem contra reluctantes subditos sevit, et antiquum facinus zelo Dei exestuans abluit. Hic Deo omnipotenti variisque Deorum inlusionibus immolans, cum ab antistite suo ob hoc accusaretur, divitem se et ad haec facienda satis potentem affirmavit. Uxor autem eius Beleknegini, id est pulchra domina, sclavonice dicta, supra modum bibebat, et in equo more militis iter agens, quendam virum iracundiae[d] nimio fervore occidit. Manus haec polluta fusum melius tangeret[b] et mentem vesanam pacientia refrenaret.

f. 178'. 4. In illo tempore Liutici in malo semper unanimes Mistizlavum seniorem, sibi
69 in priori anno ad expedicionem inperatoriam[69] nil auxiliantem, turmatim petunt, plu-
Febr. rimamque regni suimet partem devastantes, uxorem suam et nurum effugare, ac semet ipsum intra Zuarinae civitatis municionem cum militibus electis colligere cogunt. Deindeque malesuasa suimet calliditate, per indigenas, Christo seniorique pro-
70 prio rebelles, a paterna hereditate vix evadere hunc compellunt[70]. Haec abominabilis presumptio fit mense Februario, qui a gentilibus lustracione et muneris debiti exhibicione venerandus, ab infernali deo Plutone, qui Februus dicitur, hoc nomen acce-
71 pit[71]. Tunc omnes aecclesiae ad honorem et famulatum Christi in hiis partibus erectae, incendiis et destruccionibus aliis cecidere, et quod miserabillimum fuit, imago Crucifixi truncata est[f], cultusque idolorum Deo prepositus erigitur, et mens populi istius,
72 qui Abotriti et Wari[72] vocantur, ut cor Faraonis ad haec induratur. Libertatem sibi more Liuticio nota[g] fraude vendicabant, sed cervicem suam suavi iugo Christi excussam oneroso diabolicae dominacionis ponderi[h] sua sponte subdiderant, meliori prius patre[i] ac nobiliori[i] domino in omnibus usi. Hanc debilitatem suam membra Christi
f. 179. defleant, et hoc[k] capiti conquerantur suo, assidua voce mentis hoc in melius mutari poscentes, et ex parte sua, in quantum fieri possit, haec perdurare non pacientes. Bern-
73 ardus[k.73] confrater Parthenopolitanus, et apostatae istius gentis tunc episcopus, id ut primo comperit, non secularis suimet dampni sed pocius spiritualis inmenso dolore commotus, inperatori nostro id[a] nunciare non desistit. Hac legacione audita, cesar
74 graviter suspirat, sed de talibus respondere ad pasca differt[74], ut cum prudenti consilio hoc anulletur, quod infausta conspiracione conglutinatur. Hoc votum et salutare secretum[l] Deus omnipotens secundet. Nullius fidelis cor ob hanc infelicitatem in aliquam desperacionem veniat, vel diem iudicii appropinquare dicat, quia secundum
2 Thes. veredici[m] ammonicionem Pauli ante dissensionem[n] et Antichristi[o] execrabilem adven-
2, 1. tum non debet e talibus aliquis oriri sermo, nec inter christicolas subita venire commocio, cum eorundem unanimitas esse debeat in summis[p] stabilitas. Nutet, in quantum velit, mortalis diversitas et morum eiusdem multiformis inequalitas. Omnis homo, flos agri, debet a matre ecclesia prius renasci in innocenciam salvatoris Christi; et tunc timenda est inprovisa inportunitas, cum ubique nunciatur pax firma ac tran-

a) *add.* 1*b*. b) suinculus 1. c) aliquaem 1*a*. d) iracudię 1. e) haec incesta manus fila de fuso melius traheret, quam gladium e vagina traheret etc. 2. f) et quod — truncata est *et* que *add.* 1*b*. g) mota 1*a*. h) pondere 1. i) patre ac mobiliori 1*a*. k) b. c. partheno *in loco raso* 1*b*. l) decretum 2. m) veredici *corr.* veridici 1. n) discessionem Romani imperii 2. o) antechristi *corr.* antichristi 1. p) summis 1.

69) V. supra l. VII. c. 44. 70) Incertum mihi videtur, utrum ad haec referenda sint, quae Adamus Bremensis l. II. c. 30. ibique scholion 25 de Mystivoi tradunt. Melius conveniunt cum Thietmaro, quae ille cap. 33 et Helmoldus l. I. c. 18. referunt. 71) V. Macrobii Saturnal. l. I. c. 13. 72) Wari s. Waini, Wagrien, ubi Aldenburg sedes episcopi Bernardi. 73) Adamo Bremensi l. II. c. 34. dicitur Benno. 74) Mense Martio anni 1019. Bennonem Slavensem cum imperatore invenimus. V. supra Legum T. II. B. 173.

quillitas. Et propter hoc semper amonemur, ut simus sollicati ac pervigiles, cum non valemus esse certi de futuris ac in nostra fragilitate durabiles. Nemo ultimae diei adventum aut venire[a] diffidat aut celeriter [c]contingere exoptet, quia timendus est iustis, ac multo magis corrigibilibus cunctis. 1018. [c] 2, 179.

5. Iam declinam ab hiis, et loquar inperatoris nostri prosperitatem nuper sibi exortam. Avunculus namque suus et[b] Burgundiorum rex Rothulfus coronam suimet et sceptrum cum uxore sua et privignis ac optimatibus universis sibi concessit, reiteraturque sacramenti confirmacio; actumque est illud Magoncia et in predicto mense. Prodigium fit in Malacin 13. Kalendas Marcii. Mense autem eodem et 17. Kalendas Aprilis magnus fit in Niumagun sinodus, et nepos meus Oddo[75] et uxor eius Irmirgerd, consanguinitate proxima iniuste diu[a] coniuncti, ob inobedienciam continuae vocacionis excommunicati sunt; cooperatores vero eorum ab episcopis vocantur suis ad satisfaccionem. Ibi constitutum est antiquo exemplare perlecto, ut corpus dominicum [ad sinistram], ad dexteram partem calix[c] poneretur[d]. In tempore illo Mediolanensis archiepiscopus obiit[76], et prepositus eiusdem aecclesiae Hiribertus successit. In Anglis triginta navium habitatores piratae a rege eorum, Suenni regis filio, Deo gratias! occisi sunt[77]; et qui prius cum patre huius erat invasor et assiduus destructor provinciae, nunc solus sedit defensor, ut in Libicis basiliscus harenis cultore vacuis. In hac quadragesima et in episcopatu meo quidam fratrem suum, pro dolor! occidit. Inperator autem in predicto loco palmas et sanctum pascha celebravit; quia Baldricum, de nece Wigmanni comitis nil se excusantem legitime, cum suis conspiratoribus recalcitrare comperit. Wolcmarus, abbas Fuldensis et Larsemensis, obiit[78]. [f]In diebus illis sol ante suimet occasum nonnullis dimidius prodigiose apparuit[f]. Febr. 17. Mart. 16. 76 77 Lucan. 9, 726. Mart. 30. et Apr. 6. [f] 1, 180.

6. Interim dum fama velox aliquid[g] novi ad scribendum deferat mihi, hominum vitam piorum, quam ego culpabilis et obliviosus nimis superius dicendam preterivi[h], explanare nunc ardeo. In temporibus secundi[i] regis Heinrici fuit quaedam solitaria Sisu vocata, in loco Thrubizi[79] dicto, inmensae pietatis ac per hoc mihi ineffabilis. Quae iam adulta cum a quodam desponsaretur tempore maximi Ottonis, ad Christum, quem inprimis fidei speciale signaculum in corde pre omnibus infixit, concito cursu properavit; ac in predictae secreto civitatis annos sexaginta quatuor[k] coelesti sponso se virginem castam conatur offerre, ac inmaculatam se, plus quam fragilitas humana permisit, custodire studuit. In tanto namque spacio numquam foco durum frigus resolvebat aliquo, sed hoc maximum eidem erat temperamentum, quod lapide paululum calido pedes vel manus pene tunc deficientes refocilaret. Haec assiduis oracionibus et intermixtis fletibus cellam suimet interius ornavit, exterius autem populo confluenti crebra institutione et necessaria consolatione multum profuit. Vermes se iugiter comedentes non abiecit, sed cadentes reposuit, vice monachi Symeonis in columna diu stantis[l]. Quicquid illa de oblatione populi continua suscepit, sibi subtrahens Christique pauperibus largiter inperciens, peccata offerentium [f]redemit. Pia fuit haec[n] matri meae, et memoriam sui firmiter promisit proli subsequuturae. In agone huius titubantis seculi haec contendens, ab inlicitis omnibus abstinuit, non pro recipienda corruptibili gloria, sed pro florigera coelestis bravii corona, quam 13. Kalendas Marcii promeruit divinitus indui[80]. In nocte illa, qua Christo amabilis lampas stelliferum locata est in axem, dormivi peccator in dormitorio in Magadaburg, et testis mihi sit Deus, quia non mentior, vidi per somnium ante matutinam, quod duo pueri de antiquo[m], quod adhuc ibidem stabat, erario procederent cantantes antiphonam[n] hanc: *Martinus Habrahae[o] sinu laetus recipitur* et caetera. Infantes hii germinam eiusdem innocentiam 79 [f] 1, 180. 80

a) *add.* 1b. b) *erasum* 1. c) sacerdotis calix 2. d) Ibi — ponerentur *add.* 1b. *ubi tamen desunt* ad sinistram. f) Uuolcmarus (*secundo* l *post erasa*) — apparuit *add.* 1b. g) aliqd 1. h) *in loco raso* 1b. i) *erasum* 1. k) septuaginta duos 1a. l) Vermes — stantis *add.* 1b. m) antiqo 1. n) antiphanam 1. o) h *erasum* 1.

75) Quidam de primoribus Francorum, teste Ann. Sax. h. a. Comes de Hamerstein audit in Vita S. Godehardi episc. Hildesheim. c. 4. Conf. Ann. Quedlinb. a. 1020. Vitam Meinwerci c. 62. 75. 76) Arnulfus. 77) V. Geschichte Grossbr. T. I. p. 464. 78) In hoc nomine deceptus est noster. Anno 1018 April 7. obiit Hobbo abbas, de quo vide supra l. VI. c. 56. 79) Trausitz. 80) Conf. Necrol. Lunaeb. Febr. 16.

1018. et premium pronuntiabant[b]; in pietate sua et paupertate spiritus ac humilitate hoc totum fuit, et quod sequitur, promeruit[b*]. Et hoc tunc fratribus nuntiavi meis: *Pro certo, inquiens, scitote, quod anima Deo cara de hoc luce est nunc separata.* Post dies 6 intimatum est nobis, quod, sicut visum est mihi, vere Dei famula transiret e carcere carnis.

7. Confratris mei memoriam Bernarii modo aggrediar, qui familiaritate sua mihi exhibita[c] apud me caritatem bonam, et si aliquatenus[d] ei[e] profuisset, mentionem promeruisset sedulam. Hic carnis propinquitate consanguineus, et quod nunc est maxi-
*f. 181. mum, amicicia fuit mihi[a] coniunctus. Tercio Ottoni *valde carus erat, quia sibi et
82 amitae eius venerabili Mahtildi[o] abbatissae[81] fideliter serviebat; quicquid in Salbozi[82] villa in beneficium habuit, in predium ab hiis[f] acquisivit. Aethelberto[g] archiantistiti suisque successoribus usque in domnum Geronem servivit; et apud eosdem dignam retributionem suscepit. Tandem infirmitate gravatur, et Deo omnipotenti, quem semper pre omnibus amavit, coniungitur. In cuius amore ac venerando honore aecclesiam in acquisita proprietate predicta construxit, et hanc[a] ad benedicendam me indignum vocavit. Ante cuius[a] consecrationem volumen longum facinoribus suis inscriptum, ac prius caeteris confessoribus suis ostensum, mihi aperuit, et coram me gemens legit, et a me supplex indulgentiam postulavit. Hanc epistolam sumpsi, et absolutionem commissi divina potestate huic feci, cumque eodem die, id est 16. Kalendas Aprilis, quia tunc erat annua dies sui patris, predictam consecrarem aecclesiam,
83 supra buxidem[83] reliquiis sanctorum refertam prenominatum posui breviarium, ut eo.um assiduo interventu vera flebiliter confitenti remissio fieret et diu optata abolicio. Hoc numquam vidi aliquem fecisse vel audivi; set quia infirmitatem meam huic
*f. 181'. nil prodesse timui, *ad sanctos intercessores confugi. Post hec vixit pater venerabilis tredecim ebdomadas, 16. Kalendas Iunii, exoptans resolvi.

84 8. Insuper pii abbatis Alfkeri[84] quandam accionem egreiam[h] in exemplum imitabile profero. Hic preter caeteras virtutes suas hoc in usu habuit, quod nomen suum super altare quodlibet scripsit; et dum ipse missam caneret, in tantum flevit, ut maxima corporalis pars humectaretur, nil hesitans, quod, sicut scriptum est: *lacri-*
Iudith 8, 12. *mae pro peccatis cordetenus effusae divinam non modo poscunt veniam sed etiam*[a] *impetrant;* et ut eo liberius coeleste suffragium inplorare sibi valuisset, cunctis debitoribus suis misericors fuit. Heu mihi indigno sacerdoti, hos predictos fratres qui in nullo umquam assecutus fui! Bonorum exempla multorum legi ac persepe vidi, sed menti meae haec non apposui; temptationibus variis, quibus resistere debui, voluntarie ac non fortiter reluctando succubui; quibus prodesse debui, pro dolor! plus nocui, et ut optimi archanum thesauri crimen meum semper celavi. Non est opus, lector vel mihi care successor, ut varii favore vulgi de mea proficuitate credas; sed assiduo
*f. 182. oraminis ac elemosinarum medicamine *mihi diu fetenti succurrens, de faucibus voracis lupi me dilaniatum eripias. Ego conscius mihi multo credibiliora tibi quam alius indico. Sunt namque nonnulli, quos leniter iniuste tractavi; cumque hii pro meritis a te[i] corripiuntur, quid mirum, si ex mea parte aliquid fraudulenter sonant. Sis inter detractores meos ac laudatores varios medius, et aput Deum suffragator[k] assiduus. Scio, quod, sicut mos communis est, multum tibi ex me displicet, quod ut in melius vertatur, Deo et hominibus placet. Quicquid in permisso contraxi vel feci[l]

a) *add.* 1*b*. b) Infantes geminam eius innocentiam et primum pronuntiabant, scilicet pietatem in paupertate spiritus, et humilitatem cordis, et quam promeruit armoniam celestem. 2. b*) Infantes — promeruit *add.* 1*b*. c) exhibite 1. d) aliquatinus 1. e) h *erasum* 1. f) ab hiis *add.* 1*b*. g) ath 1*c*? h) egriam 1. i) a te *add.* 1*b*. k) suffrator 1. l) vel feci *add.* 1*b*.

81) Quedlinburgensi. 82) Villa Salbke ad Albim, inter Magdeburgum et Salzam sita. 83) Buxis formata videtur a pyxis. Significat arculam sive capsulam nunc eburneam, nunc argenteam, nunc ex ligno confectam, in qua reliquiae sanctorum ponebantur, quatuorque crucibus cum chrismate factis, in capella, s. sepulchro, quod proprie sic dictum foramen quadrangulum erat in mensa altaris lapidea incisum, recondebatur cum tribus granis thuris, schedulaque pergamena nomine consecratoris, interdum etiam fundatoris, dieque et anno consecrationis eius perscripta, et tandem sigillo altaris, i. e. parvo lapide, claudebatur s. sigillabatur; v. Durandi Rationar. Lib. I. c. 6. n. 34. *URS.* 84) Conf. supra l. IV. c. 14. Obiit ille a. 1009. V. Chronogr. Sax. h. a.

in [b] tempore [85], scriptis affirmavi. Nec sis magni honoris tui elacior, cum sis in inposito 1018.
pondere eo gravior. Rem commissi gregis cautus operator inspicias, et ut divina secularibus a te proponantur, multum studeas. Quae confratribus dedi meis spiritualibus, in quantum possis, auge, ac sub Christi testimonio rogatus nil minue. Hii sunt coope-
5 ratores sacri ordinis tui et futurae adiutores spei. De laicis huc atque illuc titubare ac transferri [c] valentibus pro possibilitate tua rogo in tantum sis [d] sollicitus, ut non disperdâtur clerus. Si diligenter tua custodis, Deum hominesque pios fautores habebis; sin autem, et subditos *tibi perdis, et contrarietatem in hoc presentem ac futuram con- *f.182'.
trahis. Audi me magistrum nimis indisciplinatum et absque utili exemplo antecesso-
10 rem tuum [e], libenter sustineas paupertatem in te ut grex tuus dives fiat per te; sic fecit Christus nobis, ut ita faceremus ovibus suis. Noli erubescere de hac [f] coram populo, ut fiducialiter stare possis coram Deo. Satis ingenuus erga hunc mundum fui, sed sepe propter meos; hiis, quibus ignotus eram, despectus apparui. Si quis nititur exaltari supra se, turpi casu ac sero dolenti cadit infra se. Divites tuos cum honore, pauperes
15 autem cum gratia tractes et bona [g] caritate. Antiquum enim affirmat proverbium, quod bęe cum magna semper incedant multitudine. Tuam [g*] pauperem familiam a summo pastore tibi commissam et a me vix congregatam custodi, et [h] iniquis susurronibus de hac male persuadentibus piam non accommodes aurem. Tua res est parva, et vice maiorum nequaquam tractanda, ac [a] multo sacius est paulatim crescendo de die in diem
20 ascendere, quam cum dampno multorum te [a] ad ultimum deficere. Tempora haec, prioribus cunctis inferiora, plus demunt quam alicui addunt [b]. *Culpa [c] gravi et paupertate *f.183.
dira innatus honor et datus vilescit. Non rogo te, ut sis parcus, quia dedecus est; sed hoc ingemino, ne nimium largus, quia hoc [a] nec consilium est nec bene convenit. Cures etiam de peregrini anima Godeberti, multum nostrae utilis aecclesiae et de caete-
25 ris quam pluribus [i]. Habes satis [a] de libris, quos hic ab antecessoribus nostris collectos inveni, et insuper quos contraxi. In his magisterium salubre reperies, ac hos exaudi, et tunc potes salvari. Sanctorum reliquias et munda eorum receptacula cum [k] aliis utilitatibus plurimis, tam in prediis quam in mancipiis, ego acquisivi; et ne te forsitan laterent, martirologio [l] inscripsi meo. Oportet autem tuam scire pietatem regis nostri
30 et imperatoris Heinrici multiformem benivolentiam aecclesiae exhibitam nostrae, de qua partem quandam superius conprehendi, maiorem vero quia indiscussam reliqui, nunc scribere tibi optimum duxi. Vide, ut in assidua recordacione tui sit renovator et indeficiens auxiliator nostri. Ve temporibus illis, in quibus deest haec spes miseris et aecclesiae Merseburgensi! *Nunc est maxime [m] orandum, cui tunc est maxime ploran- *f.183'.
35 dum. Haec etenim quae sequuntur [n] ab eo [o] percepit, et eo vivente, multo his maiori gratuita aucmentacione gaudebit. Iam enim disposuit in alta mente sua, qualiter eam sublimet dote varia. De antecedenti nunc dico, et perfectionem subsequuturam [p] omnipotenti Deo, cui cuncta sunt presentia, supplex committo. Et quia tipus non est, singulariter enarrare, quae preceptis eiusdem confirmata poteris videre, haec sola assigno,
40 quae auctoritate [q] carentia in posterum forsitan peritura timeo. Sanctae [r*] ac victorisissimae crucis partem cum caeteris sanctorum reliquiis, et altare aureum gemmis honorifice distinctum [86] et buxidem [r] auream, lapidibus preciosis ornatam, collectariumque 86
cum inpensis propriis et eciam nostris decoratum, cum duobus turribulis ac argenteo bicario [s], larga manu cesar nostrae dedit aecclesiae, quod a nobis non modo est obser-
45 vandum, verum eciam aucmentandum. Sed quia de melliflua eiusdem pietate satis dicere nequaquam sufficio, de sua conversacione, sicut proposui, ordinatim explicare studiosus anhelo [t].

---

a) *add.* 1*b*. b) *erasum* 1. c) tranferri 1. d) *deest* 1. e) meum *corr.* tuum 1. f) de hac *add.* 1*b*.
g) nec 1*a*. g*) *alia manu pergit* 1. h) *vocabulum erasum* 1. i) Cures—pluribus *diverso tempore scripsit* 1*b*.
k) cu 1. l) martorlogia *corr.* martirlogio 1. m) maximum 1. n) sequntur 1. *at saepius.* o) habeo 1*a*.
p) *alterum* u *post* q *erasum* 1. q) auctoritate *corr.* auctoritati 1. r) capsellam 2. s) *Post* bicario *spatium unius vocabuli uniusque versiculi vacuum in cod.* 1. *Finis paginae inde a* Sanctae *a Thietmaro ipso conscriptus videtur.* t) *Hic pagina* 184ª *vacua relicta in codice* 1; *sed nihil deest.*

85) Conf. supra l. II. c. 5. not. 35. 86) De eo vide Brotuf. chronic. Merseburg. pag. 581. *URS.*

1018. *f. 183'. Apr. 8. *Iste annus, quo hunc attitulavi librum, nativitatis meae quadragesimus est primus[b], vel paulo amplius; in mense vero Aprili et 5. Kalendas Mai[85] decimus ordinationis meae introivit annus. Et pridie in suburbio Gnezni archiepiscopi illius aecclesia cum mansionibus caeteris comburitur[c]. Et quia humana res omnis semper in dubio est, libet evomere antidotum illud periculosum, quod miser dudum absorbui, et nimis mihi hactenus id nocere persensi. In quadam curte mea Heslinge vocata, nocte una cum requiescerem, per somnum vidi turbam astare magnam, tunc de apposita mihi testa aliquid manducare cogentem; et ego hos persentiens esse inimicos, primitus contempsi[d], ad ultimum vero in nomine Dei patris me istud percipere respondi. Quod cum eis multum displiceret, et haec invisa congregatio id aliter fieri non posse videret, quasi gemens laudabat, quia me prorsus perdere conveniebat; et nisi tunc dominicum nomen invocarem, sine perpetua salute manerem. Ex hac perceptione, ut mihi visum est, omnigenarum specie herbarum mixta, pessimarum varietates cogitationum sumpsi, quae etsi me in divinis laudibus maxime turbent, tamen auxiliante Deo, quem hiis preposui, ad opus infaustum raro aut numquam me perduxerunt. Sufficit autem iniquae eorum voluntati, quod aliquam putant in me portionem habere. Sic enim alio tem- *f. 185. pore *iterum me signatum eminus hii vallantes: *Custodisti te*, inquiunt, *bene?* Et ego, me ita sperare, respondi; et subsequuntur: *Sed non sic erit in fine.* Illorum minas nec timeo, nec blandiciis credo, quia haec cum auctoribus suis vanitas est. Commissi quantitatem mei admodum vereor, et veraciter id scio, quod talis fantasia, quamvis corporaliter[e] appareat, per se hominibus non noceat[f], sed cum peccando faciem divinam a nobis avertimus, illorum vesanas manus nemini parcentes miseri incidimus, et ab hiis protinus absolvimur, cum aut ipsi convertimur, vel ab electis Dei visitatione crebra fovemur. Si quis vero compos sui meditatur in lege Dei, non hic a talibus appetitur, sed potius timetur, non a se, sed ex eius, quem is diligit, sancta potestate; quia custos est Deus omnium semet ex toto corde semper amancium. Ego peccator et fragilitati meae per omnia conscius, quia summis consolationibus non innitor, quid mirum, si ab infimis quacior? Et haec idcirco dixi, ut tu lector, mortalitate ac innata humanitate mihi consimilis, in hoc consensu me graviter peccasse scias, et amminiculis indeficientibus succurras. Heu mihi misero, qui in hoc seculo multos spiritualiter adiuvare debui, nec hiis prosum, nec me tueri possum! Unde autem predicta tempta- *f. 185'. tio *mihi evenerit, fidelibus tuis auribus infundo. Multis hominibus a predictorum vexacione hostium laborantibus subvenire studui, et propter hoc ad insidiandum mihi eosdem accendi vehementer, quamvis in malum proni sint semper. Spero autem in Deum omnipotentem, ut non ad consumendum[h] me hiis tradat, sed post purgationem diram clementer eripiat.

Apr. 11 86 9. Mense predicto et 18. Kalendas Mai Gero archiepiscopus et Bernhardus marchio in Wonclava[i. 86] reconciliati sunt; et Liudherdus presbiter obiit[k. 87]. Godefridus quoque dux et Gerhardus comes inperatoria potestate pacificati sunt. Bertoldus[l] autem, Munnae civitatis invasor, imperatoriae potestati sponte sua cum suis fautoribus traditur, et eadem multorum poena protinus concrematur; et faciat Deus rex pacificus, ut numquam haec amplius elevetur. Quam bene esset, ut habitatores regni illius, semper unanimes in malo, ad expletionem eius non haberent munimentum in aliquo! Nunc autem sunt, pro dolor! horum situs locorum, ut exposcunt mentes indigenarum. Inperator vero post longam inhabitacionem a Niumagun discedens, sollempnes rogacionum dies in Aquisgrani studiose celebrat; quibus transactis, Lanbertus, sanctae Constancien- *f. 186. Mai 15. sis[m] *aecclesiae episcopus, 17. Kalendas Iunii obiit[87]. Hoc cesar, cum pentecosten in Ingilenhem sumopere peregisset, comperiens, Rotherdum suimet capellanum prefate sedi 88 prefecit. Quibus expletis, fit magna in Birgilun[88] principum confluentia, ut ibi corri-

a) *add.* 1b. b) 1. *supra inter* est *et* vel *add.* 1. c) Et pridie — comburitur *add.* 1b. Pridie kalendas ipsius in suburbio Gnezni archiepiscopi illius ecclesia cum edificiis ceteris exusta est. 2. d) contepsi 1. e) corpraliter 1. f) nocent 1. g) ab hiis *add.* 1b. h) consummendum 1*a*. i) in uuonclaua *add.* 1b. k) et liudherdus pr. obiit *add.* 1b. l) *alia manu pergit* 1. m) constanciensis 1*a*.

85) Rectius dixisset 8. Kal. Maii; v. supra l. VI. c. 27. 86) Wanzleven. 87) V. Calend. Merseb. h. d. 88) Birgeln, Birgel, Buergel, in ripa Moeni laeva inter Offenbach et Hanau. Pargilla apud Böhmer Cod. Francof. p. 4. 5. 9. De villa Pirge, ecclesiae S. Petri in Moguntia

geretur per iudicia, quod diu viciatum est populi istius neglegentia, et temeritas magna. 1018.
Post haec Oddo comes predictus in presentiam inperatoris et Ercanbaldi archipresulis supplex veniens, iniustam uxorem suam tribus sacramentis amisit. Baldericus reconciliatur, et promissio divina obliviscitur. Et transactis diebus paucis, Heinricus, qui marcam inter Ungarios et Bawarios positam tenuit, 8. Kalendas Iulii[b] fortis armatus Iun. 24.
obiit. Interea cesar ad Basulensem veniens civitatem, exercitu collecto in Burgundiam properat. Imperatrix autem ad dilectam sibi Capungam veniens, manachicam ibi vitam ordinavit; indeque per orientalem Franciam profecta, Bawariam peciit, fratremque suum ducem Heinricum Ratisbonae inthronizavit. Mense Iunio inaequalitas aeris hominibus multis eorumque utilitatibus diversis admodum nocuit.

10. Eadem tempestate aeclesia mihi indigno commissa[c] multum, mea id exigente[d] culpa, sustinuit *dampnum. Namque misericors et paciens Deus noluit amplius inultum *f. 186'.
relinqui, quod crebra sui castigacione nequivit prohiberi, percuciens eam in mansuetudine et non in furoris sui digna retributione; ministros utiles sibi haec perdidit, et facinus meum cotidie ingemiscit. In predicto etenim mense dedecus magnum eidem ac mihi[e] inlatum est ab ibrida Aethelberto[f], qui curtem meam invadere eamque frangere servili[g] collectione presumpsit. Quod vero hos[h] ad haec agenda inflammaverit, veraciter explicabo. Secundi Ottonis larga benignitas, cunctis pleniter arridens, quendam forestum, inter Salam et Mildam fluvios et Siusili ac Plisni pagos iacentem, nostrae concessit aecclesiae, temporibus Gisileri antistitis et Gunterii[h] marchionis[89]. Post lugubrem vero nostrae sedis destruccionem, regnante tunc tercio Ottone, Ekkihardus marchio forestum ad locum Sumeringi dictum acquisivit, et cum eodem nostrum commutavit. Renovator autem nostrae tunc dignitatis, rex Heinricus, cum maxima parte appertinentium, presentibus cunctis optimatibus suis, et confratribus hiis[i] Herimanno et Ekkihardo id defendere non valentibus, iudiciaria lege hunc restituit. Cumque hic in nostrae dominio aecclesiae plus quam duodecim annos *staret, et hunc Hirimannus comes *f. 187.
60 mansis redimere ex mea potestate nullatenus valuisset, visum est ei, ut eum sibi et confratri super duorum proprietatem burgwardorum, Rochelinti[i] ac Titibutziem[90], imperatoriis vendicarent preceptis, sperans antiquiorem nostram confirmacionem diu esse abolitam. Quod cum mihi is aperiret, id nil proficere sensit. Namque in Magadaburg et in presentia imperatoris nostri precepta utrisque ostenduntur, et munera nostrimet in omnibus priora esse convincuntur[l]. Tandem predictus comes, presente suimet fratre ac id audiente, haec fatur: *Quicquid hactenus in hiis fecimus, non ob temeritatem aliquam, sed quam habuisse speravimus iusticiam. Nunc autem id omittamus.* Non longe post Ekkihardus iuvenis, ac ideo inmaturus, in burgwardo suimet Rochelenzi dicto arduas munitiones ad capiendas ibidem feras instinctu Budizlavi militis sui parat. Hoc ego postea comperiens, pacienter tuli, et ne sic agere vellet, per internuncium meimet, fratrem eius[m] postulavi. Herimanno quoque fratri suo haec cito questus, nil in hiis omnibus profeci, sicque stetit *usque post pascha. Et quia tunc aeris serenitas *f. 187'.
et viae oportunitas conveniebant, et in has episcopatus mei partes numquam veni, placuit mihi illuc pergere, hactenusque[n] ignota diligenter inquirere. Mense Maio 6. Nonas Mai 2.
eiusdem ac 6. feria ad Chorun[91] veni, ibidemque populum confluentem confirmavi. Dehinc cum in ipso itinere predictum opus laqueis et retibus magnis firmatum viderem, obstupui[o] ac quid inde facerem cogitavi. Tandem, quia haec instrumenta nullatenus mecum vehere potui, ex hiis partem incidi protinus iussi, rectoque itinere ad Rochelinzi[p] tendens, paucos illic confirmavi, et decimacionem iniuste mihi abstractam et forestum banno omnibus interdicens, haec nostrae assignavi aecclesiae, facta pace. Tunc redii ad curtem supramemoratam, ibidemque 7 dies cum manerem, audivi, quod

a) *add.* 1*b*. b) *deest* 1. c) *in loco raso* 1*b*. d) exgente 1. e) ac mihi *add.* 1*b*. f) ath. 1*c*? g) seruile 1*a*. h) *alterum* i *erasum* 1. i) rochelinti *ut infra* rochelenzi 1. *littera* n *in utroque erasa.* l) conuinciuntur 1. m) fratrem eius, *nunc erasum in cod.* 1. *adest* 2. n) que *add.* 1*b*. o) obstipui 1. p) n *et ultimum* i *erasum.*

proprietate v. Kindlinger Hörigkeit Nro. 159. Rochlicium et Colditium interiacens. URS.
In eodem loco Otto III. fuit a. 993 Iun. 2, teste 91) Hodie vocatur Kohren, parvum oppidum
eiusdem charta hic data. 89) V. chartam im- modico ab Rochlitio intervallo. URS.
peratoris a. 974 Aug. 30. 90) Pagus Teitzig,

1018. milites Ekkihar li meis minarentur sociis. Ibi tunc[a] cancellarius[92] pernoctavit mecum,
Mai. et a me haec comperiens, bene respondit. Postea congregationes multae mihi ad nocendum a predictis satellitibus factae, a nostris custodibus ad tempus bonum preoccupatae sunt. Interim nuncium meimet ad imperatorem Magontiam misi, pacemque eius supplex
*f. 188. *pecii. Quam cum Ekkihardus ex sua parte promitteret, et frater suus diu a me desideratus a Polenia veniens, dextera manu sua pacifica promitteret, uterque hanc non bene servavit. Namque homines 6 flagellati ac depilati cum edificiis turpiter mutilatis approbant, qualiter tanti seniores ab aliis precaveri debeant. Satellites eorum more solito in me non modo exarsere, verum etiam aliis melioribus nocuere. Archiepiscopum etenim Geronem in Wirbini et Sifridum comitem in Nicici[93] pecierunt, et in
93 quantum eis placuit, abstulerunt.

11. Superbia seniorum[b] instigat furorem satellitum, et quia hiis sufficit[c], equales sibi alios in hiis partibus esse non permittit. Si aliquis vicinus non sponte sua erga eos ex improviso delinquit, non est eis emendacio condigna acceptabilis, et post recompensacio invincibilis. Et per hoc flagellum vicini graviter concuciuntur, ut non contra se, alii sivè rectum habeant sive non, nequaquam eleventur. Episcopatus in hiis partibus constituti ab eorum potentia sunt nimium depressi; et nos eorum procuratores, si contra Deum et iusticiam eius voluntati eorum in cunctis satisfacimus, honorem et aliquam utilitatem habemus, sin autem, contempnimur, et sic[e], ut nobis nullus aut
*f. 188'. *regnet aut imperet dominus, depredamur. Novus cornupeta antiquam legem bonamque consuetudinem hactenus florentem iam disrumpit, seque caeteris[d] elatiorem esse, valenter ostendit; qui coelitus ni cito deprimitur, nimis[e] insolentia intolerabilis solidatur.
Ps. 74, 6. Daviticam is ignorat sententiam, eundem sic dulciter amonentem: *Nolite extollere in altum cornu vestrum*, et caetera[f]. Orat pro talibus idem spalmista sanctus: *Auferes*
Ps. 103,29. *spiritum eorum, Domine, et defitient, et in pulverem suum revertentur; et emittes spiritum tuum et creabuntur*, et reliqua. Multum indiget memoriae, qui nullatenus cognoscit se, cum is, qui se iugiter considerat, sine famine bono nil valeat. Ergo peccatores quique resipiscant, et ut se custodiant pauperibusque[g] misereantur, sumopere studeant. Ego in flagiciis miser et in facultatibus pauper, quamvis in utroque eiusdem ordinis viros[h] precellam cunctos, tamen contumeliam superius memoratam non solus pacior sine illis[i]. De coepiscopis in diversa huius mundi parte constitutis[k] ineffabileque detrimentum perpessis, nil ad haec exemplaria introduco, quia absque omni honore, sola benediccione excepta, eos esse, graviter ingemisco, et de hiis dumtaxat disputare
f. 189. mihi nunc tempus est, qui *apud modernos a concivibus[l] suis similem vel, pro dolor! deteriorem subiere vindictam.

12. Bernwardus[m], sanctae Hillinessemensis aecclesiae venerabilis pastor, in tantum
94 a Brunone exosus est comite[94], ut militem suum Rim nomine videret crine et tergo depravatum, postque eundem secum iterantem ab Altmanno iuvene interfectum iacere. Swithgerus autem, almae Mirmingerdensis aecclesiae antistes egregius, in sua curte a quodam[n] tirone ingenuo appetitur, et villici[o] suimet cruore coram se occisi maculatur. Quid tales personae umquam promeruere? Hii patres ambo pii fuerunt, et tamen dedecus hoc immeriti pertulerunt. Sed quia in superioribus de Suithgero presule nil sum, id peste letargica impediente, locutus, nunc hoc emendare congruum est. Hic Saxonia genitus, et in Halverstidi ac in Magadaburg a puero educatus, a tercio Ottone civitati predictae prepositus est; quam cum omni diligentia recxisset[p], divino munere fultus, polluit in diversis virtutibus. E quibus duas tantum res profero, quas testimoniis veracibus approbare valeo. Camerarius suimet cum pilleum quendam furtive subtractum celare voluisset, diligenterque a pio seniore rogatus nil profiteretur, cultellum supra
*f. 189. mensa positum et ex animo benedictum sumere coactus[q], *quasi ignitum celeriter pro-

a) *add.* 1*b*. b) seruorum 1*a*. c) his non sufficit 2. d) ceteris 1. e) inimis 1. f) cetera 1. g) que *add.* 1*b*. h) uiris 1*a*. i) illos 1. k) institutis 1*a*. l) aciucibus 1. m) n *erasum* 1. n) quadam 1*a*. o) uuillici 1*a*. p) c *add.* 1*b. post erasum.* q) coatus 1. *i. e.* coactus *sive* conatus; sumere praecepit, quam *A. S a.* 983.

92) Is erat Guentherus, Hermanni et Eccardi marchionum germanus, ab ann. 1008 usque ad ann. 1024 munus cancellarii caesarei sustinuit, et postea archiepiscopatum Salisburgensem adeptus est. V. Ann. Saxo ad ann. 1029. et Hansiz German. sacram T. I. p. 167. URS. 93) Nomen Nicici reconditum habere videtur vicus Nischwitz, in cuius locum sub exitum seculi XVII. nitida et culta civitas Oranienbaum (prope civitatem Dessau) successit. URS. 94) V. Vitam Bernwardi c. 34.

iecit, reumque se nimis esse coram profitetur. Alio tempore quidam maligno arreptus 1018.
spiritu, vi magna captus est, et in presentia predicti patris adductus; quem solvi protinus iubens, baculoque solum se acriter inrumpentem viriliter amovens, facto sanctae crucis signo, divina potestate securum[b] exire fecit. Talis vir haec non sibi, sed illi, qui per eum tanta est operatus, asscribens, vixit in Christo dies huic vitae concessos, ministrans illo[d] fidelis servus omni studio. Sedebat ille 16 annos, magna semper, quae virtutem omnigenam perficit, infirmitate gravatus, et tunc obiit, in quo genuit, 13. Kalendas Decembris, Heinrico inperatore nostro tunc regnante 10 annos[95]. Huius successor 95
Thiedricus, materterae meimet[e] filius, magnum dedecus ab Heinrico, Hirimanni[f] comitis filio, ut predixi[96], perpessus est. Sed in hoc anno eadem commotio ad tempus sedata elevatur. Heribertus, Coloniensis archiepiscopus, a predicto comite multa diu sustinuit incommoda, nec mirum, cum is matrem suam diutina teneret custodia. Insuper Meinwercus presul a Thietmaro nepote meo, Bernardi ducis fratre, despoliatus est[97]. 97

13. Sed cur hoc totum explico, cum in nullo horum nec exemplar[h] bonum nec levamen meum ullatenus[i] agnosco? Sacius est mihi, inceptis *insistere meis; et dum *f. 190.
hoc tracto, illam beati Iohannis visionem in mente habeo: *Primum ve abiit, et ecce* Apoc.
duo post haec! Nimis enim est miserabile, quod in superioribus sepe locis revolvi[k]. 9, 12.
Sic in temporibus nostri rectoris ac invicti defensoris Heinrici nil unquam tale accidit, quale modo detrimentum e nostro facinore emersit. Namque in Iulio mense ac 4.[l] Iul. 29.
Kalendas Augusti et in 3.[m] feria Mars sevit in viscera, quod in perpetuum plangit mater accclęsia. Peciit enim Aethelboldus[n], Traiectensis episcopus, cum Godefritho duce, auxilioque suimet sociorum atque amicorum, imperatricis nostrae nepotem Thiedricum, sepius in occisis militibus suis multum nocentem; et in insula quadam fit conventus collecti exercitus. Hic velociter ad pugnam preparatus, mortem quam hosti minatur, pro dolor! patitur. Namque a Fresonibus[o] ex insidiis undique erumpentibus et a predicti iuvenis satellitibus ex inproviso is circumventus, dicta terribile, gladio[a] et aqua sine resistentium dampno vitam hanc finit. Episcopus autem in navicula quadam vix fugit, ac dux ab hoste salvatus est[p], et ut veraces affirmant, plus quam tres[q] legiones interfectorum sunt. Omnis haec regio, defensore forti carens, piratas advenientes timet, cottidie merens. Godefridus[r] comes occiditur, Iohannes autem optimus miles iacet, quem semper patria deflet[98]. Horum[s] consocii nobiles *et incliti *f. 190v.
hactenusque pugnantes dextra victrici, nunc pausant sorte infelici. Luit corpus eorum, quod promeruit macula nostrorum; sed, ut spero, gaudebit eorum anima, tam gravi exacerbacione purgata. Sed ne stupeas, lector, talem casum, perpendas etiam ortum. Thiedricus ille infaustus predicti antistitis satelles fuit; hic in quadam silva Mirwidu[t] vocata[99] magnum habuit predium, quod sibi ex eiusdem parte iniuste ablatum fore, 99
cuncti comprovinciales cesari in Niumagun queruntur. Unde cum consilio optimorum imperator episcopo Traiectensi haec loca precepit incendi et conclamantibus reddi; cumque seniorem suum iuvenis nefandus a mandatis talibus compescere nequivisset, licentiam abeundi peciit, et se id prohibiturum esse promisit. Nec mora, factum est quod dixi, plus causa nostri facinoris, quam pro merito victoris. Hanc ineffabilem ac nimis invincibilem erumnam avium undiquessecus huc congregatarum et semet ipsas invicem ungulis interficientium multitudo longe presignavit, eundemque locum, quo isti postea oppetiere, preoccupavit. Quod Davit sanctus monti Gelboe imprecatus est, huic 2 Reg.
insulae ego nullius meriti semper exopto. Baldericus Leodicensis[u] episcopus obiit in 1, 21.
Tiele eodem die[1].

14. In diebus illis in episcopatu meo septem mancipia fungos manducavere non *f. 191.

a) *add.* 1*b*. b) hostem 2. *A. S.* c) tantum 1*a*. d) illi 1*c*. e) memet 1. f) *alterum i erasum* 1.
h) in e. 1*a*. i) nullatenus 1*a*. k) reuuolui 1*a*. l) *in rasura* 1. m) mi 1*a*. n) sth. 1*c*. o) fresionibus 1*a*. p) ab h. s. e. 1*b*. *in loco raso*. q) tres *in loco raso* 1*b*. r) g. c. o. *et autem add.* 1*b*.
s) Huius 1*a*. t) *Supra* u *prius* c *erasum videtur, ita ut* Mircuuidu 1*b*. *volaverit*. u) c *erasum* 1.

95) 1011. 96) V. supra l. VII. c. 34 et 35. 97) Conf. Vitam Meinweri c. 32 et 70. 98) Calendarium Merseburg. Iul. 29.: *Godizo et Iohannes et Godefrid comites cum innumera sociorum suimet multitudine perempti sunt.* Conf. Necrol. Lusneburg. Iul. 30. Conf. Alpertum l. II. c. 21, ubi hoc proelium refertur ad Iul. 29., et Baldericum l. III. c. 19. 99) In districtu hodie vocato Merwe prope civitatem Dordrecht. 1) Necrol. Merseburg. 3. Kal. Aug.

1018. Aug. rectos, et acri ardore succensi, celeriter mortui sunt. Et in mense Augusto stella quedam iuxta plaustrum[b] noviter apparens, radiis eminus emissis cunctos cernentes terruit[2]. Numquam enim nostri memoria talis exoritur, et ideo unusquisque[a] hoc[a] admiratur, prodigium hoc esse, timet vulgus, sed cum misericordia id finiri, fidelis sperat popellus. De hiis similibus clamat Ieremias veredicus: *Qui scit universa, novit illa; et adinvenit ea suimet prudentia.* Stella haec quae effulsit plus quam 14 dies visa est. In provincia Northuringun dicta tres lupi semper congressi, nec antea ex habitatoribus hiis visi, hominibus multis atque pecoribus ineffabiliter nocuerunt. Hoc quoque indigena omnis vehementer expavescens, maioribus curat inpleri detrimentis. Beatus namque loquitur Gregorius: *Multa debent mala precurrere, ut illa valeant sine omni fine ventura nunciare.* In supradictis omnibus desuper nobis ire coelestis revelatur, sed circumspeccione vigili[a] haec ab humana fragilitate non attenditur.

Baruch 3, 32.

f 191'. 15. [f]Iste[c] annus nova nuncupacione terrae[d] mocio vel magna contricio ex rei veritate appellari potest. Ineffabilis enim tribulacio mundo instabili exorta habitatores eius undique turbavit, cuius partem predixi, et tunc quae preterieram alte gemitu tracto explicam. Balderici presulis et Cameracensis episcopi milites poene omnes predicta oppecierunt in insula, et in proximis tribus provinciis non supererat una domus, ubi saltem non deesset habitator unus Post tempora Caroli in[a] una die vel anno aliquid in hiis regionibus tale non accidit, sicut vetustas asserit. Quomodo umquam ceciderunt tales viri absque dampno hostili? Sed nullus id miratur, qui hoc rite meditatur, quia is nil potest pugnare, quem culpa sui gravis vindicta Dei nititur deprimere[e]. Hic inexuperabilis casus postea cito obliviscatur; quia Godefridi ducis auxilio Athelboldus antistes cum Thiedrico hoste reconciliatur; et hoc venit non ex voluntate sua, sed ex necessitate summa. Non erat enim istius regionis ullus prepotens defensor, si amplius insurgeret inimicus acrior. Si damnum hoc ex consensu divino factum est, quis potest ulcisci? sin autem, quis vindicatore insanabilior[g] illo? Nunc ut sanctus abba[h] Columbanus in morte magni inperatoris Caroli fecit, ita nos stringamus lacrimas precesque fundamus[i] proficuas.

16. Nec tacendum est, quod in Ruscia contigit lugubre damnum. Bolizlavus namque eam grandi exercitu peciit, multumque ei nostro famine nocuit. Mense ete-

f. 192. Jul. 22. nim Iulio et 11. Kalendas Augusti predictus[1] dux ad [f]quendam fluvium[3] veniens, ibidem exercitum suimet castrametari pontesque necessarios parare iubet. Iuxta quem rex Ruscorum[m.4] cum suis sedens, futurum duelli invicem condicti eventum sollicitus expectabat. Interim Poleniorum provocacione[n] hostis presens ad bellum excitatur et ab amne, quem tuebatur, exinopinata prosperitate fugatur. Ex hoc rumore Bolizlavus extollitur, et consocios parari et accelerare rogans, fluvium, etsi laboriose, velociter transcendit. Inimica autem acies contra turmatim[o] ordinata, patriam defendere suam frustra nititur. Namque in primo conflictu cedit, ac numquam postea fortiter resistit. Ibi tum cesa est innumera multitudo fugiencium et parva victorum. Hericus miles inclitus ex nostris oppetiit, quem inperator noster in vinculis diu retinuit[5]. Ex illa die Bolizlavus optata prosperitate inimicos palantes insequitur, et ab incolis omnibus suscipitur multisque muneribus honoratur. Interea quedam civitas, fratri suo[6] tunc obediens, a Iarizlavo vi capitur, et habitator eiusdem abducitur. Urbs autem Kitava[7] nimis valida ab hostibus Pedeneis ortatu Bolizlavi crebra inpugnacione concutitur[a] et incendio gravi minoratur. Defensa est autem ab suis habitatoribus, sed celeriter patuit

Aug. 19. extraneis viribus; namque a rege[p] suo in fugam verso relicta, 19. Kalendas Septembris Bolizlavum, et quem diu amiserat, Zentepulcum seniorem suum, cuius gratia et nostro-

f. 192'. rum timore omnis hec regio conversa est, suscepit. Archiepiscopus [f]civitatis illius cum reliquiis sanctorum et ceteris ornatibus diversis hos advenientes honoravit in sancte monasterio Sofhiae, quod in priori anno miserabiliter casu accidente combustum est.

a) *add.* 1b. b) iuxta signum maioris ursae, quod vulgo plaustrum dicitur 2. c) unus *add.* 1b. c') *alia pergit manu* 1. d) f 1. e) f *corr.* 1 1. f) deprimire 1. g) uindica . . . insanabilius 1. (*spatio relicto quatuor aut quinque litterarum*). h) *erasum* 1. i) fundimus 1. l) prodictus 1. m) rurorum 1. n) prouocacionē 1. o) tuimatim 1. p) *ita A. S.* agere 1.

2) De hoc cometa v. Ann. Quedlinb. a. 1018. Alpert. l. II. c. 19. 3) Sc. Bog. 4) Iarislav. 5) Conf. supra l. VII. c. 12. 6) Swaetopolk. 7) Kiew. 8) Conf. l. IV. c. 37.

Ibi fuit noverca regis predicti, uxor, et 9 sorores eiusdem, quarum unam prius ab 1018. eo[b] desideratam antiquus fornicator Bolizlavus, oblita contectali sua, iniuste duxerat. Aug. Ineffabilis ibi pecunia ei ostenditur, cuius magna pars hospitibus suis ac fautoribus distribuitur, quedam vero ad patriam mittitur. Fuerant in auxilio predicti ducis ex parte nostra trecenti, et ex Ungariis quingenti, ex Petineis autem mille viri. Omnes hii tunc domum[c] remittebantur, cum indigenas adventare, fideles sibi apparere, senior prefatus letabatur. In magna hac civitate, que istius regni caput est, plus quam quadringente habentur eclesiae et mercatus 8, populi autem ignota manus, quae sicut omnis haec provincia ex fugitivorum robore servorum huc undique confluencium, et maxime ex velocibus Danis, multum se nocentibus Pecinegis hactenus resistebat et alios vincebat. Hac elatus prosperitate Bolizlavus, archiepiscopum predictae[d] ad Iarizlavum misit, qui ab eo filiam suimet reduci peteret, et uxorem suam cum noverca et consororibus reddi promitteret. Post haec dilectum abbatem suum Tuni[e] ad nostrum inperatorem cum magnis muneribus misit, ut suam amplius gratiam et auxilium acquireret, et se cuncta[f] sibi placencia facturum indicaret[9]. Ad Greciam[g] quoque sibi proximam nuncios misit, qui eiusdem imperatori bona, si vellet *fidelis amicus haberi, *f. 193. promitterent; sin autem, hostem firmissimum ac invincibilem fieri intimarent. Inter haec omnia omnipotens Deus assistat medius, et quid sibi sit placitum et nobis proficuum, clementer ostendat. In diebus illis Udo comes[h], nepos meus, Hirimanum, coequalem sibi tam in nobilitate quam in potestate, cepit, et invitum in suam municionem duxit. Ob hoc vereor aliquam filicem periculosam oriri, quae vix aut nullatenus possit eradicari.

17. De imperatore nostro nunc sermo mihi oriatur, qui de invisa expedicione[10] Sept. reversus, nil de promissis percepit, sed parum sibi renitentibus nocuit. Huius miles egreius atque fidelis, dux Thiedricus[11], cum ab eo separatus domum pergere voluisset, a quodam seniore, Stephano[i] nomine, cesaris atque suimet, ut patuit, inimico, locis impugnatur abditis; et cum iam victor existeret, milite in predam cadente, iterum initur, et pro dolor! superatus, cum paucis[k] effugit. Haec fuit ei in talibus secunda temptacio; et faciat Deus, ut non eveniat illi tercia periclitacio. Inperator noster cum de his omnibus[l] efficeretur certus, unum in Suevia regione colloquium de re publica habuit, et mox per Renum sollicitus descendit. Namque cooperatores eius et regni suimet columne maxima parte, pro dolor! cecidere, sibique grave pondus occultum[m] fidei simulatores occultis resistere insidiis per extraneos nituntur, ut non liceat ei libertate congruenti inperare, eorumque iniustam temeritatem[n] in aliquo minorare[o].

b) hab eo 1*a. et ita infra.* c) do domum 1. *in duabus lineis.* d) *scilicet* ecclesiae. e) Thuni, in quo regnabat tota hypochrisis 2. *A. S.* f) cunct 1. g) grām 1. urbem 2. h) oñs 1. i) stphano 1. k) paucos 1. l) omibus 1. m) in occulto imminebat 2. *A. S.* n) et libertatis insolentiam 2. *A. S.* o) *Cod. 2. in fine addit:* Continet iste liber gesta quinque imperatorum, id est Heinrici primi et trium filiorum eius, Ottonis, qui dictus est Rufus, et Ottonis secundi, nec non et tertii Ottonis, qui dicebatur pulcher puer, et Heinrici secundi, cui nomen adhesit pietatis. Qui imperatores Romanum et Teutonicum imperium per annos centum et septem strennue rexerunt. Conscripsit autem ea Thietmarus Merseburgensis episcopus; qui quia Saxo erat, maxime quid in Saxonia hii imperatores egerint describere videtur.

9) V. Ann. Quedlinb. a. 1018. 10) Nempe ex Burgundia. Conf. supra cap. 9. Die Sept. 9. in civitate Zürich monasterio Meinradszell silvam, in qua situm est, donavit, teste eiusdem charta. 11) Lotharingiae superioris.

SUPPLEMENTUM ad pag. 215.

Absoluto iam fere volumine quum Hamburgum venissem, V. Cl. Petersen, professor publicus et bibliothecae Hamburgensi praepositus, membranam benigniter obtulit, unde duos regum Langobardorum et imperatorum qui in Italia regnaverunt catalogos, priorem a Rothari rege usque ad a. 950, alterum ab Alboino usque ad Ottonem Magnum, utrumque ut mihi videtur anno 962 exaratum[1]*, proponimus. Praecedit fragmentum de numerorum significatione et de christianorum persecutionibus usque ad a. 437, et tractatus de ponderibus. Catalogi, licet nonnullis locis corrupti, magni tamen faciendi, primum in regno Karoli Crassi substitisse*[2] *videri possunt, et antiquitate reliquos supra pag. 215—219 publici iuris factos praecedunt*[3].

1. *Catalogus prior ab a. 630—950.*

636. Rothari rex regnavit ann. 17.
Grimaldus regnavit ann. 9.
Pertharit regnavit ann. 18.
Cunipertus filius eius regnavit ann. 12.
Liupertus filius Cunipert regnavit ann. 2.
Arinpertus filius Ragiperti regnavit ann. 11.
Ansiprandus[a] regnavit ann. 3.
Liuprandus filius eius regnavit ann. 33.
Ilprandus regnavit mens. 9.
Rachis filius Piamoni regnavit ann. 5.
Aistulfus frater Rachis regnavit ann. 8.

De regibus Francorum qui in Langobardia regnaverunt.

919. Anno domni Lodovici magni imperatoris 19. 4. Non. Iun. indic 12.[b] fecit primam
896. ordinationem Hieremias episcopus[4]; in episcopatu venit in missa sancti Georgi nono Kalend. Mad. et dies Iovis[5], anno dominicae incarnationis 897. indic. 14.

882. Anno Karoli imperatoris 2. mense Februar. nono[c] eiusdem mensis, die Mercurii,
Feb 7. luna 17. obtenebrata est quasi sanguis a media nocte usque prope aurora; de illo Karulo, frater Carloni[6], filius Lodovici de Baiovaria, anno Domini 882. indic. 15; quod postea subsecuta est fames valida sub annis duobus vel tribus.

Carolus imperator primus regnavit in Langobardia ann. 40, et in Francia regnavit ann. 5.
Pipinus filius eius regnavit ann. 7.
Lodovicus filius eiusdem Karoli regnavit ann. 9.
Lotharius imperator regnavit ann. 55.
Lodovicus iunior regnavit ann. 25.
Carolus de Francia regnavit ann. 1.
Carolusmagnus regnavit ann. 2.

Carolus frater eius divina favente clementia regnavit ann. 9; antequam coronatus esset, regnavit 2, et postquam se coronavit, regnavit 7.

889. Anno domni Beringarii et Guidoni regum primo, 12. Kal. April. in nocte parasceue,
Mart. 21. luna 14. obtenebrata est in modum sanguinis anno dominice incarnationis 888.[7] indic. 8.

Carolus regnavit in Francia ann. 33, in Italia 28, consolatus 2.
Lodovicus et Lotharius regnaverunt ann. 19.

926. Anno ab incarn. Domini 926. indic. 14. electus est Ugo ad regem, et regnavit ann. 21.

a) Insiprandus *codex*. b) *lege* VII. c) *lege* 7. *qui fuit dies Mercurii.*

1) certe ante annum 967, quo Otto II. imperator coronatus est; cui rei addendae linea integra, iam vacans, suffecisset. 2) Karolus Crassus in utroque catalogo „divina favente clementia“ regnasse scribitur. 3) Duos similes catalogos in bibl. Pistoriensi invenit Zacharia (bibl. Pistor. p. 3. et 18.), quorum finis hic est: *Ann. Dom.* 1027. *indict.* 10. *Chunradus Romae coronatus est ipsa die dominicae resurrectionis* 7. *Kal. Apr. indic.* 10. 4) Cuius ecclesiae fuerit, nondum liquet. 5) Die Iovis a. 896, vigilia festi, quod in d. 9. Kal. Mart. incidit, celebrata est. 6) i. e. Karlomanni. 7) Annus a paschate incipit; cf. et infra a. 961; parasceue a. 889. quadrat.

Lotharius filius Ugonis regnavit ann. 19. 931.

Anno ab incarnatione Domini nostri[a] electus est Beringarius et filius eius Adalbertus ad regem. 950.

2. *Catalogus alter ab a. 568—962.*

Anno primo Alboini[b] regis in Italia. Regnavitque ipse Alboinus in Italie finibus ann. 3. et mens. 6. 568.

Clepho vero rex regnavit ann. 1. et mens. 6.

Duces Languobardorum tenuerunt regnum post obitum eius ann. 10. Tunc statuerunt sibi Langobardi regem Authari filium Claffonis, qui regnavit ann. 6.

Aiulfus regnavit ann. 25.

Adoloaldus rex filius Agiulfi regnavit ann. 10. cum Teudilinda matre sua; quando eiectus est de regno, erat indicio 1.

Ariovuldus rex in eius loco constitutus est; regnavit ann. 13.

Rothari[c] rex regnavit ann. 13 et menses 4.

Godopertus filius eius regnavit ann. et mens. 3.

Grimualdus regnavit ann. 9.

Garipaldus filius eius regnavit mens. 3.

Perthari rex regnavit ann. 10.

Cunipertus regnavit ann. 2. cum patre suo, postea vero regnavit ann. 12.

Liutpertus rex regnavit ann. 2.

Aripertus filius Raiperti regnavit ann. 12.

Ansiprandus regnavit mens. 3.

Liutprandus eius filius regnavit ann. 31.

Rachis filius Ammonis regnavit ann. 5.

Aistulfus regnavit ann. 9.

Desiderius cum Adalchis filius eius regnavit ann. 17. Tunc Carolus eiecit eum de regno; erat namque indic. 12. 774.

Carolus imperator regnavit ann. 40.

Pipinus eius filius regnavit ann. 30. 780.

Lodoicus filius eiusdem Karoli regnavit ann. 9. 813.

Lotharius frater[c'] Lodovici regnavit ann. 29. 822.

Lodoicus filius Lotharii regnavit ann. 26. 850.

Inter Karolus Calvus de Francia et Karolusmagnus regnaverunt ann. 3. 876.

Carolus divina favente clementia regnavit ann. 9. 879.

Beringarius rex post mortem Karoli regnum sortitus est Italicum; qui dum unum annum regnasset, contentio orta est inter Widonem et iam dicto Beringario, atque pugnaverunt. Tunc effugatus est Beringarius a Widone[d], et optinuit ann. 3. regnum. 888.

Adeptus est vero regnum Lambertus[e] filius eius, et regnavit in eo ann. 9. Tunc Beringarius introivit in regnum, et tenuit simul cum illis partibus usque in annis 27. Postea vero coronam suscipiens imperator est factus, regnavit ann. 4. 892. 898. 916.

Eodemque anno Rodulfus introivit in regnum; mox ortum est bellum inter Rodulfum et Beringarium. Beringarius vero fugam lapsus Veronam. 922.

Rodulfus vero tenuit regnum ann. 2; tunc in illis diebus Veronenses Beringarium interfecerunt. 924.

Rodulfus denique per alpes Appenninas Burgundiam remeavit. Erat[c] namque indic. 14. anni Domini 926. 926.

Inter Berengarium et Widonem et Lambertum et Rodulfum regnaverunt ann. 38.

Ugo rex regnavit ann. 18.

Lotharius eius filius regnavit ann. 2. 946.

Berengarius rex simul cum Adalberto filio suo regnavit ann. 11. Tunc Otto rex eiecit eos de regno; erat namque indic. 4. 950. 961.

Adalbertus[e] denique per Alpes et mare, remeavit, versus, et reversus.

Otto vero rex Romam perrexit, ibique coronam accipiens, Italiam suo subiugavit imperio, anno dominicae incarnationis 961. 962.

a) *scilicet* 950. b) abboini c. c) *Haec addit alia manus.* c') *lege* filius. d) uuidonem *corr.* uuidone. e) alambertus c.

INDEX RERUM

auctore V. Cl. GEORGIO WAITZ, Flensburgensi, Ph. D.

A.

Aaron v. Amarmurmulus.

S. Abbaciri, Iohannis et Barbarae eccl. Rom. 715.

abbates principales 16.

Abbo dux Saxonum 38.

Abbo episc. Suession 374—376. 385. 387.

Abbo abb. Floriac. 647. 666.

Abbo abb. Masciac. 169.

Abbo decanus S. Germani 168.

Abdellas (*Abdallah*) rex Arabum 187.

Abdilla, Adella (*Abdallah*), filius Zuber, protosimbolum Arabum 187.

Abdilla rex Sarracen. in Italia 528. 529.

Abdellac, Abdelbach, Abadelbachi, dux Sarracenorum 253. 527. 533.

Abdila, patricius Graecus 556.

Abderahamen, rex Sarracen. Hispan. (Cordob.) 275. 328.

Abellinum, Avellinum, Avellanum, *Avellino* 204. 205. 208. 260. 261. 540. 545. 546. 555. 556.

Abe(l)melec rex Sarracen. in Ital. 530. 533.

Abimelech (*Abd el Malek*), filius Marucham, protosimbolum Arabum 187.

Abo abb. Monaster. 154.

Abodriti, Abotriti, Apodritae, Abdriti, Abatriti, (Habitriti 49) 41. 48. 49. 54. 55. 58. 68. 72. 91. 141. 433. 444. 463. 737. 764 773. 862. duces Mistui, Mistizlavus.

Abrachim (*Ibrahim*) rex Arabum 187.

Abraham caianus 122.

Abraham, Habraham, episc. Frising. 63. 756.

Abruncantus, *Avranches* 570.

Abubachar (*Abu Bekr*) rex Arabum 186.

Accaron, Acharon, Acheron, Ascalona, *S. Jean d'Acre* 148. 159. 162.

Acernium 552.

Acerrae 208.

Achaia 73. 776. Achivi 267 264. 306. 308. Achivorum augustus 243.

Achelous fl. 361.

Acherentia, Acerentia, Acirentila, Aggerentia, *Acerenza* 243n. 361. 484. 485. 491—493. 507. 510.

Aciprandus dux Spolit. 712. cf. Akyprandus.

Acquarum 209.

Acropolis, Agropolis, urbs 177. 256. 257. 538. Agropolitani Sarraceni 258.

Acutianus mons 712. monast. v. S. Mariae.

Adaccarus, Gothus 31.

Adal. cf. Ethel.

Adalbero, Adelbero, Athelbero, Albero.

Adalbero archiep. Brem. 115.

Adalbero archiep. Rem. 160. 161. 407. 408. 613—616. 619. (621). 626. 631—634. 636. 655.

Adalbero episc. Babenb. 104.

Adalbero III. episc. Basil. 154.

Athelbero episc. Brix. 806.

Adalbero episc. Laudun. 408. 621. 634. 639—643. 647. 653. 654. 659. 664. 685. 694.

Adalbero episc. Leod. 215.

Adalbero I. episc. Mett. 141. 155. 157. 378. 390. 394. 395. 397. 399. 402. 602. 603. 609.

Adalbero II. episc. Mett. 155. 157.

Adalbero III. episc. Mett. 157.

Adalbero IV. episc. Mett. 158.

Adalbero episc. Trident. 131.

Adalbero episc. Wirzb. 105. 106. 126 132.

Adalbero episc. Wormat. 128.

Adalbero abb. Monast. v. Adalbertus.

Athelbero marchio 103.

Aethelbero, Atalpero, frater imp. Cunigundae 79. 815. 816.

Adelbero 100.

Adalbertus, Adelbertus, Adalberhtus, Aedelbertus, Athalbertus, Aethelbertus, Adelpertus, Adelwertus, Aldebertus; cf. Albertus.

Adalbertus, filius Berengarii, rex Italiae 60. 142. 143. 188. 216—218. 340—342. 345. 348. 353. 453. 553. 554. 873.

Adalbertus marchio Austriae 104. 126.

Adalbertus marchio Eporegiae 286. 287. 294. 295. 298. 299. 301. 304. 317. 328. uxor. Gisla, Ermengarda; fil. Berengarius, Anscarius.

Adalbertus marchio Tusciae 274. 282. 284—287. 295. 298. 304. 306. 313. 328. Dives 284. uxor Berta; fil. Wido, Lambertus, Ermengarda.

Adalbertus marchio 116.

Adalbertus comes 44. 45.

Adalbertus comes (Babenberg.) 4. 51—53. 140. 141. 286. 289. 417. 427. 736.

Adalbertus comes, cognatus Udalrici ep. 142. 455.

Adalbertus comes, fil. Heriberti 399. 400. uxor Ethgiwa.

Adalbertus archiep. Brem. 71.

Adalbertus, Rusciae genti missus, postea archiep. Magdeb. 60—62. 64. 65. 750. 752. 755. 757. 758. 761. 762. 776. 864.

Adalbertus, cancellarius, archiep. Mogunt. 7. 112—114. 116. 215.

Aethelbertus archiep. Ravenn., episc. Aritien. 837.

Aldepertus episc. Nemaus. 219n.

Adalbertus episc. Passav. 395. 603.

Adalbertus, (Woytech776), episc. Prag. (Boemiorum) 73. 77. 91. 92. 119. 776. 808. 854. transl. 120.

Adalbertus episc. Wormat. 128, 129.

Adalbertus abb. Flavin. 151.

Aedelberhdus abb. S. Michaelis Hildesh. 97.

Adelbertus (Adelbero) abb. Monast. 154.

Adalbertus abb. Renaug. 143. 144.

Adalbertus praepos. Corb. 11. 17.

Adalbertus de Everstein, pater et filius, 15.

Adelberhdus miles Ernesti ducis 94.

Aethelbertus 887.

Adelbertus 6.

Adelvertus 511.

Adelverto 511.

Adelpertus 543.

Adelboldus, Ethelbaldus, Ethelbodus, episc. Traiect. 93. 830. 860. 869. 870.

Adelbrandus (i. e. Becelinus) archiep. Hamburg. 100.

Adalchis, Adalgis, Adelchis, filius Desiderii regis Langob. 218. 233. 873.

Adelchis, (Adalgisus 140), filius Radelchisi, princeps Benevent. 140. 174. 188. 199. 201. 212. 237. 239. 242. 248. 250—254. 256. 271. 514. 519. 520. 527—534. 536. 538.

Adelchis, filius Rofridi 507. (511?).

Adelchisa, filia Arechis princ. Ben. 242. 483.

Adelchisa, filia Dauferii, uxor Sicardi princ. 505.

Adaldagus, Adaldachus, Adeltac, (Adalgisus), Ethildagus, archiep. Hamburg. 60. 141. 342. 395. 603. 756. 760. 772. 832.

Adeldagus 103.

Adelelmus comes Atrabat. 372. 380. 586.

Adelelmus episc. Laudun. 369. 379. 577.

Adelelmus episc. Silvanect. 383.

Adelferius, nepos Rofridi, gastaldeus Avellini 204. 205. 535. (560?).

Adelferius de Avellino, princ. Benevent. 177.

Adelferius, filius Adelferii sup. 177.

Adelferius 246.

Adelferius abb. Cavensis 189. 190.

Adelfridus 259.

Adalgarius archiep. Hamburg. 4.

Adalgarius abb. Corbei. 3. 48.

Adalgarius presbiter 384.

Adalgerus, Algerus, presbiter Remensis 638. 646. 648. 658. 659. (661). 662. 664. (667). 685. cf. Ethelgerus.

Adalgisus v. Adalchis et Algegisus.

Adalgisus dux Francorum 139.

Adalhart, (Adelbraht), comes 50. 51. 140.

Adelardus, Hadelardus, clericus, post episc. Regiensis 334. 335.

Adelhardus abb. Corb. ant. 840n. 860n.

Adelardus abb. Masciac. 170.

Adalheid, Adelheid, Aedelheid, Ethelheida, Adelaidis, Adelegida, Ethelgida, (Aidelgeiza 554.), filia Rudolfi regis, uxor Lotharii regis et Ottonis imp. 57—59. 66—70. 72. 76. 91. 124. 319. 347. 401. (452. 453). 554. 626. 718. 745. 748. (753). 757. (758). 767. (769). 772. 773. 780.

Adelheida, uxor Heinrici IV. imp. 7.

Adelheid, Ethelheida, filia Ottonis II. imp., abbatissa Quedlinb., Gernrod., Gandersh. 72. 76—78. 80. 82. 84. 86. 88. 90. 103. 768. 770. 780. 791. 853. 858.

Adelheid, uxor Ludowici II. regis Gall. 214.

Adelaidis, uxor Ragemundi, Ludowici V. regis Gall., Willelmi Arelat. 627.

Adelaidis, uxor Karoli ducis 642.

Adelaidis, filia Karoli ducis 642.

Adalheid, uxor Rudolfi ducis 71.

Aethelheidis, uxor Geronis march. 843.

Adelheid 84.

Adelmarus diac. Virdun. 382.

Adelmus v. Madelmus.

Adelomus clericus Laudun. 398. 606.

Adelperga, uxor Arechis princ. Ben. 476. 477.

Adelricas 511.

Adelstanus, Hadelstanus, Aedelstanus, Alstanus, rex Anglorum 320. 383. 385. 386. 434. 586. 587. 590.

Aethelstenus, Ethelstenus, fil. Aethelradi, rex Angl. 849.

Adaltrudis 169.

Adalwald, Adoloaldus, Adebaldus, Adepaldus, rex Langob. 186. 232. 239. 470. 873.

Adalwardus infans 4.

Adalwinus episc. Ratisbon. 122.

Adam episc. Taurin. 694.

Adam abb. Heremi 149.

Adam de Sessia 165.

Adda, Adua, fl. 223. 238. 290.

Addiza fl. 223.

Ademarius, Adimarius, filius Petri comitis, princ. Salern. 188. 199. 211. 212. 227. 228. 248—251. 520. 521. (idem fortasse qui A(l)demarius gastaldeus.

Ademarius 247. 248. Aldemarius gastaldius 226.

Ademarius, Adilmarius, princ. Capuae 207. 209. 210.

Adenulfus v. Atenulfus.

Adeodatus inclusus 33n.

Adhela v. Athela.

S. Adiutorii castrum 191. 193.

Adlegardis, matertera Stephani episc. 170.

Adora v. Odera.

Adraldus abb. S. Germani 168.

Adram, *Odernheim?* 821.

Adria, Hadria 525.

Adrianus, Hadrianus.

Adrianus I. papa 37. 39. 40. 117. 122. 139. 151. 153. 156. 171. 488. 707.

Adrianus II. papa 48. 49. 140.

Adrianus III. papa 140. 199. 202.

Adrianus IV. papa 147. 158. 192.

Adrianus card. tit. S. Calixti 342. (344?).

Adrianus card. tit. S. Lucinae 342. (344?).

Adrianus scriniarius 342.

Adrianus scriniarius 342.

Adriaticum mare 290. 619. 709. 710. 712.

Adso abbas Dervensis 619.

Adulfus de Scowenburg 15. 16. cf. Athulfus.

Adventius episc. Mett. 156.

Advinus v. Otwinus.

advocatiae 17. 64.

Aed rex Hiberniae 137.

Aedelbertus, Aedelstanus v. Ad.

Aedissa, *Etsch* 114. v. Athesis.

Aegiptus, Egiptus 121. 277. 350. Aegipcii 258. archiep. Aegypti Theodorus.

Aelera fl. 38.

Aelli miles 859.

Aellio 103.

Aemilia 344. 475.

Aesopus v. Esepus.

Aethela v. Athela.

Aethelleken praepositus 763.

Aethelrad rex Anglorum 848. 849. uxor 849. fil. Aethelstenus, Ethmundus.

Aethgiwa v. Ethgiwa.

Aethiopes 522.

S. Afrae corpus 127. eccl. v. S. Udalrici.

Africa 190. 245. 252. 253. 257. 263. 277. 287. 296. 316. 333. 436. 466. 479. 488. 498. 500. 526. 528 533. 549n. 568. 676. 689. 700. 712. 713. Africana regio 182. Africani (Sarraceni) 296. 298. 315. Afra gens 486. Afric. rex 296. 356. 549n. — Africae ecclesiae 689. — Africanum mare 316.

Agapitus papa 56. 221. 366n. 393. 395. 399. 403. 602. 603. 609. 612. 717.

Agareni, Aggareni, Agarenses 205. 207—210. 216. 245. 247. 248. 257. 263. 264. 498. 503. 506. 508—511. 514. 516. 517. 519—521. 527—533. 536—543. 547. 553. 701. 711—713. 716. 721. A. Libici 247.

S. Agathae castrum, civitas 228. 260. 261. 540. 541. principes Landulfus, Pandulfus.

S. Agathae eccl. Rom. 715.

Agefrid princeps 237.

Agefrit 208.

Agelmundus rex Langob. 217.

Agelmundus Benevent. 495. 497.

Ageltruda, uxor Widonis imp. 202. (204. 205). 545.

Agenoldus abb. Gorziensis 394. 402. 602.

Agilbertus v. Angilb.

Agilulfus, Aiulfus, Agilwardus, rex Langob. 186. 217. 232. 239. 470. 873.

Agilwardus v. Eilwardus.

Agina praefectus 442.

Agio v. Aio.

Agnes, filia Wilhelmi Pictav., uxor Heinrici III. imp. 6. 70. 104. 105. 126. 127. 168.

Agnes, filia Irmendrudis 215. 407.

Agnes, filia Agnetis sup. 215.

Agnes, uxor Gaufridi Martelli 168.

Agnes 71.

Agoldus abb. Monast., episc. Strazburg. 153.

Agrippina civitas v. Colonia.

Agropolis v. Acropolis.

Aguenardus gastald. Capuae vet. 208.

Aid, Aeid v. Eid.

Aidan episc. Lindisfarn. 116*.

Ailbertus Candidus 443.

Ailwardus v. Eilwardus.

Aimericus comes 171.

Aio, Ayo, Alo, filius Arechis, dux Benev. (173?). 200. 211. 471.

Aio, Alo, filius Adelchisi, princ. Benev. 174. 188. 201. 202. 206. 212. 256—263. 471. 538—542.

Aio, episc. Benevent. 174. 532. 536.

Aio, archiep. Benevent. 176.

Aio, Agio, archiep. Capuan. 69. 206. 207.

Aio, episc. Salern. 516.

Aioaldus praef. Caiaziae 250.

Airardus, Ayrardus, episc. Noviom. 380. 585.

Aisna fl. v. Axona.

Aistulfus v. Haistulfus.

Aiulph gastaldeus Benev. 208.

Akyprandus Reatinus 714.

Ala, *Oelsburg?* 768.

Alahis, Halahis, dux Langob. 232. 233.

Alamanni, Alemanni, Alimanni; Alamannia 12. 30. 33. 35. 39. 123. 129. 130. 134. 138. 140. 141. 150. 170. 383. 467n. 472. 476. 477. 512. 553. 704. 705. 707. 765. 794. 796. 807. (cf. Suevi). Alamanni, Alamannia i. e. Germani, Germania 193. 194. 207. 553. 555. 556. Alemannorum rex Otho 623n. — Alemannorum i. e. Burgundionum rex Conradus 625. — duces Gotofredus, Lantfridus, (Lantfridus), — Burchardus, Herimannus, Liudulfus, Burchardus, Otto, Conradus, Herimannus, Ernestus, Ernestus, Herimannus, Otto, Otto de Suinvardi, Ruodolfus, Fridericus, Bertolfus, Fridericus.

Alani (Ilani 697.) 219. 512. 697. 703.

Alanus princeps Brittonum 391. 593. 596.

Alardus, filius Hugonis militis 165.

Alardus de Viliari 166.

Alaricus rex Gothorum 30. 697. 698.

Alatrinensis episc. 342.

Alba, *Alba* 112. episc. Gregorius, Iohannes, Rudulfus,

Alba, *Albi*; episc. Constantinus.

Alba 194.

S. Albani eccl., monast. Mogunt. 40n. 60. 61. 105. 404. 462. 747. 756. abb. Theodericus.

Alberada, Alfrada, filia Ludowici IV. Galliae regis 215. 407.

Alberada abbatissa Molinbekensis et Wongerestorf. 100. 102.

Albericus marchio 297. 313. 714.

uxor (concubina) Marotia; fil. Albericus, filiae 712.
Albericus, filius Alberici et Marotiae, patricius, princeps Rom. 219. 297. 303. 313. 315. 316. 328. 358. 361. 381. 383. 389. 393. 403. 553. 554. 689. 714—717. uxor Alda; filius Octavianus (Ioh. XII. papa).
Albericus archiep. Rem. 163.
Albericus episc. Osnabrug. 101.
Alberichus episc. Mind. electus 95.
Albericus abbas S. Germani 168.
Albericus decanus S. Germani 168.
Albericus monachus Heremi 143.
Albericus 100.
Albertus v. Adalbertus.
Albertus dux 161.
Albertus episc. Brix. 604.
Albi comes, filius Guncelini 787.
Albianum; cella S. Apollinaris cognomento Albianum 225.
Albigenses heretici 163.
Albis, Albia, Alpia fl. 4. 31. 37. 38. 41. 54. 64. 67. 68. 71. 74. 79. 85. 460. 735. 739. 749. 764. 773. 793. 801. 810. 813. 820. 822. 823. 829. 841. 843. 852. 955. Albiani 112.
Alboin, Albuin, rex Langobard. 186. 200. 214. 217. 232. 239. 470. 699. 700. 873.
Albula fl. i. e. Tiberis 698.
Albus Vicus 228.
Alb(u)winus praepos. Hersveld., abb Niunburg. 99. 100.
Alceia, *Alzey* 46.
Alchuinus 123. 170.
Alcieco dux Sclavorum 542.
Alcisus 259.
Alda, uxor Hugonis regis Ital. 306. 316. 319.
Alda, filia Hugonis regis Ital., uxor Alberici 316.
Aldebertus v. Adelbertus.
Aldenburg, Antiqua civitas; episc. Reginbertus, Bernhardus, Reinoldus.
Aldeprandus v. Hilprandus.
Aldericus Capuanus 262.
Aldfridus v. Altfridus.
Aldus Dubis fl. *Doubs* 609.
Alea fl. *Ale* 370.
Alexander Magnus 418.
Alexander, Alexius, frater Leonis VI. imp. Const. 174. 188. 212. 257. 296. 308. 538. 539. 549n.
Alexander II. papa 71. 105. 127. 158. 180. 181. 189.
Alexander III. papa 147. 148. 154. 158. 159. 192. 193.
Alexander de Baiselles miles 165.
S. Alexandri eccl. prope Gronam 825.
Alexandria 711. eccl. Alexandrina 316. 676.
Alexandrini templum 716.
Alexius I. imp. Constant. 182.
Alfanus archiep. Ben. 167. 177.
Alfanus archiep. Ben. 172. 177. 179.
Alfanus abbas 245. 498. 499. 501—503.
Alfanus, pater Gemmae principissae Salern. 558.
Alfkerus abb. Palith. et S. Iohannis Magdeb. 792. 811. 884.
Alfrada v. Alberada.
Alfricus senior 779.
Algegisus Capuanus 260.
Alienor, uxor Heinrici comitis de Bar 165.
Aligernus abb. Casin. 172.
Alim rex Arabum 187.
Ali rex Sarracenorum in Italia 199. cf. Allikus
Alim armiger 509.
Alipergum 180.
Aliphe, Aliffae, *Alliffi* 209. 229. 250n. 253. 533. territorium Alifanum 243.
Allikus califus Sarracen. in Italia 208.
Allobroges 313.
Aloara, Alvara, uxor Pandulfi Caputferr. 172. 209. 210. 556.
Aloara, uxor Landonis com. 228.
Alpes 77. 78. 88. 134. 179. 207. 369. 373. 376. 378. 379. 381. 388. 400. 401. 429. 571. 599. 609. 619. 625. 752. 753. 772. 837. 873. Cotiae (Cotziae, Gottiae) 816. 700. 706. Penninae 218. 569. (Appenninae) 873. Cisalpini 596. Cisalpina Gallia i. e. Burgundia 370 etc. Hugo Cisalpinus 386. 591. Cisalpinae partes 796. Cisalpini antistites 814. Transalpini 781. Trasalpina gens 705. terra 717. montes 718.
Alpirspacenses 147.
Alsatia 141. 142. 153. 324—326. 796. 807. Elisatius pagus 372. 386. 591. dux Alsatiae Herimannus 791. Fridericus 115.
Alstanus v. Adalstanus.
Alstedi, Alstide, Altstedi, curtis regia 86. 87. 89. 102. 794. 819. 832. 838. 839. 852. 857.
Altaha monast. 35. 91n. 93. 94. 99. abb. Godehardus, Wolframnus, Ratmundus.
Alteburga, uxor Hemmanuelis imp. Const. 219.
Altfridus, Aldfridus v. Egfrid.
Altfridus, Alfridus, episc. Hildesh. 48. 50.
Altisiodorum v. Aut.
Altmannus episc. Patav. 130.
Altmannus episc. 858.
Altmannus 868.
Altmannus 99.
Altmarus comes 574.
Altusmons, Altimons, Altmons, *Omont* 368—370. 389. 390. 392. 398. 399. 404. 593.
Altwinus episc. Brix. 135.
Alwinus nobilis 838.
Alwred sanctimon. 854.
Alzechus, Vulgar 223.
Amalarius archiep. Trever. 154.
Amalfia, Almalfia, Malfia; Amalfitani 190. 191. 211. 224. 250. 253. 254. 256. 333. 357. 359. 504—507. 511—513. 531. 534. 536. 539. 551. 552. 558. 559. 700. 713. comites 513. Manso; episc. Petrus.
Amalricus missus Rem. ecclesiae 381.
Amantea 236. 257. 548n.
Amardela, *Amerthal* 800.
Amarmurmulus, Aaron, rex Persarum 40. (139). 710. 711.
Ambatia, *Amboise* 652.
Ambianum, Ambianis, *Amiens* 375. 380. 383. 390. 398. 400. 404. 596. episcipo Otgarius, Deroldus, Tetbaldus, Ragembaldus, Godesmannus. — Ambianensis pagus 375. 386. 591. 594. 692.
Amblidum, *Ambli* 390.
Ambrosius archiepisc. Mediol. 696.
Ambrosius comes Pergami 274. 281.
Ambrosius primicerius 473.
S. Ambrosii eccl. Mediol. 238. 335. 703.
Amedeus, miles Berengarii 327. 332.
Amelburga, uxor Irminfridi Thur. reg. 31. 420.
Amelmaster v. Masser.
Americensis episc. 266n.
Amicus abb. S. Sophiae Ben. 190.
Amicus 342.
Ammon v. Piamonus.
Amolongus episc. Ferden. 753.
Amorbachensis ecclesia 118.
Amphitheatrum, theatrum, arena, (cf. colossus) prope Capuam 254—256. 261. 515. 536. 541. scara theatralis 261.
Amul, Gothorum potissimus 31. Amulung 31.
Amulred, uxor Erp 828.
Amulric episc. 858.
Anagnia 196. episc. Iohannes.
Anagrates, postea Luxovium vocatum 220. 221.
Anastasius (qui et Arthemius 187.) imp. Constant. 153. 156. 187. 212.
Anastasius III. papa 175.
Anastasius IV. papa 158.
Anastasi stratigos Graecorum 550.
Anastasius mon. monast. S. Silvestri 697.
S. Anastasii reliquiae 46.
S. Anastasii abbas, papa Eugenius III. 192.
Ancona 710. Anchonitanus portus 354.
Andarnacha 50. 51. 315. 325.
Andegavum, *Anjou* 34. 571. 623n. comites Fulco, Goffridus, Fulco, — Karolus
Andreas rex Ungariae 126.
Andreas I. dux Neapol. 211.
Andreas II. dux Neapol. 212.
Andreas episc. Laud. 694.
Andreas episc. Frag. 121.
Andreas abb. Mosom. 163.
Andreas presbyter 233.
Andreas arcarius 342.
Andreas missus 223.
Andreas praefectus 337.
Andreas praefectus Montiniaci 390.
S. Andreae corpus 711.
S. Andreae eccl. in Graecia 361.
S. Andreae eccl. in fundo Graniani 716.
S. Andreae monast. prope Romam 225. 698. 704—708. 711. 712. 716. 720. 722. abb. Leo.
Anfusus (*Alfonsus*), filius regis Rogerii 210.
Angarii 424.
Angelarius abb. Casin. 259. 261. 540.
Angelarius levita 225.
Angelberga, Engelberga, uxor Ludowici II. imp. 224. 236. 238. (252. 253. 531. 533). 721. 722.
Angelbertus archiep. Mediol. 234. 235.
Angilbertus, frater Gotberti 400. 609.
A(n)gilbertus abbas 708.
Angelramnus, Engilramnus, episc. Mett. 117*. 156.
angelus, signum Saxonum 435. 458.
S. Angeli arx Romae 118. 715. ecclesia usque ad coelos 313.
S. Angeli castrum (oratorium 179.) in Gargano 177. 179. 208. v. Garganum.
S. Angeli castellum in Carris 510.

S. Angeli castellum in Cilento 191.
S. Angeli castellum in Monte aureo 519.
S. Angeli turris 515.
S. Angeli eccl. in monte Grifianello 716.
Anglena 259.
Angli 7. 31. 32. 71. 128. 152. 320. 369. 373. 386. 398. 419. 448. 573. 598. 607. 847. 849. 863. Angli Saxones 32. 71. 420. Angli et Saxones 181. Anglia, Anglica 105. 162. 165. 566. Anglica terra 112. Anglorum terra 181. Anglorum archiep. Augustinus 153. rex 8. 54. 112. 113. 141. 148 (Richardus). 315. Anglingus. — cf. Nordanembr. — Conradus, Eadwardus, Adelstanus, Ethmundus, (Suen), Aethelrad, Aethelstenus, Chnut, Willihelmus, Iohannes, Eduardus (Oswaldus). — Anglicum bellum (1066) 158. — Anglorum historia (Beda) 420.
Anglingus rex Anglorum 31.
Anguberinus castellanus 165.
Anisunianus urbs 510.
Anitium, *Le Puy* 571.
Anna, Roman. 343.
Anno archiep. Colon. 71. 104. 105. 127. 154.
Anno abb. S. Mauricii Magd., episc. Wormac. 365n. 750. 755.
Annosus dux Sarracen. in Italia 253. 527. 533.
Anscarius marchio Eporegiae 274 284.
Anscarius, fil. Adalberti, marchio Spolet. 298. 315. 317. 326—329.
Anschisus, Ansgisus, Angisus, dux 19n. 30. 33. 153. 156. 214.
Ansegisus episc Trecensis 374. 399. 583. 608.
Ansegisus abb. Luxov. 221.
Ansellus vasallus Bosonis 379.
Anselmus abb. Nonantul. 239. 475.
Anshelmus abb. Heremi 149.
Anschelmus (Anschelmus?) Corbei. 18.
Ansfridus comes, patruus Ansfridi sequentis (frat. Rotberti archiep. Trev.) 777.
Ansfridus comes, episc. Traiect. 80. 91. 93. 777. 778. 810. 830. uxor Hereswit; filia 777. 778.
Ansfridus, Lothar. 436. 445. 446.
Ansgard, uxor Ludowici II. regis Gall. 214.
Ansgarius, Anscarius, archiep. Hamb. 3. 48.
Anso, filius Datmari, Benevent. 183.
Ansoaldus (Agoldus) episc. Strazburg 153n. 2.
Anspertus archiep. Mediolan. 237.
Ansprandus, Asprandus, rex Langob. 187. 218. 233. 239. 470. 872. 873
Antenianus locus 256.
Antenor princeps Francorum 30
Antimus dux Neapol. 212.
Antiochia, Anthyochia 14n. 106. 121. 135. 158. 183. 186. 190. 316. Antiocena ecclesia 676.
Antiqua civitas v. Aldenburg.
antiqua civitas v. Merseburg.
Anto episc. Brix. 135
Antonius episc. Brix. 237. 327. 335. 355.
Apolaffar dux Sarracen. in Italia 508—510.
Apollinaris abb. Casin. 198. 225.
Apollinaris abb. Flavin. 151.
S. Apollinaris cella 225.
S. Apollinaris eccl. Rom. 716.
S. Apollinaris Raven. abb. Honestus.
Apollo 423.
S. Apostolorum eccl. Constant. 310.
S. Apostolorum (Philippi et Iacobi) eccl. Rom. 699. 715. 716. 721.
S. Apri monast. Tull. 382.
Apud-Montem, *Abamont*, castellum 540.
Apulia, Appulia, Apuleia 5. 39. 104. 121. 168. 174. 178—180. 182. 183. 189. 191—194. 201—204. 206. 208. 216. 226. 246. 248. 253. 260. 261. 287. 296. 348. 361. 462. 464. 465. 471. 482. 485. 501. 508. 516. 519. 520. 527. 533. 540. 543. 549. 551. 554—556. 701. 710. 711. 721. 747. 748. Apulienses 261. 263. 542. princeps Rozir, duces Robertus, Rogerius, Wilhelmus, Rayno, Fredericus rex. — Apuliae ducatus vexilla regi Rogerio tradita 192.
apum magister 842.
Aquae, *Acqui* 287. 296. 315. 316.
Aquae, in Wasconia; episc. Odelricus.
Aqua-pudida 193.
Aquae Salviae 699.
Aquarium castrum 704.
Aquilegia, Aquileia 290. 301. 304. 316. 447. 489. 702. 710. patriarcha 61. 756. Ingelfredus, Iohannes, Poppo, Eberhardus, Gotebaldus, Rabengerus, Heinricus, Fridericus, Udalricus.
Aquinum, Aquinenses 178. 199. 226. 228. 471. 489. 552.
Aquisgrani, Aquaegrani, (Aquae Grani palatii 436. 437. thermae Grani palatii 314), Aquae 5. 7. 42. 43. 61. 64. 65. 70. 72. 77. 78. 81. 91. 92. 93. 97. 107. 110. 111. 112. 122—125. 139. 144. 145. 151. 154. 221. 242. 247. 364n. 390. 394. 398. 400. 436. 437. 453. 574n. 578. 601. 607. 621. 689. 690. 704. 708. 712. 743. 761. 767. 781. 783. 796. 798. 841. 854. 857. 866. capella Aquensis 778. Aquense imperium i. e. Lotharingia 245. (247).
Aquitani, Aquitania, (Aequitania, Equitania), Gallia Aquitanica 19n. 36. 138. 139. 150. 151. 234. 235. 245. 247. 371. 373. 379. 402. 403. 405. 429. 569. 570. 571. 573. 582. 584. 586. 596. 609. 610. 616. 627. 634. 651. 657. 659. 705. 710. 712. reges Hludowicus, Pippinus, Pippinus; — dux 407. Wilhelmus, Wilhelmus, Wilhelmus.
Ara fl *Ohre* 37. 749. 820.
Arabes 186. 523. reges (chalifi) 186 sqq.
Aragonum rex. Petrus.
Araris fl. 482. 569.
Arcae, *Arques* 391. 596.
Arce 198. 200n. 227.
Arcodus miles 327—329.
ad Arcum 702.
Ardericus archiep. Mediol. 335.
Arderici carmen 468. 469.
Ardignus comes 532.
Ardincus monachus Masciac. 170.
Ardoinus, Hardwigus, rex Italiae 216. 217. 783. 797. 798. 805. 807. 833. 837. 844. cf. Harduinus.
Arechis, Arichis, Archis, dux Benev. 186. 200. 211. 471.
Arechis princeps Benev. 173. 187. 198. 201. 202. 212. 242. 243. 471. 476—483. 485. 488. 489. 548. uxor Adelperga; filii et filiae 483.
Arichis, filius Dauferii Balbi 246.
Arechisi 511.
Arelate, Arelatenses (216?) 219. 570. Arelatensium comes Hugo rex 316. comes Wilelmus; episc Manasses, Boso.
Argentina v. Strazburg.
Argirus dux Graecorum 179.
Argon a silva 629.
Argos i. e. Graecia 282. 360. Argivi, Argibi 308. 481. 542—544. Argolici 360. Argorum terra 357. Argorum imperator 298. Argivus exercitus 353. Argivae falanx 204.
Arhen i. e. Orheim 32.
Aribo archiep. Mogunt. 90. 95. 97. 98. 118. 125.
Aricia, Aritium, *Arezzo* 127. 223. 722. episc. Everarius, Aethelbertus.
Ariminum 710.
Arioald rex Langob. 186. 217. 232. 239. 470. 873.
Aripertus I. rex Langob. 187. 232. 239. 470.
Aripertus II. (Heribertus 33. Ereberectus 700.) rex Langob 33. 218. 233. 239. 470. 872. 873.
Aris i. e. Mars 8n. Arispolis, Arisburg i. e. Heresburg 8n.
Aristarchus princeps militiae Roman. 30.
Aristotelis libri 617. silogismi 309.
Aritbertus v. Charibertus.
Arlenda (Arelate?) 216.
Arlicurt 161.
Armeni 277. 310. Armenia 488. 522.
Arn archiep. Salzburg. 122.
Arn episc. Wirzburg. 50. 51. 735.
Arna rivus 399.
Arnaburch, Harnaburch 778. 813. 825. 830. 847. comes Brun. — Arnesburgensis princeps Fridericus.
Arnaldus, Lothar. 436. 445. 446.
Arnaldus, Arnoldus, miles Hugonis 378. 379. 388. 592.
Arnoldus, filius Karoli M. 138.
Arnoldus episc. Constant. 131.
Arnoldus abb. Corbei. 6.
Arnoldus abb. Weissenb. 70.
Arnoldus hereticus 147.
S. Arnulfus, pater Anchisi 153. 214. transl. 161.
Arnulfus, Arnolfus, Arnoldus.
Arnulfus, fil. Karolomanni, rex et imp. (rex Gallorum 202. cf. 715.) 3. 50. 51. 119. 140. 145. 157. 202. 214. 215. 274. 276. 279—284. 286. 288. 417. 425. 426. 430. 715. 735. 741. 806. 817.
Arnulfus, fil. Liutpoldi, dux Baioar. (et Carentinorum 314.) 4. 141. 286. 291—293. 303. 314. 326. 428. 429. 436. 437. 438. 440. 447. 467n. 742. filii 440. 447. 448. 449. 454.
Arnulfus, fil. Arnulfi sup. 449. 450. 454. 457.
Arnulfus, fil. Balduini, comes Flandriae 375. 382. 385. 386. 388—395. 398. 406. 589. 590. 593—597. 601. 613. uxor filia Heriberti 382. filius Balduinus.
Arnulfus II, nepos Arnulfi sup., comes Fland. 406.
Arnulfus comes Lothar. 407.
Arnulfus, Arnoldus, frater Heinrici II. imp., archiep. Raven. 82—84. 837. 858.
Arnulfus, filius Lotharii regis Galliae, archiep. Rem. 161. 636—648. 651. 653. 655—657. 658—694.

Arnulphus archiep. Trever. 160.

Arnulfus episcop. Aurelian. 625. 644 — 648. 658 — 660. 662. 663. 666. 671—679. 684. 685. 688.

Arnulfus episcop. Halberstad. 73. 74. 76. 82. 86. 88. 96. 775. 780. 791. 795. 802. 803. 805. 811. 822. 826. 827. 831. 834. 843. 852. 853. 861.

Arnulfus, Arnoldus, abb. Hersveld. 94. 98. 846.

Arnulfus abb. S. Vincentii Mett. 158.

S. Arnulfi monast. Mosomag. 164.

Aroaldo, Arud (? filius Romualdi) 701.

Arpina, Erpinum, Yrpinum 188. 200n. 228.

Arranes dux Sarracen. in Italia 263. 543.

Arrane, Sarrac. 528.

Arricus dux Capuae 210.

Arricus abb. Cavens. 194. 195.

Arsenius episc. 721.

Artheinius episc. 223.

Arthéula salina 716.

Artoldus, Artaldus, archiep. Rem. 364. 365n. 380—383. 385—390. 392 —405. (451). 585. 586. 588. 589. 592. 595. 599. 601—603. 605. 606. 610 —612.

Arverna, Arvernis, Averne, Alvernus, *Clermont* 158. 169. 371. episc. Stephanus. — Arvernicus pagus 571. 610 (quae est Aquitaniae pars)

Ascalona v. Accaron.

Ascelinus episc. Laudun. 168.

Ascheric, Esericus, Saxo 56. 750.

Asclittinus comes Normann. 210.

Asculum, Ausculum, Esculum 174. 177. 260n.

Asia 333. 436. 488. 568. 676.

Asic dux Mesaburiorum 438.

Asico presb. inclusus 80.

Asnidi, Aesnidi, *Essen* 103. abbat. Theophanu.

Asparich rex Bulgar. 187.

Assyrii 354. 355. 357.

Astagnum 180.

Atella 259. 261.

Atenulfus, Atenolfus, Adenulfus, Athnulph.

Atenulfus I, filius Landenulfi, gatald. Calbensis, comes Capuae, princeps Benev. 174. 175. 188. 202. 204. 206. 208. 210. 212. 230n. 254. 255. 257. 259. 260. 536. 540—543. 547 - 549. mater 548.

Atenulfus II, filius Atenulfi I, princ. Ben. et Capuae 175. 188. 202. 206. 208. 210. 212.

Atenulfus III, filius Landulfi I, de Calinulu 188. 202. 209. 210. 213. 551. 556.

Atenulfus, filius Pandulfi Caputferr. 209.

Atenulfus praefectus Aquin. 552.

Adenulfus episc. Capuan. 189.

Atenolfus, filius Paldulfi, abb. Caven. 172. 219.

Athanasius episc. et dux Neapol. 205. 208. 212. 254—263. (526). 538—541. 543 - 547.

Athela, Aethela, uxor Geronis com. 761.

Athela, Ethela, uxor Sigefridi com. 775.

Athela marchya 107.

Adhela inclusa 80.

Athelbero, Athelbertus etc. v. Adalb.

Athesis (Aedissa 114.) fl. *Etsch* 287. 295.

Athilger praep. Halberstad. 84.

Athulfus miles 792.

Atine 198. 228. 230.

Atmanus v. Utmagnus.

Atoniaca fiscus 401.

Atrabatum, Atrabatis, Atrabatenses 375. 380. 394. 574. 583. 584. Atrabatensis pagus 372. 376. Atrabatensium comes Adelelmus.

Atranum, Atraniensis urbs 511. 513.

Attala abbas 837.

Atticum eloquium 350.

Attila rex Hunorum 31. 32. 304.

Attiniacum, *Attigny* 38. 139. 371. 374. 378. 380. 387. 581. 584. 593. 623. sedes regia 581.

Aucharius dux, missus 472.

Audegarius episc. Turon. et abb. S. Martini 170.

Audelaius, Audelachis, Adilaus, Andelais, filius Romualdi II, dux Benev. 187. 200n. 212. 471.

Audoin rex Langob. 217.

Audoinus, Audwinus, episc. Constant. 34. 138.

Auduini 511.

Audowardus comes Bar. 165.

Audpert abb. Casin. 198.

Aufidus fl. 200.

Auga, *Eu*, castrum 375. 377. 583. 584.

Augia (Sintleizaugia 147.), *Reichenau* 44. 140. 141. 146. 147. 153. 794. insula 44. 851. abb. Pirminius, Heddo, Hatto, Eggehardus, Ruotman, Witegowo.

Augusta (Augustburg 93. 100.), Augustenses 90. 93. 99. 100. 103. 105. 115. 124—136. 288. 449. 453. 458. 745. 746. 782. 805. 817. episc. Udalricus, Heinricus, Etich, Liudolfus, Gevehardus, Sigefridus, Bruno, Eberhardus (Eppo), Heinricus, Embrico, Sigefridus, Wigoldus, Eggehardus, Herimannus.

Augusti mausoleum 706.

S. Augustini instituta 613.

Augustinus archiep. Anglorum 32. 153.

Augustinus abb. S. Faronis Meld. 643.

Augustodunum, *Autun* 123. 150. episc. Gualterus. — territorium Augustodunense 42. pagus Augustodunensis 373.

Aurasicani, *O ange* 570.

Aurelianis, *Orleans* 166. 169. 600. 610. 634. episc. 612. Arnulfus.

S. Aurelii corpus 45. 504.

Aureus episc. Mogunt. 35n.

Auscii, *Auch*; archiep. Oriencius etc. Austindus, Guillelmus.

Ausencius 261.

Ausonensis episc. Hatto.

Ausonia i. e. Italia 360. 504. 519. Ausonii 206.

Austindus archiep. Auscionum 171.

Austradus 151.

Austrasii 220. 221. Austria i. e. Austrasia 123. Auster Pippinus 167.

Austria, *Österreich* 121. 122. marchiones Liutpoldus, Heinricus, Adalbertus, (Liutpoldus II), Ernist, Liutpoldus III; dux (1267) 194. 195.

Austura 195.

Authari rex Langob. 186. 217. 232. 239. 470. 873.

Autharis legatus Karoli M. 484.

Autharius abb. S. Germani 166.

Autisiodorum, *Auxerre* 387. episc. Waldricus, Wido, Heribertus. — comes Altissiod. imperator Constantinopol. coronatus 193.

Autprandus, Auprandus, legatus 521. 527.

Avalonum, *Avalon*, castrum 379.

Avares, Avari 39. 117. 139. 232. 523. 697. 702. 710. i. e. Ungarii 417. 425. 434. 450. 455. 466. 739. (cf. ib. n. f.). 744—746.

Avasgi 477.

Avellinum v. Abellinum.

Avennacum monast., *Avenay* 387. 388. 592.

Aventicum, episc. v. Lausona.

Aventinum, Abentinum 199.

Aversa 191. com. Riccardus.

Avico capellanus 764.

Avinio, Avignon 163. 196.

Avitus abbas 137n.

Avium mons, *Vogelberg* 330.

Avo abb. Corb. 3.

Avo infans 5.

Axente (i. e. Auxentius) archiep. Mediol. 696.

Axona fl. (Aisna 569n. Esne 623n.) 370. 371. 387. 397. 402. 581. 592. 610. 623. 678.

Azelinus episc. Hildesh. 104.

Azo, Azzo, Benev., gener Siconis 496. (498. 511).

Azo, Azzo, scriniarius Iohannis XII. 340. 342. 346. 717.

Azo, Romanus 342.

B.

Babenberg, Bavenberg, Bavanberg, Papenperch etc. 60. 61. 80. 85. 89. 93—96. 100. 113. 116. 124—126. 130. 131. 144. 159. 289. 747. 791. 802. 814. 823. 844. 845. 857. 860. episcopatus fundatus (80. 94). 124. 814. episc. Eberhardus, Suitgerus, Adelbero, Guntherus, Herimannus, Ruotpertus, Otto.

Babianum castrum 705.

Babilonia 245. 277. 350. 700. Babilonici 343. Babiloniae rex 107. 127. 712.

Babo abb. S. Germani 167.

Bacarensis (Bracarensis) episc., papa Gregorius (VIII) electus 114.

de Baccani campus 714.

Bacco, Saxo 56. 750.

Bada fl. *Bode* 442. 749. Suevi Transbadani 424.

Badiliki, *Belike* 440.

Bagdae 277.

Baianus, fil. Simeonis reg. Bulg. 309.

Baioaria, Bawaria, Baiaria, Baiora, Baveria (219.), Boioaria, Boaria, Pauwaria (131.); Baioarii, Bigoarii, Baiovarii, Baarii, Pawariietc. (Norici 92. 142. dux Noricus 104.) 60. 65. 78. 91. 95. 105. 107—109. 130 —132. 134. 140. 141. 215. 234. 238. 245. 247. 273. 274. 276. 281. 288. 291 293. 303. 306. 314. 349—351. 359. 381. 402. 403. 428. 429. 440. 447. 449. 450. 454. 455—459. 705. 707. 710. 714. 741. 742. 745. 746. 750. 752. 753. 755. 760. 765. 766. 768. 773. 793. 794. 796—799. 805. 808. 809. 817. 830. 833. 842. 854. 860. 867. bella cum Francis 39. 122. 138. 139. 151. rex Pippinus ibi constitus 19n. — Ludovicus de Baioaria (fil. Lud. Pii) 218. 872. Karolus de Baveria 219. — bella cum Ungariis

4. 50. 51. 58. 59. 119. 140—142. 289. 291. 296. 447. Baioaris a rege Ovone vastata 103. 126. — Baioaricum, Baioariorum regnum 73. 443. (cf. 454. 745. 794. — duces Odilo, Tassilo, — Liutpoldus, Arnulfus, Bertholdus, Heinricus, Heinricus, Otto, Heinricus minor, Heinricus postea rex, Heinricus frater Cunigundae, Heinricus filius Conradi II, Conradus, Agnes regina, Otto, Welf. — Baiaricus limes 72. marchio Geroldus; marchia inter Ungarios et Bawarios posita 867. cf. Austria. — Baugoarius genere Heilolvingus 170.

Baiocae, *Baieux*; Baiocenses 374. 375. 391. 392. 570. 597. 598.

Bair, dux Robertus.

Baldericus episc. Camerac. 879.

Baldericus episc. Leod. 403.

Baldericus, Baldericus episc. Leod. 84. 93. 869.

Baldericus episc. Spir. 63. 70.

Baldericus episc. Traiect. 91. 395. 603. 738.

Baldericus comes 84. 851. 852. 863. 867. uxor 84. 851. 852.

Baldricus miles 853.

Baldericus miles 856.

Baldewinus I. rex Hierosol. 7. 107. 114.

Baldewinus II. rex Hierosol. 114.

Balduinus, frater ducis Loth., imp. Constant. 159.

Balduinus I. comes Flandr. (princeps Morinorum 574.) 376. 379. 574. filii 376. Arnulfus.

Balduinus II, fil. Arnulfi, comes Flandr. 404. (613).

Balduinus III, fil. Arnulfi II, comes Flandr. 79. 813. 814.

Balduinus IV, fil. Balduini sup., comes Flandr. 126. 161.

Balem villa 164.

de Ballinstedt, Otto.

Balmensis locus, monast. 150.

Balsamus abb. Caven. 193.

Balsamus vestarius Salern. 558.

Balthart abb. Hersveld. 40.

S. Baltildis monast. 623.

Banachus dux Arabum 187.

Bar, Bera, castrum 101. 158. 161. comites Heinricus, Theobaldus, Heinricus, Audowardus, Heinricus. — Barriducis (*Bar le Duc*) comes 164. 165.

barbari i. e. pagani (Slavi) 75. 427. 433. 434. 436. 436n. 439. 444. 446. 450. 460—463; (Nortmanni) 570—572. 598; (Sarraceni) 627. 634. 700. 712. — i. e. exteri 587. Franci in Italia 713. barbaria 75.

S. Barbatus episc. Benev. 700. 702.

Barcillona 429. Barcinonensium fines 44.

Bardangaa, Bardengau 73. 776. Bardangai 38.

Bardewîk 39. Bardewicensis moneta 8.

Bardi i. e. Langobardi 470. 486. 488. 554. 560. Bardica cohors 264. 483. Vardigenae 470.

Bardo, Bartho, abb. Werdun., Hersv., archiep. Mogunt. 98. 101. 102. 104. 125. 126.

Bardo, Thuringus (filius Burchardi ducis?) 427.

Bardo, frater Gozilonis 629.

Bardonis mons 283. 284. Bardum, Hannibalis via 284.

Barolum 247n.

barones 161. 164. 192. 195.

Barsaci patricius Grasous 203.

S. Bartholomaei corpus 173. 194. 219. 701. oratorium Benev. 174. 194.

Barum, Baris, Farum, Varum etc. *Bari* 106n. 116. 153. 174. 177. 180—183. 190—192. 199. 203. 205. 208. 223—228. 236. 248. 252. 253. 256. 260—263. 353. 357. 360. 508. 511. 520. 521. 524—526. 533. 534. 538. 540—542. 548n. 554. 556. 711. 712. 721.

Basilea, Basula 144. 845. 867. episc. 797. Haito, Beringerus, Burchardus, Radolfus, Bertholfus, Adelbero, Ordliep, Ludowicus.

Basilius I. imp. Constantin. 188. 212. 256. 273. 276. 277. 302. 309. 519. 521. 538.

Basilius II. imp. Constantin. 79. 176. 188. 189. (347). 356. 358.

Basilius parakimumenos 350. 351.

Basilius dux Neapol. 211.

S. Basilius archiep. 696.

Basina, Thuringorum regina, uxor Chilperici 220.

S. Basoli abbatia prope Remos 384. 387—389. 401. 592. 595. 643. 659. 683.

Bassacius abb. Casin. 198. 199. 219. 224. 227. 247n. 248.

Baugulfus (Gangolfus 41n. 43n.) abb. Fuld. 43. 117*. 117n.

de Bauuic, dux 165.

Bawaria v. Baioaria.

Bazowa v. Patavia.

Beatrice, filia Conradi II. 90.

Beatrix, filia Hugonis M. ducis 215.

Bececio miles 793.

Becelinus (Adelbrandus) archiep. Hamb. 100n.

Becelinus episc. Mogunt. 35n.

Becelinus episc. 858.

Becelinus comes 765. 780.

Becelinus, frater Ecelini, comes 765.

Becilinus comes 846.

Beda presbiter 34. 116*. 117. 136. 138. 153.

Bekelenheim 109.

Bel rex Ungar. 127.

Belegori (pulcher mons) *Belgern* 822. 826. 856.

Belekuegini, uxor Dewiux 862.

Belgae, Belgici. Belgica, Gallia B 569. 573. 574. 576—586. 589—591. 593. 599. 601. 606—608. 610—612. 621. 623—625. 628—630. 633. 652. 673. Belgici exteriores 591.

Belvacum, *Beauvais* 583. episc. Hildemannus, Erluinus, Hildegarius, Heriveus. — Belvacensis pagus 372. 375.

Belxam pagus 4. 765n.

Benafrum, Benafranum castrum, *Venafro* 230. 250.

Benedictus I. papa 152.

Benedictus IV. papa 549.

Benedictus V. papa (antea card. diac.; Gramaticus dictus 718.) 60. 342—344. 346. 407. 672. 718. 752. 754. 772. 785. 831. ossa Romam translata 785.

Benedictus VI. papa 137. 176.

Benedictus VII. papa 137. 699. 763.

Benedictus VIII. papa (854. 94. 124. 125. 157. 177. 178. 189. 835. (836. 837). 850.

Benedictus IX. papa 6. 125. 126.

Benedictus X. papa 138.

Benedictus XI. papa 196.

Benedictus, papa Nicolaus II. 127.

Benedictus Gaietanus, papa Bonifacius VIII. 195.

Benedictus card. archidiac. 342. 346.

Benedictus card. tit. S. Sixti 342.

Benedictus episc. Cremon. 237.

Benedictus episc. Portuensis 342.

Benedictus episc. 717.

Benedictus (Bernardus) abb. S. Sophiae Ben. 183.

Benedictus, Romanus, spiritualis pater Ioh. XII. 343. 717 (idem?).

Benedictus subdiaconus et oblationarius 342.

Benedictus subdiaconus 342.

Benedictus scriniarus 342 (duo).

Benedictus: plures Romani huius nominis 342.

Benedictus monachus S. Andreae 695. etc. 711.

S. Benedictus 152. 198. 200. 211. 219. corpus 198. transl. 239. advenatus in Galliam 167. — S. Benedicti regula 14n. 67. cursus 42. 43. 154.

S. Benedicti congregatio 172. ecclesia, monast. in monte Casino 39. 198. 199. 200. 224—230. 244. 250. 251. 254—256. 259. 261. 263. 471. 473. 486—488. 497. 537. 538. 540. 705. 712.

S. Benedicti monast. prope Capuam 206—210.

S. Benedicti ecclesia ab Alexandro papa dedicata 189.

S. Benedicti terra 189.

S. Benedicti mon. Salern. abb. Iacobus, Robbertus.

S. Benedicti abb. Vulfaldus.

S. Benedicti ecclesia in fundo Cotteanum 705.

S. Benedicti ecclesia in Osterholtz 97.

Benencasa abb. Caven. 192.

Beneventum, Beneventani (Beneventaniti 63.) etc., Beneventanus principatus, Beneventana provincia etc. 4. 39. 48. 49. 62. 63. 114. 126. 144. 173—185. 189. 189. 191. 194. 195. 199—206. 208—210. 212. 219. 223—229. 230n. 235—237. 239. 242—263. 287. 296—298. 317. 350. 352. 354. 462. 471. 475. 476. 477. 479. 482—484. 486. 489—499. 501. 503—505. 507—511. 514. 518. 520. 527—534. 536. 538—549. 551—556. 699—703. 707. 714. 721. 722. 747. 753. 763. duces et principes 198—204. 211. 213. 471. episcopi Barbatus, David, Ursus, Aio, Petrus, Johannes, Iohannes; archiep. Landulfus, Pahlulfus, Aio, Alfanus, Bizantius, Alfanus, Madelfridus, Udalricus (Udelrisius), Milo, Roffridus, Landulfus. — Beneventanae prov. episc. 477.

Benno heremita, episc. Matt. 141. 157. 377. 378.

Benno, fil. Sigefridi, comes 791.

Benno 827.

Benno v. Bernhardus.

Bennopolis i. e. Hildesheim 22.

Berelais 206. 254.

Berengarius I. (Beringarius, Feringarius, Beringerus, Verengarius, Werengarius), Foroiulensis, rex Italiae et imp. 140. 188. 202. 215. 217. 218. 238. 264. 274. 276. 280. 281. 283—287. 290. 294—296. 298—301. 303—305. 328. 370. 373. 374. 471. 872. 873. Berengarici 300. — filia Gisla.

Berengarius II. (Verlengarius 471. Berinharius 449. sqq.), filius Adelberti, marchio Ivorgiae, rex Ita-

liae (Langobard. 58. 60 etc.) 58. 60. 61. 142. 188. 209. 216—218. 294. 298. 303. 315. 317. 318. 326—332. 334—338. 340. 341. 345. 347. 348. 359. 400. 401. 405. 449. 452. 453. 462. 471. 553. 554. 743. 745. 747. 873. uxor Willa; fil. Adelbertus, Cona, Gisla, Gerberga.

Berengarius princeps Brittonum 391. 596.

Berengarius, socer Gisleberti ducis 373.

Verengari ministerium 223.

Bern(e)gerus comes 48. 49.

Beringerius episc. Basil. 154.

Berengarius episc. Camerac. 403.

Berengarius episc. Gerund. 129.

Beringerus episc. Patav. 94.

Berengarius episc. Virdun. 386. (388). 394n. 395. 603.

Beringerus capellanus 814.

Bergamum v. Perg.

Bern miles 850.

Berna 782.

Berna v. Verona.

Bernaldus 511. cf. Bernhardus.

Bernerus abb. Mosom. 161.

Bernhardus, filius Karolomanni 214.

Bernhardus, filius Pippini, rex Ital. 41. 42. 214. 215. 234.

Bernhardus, filius Pippini, nepos sup. 214. 215.

Bernhardus, fil. Karoli III. imp. 214. 215.

Bernhardus, fil. Herimanni, dux Saxoniae 69. 75. 76. 78. 80. 84. 93. 753. 760. 766. 768. 770. 774. 782. 791. 795. 796. 805. 810. 821. filii Bernhardus, Thiatmarus, Mahtildis.

Bernhardus, fil. Bernhardi sup., dux Saxoniae 84. 93. 95. 822. 833. 841. 842. 851. 869.

Bernhardus, fil. Theoderici, march. 821. 838. 839. 850. 852. 853. 866.

Bernhardus (*l.* Burchardus) comes Palat. 850.

Bernardus, consobrinus Heriberti, comes 372. 381.

Bernardus comes 392. 597.

Bernardus comes Silvanectensis 390. 597.

Bernardus, Bernaldus, archiepisc. Salern. 516—518.

Bernhardus episc. Aldenburg. (Mekilenburg. 89. 96. 837. 862.

Bernharius, Bernhardus, episc. Ferdensis 5. 72. 82. 773. 795. 810. 846.

Bernhardus episc. Halberstad. 5. 52. 395. 442. 450. 466. 603. 741. 747. 749. 755. 837.

Bernhardus episc. Halberstad. 13n.

Bernhardus episc. Paderbrun. 115.

Bernhardus episc. Wirzburg. v. Bernwardus.

Bernardus abb. Cavensis 196.

Bernhardus abb. Clarevall. 16. 162.

Bernharius abb. Hersveld. 65. 66. 93.

Bernardus (Benedictus?) abb. S. Sophiae Benev. 183. 185.

Bernarius canon Magdeb. 864.

Bernardus miles Karoli M. 709. 710.

Bernardus partium Hugonis 399.

Bernhardus, Benno, miles 79. 811.

Bernhardus miles 79. 811.

Bernharius monachus Heremi 144.

Berno abb. Masciac. 170.

Bernuinus episc. Silvanect. 384.

Bernuinus episc. Virdun. 376. 381.

Bernwardus cf. Perenwardus.

Bernwardus episc. Hildesheim. 69. 74. 76. 88. 92—96. 99. 103. 768. 770. 790. 791. 795. 810. 826. 866.

Bernwardus episc Wirzburg. 73 (ubi Bernhardus falso legitur). 91. 773. 776.

Bero episc. Lausan. 152.

Berolo, *Verdi* 205. episc. Iohannes.

Berta, Bertha, Pertha, filia Ottonis march., uxor Heinrici IV. imp. 71. 72. 106. 133.

Berta, filia Hugonis regis Ital., uxor Romani II. imp. (Eudokia) 332.

Berta, filia Burchardi ducis Suev., uxor Rudolfi regis Burg. 299. 319.

Berta, filia Conradi regis Burg., uxor Odonis Meld. et Roberti regis Gall. 215. 657.

Berta, uxor Adalberti march. Tusc. 284. 285. 287. 298. 304. 306. 313. 328.

Berta, filia Bosonis marchionis, uxor Bosonis Arelat. et Ragemundi 318. 336.

Berta, filia Mathildis, filiae Conradi regis 407. filius Geraldus Genevensis.

Bertha abbatissa 17.

Bertha, mater Bevonis et Huswardi 787.

Bertha, Berhta v. Berthrad.

Berthari abb. Casin. 199. 222. 224. 227. 229. 230. 251.

Bertharit 255. v. Pertari.

Bertladis sanctimonial. Quedlinb. 79.

Bertholdus dux Saxonum 30.

Bertaldus, Berhtaldus, fil. Liutpoldi, dux Baioar. 315. 326. 437. 447. uxor 326.

Bertolfus, Pertolfus, fil. Rudolfi regis, dux 106. 133.

Bertolfus, Pertolfus (de Ceringen), dux Alamann. 134. 146.

Berahtold (Berthardus) comes Alamann. 52. 141.

Berhtaldus, Bertoldus, comes Baioar. 92. 750. 761. 794. (800). uxor Eila; fil. Heinricus, Bucco.

Berehtaldus comes 143.

Berhtoldus comes 145.

Bertoldus comes, fil. Liutharii march. 853. 866.

Berehtoldus, filius Herimanni 144.

Bertulfus archiep. Trever. 140.

Bertholfus episc. Basil. 154.

Bertolfus, Pertolfus, episc. Constant. 131.

Berhtolfus abb. Heremi 148.

Berhtrad, Berhta, uxor Pippini regis 36. 38. 139. 151. 214. 706.

Berterad, filia Desiderii regis Langob., uxor Karoli M. 233.

Bertreda abbatissa 367.

Bertramnus, Bertrandus, episc. Mett. 159. 162.

Bertramnus abb. Mosom. 164. 165.

Bertrandus archiep. Burdegal., papa Clemens V. 196.

Bertrandus miles Karoli M. 709. 710.

Bervillacum, Beurelicum villa 161. 162.

Besprim, Bezbriem, fil. Bolizlavi Polon. 98. 784. cf. Otto.

Bevo miles 787.

Bezero comes, fr. Ekkihardi 768.

Bezelinus v. Becelinus.

Bezoia praepositus Gandersh. 103.

Bibine, Bivine, *Bovino* 206. 556.

Biego amicus Ludowici I. 42.

Bichlingi, *Buchlingen* 838.

Bichni, Bichini, *Pücheln* 739. 784. 844. 853.

Bierzuni, *Birthen* 321. bellum Biertanicum 436. 441. 453.

de Bieure, advocatia 164. 165.

Biligrimus v. Pil.

Billig 5.

Binna 6. 38.

Bingen v. Ping.

Binizo comes 765. 770. 771.

Bio, Biio, comes Merseburg. 768. 821.

Birgilun, *Birgeln* 866.

Birra 123.

Bisinstidi, *Bisenstätt* 768.

Bisuntium v. Vesontium.

Bithinienses 522.

Bituricae, Biturigae, *Bourges* 151. 169. 373. archiep. Madelbertus, Gerancus, Launo, Ugo, Daibertus. — Biturigensis pagus 373. 383. 384.

Bizantium v. Constantinopolis.

Bizantius archiep. Benevent. 177.

Bizanzius abb. S. Sophiae Benev. 178.

Blasianenses 147.

S. Blasii eccl. in Erfordia 33n.

Bleda; episc. Sico.

Bleichfelt 106.

Blesum, *Blois* 572. 610. 649. Blesensis comes 164.

Bliuwarmund episc. Ipponensis 694.

Blombariola 200.

Bobbo v. Poppo.

Bobium, Bebia, monast. 220. episcopatus fundatus 837.

Bocholt 37.

Bockenevorde, *Böckenforde* 796

Bodo miles 824.

Bodo diac. Hildesheim. 69.

Bodo decan. Hildesheim. 103.

Bodo infans 3.

Boemi, Bohemi, Bohemii, Bochemi, Boemani, Boemenses, Behemi, Beheimi, Becheimi 6. 41. 46. 47. 63. 65. 67. 91. 120. 121. 124. 141. 432. 433. 458. 735. 764. 771. 799. 808. 820. 823. 834. 855. Boemia, Bohemia etc., (Beheim 63. 98. Bem, Bemetium 151. Peonia 130. 141. 142.) 67. 79. 82. 83. 103. 104. 109. 115. 120. 121. 125. 139. 141. 142. 151. 737. 760. 783. 801. 807. 839. 851. 855—857. rex Lecho; dux 109. 111. Boriwoi, Wratislaus, Wenceslaus, Bolislaus, Bolizlaus, Wlodoweius, Udalricus (Othelricus) etc. v. 120. 121. Silvae quae Boemiam a Saxonia disterminant 115.

Boemundus dux Normann. et Antiochiae 183. 184. 191.

Boetius 274. 620. 621.

Bogiano mons 712.

Bolibut miles 774. 786.

Bolislavus I, Boleslaus (Burislaus 403. Bulislavus 611.), fil. Wratislavi, dux (rex 452.) Boem. (Sarmatarum 403. 611.) 119. 403. 433. 436—439. 448. 449. 452. 464. 611. 744. 783. filius 452. Bolislavus; filia Dobrawa.

Bolizlavus II. (Bolizclaio 63.), fil. Bolizlavi, dux Boem. 63. 65. 68. 69. 91. 92. 753. 760. 768—771. (784). 854. filii Bolizlavus, Iarimirus, Othelricus.

Bolislavus III., Boleszaus (Rufus 792.).

dux Boem. 120. 792. 793. 797. 799. 854. gener 799.
Bolislavus, fil. Misseonis, dux Polon. 5. 69. 77—79. 81—84. 90—92. 94. 776. 780. 781. 784. 792. 793. 795. 797. 799—801. 805. 807. 809. 812. 813. 815. 822. 826. 829. 830. 832—834. 837. 839—843. 845. 848. 852—857. 859. 861. 870. 871. uxores 784. 871. Emnildis, Oda; filii Misseo, Dobremirus, Besprim (Otto); filiae 781. 859.
Bonellus, Donellus, dux Neap. 211.
Bonifacius III. papa 186.
Bonifacius IV. papa 153.
Bonifacius VII. papa 143. 157. 673.
Bonifacius VIII papa 195. 196.
Bonifacius, papa Benedictus X. 427.
S. Bonifacius archiep. Mogunt. 34—37. 116*. 117. 138. 145. 153. 704.
Bonifacius episc. v. Bruno.
Bonifacius dux 153.
Bonefatius marchio Spolet. 281. 287. 300. uxor Waldrada.
Bonefacius marchio 126. 189.
Bonifacius abba 776.
S. Bonifacii eccl. Fuld. 39. 56. 57. 117*. 117. 141. 467n.
S. Bonifacii monast. Rom. (690) abb. Leo.
Bonofilius diac. card. 342.
Bononia, *Bologna* 297. episc. Johannes.
Bononia, *Boulogne* 383. 587n. v. Morinum.
Bonus v. Donus.
Bonus dux Neap. 212.
Bonus comes Amalf. 513.
Bonus portus 698.
Borintizi, *Brandeis* 759.
Borisen, Sclavus 813.
Boriwoi I. dux Boemiae 119.
Borivoy II. (Broynoi) dux Boemiae (109. 110). 120.
Borel comes (Karoli M.) 709. cf. 710.
Borrellus dux citerioris Hispaniae 616. 634.
Borus, *Boris* 807.
Boso, Poso, rex Burgund. 140.
Boso, frater Hugonis regis Ital., march. Tusc. 303. 313—315. 318. 363. uxor Willa; filiae Berta, Willa, Richilda, Gisla.
Boso, filius Richardi Burg. (rex Galliae superioris s. comatae 372n.) 371. 374. 376—381. 383.
Boso princeps 237.
Boso comes Arelatensium 336. uxor Berta.
Boso episc. Lauson. 152.
Boso episc. Merseburg. 750. 755.
Boso, filius Hugonis regis ex Pezola concubina, episc. Placent. 319. 335.
Boso abb. Mosom. 161.
Bosuth, Buschuth, *Bossut*, castellum 63. 760.
Bot(r)antum 177.
Bovianum, *Boiano* 250n. 256. 554.
Bovo episc. Catalaun. 375. 379. 380. 394. 403. 585. 601.
Bovo senior abb. Corbei. 3. 451.
Bovo iunior abb. Corbei. 4. 451. 788n.
Bovo III. abb. Corbei. 4. 451.
Bovonis curtis 384.
Bracarensis v. Bacar.
Brachantia 165. 166. dux Heinricus.
Braina, *Braine*, castellum 380. 400. 585.
Brandenburg v. Brennaburg.
Brantboh abb. Fuld. 65. 117n.
Brantboh, Branthag, Brandagus, Bronhag, abb Fuld., episc. Halberstad. 89. 93. 96. 101. 117n. 833.
Bremun 8. 785. episc. Willaricus; archiep. v. Hammaburg.
Brena, Briona, munitio 400. 609.
Brene comes 163.
Brenna(n)burg, Brandeburg 69. 69. 432. 444. 764. 772. 774. 786. 822. episc. Thietmarus, Dodilo, Volcmerus, Wigo.
Brenta fl. 238. 286. 290. 806.
Bresburc 128?
Bresia v. Brixia.
Bretenaco 161.
Bretislaus, Fratislaus, dux Boem. 103. 106. 120.
Bretislaus II. dux Boem. 120.
Bretti v. Britti.
Bridda castrum 571. 627.
Brigantium 153.
Brigida, filia Liutharii march., abbat. S. Laurentii 738.
Brindisi 503.
Briona v. Brena.
Brisaca, Brisacau, Briseg, Brizach, Prisaca, Prisacha, *Alt-Breysach* 142. 315. 324. 445. 797.
Brittannia, Britannia 33. 35. 232. 419. 569. Britanni 849. Bretti 417. 419. Brittannica mater i. e. Helena mater Constantini M. 282.
Brittannia (minor 570), *Bretagne* 42. 43. 139. 140. 368. 369. 380. 570. 571. 649—652. Brittones 140. 368. 380. 381. 383. 384. 386. 389. 391. 570. Brittanni 571. 596. 634. 651. cf. 596. principes Normannus, Wiomarcus, Numenevis, Herispous, Salomon, Berengarius, Alanus, Conarus.
Brittannicum mare 429. 569.
Brixia, Brixna, Bresia, Brescia 237. 238. 264. 281. 299. 335. 806. episc. 797. Ioseph, Antonius, — Albertus, Athelbero.
Brixia, Brixina (Norica), *Brixen* 105. 130. episc. Poppo, Altwinus, Anto.
Brochardus comes 659. 684.
Bruchardus v. Burchardus.
Bruerech locus Brittanniae 652.
Bruncio miles 813.
Brunesberch 37.
Bruneswich 113.
Brunichilde, uxor Sigeberti I. 220.
Brunicho presb. Weissenburg. 70.
Brunig comes 768.
Bruningus, Saxo 439.
Bruno, Brun, fil. Liudulfi, dux Saxoniae 215. 417. 425. 750.
Bruno, filius Ottonis I. 453.
Bruno, filius Ottonis ducis 73. 91. 124. 144. 775. 835. v. Gregorius V. papa.
Bruno, fil. Heinrici I, (abb. Laurisham. 394., archiep. Colon. 60. 61. 118. 142. 215. 320. 394. 402—406. 430. 448. 462. 602. 610—612. 737. 748. 750. 751. 772. 777.
Bruno II. archiep. Colon. 116.
Bruno archiep. Trever. 112.
Bruno, fil. Brunonis, archiep., Prussorum apost., cognomine Bonifacius 70. 80. 833. 834.
Bruno, Prun, frater Heinrici II. imp., episc. August. 92. 97. 124. 125. 128. 144. 145. 799. 801. 805. (814). 817.
Bruno, fr. Hermanni ducis, episc. Verdun. 753. 760.
Bruno, fil. Sigifridi, abb. Magdeb., Niunburg., episc. Verdunis 99. 767.
Bruno episc. Lingon. 644. 645. 647. 656. 659—661. 671. 678. 679. 685. 692.
Bruno episc. Merseburg. 97. 100.
Bruno episc. Mind. 101. 102.
Bruno episc. Tull. 104. 126. v. Leo IX. papa.
Bruno episc. Wirzburg. 6. 70. 99. 125. 126.
Bruno praepos. Corb. 11.
Bruno comes 68. filiae Emnildis, Mahthildis.
Bruno comes 770.
Bruno comes Harneburggensis 761.
Brun, filius Guntheri, comes 822.
Brun comes 833. 834. uxor Ida; fil. Brun episc.
Brun comes 868.
Bruno comes 100.
Brun 838.
Brunwart abb. Hersveld. 47. 51.
Brusela, *Brüssel* 797.
Bucco, Buggo v. Burchardus.
Bucco, fil Bertholdi, comes 800. 801.
Bucithi, *Pütsche* 759.
Budislavus miles 867.
Budusin, *Bautzen* 793. 809. 815. 822. 861. (Businc? 842).
Bugat rex Ungar. 299.
Bulgaminus, fil Benedicti, Rom. 342.
Bulgarii v. Vulgarii.
Bullone 164.
Bun (Hun) abb. Hersveld. 40. 45. 47.
Bunna, Bonna 56. 57. 110. 141.
Burchardus, Burghardus, Purchardus, Bruchardus; cf. Brochardus.
Burchardus dux Alamann. 139. 141. 145. 287. 291. 302. 305. 306. 376. 429. filia Berta.
Burchardus dux Alamann. 143. 145. 458. uxor 458.
Burchardus dux Thuring. 52. 53. 141.
Burchardus, (fil. sup.?) 427.
Burchardus comes 448n.
Burchardus comes 765.
Burchardus comes Merseburg. 809. palatinus 820. 842. 850n.
Burchardus miles 890.
Burchardus episc. Basil. 154.
Burchardus, Bucco, Buggo, episc. Halberst. 7. 101. 106. 128. 133.
Burchardus episc. Lauson. 106. (133).
Burchardus episc. Merseburg. 750.
Burchardus episc. Monast. 111.
Burchardus episc. Strazburg. 16.
Burchardus episc. Wirzburg. 35. 117. 153. 704.
Burchardus abb. Hersveld., episc. Wirzburg. 54. 55.
Burchardus episc. Wormat. 804. 810.
Burchardus abb. San. Gall. 145.
Burchardus 8.
Burchardus 625.
Burkardus de Lucca 115.
Burdigala, archiep. Bertrandus.
Burdinus antipapa 184.
Burgareda 88.
Burgundia; Burgundiones, Burgundii 99. 123. 125. 144. 218—220. 235. 287. 294. 299—302. 304—306. 313. 314. 318. 319. 328. 329. 332. 335. 350. 370—383. 385—391. 400.

—402. 404—406. 447. 467n. 472. 476. 477. 583. 588. 592. 598. 609—611. 790. 845. 852. 856. 867. 873. Burgundia superior 404. et inferior 372n. Burgundiones unde dicti 313. Burgundiorum regnum 219. regna 280. reges Boso; —Rudolfus, Rudolfus, Conradus, Rudolfus. — Richardus marchio de Burgundia 369. — dux Heinricus 168; dux a. 1336. 165.

Businc (Budusin?) 842.

Buzici tribus 820.

Bysantius Barisianus 355.

C cf. K.

Cabilo 220.

Caganus 122.

Caiazia, Calazia 209. 250. 251. 254. 536.

Caide 511.

Caieta v. Gaieta.

Cailo, gener Adelgisi Benev 254. 536.

Cakis (Cabeis?) 551.

Calabria, Kalabria; Calabri 4. 39. 64. 65. 116. 124. 157. 172. 176. 191. 192. 202. 208—210. 236. 246. 248. 252. 257. 287. 296. 361. 462. 464. 465. 482. 485. 498. 501. 508. 519. 520. 525—528. 533. 543. 549n. 551. 554. 710. 712. 713. 721. 722. 747. 748. 765. 766. comes Rogerius. — Calabritani Sarraceni 526. 527.

Calactum, *le Galazze* 208.

Calaus mons 374. 583.

Calcinaria castellum 299.

Caldio 399.

Calfon, Kalfon, rex Sarracen. in Italia (Bari) 199. 225. 247.

Calinulum, *Carinola* 209. 259.

Calinum 254.

Calistus, Kalistus II. papa 114. 115. 158. 162. 184. 185. 191.

Calistus III. pap 148.

Callinicus architectus 187.

Calmiciacum, *Chaumuzy* 370.

Calonimus Iudaeus 765.

Calor fl. 178. 181. 204.

Calvum, Calbum, *Calvi* 208. 254. 255. 260. 261.

Calwo, Calva, *Calwe* 764. 784.

Camaracum, Cameracus 371. 373—375. 403. 451. episc. 796. Stephanus, Fulbertus, Erluinus, Gerhardus, Baldericus. — Cameracensis pagus 371. 404. 582.

Camerinum, Camerini 4. 261. 281—283. 290. 298. 328. 345. 542. episc. Petrus; marchiones v. Spolet. duces.

Caminizi fl. *Chemnitz* 735. 764.

Camma, *Chamb* 760.

Campana mons 698.

Campania 189. 192. 198. 200. 204. 465. 482. 483. 519. 528. 532. 554. 699. 707. 713. 717—719. 721. 748.

Campania, *Champagne* 164. Campania Remensis 387. 592. dux Drogo; comes 159. 164.

Campania Veronensis 798.

Campaniarum territorium 716.

Campidonum, *Kempten*; abb. Eberhardus.

Campo abb. S. Mariae (Farf.) 716.

Cananense castrum 247.

Cancelli 226.

Cannae, Cannensis civitas 182. 225. Canense territorium 253. 533.

Canthorbricensium, Cantuar. (*Canterbury*) archiep Odo, Elphegus, Dunstan, Thomas.

Cantiae terra (ad Vulturnum) 229.

Canusium 129. 208. 252. 516.

Capanea 180.

Capatium 177.

Capitolium Roman. 538.

Capraemons, Caprimons, (Kievermont 444.) 142. 326. 371. 405. 444. 445. 580.

Capua, Capuani (—niti, —nenses), Capuae gastaldatus, principatus (202) etc. 172. 176. 177. 180. 182. 188—191. 194. 202. 205—210. 211. 224. 225. 227—230. 237. 248—263. 298. 341. 350. 352. 354. 465. 477. 478. 484. 498. 507. 510. 515. 528. 529. 532. 533. 534. 536—542. 547—549. 552—555. 561. 707. 748. primaria i. e. vetus 225. veterrima 481. nova 205. 227. 233. 515. cf Sicopolis. — Capuana curia 193. — comites et principes 205—210. — episc. Germanus, Paulinus, Landulfus et Landenulfus, Aio, Paldulfus, Adenulfus.

Capuana porta in Neapoli 244.

Capungun, Confengun, *Kaufungen* 840. 854 (cf. n. e.). 867. abbat. Uota.

Carba 698

Carcarisia villa 368.

Carea porta Constantin. 347.

Carisiagum, Cariciacum 36. 122. 473.

Carnellus v. Garilianus.

Carnotum 610. 642. 643. episc. Vulfaldus; comes Tetbaldus.

Carri 510. 511.

S. Cartius, *S. Carzio* 206. 208. 262.

Cartago 712. Cartaginensis clerus et populus (s. X.) 689.

Carus, Char, Kara fl. *Chiers* 161. 164. 394. 403. 449. 452. 601. 602.

Casa Irta, *Caserta* 250. 251. 254.

Casale novum 192.

Casebergenses domini 8.

Casinus, mons Casinus, Cassinum castrum 104. 127. 145. 170. 172. 179. 190. 200. 209. 219. 221. 239. 473n. 481. 497 705. 712. Casinatium urbs 198. abbates Ciprianus, Berthari etc. 196. 199. Angelarius, Radechis, Iohannes, Aligernus, Manso, Iohannes, Iohannes, Iohannes, Atenolfus, Richerius, Petrus, Fridericus, Desiderius, Odorisius, Gregorius, Guibaldus.

Cassala 427. 840.

Cassanus urbs 510.

Castellae rex Ferrante.

Castellio 399.

Castellum-Theoderici, *Chateau Thierry* 372. 381. 382. 384. 588. 643.

Castor (Pober) fl. 815.

Castrat monachus 144.

Castricensis pagus 368.

Castrum novum apud Neapolim 195

Casulini pons 205. 227. 233. 515. Casulinum 208.

Casuru, *Casori* 208.

Catalaunum, *Chalons*; Catalaunenses 380. 383. 394. 406. episc. 573. Hildegrimus, Bovo, (Milo), Gibuinus.

Catanea, Catheniensium civitas 192. 498n.

de Catelenburg, comites Heinricus, Udo 791n. 12.

Catillus dux Nortmann. 570. 572. uxor 572. filius Rollo.

Cato affertur 736. 816.

Caudi 224. 263. cf. Furcalae Caud.

Causeium 691.

Caussatos castrum, *la Chaussade* 385. 386. 589. 592.

Cava, Cavense monast. 190. 192. v. S. Trinitatis.

Cava rivus 698.

Cavee terra 194.

de Cavelage, Hermannus.

Cavinio 677. 678.

S. Ceciliae eccl. (Colon.) 751.

S. Ceciliae eccl. (Ferd.) 754.

Celestinus II. papa 158. 192.

Celestinus III. papa 159.

Celestinus V. papa 195.

Celsa, *Selz* 780.

Celtae, Celtica, Gallia Celtica 569. 570. 573. 574. 576. 578—580. 582. 584. 586. 601n. 622.

Cenerus mons, *Monte Cenere* 142.

Cenomannis, *le Mans* 373. 374. 623n.

Centebaldus, Centupulchus (*Swatopluk*) v. Zuetepulcus.

Centumcellae, *Civita Vecchia* 342. 703. 710. 712. 713.

Centum Civilis construxit civitatem Leonianam 714.

Cephalonia insula 102.

Cerensis episc. Stephanus.

Cervaricia praedium 514.

Cesa Constantii 230.

Cesarius dux Neap. 211.

Cesarius dux Neap. 212.

Cesarius, fil. Sergii Neapol. 228. 249. 250.

Cetara in terra Salern. 537.

Chalcedonia 355.

Chaldei 277.

Chalmegisclus episc. Aventic. s. Lausan. 150.

Charibertus, Cherebertus, Aritbertus, rex Franc. 166. 220.

Chasanus dux Graecorum 258. 259.

Chazari 277. 523.

Chela 623. 651.

Chersona 362.

Childebertus, Hildibertus I, rex Franc. 30. 31. 166. 220.

Childebertus, Hildibertus II, rex Franc. 166. 167. 220. 675.

Childebertus, Hildebertus (III), rex Franc. 19n.

Childebertus, Hildibertus IV (III), rex Franc 19n. 139. 153. 167. 221.

Childerannus abb. S. Germani 167.

Childericus, Heldericus, fil. Merovei, rex Franc. 30. 166. 219.

Childericus, Hildricus II, rex Franc. 19n. 30. 153. 220. 221.

Childericus, Hildericus III, rex Franc. 19n. 30. 35. 138. 150. 704 707. (Saxo 704. 707).

Chilpericus, Helpericus I, rex Franc. 30. 166. 220. 675.

Chilpericus, Hilpericus II, rex Franc. 19n. 150. 153.

de Chisne, comes Ludowicus.

Chlodio rex Franc. 30. 219.

Chlodomirus, Clodomerus, rex Franc. 30. 31. 166. 220.

Chlodoveus I. rex Franc. 30 31. 150. 166. 167. 220. 221. 569. (Huga 420).

Chlodoveus II. rex Franc. 30. 153. 167. 220.

Chlodoveus III. rex Franc. 19n. 221.

Chlotharius, Clotharius, Lotharius I, rex Franc. 30. 31. 150. 166. 220.

Chlotharius II. (Hluharius 19n.), rex Franc. 19n. 30. 166. 167. 220.

Chlotharius III. rex Franc. 30. 153. 156. 220.

Chnuba, Cnuto, rex Danorum 435. 739.

Chnut, Cnut, fil. Suenni, rex Danorum et Angl. 100 849. (863). filia 125.

Cholberg v. Salsa.

Chono, Chonradus v. Con.

Chorun, Chorin, *Köhren* 759. 867.

Chosroes Persae filiae 186.

Chreina 136.

Cristiana comitissa 785.

Christianus comes, advoc. Hildesh. 103.

Cristianus Lotharingus 430.

Christianus 161.

Christyanus episc. Patav. 94.

Cristina, uxor Walperti Pap. 412.

Christinus comes 749.

Cristinus 844.

Christophorus, filius Romani I, imp. Constant. 174. 302. 310. 350. 351. filia Irini.

Christophorus patricius Constant. 357. 358.

Christophorus consiliarius papae 475.

Chrodihilde, uxor Chlodovei I. 220.

Chruvati 762.

Chussal dux Ungar. 140.

Chutizi, Gutizi, pagus 735. 755. 764.

Ciani, *Zinnitz* 841.

Ciazo, frat. Friderici, comes 768. cf. Ziazo.

Cicanense castellum 472.

Ciceronis locus imitatur 335. Tullius 275. 617. Tullianum eloquium 648.

Ciculi, Ciculanum territorium 713. 714.

Cideburus, frater Miseconis Pol. 753.

Cidini, *Zehden* 753.

Cilentum 191.

Cilensi, Silensi, pagus 822. 855.

Cimbri; Romanum imperium ad Cimbros translatum 219.

Cimarius comes Amalf. 513.

Cimeterium, Nola (quod v.) 208. 242. 510.

Cincimus princeps Sarracen. 236.

Cincius, Romanus v. Crescentius.

de Cingla, Cingula monast. v. S. Mariae

Cinna, *Langenzenn* 450. 456.

Cipparanum, *Ceprano* 184.

Ciprianus abb. Casin. 198.

Circlarius, *Cerchiaro*, pagus Casin. 230.

S. Ciriaci brachium 749.

Cirin, *Zehren* 801.

Cirmini villa, *Zscherben?* 762.

Citici, *Zeitz* 755. 764. 803. 820. episc. Hugo, Frithericus, Hugo, Hildewardus

Civilis v. Centum.

Clapho rex Langob. 217.

Clappho, Cleph, Cleb, rex Langob. 186. 232. 239. 470. 873.

Clarevallensis abb. Bernhardus.

Clastris munitio 390.

Clemens II. papa 6. (70). 126. 158. 179. cf. Suidgerus.

Clemens (III) papa 131. 182. 183. cf. Wicbertus.

Clemens III. papa 148. 159. 193.

Clemens IV. papa 194. 195.

Clemens V. papa 196.

S. Clementis eccl. in Kiew 859.

S. Clementis eccl. in monte Malo 713.

S. Clementis eccl. in fundo Similgano 716.

Cluniacum, Cluniense monast. 17. 71. 114. abb. Odo, Heimardus, Maiolus, Odilo.

Clus, *Clausen* 116.

clusae (clausae) Alpium (introitus Langobardiae) 274. 332. 714. 797. 798. 805. 806. Francorum 472. 474. Langobardorum 705. munitiones contra Ungarios factae quas clusas nominat vulgus 276. 279. cf 426.

Clusium, *Chiusi* 223. 722.

Cnuto v. Chnuto.

Cocarescemiorum urbs 450. 460.

Coestede, *Kochstedt* 81.

Codiciacum, *Coucy* 377. 379. 399. 400. 404. 406. 613.

Coelestinus v. Celestinus.

Colidici, *Colditz* 844.

Colinense territorium 698.

Colman episc. Lindisfarn. 2. 116*.

Colnacum, *Chauny* 399.

Coloci urbs 81.

Colomannus, socius Kiliani 735

Colomannus martyr 860.

Colonia (C. Agrippina 73. 437. Agrippina) 60. 66. 68. 77. 81. 93. 105. 110. 111. 113. 167. 314. 403—406. 437. 438. 751. 767. 772. 775. 783. 819. 831. 846. archiep. 573. Hildegarius, — Herimannus, Wicfridus, Bruno, Folkmarus, Gero, Warinus, Evurgerus, Heribertus, Piligrimus, Herimannus, Anno, Hildulfus, Sigewinus, Herimannus, Fridericus, Brun, Hugo

Colossus i. e. amphitheatrum prope Capuam 255. 257. 262. Guaiferius Colossensis 258.

Colredum, Colridum, *Corci* 161. 378.

Colticae, Colticense monast., *Couches* 383.

S. Columbae monast Senon. 383. 586.

S. Columbanus abbas 153. 220. 221. 837. 870.

Columbanus monachus 220.

Columbaria villa 154.

Columpnensium domus, de Columpna, *Colonna* 196.

comes Palatinus v. Palat.

Comiaclum, Cummaclus, *Comachio* 237. 471. 475.

communitas prima 177.

Compendium 372. 377. 390. 400. 404. 595. 597. 599. 623. 626. 632. 706. regia sedes 597. *Compiegne.*

Conaldus archiep. Mediol. 703.

Conanus dux Britton. 650—652.

concilium v. synodus. Concilia in synodo Remensi allata omisimus. Concilium Carthagin. Remensi a Gerberto additum 671. 686.

Condetum, *Condé* 160.

Condrucium 581.

Confengun v. Capungen.

Coniri, *Cömern* 827.

Cono, Chono, Cuono; cf. Conradus.

Cona, filius Berengarii II. 353.

Cuono dux Karentin. 71.

Cono comes 556.

Cono 755. 756.

Chono cliens regis Heinrici III. 102.

Conradinus, Chuonradinus (Conradus 164.), fil. Conradi IV. regis (rex Romanorum 149) 149. 164. 194. 195.

Conradus, Cuonradus, Cuonrat, Cunradus, Kuonradus, Chunradus, Chuonradus etc. cf. Cono.

Conradus comes sive dux († 906) 4. 50. 140. 141. 427. fil. Conradus, Eberhardus.

Conradus I. (Corradus 119.), fil. Conradi sup., dux Franc., rex 4. 52. 53. 118. 119. 139. 141. 145. 157. 214. 286. 291—293. 417. 425. 426. 451. 735. 736.

Conradus II. (Cono 214. 856.), rex et imperator 5. 6. 70. 89. 90. 96—103. 118. 125. 145. 146. 155. 178. 189. 214. 215. 217—219. 221. 856. 873n. uxor Gisela; filia Beatrice.

Conradus III. rex et imp. 10. 11. 16. 72. 115. 116. 147. 158. 192.

Conradus IV. rex et imp. 194.

Conradus, filius Heinrici III, postea Heinricus (IV. rex) dictus 126.

Conradus, filius Heinrici IV, rex 7. 72. 106. 107. 134. 135.

Conradus, filius Conradi III, rex electus 16.

Conradus, filius Rudolfi, rex Burgund. (Iurensis 401. Genaunorum 599. Alemannorum 625.) 66. 221. 385. 387. 393. 401. 599. 625. 626. 790. uxor Mahtildis; fil. Rudolfus, Berta, Gerberga, Gisla, Mahtildis.

Cuonrat, Conrat, rex Angl. 33.

Conradus (Cono 58; Rufus 446?) dux Lotharingiae (Francorum 434.) 4. 56—59. 70. 118. 214. 364n. 392. 397. 399—403. 434. (446?). 447. 449. 450. 452—459. 606. 608. 609. 745. 746. 755. 797. cf. Hugo. — uxor Liudgarda; fil. Otto.

Conradus (Chuono 144) dux Alamann. (Francorum 66.) 66. 143n. 144. 768. 770. 785. fr. Heribertus.

Conradus (Cono 214. 215.), fil. Ottonis ducis, dux Karent. 81. 214. 215. (794?). 830.

Chuonradus, fil. Conradi sup., dux Karent. 100. 403.

Conradus dux Baioar. 104.

Conradus, Conrandus, dux Boemiae 105. 120.

Conradus dux Moraviae et Boem. 121.

Cunrath comes 235.

Conradus comes 765.

Conradus comes (Sapiens, Carcipoldus) 315. 321. 325. (446n).

Conradus comes, fil. Eberhardi 454.

Conradus comes 144.

Conradus comes 7. 106.

Conradus comes de Hohenburch 106.

Chounradus marchio de Monte Ferrato 148.

Conradus archiep. Magdeb. 116.

Chuonradus, Cuono, praep. Colon. electus archiep. Trever. 71. 105. 128. 154.

Chuonradus episc. Constant 143. 395. 603.

Chuonradus episc. Constant. 149.

Cuonradus episc. Lucan. 342.

Conradus canc., episc. Mett. et Spir. 159.

Conradus episc. Spir. 71. 127.

Conradus, Kounradus, episc. Traiect. 107. 135.

Chuonradus abb. Heremi 149.

Conradus abb. Monast. 154.

Chonradus abb. Monast. 154.

Chuonradus, filius Alberici 100.

Conradus, avunculus Geronis archiep. 789.

Conradus de Gronige 8.

Conradus de Seclede 165.

Conradus civis Frankenlev. 8.

Counradus 7.

Consia, Cumsa, Campsa 230. 243n. 484. 485. 490. 492. 493. 496. 497. 507. 510. 511. 538. 557. com. Rampho, Radechis, Ursus.

consiliorium 14. principum 16.

Constabilis abb. Caven. 191.

Constans, Constantius (Constantinus 153.), fil. Constantini I. imp. Constant. 153. 186. 187. 200. 211. 544.

Constantia, uxor Friderici II. imp. 193.

Constantia, uxor Petri regis Aragon. 477n. 46.

Constantia, *Constanz* 146. 794. episc. Audoinus, Salomon, Salomon, Chuonradus, Gamenolfus, Rothardus, Heimo, Gebehardus, Landbertus, Warmundus, Eberhardus (Eppo), Theodericus, Rumoldus, Karolus, Otto, Bertolfus, Artoldus, Gebehardus, Herimannus, Chuonradus.

Constantia, *Coutances* 570.

Constantiniana basilica 29. 699. 713. cf. Lateranensis.

Constantinopolis, Constantinopolitani 62. 73. 74. 91. 125. 139. 154. 178. 182. 187. 188. 253. 259. 260. 263. 267n. 276. 277. 287. 298. 302. 303. 308. 309. 318. 327. 329. 331—334. 337—339. 347—363. 450. 465. 481. 491. 492. 512. 521. 534. 539. 540. 542. 555. 556. 699. 706. 711. 717. 718. 719. 748. 766. urbs regia 256. 263. 538. 543. Bizantium 277. 309. 719. a Vizante rege Vizantia appellata 512. nova Roma 277. 465. 521. 719. — Constantinopolitanum imperium 135. 276. 296. 337. 479. imperator 201. 471. 748. v. singulorum nomina; — comes Altissiodorensis 193. — Constantinopolitanus rex 464. patricius 206. — Constantinopolitanum palatium 278. 327. 332; — opus 226. — Constantinopolitana ecclesia 361. 676. patriachae Eutychius, Niciforus, Fotius, Ignatius, Theophylactus, Polyeuctus; patriarcha femina 481.

Constantinus Magnus imp. 29. 276. (282). 309. 322. 350. 358. 362. 481. 511. 512. 696. 697. 699. 712. 719.

Constantinus I, fil. Heraclii, imp. Constant. 153. 186. 211.

Constantinus II, fil. Constantis, imp. Constant. 116'. 187. 211.

Constantinus III. (Caballinus, persecutor) imp. Constant. 137. 156. 187. 212. 706.

Constantinus IV. imp. Constant. 37. 117. 156. 187. 188. 199. 200. 212.

Constantinus, fil. Leonis V, imp. Constant. 212.

Constantinus, fil. Theophili, imp. Constant. 188.

Constantinus V, fil. Leonis VI, Porfirogenitus, imp. Constant. 19. 175. 188. 200. 212. 276. 296. 302. 307—309. 327. 330—333. 337—339. 348. 359. 360. 539. uxor Helena.

Constantinus, fil. Romani I. imp. Constant. 174. 310. 327. 330. 332—334.

Constantinus VI, fil. Romani II, imp. Constant. 19. 189. (347). 356. 358.

Constantinus VII. Monomachus, imp. Constant. 179.

Constantinus papa 156.

Constantinus II. papa 153. 156.

Constantinus episc. Albensis 694.

Constantinus comes Amalf. 513.

Constantinus grammaticus 618.

Constantius imperator 696.

Constantius patricius 262. 263. 542.

Contardus dux Neapol. 212.

Cophelenzi, *Coblenz* 844.

coquorum magister 735.

Corbeia antiqua 5. 6. 796. 840n, abb. Adelhardus, Waltbertus.

Corbeia (Corbia II.) nova, Corbeiensis ecclesia 1. 3—17. 42. 43. 46. 71. 82. 83. 93. 444. 451. 740n. 753. 756n. 767. 787. 796. 821. 824n. 825n. 840n. 847n. 854. 860o. abb. Warinus, Adalgarius, Thancmarus, Avo, Bovo, Godescalcus, Bovo, Folkmarus, Bovo, Gerberaus, Liudulfus, Thiadmarus, Hosed, Walh, Druthmarus, Rothardus, Arnoldus, Marcwardus, Guntherus, Erkenbertus, Heinricus, Wichaldus.

Corbenacum, *Corbeny* 385.

Cordoba, Corduba 332. 712.

Corinthus 192.

Coriphus, Corpho, insula 192. 362.

Cornetum 193.

Cornicle 698.

Cornu-Galliae, *Cornouaille* 368. 380.

Coronate campus 233.

SS. Coronatorum eccl. Rom. 199.

Corsica 199. 554. 702. 710.

Cosma dux Neapol. 211.

Cosmas episc. Prag. 120.

S. Cosmae et Damiani eccl. prope Salernum 530.

Cothefridus abb. Monast. 154. v. God.

Cothug, *Gautsch?* (*Kadau?*) 759. 764. 844.

Cozpertus 140. v. Gozp.

Cracua, *Krakau*; episc. Poppo.

Crann, *Kronach* 801.

Cremona 237. 266n. 354. 355. episc. 101; Liudprandus.

Crescens episc. Mogunt. 35n.

Crescentius Caballi marmorei, Rom. 342. Cincius 176.

Crescentius, fil. Crescentii sup, 74. 91. 689. 691. 693. 694. 776. 858. fil. Iohannes.

Creta 188. 200. 277. Cretenses Sarraceni 308.

Crimina i. e Crema 147.

Criscius praepos. S. Sophiae Ben. 174.

S. Crispini coenobium 384. 390. 391. et Crispiniani eccl. Suess. 388. 592.

Cristianus, Cristina v. Christ.

de Cron, Iohannes archiep. Rem.

Crosna, *Crossen* 813. 841.

S. Crucis signum in vestimentis 4. 60. 61. 139. 142. 145. 151. 462. 754.

S. Crucis basilica 634.

S. Crucis sacellum Hildesheim. 91.

Crusni, *Creussen* 800. 801.

Crusniacum villa 366.

Cuchavicus Sclavus 755.

Cuiewa, Kitava, *Kiew* 859. 870. regni caput 871. archiep. 870.

Culmisciacum, *Cormicy* 387. 394. 397.

Cumae, Chumae, *Como* 69. 98. 149. 745. episc. Petrus.

Cunari comes Amalf. 513 (duo).

Cunigund, Chungund, Gunigund, uxor Heinrici II. imp. 78. 84. 86. 87. 89. 90. 92. 94. 99. 796. 810. (811. 814. 826. 827. 829. 833). 836. (841. 845. 853. 854. 855. 867. 869). fratres Heinricus dux, Gislebertus, Frithericus, Theodericus, Adalbero; soror Landgarda.

Cunigund (antea Cunihild, Cunhild dicta), uxor Heinrici III. imp. 100. 101.

Cunigunda, filia Heinrici, uxor Sigefridi com. 772. (774. 775). 779. (782. 797. 818. 847. 863).

Cunipert rex Langobard. 187. 232. 239. 470. 872. 873.

Cuno, Cuono, Cuonradus v. Con.

Cuntart, nepos Ludowici II. imp. 532.

Cunzo presbiter 144.

Curbizi v. Zurbizi.

Curensis abbatia 383n.

Curia, *Chur* 143. 334. episc. Hartpertus, Waldo, Udalricus, Nortpertus, Uodalricus, Wido.

curia (reg.) 10. 11. 16. 17. 107. 113. 121. 148. 193. 795. curia Romana 14. 196.

curtis 96. 738. etc. episcopalis 131. regalis 796. regia 75. 86. 702. 741. curtes et fundi monast. S Andreae et S. Silvestri 705. 716.

Cusentia, Cosentia 510. 549n.

Cusiano fines 698.

Cyprus insula 135.

Czicsani, *Zitzen?* 861.

D. cf. T.

Dadi, Dadanus, comes Thuring. 436. 443. 449. 453. cf. Dedi.

Dado episc. Virdun. 373. 376.

Dagobertus I, Tagobertus, rex Francorum 19n. 29. 30. 153. 167. 220.

Dagobertus II, Tagobertus, rex Francorum 19n. 33. 138. 150. 153. 167. 221.

Daibertus archiep. Bituric. 170. 643. 644. 647. 651. 658—660. 685.

Daiferi v. Dauferius.

Dalamanci; Dalamantia, Dalmantia, Doleminci 81. 425. 426. 432. 433. 434. 735. 737. 769.

Dalferi princeps 239. v. Dauferius.

Daliwi 816.

Dalmatius dux exercitus Aquitan. 578.

Damasus I. papa 696. 697.

Damasus II. papa 126. 158.

Damasus episc., legatus papae 388. 593.

Damiata 121. 159. 193.

Danai, Danahi i. e. Graeci 486. 748. 765. 766. 859.

Dani 4. 31. 41. 62. 63. 115. 119. 210. 306. 314. 417. 425. 429. 430. 431. 435. 444. 450. 452. 462. 463. 465. 623n. 634. 739. 743. 747. 750. 753. 760. 766. 849. 871. (Dahi 634). rex 116. Chnut, Haraldus, Suen, Haraldus, Chnut, Haerdechnut.

Daniel episc. Prag. 120. 121.

Danubius, Danabius, (Donov 457.) 30. 105. 126. 426. 457. 512. 697. 817. 830. v Ister.

Darniburg, *Dernburg* 779.

Dasanek fl. 38.

Datmarus praeses Benev. 183.

Dauferanda, uxor Rofridi 560.

Dauferius, gener Adelgisi Benev. 254. 536.

Dauferius cognomento Prophetа 244. 245. 494—496. filius Rofridus.

Dauferius (Daiferius 211?) Benevent. (Balbus 246. Mutus 505.) 199. 211. 246. 249. 505. 506. 513. fil. 246. Gusiferius, Arichis, Maio, Romoalt, Adelchisa.

Dauferius, cognatus Maionis 250. 251.

Dauferius, filius Maionis 518. 519. 538.

Dauferius, filius Dauferii, diacon. Casin. 260. 261. 263.

Dauferius 261. 541.

Dauferi 511.

David episc. Benevent. 478. 483.

Deatrano comes Amalf. 513.

Decanea domus Constant. 337. decannea cubita 338.

Decivilis dux Gaietae 257. 539.

Dedi marchio Saxonicus 71.

Dedi († 938) 440. f. Dadi.

Dedi comes 765.

Dedi, Daedi, fil. Thiedrici, (de tribu Buzici), comes 80. 764. 820. 826. uxor Thiedburga; fil Thiedricus.

Dedi, Daedi, fil. Thiedrici, comes 99. 100.

Degarense monasterium, *Tegernsee* 100.

Deleminci v. Dalamanci.

Demetrius, Romanus 341.

Demetrius, Romanus 342.

Demetrius Meliori, Rom. 342.

Demosthenis rhetorica 309.

Derlingun 816.

Deroldus medicus, episc. Ambian. 378. 390. 393. 600. 601.

Dertona v. Tertona.

Dervensis abbas Adso.

Desiderius rex Langob. 36. 37. 117ª. 139. 187. 200. 214. 218. 233. 238. 239. 242. 243. 470. 475. 476. 706. 707. 711. 720. 873. filia 36. 720. Bertrade.

Desiderius abb. Casin., papa Victor II. 132. 182. 189.

Desiderius abb. S. Germani 166.

Dethmarus episc. Prag. 119.

Deusdedit abb. Casin. 198. 245

Deventeri 738.

Dewlus, Ungar. 862. uxor Beleknegini; fil. Procui.

Dhiunethe vicus 9.

Dhuwige villa 9.

ad-Diano (*S. Angelo in Formis*) monast. 109.

Diavolinus dux Graecor. 333.

Dibni, *Düben* 764. 844.

Diedesisi, Diadesisi, Diedesi pagus 780. 822. 842.

Diedo, Diodo v. Thiodo.

Diethalm 143. 144.

Dietmarus, Diotmarus v. Thietm.

Dietpaldus cf. Theobaldus.

Dietpaldus episc. Strazburg. 130.

Dietpaldus comes 127.

dii gentilium v. simulachra.

Diomedis insula 476a.

Dionisii ciclus, circulus 136. 152.

S. Dionisii manus 417. 431. 741.

S. Dionisii monast. *S. Denys* 36. 65. 573. 611. 706. abb. Fulradus, Fardolfus.

S. Dionisii monast. Quedlinb 72. 75.

S. Dionisii, Rustici et Eleutherii eccl. Rom. 706.

S. Dionisii et Tedulfi eccl. Rem. 379.

Ditusburg 791. 796.

Diutzi, Duccia, *Deutz* 37. abb. Radulfus.

Divio, Divionum castrum, *Dijon* 383. 404. 405. 611.

Dobraluh, *Dobrilug* 811.

Dobrawa, filia Bolizlavi, uxor Misaconis 783. 784. (797).

Dobremirus 784. filia Emnildis.

Dobremirus, filius Bolizlavi ducis Pol. 784.

Doda 84.

Dodilo episc. Brandenburg. 764.

Dodo, frater Artoldi archiep. 390. 392. 394. 398. 399.

Dodo episc. Monast. 69. 773.

Dodo, Doddo, episc. Osnabrug. 395. 603. 787.

Dodo capellanus Ottonis 748.

Dodo monachus Corb. 3.

Doleia 105.

Dolus 391.

Domincum, Donincum, *Doulens*, castellum 380. 584.

Dominicus patr. Gradensis 179.

Dominicus card. tit. Anastasiae 342.

Dominicus Rom. eccl. episc., legatus apost. 70.

Dominicus presbiter 336.

Dominicus, Venaticus, legatus Ottonis imp. 354.

S. Domnini burgus 284.

Donellus v Bonellus.

Donov v. Danubius.

Donus (Bonus) papa 157. 176.

Dorici i. e. Turci 135.

Dornburg v. Thornburg.

Dousi villa 164.

Dreini pagus 38.

Drichterbiki fl. 38.

Drocae, *Dreux* 639.

Droctoveus abb. S. Germani 166.

Drogo, Druogo, Drocus, filius Pippini, dux Campaniae 33. 214. 215. 221. filii 34.

Drogo, Druogo, Truogo, filius Karoli M., episc. Mett. 39. 42. 140. 156. 214. 215.

Drogo episc. Osnabrug. 5.

Drogo episc. Tull. 370.

Druogo abb. Hersveld. 51.

Drogo abb. S. Vincentii 159.

Drogo comes 179.

Druhtmarus, Druthamarus, abb. Corb. 5. 6. 840. translatus 7.

Duagium, Duvagium, *Douai* 379. 388.

Duccia v. Diutzi.

Dudicha v. Liutgardis.

Dudo v. Liutolfus, Tuto.

Dudo miles Karoli ducis 646. 682.

Dudo comes 765.

Dudo episc. Paderbrunn. 395. 603.

Dulmene 114.

Dunsten archiep. Cantuar. 849.

Dunum 652.

Duodeciacum, *Douzy* 394. 602.

Durofostum castrum 378. 379.

Durrachium 193.

Dursac rex Ungar. 399.

S. Dyonisii v. Dionisii.

E.

Eadwardus rex Anglorum 377. fil. Ethmundus; filiae 377. Editha.

Eardul rex Nordanumbr. 139.

Eberhardus, Eburhardus, Evurhardus, Evorhardus.

Evurhardus, Hoverardus, Ebvardus, fil. Conradi, dux Francorum 4. 54. 141. 142. 291. 315. 321. 324—326. 327. 376. 392. 417. 428. 436. 438—442. 444. 445. 736. 754. (? fil. Conradus 454).

Eberhardus comes 138.

Eberhart comes 50. 51. 140.

Ebherardus princeps Foroiul. 235. fil. Unhroch.

Eberhardus comes de Nellenburch 146.

Eberhardus, Heberhardus, archiep. Trev. 71. 126. 128.

Eberhardus patriar. Aquileg. 126.

Eberhardus (Eppo) episc. August. 97. 125.

Eberhardus episc. Babenb. 93. 94. 97. 124. 144. 814. 842. 856.

Eberhardus (Eppo) episc. Constant. 99. 125. 126.

Eberhardus abb. Campidon. 134.

Eberhardus abb. Heremi 138. 141. 142. 145.

Everhardus, frater Godefridi 144.

Ebrardus, frater Erluini 380.

Ebersheim in Alsatia; abb.? Theotbaldus.

Ebo, Ebbo, archiep. Rem. 139. 659. 670. 675. 683. 685. 692.

Ebolus abb. S. Germani 167.

Ebra 121.

Ebroas, Ebrocae, *Evreux*; Ebrocenses 390. 391. 570. 597.

Ebroinus maior domus 221.

Ebroinus episc. et abb. S. Germani 167.

Ebrulfus presb. Mosom. 374.

Ebulis, *Eboli* 512. Evulanus comes Robertus.

Ecelinus comes 765. frater Becelinus.

Ecilin, Langob. 836. 861.

Echelisina, *Angoulême* 572.

Eddila, matertera Geronis archiep. 882.

Edico 775.

Editha, Aeditha, Edith, Edidis, Etheid, Edgit, Oetgit, Otgith, filia Eadwardi regis, uxor Ottonis I, 54. 56. 57. 141. (393. 434) 437. 447. 449. 451. 744. 747.

Edmundus v. Ethmundus.

Egbertus, Ecbertus, Ekbertus.

S. Egbertus 34.

Egbertus archiep. Trever. 69. 773.

Egbertus, Egberht, consobrinus Ottonis I, comes 58. 64. 72. 449. 450. 454. 455. 460—462. 745. 747. 760. 767. 768. unioculus 767.

Egberhdus comes 95. filia Gerdruda.

Ekberthus comes 99.

Egfrid, Eogfrid, Aecfeid, Altfridus, rex Nordanumbr. 2. 33. 116ª.

Eggibertus, Ekkibertus, Ekkepertus, marchio Misn. 7. 106. 133.

Eggelbertus comes 107.

Eggihardus, Eghardus, Ekkihardus, fil. Guntheri, march. Misn. 76. 92. 768. 769. 774. 778. 779. 780. 782. 787. 789. 791—794. 854. 867. ux. Suonehilda; fil. Herimannus, Eggihardus, Gunterius, Liudgerda, Oda.

Eggihardus II, fil. Eggihardi, marchio Misn. 95. 99. 821. 832. 843. (852?). 857. 868.

Ekkihardus comes 768. 770. 771. fr. Benecо.

Ekkardus, filius Liudulfi 439.

Eggehardus abb. Aug., episc. August. 133.

Eghardus (Eilhardus, Mechardus), Ekkihardus, abb. Niunburg., episc. Prag. 84. 89. 120. 785. 857.

Ekkihardus episc. Sleswic. 94. 96. 97 810. 832.

Eggohardus abb. Monast. 154.

Ekkihardus Rufus, custos eccl. Magd. et magister scolae 762. 775. 786.

Ekkihardus mon. S. Iohann. Magd. 860.

Egidius archiep. Rem. 659. 675. 683.

Egidius patricius Roman. 30. 31. 219.

Egidius dominus de Hyerges 164.

Egilhardus miles 820.

Egilolfus abb. Hersveld. 60—63.

Egilolfus abb. Monast. 154.

Egilolfus II. abb. Monast. 154.

Egino comes 141.

Egino episc. Veron. 139.

Egmolfus episc Lauson. 152.

Egisvilla (Malacin), *Eisdorf* 818.

Ego comes 169.

Eguardus presb. 82.

Eid, Eido, Aeid, Aid, Egedus, episc. Misn. 84. 95. 769. 795. 805. 826. 827. 843—845. 854.

Eigil, Egil, abb. Fuld. 43n. 117*. 117. 117n.

Eihstedt; episc. Starchandus, Gebehardus (Victor papa), Gunzo, Udalricus.

Eila, filia Liutharii, uxor Bertholdi com. 801. 842.

Eilbertus cancellarius 796.

Eilwardus, Ailwardus, Agilwardus, (Hildiwardus), episc. Misn. 84. 87. 89. 845. 853.

Einhardus episc. Spir. 52. 141.

Einhardus, Heinhardus, episc. Spir. 71. 127. 128.

Ekbertus, Ekkihardus etc. v. Eg.

Ekkricus miles 842.

Elena, Elim v. Helena, Helim.

Elerstedi, *Allerstädt* 838.

Eleslevo, *Alsleben* 761.

Elewangen; abb. Opperthus, Rihardus.

Elisatius pagus v. Alsatia.

Ellenhardus episc. Frising. 128.

Elmeri, *Helmershausen*? 439.

Elpericus marchio 113.

Elphegus archiep. Cantuar. 849n.

Elpheid, filia imp. 42.

Elstra, Elstret fl. 105. 763. 793. 818. nigra 852.

Elvingus Corbeien. mon. 13n.

Ema aqua 778.

de Embike, comes Theodericus.

Embrica, Gothus 31.

Embrico ep. August. 127—129. 131.

Embricus abb. Heremi 146.

Emehardus episc. Wirzburg. 106. 107.

Emerita s. Sisu, soror Quedlinburg. 85. 863.

Emesinus negotiator, Iudaeus quidam 186.

Emma cf. Gemma, Hemma.

Emma, filia Rotberti regis Gall., uxor Rudolfi regis Gall. 372. (377). 379. 381. 382.

Emma, filia Lotharii regis Ital., uxor Lotharii regis Gall. 407. 621. 625—627. 629. 635.

S. Emmerammi monast. Radisbon. 732. 755. 817.

Emmo de Longis miles 407.

Emnilda, filia Brunonis 68. 772. 854.

Emnildis, filia Dobremiri, uxor Bolislavi ducis Pol. 784.

Emnildis, matertera Geronis archiep. 854.

Engel. v. Angel.

Engelbertus archiep. Colon 163.

Engilenheim, Engulenheim v. Ing.

Engilscalch 140.

Enniray, *Ennery*, castrum 159.

Entre-Iulet-et-Tirlemont 166.

Eodelpertus praepos. Casin. 172.

Eodo dux Aquit. v. Theudo.

Epo 511.

Eporegia, *Ivrea* 274. 284. 305. 306. 317. march. Anscarius, Adalbertus, Berengarius.

Eppo v. Eberhardus.

Eppo vir potens 7.

Ercancharius, Erchanger, comes 17. 141.

Erchambaldus archiep. Turon. 651.

Erchenbaldus, Erkanboldus, Arkanboldus, abb. Fuld., archiep. Moguat. 5. 80. 85. 93. 95. 117n. 118. 124. 125. 144. 801. 844. 846. 852. 857. 867.

Erchanbaldus, Ercanbaldus, episc. Strazburg. 68. 144.

Erkanbaldus camerarius Heinrici V. 111.

Erkembertus abb. Corbei. 7. 8. 114.

Erchempert mon. Casin. 240 sqq. 242. 259. 261.

Erkanbertus presb. 144.

Ercempertus clericus 538.

Erchenradus episc. Paris. 670.

Erembertus missus 223.

Eresburg v. Heresburg.

Erfesfurdt, Erphesfurt, Erpesfort, Erfordia 33. 45. 49. 54. 55. 100. 106. 108. 769.

Ericus dux Foroiul. 40.

Erich, Erik, Saxo 56. 446. 750. fil. Hildewardus.

Ericus cf. Hericus.

Ericus, Hericus, episc. Havelberg. 79. 816. 818. 824. 826. 829. 853.

Erispa sanctimonialis 88.

Eriulfus missus 223.

Erlebaldus comes Castric. 368. 369. 575. 577.

Erlolfus canc., episc. Wirzburg. 108. 109. (110).

Erluinus, Herluinus, fil. Hildegaudi, comes 377. 378. 385. 386. 390—392. 401. 589. 590. 595—598. uxor 385. fil. Rotgarius.

Erluinus episc. Belvac. 369.

Erluinus episc. Camerac. 80. 830.

Ermen v. Irmen.

Ermendrudis, uxor Felicis Gramneleni 150.

Ermefridus missus 223.

Ermenfredus, Francus 221.

Ermengarda, Hermengarda, filia Adalberti march. Tusc., uxor Adalberti march. Eporeg. 298. 301. 302. 304. 305. 317. 318.

Ermengardus 511.

Ermingaudus princeps Gothiae 381. 586.

Ermanricus, Hermenricus, rex Gothorum 31. 365n.

Ermeris abb. Casin. 196.

Ermioldus camerarius 792.

Ermis v. Hermis.

Ermoald abb. Leon. 239.

Ernastus, Ernestus, Ernist, Ernest, fil. Liutpoldi, dux Alamann. 83. 94. 124. 144. 797. 799. 800. 840. uxor 841. 850. (Gisela).

Ernist II. dux Alamann. 125. (144. 841).

Ernist marchio Austriae 148.

Ernest comes 48. 49.

Ernestus 455.

Ernoldus miles Karoli M. 709.

Erp episc. Ferden. 69. 72. 760. 773. 848.

Erp comes 828. uxor Amulred; fil. Walthardus; filiae 828.

Erpesfurt v. Erfesfurd.

Ervinus, Merseburg. 735. filia Hatheburch.

Esepus i. e. Aesopus, doctor fabularum 229.

Esericus v. Ascheric.

Esico comes Merseburg. 768. 770. 771. 794. 809.

Esico inclusus 847.

Eskeneweg, *Eschwege* 6.

Espernay v Sparnacum.

Estiva urbs Graeciae 192.

Ethel. v. Adel.

Ethela v. Athela.

Ethelgerus comes 774.

Ethelgerus 817.

Etheliud, uxor Sigifridi com. 791.

Ethgiwa, Aethgiwa, (Ottogeba), uxor Karoli Simpl. et Heriberti iun. (377). 401. 588. 609.

Ethmundus, Edmundus, rex Anglorum 393. 434. 598. 744.

Ethmundus, Aethmun, fil. Aethelradi 849

Etich episc. August. 124. 143.

Eublogimenopolis i. e. S. Benedicti civitas, *S. Germain* 228.

S. Eucharii monast. Trever. 115.

Eudokia (v. Berta), uxor Romani II. imp. 332.

Eulimius Siculus 498.

Eugenia (Liguria?) 710.

Eugenius II. papa 117. 154. 171. 711.

Eugenius III. papa 12n. 158. 192.

Eugenius patricius Graecus 555.

S Eunomiae sepulchrum 129.

Europa 48. 68. 73. 86. 88. 273. 274. 279. 333. 426. 432. 435. 436. 459. 488. 498. 676.

Eurvich, *York* 587.

S. Eusebii eccl. Rom. 715.

Eustasius abb. Luxov. 220.

Euthicius patricius Rom. 471.

Eutychius patr. Constant. 351.

Eversrius episc. Aritiensis 342.

Everhardus, Evurhardus v. Eberh.

Everis, Euherus, episc. Mind. 395. 603.

de Everstein, Adelbertus.

Evodisius interpres 359.

Evodius episc. Papien. 352.

Evulanus comes v. Ebul.

Evurgerus, Ewergerus, custos, post archiep. Colon. 759. 772. 778. (796).

Ewerkerus miles 773.

Exarcatus 706.

Extradus dux Neapol. 212.

Ezo v. Hezo.

F.

Faianum 516.

Falarensis episc. 342.

Falco abb. Caven. 192.

Fanis, *Fainò* 400.

Fara monasterium 238.

Fara oppidum, *la Fere* 404. 573.

Farabertus episc. Leod. 395. 603.

Faraianum, *Frignano*? 208.

Faramundus rex Franc. 30.

Fardulfus abb. S. Dionisii 39.

Fardunum, Werduun, *Verden* 753. 846. 848. episc. Amolongus, Bruno, Erp, Bernharius, Wiggerus, Thietmarus.

S. Faronis basilica Meldensis 643.

Fasanus (papa Iohannes XVII.) 124. cf. 835.

Fastrada, Vastrada, Vastrath, uxor Karoli M. 38. 39. 117*. 139. 214.

Fauces, *Flüssen* 133. 712. cf. S. Magni.

Faustini rivus 485.

Felecan dux Nortmann. 380.

Feliciana heresis 39. 122.

S. Felicis ecclesia 701.

Felix Grammaticus 150.

Fenestella 511.

de Fenestranges, Heinricus archiep. Trever.

Feretinensis episc. Romanus.

Feretratus mons 341. v. S. Leo.

Fermundus episc. 858.

Ferraci rex Sarracen. in Ital. 199.

Ferrante rex Castellae 194.

Ferrantius comes Flandriae 163.

Ferraria 472.

Ferruzanum, *Ferrazani* palus prope Capuam 209.

Finan episc. Lindisfarn. 2. 116*.

S. Findanus 231n.

Finimas villa, *Fimes* 370.

Firmum 274. 283.

Flaccus v. Horatius.

Flambertus 287. 300. 301.

Flaminiacum 169.

Flamminea via 706.

Flandria, Flanderi (83.), Phlantria, Phalandria (135.); Phlandri, Flandrenses 7. 83. 111. 126. 135. comes 160. 164. Balduinus, Arnulfus, Arnulfus, Balduinus, Ratpertus, Ferrantius.

Flatcheim 105.

Flaveium 161.

Flaviniacum 151. abb. Manases, Adalbertus, Zacho, Warimbertus. Apollinaris, Ingelbertus.

Flodoardus presb. Remensis 363 sqq. 376. 387. 388. 397. 406. 407. 568. 575. 582.

Flodoardus, nepos Flodoardi sup. 406.

Floramville 165.

Florentia 112. 223. episc. 342.

Florentini castellum in Apulia 194.

Florentiola, *Fiorenzuola* 299.

Florentius rex Palermit. 700.

Floriacensis abb. Abbo.

Florienges castrum 151. Philippus de Florenges episc. Mett

Floriane 161.

S. Florus, *S. Flour* 163.

Flothildis visiones vidit 387.

Flumicellus 557.

Flurus comes Amalf. 513.

Flurus Amalf. 528.

Focas imp. Constant. 186.

Focas domesticus 302. 308. 309.

foenini pilei 451

Folcmarus cf. Volcmarus.

Folcmarus, Volcmerus, Wolcmerus, Wolmerus, archiep. Colon. 61. 750. 751. 753. frater Herimannus.

Folcmarus episc. Paderborn. 5.

Folcmarus abb. Corbei. 4.

Folmarus abb. Weissenb. 70.

Folmarus comes 145n.

Folcmarus comes 842.

Folradus v. Fulradus.

Fontana Lucii 230.

Fontaniacum, Fontenet, Funtanense, Phontinith 139. 156. 169. 235. 429.

Forchem v. Vorcheim.

Forconensis episc. Iohannes.

Forma 506.

Formarus archiep. Trever. 162.

Formicaria, *Formigara* 334.

Formosus episc. Port., papa 140. 204. 274. 276. 282. 714.

Forocludensis episc. Iohannes.

de Fortepassu, domina 165.

S. Fortunati, Gagi et Anthes aedes 529.

Forum Iulii, Foroiulium 200n. 223. 232. 234. 476. duces Gisolfus, Rotgaudus, Ericus, Eberhardus, Unroh. — Foroiulensis Berengarius 202.

Forum novum 698.

Fotius patriarcha Constant. 257. 538. 689.

Frabica casalis in Apulia 191.

Frakelevensis civis 8. cf. Frekenlevo.

Franci (Franchi; Franco 437. 438). 30—33. 36. 37. 40—42. 45. 52. 70. 85. 138—142. 150. 167. 168. 170. 183. 214. 219—221. 225. 233. 234. 236—239. 247. 273. 280. 286. 289. 291. 296. 306. 350. 351. 356. 358. 365n. 420—440. 444. 446. 453. 455. 458. 459. 461. 472—475. 523—525. 553. 555. 556. 571. 703—707. 710—714. 720. 768. 794. 807. 860. 872. Franci in Italia inferiore 199. 200. 203. 207. 212. 223. 225. 226. 228. 236. 237. 242. 243. 250. 254 256. 259. 476. 479. 486. 489. 490. 491. 495. 521. 525. 527. 532. 533. 536. 538. 540. 713. — Franci i. e. Galli 162. 168. 195. 274. 280. 281. 368. 370—383. 395. 396. 604. 631. 634. Franci Galliam inhabitantes 431. Teutones Franci et Franci Latini 214. Franci i. e. tam Latini quam Teutones 354. — Franci maritimi 375. 376. — Franci et Saxones (78). 425. 429. 437. Franci orientales 3. 38. 50. 141. 288. 292. 425. 430. 793. 840n. 856. Teutones, Teutonici 214. 276. 306. 354. — Franci hoc est feri 30. Franci Hugones vocabantur 31. — Francorum gesta 425. Francorum lege damnatus 441. — tunica stricta more Francorum 437. — Francorum apostolus Remigius 603. patronus 614. — Francorum imperium 426 sqq. (apud Widukindum); Francorum regnum 33. 44. 45. 220. 221. 240. 245. 428. 704. 707; (i. e. Gallia) 163. 579. 626. 654. Francorum reges 19n. 30. 872; (i. e. Galliae) 196. 470. 642 etc 683. 690. v. Gallia; regina Emma 626; duces Hugo, Hugo; comes Odo. — Francorum (i. e. orientalium) duces 440. Conradus, Eberhardus, (Conradus).

Francia i. e. Francorum regnum, imperium 36. 37. 40. 41. 117*. 122. 138. 139. 151. 205. 210. 211. 218. 221. 223. 227. 228. 233—235. 238. 280. 368. 470. 472. 474. 523. 703—708. 711. 712. 720. 872; i. e. Gallia (excepta Aquitania et Burgundia) 111. 114. 164. 165. 183. 218. (280) 368. 370. 372. 374—383. 389—393. 396. 400. 402. (403?). 404—406. 609. 840n. 872. 873. Francia Romana 280. superior 141. Franciae regnum 371. 642. Franciae ducatus 390. — i. e. Germaniae regnum (excepta Saxonia) 63. 73. 76. 79. 81 (in Francia non longe a Colonia). 90 (Franciam ingressus apud Augustam). 175. 209. 326 (Ingilenheim in Francia). 453 (Aquis). 462. 464. Franciae dominus Heinricus 52. — i. e. Germaniae provincia (Franconia) 52. 53. 65. 66. 77. 80. 84. 91. 119. 131. 132. 136. 141. 291. 293. 315. 326. 331. 342. 343. (403?). 439. 452. 455. 457. 467n. 745. 794. 796. 802. orientalis 105. 794. 805. 807. 814. 818. 823. 867. cf. Franconis. — Germania, Francia et Gallia 91.

S. Franciscus, institutor ord. fr. minorum 163.

Franco episc. Wormat. 785.

Franco abb. S. Sophiae Ben. 185.

Franco abb. S. Vincentii Mett. 159.

Franconofurt, Frankonovurt, Francanavord etc. (Francanawordе, Francanavordi 854. Frankenevord 814. Franconisfurt, Franconis vadum 122. 860.) 11. 12. 15—17. 93. 44. 45. 60. 61. 67. 84. 92. 93. 97. 122. 151. 303 755. 770. 798. 814. 817. 854. 860.

Frasu, *Frosa* 769, 782. 824.

Fratislaus v. Bretizlaus.

Fraumisi armiger Guidonis 509.

Fraxinetum, Fraxanetum, Fraxinid, *Frainet* 273. 275. 287. 296. 315. 316. 327. 329. 331. 340. 342. 379. 389. 464. 466.

Fredegunda, uxor Chilperici I. 220.

Freduidis construxit monast. Thin 160.

Frekenlevo, *Freckleben* 762. cf. Frakel.

Frequentum 511.

Fresia, Frisia 34. 123. 138. Fresones 106. 139. 435. 810. 869. Fresonum marchia 107. Fresicus negotiator 107.

Frethemi, Frethenna, Frethunensium congregatio, *Vreden* 82. 90. 851.

Fricherun comes 80.

Fridericus I. imp. (120). 121. 147. (155). 158. 159. 163. 192. 219.

Fridericus II. imp. (rex Apuliae 163.) 149. 159. 163. 193. 194.

Fridericus dux Lotharingiae, frater Adalberonis 400. 402. 404. 405. uxor 402.

Fridericus dux Lotharingiae 215.

Fridericus dux Alamann., frater Conradi III. 12. 108. 111. 115 (dux Alsacie). 116. 130. 132.

Fridericus dux Alamann., fil. Frid. imp. 148.

Fridericus dux Boemiae 121.

Fridericus, filius Ermanrici 31.

Fridericus patr. Aquil. 131.

Fridericus archiepisc. Colon. 7. 107. (108). 112. 215.

Frithuricus, Fridericus, archiep. Mog. 4. (51). 56—59. 118. 141. 142. 315. 324. 326. 393. 395. 496. 441. (444). 448. 449. 450. (453). (455—457). 599. 602. 603. 754.

Frithericus archiep. Ravenn. 798. (806).

Frithuricus archiep. Salzburg. 68.

Frithericus episc. Citiz. 764.

Fridericus episc. Halberstad. 108.

Fridericus episc. Mett. 158.

Fridericus episc. Prag. 121.

Fridericus, frater Godefridi ducis, canc. papae, abb. Casin., papa Stephanus IX. 104. 127. 189.

Fridericus comes, fil. Sigifridi 80. 99. 738. 779. 820. uxor 819.

Fridericus comes, frater Cunigundae imp. 84.

Frithericus comes Palat. 765. 768. 769. 774. 795. fr. Ciazo.

Fridericus comes (Ilburg.), fil. Thiedrici, (idem qui superior?) 822. 826. 843. 852.

Frithericus comes Palat. 113. 114.

Frithericus comes Westphaliae 113.

Fridericus Arnesburgiensis 8.

Fridericus camerarius regis 88. 89. 861.

Fridericus 83.

Fritherici via 749.

Fridislare, Friteslare, Fridisleri, (Fritizla 129), *Fritzlar* 11. 37. 107. 113. 129. 429. 449. 453. 457. 736.

Frikenhurst 8.

Frisinga 132. episc. Abraham, Goddescalcus, Ellenhardus.

Fritheruna comitissa 844.

Fritheruna 854.

Fritla, Gothus 31.

Frotmundus archiep. Senon. 388.

Fucitani, coloni Salernit. 529n. 21.

Fulbertus episc. Camerac. 381. 395. 396. 399. 403. 603. 609.

Fulbertus comes 581. 582.

Fulcharius episc. Noviom. 402. 403.

Fulco comes Andegav 385. fil. Wido.

Fulco, filius Goffridi, comes Andeg. 649—652. 657.

Fulco comes Hierosolim. 623n.

Fulda, Vulda, Fuldensis ecclesia etc. 4. 9. 14. 35. 41—43. 52. (54. 55). 82. 89. 116—118. 153. 398. 429n. 437. 448. 606. 670. 757. 833. 836. Fuldenses patres 62. abbates Sturm, Baugulfus, Ratgarius, Eigil, Rabanus, Hatto, Thiodo, Sigihardus, Hoggi, Helfridus, Haycho, Hildibertus, Hadamarus, Hatto, Wirinharius, Branthoh, Hatto, Erchemboldus, Branthoh, Poppo, Richardus, Sigiwardus, Ruohingus, Sigefridus, Wideradus, Ruothardus.

Fulmodo episc. Leod. 84.

Fulradus, Folradus, abb. S. Dionisii, capellanus Pippini 151. 475. 704. 706.

Fulradus, qui transtulit reliquias S. Viti 432.

Fundi, Fundensis urbs 225.

Furculae Caudinae, Furkle 247. 510. 542.

G.

Gaideris, Gayderis, Gaiderisius, fil. Radelgarii, princeps Beneventi 174. 188. 201. 202. 212. 254. 256. 471. 536.

Gayderisus princeps 207.

Gaidus dux Vincentiae 234.

Gaieta, Caieta; Caietani 175. 184. 225. 227. 253. 255. 260. 333. 534. 554. Cagetani duces Decivilis, — Iordanes.

Gaitelgrima, filia Atenulfi, uxor Guaimarii II. 551.

Galla, filia Symmachi 698.

Galli, Gallia (Galia) 44. 45. 66. 77. 79. 84. 91. 118. 124. 140—142. 162. 167. 168. 182—184. 214. 215. 220. 232. 238. 263. 314. 3[illegible]. 374. 377. 382. 388. 395. 403. 429. 431. 432. 435. 448. 449. 451. 456. 461—463. 466. 467n. 472. 478. 479. 483. 520. 527. 528. 542. 554. 556. 568—657 passim. 659. 660. 675. 676. 690. 691. 693. 696. 703. 709. 714. 717. 718. 860n. Galli i. e. Franci in Italia inferiori 203. 244. 245. 252. 263. 477. 483. 490. 495. 531. 532. 542. 715. 718. 719. — Gallia Belgica, Celtica, Aquitanica v. h. nomina. Gallia Cisalpina i. e. Burgundia 370. 373. 376. 384. 393. Gallia inferior 142. superior s. comata i. e. Burgundia superior 372n. 381n. Galli Allobrogi 313. — Gallorum regna 486. Gallorum reges 479. Karolus Calvus (Crassus) 280. Arnulfus 202. Gallici augusti 263. — Gallia a candore vocata 568. — Gallicus exercitus 242. 250. Gallicae chelandriae 353. Gallicum foedus 260. Gallica lingua 453. 654. 690.

Gallitiae rex Radamirus.

S. Gallus 231n.

S. Galli monast. 4. 139. 140. 141. 467n. abbates Othmarus, Salomon, Udalricus, Gerhardus, Burchardus, Udalricus.

Galvanus comes 194. 195. filius 195.

Gamenolfus episc. Constant. 143.

Gammara, Langobarda 242.

Gana, *Iahna* 432.

Gana fl. *Iahne* 843.

Gancellum, *Cancelli* inter Nolam et Suessulam 208.

Gandesheim, Gonnesheim, Gondesem, Gandersem, Gandense monast. 46. 54. 56. 92. 93. 97. 103. 115. 770. 773. 782. abbatissae Rothsuith, Wildigrat, Gerbirg, Sophia, Adelheit. — Gandershemense territorium 97.

Gangulfus v. Baugulfus.

Garard comes (Marsorum) 229. 250.

Gardulfus comes 776.

Garevardus miles 774.

Garganus mons, Garganum (monast. S. Michaelis) 175. 177. 179. 207. (208). 228. 229. 710.

Gariardus comes 300.

Gariardus episc. 236.

Garibaldus, fil. Grimoaldi, rex Langob. 232. 873.

Garibaldus rex (dux) Baioariae 232.

Garibaldus episc. Bergom. 237.

Garilianus, Garinganu, (Carnellus 226.) fl. 298. 713. 714.

Gorilianus mons, Garelianum 172. 175. 208. 257. 258. 260. 263. 287. 296—298. 477. 538—540. 542. 543.

Garunna fl. 569. 635.

Gaudentius episc. Prag v. Thiatdagus.

Gaudentius archiep. Gnes. v. Radimus.

S. Gaudentii eccl. prope Novariam 306.

mons Gaudii 777. v. Malus Mons.

Gaudremarus abb. S. Germani 167.

Gaufridus, Goffridus, Gozfridus, Cofridus Grisagonella, comes Andegav. 623n. 627.

Gaufridus Martellus 168.

de Gaugliaco (Gaugeio, *Gouy*), Rodulfus.

Gauscio abb. S. Germani 167.

Gauseningus castrum 314.

Gauslinus, Gauslinus, Goslinus, episc. Tull. 370. 394. 395. 602. 603.

Gavensis episc. Lucidus.

Gayderisus v. Gaid.

Gazani 523.

Gebehardus comes Francior 141. filii Udo, Herimannus.

Gevehardus, fil. Udonis, comes 440.

Gebehardus comes 63. 65. 765.

Gevehardus, fil Heriberti, comes 852.

Gevehardus comes 852.

Gebehardus, frater Conradi II. imp. 97.

Gebehardus archiep. Mediol. 126.

Gebehardus archiep. Salzburg. 133.

Gebehardus (abb. Elwang. 73n.), episc. August. 73. 124. 775.

Gebehardus, Givehardus, episc. Constant. 73. 143. 144.

Gebehardus II. episc. Constant. 7. 108. 111. 131. 135. 154.

Gebehardus II. episc. Eihsted. 70. 104. 126. v. Victor papa.

Gebehardus episc. Prag. 120.

Gebehardus I. episc. Radisbon. 90. 125. 144. 773. 780. 797. 798. 803. 817. 818. 823.

Gebehardus IV. episc. Radisbon. 125.

Gebehardus III. episc. Radisbon. 70. 125. 127.

Gebehardus IV. episc. Radisbon. 133.

Gebehardus episc. Spiren. 109—111.

Geddo scholasticus et praep. Magd. 833. 847.

Geilan, uxor Gozberti ducis 735.

Geilo dux Franc. 139.

Geizlethe, *Geisleden* 97.

Celasius II. papa 114. 158. 184. 191 (Pelagius).

Geldern, Guelles, Guellia; dux 166.

Geldani genus 110.

Gellingen, *Göllingen* 98.

Gelsusa. uxor Uffonis 742.

Gemma, filia Athanasii Neap., uxor Landulfi I. 547.

Gemma, uxor Giselfi Salern. 556.

Genauni 609. Genaunorum i. e. Burgundiae rex Conradus 599.

Genezanum, *Genzano* 195. Gentian. episc. Zacheus.

Geni, *Gross-Gehna* 792.

S. Genovefae ecclesia 581.

Gent abbacia 813.

Genua v. Ianua.

Georgius dux Neapol. 212.

Georgius missus imperial. 474.

Georgius patricius, stratigos Graecus 521. 527.

Georgius patricius Graecus 188. 201—203. 471. 543. 544.

Georgius secundicerius 342.

Georgius de Abentino 199.

S. Georgii brachium prope Constant. 148.

S. Georgii cella in monte Casino 226.

S. Georgii monast. in Colonia 105.

S. Georii eccl. Prag. 809.

Gepa (Gerbirch), filia Conradi regis Burg. (uxor Herimanni ducis Alamann.) 215.

Gerardus v. Gerhardus.

Gerberga, Gerbirch, filia Heinrici I, uxor Gisleberti ducis et Ludowici IV. regis Gall. 141. 215. 386. 390. 391. 393. 396. 398. 401—407. 430.

(445. 448). 579. 591. 596. 598. 599. 607. 609—611.
Gerbergha, Gerbirga, filia Heinrici I. ducis Baioar., abbat. Gandesh. 91. 92. 773.
Girberga, filia Berengarii II. regis 336.
Gerberga, filia Karoli ducis 642.
Gerberga uxor Heinrici marchionis 800.
Gerberga, mater Herimanni com. 852.
Gerburg, filia Riodagi march. 88.
Gerberga abbatissa 759.
Gerburg monacha 88.
Gerbernus abb. Corbei. 4.
Gerbertus, Girbertus, Gilbertus, archiep. Rem., Ravenn. (Silvester II. papa) 91. 92. 120. 124. 157. 568. 616—621. 648. 651. 653—657. 659 sqq. 686. 690. 780. 835. litterae et artes 617. 618. 835. disputatio cum Ohtrico 619—621.
Girbertus episc. Nemaus. 219n.
Gerdagus episc. Hildesh. 68. 69. 770.
Gerdruda, filia comitis Egberti 95.
S. Gerdrudis eccl. Aug. 128. 129.
S. Gerdrudis monast. Nivell. 133.
S. Gereonis eccl. Colon. 783.
Gerfredus episc. Monast. 3.
Gerhardus, Gerardus, Girardus.
Gerhardus episc. Camerac. 80.
Gerardus episc. Tull. 157n.
Girardus card. papa Lucius II. 192.
Gerhardus abb. S. Galli 143.
Gerardus abb. Mosom. 164.
Gerardus abb. S. Symphoriani, post S. Vincentii Mett. 160.
Gerhardus comes Alsatiae 84. 796. 856. 866. fil. Sigifridus.
Girardus comes 182.
Gerardus 385.
Gerardus dominus de Iasce 164. 165.
Gerlandus archiep. Senon. 388.
Gerlo, filius Ingonis 572.
Germani (apud Richerum ita Belgae dicuntur) 378. 569. 570. 575. 577. 582. 585 591. 600. 621—623. 709. Germania 30. 48. 87. 88. 91. 104. 114. 118. 139. 184. 215. 219. 377. 391. 395. 397. 403. 430. 432. 452. 465. 466. 569. 577. 580. 584. 591. 601n. 602. 603. 606. 607. 610. 619. 628. 653. 672. 673. 746. 748. a germinando nomen accepit 569. Germaniae regnum 621. rex Ludowicus 214. Otto 617. princeps Heinricus 378. — Germaniae episcopi 397. 602. 603. 653. 654.
S. Germanus episc. Paris. 166. translatus 167.
Germanus episc. Capuan. 481.
Germanus abb. S. Germani 167.
S. Germani coenobium in suburbio Paris. 166. abb. 166—168.
S. Germanus, *San Germano* 194 473n.
S. Germanus, in Lothar. 159.
Germeresleva, *Germersleben* 779.
Germirus, Geramirus, dux Boem. 82. 99.
Gernrode, Gerinrod, Geronis saltus, 82. 749 (cf. n. 1.) 805. 834. 837. abbat Hadwiga, Adelheid.
Gero, frater Thietmari march., archiep. Colon. 118. 751. 757. 759. 843.
Gero, Ghero, archiep. Magdeburg. 86. 88. 89. 94. 96. 789. 804. 829. 830. 832. 839. 840. 842. 843. 847. 852—855. 857. 861. 864. 866. 868.
Gero, Ger, abb. Heremi 146. 147.
Gero marchio (prussus) 82. 436. 437. 440. 444. 446. 450. 457. 460—463. 466. 744. 746. 749. 822. 831 filius 462. Sigifridus; nepos 463.
Gero, marchio, fil. Thietmari 82—84. 782. 792. 795. (822?). 834. 841—843. uxor Adelheid; fil. Thietmarus.
Gero comes 5. 64. 65. 781. uxor Aethela; soror Tetta.
Geroldus, Gherold, Keroldus, march. Baioar. 40. 139.
Geraldus Genevensis 407.
Geroldus episc. Mogunt. 35n
Geroldus abb. 3.
Geroldus abb. Wirdun 98.
S. Geroldi coenob. (*Auvillac*) 616
Gerricus abb. Weissenburg. 70.
Geruncus archiep. Bituric. 170. 398.
Gerunda 129. episc. Berengarius. — Gerundensium finis 44.
Gervasius archiep. Rem. 161.
Gestimulus rex Slavorum Rug. 3. 46. 47. 840n.
Geto 120.
Gevehardus v. Gebehardus.
Gewiliob episc. Mogunt. 35n.
Gezerisca, *Gerichtheyn* 764. 844.
Gezo episc. Tertn. 344.
Gezo, praenomine Hoverardus, judex Papien. 302. 311. 312.
Gezo praepositus 817. 858.
Gezo pincerna 827.
Gibuinus episc. Catalaun. 394. 403 405. 406. 601. 612. 613.
Gilhiem v. Ingilheim.
Girardus, Girberga, Girbertus v. Ger.
Gisenhusen praedium 124. 135. 136.
Gisilus (Gisulfus?), fil. Arechis princ. Ben. 483.
Gisilharius, Gisilerus, (Hisillarius 65), episc. Merseburg., archiep. Magdeb. 65. 69. 694. 755. 758. 762. 765. 769—771. 773. 778. 780. 781. 785. 787. 789. 794. 802. 803. 809. 816. 821. 887.
Gisilharius abb. Weissenb. 70.
Gisla, Gisila, filia Herimanni II. ducis Alam., uxor Ernesti ducis et Conradi II. imp. 70. 90. 99. (99). 104. 126. 215. (841. 856).
Gisla, Gisila, filia Karoli M. 139. 214.
Gisela, filia Lotharii regis Loth. 214.
Gisla, filia Berengarii I, uxor Adalberti march. Eporeg. 294. 298. 328.
Gisla, filia Berengarii II. 336.
Gisla, filia Bosonis march. 318.
Gisla, uxor Heinrici II. ducis Baioar. 92. 769. 790. 814.
Gisla inclusa 144.
Gislebertus, Gisilbertus, Gisalbertus, Gisilbrat, Gisilbrachtus, Isliberhtus, Isilberhtus, filius Ragenarii, dux Lotharing. 4. 56. 57. 141. 142. 291. 315. 321. 325—327. 369—383. 385. 386. 403. 430. 436. 438. 442 —445. 576n. 577n. 579. 580. 591. 754. uxor 326. Gerberga; filia 326. filius Heinricus.
Gislebertus, Gillebertus, comes 257. 298. palatii 311. uxor Roza.
Gislebertus comes, nepos Raginardi 373.
Gillebertus comes, fil. Manasse 379. 388.
Gislebertus comes, frater Brunonis episc. Lingon. 661.
Gislebertus comes, frater Cunigundae imp. 806.
Giso 151.
Giso minus Ramen. eccl. 301.
Gisulfus dux Forojul. 232.
Gisulfus I, Gisolph, frat. Grimoaldi II, dux Benev. 197. 198. 199. 200. 211. 471. 669.
Gisulfus II, fil. Romualdi II, dux Benev. 173n. 197. 198—201. 212. 471.
Gisulfus I, Gesulfus, fil. Gualmarii II, princ. Salern. 211. 213. 551—559. uxor Gemma.
Gisulfus II, Gesulfus, fil. Gualmarii IV, princ. Salern. 181. 211.
Gisulfus abb. Casin. 198.
Givakanstin, Ivikansten, *Giebichenstein* 92. 762. 803. 805. 824. 826. 836.
Givina; abbatissa.
Givoldifossa 570
Gliche castellum 106.
de Glisberg, Waltherus.
Glogua, *Glogau* 822. 855.
Glomaci, Zlomini, i. e. Dolomici (*Lommatzscher Pflege*) 735.
Glomuzi fons 735.
Gnesis, Gnezni, Gnesen 789. 906. archiep. Radimus.
Godopertus v. Gudipertus.
Godabertus peregrinus 865.
Gotofredus, Cotefridus, dux Alamann. 137. 138.
Godefridus dux Lotharing. (sub Brunone) 60. 754.
Godefridus I, dux Lotharing. 161. 851. 856. 866. 869. 870.
Godefridus II, Cottofrydus, (barbatus), fil. Gozelonis, dux Lotharingiae 71. 101. 104. 128. 157. 158. 161. 180. 181. 189.
Godefridus dux Bull., (rex Hierosol.) 107. 135. 183.
Godefridus comes Lothar. 407. (629?).
Godefridus comes 654. 656. 690.
Godefridus comes 869.
Godefridus Niger 443.
Godefridus, frater Everhardi 144.
Godefridus episc. Spirens. 59.
Godefridus abb. Monast. v. Cothefridus.
Godefridus seditiosus S. Viti 7.
Godefridus Corbei. 18.
Godehardus, Gothehardus, abb. Altah. et Hersveld., episc. Hildesh. 68. 91. 93—102. 118. transl. 115.
Godeoc rex Langob. 217.
Goderammus abb. S. Michaelis Hildesh. 90. 97.
Godescalcus, Godelscalcus, dux Benevent. 187. 198. 201. 212. 471.
Goddescalcus episc. Frising. 808.
Godescalcus episc. Mind. 111.
Godescalcus abb. Corbei. 3. 4. 783.
Godescalcus presb. Hildesh. 94. 95.
Godescalcus, filius Eggibardi 95.
Godescalcus, Ghodeschalck, hereticus 46. 47.
Godesmannus, Gotesmannus, episc. Ambian. 643. 645. 647. 658. 659. 661. 670. 685.
Godila, fil. Werinharii), uxor Liutharii et Herimanni march. 779. 831.
Gola abbatia, *Chelles* 370. abbat. Rothildis.
Goresin, *Göreschen* 759.
S. Gorgonii corpus 36. 151.
Gorzia mon. 71. abb. Agenoldus.
Gosfridus 382. cf. Gaufridus.

Goslaria, Goslori 6. 7. 10. 70. 84. 89. 95. 96. 98. 100. 102. 106. 108. 111. 113. 114. 841. 853.

Goslinus v. **Gauzlinus.**

Gotebaldus patr. Aquileg. 126. 127.

Gotha dux Gothorum 425.

Gothi 22. 30. 31. 222. 425. 522. 697. 698. 703. **reges Ermanricus, Alaricus, (Odoacar** 31), **Theodoricus, Thurismodus. — Gothia (Galliae provincia), Gozna, Guti, Gothi** 34. 123. 138. 150. 374. 571. 610. 627. 634. **Gothorum fines** 571. **Gothiae, Gothorum principes** 381. 586. **Ragemundus (390. dux** 627).

Gotselmus, Iozselmus, episc. 374. 583.

Gottiae montes v. Alpes Cotiae.

Gozbertus cf. Cozpertus.

Gozbertus dux 735.

Gozpertus episc Laudun. 379. 381.

Gozbertus abb. Hersveld. 62. 63. 65. 66.

Gothertus decanus S. Galli 168.

Gozbertus, Gotbertus, fr. Angilberti 400. 609.

Gozelo, Gazelo, dux Lotharing. 71. 101. 157. fil. Godefridus.

Gozilo, frater Bardonis 629.

Gozmarus episc. Osnabrug. 101.

Gozmarus decanus S. Germani 167.

Gozwinus comes 105.

Gradensis patr. Dominicus.

Graeci, Grai 56. 57. 62. 63. 74. 116. 119. 140. 214. 273. 276. 290. 307—309. 311. 329. 331. 337. 338. 347—362. 398. 423. 461. 521. 522—569. 607. 618. 636. 699. 704. 710. 717. 721. 753. 754. Graecia 36. 63. 135. 148. 193. 350. 360. 362. 770. 776. 859. 871. Graeci in Italia 174. 178. 201—206. 209. 212. 219. 222. 253. 256—261. 263. 287. 298. 315. 317. 327. 379. 450. 462. 465. 466. 524. 534. 538—544. 548n. 549. 550. 554—556. 720. 748. 765. 766. Graec. imperium 276. regnum 553. imperator 74. 273. 356. 358. 717. 718. rex 56. 121. 127. cf. Constantinop. — Graia turba 203. — Graeci episc. 14n. 361. — Graecus ignis 307. 327. 329. 331. — Graeca lingua 357. 524. 719. Graecae litterae 337. 451. Graec. codices, libri, volumina 522—524. fabulae 311. Graecorum stilus 225. Graecum vocabulum 243. 507. Graeca in Liudprando quam plurima leguntur; cf. 557. 711. de Graeco in Latinum translat. 617. missa Graece celebrata 361. — Saxones a Graecis originem trahere 418. 423. — cf. Achivi, Argivi, Danai.

de Grandiprato, **comes Heinricus.**

Granum palatium v. Aquisgran.

Grascabf prope Coloniam 105.

Gratianus, papa Gregorius VI. 126.

Gratianus abb. Casin. 198.

S. Gratiliani cella in Nepet. civitate 716.

Gravina 361.

Gregorius I. Magnus papa (Dialogus appellatus 351.) 152. 153. 200 211. 220. 351. 352. 365n. 420. 548n. 699. 848. vita et regestum 689. epistolae in concilio Remensi saepius afferuntur.

Gregorius II. papa 153. 219. 700.

Gregorius III. papa 123. 153. 156.

Gregorius IV. papa 117*. 154. 171. 712. 713.

Gregorius V. (cf. Bruno) 73. 74. 76. 91. 124. 144. 157. 176. 657. 694. 776. 777. 780. 781. 835.

Gregorius antipapa 835.

Gregorius VI. papa (120). 157.

Gregorius VII. papa (cf. Hildibrandus) 72. 105. 120. 128. 130. 131. 133. 146. 181. 182. 189. 190. 203.

Gregorius (VIII.) papa 114.

Gregorius VIII. (nonus 193.) **papa** 148. 159. 193.

Gregorius IX. papa 149. 164. 193.

Gregorius X. papa 160. 195.

Gregorius XI. papa 166.

Gregorius episc. Alban. 342.

Gregorius abb. Casin. 191.

Gregorius abb. Heremi 138. 142. 144. 145.

Gregorius abb. S. Sophiae Ben. 177.

Gregorius, nepos Liutprandi regis, dux Benev. 187. 198. 200n. 201. 212. 471.

Gregorius I. dux Neapol. 212.

Gregorius II. dux Neapol. 212.

Gregorius III. dux Neapol. 212. 249.

Gregorius IV. dux Neapol. 212. 549n.

Gregorius comes 573.

Gregorius baiulus Graecorum 253. 254. 533. 536.

Grifianello, rivus, mons 698. 704. 716.

Grifo, Gripho, Griffo, Grippo, Grippho, filius Karoli Martelli 35. 122. 138. 150. 215.

Grimizo nuntius Adalberti regis 353.

Grimoaldus, fil. Pippini, maior domus (rex Fr.) 19n. 214. 215. 221.

Grimoaldus, fr. Rodoaldi, dux Benev. (173). 186. 200. 211. 471. **rex Langob.** 187. 232. 239. 470. 700. 872. 873.

Grimoaldus, fil. Romoaldi I, dux Benev. 200. 211. 471.

Grimoaldus I, fil. Arechis I, princeps Benev. 151. 173. 188. 199. 201. 202. 212. 242—244. 471. 479. 480. 483—489. 495. uxor Wantia.

Grimoaldus II. (Falco, Storesayz, Thesaurarius), fil. Ilderici, princ Ben. 19n. 173. 188. 198. 201. 212. 244. 246. 471. 489—497. 516.

Grimoalt, filius Dauferii Balbi 246.

Grimoalt, filius Rodolgrimi, Salern. 546.

Grimoalt, Salern. 550.

Grimualdus 703.

Grodegangus episc. Mett. 156.

Grommo (Crema?) 807.

Grona, Gruna 88. 89. 96. 428. 825. 829.

Gronige, Gronighe, *Gröningen* 8. 38.

Guaifarius, Waifarius, Wifarius, dux Aquitan. 36. 139. 706. 707.

Guaiferius, Waiferius (Balbus, fil. Dauferii Balbi, princ. Salern. 188. 211. 212. 228. 230. 246. 249—256. 506. 511. 513. 515. 518—521. 528—531. 533—538. 548. 558. **uxor Landelaika; fil. Guaimarius.**

Guaiferius Colossensis 257. 258. 260—262. 539. 541.

Guaiferi 511.

Guaimarius I, Weimarius, fil. Guaiferii, princ. Salern. 174. 188. 204. 205. 211. 212. 252. 256. 257. 260. 531. 537—548. **uxor Ida.**

Guaimarius II, Weimarius (Gybbosus), fil. Guaimarii, princ. Salern. 188. 211. 212. 544—551. **uxor Gaitelgrima.**

Guaimarius III, Weimarius, princ. Salern. 211

Guaimarius IV. princ. Salern. (et Capuae) 179. 189.

Guaimarius, fil. Landulfi, Salern. 557.

Guala 511.

Gualaizi 511.

Gualanes, Valanes, Capuan. 260. 541.

Gualo abb. S. Germ. 168. cf. Walo.

Gualpertus episc. 533. cf. **Walbertus.**

Gualpertus famulus episc. Bernardi Salern. 517.

Gualterus v. **Walterus.**

Guarani 219.

Guarnerius legatus Stephani papae 474. cf. **Wernherus.**

Gudipertus, filius Ariperti regis Langob. 232. 873 (ubi filius Rothari falso dicitur).

Gudo (Guido?) **de Suessia, nepos Landulfi IV.** 209.

Guibaldus abb. Casin. 219. cf. **Wibaldus.**

Guido, Guillelmus v. **Wido, Wilhelmus.**

Guinichisus dux Spolet. 243.

Guinula gens 717.

Guiscardus comes de Rocceio 162.

Guiso, *Wisant* 385. 589.

Gullus fl., *Geul* 579.

Gumeltruda, uxor Ademarii pr. Salern. 518.

Guncelinus comes (Cukesburgiensis 793?), **fil. Guntheri, marchio** 782. 793. 795. 801. 805. 809. 821. 822. 857.

Guncelinus comes 838. 842.

Guncelinus miles 829.

Gundulfus episc. Mett. 156.

Guntharius, Guntherus, comes (dux s. marchio Misnensis) 65. 143. 450. 465. 748. 765. 779. 867. **ux. Dobrawa; fil. Eggihardus, Guncelinus, Bruno.**

Guntherius comes, fil. Eggihardi march. 843.

Guntherus, Gunthere, episc. Babenberg. 105. 128.

Gunterius episc. Osnabrug. 787.

Gunterius episc. Radisbon. 752.

Guntherus abb. Hersveld. 60. 61.

Guntherus abb. Hersveld. et Corbei 7.

Guntharius monachus et heremita 93. 126. 853.

Gunthorp, *Gundorf* 759.

Guntramnus I. rex Franc. 166. 220.

Gunzo episc. Eihsted. 127. 128.

Gusua, *Geusa* 857.

Gutizi v. **Chutizi.**

Gutring rex 848.

Gydoinus abb. Mosom. 162.

Gysa soror Romualdi 700.

H.

Habrehamis de Brett 165.

Haboki i. e. Hohboki 41.

Hadalaun, Hotholaon, *Hadeln* 32. 417. 418.

Hadaldus, qui erat super cubiculum regis 442. 443.

Hadewig cf. **Hathui.**

Hadewig, filia Heinrici I, uxor Hugonis M. 215. (377. 385. 404. 430).

Hadewig, Hadwiga, filia Heinrici ducis Baioar., uxor Burchardi ducis Alamann. 144. 458.

Hadewig, Hatewiga, Hatuwiga, Ha-

duin, Hathui, uxor Sigefridi, abbat. Gernrod. 69. 76. 82. 749. 805. 834. 837.

Hadria, Hadrianus v. Adria.

Hadulfus episc. Noviom. 403. 406. 408. 613.

Hadumarus, Hathumarus, abb. Fuld. 55. 58. 59. 117n. 118. 437. 448. Hathemari patera 9.

Haerdechunt rex Danorum 100.

Haertz silva 32. 38.

Hagano consiliarius Karoli Simpl. 368. 370. 573. 574. 576.

Hagano abb. Hersveld. 59—61.

Hagano diac. et capell. regius 101.

Hagerus miles 857.

Hagruldus comes 581.

Hagroldus Nortmannus, qui Baiocis praeerat 392. 598.

Haica dux exercitus Saxon. 444. cf. Hoico.

Haicho, Haigo, abb. Fuld. 52. 117n.

Haidericus abb. Mosom. 162.

Haimo v. Heimo.

Haistulfus, Aistulfus, (Austulfus 150), rex Langob. 36. 138. 150. 187. 200. 214. 218. 233. 239. 470—475. 702—706. 872. 873.

Haistulfus, Hastulfus, Heistolfus, archiep. Mogunt. 41. 44. 45.

Haito episc. Basil. 154.

Halberstad, Halverstede, Halverstido, (Harverstad 106) 13n. 38. 69. 73. 78. 86. 89. 101. 108. 113. 116. 754. 763. 785. 799. 853. 868. episc. (Alfurtestedensis 395. Alfureestedensis 603.) Hildegrimus, Thiatgrimus, Heimo, Hildegrimus, Sigismundus, Bernhardus, Hildewardus, Arnulfus, Brandagus, Burchardus, Fridericus, Reinhardus.

Hammaburg, Homanburg 445. 752. 764. 785. archiep. Ansgarius, Rimbertus, Adalgarius, Hogerus, Unni, Adaldachus, Lievizo, Unwanus, Lievizo, Herimannus, Becelinus (Adelbrandus), Adalbertus, Adelbero.

Hammerstein, Hamersten, arx 85. 95. 109. 110. comes Otto.

Hammum castrum, *Ham* 380—382.

Hannibalis via 283.

Haraldus rex Danorum 63. 462. 463. 747. 847. fil. Suennus.

Haraldus, fil. Suenni, rex Danorum 849.

Harbertus caecus 406.

Harburc 579. 580n.

Harceius castellum 381.

Harderat, Haltrat, abb. Hersveld. 50. 51.

Hardradus, Hartrat, comes 38. 117*. 122.

Hardingus abb. S. Iohannis Magd. 762.

Harduinus subiectus Tetbaldi 404.

Hardwigus v. Ardoinus.

Harnaburg v. Arnaburg.

Harstalium castrum 580.

Hartbertus episc. Curiensis 142.

Hartesburg 105.

Hartmannus episc. Lauson. 152.

Hartwigus, fil. Eggelberti, praep. Magdeburg. 107.

Hasa fl. 38.

Hasbanium 581.

Hassegun 850. 859. Hassigani 438.

hasta signifera ducatus datur 805.

Hasungun 105.

Hathagat(h) Saxo 417. 420.

Hatheburg, filia Ervini, uxor Heinrici I. (440. 441). 735. 744n. e.

Hathersesburgdi, *Harsprach*? 800.

Hatholdus miles 857.

Hathui cf. Hadewig.

Hathui, uxor Ottonis ducis Saxon. 735.

Hathui, filia Heinrici (Stad.), praeposita Hesling. 756.

Hatto I, Hatho, abb. Aug., archiep. Mogunt. 50—53. 140. 141. 286. 289. 290. 417. 427. 736.

Hatto II. abb. Fuld., archiep. Mogunt. 58. 59. 62. 63. 117n. 118.

Hatto episc. Ausonensis 616.

Hatto abb. Fuld. 117n.

Hatto abb. Fuld. 117n.

Hatto, fil Theodonis Aquit. 138.

Hatto comes 327. 329.

Havelberg. 8. 764. episc. Tudo, Hildericus, Ericus.

Haymo v. Heimo.

Hebraea gens 486. v. Iudaei.

Hed comes 756.

Heddo abb. Aug., episc. Strazburg. 153.

Heggedor porta 760n. d.

Heilolvingus genere, Wicterbus episc., Baioaricus 170.

Heilram (archiep. Salzburg.?) 122n.

Heiluidis 377. fil. Rodulfus comes.

Heimardus abb. Cluniac. 389n.

Heimo episc. Constant. 125.

Heimo, Heinmo, Haymo, episc. Halberstad. 44. 46.

Heimo, Haimo, Aymo, episc Virdun. 654. (656). 690. 821.

Heimo abb. S. Germani 167.

Heimo abb. Merseburg. 764. 794.

Heinricus, Heinrichus, Henricus, Haenricus, Hainricus, Hanricus, Hinricus, Enricus, Enrigus, Anricus, Inricus etc. cf. Hezelo.

Heinricus I, fil. Ottonis, dux Saxonum (et Thuringorum 291. 292.), rex 4. 52—55. 74. 75. 116. 119. 138. 141. 145. 155. 157. 214. 215. 286. 291—294. 302. 303. 306. 314. 315. 319. 320. 322. 369. 371—383. 416. 417. 425—438. 440. 441. 446. 573. 574n. 575—577. 579. 580. 734—743. 760. 823. 871n. Martellus 215. ux. Hatheburg, Mahthildis; filii Thancmarus; Otto, Heinricus, Bruno, Gerberga, Hadewig.

Heinricus II, fil. Heinrici ducis, dux Baioar., rex et imper. 5. 70. 73. 78—89. 92—97. 118. 124. 125. 144. 145. 155. 157. 161. 177. 178. 189. 214—219. 221. (740). 742. 773. 782. 783. 790 sqq. magnus 177. uxor Cunigund.

Heinricus II, fil. Conradi II, dux Baioariae (97. 126.), rex et imp. 5. 6. 70. 97. 98. 100. 102—104. 125—127. 145. 146. 157. 168. 179. 180. 215. 217—219. uxor (filia regis Danorum 125.), Agnes.

Heinricus IV, fil. Heinrici III. (natus 104. 126. prius Conradus dictus), rex et imp. 6. 7. 70—72. 104—111. 120. 126—136. 145. 146. 154. 158. 162. 181—183. 190. 215. 218. uxores Berta, Praxedis, Adelheid.

Heinricus V, fil. Heinrici IV. (natus 105.), rex et imp. 7. 8. 105. 107—115. 136. 146. 147. 154. 158. 162. 184. 191. 192. 215. 218. uxor 8. 112. 113.

Heinricus VI, fil. Friderici I, rex et imp. 148. 159. 193. 210.

Heinricus rex parvulus (nepos Friderici II.) 194.

Heinricus rex Galliae 126. 161. 168. 215. 219.

Heinricus, fil. Heinrici I. regis, dux Baioar. 56—59. 119. 141. 142. 214. 215. 315. 319—322. 324. 326. 387. 402. 430. 436—449. 452—459. 737. 741. 744—747. 754. 756. uxor Iudith; fil. Heinricus, Hadewig.

Heinricus, (Hezilo 628), fil. Heinrici super. (natus 58.), dux Baioar. 58. 62—67. 69. 73. 91. 124. 143. 144. 215. 628. 657. 759. 760. 767—770. 773. 782. 784. 790. 791. (890). uxor Gisla; filii Heinricus II. imp., Bruno, Arnulfus; gener Waic.

Heinricus, filius Ottonis I. 453.

Heinricus, filius Ludowici IV. regis Gall. 402. 610.

Heinricus, filius Ferrautis regis Castellae 194. 195.

Heinricus, filius Stephani regis Ungar., dux Ruizorum 98.

Heinricus dux 140.

Heinricus dux, filius Gisleberti ducis Lotharing. 445. 447.

Heinricus minor, (fil. Bertholdi ducis Baioar.), dux Baioar. et Karent. 64. 65. 143n. 766. 768. 770.

Heinricus, Hezil, dux, filius Ottonis ducis Karent. 214. 215.

Heinricus, (filius Hugonis M.), dux Burgundiae 169.

Heinricus, frater Cunigundae imp., dux Baioariae 80. 782. 805. 811. 816. 817. 821. (826. 839). 854. 855. 857. 867.

Heinricus dux Lothar. 110. 111.

Heinricus dux de Limburch 107. 113.

Heinricus dux Brabant. 165.

Heinricus praeses 460.

Heinricus, filius Liutpoldi, marchio Austriae 95. 842. 860. 867.

Heinricus, filius Bertholdi, marchio Baioar. (Suinvurt.) 92. 144. 773. 794. 795. 797. 799—802. 805. 809. 856. ux. Gerberga; fil. 800. Otto de Suinvordi.

Heinricus marchio 196n.

Heinricus marchio Freson. 107.

Heinricus marchio Stadensis 8.

Heinricus comes Palatinus 70. 71. cf. Hezo.

Heinricus comes Palatinus 106.

Heinricus comes (Franc.) 50. 51. 140.

Heinricus comes (Lothar.) 370.

Heinricus, fil. Liutharii, comes (Stadensis) 90. 752. (756). 760. ux. Iuthitta; fil. Udo, Heinricus, Sigifridus, Cunigunda, Hathui.

Heinricus, fil. Heinrici sup., comes (Stadensis) 5. 69n. 72. 84. 90. 773. 774. 775. 851. 853.

Heinricus, fil. Sigefridi, comes 779. 809. 838.

Heinricus comes (de Cateleaburch) 791. 792.

Heinricus comes, fil. Herimanni 869.

Heinricus comes pinguis 7.

Heinricus comes Barrensis (158). 160; —164. 165; —165.

Heinricus comes de Grandiprato 164.

Heinricus comes de Nellenburch 146.

Heinricus, frater Friderici com. Westphaliae 113.

Heinricus, nepos Friderici de Arneburg 8.

Heinricus patr. Aquileg. 129. 131.
Heinricus archiep. Magdab. 7. 111.
Heinricus archiep. Rem., frater Ludow. regis Gall. 162.
Heinricus archiep. Rem., fil. comitis Brene 163.
Heinricus archiep. Trever. 58—60. 344. 403. 754.
Heinricus de Fenestrange, archiep. Trev. 160.
Heinricus episc. August. 65. 124. 143. 760. 761.
Heinricus episc. August. 126. 127.
Heinricus episc. Lausan. 152.
Heinricus episc. Paderbrunn. 115.
Heinricus episc. Prag. 121.
Heinricus episc. Spiren. 71.
Heinricus episc. Wirzburg. 73. 84 144. 801. 814. 845. 846.
Heinricus abbas Babenberg. 118.
Heinricus abbas Corb. 8. 10. 12n. 15.
Heinricus abbas Heremi 146.
Heinricus abbas Heremi 149.
Heinricus abbas Monast. 155.
Heinricus abbas Mosom. 162.
Heinricus prior Corbei. 2n.
Heinricus canon. August. 130.
Hainricus de Ully, praepos. Mosom. 165.
Heinricus de Lainmont, armiger 165.
Heinricus Tosta 193.
Heinricus miles, Zolunta dictus 766.
Heinricus, fr. Eilberti cancellarii 796.
Heinricus 5.
Heio prior Corbei. 4.
Helena, Elena, mater Constantini imp. (282). 322. 481.
Helena, Elena, filia Romani I, uxor Constantini V. imp. Constant. 188. 302. 309. 310. 322.
Helena, uxor Wlodemiri regis Rusc. 859.
Helfridus abb. Fuld. 117n.
S. Heliae ecclesia 230.
Heliganstedi, *Heiligenstadt* 101.
Helim, Elim, Sarraceni filii 530.
Heliopolis, Eliopolis, Syriae civitas 187. 188.
Helmana fl. *Helme* 749.
Helmanstidi, *Helmstädt* 787. 830.
Helmburgis praeposita Kämen. 16.
Helpericus v. Chilpericus.
Helpethe, *Helfde* 755. 838.
Helvetia 149.
Hemered monachus 5.
Hemico mon. Magdeb. 855.
Hemidus, Gothus 31.
Hemma, uxor Ludowici regis Germ. 214.
Hemmanuel imp. Graec. 219.
Hemuza nobilis 809.
Hemuzo laicus 762.
Henicis, *Nimtsch?* 119. cf. Nemzi.
Hennikin soror Quedlinburg. 85.
Heonil 858.
Hepierotae 522.
Hepo decanus Magdeburg. 786.
Hepo 844.
Heracleonas imp. Constant. 186. 211.
Heraclius, Eraclius, Aeraclius, imp. Constant. 153. 186. 211. 214.
Herbipolis v. Wirciburg
Hercules 14n. 423.
Herdingus abb. Niunburg. 857.
Heremus, *Einsiedeln* 141. 142. 146. abb. 141—149.
Heremus in Italia 259.
Heresburg, Eresburg, Hersburch, *Stadtberg* 4. 8. 37. 100. 117*. 119. 428. 440. 441. 744. 840n. 860n. praep. Herimannus.
Heresunt, uxor Ansfridi comitis (et episc.) 777.
Heribaldus 844.
Heribertus v. Aribertus, Charibertus.
Heribertus, filius Pippini 214. 215.
Heribertus, Heriberhtus, comes Veromand. 141. 142. 370—389. 435. 582—586. 588. 589. 592. 593. 595. 611. (648. 741). uxor 380. filii 390. 391. 393. Heribertus, Hugo, Adalbertus, Odo, Rotbertus, filia uxor Arnulfi Flandr.
Heribertus, fil. Heriberti sup., comes 389. 398. 401—406. 606. 609. 613.
Heribertus comes (frater Odonis?) 628. 671. 678.
Heribertus comes, frater Conradi ducis 785. 797. 852. fil. Otto, Gevehardus.
Heribertus, Hiribertus, canc., archiep. Colon. 5. 73. 86. 95. 125. 781—783. 806. 810. 814. 840. 846. 852. 854. 869.
Heribertus archiep. Mediol. (101. 102.) 125. 126. 863.
Heribertus, Herbertus, episc. Autisiodor. 644. 647. 659. 685.
Heribrach (Heinricus) episc. Wirzburg. 84n.
Heriboldus Corbei. 10.
Heribrandus, Herbrandus, cler. Carnot. 642. 643.
Hericus v. Ericus.
Hericus Superbus miles 841.
Hericus miles 870.
Heridanus v. Padus.
Herigerus, Hirigerus, archiep. Mogunt. 4. 53—55. 141. 429. 737.
Herimannus, Hirimannus, Heremannus, Hermannus.
Herimannus rex constitutus 105. 106. 128. 130—132.
Herimannus dux Saxoniae 439. 450. 455. 460. 463—466. 747. 748. 752. 753. fratres Wichmannus, Bruno.
Herimannus, fil. Gebehardi, com. Franc., dux Alam. 141. 321. 325. 326. 327. 330. 390. 393. 438. 440. 445. 446. 452. 744. fil. Ida.
Herimannus II, fil. Udonis, dux Alam. (et Alsaciae 791.) 78. 92. 144. 783. 784. 791—794. 796—798. 802. 807.
Herimannus III. puer, dux Alaman. 80. 124. 807. 830. 840.
Herimannus IV. dux Alaman. 102.
Herimannus, fil. Ekkehardi, marchio Misn. 784. 792. 793. 815. 821. 822. 831. 832. 839. 843. 844. (845?). 853. 857. 861. 867. 868. uxor 784. (Regilindis). 801.
Herimannus comes Palatinus 785. fil. Hezo.
Herimannus comes Palatinus 105.
Heriman comes 118.
Herimannus comes 770.
Herimannus comes, frater Arnulfi episc. Halberstad. 79.
Herimannus, fil. Gerbergae, comes 84. 852. 869. fil. Heinricus.
Herimannus comes 871.
Herimannus comes 107.
Herimannus comes 107.
Herimannus comes de Winceburch 112. 114. 115.
Herimannus I. archiep. Colon. 54. 141. 369. 576. 577.
Herimannus II. archiep. Colon., fil. Hezonis et Mathildis 100. 101. 103. 104. 125. 127. 215.
Herimannus III. archiep. Colon. 7. 106. 107.
Herimannus archiep. Hamburg. 98. 100.
Herimannus episc. August. 126.
Herimannus episc. Babenb. 72. 105. 128.
Herimannus episc. Constant. 147.
Herimannus episc. Halberstad. electus 68.
Herimannus episc. Mett. 106. (131). 158.
Herimannus praep. Colon., episc. Monast. 98.
Herimannus episc. Prag. 120.
Heremannus abb. Heremi 146.
Herimannus praep. Heresburg. 10.
Herimannus, frater Folcmari archiep., capellanus regis 753. 754.
Herimannus de Cavelage 113.
Herimannus Contractus 126.
Herimannus, Hermon, Saxo 56. 750.
Herimannus miles 792.
Herimannus miles 792.
Herimannus, pater Berahtoldi 144.
Hermannus vicedominus Mosom. 165.
Herispous dux Brittonum 140.
Heristelli 40.
Heriveus archiep. Rem. 368—370. 386. 394. 575—580.
Heriveus, Herveus, episc. Belvac. 643. 644. 647. 658—661. 685.
Herveus episc. 383n.
Heriveus, nepos Herivei archiep. 386. 394. 399.
Hermenaldus episc. Regien. 342.
Hermengarda v. Ermengarda, Irmingard.
Hermenricus v. Ermanricus.
Herminigildus rex Hispan. 167.
Hermis, Ermis i. e. Mercurius 8n. Hermis i. e. Hirmin graece Mars dicitur 423.
Hermon v. Herimannus.
Heroldus archiep. Salzburg. 395. 603. (756).
Herolfesfeld, Herevesfeld, Herisfelt, Hersfeldia, Herveld, (Herocampia 97. 98.) 18. 34. 44—47. 54. 55. 61. 63. 79. 93. 94. 98. 100. 101. 117. 149. 153. 758. 846. abb. Balthart, Bun, Brunwart, Druogo, Harderat, Thiothart, Thiothart, Burchardus, Megingoz, Hagano, Guntherus, Egilolfus, Gozbertus, Bernharius, Godehardus, Arnoldus, Bardo, Rudolfus, Meginherus, Ruthardus, Guntherus.
Herpo capellanus 785.
Herrandus episc. Strazburg. 126.
Herricus decanus S. Germani 168.
Hersefelt, *Harsefeld* 775.
Heslinge monast. 756. 866. praepositae Wendilgard, Hathui.
Hesselburg, *Asselburg* 768.
Hessi dux Saxonum 37.
Hetdo miles 407.
Hethenricus abb. Werdun. 839. 840. 854.
Hetruriae dux 181. v. Tuscia.
Hetti archiep. Trever. 139.
Hevelli, Heveldi, Heveldun, Hevellun 73. 432. 433. 444. 737. 776. 822. dux Tugumir.

Heverardus v. Eberhardus; cf. Gezo.
Hezelo, Hezil cf. Heinricus.
Hezelo, Hettelo, episc. Hildesheim. 6. 104. 105.
Hezil comes de Oberestenvelt 104.
Hecil, Langobard. 836.
Hezo, Ezo, fil. Herimanni, comes Palatin. 99. 785. ux. Mahtilde; fil. Otto; concubina Tiethburga.
Hiberia 569n.
Hibernia; Hiberici incolae 343. rex Aed.
Hiberus fl. 569n.
Hidda 751. filii Thietmarus, Gero.
Hieremias episc. 872.
Hierosolima, Iherosolima, Hierusalem 13n. 14n. 16. 40. 72. 105. 107. 114. 120. 121. 127. 128. 134. 135. 148. 154. 158. 162. 163. 168. 183. 186. 190. 192. 496. 751. Iherosolimitani 114. Ierosolimitana terra 159. 163. Iter Hierosol. 72. 106. 134. 135. 146. 154. 158—160. 162. 163. 168. 183. 190. Expeditio fabulosa Karoli M. 709—710. Ierosolimitani viatores 135. Hierosol. rex 163. Godefridus, Balduinus, Balduinus; — archiep. Horestus.
Hilarius episc. Pictav. 697.
Hilarius episc. Tean. 227. 229.
S. Hilarii eccl. prope Remos 382.
Hilburg v. Ilburg.
Hildibertus v. Childebertus.
Hildibertus, Hiltibertus, Hillibertus, archiep. Mogunt. 4. 54—57. 117n. 118. 141. 437. 438. 441. 743. 754.
Hildepert, Ildepert, comes 228.
Hildebertus 657.
Hildiboldus episc. Monast. 5. 394. 395. 602. 603.
Hildeboldus, Hillibaldus, episc. Wormat. 69. 785.
Hilprandus, Ilprandus, Aldeprandus, rex Langob. 187. 218. 239. 872. 873.
Hildibrandus, Hilteprandus, cardin. (papa Gregorius VII.) 105. 110. 189. cf. Ildeprandus.
Hildigardis, Hiltigart, uxor Karoli M. 38. 139. 151. 214. 707.
Hildigardis, Hiltigart, Ildigart, filia Hludowici Germ. 140.
Hiltegart, filia Ludowici III. regis Gall. 214.
Hildigarius archiep. Colon. 138.
Hildegarius episc. Belvac. 381. 396. 398. 605. 606.
Hildegaudus, Hilgaudus, comes 375. 376. 583. fil. Erluinus, Ebrardus.
Hildegrimus episc. Catalaun. et Halberstad. 38. 44. 787.
Hildegrimus episc. Halberstad. 46.
Hildemannus episc. Belvac. 670.
Hilderadus mon. Heremi 143.
Hildericus v. Childericus; cf. Ildericus, Idelricus.
Hildericus episc. Havelberg. 69n. 79. 803. 805. 819.
Hilderichus 99.
Hildewardus, Hilliwardus, episc. Citizensis 97. 805. 817. 826. 844.
Hildewardus, Hilliwardus, fil. Erici, episc. Halberstad. 52. 69. 73. 749. 750. 762. 763. 765. 773. 775. 784.
Hildewardus cf. Edwardus.
Hildinesheim, Hiltinesheim, Hillinesheim, Hildinensis, Hildesiensis urbs 22. 41. 94—102. 106. 108. 441. 791. episc. Altfridus, Liudulfus, Marcwardus, Wicbertus, Sehardus, Thiothart, Otwinus, Osdagus, Gerdagus, Bernwardus, Godehardus, Thietmarus, Azelinus, Hezelo, Udo.
Hildo capellanus 773.
Hildolfus archiep. Colon. 105.
Hildrudis, filia Karoli Martelli 215.
Hilduinus, Ildoinus, episc. Lexov., Veron., archiep. Mediol. 302. 312. 369. 370. 576. 577.
Hildewinus, Hiltwinus, abb. S. Dionisii 44. 45.
Hilduinus senior, abb. S. Germani 167.
Hilduinus II. abb. S. Germani 167.
Hilduinus miles Hugonis 378.
Hilduinus 657.
Hilgaudus v. Hildegaudus.
Hilleslevo, *Hilleraleben* 783.
Hillibertus etc. v. Hildib.
Hilpericus v. Chilpericus.
Hincmarus archiep. Rem.; eius annales 561 *seq.* 568. epist. ad Nicolaum papam 675. cf. 676.
Hincmarus abb. S. Basoli 401.
Hincmarus abb. S. Remigii Rem. 364n.
Hippocrates, Hippodromus v. Yppocrates, Yppodromus.
Hippolytus episc. Siciliensis; eius revelationes 355. 356.
Hirene v. Irini.
Hirmin. 423.
Hirminfridus, Hyrminfridus v. Irminfridus.
Hirmino abb. S. Germani 167.
Hirsaugia 45. Hirsowecensis abbas 109.
Hiselmundus episc. 223.
Hismaelitae, Ismaelitae 174. 247. 252. 256. 261—263. 528. 532. Ismaelitica agmina 257. Hismaelites Calabritani et Barenses 525 527. Hismaelitae Hispani 247.
Hispania, Spania 129. 139. 151. 162. 273. 275. 276. 327. 329. 332. 337. 338. 429. 616. 617. 634. 676. 689. citerior 686. dux Borrellus. — Hispani, Yspani, Spani 167. 194. 226 (i. e. Sarraceni). 523. Hismaelitae Hispani 247.
Hister v. Ister.
histriones 104 310. 343. cf. ioculatores, mimi.
Hiza v. Izo.
Hizembardus gastald. S. Agathae 228.
Hizit (*Iessid I*) rex Arabum 187.
Hizit (*Iessid II.*) rex Arabum 187.
Hizit (*Iessid III.*) rex Arabum 187.
Hlotharius, Hludowicus v. Lotharius, Ludowicus.
Hocwar, piscatio 840n. 860n.
Hodo marchio 753. 765. 771. 785. 793. fil. Sigifridus.
Hodo miles 83. 841. 842.
Hogerus archiep. Hamburg. 2. 4.
Hoggi abb Fuld. 117n.
Hohenburg i. e. Hohboki 41.
de Hohenburch, comes Conradus.
Hohorst abbatia 778n.
Hohstetin, Hohstadt, *Höchstedt* 105. 130.
Hoico comes 768. 770.
Hoico 464n. cf. Haica.
Hoium castrum 163.
Holthunon, *Osterholz* 97.
Homerus 466.
Homfridus v. Hunfridus.
Homoniza, Eufimii sponsa 498.
Honestus, abb. S. Apollinaris, archiep. Ravenn. 682.
Honorius II. papa 115. 158. 185. 191.
Honorius III. papa 149. 159. 163. 193.
Horath episc. Slesvic. 395. 603.
Horatius (Flaccus) affertur 292. 307. 309. 341. 617. 734. 735. 738. 743. 744. 763. 787. 772. 779. 798. 799. 809. 814. 828.
Horburch 154.
Hordorp villa 73. 775.
Horestus archiep. Hierosolim. 689.
Hormisdas rex Persarum 186.
Horneburg S. 113.
Horrea in Campania 198.
Horsadal, Rossadal, *Rossthal* 58. 59. 450. 456.
Hosed abb. Corbei. 5. 409n.
Hosed vir militaris 461.
Hostia v. Ostia.
Hrabanus v. Rabanus.
Hrenus v. Rhenus.
Hrodbertus v. Rotbertus.
Hroprecht, frater Bodonis 69.
Hrottigangus abbas, legatus Pippini 472.
Hubaldus, pater Bonefacii march. 281.
Hucboldus abb. S. Germani 167.
Hubaldus monachus 384.
Hubertus, fil. Hugonis regis, marchio Tusciae 306. 718.
Hupert de Burgundia 235.
Huprecht episc. Misn. 89.
Hupertus episc. Parmen. 342.
Hubertus decanus S. Germani 168.
Huclehem, *Höckelheim* 7.
Hugal miles 834.
Hugo i. e. Francus 31.
Hugo dux Francorum 31.
Huga i. e. Clodoveus rex Franc. 420.
Hugo i. e. Theodericus rex Franc. 30. 31.
Hugo, fil. Karoli M. 140.
Hugo, Huc, fil. Lotharii II. regis 140. 214. 215.
Hugo, fil. Ludowici III. regis Germ. 214. 215. 569n.
Hugo, fil. Rotberti regis, dux Francor. (Albus 386. 388. Magnus 593. — 372n. 383n. falso Capito appellatus) 142. 167. 168. 221. 370—395. 397—403. 430. 431. 435. 437. 447—449. 451. 452. 461. 582. 584—589. 592—602. 604—611. abb. S. Germani 167. uxores 377. 385. 404. 431. filii Hugo, Heinricus, Odo, Otto; filia 400. 402 (uxor Friderici), 405 (uxor Richardi Norm.)
Hugo Capetus (Capito), fil. Hugonis sup., dux Francorum, rex Galliae 161. 168. 215. 219. 405—407. 612. 621 627. 631—654. 657. 659—661. 670. 676. (677—679). 683—685. 690. uxor 641. filius Rotbertus.
Hugo, filius Rotberti II. regis Gall. 168.
Hugo, filius Richardi Burg. (Niger 387 sqq.) 142. 370. 372. 373. 383. 385. 387. 388. 393. 399. 588. 609.
Hugo, Ugo, Ubo, Uvo, fil. Bertae, comes Arelatensium seu Provincialium (de Vienna 373.), rex Italiae 188. 216—218. 284. 295. 302. 303. 305. 306. 311—319. 326—336. 337. 348. 373. 376. 378. 381. 383. 386. 389. 392. 393. 453. 471. 591. 715. 872. 873. uxores Alda, Wandelmota, (Marocia), Berta; concubinae Pescola, Roza, Stephania; filii Lo-

tharius, Hubertus. Boso, Tedbaldus, Berta.
Hugo, fil. Huberti, marchio Tusciae 68. 144. 207.
Hugo (i. e. Conradus), gener Ottonis I. 745. 746. 750. 751.
Hugo, Ugo, archiep. Bituric. 170.
Hugo archiep. Colon. 116.
Hugo, fil. Heriberti com., (612. falso filius Hugonis dicitur), archiep. Rem. 375. 376. 378. 387—390. 392—399. 405. 406. (451. 584. 585). 592. 593. 596. 597. 599. 601—603. 605. 606. 611. 612.
Hugo episc. Citiz. 750. 764.
Hugo episc. Citiz. 69. 780. 795.
Hugo abb. S. Maximini, episc. Leod. 393.
Hugo episc. Virdun. electus 373. 376.
Hugo episc. Wirzburg. 143. 144.
Hugo card. eccl. Rom. 161.
Hugo abb. Mosom. 164.
Hugo abb. 171.
Hugo, fil. Maginfredi 274. 285.
Hugo, fil. Rotgarii comitis 405.
Hugo, pater Odelrici archiep. Rem. 406.
Hug, Langobard. 836.
Hugo miles 165.
Hugo 162.
Hugonis oppidum 657.
Huldesson, Houltesem 7.
Humbertus episc. card. 179.
Hummarus, Chummarus (*Omar*), rex Arabum 186.
Hummar (*Omar II.*) protosimbolum Arabum 187.
Hun v. Bun.
Hunfrithus archiep. Magdeburg. 89. 96.
Hunfridus archiep. Ravenn. 126.
Hunfridus abb. S. Germani 167.
Hunfridus, Homfridus, comes Normann. 180.
Hungarii v. Ungarii.
Huni 30. 31. 222. 425. 697. rex Attila; i. e. Avari 39. 40. 122. 139. 140. Hunia 122. Unia 151; i. e. Ungarii 121.
Hunoldus praepos. Halberstad., episc. Merseburg. 101.
Huswardus presbiter 763. 786.
Huthman (*Osman*) rex Arabum 186.
Huntangai 38.
Huxeri, Huxeli, *Höxter* 5. 6. 840n. 860n. Huxarientes 9.
de Hyerges, Egidius.
S. Hymerii transl. 266.
Hysan (*Hescham*) rex Arabum 187.

I.

Iacobitarum heresis 689.
Iacobus de Columpna cardin. 196.
Iacobus episc. Mett. 159. 160.
Iacobus abb. S. Benedicti de Salerno, post Cav. (193). 194.
Iacobus abb. S. Vincentii 248.
Iacobus sacerdos Africanus 689.
S. Iacobi et Philippi eccl. v. S. Apostolorum.
Ianniccio v. Iohannes.
Ianua, *Genua* 182. 315. 316. episc. Iohannes.
S. Ianuarii elevatio Neapol. 497.
Iaquintus comes Amalf. 513.
Iaremirus, fil. Boliziavi II. dux Boem. 797. 806. 809. 811. 815. 822. 826. 830. (834).
Iarina, *Gähren* 822.
Iarizlavus, fil. Wlodemiri, rex Russorum 870. 871.
de Iasce, Gerardus.
Ibo comes 459.
Ibo 844.
Ico 762.
Iconium, Yconium 148. 159.
Ida, filia Herimanni ducis Alem., uxor Liudulfi ducis 67. 326. 452. 744. 858.
Ida, uxor Brunonis 833.
b. Idatii historia 219.
Idelricus, pater Grimoaldi Storesyz 489. cf. Ildericus.
idolorum templum 198. cf. simulachrum.
Idrontum v. Ydr.
Idta v. Itta.
Ieronimus episc. Lauson. 152.
Ierosolima v. Hierosolima.
Iesedis villa 371.
Ignatius patr. Constantin. 257. 538. 689.
Ilburg, Hilburg, *Eilenburg* 764. 844. 852. 860.
Ildeprandus comes 274. 284. 285. cf. Hildebrandus.
Ildericus philosophus 534. cf. Hildericus.
Ildoeich rex Langob. 217.
Illiricum 429. Illirica gens 486.
Ilsineburg 90.
Ilus, *Eilau* 780.
Imbripolis v. Regenesburg.
Imezi 103.
Immed, Immit, frater Theoderici 215. 431.
Immed, Saxo 455.
Immedeshusen 840.
Immo, Letharing. 404. 405; — 436. 444. 445.
Incon, Nortmannus 380.
India 710. superior 701. Indi 343. 522.
Indulfus, fil. Landulfi Salern. 557. 559.
Ingelbertus abb. Flavin. 157.
Ingelfredus patr. Aquileg. 342.
Ingena, neptis Ludowici II. imp. 228.
Inger rex Russorum 327. 331.
Ingilenheim, Ingilaheim, Ingilheim, Ingelenheim, Ingelnenen, Hingelenheim, Ingleheim, Inglenhaim, Engilenheim, Eggilenheim, Engulenheim, Angleheim (quod interpretatur angelorum domus 603), Gilhiem 56. 57. 62. 63. 68. 70. 84. 97. 100. 104. 110. 122. 139. 326. 395. 399. 403. 603. 605. 609. 657. 759. 854. 866.
Ingo abb. Masciac. 170.
Ingo signifer 571. 572. filius Gerlo.
Ingolrannus comes 372.
Ingramnus episc. Laudun. 381. 383.
Ingulph, nepos Landulfi IV. Ben. 209.
Ingunde, soror Childeberti, uxor Herminigildi 167.
S. Innocentiae reliquiae 49.
Innocentius II. papa 115. 116. 158. 191. 192. 218. 219.
Innocentius III. papa 149. 159. 163. 193.
Innocentius IV. papa 193. 194.
S. Innocentii reliquiae 46. 425. 430. 744.
insignia imperii 429.
Ioachim Eychorn abb. Heremi 149.
ioculatores 104.
Iohannes Cimiski (Simiscli, Similchi) imp. Constant. 172. 176. 189. (465). 556. (748).
Iohannes rex Angliae 163.
Iohannes rex Boemiae (165).
Iohannes, fil. Ludowici IX. regis Gall. 160.
Iohannes, fil. Pandulfi Teanensis, princ. Capuae 209. 210.
Iohannes I, fil. Lamberti, princ. Salern. 211.
Iohannes II, fil. Iohannis I, princ. Salern. 211.
Iohannes III, fil. Guaimarii, princ. Salern. et dux Surrenti 211.
Iohannes I. dux Neapol. 212.
Iohannes II. dux Neapol. 212.
Iohannes III. dux Neapol. 213.
Iohannes IV. dux Neapol. 551. 552.
Iohannes comes Amalfit. 513 (plures).
Iohannes comes Namur. 165.
Iohannes I. papa 200. 211.
Iohannes III. papa 699.
Iohannes IV. papa 214.
Iohannes VI. papa 198. 199. 699.
Iohannes VII. papa 156. 700.
Iohannes VIII. papa 48. 140. 205. 206. 208. 238. 253. 255—257. 534. 538. 722.
Iohannes X. papa (episc. Bonon., archiep. Rav.) 175. 199. 287. 297. 298. 302. 306. 312. 370. 373. 376—378. 381. 383. 577. 584. 714. 715.
Iohannes XI. papa (fil. Sergii et Marotiae) 297. 312. 313. 714.
Iohannes XII. papa (Octavianus, filius Alberici, princ. Rom. 405. cf. 612.) 60. 61. 219. 340—346. 358. 403. 406. 407. 553. 554. 612. 672. 689. 717. 718. 747.
Iohannes XIII. papa (cognomento Bonus 682. episc. Narniensis) 62. 63. 157. 176. 209. 342. 343. 357. 358. 407. 554. 614. (617). 682. 719. 755.
Iohannes XIV. papa (Petrus episc. Pap.) 143. (672).
Iohannes XV. (s. XVI.) papa 73. 91. 124. 157. 176. (651). 653. 670. 671. (689). 690. 691. 693. 775.
Iohannes Calabritanus, episc. Placent. antipapa 74. 91. 157. 776.
Iohannes XVII. (XVI. 124.) papa 124. 157. 177.
Iohannes XVIII. (XVII. 124.) papa (Fasanus; Phasan 835.) 124. 157. 177. 835.
Iohannes XIX. (XVIII. 124.) papa 124. 157.
Iohannes XXII. papa 197.
Iohannes patr. Aquileg. 823.
Iohannes episc. Benev. 175.
Iohannes episc. Benev. 175.
Iohannes, frater Pandulfi Caputferr., archiep. Benev. 209.
Iohannes archiep. Ravenn. 721.
Iohannes archiep. Ravenn. v. Iohannes X. papa.
Iohannes archiep. Ravenn. 64. 65. 694. 767.
Iohannes de Cron archiep. Rem. 165.
Iohannes episc. Alban. 694.
Iohannes episc. Anagn. 342.
Iohannes episc. Berul. 342.

Iohannes episc. Bonon. v. Iohannes X. papa.
Iohannes episc. Forcon. 223.
Iohannes episc. Foroclud. 342.
Iohannes episc. Gallas. 342.
Iohannes episc. Ianuensis 694.
Iohannes episc. Mett. 159.
Iohannes, fil. comitis Flandr., episc. Mett. 160.
Iohannes episc. Mutin. 694.
Iohannes episc. Narn. v. Iohannes XIII. papa.
Iohannes episc. Nepesin. 342.
Iohannes episc. Norm. 342.
Iohannes episc. Papien. 304. (373).
Iohannes episc. Placent. v. Iohannes antipapa.
Iohannes episc. Prag. 120.
Iohannes episc. Restin. 721.
Iohannes episc. Sabin. 342.
Iohannes episc. Spir. 108. 136.
Iohannes episc. Tiburtin. 342.
Iohannes episc. Wrotizlaensis 781.
Iohannes card. diaconus 340—343. 346. 672. 717.
Iohannes card. subdiaconus 343.
Iohannes card. tit. Ceciliae 342.
Iohannes card. tit. Equitii 342.
Iohannes card. tit. Susannae 342.
Iohannes cancellarius, papa Gelasius II. 114. 184. 191.
Iohannes abb. Casin. 172. eius chronicon 222. 230n.
Iohannes de Capelle, abb. Casin. 172.
Iohannes, Benevent., abb. Casin. 172.
Iohannes, nepos sup., abb. Casin. 172.
Iohannes abb. Mosom. 161.
Iohannes abb. S. Sophiae Ben. 185.
Iohannes Chrysostomus; homilia 353.
Iohannes clericus 545.
Iohannes scholasticus Autisiodor. 647. 666.
Iohannes sacellarius 342.
Iohannes missus imp. 474.
Iohannes patricius Graecus, legatus 521.
Iohannes, Ianniccio, stratigos Graec. 259.
Iohannes magister militum Graec. 175.
Iohannes, fil. Crescentii, Rom. 858.
Iohannes de Asperomonte 165.
Iohannes de Lembus (Lonbus) 165.
Iohannes Pipinus 196.
Iohannes de Procida 477n.
Iohannes Rodemac 165.
Iohannes dictus Martias, Mosom. 165.
Iohannes cognomento Mizina, Rom. 342.
Iohannes dictus mon. de Nenens, Mosom. 165.
Iohannes de Primicerio, Rom. 342.
Iohannes qui dicebatur Andreae abbati 543.
Iohannes castellanus Mosom. 165.
Iohannes miles 869.
Iohannes, Odelpoti filius, scriba palatii 548.
Iohannes interpres 359.
Iohannes, Benev. 545. 546.
Iohannes, Romam. 342 (duo).
Iohannes (Salern.?) 511 (duo).
S. Iohannis eccl. Hersveld. 97.
S. Iohannis eccl. Merseburg. 755. 809.
S. Iohannis eccl. Modit. 232.
S. Iohannis eccl. in territorio Nepesino 696.
S. Iohannis eccl. Rom. Lateran. v. Lateran.
S. Iohannis eccl. Salern. 516.
S. Iohannis monast., mons, Magdeb. 84. 762. 786. 802. 826. 827. 855. 858. 860. abb. Hardingus, Riodagus, Bruno, Sidaec, Sigefridus.
S. Iohannis monast. in Veneris; abb. Philippus.
S. Iohannis mons v. Mons S. Ioh.
S. Iohannes porta Rom. 714.
Iordan episc. Posnan. 750. 784.
Iordanes, Iordanus I, fil. Riccardi, princ. Capuae, dux Cagetanus 181. 190. 210. fil. Riccardus, Robertus, Iordanes.
Iordanes II, fil. Iordani I, princ Cap. 184. 191. 210.
Iordanis historiographus Gothorum 425.
Iosephus historiographus 418.
Ioseph episc. Brix. 327. 335.
Ioseph, Langobardus 714.
Iotselmus missus 223. cf. Gozselmus.
Iovis adiutorium advocatur 343. 344.
Iovis mons 283. 330.
Ipponensis episc. Blinwarmund.
Ira 84.
Iricae linguae specimina 231n.
Iring, Iringus, miles Irminfridi 32. 417. 420. 422. 424. lacteus coeli circulus eius nomine notatus 424.
Irini, Yrini, Himene, (Hirinus 212), imperatrix Constant. 156. 188. 199. 212.
Irini, filia Christophori imp. Const., uxor Petri Bulg. regis 311. (350. 351).
Irmen. v. Ermen.
Irmendrudis, uxor Karoli Calvi 214.
Irmendrudis, Ermendrudis, filia Alfredae 215. 407.
Irmingard, Hermengarda, uxor Ludowici Pii 42. 234.
Irmingard, Hermengarda, uxor Lotharii I 47. 140. 214.
Irmingard, Hermengarda, filia Ludowici II. imp. 214. 215.
Irmirgerd, uxor Ottonis com. 863. (867).
Irmingerd sanctimon. 854.
Irmensul fanum 37. 744.
Isaac comes 373. 374. 386. 591.
Isara fl. *Isere* 371. 372. 375. 377. 389. 399. 593.
Isauri, Hisauri 523.
Isembardus abb. S. Vincent. Mett. 158.
Isenboldus de S. Pauli titulo 13n. 14n.
Isernia, Hisernia, Aesernia 227. 228. 250n. 256. cf. S. Viti.
Isi 79. 811.
S. Isidorus 153. 688.
Isliberhtus v. Gislebertus.
Ismaelitae v. Hismaelitae.
Israhel Britto episc. 394. 602.
Ister, Hister 6. 482. cf. Danubius.
Istria 472.
Isunna palus 38.
Italia, Ytalia; Itali, Italici, Italienses 7. 34. 36—38. 42. 58—66. 73. 74. 77. 79. 82. 83. 88—91. 101. 104—107. 112. 114—116. 118. 121. 122. 124—131. 133—135. 137—151. 154. 157—159. 166. 171. 172. 174. 175. 179. 186. 190. 193. 194. 200. 211. 214—218. 220—223. 232—235. 237—240. 242. 284. 273—275. 280. 281. 283. 284. 286. 287. 290. 291. 294—296. 299—306. 312—314. 316. 322. 327—332. 334—337. 340—342. 345. 348—350. 354. 359. 368. 370. 373. 376. 379. 381. 400—402. 404. 424. 432. 440. 450. 452. 453. 461. 465. 466. 487n. 470. 471. 475. 476. 503. 512. 519. 521. 526. 532. 548n. 549n. 553. 554. 607. 609. 612. 614. 617. 619. 624. 696—699. 702—707. 709. 711—722. 747. 748. 753. 754. 756. 762. 775. 785. 787. 789. 797. 805. 837. 852. 872. 873. Italia i. e. Italia superior 202. — Italiae, Italicum regnum 73. 92. 218. 245. 276. 280. 281. 300. 305. 313. 318. 348. 470. 476. 553. 554. 697—700. 703. 704. 706. 712—715. 717. 718. 720. 722. 873. rex (Ludowicus II. imp 515. Rogerius 185); Italici principes, primates etc. 116. 284. 295. 298. 306. 748. Italicae dignitates 338. Italicus exercitus 224. Italici episcopi 346. — Italicum litus 223. — Italicus morbus 92. 134.
Iteri, *Ittern* 769.
Itri, *Eytra* 818.
Itta, uxor Sikenolfi princ. Salern. 514.
Itta, Idta, uxor Gusimarii princ. Salern. 544. 545. 547.
Itta fl. *Epte* 372.
Iudaea 350. Iudaei 657. 758. 821. 827. Apellae 809. occisi, expulsi etc. 7. 81. 106. 120. 134. ex Graecia captivi abducti 192. Iudaeorum sepulcra Neapoli 195.
iudicium aquae ferventis, ignis et ferri candentis 663. ferri candentis 97. 463. 678. 747.
Iudith, Iuditta, filia Welphi, uxor Ludowici Pii 42. 43. 139. 169. 214. 221. 234. 253. 534.
Iudith, Iuthita, filia Arnulfi ducis, uxor Heinrici ducis Baioar. (447). 745. 756.
Iudith, filia Ludowici de Lare 16.
Iudith, filia Theoderici de Riclinge 16.
Iuthitta, uxor Heinrici (Stad.) 757.
Iudith praepositissa 16.
Iugenprandus 511.
Iulianus imperator, apostata 83. 309. 317. 696. 697.
Iulianus archiep. Cordub. 689.
S. Iuliani castrum 571.
S. Iuliani monast. Turon. 389. 392.
Iulius Caesar conditor urbis Iuli 437. Iulius 719. I. Caesar 734. 823.
Iulus, *Iülich* 437. dux de Iulet 166.
Iulus rex Ungar. 92.
Iuppila castrum 580.
Iurensis rex Rodulfus, Conradus Burgund.
S. Iusti caput 147.
Iustinianus I imp. Constant. 200. 211. 220. 222. 232. 698. decreta 348.
Iustinianus II. (Iustinus 116*) imp. Constant. 116*. 156. 187. 211. 212.
Iustinus I. imp. Constant. 200. 211. 698.
Iustinus II. imp. Constant. 220. 548n. 698. 699.
S. Iustini transl. 3. capitis transl. 4.
Iutriboc 815.
Iuvenalis loci 329. 332. 336. 341. 617.
Ivikansten v. Givekansten.
Ivo episc. Silvanect. 398. 606.

Ivo miles 623.
Izo, Hiza, episc Prag. 89. 120.

K. cf. C.

Karelingi 761.
Karileffus abbas 137n.
Karintani, Karendini, Carentani, Carentini, Carenti 768. 805; duces Arnulfus 314; Heinricus, Otto, Conradus, Conradus, Welp, Cuono, Liutolfus.
Karoletus, Karolitus, Carlitus, Carlictus i. e. Karolus.
Karolomannus, Karlomannus, Karlmannus, Carolomannus, Carlomannus.
Karolomannus (Carolusmagnus), fil. Karoli Martelli, maior domus 19n. 35. 117. 123. 136. 138. 145. 150. 153. 156. 171. 200. 214. 215. 221. 470. 471. 473. (486. 487). 703—707.
Karolomannus (Carolusmagnus), fil. Pippini regis, rex 36. 116*. 117. 137. 139. 145. 151. 156. 170. 171. 214. 215. 233. 470. 704—706.
Karolomannus, fil. Karoli M., postea Pippinus vocatus 37.
Karolomannus, fil. Ludowici Pii, falso affertur 712.
Karolomannus, (Carlonus 872), fil. Ludowici reg. Germ., rex 50. 140. 214. 215. 218. 238. 239. 722. 872. 873.
Karolomannus, fil. Karoli Calvi 140. 214. 215.
Karolomannus, fil. Ludowici II. Gall. reg., rex 140. 214. 215. 219. 569 (ubi falso pater Karoli Simpl. dicitur).
Karolomannus, fil. Ludowici IV. Gall. reg. 448.
Karolus, Karlus, Carolus, Carlus.
Karolus (Karalus 150.) Martellus, fil. Pippini, maior domus (rex 215. 471.) 19n. 30. 33. 34. 35. 117. 123. 136. 138. 150. 153. 156. 167. 169. 171. 214. 215. 221. 470. 471. 704. 707. in carro natus 214.
Karolus Magnus, fil. Pippini, imp. 2. 8. 19n. 30. 35—41. 79. 82. 116*. 117*. 117. 122. 123. 137. 139. 145. 151. 153. 154. 156. 167. 169—171. 187. 198. 199. 201. 202. 214. 215. 217—219. 221. 233. 234. 238—240. 242. 243. 245. 293. 335. 367. 417. 425. 426. 429. 431. 437. 470. 473. 476—480. 483. 484. (486. 487. 488. 495. 523. 622. 704—711. 713. 716. 720. 743. 744. 757. 787. 860. 870. 872. 873. expeditio in Terram Sanctam 708—710; exped. Hispanica fabulosa 708—710n. uxor Berterad. — Ossa Aquisgrani reperta 91. 92. 781.
Karolus, fil. Karoli M., 38. 41. 139. 151. 214. 215. 708.
Karolus II. (Calvus 156. 157. 167. cf. 276. 280. 873. stultus 215.), fil. Ludowici Pii, rex Galliae et imp. 44—51. 139. 140. 152. 156. 157. 167. 169. 214. 215. 218. 221. 234. 235. 238. 239. 245. 247. 253. 367. (425). 429. 471. 534. 712. 713. 722. 872. 873.
Karolus (Carlictus 247.), filius Lotharii I, rex Provinciae (48?). 214. 215. 235. 247. 712.
Karolus (Lenis (215.), fil. Karoli Calvi 140. 214. 215.
Karolus III. (Karoletus 238. Sanctus 215. Crassus), fil. Ludowici Germ., imp. (de Baveria 219.) 3. 50. 51. 140. 157. 214. 215. 218. 219. 238. 239. 263. 274. (Calvus pro Crasso dicitur 276. 280. intelligitur 425. cf. 429. 430). 471. 542. 545. 569. 722. 872. 873.
Karolus (Simplex; Sot 741), fil. Ludowici II. Galliae reg., rex Gall. 140. 141. 167. 168. 170. 214. 215. 219. 368—372. 377. 378. (395). 398. 417. 430—432. 569. 570. 572—577. 579—584. 586. 587. 591. 741. uxor 377. Ethgiwa (Ottegeba); fil. Ludowicus; Rorico.
Karolus, fil. Ludowici IV. Gall. reg., 391. cf. Karolomannus.
Karolus, fil. Ludowici IV. Gall. reg. (186. falso filius Lud. V. dicitur), dux 168. 215. 402. 406. 407. 448. 609. 610. 632—636. 638—642. 645. 646. 648. 653. 661. 662. 664. 678. 679. uxor de militari ordine 633. fil. 634. Karolus, Ludowicus, Gerberga, Adelaidis.
Karolus, fil. Karoli sup. 642.
Karlus Constantinus, fil. Ludowici, rex Burgund. (Vienn.), 379. 388. 400. 609.
Karolus, comes Andegaviae (Provinciae 194.), rex Siciliae 149. 164. 194. 195.
Karolus II. rex Siciliae 195. 196.
Carolus rex pro Heinrico V. imp. 191. l. 13.
Karolus dalfinus 165.
Karolus, fil Ricdagi 837.
Karolus archiep. Mogunt. 46. 47. 49.
Karolus episc. Constant. 71. 128.
Karoli regnum 445. 451. Karoli 568. Karolorum reges 430.
Ketil silva 767.
Kiesut 79.
Kietni urbs 432n.
Kievermont v. Capraemons.
S. Kilianus 735. reliquiae ib.
S. Kiliani eccl. Wirzburg. 46.
Kimenaden, Kymenaden, abbatia 15—17.
Kirberge 755.
Kitava v. Cuiewa.
Kiza, Kizo, miles 68. 69. 774.

L.

L. sancti Angeli card. diac., leg. apost. 196.
Labellaniense praedium 505.
Laboaldus episc. Mogunt. 35n.
Laboratoria terra v. Liburia.
Ladislaus rex Ungar. 106.
Laidu 511.
Lamissio rex Langobard. 217.
Lambertus, Lantbertus, Landbertus.
Lambertus, fil. Widonis II, imp. 140. 202. 204. 215. 218. 274. 284. 471. 873.
Lambertus, fil. Widonis I, dux Spolet. 228. 250. 253. 263. 534. 542. filius 263. 542.
Lambertus, comes (fortasse idem) 251. 254. 536. duo Lamberti comites 252. 530. 532.
Lambertus, filius Adalberti march. Tusc. 298. 302 303. 312—314. 318.
Lambert comes, pater Iohannis princ. Salern. 211.
Landbertus, Lanbertus (comes Namnet.) 44. 169.
Landbertus comes, fil. Rageneri 51. 79. 94. 851.
Lampertus archiep. Mediol. 287. 298. 299. 305. 312.
Lanthertus, Lambertus, episc. Constant. 73. 124. 144. 794. 866.
Lambertus episc. Ostiensis (114).
Lanpertus (abbas?) 239.
Lanbertus de Espergsomalle abb. Mosom. 165.
Lantbrecht Longhalus abb. 69.
Landebertus massus 223.
Lantbertus praef. Maceriae 405.
S. Lamberti eccl. Leod. 110. 111.
Lancea sacra 315. 322. 429. 459. 746. 782. 795. — lancea beneficium traditum 796. cf hasta.
Landelaika, filia Landonis I, uxor Guaiferii Salern. 515.
Landemarius episc. Salern. 516.
Landemari, filius Ademari 530.
Landemari 511.
Landenulfus, fil. Landulfi I, com. Capuae 205. 248. 249. filii 254—257. 536. 539. Lando III, Landenulfus, Atenulfus.
Landenulfus, fil. Landenulfi sup., com. Capuae 206. 208. 230n. 254. 260. 536.
Landenulfus, fil. Landonis I, com. Cap. 227. (ubi falso Pandinolfus dicitur). 248. 249. (250n. e?). 253. 260. 541. 547.
Landenulfus, Landinulph, fil. Pandonis, episc. Capuan. 205. 206. 208. 251. 255. 256. 260.
Landenulfus, Landnulph, fil. Pandulfi Caputferr., princ. Cap. 172. 206. 207. 209. 210.
Landenulfus, fil. Landulfi Sal. 557.
Lando papa 714.
Lando I, fil. Landulfi I, comes Capuae 205. 208. 226—228. 247—250. 497. 515. uxor Aloara; filii 208. 250. 255—257. 260. 533. 536. 540. Lando II, Landulfus, Landenulfus, Pando, Landelaika.
Lando II. (Cyrritu i. e. *cirritus*), fil. Landonis I, comes Cap. 205. 207. 208. 250. 254. 257. 258. (259?). 533. 539. 540. uxor 257.
Lando III. (segnis), fil. Landenulfi, com. Cap. 205. 206. 208. 230n. (*ubi l.* 47. *pro* frater *scribi debebat* pater). 254. 255. 256. 259. 260. 536. 538. 540. 541.
Lando alter filius Landulfi I. erronee nominari videtur 205.
Lando, fil. Landulfi Suessulani 260. 540.
Lando Salern. 551.
Lando gastaldeus 555.
Landohardus episc. Mind. 341. 342.
Landold comes 144.
Landricus, frater Arnoldi Duag. 388. 592.
Landricus comes 654.
Landulfus, Landolfus, Landulph etc.
Landulfus (Maticu) gastaldeus et comes primus Cap. 205. 207. 227. 246—248. 498. 507. 515. filii Lando I, Pando, Landulfus episc., Landenulfus.
Landulfus, fil. Landulfi sup., episc. et comes Cap. 205. 208. 227—230. 248—254. 497. 515. 531—533. 536.
Landulfus, fil. Landonis I, Suessulanus 249. 250. 253n.b. 260. 532. 533. 540. fil. Lando.
Landulfus, fil. Pandonis 251.
Landulfus I. (Antipatru), fil. Atenulfi I, princ. Ben. et Cap. 175. 188. 202. 206—210. 212. 287. 298. 348. 540. 547. 549. uxor Gemma; fil. Landulfus II, Atenulfus III.

Landulfus II. (Rufus), fil Landulfi I, princ. Ben. et Cap. 175. 176. 188. 202. 207. 209. 210. 213. 551—553. uxor Yvantia; filii Pandulfus Caputferr., Landulfus III.

Landulfus III, fil. Landulfi II, princ. Ben. et Cap. 176. 188. 202. 209. 210. 553. 554. fil. Pandulfus II, Landulfus V.

Landulfus IV (Audax), fil. Pandulfi Caputferr., princ. Ben. 176. 188. 202. 207. 209. 210. 470. 554.

Landulfus V, fil. Pandulfi II, princ. Ben. 176—178. 202. 203. fil. Pandulfus III.

Landulfus VI, fil. Pandulfi III, princ. Ben. 178—181. 203. 204. fil. Pandulfus IV.

Landulfus V, fil. Landulfi III (de S. Agatha), princ. Cap. 172. 209. 210.

Landulfus VI, fil. Pandulfi Gualonis, princ. Cap. 209. 210.

Landulfus, fil. Atenolfi III (Salern.) 556—558. fil. Landemulfus, Landulfus, Indulfus, Guaimarius.

Landulfus, fil. Landulfi sup. 557. 559.

Landulfus, fil. Landonis III, episc. Cap. 205. 206. 208. 254—256. 259. 260. 541.

Landulfus, ep. postea archiep. Benev. 175. 176. 555.

Landulfus, archiep. Benev. 184.

Landulfus, archiep. Mediol. 694.

Landulfus, abbas S. Vincentii Mett. 158.

Landulphus comes stabuli 184.

Lanfredus abb. S. Germani 167.

Lantfridus dux Alamann. 138.

Lantfridus (II. dux Alamann.?) 138.

Langesdorp 7.

Langobardi, Longobardi, Longabardi (Lambardi 216. cf. Bardi) Italiam adeunt 22. 32. 166. 171. 186. 217. 222. 232. 239. 242. 424. 548n. 699. 720. — 37n. 91. 128. 139. 144. 178. 183. 201. 203. 208—211. 216 217. 222. 223. 228. 232—236. 239. 242. 243. 246. 247. 256. 257. 274. 348—350. 373. 466. 471. 472. 474—477. 483—486. 489. 495. 498. 503—506. 508. 514. 521. 527. 529. 542. 543. 549. 550. 553. 555. 556. 699—707. 710. 713. 714. 717. 718. 720. 743. 781. 783. 798. 806. 807. 833. 837. 873. Langobardia 58. 60. 66. 69. 106. 115. 139. 146. 217. 252. 452. 462. 716. 745. 747. 797. 833. 837. 850. 872. Longobardonheim 44. Langobardorum regnum 58. 219. 239. 240. 242. 475. 495. 702. 713. reges 186. 217. 232. 470. 718. (Berengarius 58. 370). Langobardorum edicta, leges 232. 233. 699. 702. 703. 708. 712. 713. 718. cronica 198. 232. historia 233. 424.

Lani l. e. Alani 703.

Lanii rivulus 258. 261. 262.

Lanis fl. ultra Danubium 512.

Lanualdus episc. Mog. 35n.

de Lare, Hloutwicus (Ludowicus).

Lareshem, Larsem v. Laurisham.

Laromyr (*Iaromir*) dux Boem. 120.

Larresse castellum 17.

Larun, *Lahr* 440. 441.

Lateranensis civitas 112. campus 711. 720. palatium 312. 341. 345. 712. 714. 719. Lateranis 115. 720. 836. Lateranense patriarchium 713. Lateranensis ecclesia (S. Iohannis) 112. 192. 218. 346. cf. Constantiniana.

Latini 70. 298. 354. 360. 618. 636. 711. Latina gens 355. Franci Latini 214. 796. — Latina regna 486. — Latini episcopi 14n. — Latina lingua 357. 547. cf. 356. 361. 617. (Latinitas 623). Latinus sermo 343. Latini codices 522. libri 524. litterae 337.

Latinianus 510. 516.

Lauda, *Lodi* 237. episc. Andreas.

Laudocia, Laudovicus v. Leodium.

S. Laudomari monast. 649.

Laudunum, (Lugdunum 448 etc.), *Laon* 369—372. 377. 380. 382—394. 396—405. 408. 448. 449. 451. 452. 583. 585. 588—593. 596. 599. 604. 606. 607. 609—612. 621. 624. 629. 630. 634. 638. 639. 641. 642. 644. 653. 660. 664. 671. 677. episc. 573. Rudolfus, Adelelmus, Gozpertus, Ingramnus, Rudolfus, Rorico, Adalbero. — Laudunensis pagus 370. 377. 380. 397. 402. 404. comitatus 377. 388.

Laurentius episc. Mett. 160.

S. Laurentii eccl. August. 131.

S. Laurentii eccl. in fundo Castellione 716.

S. Laurentii eccl. in territorio Cumpsino 497.

S. Laurentii eccl. prope Mediolanum 305.

S. Laurentii eccl. in agro Pontianello 698.

S. Laurentii eccl. Romae 696.

S. Laurentii monast. in Calwo 764.

S. Laurentii monast. Magdeb. 738. abbat. Brigida, Mahthildis.

S. Laurentii monast. in agro Verano 716.

Laureshamis, Lareshem, Larsem, Larissa, *Lorsch* 11. 71. 102. 324. 793. 840. Laurissamensis abb. 71. Poppo.

Lauris castellum 557.

Laurus archiep. Bituric. 170.

Lausona, Lusanna; episc. (Aventicenses) Protasius, Chalmegisclus, Marius; — Hartmannus, Ieronimus, Boso, Libo, Bero, Mainherius, Egilolfus, Heinricus; — Burchardus.

Lavellus civitas 702.

Lavenna villa 387.

Laydulfus, Laedolph, Leidulfus, fil. Pandulfi Caputferr., princ. Capuae 69. 172. 207. 209. 210.

Leburia v. Liburia.

Lech, Licus, (Lemannius 512) fl. 59. 131. 138. 142. 145. 458. 746. 755.

Lechfelt 59.

Lecho rex Boemiorum 41.

Lederun, *Leire* 739.

Lemovicae, Legemodicae, Limodiae, *Limoges* 151. 169. 572. 584. 706. Lemovicinus pagus 379.

Leo v. Leontius.

Leo III. imp. Constant. 136. 137. 156. 187. 212.

Leo IV. (qui et Cazaris) imp. Constant. 117. 156. 187. 199. 212.

Leo V. imp. Constant. 173. 188. 200. 212. 711.

Leo VI. (Porphyrogenitus) imp. Constant. 174. 188. 200. 212. 257. 273. 276—279. 296. 307—309. 330. 332. 538. 539n. 549n.

Leo III. papa 40—42. 46. 117*. 117. 122. 139. 145. 151. 154. 156. 171. 214. (233). 441. 708. 710. 720.

Leo IV. papa 140. 199.

Leo VI. papa 199. 383.

Leo VII. papa 175. 366.

Leo VIII. papa 157. 341. 345. 346. (407). 672. 718. 719.

Leo IX. papa (Bruno episc. Tull.) 70. 104. 126. 158. 161. 168. 179. 180. 189. 203.

Leo archiepisc. 837.

Leo episc. Papien. 311.

Leo episc. Salern. 702.

Leo episc. Teanen. 255.

Leo episc. Veletrin. 342.

Leo episc. Vercell. 837. 844.

Leo episc. 341.

Leo medicus, abb. S. Andreae 716.

Leo abbas S. Bonefacii, legatus papae 653. 654. 656. 657. 686. 690. 691. 693.

Leo abbas Caven. 190.

Leo abbas Caven. 195. 196.

Leo abbas S. Sophiae Ben. 175.

Leo, frater Niciphori imper., coropalates et logotheta 347. 350. 351. 354. 355. 359. 360.

Leo dux Neapol. 212.

Leo comes Amalf. 513 (plures).

Leo camorlingus 716.

Leo kitonita 362.

Leo miles 299.

Leo primicerius scolae cantorum 342.

Leo scriniarius 342 (plures).

Leo de Cazunuli, Rom. 342.

Leod 511.

S. Leodegarius 221.

Leodegarius episc. Mogunt. 35n.

Leodium (Laudocia 312. Laodicia 94. Laudovicus 79) 94. 107. 109. 111. 112. 798. Tungrensis episcopatus 369. episc. 164; Hilduinus, Richarius, (Hugo), Farabertus, Ratherius, Baldericus, Notgerus, Baldericus, Fulmodo, Olbertus, Adalbero.

Leonardus abb. Caven. 193. 194.

Leones monast. 239. abb. Ermoald.

Leones duo, locus 226.

Leoniana civitas 712—714. 719. Roma Leoniana 274. 282. Leonianum castellum 74. claustrum 776.

S. Leonis mons 60. 341. 554. 747.

Leontius (Leo 156) imp. Constant. 187. 211.

Letaldus comes 400. 609.

Lethu rex Langobard. 217.

Letiniano mons 712.

Leucate 361. 362. episc. 362.

Leucopolis i. e. Wizenburch 153.

Liberritanae ecclesiae episc. Recemundus.

Libo episc. Lauson. 152.

Liburia, Leboria, Laboratoria terra (193. in codd. Erchemberti et Chron. Salern. Liguria) *Terra di Lavoro* 206. 208. 209. 229. 242. 255. 258. 260. 261. 539—541.

Libya 350.

Libzi, *Leipzig* 844. 857.

Licicaviki (i. e. Poloni) 463.

Lidbik fl. 37.

Lieftac, Liestac v. Lioptacus.

Liesca, Liezca, *Leiskau* 810. 855.

Lietardus, Lietaldus, abb. Mosom. 160.

Lievizo I, Liebizo, archiep. Hamburg. 69. 81. 772. 773. 794. 810. 831. 832.

Lievizo II, archiep. Hamburg. 97. 98.

Liger, Ligeris, Ligora, Ligura fl.

Loire 30. 34. 123. 369. 372—374. 376. 377. 379. 380. 570. 578. 583. 586. 600. 648. 650. 652.
Liguria 219. 343. 344. (cf. Eugenia).
Limatulum castrum prope Capuam 208.
Lindinlog, *Lindloch* 773.
Lindisfarnense monast. in Northumbr. 1. episcopi Aidan, Finan, Colman.
Lingonum urbs 383. 588. episc. Bruno.
Lintburg (Limburg) 96. dux Heinricus.
Lioptacus, Lieftac, Liestac, episc. Ribun. 395. 396. 603.
Liparis (Limparis), Liparitaria insula 173. 504. 701.
Liquentia pons 234.
Lirinus fl. 243. 503. 516
Liscium, *Lisieux* 570.
Litta castrum 580.
Litua, *Lithauen* 80.
Liubanici, *Löbniz* 764. 844.
Liubęzici, *Lübeschütz* 809.
Liubusua, *Lebus* 739. 823. 829.
Liuderus v. Liutgerus, Lotharius.
Liudierus 103 (duo).
Liudulfus, Liudolfus, Liutulfus, Ludulfus, Ludolfus.
Liudulfus dux Saxoniae 215. 425. fil. Bruno, Otto, Liudgarda.
Liudulfus, fil. Ottonis ducis Sax. 426
Liudulfus, Lyodulfus (Dudo 745), filius Ottonis I, dux Alamanniae 4. 56. 58—61. 67. 80. 118. 142. 320. 326. 328. 401. 402. 404. 434. 449—457. 461. 717. 744—747. 761. 765. uxor Ida; fil. Otto, Mathildis.
Liudulfus dux Karent. 106. 133.
Liudulfus, filius Hezonis et Mahtildis 215.
Liudulfus, pater Ekkardi 439.
Liudulfus comes 842. 857.
Liudulfus comes 96.
Liudulfus comes, privignus Heinrici III. 102.
Liudulfus, Leodulfus, archiep. Trever. 5. 72. 79. 93. 124. 654. 690. 773. 815.
Liudolfus, Liutoldus, (Tuto, Tuoto) episc. August. 69. 73. 124. 143. 775. 782.
Ludolfus episc. Hildesh. 50.
Liudulfus abb. Corb. 4. 5. 749. 759. 761. 787. 840. transl. 7.
Liudulfus capellanus Ottonis I. 398.
Liudolfus praepos. 88.
Liudolfus presb. 95.
Liudulfus, frat. Prebizlavi 786.
Ludolfus Saxo 79.
Liuilni 815.
Liuniburg, Luniburg, Liunberg, Luniburgensis mons 82. 93. 753. 833. abb. Luzo.
Liuppo miles 766.
Liutpertus, Liudpertus, rex Langob. 187. 233. 239. 470. 872. 873.
Liutbertus archiep. Mogunt. 48—51. 140.
Liutefredus episc. Papien. 335.
Liutifredus episc. Terto 694.
Liutefredus institor Mogunt., legatus Ottonis I. 338.
Lutfridus 52.
Liutgarda, Liudgarda, Liudgerdis.
Liutgarda, uxor Karoli M. 39. 40. 214.
Liudgarda, filia Liudulfi, uxor Ludowici iun. 215. 425.
Liudgerda, uxor Heinrici I. nominatur 744.
Liudgarda (Dudicha 215.), filia Ottonis I, uxor Conradi ducis 56. 58. 215. 434. 449. 755. 797.
Liudgarda, soror Cunigundis imp. 810.
Liudgardis, filia Ekkihardi, uxor Werinharii march. 738. 779. 780. 830. 831.
Liutgerus, Liuderus, Liutgardus, episc. Monaster. 2. 38. 41. 787. 854.
Liutgerus, Liutheri v. Lotharius.
Liudgerus, frater Bernhardi Sax. ducis 80.
Liudgerus comes 99.
Liudgerus miles 791. 795.
S. Liudgeri monast. Helmanstid. 787.
Liuthardus episc. Paderbrunn. 48.
Liuthardus abb. Weissenburg. 70.
Liutherdus presb. 866.
Liutharii duo duces 4. 54. 434. 737.
Liutharius, Liutherdus, fil. Liutharii 750. 818. 831. uxor Mahthildis; fil. Liutharius, Sigifridus, Thietmarus, Eila.
Liutharius, fil. Liutharii sup., marchio (761). 772. (774). 778. 779. 782. (791). 795. 818. 831. uxor Godila; fil. Werinharius, Bertoldus, Brigida.
Liuticii, Liutici, Liutizii, Leutici, Lutici, (Liuzici 812) 39. 68. 74. 97—100. 104. 107. 125. 126. 128. 219. 770. 771. 774. 795. 799. 812. 813. 815. 841. 853. 855—857. 862.
Liuperga, filia Desiderii regis Langob., uxor Tassilonis 233.
Liutpertus v. Liutbertus.
Liutpoldus, Liutpaldus, Liutboldus, Liubaldus etc.
Liutpoldus dux Baioar. 52. 53. 141. fil. Arnulfus, Bertholdus.
Liutpoldus I. marchio Aust. 72. 144. 773. 774. 841. 844. fil. Heinricus, Ernastus, Poppo.
Liupoldus II, fil. Adalberti, march. Austr. 104. 126.
Liupoldus III. marchio Austr. 105. 106. 130.
Liutpoldus archiep. Mogunt. 71. 104. 105. 126. 127.
Liutprandus, Liudprandus, Liuprandus, Leuprandus, Leoprandus etc.
Liutprandus rex Langob 187. 201. 218. 233. 239. 470. 471. 482. 700. 702. 872. 873.
Liutprandus dux Benev. 187. 198. 201n. 212.
Liudprandus, Liuzo, diac. Ticin. post episc. Cremon. 265 sqq. 266n. 273. 275. 327. 335. 337—339. 341—343. 347 sqq pater 307. vitricus 331. 337.
Liupprandus camer. Corbei. 10.
S. Liuttrudis transl. 3.
Liuzo v. Liudprandus.
Luzo abb. Liuniburg. 69.
de Lochis ecclesia 623n.
Loganaha, Loganichi, Longana (*Lahngau*) 37.
Longensis (Longhelus) abb. Lantbrecht.
de Longia, Emmo.
Losanna v. Lausona.
Losici v. Lusizi.
Lostatawa, *Lostau* 764.
Lotharius, Hlotharius, Hlutharius, Lutharius, Liutheri etc. cf. Chlotharius.
Lotharius I, fil. Ludowici Pii, imp. 2n. 3. 19n. 42. 44—47. 51. 139. 140. 152. 156. 214. 215. 217. 218. 234. 235. 239. 245. 429. 471. 670. 712. 721. 840n. 872. 873.
Lotharius II, fil. Lotharii I, rex 3. 48. 49. 140. 156. 214. 215. 235. 247.
Lotharius, fil. Hugonis, rex Italiae 58. 188. 216—218. 315. 316. 319. 327. 330. 335—337. (392). 400. 401. (452 Hluthowicus dicitur). 471. (745 Luthuvicus). 873. uxor Adelheid; filia Emma.
Lotharius, fil. Ludowici IV, rex Galliae 64. 65. 155. 168. 170. 215. 219. 402—408. 425. 429. 610—612. 617. 621—631. 632. 636. 637. 645. 660. 661. 670. 761. uxor Emma; fil. Ludowicus V; ex concubina Arnulfus, Richardus (663).
Lotharius (Lotterius 191. Leodegarius 215 Liutgerus de Supelingeburg) dux Saxoniae 110. 112—115. rex et imper. 115. 147. 154. 158. 162. 191. 192. 215.
Lotharii, Liutharii regnum 140. 157. 280. 314. 368. 369. 371. 372. 374. 375. 377. 390. 402. 408. 429. 430. 750. Lotharicnse regnum 370. 371. 377. 382. 386. 387. 404. 668. Lotharorum, Liutharorum regnum 417. 741. 796. Lotharingia, Luthuringia 66. 101. 111. 212. 291. 293. 344. 346. — Lotharii, Lutharii, Luotarii etc. 56. 79. 430. 431. 442—444. 446. 448. 449. 454. 796. Lotharienses 369—375. 377—383. 384—394. 397. 399—405. 645. 658. 661. 796. 798. 807. Holotharienses 168. Lotharingi, Lotheringii 142. 276. 306. 350. reges Lotharius; — Zuenteboldus; — duces Gislebertus, (Heinricus), Otto, Conradus, (Bruno archiepisc.), Godefridus; Theodericus, Fridericus; Godefridus, Gozelo, Godefridus barbatus, Heinricus, Matheus, Matheus; cf. 159. Cf. Belgae, Belgica.
Louvia silva 32.
Lubic (Libic) castrum 119.
Lubria civitas et fl. 704.
Luca, Lucca 227. 287. 295. episc. 71. 127. Conradus.
Lucania provincia 204. 552.
Lucania civitas (Pestum) 191. 243.
Lucanus affertur 418. 512. 617. 754. 802. 804. 823. 863.
Lucca, *Loccum* 115.
Luceria v. Nuceria.
Lucia, Quedlinb. 85.
S. Luciae transl. 157 oratorium 158.
Lucianus affertur 279.
Lucidus episc. Gaven. 342
Lucius II. papa 158. 192.
Lucius III. papa 148. 159. 193.
Ludmila, uxor Boriwoi ducis Boem. 119.
Ludowicus, Hludowicus, Hludovicus, Hluthowicus, Hluthuwicus, Hludoicus, Hulodoicus, Luothowicus, Luthowicus, Luthuwicus, Loudhuwicus, Ludovicus, Luduwicus, Ludoicus, Ludoycus, Loduicus, Ludgoicus, Lodoguicus, Lodovincus etc.
Ludowicus I, fil. Karoli M., imp. (Pius 41. 156. Almus 245.) 3. 19n. 39. 41—45. 83. 117*. 136n. 139. 140. 151. 154. 156. 157. 167. 169. 171. 214. 215. 217—219. 221. 234. 235. 239. 240. 245. 367. 417. 429. 432. 471. 670. 711—713. 787. 840n. 860n. 872. 873.
Ludowicus, fil. Lud. Pii, rex (Baioariae,

de Baioaria 218. 234. etc.) 3. 44—51. 139. 140. 152. 214. 215. 218. 234. 235. 238. 239. 245. 247. 429. 712. 840n. 872.

Ludowicus, fil. Ludowici sup., rex (orientalis 214.) 48-51. 140. 214. 215. 569n. 750. uxor Liudgarda.

Ludowicus II. (Lhodvic 208.), fil. Lotharii I, imper. (magnus 721.) 48. 49. 51. 140. 157. 174. 199. 205. 208. 210. 214. 215. 217. 218. 223. 224. 227. 228. 234—237. 239. 247. 251—253. 348. 471. 511. 515. 519—528 531—534. 548n. 713. 721. 722. 872. 873. uxor Angelberga. — Epistola imp. Constant. missa 521—527.

Ludowicus III, fil. Bosonis et Irmingardis, rex Burg. et imp. (Orbus 379.) 140. 188. 215. 286. 287. 294. 296. 397. 872. fil. Karlus Constantinus.

Ludowicus, fil. Arnulfi, rex 3. 4. 50—53. 118. 119. 140. 141. 145. 157. 214. 215. 286. 288—291. 417. 425. 427. 428. 736. (uxor Liudgarda ipsi a Widukindo falso tribuitur 425).

Ludowicus II. (qui nihil fecit 167. Balbus et simplex 215.), fil. Karoli Calvi, rex Gall. 51. 140. 151. 157. 167. 214. 215. 219. 569, cf. ibid. n. o. filius Karolus Simplex.

Ludowicus III, fil. Ludowici sup., rex Gall. 140. 214. 215.

Ludowicus IV, fil. Karoli Simplicis, rex Gall. 142. 168. 170. 219. 221. 383—402. 437. 445. 448. 449. 451. 452. 586—610. 621. uxor Gerberga; fil. natus 388. Lotharius, Karolus, (Karolomannus), Ludowicus, Karolus, Heinricus, filia 390. 397. Mathildis, Alberada.

Ludowicus V, fil. Lotharii, rex Gall. 168. 626. 631—633. 637. uxor Adelaidis.

Ludowicus VI. rex Gall. 162.

Ludowicus VII. rex Gall. 14n. 162.

Ludowicus VIII. rex Gall. 163.

Ludowicus IX. rex Gall. 159. 160. 163. 164.

Ludowicus, fil. Ludowici II. regis Germ. 214. 215

Ludowicus, fil. Ludowici IV. regis Gall. 398. 402.

Ludowicus, fil. Karoli ducis 642. 653. 678.

Ludowicus i. e. Lotharius rex Italiae 452. 745.

Lothowicus comes 113.

Ludovicus comes de Chisne 162.

Ludewicus comes de Montpilicart 146.

Ludowicus, Hloutwicus, de Lare 15. 16.

Ludowicus de Villammont 166.

Ludowicus episc. Basil. 154.

Ludowicus Plarer, abb. Heremi destinatus 149.

Ludulfus v. Liudulfus.

Lugdunum, Ludenum, *Lyon* 160. 164. 193. 195. archiep. Remigius. Lugdunensis provincia 373. 569n. 644. 659.

Lugdunum v. Laudunum.

Luggia, *Leccia* 143.

Lull, Lul, archiep. Mogunt. 36—38. 117°. 117. transl. 47.

Lunae 223. 650.

Lunduna, *London* 849.

Luniburg v. Liuniburg.

Lunkini, Lunzini, *Lentzen* 54. 433. 737.

ad Lupam 712. 720. (Lupa mater Romanorum ib.)

Lupinus comes Amalf 513.

Lupuald episc. Tean. 227.

Lupus dux 675.

Lupus dux Langob. 702. 703.

Lupus comes Amalfit. 513.

Lupus Acinarius, Vasco 381. 586.

Lusizi, Lusiki, Luzici, Lonsici (Lonsici?), *Lausitzer* 54. 55. 98. 450. 463. 748. 811. 815. 822. 841.

Luitfridus, Lutharius etc., Lutici v. Liut.

Lutheron 116.

Luxovium 153. 220. abb. Columbanus, Eustasius, Waldebertus, Ansegisus.

Luzo v. Liuzo.

M.

Maccho presb. 95.

Macedo missus 223.

Macedonia 354. 357. Macedones 333. Macedona prosapia 276. 293. Saxones esse reliquias exercitus Macedonici 418.

Maceria v. Materia.

Macerias castellum, *Maisières* 368. 369. 405. 575.

Machtildis v. Mahtildis.

S. Macra, Magra, *Fimes* 383. 384. 621.

Macrobius affertur 772.

Madalbertus archiep. Bituric. 169.

Madelfridus archiep. Benev. 179.

Madelmus abb. S. Sophiae Ben. 175.

Madelmus, Adelmus, abb. S. Sophiae Ben. 181. 183.

Maerksuit, abbat. Wonstorf. 100.

Maerstem regio 32.

Magadaburg, Magathaburg, Magadeburg (Maegetheburg 99. Partenopolis 75. 78 etc.) 4. 64. 65. 73—75. 78. 79. 81. 84. 86. 89. 90. 92. 94. 96. 99. 116. 439. 449. 467. 738. 744. 747—750. 752. 753. 755. 757. 758. 760. 762—764. 768. 770—772. 774. 776. 781. 785. 786. 789. 802. 805. 810. 815—820. 823. 827—830. 832. 835. 841. 844. 850. 853—855. 857. 858. 860. 863. 867. 868. praecipua Saxoniae urbs 73. urbs regia 439. 452. archiep. Adelbertus, Gisilharius, Tagino, Walthardus, Gero, Hunfridus, Werinherus, Heinricus, Rotgerus, Nortbertus, Conradus. — mercatorum Magdeb. eccl. 738.

Maganus miles 800.

Maginfredus comes (Mediol.) 274. 284. 285. fil. Hugo.

Maginfredus, fil. sup. 285n.

Magingos v. Meging.

Maginolfus, nepos Saductorum 208.

Magenolfus clericus 228. uxor Ingena. cf. Maienolfus.

Maginzo, Maincia, miles 441. 443. 744.

Magipertus, Suessanus 259.

Magnaldus episc. Salern. 516.

Magnaura domus Constant. 337. 338.

Magnus dux Saxonum 106. 110.

Magnus cliens regis Heinrici III. 102.

S. Magni coenobium, *Füssen* 130.

Mahthildis, Machthildis, Mahtilda, Mathildis, Matildis, Mechtild etc.

Mahthildis, filia Theoderici, uxor Heinrici I. 4. 54. 74. 75. 319. 417. 430. 450. (459) 465. 466. 737. 740. 741. 743. 744. (746. 747). 749. 837.

Mahthildis, filia Ottonis I, abbat. Quedlinb. 58. 66. 67. 69. 72. 74-77. 79. 91. 416. 436. 449. 451. 462. 767. 773. 779. 780. 864.

Machtilda, filia Liudulfi ducis, abbatissa 80.

Mahtildis, filia Ottonis II, uxor Hexonis 215.

Machthildis, fil. sororis Heinrici II. 80.

Mathilda, filia Luduwici IV. Gall. regis, uxor Conradi regis Burg. 215. 407.

Mathildis, filia Conradi reg. Burg. 407.

Mahthilde, filia Bolizlavi ducis Polon. 100.

Matildis, filia Herimanni II. ducis Alamann. 215.

Mathilda, filia Gozelonis ducis, uxor Heinrici com. Pal. 71.

Mahtildis, filia Brunonis, uxor Liutharii com. 772. 818.

Mahtildis, filia Thiederici march., uxor Prebizlavi, post abbatissa 786.

Mahtildis, filia Bernhardi ducis, monialis 837.

Mahthilt comitissa 106.

Maielpotus gastald. Telesinus 229. 250. (511).

Maienolfus 250. cf. Magenolfus.

Maincia v. Maginzo.

Mainherius episc. Lauson. 152. cf. Meginherus.

Mainwercus v. Meinw.

Maio abbas 260. 261. 263.

Maio gastaldeus 490.

Maio, fil. Dauferii Balbi 506. 518.

Maio, cognatus Sicardi princ. Ben. 245.

Maio 250; — 511; — 550.

Maiolus abb. Cluniac. 91.

Maius Monasterium, *Marmoutier-lez-Tours* 653.

Malacin (Egisvilla) curtis 818. 863.

Malbitus 510.

Malcallanus Hibernicus 408.

Malchenolfus Salern. 548.

Malfia v. Amalfia.

Malus mons, *Monte Mario* 713. cf. mons Gaudii.

Malvasia 192.

Mamma locus 532.

Manasses archiep. Arelat., Mediol. (episc. Mant. et Veron.) 315—317. 327. 334. 340.

Manasses archiep. Rem. 162.

Manases, Maenases, abb. Flaviniac. 150. 151.

Manasses comes 374. 379. 583. fil. Gislebertus.

Manasses legatus Hugonis ducis 391.

Manasses, nepos Artoldi archiep. 404.

Manasses fautor Karoli ducis 645. 661. 662.

Manegoldus comes 68. 144.

Manegoldus presbiter 144.

Manfridus, Menfredus, princeps Tarenti, rex Siciliae 164. 194. 477n. 46.

Manlii consulis libri 617.

Manso comes Amalf. 513.

Manso, fil. ducis Amalf., princ. Salern. 211.

Manso patricius Amalf. 558.

Manso abb. Casin. 69. 172.

Mantichinga 127.

Mantua, Mantuani 126. 133. 238. 298. 306. 316. 334.

Manuel patricius Graec. 356.

Maraha, Moravia, Marierun, *Mähren* 120. 140. 835. Marahenses 46. 47. Mararenses 854. 856. 860. Maravani 276. 288. Mari 426. Moravi 120. 121. rex Ratzidus; dux Zentebaldus; — Otto, Otto, Conradus.

Marahward comes 144.

Maraldus Salern. 558.

S. Marcellus Capuae 206. 207.

de Marchia comes 164.

Marchianorum princeps Pandulfus 209.

marchiones s. X: aquilonales: (Bernhardus), Theodericus, Liutharius, Wirinharius, Bernhardus; orientales: (Sigifridus), Gero, Hodo, Thietmarus, Géro; Misnenses v. Miso.; Bavariae (Bertholdus), Heinricus; Austriae v. Austr.

Marchomir, fil. Priami, rex Franc. 30.

S. Marcialis eccl. Lemovic. 572.

Marcianus imperator 30. cf. Martialis.

Marcomanni (i. e. Nortmanni?) 169.

Marcwardus, Marquardus, episc. Hildesh. 3. 50. 750.

Marcwardus, abb. Corb. 7.

Margolius, locus ad Mosam 624.

Maria v. Marotia.

Maria, uxor Laydulfi Capuan. princ. 207.

Maria superistana 199.

S. Mariae eccl. Amalf. 504.

S. Mariae eccl. in monast. S. Andreae 716.

S. Mariae eccl. Aquisgran. 743. 783.

S. Mariae eccl. August. 130. 134.

S. Mariae eccl. Benev. 484. 496. 508. 534. 701.

S. Mariae eccl. Brix. 233.

S. Mariae eccl. in Colrido 387.

S. Mariae eccl. Hildesh. 48.

S. Mariae eccl. Miminlev. 757.

S. Mariae eccl. Mosom. 162. 164. 165. 654. 690.

S. Mariae eccl. Nepes. 698.

S. Mariae eccl. Paris. 393.

S. Mariae eccl. in fundo Polliano 705.

S. Mariae eccl. Quedlinb. 84.

S. Mariae eccl. (Radisbon.) 756.

S. Mariae eccl. Rem. 374. 379. 382. 403. 404. 407. 408. 645.

S. Mariae eccl. Salern. 481. 508. 517. 520. 551. 554.

S. Mariae de Porta eccl. Salern. 530n.

S. Mariae eccl. Spir. 111.

S. Mariae eccl. Straxburg. 794.

S. Mariae eccl. in fundo Tezzani 716.

S. Mariae eccl. Virdun. 382n.

S. Mariae eccl. super Arnam rivum 399.

S. Mariae eccl. super Pidum rivulum 399.

S. Mariae abbatia Laudun. 401.

S. Mariae monast. in monte Acutiano (Farfa) 712. 716. 720. 722. abb. Campo.

S. Mariae monast. in loco Balmensi 150.

S. Mariae Cingl. monast. (209). 226.

S. Mariae monast. in monte Quedlinb. 67. 83.

S. Mariae mons v. Mons.

S. Mariae Montisserrati prior Bernardus.

S. Mariae cripta Corb. 9.

ad Marianum 704.

Marincus, *Marengo* 274. 284. 285.

Marinus papa 140. 393. 716.

Marinus episc. Mogunt. 35n.

Marinus episc. Ortensis (Ostiensis 630. falso dicitur), legatus papae 56. 57. 395—398. 603—606.

Marinus episc. Sutrin. 342.

Marinus episc. 717.

Marinus abb. Caven. 192.

Marinus comes (praefectus) Amalf. 513 (plures).

Marinus dux Amalfit. 249. 250. 531.

Marinus Sebastos dux Amalfit. 190.

Marinus dux Neap. 212.

Marinus dux Neap. 555. 558. 559.

Marinus gastald. S. Agathae 260. 261. 540. 541.

Marius episc. Aventic. 150.

Maro v. Virgilius.

Maroaldo, fil. Romualdi 701.

Maroilum, *Mareuil* 399. 401.

Marotia, Marozia, (Maria 381), filia Theophilacti et Theodorae, uxor Widonis march. Tusc., Hugonis regis 297. 302. 306. 312. 313. 378. 381. fil. ex Sergio papa Iohannes XI, ex Alberico Albericus.

Marrengias 161.

Mars 8n. 423. Martis nomine Merseburg dicta 734. Martis porta Remis 382.

Marsi, Marsorum terra, Marsicus, Marczis 189. 209. 228. 557. 719. Marsorum comes Garardus 250n.

Marsna 579. 580.

Martialis imperator 419.

Martialis poeta affertur 362. 836.

Martina, mater Heracleonae imp. 186.

S. Martinus episc. Turon. 150. 171n. 220. 696. 697. sepulcrum 387. v. S. Martini.

Martinus presbiter 578.

S. Martinus, locus 237.

S. Martini eccl. August. 129.

S. Martini eccl. Mogunt. 93. 107. 768. 807.

S. Martini eccl. ad Monteroni (prope Capuam) 208.

S. Martini monast. Turon. 140. 379. 389n. 573. 653. abb. 170.

S. Martini sacellum Hildesh. 92.

Martyrum mons v. Mons Martyrum.

Marucham (*Mervam I.*) protosimbolum Arabum 187.

Marucham (*Mervam II.*) rex Arabum 187.

Masa v. Mosa.

Masciacus, Masciacense monast. *Massai* 169. 170. abbates ibidem.

Massar, Massari, Amelmasser, dux Sarracen. in Italia 226. 227. 236. 247.

Massilia, Massalia, Marsilia, *Marseille* 34. 196. 474. 707.

Mastalus comes Amalf. 551.

Matera, Materia, Maceria, *Matera* 176. 224. 252. 361. (Graeci) Materenses 258. 261. 539.

Materna, Matrona fl. *Marne* 370. 372. 374. 381. 385. 386. 388. 394. 399—402. 405. 569. 573. 589. 609. 612. 635.

Mathenolfus 511.

Matheus I. dux Lotharing. 162.

Matheus II. dux Lotharing. (159). 164.

Matheus Rubeus, cardinalis 196.

S. Mathaei corpus translatum 175. 188. 552. iterum inventum 181.

S. Mathaei oratorium.

S. Mathiae corpus inventum 215.

Mathildis v. Maht.

Matisco, *Maçon;* Matisconenses 609; ep. Milo.

Matronola 230.

Mauchias (*Moaviiah*) rex Arabum 186.

Mauchias (*Moaviiah*) rex Arabum 186. 187.

Mauchias (*Moaviiah*) rex Arabum 187.

Mauri 107. 139. 330.

Mauricius imp. Constant. 167. 186. 211. 220.

S. Mauricii corpus 749.

S. Mauricii monast. in Alpibus, *S. Moritz* 473. vicus 388.

S. Mauricii monast. August. 130.

S. Mauricii monast. Hildesh. 96.

S. Mauricii monast. et eccl. Magdeburg. 747. 762. 772. 775. 785. 802. 824. 857. abb. Anno, Otwinus, Richarius. Milites Mauriciani 84.

Mauro, Maurus, comes et praef. Amalf. 513 (plures).

Maurus mons 275. 331.

S. Maximini mon. Trever. 56. 57. abb. Hugo

Maximus episc. Mogunt. 35n.

S. Maximi eccl. Salern. 548.

Mechardus, Meschardus v. Eghardus.

S. Medardi monast. 380. 381. 391. 402. 574. 623.

Medeburu castellum 755. 769.

Medi (Media urbs) 512. 513. 703.

medicina ars 10. mediei Deroldus 378. 600. Leo 716. Petrus 552. Salernitanus medicus 600. Thiedegus medicinali arte instructus 854.

Medicina villa in Langob. (*Monza?*) 115.

Mediolanum, Mediolanium, Mediolanenses 101. 120. 121. 134. 139. 147. 148. 192. 237. 238. 274. 281. 282. 284. 302. 305. 306. 317. 327. 334. 335. 340. 696. 700. 703. 707. 807. archiep. 806. Axente (Auxentius), Ambrosius, Conaldus (?), Angilbertus, Anspertus, Lampertus, Hilduinus, Ardericus, Manasses, Waldpertus, Landulfus, Heribertus, Guido.

Mediterraneum mare 568. 569. 710. 712.

Mefinum, *Rocca Monfina* 207.

Megin. cf. Magin.

Megingaudus, Meingaudus, Megingoz, Meingoz, Meinzoz, archiep. Trever. 79. 84. 93. 95. 124. 815. 844.

Megingoz, Meingoz, abb. Hersveld. 54. 55. 59.

Meinnardus episc. Prag. 120.

Meginhardus episc. Wirzburg. 97. 99. 118. 125.

Meginhardus episc. Wirzburg. 132

Meginherus abb. Hersveld. 100. cf. Mainherius.

Meginradus scholasticus Hirsaug. 409.

S. Meginradus heremita 48. 140. 145 transl. 146.

S. Meginradi cella 141. 143—145. v. Heremus.
Meginwerck, Meinwercus, (Meinwrecus 97) episc. Paderbrunn. 80. 87. 93. 98. 100. 822. 826. 832. 840. 853. 869.
Meinwercus 455.
Mainwercus infans 5.
Meinric decanus 819.
Meinsuith 770.
Meldis, *Meaux* 612. 643. 652. Meldensis pagus 405. 612.
Melfis, Melfia, Melphia, *Melfi* 182. 183. 192. 194. 512.
Mellanu (*Melito* prope Neapolim?) 208.
Mello arx Casin. 198.
Melus dux 189.
Meotis, Meotidae paludes 30. 426. 568.
Meppia abbatia 840n. 860n.
mercatores Virdun. 338. claustrum negotiatorum Vird. 629. institor Moguntinus 338. mercatorum Magdeburg. ecclesia 738.
Mercurius 8n.
Merkkardus 103.
Meroingus, Meroveus, rex Francorum 30. 219. 220. Meroingi 30. 707. cf. Merwigus.
Merquardus monachus 787.
Mersiburg, Merseburg, Mersburg, Meresburg 65. 78. 82. 83. 86—88. 90. 93. 94. 96. 98. 99. 286. 294. 443. 466. 734. 740. 743. 746. 755. 757. 758. 762—764. 769. 790. 794. 795. 799. 802—805. 807. 809. 816—818. 820. 821. 823. 824. 826. 829. 830. 832. 833. 835—839. 841. 843. 852. 857. 865. Martis nomine et post Meso dicta 734. antiqua civitas i. e. die Altstadt 735. Mesaburiorum legio 438. episc. Boso, Gisilharius; (abb. Ohtradus, Heimo); Wigbertus, Thietmarus, Bruno; comites Sigefridus, Bio, Esico, Burchardus.
Merwigesburgk 33n.
Merwigus princeps de Thuringia 33n.
Merwigus, fil. sup., rex Francorum 33n. cf. Meroingus.
Mese virgo 734.
Mesopotamia 350. 357. 358.
Messana (Micenae 159) 159. 193. 194. 263.
S. Metronis corpus 553.
Mettis, Metis; Mettenses 111. 131. 141. 158. 159. 166 233. 280. 315. 326. 402. 674. 675. 821. 827. urbs potentissima in regno Lotharii 280. episc. 142. 165. 288. Grodegangus, Angelramnus, Gundolfus, Drogo, Adventius, Walo, Robertus, Wigericus, Benno, Adalbero, Theodericus, Adalbero, Theodericus, Adalbero, Herimannus, Poppo, Adelbero, Stephanus, Theodericus, Fridericus, Theodericus, Bertrammus, Conradus, Iohannes, Iacobus, Philippus de Florenges, Guillermus, Laurentius, Iohannes.
Mezerici, *Meseritz*, abbatia 813.
Mezilecun, *Mölk* 860.
Michael coropalati, imp. Constant. 188. 212. 214. 711.
Michael II. imp. Constant. 188. 200. 212.
Michael III. imp. Constant. 188. 212. 274. 276. 302. 309.
Michael rex Sclavorum 175.
Michael stratigos 362.
Michael custos Liudprandi 362.
Michael diasostes Liudprandi 363.
Michahel episc. Radisbon. 395. 603. 752. 756.
S. Michaelis eccl. August. 130.
S. Michaelis eccl. Constantinop. Nea appellata 277. 310.
S. Michaelis eccl. Hersveld. 98.
S. Michaelis eccl. Papien. 217.
S. Michaelis (S. Angeli) monast. in monte Gargano 175. 207. 210. v. Garganus.
S. Michaelis monast. Hildesheim. 94. 96. 99. abb. Goderamnus, Adelbertus.
Michilinstadt 117*.
Mikilanburg, Meklenburg; episc. v. Aldenburg.
Milda, Milla fl. *Mulde* 38. 759. 764. 787. 809. 821. 829. 852. 857. 867.
Milidunum, Miledunum castrum, *Melun* 168. 648.
Militorum arcus 713. 716.
Milkiani, Milcini, Milzeni, Milzienti, Miltizieni 78. 739. 780. 792. 795. 802. 805. 809. 823.
Milla v. Milda.
Milo archiep. Benev. 181.
Milo episc. Catalaun. 380.
Milo episc. Matiscon. 644. 647. 659. 685.
Milo episc. Veron. 682.
Milo miles Berengarii, comes Veron. 287. 301. 312. 314. 334.
Milo 838.
mimi 310. 428.
Mimidanum, Minda, Mindensis urbs 90. 96. 99. (142?). Mindonenses 101. episc. Thiedricus, Vulfharius, Everis, Landohardus, Ramwardus, Thiedricus, Sigibertus, Brunо, Winilo, Godescalcus.
Mimigardivurd, Mirmingardevurd (Minigardevurda 690), Monestere (111), *Münster*; episcopi Liutgerus, Gerfredus, Hildiboldus, Dodo, Suitgerus, Thiedricus, Sigifridus, Herimannus, Burchardus, Theodericus.
Miminlevu, Miminlevo, Mimelieba, Himenleve, Imenlevo, *Memleben* 63. 319. 466. 740. 755. 757. 758. 838. 846. abb. Reinoldus.
Miriquidui silva 807.
Mirmidona (i. e. Mimidona?) 142.
Mirsuida, matertera Geronis archiep. 854.
Mirwidu silva (*Merwe*) 869.
Misaka, Misaco, Misacho, Misicho, Miseco, dux Polon. 63. 66. 67. 68. 91. 463. 464. 748. 753. 768. 770. 771. 776. 783. 793. 848. (861). ux. Dobrawa, Oda; fil. Bolizlavus, Miseco, Suentepulcus, (Wlodoweius?); filia 848.
Misaco II, Mysacho, Misuka, fil. Bolizlavi. dux Polon. 82. 83. 90. 97—99. 832. 839—843. 855.
Miseco, fil. Miseconis I. 784.
Misni, *Meissen* 739. 755. 769. 792. 793. 801. 803. 822. 829. 843. 844. 853. 856. episc. Burchardus, Wolcoldus, Eid, Eilwardus, Huprecht. march. Guntherus, Rigdagus, Eggihardus I, (Guncelinus), Herimannus, Eggihardus II, Eggibertus.
Mistav, Mistui, Mistuwoi, dux Obodritorum 463. 748. 764. 795. 768.
Mistizlavus dux Obodritorum 862.
Moditia 232.
Mogelini, *Mügeln* 769. 801.
Moguntia, Mogontia, Maguntia (Moguntiacum 107) 7. 40n. 41. 46. 47. 58—62. 70. 71. 77. 78. 80. 81. 93. 104. 105. 107—117. 126. 129. 131. 135. 136. 142. 144. 303. 326. 402. 404. 429. 449. 453—455. 457. 461. 745. 747. 756. 793. 807. 821. 853. 857. 863. 868. episc. ante Bonefacium 35n; archiep. Bonifacius, Lull, Richolfus, Haistulfus, Otgarius, Rabanus, Karolus, Liuthertus, Sunderolt (Sunzo), Hatto, Herigerus, Hildibertus, Fridericus, Willehelmus, Hatto, Rotbertus, Willigisus, Erchanboldus, Aribo, Bardo, Liutpoldus, Sigifridus, Wezelinus, Ruthardus, Adelbertus. — Moguntinus institor Liutefredus.
Moin fl. 860.
Molinbeck (Molinbach), *Möllenbeck*; abbat. Alberada.
Monasteriolum, *Montreuil* 378. 385. 394. 395. 401. 589. 651.
Monasterium v. Mimigardivurd.
Monasterium in Alsatia 153. 155. abb. 153—155.
Moncola, fidelis Ademarii 515. 516.
moneta Bardenwicensis 8. Remensis urbis 386. cf. solidi.
Mons, *Bergen* 826. cf. S. Iohannis.
Mons-acutus, *Montaigu* 397. 607.
Mons-aureus, Montorium, *Montuoro* 519. 544.
Mons-castrati-loci, *Mons* 611.
Mons-Falconis, *Montfaucon* 388.
Mons-Felicis 401—403.
Mons S. Iohannis 373. 374. 623n.
Mons S. Mariae, *Mont-Notre-Dame* 614. 657.
Mont-Martyrum, (Mortiaci 623n.), *Montmartre* 391. 596.
Mons-Panchei, Montpancies, *Montpensier* 163. 571.
Mons-Sarchus, Monsarclus 181. 203.
Mons-Virginis, *Monte Virgine* 545. — Montis Virginis hospitale (Cava) 196.
de Monte Ferrano, Chonradus.
Montella 510.
Montiniacum, *Montigny* 385. 390. 392. 589. 591.
Montpancies v. Mons Pachei.
Montpilicart (*Mömpelgard*) comes Ludowicus.
Morardus abb. S. Germani 168.
Moravia v. Maraha.
Morezini pagus 815.
Morinum, *Boulogne* 587. cf. Bononia. Morini 386. Morinorum princeps i. e. Flandriae comes. — Morin. episc. 573. Wifredus.
Morin::: castrum 159.
Moritania, *Mortaigne* 378. 379.
Mormannus (Normannus 43) rex Britton. 42. 43.
Morsacienses 7.
Mosa, Masa fl. 110. 111. 164. 368. 370—372. 375. 378. 379. 385. 405. 429. 579. 622. 624. 628. 629. 634.
Mosella fl. 372. 399. Muselenenses 794. Muselenorum pagus 798.
Mosomum, Mosomensis, Mosomagensis eccl., abbatia, Mosomense castrum, *Mouson* 160—165. 372. 374. 379. 389. 394. 395. 397. 601. 602. 606. 653n. 654. 686. 690. Mosomensis castellania 164. abbat. 160—165.
Mosun villa, *Moss* 820.
Muameth pseudopropheta et rex Arabum 186.
Muchameth rex Arabum 187.

Mucherini, *Mokrehna* 843.
Mulehac 154.
Mulenhusen 116.
Mulsberg castellum 798.
Munna 853. 866.
Musco comes Amalf. 513.
Mutina 475. episc. Wido, Iohannes.

N.

S. Naboris corpus 36. 151.
Naco, Nacco, rex Sclavorum 460. 747.
Namnetis, Namtae, *Nantes* 140. 596. 650. 651. 652. episcop. 140. 596. Namneticus pagus 369. 377.
Namurum 405. Namurcensis comes 163. Iohannes, Guido.
Nannigo, Benevent. 500. 505.
Narbona 139. 219.
S. Narcissi reliquiae 129.
Nariciensis civitas (Narniensis? Ariciensis?) 10.
Narnia, Narniense castrum, Narniensis civitas 474. 713. 715. episc. Iohannes. — Narniensis comitatus 714.
Narnus fl. 715.
Narsis, Narsus, patricius 214. 222. 232. 698. 699. 720.
Natii castrum 177.
Naupactus (Nicopoleos civitas) 360.
S. Nazarii corpus 36. 151. locus 71.
Neapolis, (Parthenope 205. Parthenopensis dux 505); Neapolites, Neapolitani 173. 177. 178. 184. 185. 190. 191—195. 205—208. 222. 223. 224. 228. 229. 242. 244—246. 249. 250. 252. 253. 255—263. 497. 499. 501. 513—515. 520. 521. 526. 529. 534. 536. —541. 546. 551. 552. 556. 557. 694. 707. 710. duces 211 — 213. episc. Athanasius. Stephanus.
Neaustria 113. v. Neustria.
negotiatores v. mercatores.
de Nellenburch, Eberhardus, Heinricus.
Nemausus, *Nismes*; Nemausini 219. 570. episc 219n.
Nemzi, *Nimptsch* 855.
Nepesina urbs, Nepesini 699. 703. 713. 714. 716. episc. Iohannes. — Nepesinum territorium 698. 716.
Neustria (Neaustria 123), Neustrii 570. 571. 573. 574. 578. 580. 601. 610.
Nevernis v. Nivernus.
Nezemuiscles, Sclavus 813.
Nianburg v. Niunburg.
Nicaea 6. 106 135.
Nice provincia 811.
Nicetas patricius 525.
Nicici pagus 807n. 868.
Niciforus, Nichoforus, Nicofarus, Nuciforus, Nikyforus, imp. Constant. 139. 156. 188. 212. 214. 711.
Niciforus, Nicaphoris, (Phocas), imp. Constant. 176. 188. 189. 347—362. (465). 555. 556. 766. pater 353.
Niciforus patriarcha Constant. 200.
Nicolaus I. papa 3. 48. 140. 236. 253. 257. 538. 675. 689. 721. epistolae 689.
Nicolaus II. papa 127. 158. 180. 181. 189.
Nicolaus IV. papa 195.
Nicolaus archiep. 171n.
Nicolaus fr. ord. Praedic., papa Benedictus XI. 196.
Nicolaus abb. S. Vincentii 160.
S. Nicolai corp. transl. 133. 182. 190.
S. Nicolai eccl. 168.
Nilus fl. 568.
Ninstid, *Nienstaedt* 816.
Niriechua, *Nercha* 759.
Niseni pagus 769. 807.
Niumagun, Neomagum, Neumagun, Nuvimagon, *Nimwegen* 68. 84. 90. 93. 98. 99. 100. 102. 139. 772. 798. 863. 866. 869.
Niunburg, Nianburg, Nuwanburg, Nova urbs 99. 785. 843. abb. Eghardus, Herdingus, Bruno, Albuwinus.
Niveola 133.
Nivernus, Nevernis, *Nevers* 170. 376. 596.
Nodbaldus 775.
Nola 254. 536. 552. v. Cimiterium.
Nonantula 335. 475. abb. Anselmus.
Nonno v. Othilulfus.
Nonnosus praepositus 697. corpus 702.
Norbertus v Northb.
Nordanembri (Nortmanni 138); reges Egfrid (Aldfridus), Osraed, Eardulf.
Nordelingi 40.
Norici v. Baioarii. Norici panes 616.
Normannus v. Mormannus.
Normensis episc. Iohannes.
Northbertus archiep. Magdeb. 115. 116.
Northpertus episc. Curiensis 130. 131. 133.
Norbertus episc. 711.
Northeim 791.
Northuringun pagus 870.
Northusen 108.
Nortmanni, Northmanni, Nordmanni, Nordemanni (i. e. aquilonares homines 331) 488. 523. 708. 739. 848. 849. i. e. Dani 141. 417. Nortanembri 138. Ruscii 277. 331. — Nortmanni in Gallia et Lotharingia 140. 157. 169. 181. 219. 235. 320. 368. 369. 371—381. 383. 385. 389—393. 397. 399. 406. 431. 448. 569n. 580. 582. 584. 590. 595—598. 607. cf. piratae. Normandia 180. Normannia 215. dux 165; (Catillus), Rollo, Willelmus, Richardus, Willelmus. — Nortmanni in Anglia 105. — Nortmanni in Italia 70. 104. 126 —128. 132. 134. 168. 178 — 180. 182. 185. 189. 190. 203. 209. 210.
Norwegue rex 165.
Notgerus (Nohtgerus) episc. Leod. 79. 93. 654. 690. 778. (796). 810.
Nova urbs in Baioaria 450. 457.
Nova urbs, *Neuburg* 782. 817
Nova urbs in Boemia 452.
Nova urbs in Saxonia v. Niunburg.
Nova villa 151.
Novaria 302. 306.
Novecertus civitas 701.
Noviomagus, Noviomus, *Noyon*; Noviomenses 375. 390. 585. 634. episc. Airardus, Waltbertus, Transmarus, Rodulfus, Fulcharius, Hadulfus, Ratbodus. — Noviomensis pagus 381.
Nuceria, Luceria, *Lucera* 190. 191. 194—196. 208. 243. 502. 506. 516. 542. 546. (701?).
Numenevis rex Britton. 140.
Nuorenberc, Norinberch, Niurenpere 106. 115. 128. urbs munitissima 115.

O.

de Oberestenvelt, comes Hezil.
Oceanus 568. 569.
Octavianus v. Iohannes XII.
Oda, mater Ottonis ducis Saxon. 52.
Oda, filia Theoderici march., uxor Misaconis 88. 784.
Oda, filia Eggihardi march., uxor Bolizlavi Pol. 861.
Odd, matertera Geronis archiep. 854.
Oddo v. Otto.
Odelricus, Odalricus, Othelricus cf. Udalricus.
Odelricus, (Odalry 366n.), fil. Hugonis, archiep. Rem. 406. 407. 612.
Odelricus episc. Aquensis 378. 394. 584.
Odalricus abbas 401.
Othelricus, Uodalricus, fil. Bolizlavi, dux Boemiae 82. 83. 94. 98. 99. 120. 797. 799. 826. 830. 834. 839. 842. 855. 856.
Oldaricus dux Boem. 121.
Odelricus comes Pal. (Ital.) 287. 298. 299.
Odelricus comes 405.
Odera, Adora fl. 429. 444 771. 812. 813. 841. 842.
Oderisius abb. Casin. 190. 191.
Odilienus, Polonus 784.
Odilo dux Baioar. 150.
Odilo abb. Cluniac. 394n. falso nominatur.
Odilo abb. Stabulen. 394. 602.
Odinga, *Öttingen*? 140.
Odo cf. Udo et Otto.
Odo, Oda, Oddo, fil. Rotberti, nepos Witichini, rex Galliae 167. 214. 219. 280. 417. 430. 570—573.
Odo, filius Heriberti, comes 377. 378. 381. 385. 390.
Odo, filius Thebaldi, comes Carnot. et Turon. (628?). (639?). 648—654. 656. 657. (678?). uxor Berta.
Odo, filius Odonis sup., comes Francorum 157.
Odo, filius Hugonis M., clericus 406.
Odo, Oudo, comes Burgundiae 99. 101. 125.
Odo archiep. Cantuar. 587.
Odo episc. Silvanect. 643. 646. 647. 658. 659. 663. 685.
Odo abb. Cluniac. 389. 392.
Odo abb. Masciac. 170.
Odoacar rex (Gothorum) 31.
Odoinus 385.
Odruntum v. Ydruntum.
Odtonwald 117e.
Odunt 161.
Oebalus archiep. Rem. 161.
Oerea, *Oria* 252. 258. 538.
Offidaris fl. 360.
Ohtradus, Othradus, abb. Merseburg. 69. 764.
Ohtricus, Otricus, monachus Magdeb. 619—621. 762. 763. 776. 816.
Olbertus episc. Leod. (111).
Oldaricus v. Odelricus.
Olef miles 774.
Oleo, fl. *Ollio* 237.
Olibetum 230.

Olscuizi, *Oetschau* 857.
Onerisus, Capuan. 258. 539.
Opperthus abb. Elwang. 100.
Oppinheim 114. 129. 132. 146.
Optatus abb. Casin. 198. (487).
Ora, Ara fl. 37. 38.
Orbatium, Orbacense monasterium, *Orbais* 365. 384. 642. abb. D. 642.
Ordliep episc. Basil. 154. cf. Orthlibus.
Ordonis, *Ordona* 209.
Ordorff 37. 65.
Oriencius archiep. 171n.
S. Oriencii ecclesia 171.
Oriens i. e. orientalis Saxonia 428. 755. 768. orientales partes 453. orientalium partium milites 446. comes Thiedricus 99. orientales comites 792. orientales populi i. e. Ostfalai 424. orientales 736. 770. i. e. Austriae incolae 748. 773.
Orlagemunden 113
Orosius affertur 719.
Ortana civitas 713. 714. episc. 342. Marinus. — Ortensis comitatus 714.
Orthlibus abb. Monast. 154. cf. Ordliep.
Ortus (i. e. Hortus) domnicus 230.
Osanna puella 369.
Oscara fl. 611.
Oschis episcopus 236.
Osdagus episcopus Hildesh. 66. 68. 770.
Osnabrug, Asnebruggi, Azneburg, Asanbrun 840n. 860n. episc. Dodo, Gunterius, Thietmarus, Othilulfus, Gozmarus, Albericus.
Osraed rex Nordanembr. 116*.
Osterludi 72.
Ostienses episc. Sico, Otto.
Osulfstidi, *Olvenstädt* 828.
S. Oswaldus rex Berniciae 33. 153.
Oswaldus (Eduardus) rex Angl. 165.
Oswi rex 33.
Otbertus marchio 340.
Otbertus comes 138.
Otbertus episc. Strazburg. 141.
Otgarius, Othgerus, Otger, Otker, archiep. Mogunt. 44—47.
Otgarius episc. Ambian. 378.
Otgarius, Otgerus, Otkerius, episc. Spir. 63. 342.
Otgit v. Editha.
Othellulda, filia Thiedrici march., soror Quedlinb. 85.
Othelricus v. Odelricus, Udalricus.
Othilulfus (Nonno) episc. Osnabrug. 858.
Othinkerdus episc. Ripensis 810.
Othmarus abb. San Gall. 153.
Othradus, Othricus v. Ohtr.
Ottaker rex Boem. 121.
Otto, Oddo, Otho, Ottho, Oto, Octo, Hotto, Hoto.
Otto I, fil. Heinrici, rex et imp. (Magnus. — Saxo 219. rex Saxonum 717. Saxonum Allemannorumque rex 553. rex Germaniae et Italiae 617.) 4. 5. 52. 54—63. 67. 74. 75. 118. 119. 124. 141—143. 145. 155. 157. 161. 172. 176. 188. 209. 214—219. 221. 266n. 276. 282. 315. 319—322. 324—327. 330. 332. (337). 338. 340—346. 347—363 (epistola ipsi a Liudprando missa). 364n. 365n. 383. 385. (426). 430. (432). 434. 436—467. 471. 553. 554. 556. 591. 593. 594. 598. 599. 601—609. 610. 611. 617. 619—621. 672. 717—719. 737. 743—757. (765). 777. 832. 851. 858. 863. 871n. 873. uxores Editha, Adelheid; fil. Liudulfus, Liutgarda; 401. Heinricus, Brun, Otto, Mahthildis; ex concubina (Sclavonica 754) Willehelmus.
Otto II, fil. Ottonis I. (Rufus 209. Sanguinarius 219), rex et imp. 5. 61—65. 74. 91. 118. 124. 142. 143. 145. 155. 157. 161. 168. 172. 176. 188. 209. 211. 214—219. 340. 342. 347. 348. 356. 359. 453. (462. 465—467). 471. 621—627. 630. 631. 655. 672. 718. 748. (753). 757—767. 769. 779. 843. 867. 871n. ux. Theophanu; fil. Otto, Mahthildis, Adelheid, Sophia.
Otto III. (quartus 189), fil. Ottonis II, (mirabilia mundi 219), rex et imp. 5. 65—70. 72—78. 90—92. 118. 124. 143—145. 155. 157—161. 177. 207. 209. 214—219. 471. 628. 653. 654. 657. 767—789. 800. 818. 821. 833. 835. 854. 859. 864. 867. 868. (pulcher puer 871n.). Helena ipsi desponsata 859.
Otto IV. imperator (antea comes Pictav.) 121. 148. 149. 159. 163. 193.
Otto filius Liudulfi, dux Saxoniae 4. 52. 53. 141. 215. 282. 417. 425. 426. 735. 736. uxor Hathui; fil. Thancmarus, Liudulfus, Heinricus rex; filia 427. ex concubina nata 434.
Otto, filius Liudulfi, dux Alamann. et Baioar. 64. 65. 143. 462. 761. 765.
Otto, fil us Hugonis M., dux Burgundiae 405. 406. 612.
Otto, filius Ricuini, dux Lothar. 370. 372. 374. 375. 386. 389. 390. 437. 445. 447.
Otto, filius Conradi, dux Karent. (et Veronensium comes 797. cf. 91.) 70. 91. 144. 214. 215. 775. 797. 798. 799. 804. fil. Conradus, Heinricus (Hezil), Bruno (Gregorius V).
Otto, filius Hezonis et Math., dux Alamann. 104. 127. 215.
Otto de Suinvordi, fil. Heinrici, dux Alamann. 100. 104.
Otto dux Baioar. 6. 71. 105. 127.
Otto de Ballensted dux Saxon. constitutus 113.
Otto, fil. Bolizlavi Pol. 861. cf. Bezprim.
Otto dux Moraviae 120.
Otto dux Moraviae (et Boemiae) 115. 120.
Otto marchio 71.
Otto comes Palat. Bawar. 157. 163.
Oddo comes 832.
Otto comes, filius Heriberti 797.
Otto comes (de Hammerstein) 85. 99. 863. 867. ux. Irmingerd.
Oto, Hoto, de partibus Bergom. 236.
Otto, frater Gebehardi episc. 798.
Otto, frater Gerbergae 801.
Otto episc. Babenberg. 113.
Otto episc. Constant. 131.
Otto episc. Ostien. (papa Urbanus II.) 107. 132. 182. 190.
Otto episc. Prag. 120.
Otto episc. Radisbon. 106. 127. 133.
Otto abb. S. Sophiae Ben. 174.
Odda presb. Magdeb. 84.
Odda, Oddo, clericus Hamburg. 81. 832.
Ottogeba v. Ethgiwa.
Otwinus, Advinus, abb. S. Mauricii Magdeb., episc. Hildesh. 58. 86. 747. 750. 770.
Ou. v. Uo.
Ouliko 9
Ourricus de Landres miles 185.
Ovidius affertur 349. 778. 849.
Ovo, Obo, rex Ungar. 103. 104. 125. 126.
Ovo decanus S. Germani 168.
Ozerus dominus urbis Mian. 793.

P.

pacis constitutio 104. 116.
Padarbrun, Padarburn, Patharbrunn, Pathelbrunna, Pathelburg, Parderbrunn, Padesprunna, Poderbrunnen, Podelbrunnen etc. 37. 40. 78. 81. 84. 92. 94. 95. 98. 99. 100. 116. 139. 791. 796. 809. 832. 840n. 844. 855. Patharburnenses 90. episc. Liuthardus, Folcmarus, Dudo, Retharius, Meinwercus, Rudolfus, Roth, Heinricus, Bernhardus.
Padua; episc. Ursus, Waltolf.
Padus fl. (Heridanus 337. 341. 354.) 223. 305. 337. 341. 354. 482. 691. 720. Transpadanus ager 690.
pagus 11. pagi Germaniae: Bardanga, Belxam, Cameracensis, Dreini, Elisatius, Hassegun, Huntanga, Maerstem, Muselenorum, Northuringun, Radinsca, Ribuarius, Virdunensis, Wimadi, Warnacensis; provinciarum Slavicarum: Chutizi, Cilensi (Silensi), Dalsmancia (Deleminci), Diedesisi, Glomaci, Hevellun, Lusici, Morezini, Nice, Nicici, Niseni, Plisni, Riedirierun, Selpuli, Siusuli, Stodorania, Tuchurini, Vedu, Zara; pagi Gallici: Ambianensis, Arvernicus, Atrabatensis, Augustidunensis, Belvacensis, Biturigensis, Castricensis, Catalaunensis, Laudunensis, Lemovicensis, Meldensis, Namneticus, Noviomensis, Parisiacus, Pictavensis, Porcensis, Porticensis, Remensis, Rotomagensis, Silvanectensis, Suessonicus, Veromandensis, Vonzinsis.
Palas, palatium Trever. 815. 816.
palatinus comes 806. (Pippinus 30); Rheni: Herimannus, Hezo, Heinricus, Herimannus, Heinricus; Bavariae: Ratpoto, Otto; Saxoniae: Thiadericus, Fridericus, Burchardus, Sigefridus, Sigefridus, Fridericus.
Paldulfus v. Pandulfus.
Palermus v. Panormus.
Palgoveo 154.
Palithi, Palidi, Polide, *Pölde* 78. 92. 94. 95. 97. 758. 792. 802. 816. 823. 831. 835. 839. 852. 860. abb. Alfkerus.
Pampilonae obsidio 710.
Pandenulfus, Paldelulph, fil. Pandonis, comes Capuae 205. 208. 230. 250. 251. 254—256. 259. 536. 538.
Pandenolfo 511.
Pandinolfus 227. ubi emendandum est: Landenolfus.
Pando, Pald (Rapinatu i. e. Rapax), fil. Landulfi, marepahis, comes Capuae 205. 208. 227. 228. 230 248—250. filii 251. 254. 533. 536. Pandenulfus, Landenulfus episc., Landulfus.
Pando, fil. Landonis I. 260. 540. 541. 547.

Pando gastaldeus Barensis 225. 246.
Pando, nepos Alfani, archidiac. 558.
Pandulfus I, Paldulfus, Caputferreum (Capiferreus), fil. Landulfi II, princ. Benev., Capuae (Salern. 211), Spolet. et Marchian. 175. 176. 188. 202. 206. 207. 209—211. 213. 553. 554. 556. 557. 559. 561. uxor Aloara; fil. Pandulfus, Landulfus IV, Atenulfus, Landenulfus, Laydulfus.
Pandulfus, fil. Pandulfi I, princ. Salern. 210. 211.
Pandulfus II, fil. Landulfi III, princ. Ben. et Cap. 172. 176. 177. 202. 203. 209. 210. fil. Landulfus V.
Pandulfus III, fil. Landulfi V, princ. Ben. 177—181. 202. 203. fil. Landulfus VI.
Pandulfus IV, fil. Landulfi VI, princ. Ben. 180. 181. 203.
Pandulfus III. (Niger), fil. Pandulfi V. Cap., princ. Cap. 209. 210.
Pandulfus de S. Agatha 210. (fil. Pandulfus.).
Pandulfus IV, fil. Pandulfi (sup.?), princ. Cap. 177. 178. 189. 209.
Pandulfus Gualo, fil. Pandulfi sup. 209.
Pandulfus V. Teanensis, princ. Capuae 209. 210.
Pandulfus Suessulanus 249.
Pandulfus, Paldulfus, archiep. Cap. 172.
Pannonia 2. 30. 46. 47. 103. 104. 122. 125—127. 129. 426. 429. 710. Pannonicus i. e. Ungaricus rex 862. Langobardi in Pannonia 186. 217. 222. 223. 232. 239. 242. 700.
Panormus, Palermus 181. 194. 195. 245. 526. 527. 700. 713. rex Florentius.
Pantaleo comes Amalf. 513.
S. Pantaleonis monast. Colon. 68. 96. 772. 783.
Pantheon 153.
Paphus insula 135.
Papia (Pabia 122. Papeia 144.), Ticinum 6. 37. 73. 74. 77. 79. 82. 91. 92. 94. 122. 139. 142. 144. 187. 192. 200. 201. 202. 216. 217. 232. 233. 238. 243. 274. 281—285. 290. 295. 296. 300—306. 311. 314. 316. 335. 337. 340. 341 373. 401. 406. 407. 452. 470. 472. 474. 475. 480. 488. 531. 545. 554. 619. 699. 704. 706. 707. 713. 715. 720. 745. 751. 767. 769. 775. 806. 807. 837. sedes regia 452. episc. Evodius, Petrus, Iohannes, Leo, Liutefredus, Wido. — Papienses sextarii 357.
Paradysus Romae 143. 767.
Parisius, Parisiaci 145. 166. 168. 375. 383. 390. 393. 403. 451. 573. 578. 588. 596. 600. 610. 611. 623. 636. 652. 761. episc. 612. Germanus, Ebroinus, Rainoldus, Erchenradus. — Parisiensis comes Rothertus. — pagus Parisiacus 371. 391. 392. 432.
Parma 101. 114. 125. 127. episc. 71. 127. Sigefredus, Hupertus.
Parona v. Perona.
Parthenope v. Neapolis.
Parthenopolis v. Magudaburg.
Parthi 14n. 522.
Paschalis I. papa 42. 117. 154. 171.
Paschalis II. papa 7. 107. 108 sqq. 112—114. 135. 146. 154. 158. 183. 184. 190. 191. 218.
Paschalis III. papa 154.
Passini, *Possenhain* 764.
Patavia (Bazowa 65. Bazoa 395.) 64. 65. 760. episc. Adalbertus, Piligrimus, Christianus, Beringerus, Altmannus, Uodalricus.
Patenara (Caianello) 532.
Paterna 217. 782.
Patrae 360.
Pauc, *Pouch* 764. 844.
Paulina potio 831.
Paulinus episc. Cap. 249.
Paulipert legatus Karoli M. 484.
Paulus I. papa 139. 153. 156. 706.
Paulus, frater papae Stephani 475.
Paulus Diaconus 242. 476. 481. 482. 488. cf. Langobardorum historia.
Paulus caecus illuminatur 382.
S. Pauli castellum 342.
S. Pauli ecclesia 190. 191.
S. Pauli eccl. Corb. 3.
S. Pauli eccl. Monast. 114.
S. Pauli eccl. Rom. 225. 716. 721. 784. 854. ad Aquas Salvias 699.
de S. Paulo comes 163. 166.
Paxus insula 303.
Pehti, Picti 31. 419.
Pelagius papa 699.
Pelagius i. e. Gelasius II. papa 191.
Pellasga gens (Graeci) 486. Pelasgica lingua 259.
Pentapolis 471. 699. 704. 706—708. 711. 718. 721.
Peole 230.
S. Peregrini eccl. 706.
ad Peregrinos 511.
Perewardus episc. Trident. 131.
Perenwardus presb. 144.
Pergamus, Bergoma 236. 238. 274. 281. 806. episc. Garibaldus.
Perlaicus 151.
Perona, Perronna, Parona, *Perone* 118n. 373. 378. 381. 382. 582. 584.
Perpetuus archiep. 171n.
Persae, Persis 186. 277. 350. 488. 522. 696.
Persius affertur 362. 617. 744. 786. 817.
Pertari, Pertarit, Bertharit, rex Langob. 187. 232. 239. 470. 872. 873.
Perusia 471.
Pestruensis episc. v. Pistoria.
Petraepons castrum, *Pierrepont* 385. 387. 398.
Petragora 572.
Petronax abb. Casin. 198. 222.
Petrus rex Aragon. 195. 477n. 46.
Petrus, fil. Simeonis, rex Bulgar. 309. 310. 350. 351. uxor Irini.
Petrus rex Ungar. 103. 104. 125. 126.
Petrus, frater Iohannis X. papae, marchio 312. 714.
Petrus comes Amalf. 513.
Petrus comes Salernitanus 210. 514. 515. 517.
Petrus, cognatus Guaiferii Salern. 252. 531.
Petrus Leo, pater Anacleti II. papae 191.
Petrus de Morrone, papa Celestinus V. 195.
Petrus archiep. Ravenn. 297.
Petrus archiep. Ravenn. 342. 659. 682.
Petrus episc. Amalfit. 504.
Petrus episc. Benev. 174. 204. 543. 549.
Petrus episc. Camerin. 342.
Petrus episc. Canus. (eccl. Salern. administrator) 516.
Petrus episc. Cumensis 311.
Petrus episc. Papiensis, papa Iohannes XIV. 143. 672.
Petrus, filius Ademari princ., episc. Salern. 518. 519.
Petrus, clericus et medicus, episc. Salern. 552. 554.
Petrus episc. 223.
Petrus card. tit. Damasi 342. 343.
Petrus card. tit. Pamachii 342.
Petrus abb. Casin. 189.
Petrus abb. Caven. 190. 191.
Petrus abb. Caven. 193.
Petrus abb. Heremi 149.
Petrus abb. S. Vincentii Mett. 160.
Petrus de Fimeis abb. Mosom. 165.
Petrus diaconus 532.
Petrus, fil. Traselpoti, diaconus 543.
Petrus heremita, auctor exped. Hierosol. 106.
Petrus, nepos Alfani Salern. 558.
Petrus legatus Adriani I. 707.
Petrus de Canaparia, Roman. 342.
Petrus Imperiola, Roman. 342.
Petrus, Salern. 530.
Petrus 511.
S. Petri corpus 282. 340. 345. sepulchrum 79. 123.
S. Petri eccl. Romana 60. 61. 112. 143. 158. 199. 218. 225. 226. 236. 238. 283. 342. 345. 399. 609. 699. 700. 704. 706. 707. 711—714. 717—719. 836. S. Petri altare 749. castellum 199. domus 132. 767. limina 62. 69. 79. 331. 373. palatium 720. 721. pons 713. porticus 182. 190. prata 716. sacrarium 699. sedes 74. 706. terra, territorium 341. 526. — S. Petri claves 708. ecclesia, ius etc. 345. 471. 473. 474. 512. 704—706. 713. 722. 776. advocatus Otto III. 776. Heinricus 835.
S. Petri eccl. August. 131. 135.
S. Petri eccl. Capuan. 256.
S. Petri eccl. in territorio Colinense 698.
S. Petri eccl. Colon. 783.
S. Petri eccl. in Heresburg 441. 744.
S. Petri eccl. in villa Iesedis 371.
S. Petri eccl. Mosom. 395. 602.
S. Petri eccl. in Ordorf 37.
S. Petri eccl. Radisbon. 752.
S. Petri eccl. in Saltz 76.
S. Petri eccl. in Tarano 698.
S. Petri eccl. Veron. 295.
S. Petri eccl. Virdun. 382.
S. Petri monast. Corbeiae antiquae 5.
S. Petri mons, monast. Erfurd. 33.
S. Petri monast. Rem. 369.
S. Petri oratorium Weissenburg. 70.
S. Petri munitio Papien. 807.
S. Petri et Pauli basilica 169.
S. Petri et Pauli eccl. Salern. 481. 552.
S. Petri et Stephani eccl. Quedlinburg 73. 436.
Petripertusum (?) 383n.
Pezola (Iuno appellata), concubina Hugonis regis 319. 332.
Phafar fl. 14n.
S. Pharonis v. S. Far.
Pharus 264.
Philippicus (qui et Bardanius) imp. Constant. 187. 212.
Philippus rex Roman. 148. 159. 163.
Philippus I. rex Gall. 161. 168. 215. 219.

Philippus II. rex Gall. (146). 159. 162. 163.

Philippus III. rex Gall. 160.

Philippus de Florenges, episc. Mett. 160.

Philippus abb. S. Iohannis in Veneris, postea Caven. 197.

S. Philippi et Iacobi eccl. Rom. 699.

Phladirtinga, *Vlaerdingen* 126.

Piamonus, (Ammon?), Langob. 772. 773. fil. Ratchis, Haistulfus reges.

Pictavis, Pectavis, *Poitiers* 123. 136. 138. 169. 403. 610. 612. 697. 704. episc. Hilarius. — Pictavensis pagus (*Poitou*) 405. comes Willehelmus, Willehelmus, Otto.

Picti v. Pehti.

pictura in Merseburg 294. in eccl. S. Petri Rom. 714. in ecclesia Salern. 516; picturam exercebat imp. Constantinus 310. — Tabulae 131.

Pidus rivulus 399.

Pilanum, Pilense castrum (in monte *Pinno*) 255.

Piligrimus, Biligrimus, archiep. Colon. 95. 97. 101. 125.

Piligrimus, Biligrimus, episc. Patav. 68.

Pilisini, *Pilsen* 760.

Pimenius presb. 696.

Pinchinea insula 594.

Pinguia castellum, *Bingen* 109.

Pinnensis urbs, *Penna* 702. pagus 703.

Pippinus, Pibbinus, Bibbinus, filius Ansgisi, maior domus (dux Austrasiorum 221. rex 33.) 19n. 30. 33. 117. 136. 138. 150. 153. 156. 167. 171. 214. 215. 221. 470. 707.

Pippinus, fil. Karoli Martelli, maior domus et rex Franc. (imperator 153.) 19n. 30. 35. 36. 79. 116*. 117. 122. 123 136—139. 145. 150. 151. 153. 156. 167. 169—171. 200. 214. 215. 221. 233. 470. 472. 486. 703—707. 713. 860.

Pippinus, fil. Karoli M. (antea Karolomannus dictus), rex Italiae 37. 39. 41. 43. 139. 214. 215. 217. 234. 242. 243. 471. (486). 491. 495. 872. 873.

Pippinus, alter fil. Karoli M. 39. 117*. 117. 139. 215.

Pippinus, fil. Pippini regis Ital. 214. 215. 706.

Pippinus, fil. Ludowici Pii, rex Aquitan. (ebriosus 215.) 19n. 44. 45. 117*. 214. 215. 712.

Pippinus, fil. Pippini sup. 214.

Pippinus, fil. Bernhardi regis Ital. 214. 215.

Pippinus, fil. Pippini sup. 214. 215.

piratae 81. 90. 275. 774. 775. 830. 832. 849. 863. 869. Apud Richerum ita Nortmanni appellantur 570—572. 578. 579. 582—584. 591. 593. 594. 600. 604. 609. 649—652. 657.

Pirensus mons 569.

Pirminius abb. Augien. 153.

Pisae, Pisani 182. 190—192. 194. 223. 302. 306. 711. Tusciae provinciae caput 306. episc. 342.

Piscaria 224.

Piscini, *Pissen* 764.

Pistoria, Pistoris, *Pistoia* 223. episc. Pestruensis 342.

Pizenaci, Pezineigi, Pecinegi, Petinei, Pedenei 277. 833. 870. 871.

Placentia 140. 235. 281. 284. 299. episc. 101. Wido, Boso, Sigulfus, Iohannes.

Plato affertur 352. 620. 687.

Plautus affertur 277.

Plectrudis, uxor Pippini 214.

Plisni pagus 759. 764. 867.

Plumbas, *Plombin* 142.

Pober (Castor) fl. *Bober* 813.

Podardus episc. Mogunt. 35n.

Poeni i. e. Sarraceni Africani 287. 297. 298. 316.

Polidi v. Palithi.

Polonia (Polenia, Polemia 215. Polianie 94. 95. Boulena 112), Poloni (Poliani 94. Bolani 124. 125. cf. Licicaviki) 79. 80. 83. 94. 95. 112. 120. 121. 124. 125. 797. 807. 808. 810. 822. 841. 844. 859. (861). 868. 870. duces Misaco, Bolizlavus, Misaco; rex 112. Polemica expeditio 10.

Pollingun, *Polling* 782.

Polyeuctus patr. Constant. 351n. 12. 361.

Polyxiana, uxor Narsi patricii 720.

Pompeius 734.

Pons-corvus, *Pontecorvo* 224. 228.

Pons-longus, *Sponte?* 807.

Pontianello ager 698.

Pontii Pilati praedium 129.

Pontio, Pontigone, Pontiana, *Pontion* 401. 473. 584.

Pontum 194.

Ponzius abbas 171.

Popo iudex 208.

Poppo, Boppo.

Poppo patr. Aquileg. 101. 126.

Poppo, fil. Liutpoldi march., archiep. Trever. 84. 95. 124. 126. 844. 857.

Poppo episc. Brix., papa Damasus II. 70. 104. 126.

Poppo episc. Cracuensis 781. cf. 767n. 1.

Poppo episc. Mett. 158.

Poppo episc. Wirzburg. 395. 603.

Poppo episc. (Arhus.? Sleswic.?) 463. 747. 748.

Poppo episc. (Traiect. 767n. 1.) 63. 767. 768.

Poppo abb. Laurish., Fuld. 117n. 833. 863n.

Poppo clericus, frat. Wilhelmi comitis Wim. 748.

Poppo miles 850.

Porcensis pagus 376. 381. 388. 593.

porcorum decimi 47. tributum 30. 32. census 794.

Porci insula, *Parey* 839.

Porphirius 621. synagoge a Victorino translat. 617.

Porphyra domus Constant. 273. 309. Porphyrogeniti Leo, Constantinus.

porta aurea Benev. 203. 491; carea (aurea) Constant. 347; Capuana Neap. 244; S. Iohannis Rom. 714; Martis Rem. 382; Rotensis Salern. 546; Rufina Benev. 181; Salaria Rom. 715; Sassia Roman. 713.

Porticensis pagus 395.

Portinensis comes Raynaldus.

Portus 715; episc. Formosus (papa), Benedictus.

Posnani 813. episc. Iordan, Vungerus.

Potelfrit, frater Rofridi 494. filia 548 (mater Atenulfi). Potelfridi genus 547. 549.

Potensis urbs 251.

Poto abb. Casin. 198.

Poto 511. cf. Puoto.

praefectus 69. 433. 452. 458. 464. urbis 441. 443. Spirensis 109. praefectoria potestas 453. praefectorum principes 437.

Praeneste (Pristine 703); episc. Theophilactus.

praeses i. e. marchio 95. 437. 446. 447. 450. 458. 461. 463.

praetor Thuring. 99. praetor palatinus 101.

Praga, Braga (Proade 400.) 91. 92. 121. 126. 400 432. 769. 799. 808. principalis urbs Sclavorum 92. — episcopatus 119. episc. (archiep. 91) Thiotmarus, Adalbertus, Thiatdagus (Gaudentius), Eghardus (Meschardus), Izo, Gebehardus, Cosmas, Hermannus, Meinnardus, Iohannes, Otto, Daniel, Fridericus, Valentinus, Heinricus, Andreas.

Praxedis, filia imp. Ruten., uxor Heinrici IV. imp. 133.

Prebislavus, Sclavus 786. ux. Mahthildis.

Precekina fl. 38.

Premizl dux Boem. 121.

Pretini, *Prettin* 825.

Priamus rex Francorum 30.

Priapris (Priapi) asilum 481.

Pribislava 120.

Pribuvoius, Polonus 784.

Principatus 192

Priscus thesaurarius, princ. Salern. 211.

Pristine v. Praeneste.

Procobius episc. Taurimin. 549n.

Procopius abb. Zazaviensis 120.

Procopiensis abb. Silvester.

Procui, Polonus, avunculus regis Ungar. 862.

Protasius episc. Aventic. 150.

Provincia, *Provence* 34. 123. 150. 196. 235. 247. 273. 327. 336. 337. 571. Provinciales 273. 275. 396. — rex Karolus; comes Hugo (rex Italiae), Karolus (rex Siciliae).

Pruci 73. Prucia 165. 834.

Prudentius affertur 781.

Prumia, Promia 47. 140. abb. Richarius.

Pugna locus 542.

Puiron 161.

Pulcari comes Amalf. 513.

Pulcher mons, saltus 816.

Puoto diacónus 139.

S. Pusinnae coenobium in Winathusen 75.

Puteoli 224.

Pytagorae Samii littera 744. Pytagoricae litterae bivium 75.

Q.

Quidelingaburg, Quedelingeburg, Quindelineburc, Quidelinburg, Quidelinoburg, Quidelingensis civitas, metropolis etc. 6. 54. 56. 62. 63. 66—68. 72—74. 77. 78. 85. 86. 90. 92. 108. 118. 319. 433. 436. 740. 744. 750. 753. 767. 768. 770. 772—774. 779. 781. 785. 790. 853. Quidelingensis mons 54. monticulus 66. Quidelingense castellum 74. monast. abbatissae Mahthildis, Adelheid.

S. Quintini castrum, *S. Quentin* 372. 377. 379—383. 389. 595.

Quirites, Querites (Romani) Neapolitae appellati 228.

R.

Rabanus, (Rabonus), Hrabanus, abb. Fuld., archiep. Mogunt. 44—47. 117e. 117n. 140.

Rabbodo v. Ratpoto.

Rabengerus patr. Aquileg. 127.

Rachenaldus episc. Salern. 520.

Rachio abb. Monast., episc. Strazburg. 153.

Rachis v. Ratchis.

Raco, Razo, capellanus 785.

Ractulus episc. Salern. 516.

Radamirus rex Gallitiae 328.

Radechis comes Cumsinus 244. 491—494. 496. 497.

Radechis abb. Casin. 172.

S. Radegundis castrum prope Pictavim 403. 610.

S. Radegundis eccl. Helpethe 755.

Radelchis I, Radelgisus, princ. Ben. 174. 188. 198. 199. 201. 208. 212. 225. 246—248. 471. 505—511. 513. 519.

Radelchis II, fil. Adelchisi, princ. Ben. 174. 188. 201. 202. 212. 250. 256. 471. 538.

Radelchis III. iunior princ. Ben. 174. 188. 201. 205. 208. 212. 471. 545—548.

Radelgisi, cognatus Romualdi princ. 700—702.

Radelfrit 511.

Radelgarius, fil. Radelchisi I, princ. Benev. 174. 188. 199. 201. 212. (230. ubi error scriptoris esse videtur). 248. 254. 471. 519. 536.

Ratelgar gastaldeus Capuae vet. 208.

Radolgari 511.

Radelmundus, Benev., gener Siconis 496.

Radelmundus comes Aggerentiae 507.

Radimus (Gaudentius n. c.) archiep. Gnesen. 781.

Radinsca fl. *Rednitz*, et pagus 814.

Radisbona v. Regenesburg.

Rado abb. in Babenberg 118.

Radoaldus, Radoalt, Rodoald.

Radoaldus rex Langobard. 186. 218. 232. 239. 470.

Radoaldus dux Benevent. (173?). 186. 200. 211. 471.

Radoalt comes 511.

Radoald gastald. Aquin. 228.

Radoaldus sculdais 543. 547.

Radoalt, Salern. 501.

Radoalt episc. Salern. 516.

Radulfus cf. Rudolfus.

Radolfus, Salern., frater Radoaldi 501.

Radulfus card. episc. Alban., sedis apost. leg. 194. 195.

Radulfus abb. de Diuzi 103.

Radulphus de ord. minorum, de conventu Vindenonensi 165.

Raetia 130.

Ragin. cf. Regin., Rein.

Raginardus 373. 374. cf. Reinhardus.

Ragenerus (Collo-longus) comes 579. fil. Gislebertus, Ragenerus.

Ragenarius, Ragenerus, Reinherius, fil. Rageneri sup., comes 373. 374. 378. 400. 402—404 611. 851. filii 373. 611. Lanbert Ragenerus.

Ragenerus, Reingerius, fil. Rageneri sup. 851.

Raginerius, Reingerius, vicedominus Rem. 654. 659. 665. 678.

Ragenerus vir militaris 632.

Ragnarius, frater Rudolfi 390.

Regnerus abb. S. Vincentii 160.

Rainerius, Raynerius, card., papa Paschalis II. 183.

Rainerii militis vidua 340. 343.

Ragembaldus episc. Ambian. 398. 400.

Reginboldus, Reimboldus, episc. Spirensis 59. 395. 603.

Reginboldus, Rejmboldus, episc. Spirensis 70. 102. 125.

Ragenbaldus 364n.

Ragenbertus, Raeginbertus, consobrinus Artoldi archiep. 385. cf. Reinbertus.

Reginbertus episc. Aldenburg. (Mikilanburg). 69. 818.

Raganfredus, Regenfridus, maior domus (rex) 123. 138. 150.

Ragemundus, Raimundus, princeps Aquitan. (dux Gothorum) 327. 336. 371. 381. 390. 586. 596. 627. uxor. Berta, Adelheid.

Ragenoldus princeps Nortmann. 372. 374.

Ragenoldus comes 390—392. 394. 397. 399—403. 407. 597.

Ragenaldus diaconus 230.

Raynaldus archiep. Rem. 162.

Rainoldus episc. Paris. 168.

Raynaldus abb. Caven. 196.

Raynaldus comes Portin. 407.

Rainaldus comes 158.

Raynoldus miles Arnulfi Rem. 678.

Ragipertus, Raipertus, Langob. 872. 873. fil. Aripertus II. rex.

Ragusi, Ragusani 512.

Rain fl. v. Regen.

Rainerius v. Ragenerus.

Rambaldus miles 789.

Rambertus monachus Heremi 142.

Ramnulfus, Romulfus, abb. Senon. 647. 666.

Rampho gastald. Cums. 490.

Ramsoldingis villa 152.

Ramwardus episc. Mind. 776. 795.

Ranianum 192.

Ranisium, *Camporanico* 209.

Rapidus fl. 230.

Rapolla 196.

Rapperschwyl 149.

Rara, *Gross-Rohrheim* 768. 769.

Ratbodus, Redbat, rex Fresonum 33. 34. 116e. 138. 151. 167.

Ratbodus episc. Noviom. 643. 645. 647. 658. 659. 661. 668. 685.

Ratchis, Rachis, rex Langob. 187. 200. 218. 233. 239. 242. 470. 471. 475. 702. 703. 772. 773. uxor Tasia.

Ratgarius, Ratgerus, abb. Fuld. 41n. 43n. 117e. 117. 117n.

Rathabodo monachus Corb. 4.

Ratharius episc. Mogunt. 35n.

Ratherius episc. Laod., Veron. 302. 303. 312. 314. 553n. 659. 682.

Ratmundus abb. Altah. 96.

Ratpoto, Rabbodo, comes Palatin. 107. 135.

Ratpoto, fil. Dietpaldi, comes 127. 130. 132.

Ratzidus rex Marah. 46—49.

Rauciacus, *Roucy* 397. 402.

Rauga 381.

Ravenna 31. 82. 126. 127. 200. 224. 232. 253. 297. 341. 350. 472—474. 533. 554. 619. 657. 699. 706. 708. 710. 711. 721. 837. archiep. Valerius, Iohannes, Petrus, Iohannes, Petrus, Honestus, Iohannes, Gerbertus, Frithericus, (Aethelbertus), Arnulfus, Gebehardus, Widgerus, Hunfridus, Wichertus.

Raxa fl. *Rackenitz* 460.

Raynaldus v. Ragenaldus.

Rayno dux Apuliae 192.

Reatina civitas 714. episc. Iohannes. Reatinum territorium 712. Akypraudus Reatinus.

Recemundus episc. Liberritan. 265. 273. 274.

Redarii, Redares (Riadri) 417. 433. 439n. 462. 464. 737. 747. 799. pagus Riedirierun 812.

Redbaldus abb. Werdun. 839.

Redingus custos, praepos. Magdeburg. 824—826. 829. 842. 847.

Redulverothe 749.

Regen, Rain fl. 109. 457.

Regenesburg, Raginesburg, Rainesburg, Reinesburg; Radisbona, Ratispona (Imbripolis 101) 3. 7. 79. 93. 95—97. 99. 101. 103. 107. 109. 111. 127. 129. 131. 132. 134. 136. 429. 450. 454. 456. 457. 745. 746. 749. 755. 780. 797. 803. 805. 814. 815. 818. 867. caput Bawarii regni 745. episc. 751. Adalwinus, Tuto, Gunterius, Michahel, Wolfgangus, Gebehardus, Gebehardus, Otto, Gebehardus.

Regilindis, filia Bolizlavi Pol., uxor Herimanni march. 784n.

Regilo comes 143.

Regilo iun., filius sup. 143.

Regin. cf. Ragin., Rein.

Reginbern, frater Theoderici 215. 431.

Reginbold, Reimbold v. Raginbaldus.

Reginboldeshusa 136.

Reginherus abb. Monast. 154.

Regnerus v. Ragenarius.

Reginus portus prope Amalfim 504.

Regium urbs Italiae inf. 263. 264. 569n.

Regium urbs Italiae sup.; episc. Adelardus, Hermenaldus.

Regnum i. e. Italiae infer. regnum 194. 195.

Rein. v. Ragen., Regen.

Reinbernus episc. Salsae Cholberg. 781. 808. 859.

Reinbertus 103.

Reinhardus (Reynholdus) episc. Halberstad. 8. 111. 113.

Reinilda, uxor Theoderici 737.

Reinilda, quae tenuit urbem Bichlingi 838.

Reinoldus cf. Ragenaldus, Rainaldus.

Reinoldus episc. Aldenburg. 96.

Reinoldus abb. Mimileb. 838. 846.

Reinwardus episc. Trident. 69.

Reinwardus, Saxo 56. 750.

Reinwardus 794.

Reinzo comes (Raynaldus) 851.

Remedius comes 532.

Remi, Remis (Rein 366n.) 42. 114. 126. 163. 364. 366n. 368—406. 408. 451. 452. 573. 575. 576. 580. 583—586. 592. 597. 599—603. 605. 607. 610. 613. 614. 617. 619. 621. 623. 631. 632. 636—638. 642. 644—648. 654. 655. 657. 660. 663. 664. 670. 690. Remensis eccl., epi-

scopium, sedes etc. 368—370. 374—377. 383. 385—388. 390. 391. 394—398. 404—407. 584. 589. 602. 655. 656. 658. 663—665. 690. 835. archiep. Remigius, Egidius, Romulfus, Ebo, Hincmarus, Fulco, Heriveus, Seulfus, Hugo, Artoldus, Odelricus, Adalbero, Arnulfus, Oebalus, Wido, Gervasius, Manasses, Rodulfus, Raynoldus, Samso, Heinricus, Willermus, Guido, Albericus, Guillermus, Heinricus, Thomas, Guillermus, Iohannes de Cron. — Remensis dioceseos episcopi 374. 388. 389. 395. 396. 592. 593. 602. 605. 612. 613. 638. 643. 659. 664. 665. 671. Remense territorium 161. 402. 659. Remensis pagus 368. 380. 402. 607. comitatus 386. Campania Remensis v. Campania. — porta Martis Rem. 382. — Remensis, pontificum Rem. hist. 365. 670.

Remigius archiep. Lugd. 152.

Remigius archiep. Rem. 30. 220. 569. corpus 376. 614. reliquiae 128. v. S. Remigii.

Remigius abb. Monast. 153.

Remigius decan. S. Germani 167.

S. Remigii eccl. Ingelheim. 395. 603.

S. Remigii eccl. et monast. Rem. 161. 364. 370. 374. 380. 383. 385—388. 402. 404—406. 573. 580. 583. 585. 592. 610. 613—615. 623. 631. 637. 657. abb. Hincmarus. — S. Remigii terra 373.

Remiliacum magnum et parvum 161.

S. Renati eccl. Benev. 203.

Renaugia; abb. Adelbertus.

Renoldus abb. Mosom. 163. cf. Ragenaldus.

Restwinus abb. Monast. 153.

Retharius episc. Paderbrun. 69. 80. 93. 791. 794. 810.

Retmerslevo curtis, *Rotmersleben* 738. 817. 819.

Rheda 128.

Rhenus, Rhoenus, Renus, Hrenus (Regnus 111) fl. 30. 56. 68. 78. 85. 108. 109. 111. 113. 141. 142. 314. 321. 324. 325. 372. 375—378. 380—382. 386—388. 393. 402. 404. 429. 431. 442—445. 569. 575. 580. 585. 591. 628. 754. 793. 794. 830. 871. Cisrhenensis princeps 162. Transrhenenses 372. Germaniae partes 391. Transrhen. princeps Heinricus 369. Transrhenensium rex Otto 598.

Rhodanus, Rodanus fl. 144. 569. 571.

Rhodomum, Rhodus v. Rodomum, Rodus.

Riade locus 434.

Ribuarius pagus 371.

Ribunensis (Ripuensis) episc. Lioptacus, Othinkerdus.

Richertus comes 791.

Ricdagus marchio Misn. 67. 88. 765. 769. 775. 820. 837. fil. Karolus; filia Gerburg; alia 784.

Ricdagus abbas S. Iohannis Magd. 772. 810.

Rihdagus 103.

Richardinus de Villare 165.

Riccardus I, fil. Asclittini, comes Aversae, Capuae 180. 181. 189. 190. 209. 210.

Riccardus II. (Calbus), fil. Iordanis I. princ. Capuae et Aversae 190. 191. 210.

Riccardus III. (Rombulus), fil. Roberti, princ. Capuae 191. 210.

Richardus, fil. Wilhelmi, dux Normann. 389n. 405. 593. 657. uxor filia Hugonis 405.

Richardus (Iustitiarius 871n.) marchio de Burgundia 142. 369. 582. filii Rudolfus rex, Boso, Hugo.

Richardus, Richarius, frater Arnulfi archiep. Rem. 663. 678. 692.

Ricardus, fil. Warnarii 379. 380.

Rihhardus abb. Elwang. 100.

Rihhardus, Richardus, abb. Fuld. 96. 102. 103. 117n. 118.

Richardus abb. Mosom. 162.

Richarius presb. Magdeb. 846. 847.

Rikkardus, Roman. 342.

Richarius lancifer 76

Richarius, Richerus, abb. Prum., episc. Leod. 369. 370. 381. 392. 577.

Richarius abb. S. Mauricii Magdeb. 750.

Richerius abb. Casin. 189.

Richerus, fil. Rodulfi, monachus S. Remigii Rem. 561 sqq. 568. 642.

Richerus de Afflantia 165.

Richilda, filia Bosonis marchi. 318.

Richoo episc. Wormac. 395. 603.

Richolfus archiep. Mogunt. 38. 40n. 41.

Riculfus episc. Suesson. 576.

Riculfus episc. Triest. 856.

de Riclige, Theodericus.

Ricuinus, Richuinus, Ricwinus, Lotharing. 369. 371. 445. 578. fil. Otto.

Riedegost 812.

Riedirierun v. Redarii.

Rigibertus archiep. Mogunt. 33n. 35n.

Rigiza, uxor Lotharii imp. 218.

Rigmannus presb. 839.

Rim miles 868.

Rimbertus archiep. Brem. 3. 48.

Rimmo missus 223.

Ripa v. Ribun.

Riphei montes 568. Rifei 604.

Riso, fil. Maraldi, Salern. 558. 559.

Ritest, *Rhetel*, villa 569n.

Rivus silvaticus i. e. Walbiki 818.

Robertus v. Rotbertus.

Rocholenzi, Rochelinti, Rotlixi, *Rochlitz* 821. 858. 867.

de Roccio, comes Guiscardus.

Rodanus v. Rhodanus.

Rode villa 166.

Rodelgardus, Salern. 547.

Rodepertus episc. Salern. 478. 481. 489.

Roderisi 511.

Rodoaldus v. Radoaldus.

Rodolgrimus, Salern. 546.

Rodomum, Rotomagus, Rothun, *Rouen* 372. 375. 389—392. 400. 448. 452. 570. 593. 595—598. episc. 380. Witto. — pagus Rotomagensis 375. provincia Rhodomensis 570.

Rodselmus missus 223.

Rodulfus v. Rudolfus.

Rodus insula 186.

Roffridus archiep. Benev. 181. 183.

Rofridus, Lofrit, Roffrit (magnus 204), fil. Dauferii Prophetae 245. 469. 494—496. 498—503. (511?). 560. uxor Dauferanda; filius Adelchis. — Rofridi genus 547.

Rogalici, *Rögliz* 857.

Rogerius, Roggerius, comes Siciliae (et Calabriae) 182. 183. 190. 191.

Rogerius II, fil. Rogerii, comes, rex Siciliae 185. 191. 192. 210. 219. filia 219. Constantia.

Rogerius, fil. Roberti Guiscardi, dux Apuliae (et Calabriae) 183. 184. 190. 191. fil. Wilielmus.

Rogerius princeps Capuae v. Rotbertus.

Rollo, filius Catilli, dux Normann. 375. 378. 578. 583. 584. filius 377.

Roma 4. 7. 12. 33. 35—40. 48—51. 60—65. 68—71. 73—77. 79. 80. 82. 85. 91. 92. 94. 95. 97. 98. 104. 105. 107. 108. 111. 112. 115. 117—130. 132. 136. 138—140. 142—150. 154. 159. 162. 171. 176. 177. 179—182. 184. 189. 190. 192—196. 198—200. 202. 204. 205. 207. 209. 216—219. 225. 226. 232. 234. 236. 238. 247. 253—255. 259—261. 273. 280. 282. 283. 295—297. 303. 304. 312. 313. 315. 316. 326. 328. 332. 340—348. 350. 351. 358. 361. 362. 369. 370. 376—379. 381. 383. 386. 388. 389. 395. 396. 398. 401. 405—407. 425. 432. 435. 452. 462. 472. 474. 475. 489. 512. 517. 519. 534. 554. 584. 593. 605. 606. 609. 614. 617. 619. 624—627. 657. 659. 672. 673. 675. 676. 689. 690. 691. 693. 694. 696—722. 739. 743. 745. 747—749. 752. 755. 762. 763. 767. 770. 775. 776. 777. 780. 781. 784. 785. 833. 835. 836. 837. 854. 858. 873. Romanus orbis i. e. Romana urbs 4. Roma vetus 74. Leoniana 274. 282. Roma Silvestro papae donata 29. Roma domina mundi 85. — Romani 40. 187. 222. 232. 286. 349. 350. 419. 512. 523. 538. 696. 711. 734. 823; i. e. urbis Romae et adiac. terrarum incolae 63. 73. 77. 78. 82. 91. 104. 107. 112. 117*. 127. 130—132. 139. 146. 182. 189—192. 200. 218. 274. 282. 296. 298. 313. 333. 340—343. 345. 346. 348. 403. 407. 461. 463. 472. 474. 475. 517. 553. 554. 672. 699. 702. 703. 704. 708. 712—718. 720. 722. 781. 836. i. e. Graeci 199. 359. (Romanae dignitatis archontes 310). Romani cives 73. 340. populus Romanus 6. 73. 192. 195. 343. 345. 346. 698. 704—707. 712—719. Romana gens 486. 524. 706. Romanus exercitus 553. Romanorum militia 342. 358. Romanorum principes, primates, optimates, nobiles 16. 190. 282. 340—342. 522. 717. 721. Albericus Romanorum princeps. Romanus senatus 77. senatrices 714. 717. Romanus consulatus 123. — Romanus iudex 721. 763. — Romana terra, provincia, Romanorum fines, partes etc. 255. 256. 262. 472. 475. 573. 698. 703. 714. 717. 718. 720. 755. cf. Romania. — Rom. civitates, urbes 296. 297. 360. — Rom. respublica 473. 474. — Romanum, Romanorum imperium 60. 74. 122. 219. 522—524. 538. 703. 704. 717—719. 765. 766. 781. 782. 871n. i. e. Constantinopol. 188. 479. (698); regnum 90. 240. 488. 702. 713. 715. 717. i. e. Constantinopol. 511. — Romanorum imperator i. e. Constantin. 348. 356—358; — 521—524. 539.: Otto I. et II. 347. 357. 467; Otto III. 76; Heinricus II. 187; Conradus III. 11; Heinricus IV. 70. Romanus augustus Karolus M. 711. — Romana ecclesia 70. 186. 190. 194. 195. 199. 203. 214. 233. 297. 340. 345. 350. 351. 360. 361. 525. 671—673. 676. 686—689. 691. 694. 699. 704. 705. 707. 708. 713. 718. 719. 747. sedes 88. 108. 112. 276. 282. 344. 346. 395. 396. 603. 676. Romani pontificatus sedes 282. R. pontificatus 694. Romanum dominium 720. Rom. episcopus, pontifex, papa 20. 361. 523. 636. 647. 648. 651. 658. 669. 671—673. 675.

681. 682. 687. 712. 720. 722. 840n. patriarcha 352. primas 682. — Romanae ecclesiae cardinales 162. 190. 342. 343; legati; nuncius 803. — Romani episcopi 342. 343. 345. 346. — Rom. clerici 184. scriniarius, protoscriniarius etc. — Romanorum mos 683. 835; antiqua Romanorum consuetudo 780. — Romanum ius 348. Romana lex 718. Romana lingua 76. 447n. 59. — scutica Romana 358. — Romanorum opus in Merseburg 740. — Ultraromanae partes.

Roma nova i. e. Constantinopolis 277. 465. 521. 719.

Romania i. e. Romae territorium (718). 776. 779. 837.

Romania i. e. Graecia 143. 144. 181. 207. 209. 210. 217.

Romania (Asiae provincia) 14n. 135. 148.

Romanus I. imp. Constant. 174—176. 188. 296. 302. 307. 327. 329—334. 337. 348. 361.

Romanus II. imp. Constant. 19. 176. 188. (330). 332. 348. uxor Berta.

Romanus card. S. Angeli 163.

Romanus episc. Feretr. 342.

Romanus scriniarius 342.

S. Romani ecclesia 816.

Romoaldus I, fil. Grimoaldi I, dux Benev. 186. 200. 211. 471. 542. 700. 701. uxor Theuderada? filii fabulosi 701.

Romoaldus II, fil. Gisulfi I, dux Benev. 187. 200. 212. 471.

Romoaldus, fil. Arechis principis Benev. 173. 483. 485.

Romoalt, fil. Dauferii Balbi 246.

Romualt, germanus Pandulfi Cap. 555. 556.

Romualt, fil. Teurici Salern. 558. 559.

Romulea urs 781. 858. urbs 835. gens 734. Romulidae 282.

Romulfus v. Ramnulfus.

Romulfus, fil. Lupi, archiep. Rem. 675.

Romundus episc. 383n.

Rorico, fil. Karoli Simpl., episc. Laudun. 398. 403—408. 606. 612. 613.

Roserolas castellum 161.

Rossadal v. Horsadal.

Rossan, *Rossano* 766.

Rota 510.

Rotbertus, Hrodbertus, Ruotbertus, Robertus, Robbertus, Ruopertus, Ruoppertus, Rudpertus, Rupertus etc.

Rotbertus, filius Witichini 570. filii Odo, Rotbertus.

Rotbertus, filius Rotberti sup., comes Paris. (dux Celticae 573. abb. S. Germani 167.), rex Gall. 141. 167. 170. 221. 369—372. 430. (451). 573. 574. 576—582. 586. (604). fil. Hugo, Emma.

Rotbertus II, filius Hugonis, rex Gall. 161. 168. 215. 219. 623n. 624sqq. 645. (647—649). 653. 657. 659. 661. (683—685. 690). 694. 851. uxor Susanna, Berta.

Robertus Guiscardus dux 181. 182. 190. 203. 211.

Robertus (Rogerius 191), fil. Jordanis I, princ. Capuae 184. 191. 210.

Robertus II, fil. Jordanis II, princ. Capuae 210.

Robertus, fil. Wilhelmi regis Siciliae, dux Capuae 210.

Robertus, fil. Karoli regis Siciliae 196.

Robertus dux Bair 165. 166.

Robertus comes Evulanus 191.

Rotpertus comes Flandr. 112. 135.

Rotbertus, filius Heriberti, comes (Trecarum princeps 611) 401. 402. 404—406. 611. 612.

Rotbertus comes, avunculus Arnulfi archiep. Rem. 662.

Robertus comes palatii 703. 704.

Ruotbertus 140.

Rotbertus, frater Rudolfi 390.

Rotbertus adversarius Brunonis archiep. 405.

Rotbertus custos Monasterioli 589.

Rotbertus 7.

Rotbertus, Hrodbertus, archiep. Mogunt. 5. 62. 63. 67. 118. 759.

Rotbertus archiep. Trever. 56. 58. 59. 141. 364. 393—398. 403. (437). 599. 602—606. (743). 777. frat. Ansfridus comes.

Rotbertus archiep. Turon. 379

Rotpertus episc. Babenb. 129.

Robertus episc. Metl. 157.

Ruoppertus episc. Spiren. 70.

Ruopertus episc. Wirzburg. 109.

Robbertus abb. S. Benedicti de Salerno, postea Caven. 196.

Rotbertus abb. S. Germani 167.

Rudpertus abb. Monast. 154.

Robertus abb. S. Vincentii Mett. 158.

Rotpertus praepositus 7.

Robbertus oblacionarius 780.

Rotensis porta in Salerno 546.

Rotgangus, Ruotgangus, episc. 36.

Rotgarius, Rothgarius, comes (Laudun.) 371. 377. 385. filii 377—379. Rotgarius.

Rotgarius, fil. Rotgarii sup., comes 377. 379. 387—389. 593.

Rotgarius, fil. Erluini, comes 394. 401. 404

Rotgerus comes 645. 661. 662.

Rotgerus archiep. Magdeburg. 115.

Rotgarius, Ruothgerus, archiepisc. Trever. 141. 372.

Rotgaudus, Rotcausus, Rodcaz, dux Foroiul. 139. 151. 234.

Roth episc. Paderbrun. 6.

Rothardus archiep. Magdeburg. 7. 106 108. 110—112. 135.

Rothardus episc. Constant. 124. 125. 144. 145. 866.

Rothardus episc. Strazburg. 436. 445.

Rothardus episc. Suession. 670.

Rothardus episc. Tarvis. 128.

Rothardus abb. Corbei 6.

Rothardus abb. Fuld. 117n.

Rothari rex Langob. 186. 218. 232. 239 470. 699. 700. 872. 873.

Rotharius episc. Strazburg. 153.

Rotherius decanus S. Germani 168.

Rothila locus 161.

Rothilda, filia aut uxor Guaimanii II. Salern. 551.

Rothildis, amita Karoli Simpl. 370. 378.

Rothsuit abbatissa Gandesh. 54.

Rotmannus presb. 780. 781. 847.

Rotmarus abb. S. Basoli 401.

Rotomagus v. Rodomum.

Rottruda, filia Ratchis regis 200. cf. Rodrud.

ecclesia Rotunda Magdeburg. 854.

vallis Rotunda 230.

Roza locus 66.

Roza, uxor Gilleberti com. palatii 311.

Roza (Juno appellata), filia Walperti, concubina Hugonis regis 319.

Rozir princeps Apuliae 116.

Ruani 461. cf. Rugia.

Ruczanum, *Rüsciano* 208.

Rudolfus, Rudulfus, Ruodolfus, Rodulfus, Rodolfus, Rothulfus etc. cf. Radolfus.

Rudolfus I. rex Burgundiae 152. 218. 221.

Rudolfus II. rex Burgundiae (Galliae Cisalpinae. 370sqq. Iurensis 382. 384.) et Italiae 287. 299—306. 314. 315. 319. 322. 370. 373. 376. 382. 384. 467n. 873. uxor Berta; fil. Conradus.

Rudolfus III, fil. Conradi, rex Burgund. 125. 144. 215. 221. 407. 844. 863. uxor eiusque filii 844. 863.

Rudolfus, fil. Richardi, rex Galliae 168. 219. 370—383. 435. 582—588. 604. 612. uxor Emma.

Rudolfus, dux Alamann., rex 71. 105. 106. 127—130. 133. 146. 154. 158. 219. fil. Bertolfus.

Rudolfus de Habsburg rex Roman. 149.

Rodolfus marchio 7. 113. 114.

Rodulfus, fil. Heiluidis, comes 372. 377.

Rodolfus comes 144.

Rudulfus archiep. Rem. 162.

Rudolfus episc Basil. 154.

Rodulfus episc. Laudun. 369. 577.

Rodulfus episc. Laudun. 383. 385. 386. 389. 395—398. 591. 603. 605. 606.

Rodulfus episc. Noviom. 400.

Rudolfus praep. Stabul., abb. Hersveld., episc. Paderbrun. 98. 100.

Rodulfus episc. Sleswicensis 97.

Rodolfus episc. Wirzburg. 141.

Ruodolfus abb. Heremi 146.

Ruodolfus abb. Heremi 147.

Rodulfus abb. Mosom. 162.

Rodulfus abb. S. Remigii 615.

Rodulfus diac. Aquileg. 342.

Routolfus presb. 10.

Rodulfus monachus 787.

Rodulfus de Gaugliaco 376. 389.

Rodulfus, fil. sup. 389.

Rodulfus, frater Rotberti 390.

Rodulfus, frat. Ragnarii, fidelis regis Ludowici IV. 390.

Rodulfus, pater Richeri 607. (611).

Ruodolfus advocatus Heremi 147.

Rufina porta Benev. 181.

Rugia, Rugiacenses 3. 8. (Rucia 84?); cf. Ruani.

Ruizi 98. dux Heinricus.

Rumoldus episc. Constant. 128.

Runibergun 421.

Ruo. v. Ro. et Ru.

Ruodman abb. Aug. 143.

Ruodrud, Ruotdrudis, filia Karoli M. 37. 41. 139. 214.

Ruohingus abb. Fuld. 117n

Rure fl. 371.

Rusci, Rusii, Rusciani 63. 69. 277. 331. 353. (quos alio nomine Nordmannos appellamus 277. 331). Ruscia gens 60 61. 750. Ruscia 80. 215. 834. 870. Rucia (84?). 633.

Ruszorum rex 857. 870. Rutenorum rex 133. Inger, Wlodemirus, Iarizlavus, Zentepulcus.

S.

S. Sabae monast. 720.

Sabbaticius, Sybbaticius, Simbaticius, stratigos Graecorum 174. 188. 201. 202. 471 542. 543.

Sabbatinus episc. Terracin. 342.

Sabbatus fl. 178. 204.

Sabinum; episc. Iohannes. — Sabinense, Savinense territorium, episcopatus 698. 703. 704. 712—714. 716. 717. 719. 720. 722.

Sadi, cognatus Atenulfi 253. 540.

Saducti, Seducti, familia, gens Capuana 208. 246.

Saductus 511.

Sagdan v. Seodan.

Sagittus dux Sarracen. 316.

Sagium, *Séez* 570.

Sala fl. 31. 32. 38. 749. 763. 821. 867

Salahadinus, Saladinus rex 148. 159.

Salardus dux Ungar. 303.

Salaria via 698. porta Rom. 715.

Salaveldun 442. 452. 745.

Salbozi, *Salbke* 864.

Saleccus, Bulgar. 341.

Salernum, Salernitani (Salerniti) 92. 101. 131. 173—177. 179. 181. 182. 185. 188. 190—193. 201. 204. 205. 208. 224. 225. 227. 228. 243. 244. 246. 248. 251—253. 258. 477. 479. 481. 482. 484—486. 489. 499. 501—504. 506—520. 528—559. 702. 707. principes 199. 210—213. episc. Leo, Rodepertus, Radoald, (Petrus), Ractulus, Magnaldus, —, Aio, Landemarius, Bernardus, Petrus, Rachenaldus, Petrus; archiep 195. — Salernitanus medicus 600. 601.

Salevelt in diocesi Colon. 105.

Salomon rex Brittan. 140.

Salemo rex Ungar. 128.

Salomon episc. Constant. 140.

Salomon, abb. S. Galli, episc. Constant. 140. 141.

Salemo nuntius Graecorum 337.

Salsae Cholbergiensis episc. Reinbernus.

Salsum mare, Salta, *Salzsee* 749. 821.

Saltwidele, *Salzwedel* 113.

Saltz palatium 40. Salizensis basilica 76.

Salubenen comes 165.

Salubricus de Buellon miles 165.

S. Salvatoris monast. 195. 243.

S. Salvatoris monast. in loco Leones 239.

S. Salvatoris monast. in territorio Reatino 712. 720 (idem?). 722.

Salzburg, Salzpurc (Iuvavia) 93. 132. archiep. Arn, Heroldus, Fridericus, Gebehardus.

Samnium, Samnites, Samnitum ducatus etc. (i. e. Benevent.) 200—204. 478. 486. 519. 534. 544. 700. 705. 712. 722.

Samso, Samso, archiep. Rem. 162.

Samson comes 311. 322.

Samuel abb. Monast., Weissenburg. 154.

San silva 109.

Sandraldus abb. Weissenburg. 65.

Saney castrum 159.

Sara fl. *la Sere* 370.

Saranianus vicus, *Sorignano* 543.

Sarczanum, *Sarzano* 208.

Sardinia 702. 710.

Sareticus fl. 121.

Sarlio, Sarlius, Serlio, marchio Spolet. 327—329. uxor 328.

Sarmatae i. e. Sclavi 374. 403. 404. 573. 580. princeps Burislaus i. e. Bolizlavus dux Boem.

Sarnoit villa 164.

Sarnus, Sarnum, *Sarno* 208. 510. 520. 557.

Sarraceni, Saracini, in Asia 121. 128. 159. 186—188. 192. 194. 307. 355. 689. 751; in Creta 200. Cretenses 308; in Africa 190. 191. 287. 296. 315. 356. 357. 712; in Hispania et Gallia 34. 37. 44. 117. 123. 136. 138—140. 150. 169. 275. 276. 378. 461; in Fraxineto et Italia super. 273. 275. 276. 287. 296. 315. 316. 329. 331. 340. 369. 373. 378. 399. 381. 383. 386. 388. 389. 401. 464. 466. 850; in Sicilia et Italia infer. 5. 64. 65. 143. 145. 157. 172. 174—177. 181. 182. 188—191. 196. 199. 200. 205. 206. 219. 223—230. 236. 246. 247. 252. 255—264. 287. 296. 297. 348. 466. 525—528. 532. 534. 538—540. 542. 714. 758. 765. 766. cf. Agareni, Hismaelitae, Poeni, Hispani. — pallida Sarracenorum mors Nicephorus 349. Otto II. 219.

Sassia porta Romae 713.

Satanacum, *Stenay* 158. 162.

Saturni simulacrum 463.

Satzi, *Saaz* 808.

Saxones, Saxonia 9. 42. 60. 66. 74. 77. 78. 80. 82. 86. 87. 90. 93. 109. 111. 114. 115. 117n. 141. 215. 218. 219. 273. 276. 293. 294. 306. 318. 324. 326. 337. 340—343. 345. 346. 349—352. 355 359. 365n. 381. 383. 386. 398. 407 416—466. 476. 477. 553. 555. 556. 573. 574n. 576. 591. 619. 623n. 705. 706. 710. 712. 718. 719. 736. 740. 746. 747. 750. 752. 754. 757. 771. 773. 782. 789. 796. 802. 805. 807. 811. 826. 836. 840n. 860. 868. 871n. Saxones in Brittannia 232; christiani effecti 37. 153. 425; bella cum Francis 30. 32. 34—41. 117. 123. 138. 139. 150. 151. 221. (Saxones Romae 225); bella cum Ungariis 4. 52. 53. 56. 141. 286. 289. 291. 293. 294. 296. 381. etc.; bella cum Sclavis 4. 5. 50. 51. 54. 67. 68. 70. 72. 73. 79. 91. 97. 98. 107. 115. 116. 127. 141. etc; bella cum regibus Heinrico IV. et V. 6. 8. 72. 105—108. 113. 114. 128—135. 146. 158. —. gens Saxonica triformi genere divisa 424. — Saxonia occidentalis 84. orientalis 102. Saxones transalbiani 40. 41. Saxoniae et Thuringiae fines 9. 294. 319. Saxoniae et Franciae fines v. Francia. — Saxonum regnum 60. Saxonicum regnum 717. Saxoniae, Saxones reges 593. 717—719. 733. Saxonum et Allemannorum rex 553. Otto regnat in Saxonia 218. 221. — duces Otto, Heinricus, Bernhardus, Bernhardus, Magnus. — Saxonum apostolus Karolus M. 41. — lex Saxonica 424. — Saxonum gesta 733. — synodus Saxonica 351. — Saxonica loquela 343. — Saxonum aurea fides 87. — Saxoniae patronus S. Vitus (431. 432). 825n. cf. 840n. 860n.

Scala 512

Scaldus, Scella fl. *Schelde* 378. 813.

de Scamp, comes 165.

Scandanavia 242. cf. Sulza.

Scara; episc. Thurgatus.

Scardenbergenses domini 8.

Scauniperga, uxor Gisulfi I. 193.

Scedens villa 164. cf. Sedene.

Schalkesburg, Schalcaburg, *Hausberge* 84. 95.

Schenigha villa 38.

Schidinga, Scithingi, *Burg-Sheidungen* 32. 421. 443.

Schmeldingi 41.

Sciciani, *Seitsch* 826. 852.

Scifatum fl. 191.

Scib miles 829.

Scithae 848. Scithicae gentes 697. Scithia i. e. Suedia 4.

Sclancisvordi 841.

Sclaveni 525. 526. Sclavenia 526.

Sclavi, Schlavi (350), Slavi 2n. 3—5. 8. 36. 47. 50. 51. 54. 62—64. 66—70. 72. 73. 92. 98. 112. 116. 118. 139. 141. 294. 306. 350. 352. 426. 432. 436. 442. 444. 450. 457—463. 466. 735. 739. 747. 753. 764. 765. 767. 770. 773. 774. 776. 778. 783. 790. 796. 813. 821. 830. in Italia 200. 235. 490. in Graecia 307. cf. 512. cf. Sclaveni, Sarmatae. — Sclavia 46. 66. 67. 76. 92. 840n. Sclavanicae terrae 73. Sclavonia 79. 80. 82. Sclavorum regnum 97. Sclavorum populi: Abodriti, Dalamanci, Hevelli, Licicaviki, Liutici, Lusiki, Milkiani, Poloni, Redarii, Rugiacenses (Ruani), Scyrzipenses, Sorabi, Vuloini, Waari, Wilti. — Sclavonica familia 763. Slavanica lingua 447. Sclavonica verba 755. 766. 783. 793. 813. 818. 820.

S. Scolastica prope Teanum 259.

Scoti, Scotti 31. 419. 735. Scotia 102.

Scotorum monasterium Erford. 100.

Scowenburg 15. Adulfus de S.

Scubilio abb. S. Germani 166.

Scudici, *Skeudiz* 764. 824.

Scylla et Charybdis 356.

Scyrzipenses Sclavi 8.

S. Sebaldus 71. 128.

S. Sebastiani ossa 44. 45.

Sebertus 844.

Secanense coenobium, *Seckingen* 148.

Secia 161.

Sedene 164. cf. Scedens.

Sehardus episc. Hildeshem. 54.

Sehardus miles Arnulfi Rem. 678.

Sehusun, *Seehausen* 829.

Selibur dux Waarorum 463. 748.

Seliganstedi 38. 98. 100.

Seligerus abb. Heremi 146.

Selon, *Seeland* 739.

Selpuli pagus 748. 771. 815.

Selsenburg 33n.

Sena 223. episc. 342.

Senonis, Senonum civitas 168. 383. 583. 586. 659. archiep. Gerlandus, Frotmundus, Siguinus; Senon. dioc. episc. 405. 612.

Senonensis abbas Rannulfus.

Seodan, Seldan, Saagdan, Sagdan, Satan, Sotan, rex Sarracen. in Italia (Bari) 174. 205. 228—230. 239. 250. 252. 253. 508. 517. 520. 521. 527. 528. 533.

Sepinum 250n. 263. 542.

Septimiliana 698.

Sepulchrum Domini 177.

Sequana (Sigo 65) fl. *Seine* 142. 372. 374. 375. 391. 393. 570. 583. 595. 597. 599. 600. 608. 622. 623. 648. 649. Transsequanus princeps 405. Sequanorum metropolis Senonis 659.

Serapti v. Sirapti.

Sergius I. papa 699.

Sergius II. papa 171. 199. 675.

Sergius III. papa 175. 274. 282. 297. 312. 713. 714. filius ex Marotia Iohannes XI. papa.

Sergius IV. (bucca porci 835) papa 124. 157. 835.

Sergius I. dux Neap. 212. 249. 514. 515.

Sergius II. dux Neap. 212. 253. 254. 534.

Sergius dux Neap. 185.

Sergius comes Amalf. 513 (plurimi).

Sergius primicerius defensorum 342.

Sergius 342.

Serila, Gothus 31.

Serlio v. Sarlio.

Serlus 385. 589.

S. Servatii congregatio Quedlinb. 56. (72). 74. 75. altare 749.

Sessa, Sessula v. Suessa, Suessula.

Sessia villa 165.

Sesterio fl. *Strione* 284.

Setrich, Setricus, rex Nortman. 390. 395.

Seulfus archiepisc. Rem. 371—375. 580. 584.

Seusun, *Seesen* 768.

Severinae castrum 257. 548.

S. Severini monast. Colon. 783.

Severus episc. Prag. 120.

S. Severi ossa 45.

Sewaldus 849.

Sezaniae comes 164.

Siagrius, fl. Egidii, Rom. 30.

Siaunic pater Adalberti episc. Prag. 119.

Sibeneich castrum 130.

Siburch 37.

Sibyllani libri 355.

Sicambria 30.

Sicardus, Sycardus, Sichard, fil. Siconis, princ. Benev. 173. 174. 188. 198. 201. 210. 212. 225. 245. 246. 471. 491—493. 498—505. 510. 701. 702. uxor Adelchisa.

Sicardus, Benevent. 546.

Sicco v. Sigibertus.

Sicionia calciamenta 347.

Sicilia, Siculi (Sicellenses 498) 5. 134. 143. 181. 182. 188. 192. 193. 195 245. 256. 263. 264. 498. 502. 527. 538. 549. Siciliae regnum 164. cf. Regnum. Siciliae regni vexillum 192. — Siculum mare 356.

Sico (Spoletinus) princ. Benev. 173. 188. 198. 201. 207. 210. 212. 225. 226. 244—246. 471. 491—493. 496—499. 505. filii Sicardus, Sikenolfus; filiae 496.

Sico, fil. Sikenolfi, princ. Salern. 188. 199. 210—212. 227. 514. 515. 517. 520.

Sico comes Spoletin. 556.

Sico episc. Bladensis 342.

Sico episc. Ostiensis 342.

Sico cognomento Albus 246.

Siconolfus v. Sikenolfus.

Sicopolis (i. e. Capua nova) 208. 209. 246. 249. 254. 259. 498.

Sidaec abb. S. Iohannis Magdeb. 99.

Sidegeshusun, *Sotterhausen?* 816.

Sidonius episc. Mogunt. 35n.

Sigeberg prope Coloniam 105.

Sigibertus I. rex Francorum 166. 220. 221.

Sigibertus III. rex Francorum 19n. 30.

Sigibertus, Sibertus, Sicco, frater Theoderici comitis pal. 73. 767. 768. 773.

Sigibertus episc. Mind. 95. 97. 100. 101.

Sigibertus i. e. Gislebertus 57.

Sigebodo, Sibicho, abb. Weissenburg., episc. Spir. 70. 102.

Sigiboldus clericus 396. 605.

Sigifridus, Sigefridus, Sifridus etc.

Sigifridus archiepisc. Mogunt. 71. 105. 127.

Sigifridus episc. August. 124. 782. 805.

Sigifridus II. episc. August. 129—131. 133—135.

Sigefridus, fil. Sigefridi com., abb. S. Iohannis Magd., episc. Monast. 95. 98. 733. 774. 824. 826. 847. 855.

Sigefredus episc. Parm. 172. 332. 333. 694.

Sigefridus abb. Fuld. 117n.

Sigofredus abb. S. Germani 167.

Sigifridus comes Merseburg. 436. 438. 440. 744.

Sigifridus, frater Heinrici praesidis 460.

Sigifridus comes 450. 465. 748.

Sigifridus comes, fil. Geronis 749. uxor Hathui.

Sigifridus, fil. Heinrici (Stad.) 5. 69n. 72. 90. 770. (773). 774. 775. ux. Ethela.

Sigifridus, fil. Heinrici (Stad. iun.) 774. 775.

Sigifridus, fil Liutharii 753. (761). 764. 765. (770). 772. (819. 820. 847). ux. Cunigunda; fil. Thietmarus episc., Sigefridus episc., Brun. episc., Heinricus, Frithericus, Willigisus.

Sigifridus, Sifrith, comes (Northem.) 78. 768. 791. 801. ux. Ethelind; fil Sigifridus, Benno.

Sigifridus comes, filius sup. (768). 791. 792. 801.

Sigifridus comes, fil. Hodonis marchionis 785. 842.

Sigifridus comes, fil. Gerhardi 856.

Sigifridus comes 852. 853 868.

Sigifridus comes 97.

Sigifridus comes 101.

Sigifridus comes Palatinus 102.

Sigifridus comes Palatinus 8. 109. 112. 113.

Sigifridus comes 7.

Sigifridus princeps 10. 15.

Sigifridus vir illustris 629.

Sigfri 3.

Sigehardus comes 7 107. 136.

Sigihardus abb. Fuld. 48. 49. 117n.

Sigehardus abb S. Udalrici et Afrae 129n. 130n.

Sigismundus, Sigimundus, episc. Halberstad. 52. 736. 741.

Sigemundus episc. Mogunt. 35n.

Sigewardus abb. Fuld. 102. 103. 117n.

Sigewinus archiep. Colon. 105. 106.

Sigo fl. v. Sequana.

Sigo abb. S. Germani 167.

Siguinus archiep. Senon. 644. 646. 647. 651. 658—660. 665. 666. 679. 685. 693.

Sigulfus episc. Placent. 348.

Sikelenda, filia Siconis princ. Benev. 496.

Sikelmannus, Salern. 552.

Sikenolfus, Siconolfus, fil. Siconis, princ. Salerni 188. 198. 199. 201. 210. 212. 225—227. 245—249. 491—493. 505—511. 513—515. 520. 701. 702. uxor Itta.

Sikenolfus, fil. Sicardi 546.

Sikenolfus gastald. Aveil. 555.

Silensi pagus v. Cilensi.

Siler fl. 190. 482. 497.

Silivellun, *Selben?* 858.

Silletum v. Silvanectis.

Silva candida; episc. Wido.

Silvanectis, Silletum, *Senlis* 393. 599. 608. 632. 633. 642. 664. episc. 612. Adelelmus, Bernuinus, Iso, Odo. — comes Bernardus. — Silvanectensis pagus 399.

Silverius, Sylverius, papa 720.

Silvester I. papa 697. a Constantino urbe Roma donatus 29.

Silvester II. papa (Gerbertus q. v.) 91. 120. 124. 157. 177. 189. 835.

Silvester III. papa 157.

Silvester abb. Procop., episc. Prag. electus 120.

Silvester presbiter (398). 606.

S. Silvestri monast. in monte Sirapti 696—698. 700. 702—704. 706—708. 711. 712. 716.

S. Silvestri cella 705.

Simbaticius v. Sabbaticius.

Simiski v. Iohannes.

Simeon, Symeon, rex Bulgar. 276. 302. 308. 310.

Simeon proto a secretis 351.

Symeon abb. Caven. 191. 192.

Simoniaca haeresis 294. 655. 694.

Simnia, Sitnia 706.

simulachra, idola, dii Sclavorum 71. 812. 857. 858. 859. 862. cf. Saturnus, Zuarasici, Hennil. De cultu deorum apud Saxones v. 423.

Sinadavelde 39.

Sintloziesaugis 144. v. Augia.

Sipontum, Sypontum, Sepontum 174. 175. 208. 247. 258. 259. 261—263. 540—542.

S. Siquani monast. 151.

Sirapti, Serapti (Soractis) mons 696—700. 702. 704. 707. 708. 711. 712. 716. 720. 722.

S. Sirus Papiens. 301. 304.

Sisinnius, Sysinnius, papa 153. 156.

Sisu v. Emerita.

Sitis 226.

Siusuli, Siusili, pagus 759. 85

Slavi v. Sclavi.

Slieswic, Sleswic, Scleoswig 63. 760. episc. Horath, Ekkihardus, Rodulfus.

Slopan miles Boem. 771.

Sobeslaus dux Boem 121. cf. Zobezlaus.

Sol, quem Graeci Apollinem vocant 423.

Solarata turris 530.

solidi auro figurati 226. matiati et praedolati 226. principales 228.

Somna, Summa fl. 372. 594.

Sonterslevu, *Sandersleben* 750.

Sophia, filia Ottonis II, abbat. Gandesh. 76. 78. 80. 87. 90. 92. 103 770. 791. 796.

Sophia, uxor Iustini imp. 232.

S. Sophia Constant. 310. 349.

S. Sophiae monast. Ben. 173. 178. 180. 185. 201. 203. 224. 243. cf. 548. abbates 173—185.
S. Sofiae mon. in Kiew 870.
Sora v. Sura.
Sorabi 72.
Soractis mons v. Sirapti.
Spani v. Hispani.
Sparnacum, *Espernay* 366n. 370. 406. 613.
Spehteshart silva, *Spessart* 802.
Spella castellum 102.
Spira 104. 109. 111. 113—115. 125. 127. 132. 154. episc. Einhardus, Reginboldus, Godefridus, Otgerus, Baldericus, Ruoppertus, Waltherus, Reginboldus, Sigebodo, Cuonradus, Einhardus, Heinricus, Iohannes, Gebehardus, Conradus. — Spirensis praefectus 109.
Spitigneus dux Boem. 120.
Spitigneus dux Boem. 120.
Spitigneus dux Boem. 121.
Spiutni, *Rothenburg* 824.
Spoletum, Spoletina civitas, Spoletinus ducatus; Spolitenses, Spolitani, Spolitini, Spulitenses 4. 201n. 255. 259. 263. 281. 282. 290. 298. 328. 345. 475. 491. 509. 537. 540. 542. 553. 555—557. 703. 722. Spoletanorum dux Romae constitutus vice regis 720. cf. 721. duces Guinichisus, Aciprandus, Wido, Lambertus, — (263), Wido, Wido, Bonefatius, Tedbaldus, Anscarius, Sarlio, Pandulfus (209); — episc. 342.
Sprewa fl. 809. 811.
Stabulaus, Stabulense monast. 11. 71. abb. Wiboldus.
stabuli comes Landulfus.
Stampae 576. 622.
de Staples domus 159.
Starchardus episc. Eihsted. 395. 603.
Statius affertur 617.
Staverun urbs Frisiae 68.
Stedieraburg, Stitterlingeburgh 73. 442.
Stela, *Steil* 440.
Stephana i. e. coronaria domus Constant. 347.
Stephana, Stephania, amita Iohannis XII. papae 341. 343.
Stephana, soror Stephanae sup. 341.
Stephania, Romana, concubina Hugonis regis 319.
Stephanu i. e. Theophanu 214.
Stephanus I. papa 35. 138. (150). 156. 828.
Stephanus II. papa 35. 36. 122. 138. 145. 153. 156. 167. (233). 472—475. 703—707.
Stephanus (III.) papa 153. 156. 475.
Stephanus (IV.) papa 42. 117. 154. 171.
Stephanus V. papa 140. 202. 260. 261.
Stephanus VI. papa 204.
Stephanus VII. papa 199.
Stephanus VIII. papa 388. 389. 593.
Stephanus IX. papa 104. 127. 158. 180. 189.
Stephanus episc. Arvernor. 400. 609.
Stephanus episc. Camerac. 374.
Stephanus episc. Cerensis 342.
Stephanus episc. Mett. 158. 162.
Stephanus episc. Neapol. 549n.
Stephanus episc. Teanen. 225.
Stephanus episc. 170.
Stephanus cardin. 194.
Stephanus cardin. tit. Balbinae 342.
Stephanus cardin. tit. Sabinae 342.
Stephanus rex Ungar. 92. 96. 125. (805).
Stephanus, fil. Basilii I. imper. Constant. 257. 538.
Stephanus, fil. Romani I. imper. Constant. 310. 327. 330. 332—334.
Stephanus I. dux Neap. 211.
Stephanus II. dux Neap. 212.
Stephanus III. dux Neap. 212.
Stephanus IV. dux Neap. 212.
Stephanus miles 871.
Stephanus aminiculator 342.
Stephanus archiacolitus 342.
Stephanus, fil. Iohannis, superista 342.
Stephanus scriniarius 342 (duo).
Stephanus de Imiza, Roman. 342.
Stephanus 169.
S. Stephani eccl. Babenb. 125.
S. Stephani reliquiae 860n. eccl. Corb. 3. altare 447. scriniolum 15.
S. Stephani eccl. prope Mettim 821.
S. Stephani sedes episcopalis Capuae 255. 478. 481
S. Stephani monast. August. 128. 129.
S. Stephani monast. Seligansted. 38.
S. Stephani monast. in Mariano 704. 706—708. 716.
S. Stephani cella in monte Casino 2[illegible]3.
Stethu, *Stade* 775.
Stodrania, Zstodorania 71. 776.
Stoignewus nuntius Bolizlavi 839.
Stoinef, Stoinneguus, dux Sclavorum 450. 460. 461. 747.
Strauracius imp. Constant. 188. 212.
Strazburg (Argentoratum quae nunc Strateburgis dicitur 675; cf. 794), Argentina 100. 115. 675. 794. 796. 797. 807. 845. caput ducatus Alemanniae 794. episc. Rotharius, Agoldus (Ansoaldus), Heddo, Rachio. — Otbertus, Rothardus, Erchanbaldus, Werinherus, Wilhelmus, Herrandus, Dietpoldus, Burchardus.
Strola, Striela, *Strela* 793. 796. 801. 821. 823. 843.
Strezslava, mater Adalberti episc. Prag. 119.
Strowi fl. 105.
Sturm abb. Fuld. 37. 117*. 117. 117n.
Stutinga praedium 135. 136.
Stuwi, *Stöben* 785.
Suabilus, Suavilus, gastald. Marsorum 259. 540.
Sualenbergensis Wolcwinus.
Suavi v. Suevi.
Suavius comes 532.
Suchamus, Suchaymus, rex Sarracen. in Sicilia 256. 538.
Sucheliman (*Soliman*) rex Arabum 187.
Sueliman (*Soliman*) protosimbolum Arabum 187.
Suencua v. Zuencua.
Suena, Sueinus, fil. Haraldi, rex Danorum 847. 848. 863. uxor filia Miseconis 848. filii 848. Harald, Cnut.
Suentepulcus, fil. Miseconis ducis Pol. 784.
Suesse (Sueciae) rex 165. cf. Scithia.
Suessia, Suessa, *Sessa* 230. 254. 255. 259.
Suessula, Sessula, *Sessola* 206. 224. 249—252. 255. 256. 258. 532.
Suessionis, *Soissons* 34. 138. 141. 166. 368. 371. 372. 374. 382. 387. 388. 394. 397. 401. 405. 573. 576. 580—584. 592. 607. 623. 638. 704. episc. 163. Rothardus, Riculfus, Abbo, Wido. — pagus Suessonicus 377. 381. 390. 399. 404. 608.
Suevi, Suavi 78. 105. 106. 130. 132. 134. 273. 276. 286. 288. 289. 296. 298. 306. 322. 334. 349. 350. 359. 458. 512. 772. 833. Suevia 66. 68. 77. 104. 130. 215. 291. 293. 330. 331. 334. 846. 871. duces v. Alamanni. — Suevia Saxonica 81. Suavi transbadani 424.
mons Suevus 512.
Suffronius episc. Mogunt. 35n.
Suideboldus presb. Hildesh. 69.
Suinvordi 801. 856. Otto comes.
Suitgerus, Suidegerus, episc. Babenb. 6. 70. 104. 125. 126. V. Clemens II. papa.
Suitgerus, Suigerus, Sugerus, episc. Monast. 69. 80. 654. 690. 773. 810. 868
Suicgerus clicns regis Heinrici III. 102.
Suitleiscranne 450. 460.
Sulpicii locus affertur 569.
Sulza prope Hildesh. 96.
Sulza i. e. Scandua 425.
Sumeringe, *Gross-Sömmeringen* 761. 867.
Summa v. Somma.
Sunderolt, Sunzo, archiep. Mogunt. 3. 50. 51.
Sunno, fil. Antenoris 30.
Suntal, Sundal 38.
Suonehilda, filia Herimanni ducis, uxor Thietmari et Eggihardi march. 779. 792. 839.
de Superlingeburg, Lotharius.
Sura, Sora 198. 200n. 228. 249. 251. 510.
Suranus medicus 228.
Surrentum, Sirrentum 177. 211. 504n. 95. 547.
Susanna, uxor Rotberti II. regis 651.
S. Susannae et Cyriaci eccl. Roman. 715.
Sutrium, Sutrini 6. 172. 714.
Suveldun, *Saufeld* 457.
Sybbaticius v. Sabbaticius.
Symeon v. Simeon.
Symmachus papa 698.
Symmachus patricius 698.
S. Symphoriani abb. Gerardus.
synodus Aquisgran. (801) 122. 123, (816 et 817) 42. 43, (994) 5. 70; Baren. (1063) 180, (1098) 183; S. Basoli (991) 643—648. 658—686; Benev. (1087) 182, (1091) 182, (1102) 183, (1108) 184, (1117) 184; Brix. (1080) 105; Bunn. (943) 56. 57; Causciensis (995) 691—693; Chelensis (99?) 651; Cipparan. (1114) 184; Claromont. (Arvern.) (1095) 158; Confluent. (1012) 81; Constant. (1044) 104; Erfesfurt. (937) 54. 55; Francofurt. (793) 122. 151, (1027) 97; Gandesheim. (1001) 92; Geisleth. (1028) 97; Goslar. (1018) 95; Ingelheim. (948) 56. 57. 221. 395. 603, (996) 657; Lugdun. (1245) 193, (1175) 195; S. Macrae (930) 583, (972?) 621; Melfit. (1089) 182, (1100) 183; Mett. 689; Mogunt. (1052) 70, (1071) 71, (1085) 105. 131; Mosom. (948) 348. 602. (995) 654—656. 690; Nicena

122. 351; Niumag. (1018) 863; Northus. (1105) 108; Palith. (1029) 97; Papien. 351. 406. 612, (997) 91. 694; (1646) 6; Quedlinb. (1000) 781; Rem. 126. v. S. Basoli; Roman. 351. (949) 399. 406. 608. 612, (963) 60. 61. 342–346, (981) 763, (999) 780, (1046) 6, (1110) 112, (1112) 184, (1148) 158, (1179) 154. 159. 192. (1215) 159. 163. 193; Silvanect. 664; Spiren. (1087) 132; Suession. (941) 388. 592; Sutrin. (1046) 6; Throtmann. (1005) 810. 846. 847; Trecen. (1107) 111; Trever. (948) 397; Tribur. (1036) 100. 125; Troian. (1092) 182, (1116). 184; Troslei. (92) 369. 577, (924) 374, (927) 377; Vienn. (1311) 196; Virdun. (947) 394. 602; Wormac. (1076) 105, (1122) 147. — Synodus Saxonica 351.

Syria, Suria 14n. 187. 355.

T. cf. D.

Tadi, Saxo 79.

Tadila, Saxo 79.

Tadilo decanus Hildeshem. 101.

Tagino, Dagano, archiep. Magdeburg. 81. 94. 802—805. 810. 811. 813. 815–819. 822–825. 827. 828. 834. 854.

Tamma pincerna 441. cf. Thangmarus.

Tancredus rex Siciliae 193.

Tancredus dux (Antiochiae) 183.

Tar fl. 6.

Tarano 698.

Tarega 698.

Tarentus, Tarantus 210. 223—225. 227. 252. 253. 263. 505. 506. 508. 510. 526. 533. 763. princ. Manfredus.

Tarisia fl. 140.

Tarus fl. 284.

Tarvisium; episc. Rothardus.

Tarwana; episc. v. Morinum.

Tasselgardi filia 557.

Tassia, Tasia, uxor Ratchis regis Langob. 200. 702. 703.

Tassilo, Dasilo, Desilo, dux Bajoar. 39. 117*. 122. 139. 215. 233. 706. 707.

Tassilo 511 (duo).

Tato rex Langob. 217.

Tauriminum, *Taormina* 549n; episc. Procobius.

Taurinum, Taurinensium civitas 216; episc. Adam.

Taurus comes Amalf. 513.

Taxis rex Ungar. 396.

Teanum, Tianum, Tyanum 208. 228—230. 248. 254. 256. 258—260. 263. 510. 538—540. episc. Stephanus, Lupuald, Hilarius, Leo.

Teatenses 243. (*Teti, Civita de Chieti*).

Tedbaldus, Tetbaldus cf. Theobaldus.

Tedbaldus, fil. Bonefatii, marchio Spoletin. 315. 317. 319. 328. uxor 328.

Tedbaldus, fil. Hugonis regis, archidiacon. Mediol. 319.

Tetbaldus, Teutboldus, comes (Carnotensium 392n.) 392—394. 397. 399. 400. 404. 406. 597. 598. 613. filii 406. 613.

Tetbaldus Turonensis (idem?) 392.

Tetbaldus de Monte acuto 394.

Tetbaldus episc. Ambian. 394. 396. 602. 606.

Tedelmarus abb. S. Germani 167.

Tegernsee v. Degarense monast.

Telesis, Telesia, Talesa, Telesinum castrum 226—228. 250n. 253.

Teo. v. Theo.

Teudoldus missus 223.

Terentius affertur 275. 299. 323. 360. 617. 687. 793.

Teresus 736.

Terfiliscus v. Trifiscus.

Terracina, Tarracina 182. 553. 703. episc. Sabbatinus.

Terra Laboris v. Liburia.

Terra Sancta 160. 165. cf. Hierosolima.

Terrina (i. e. Mediterraneum) mare 710. 711.

Tertona, Dertona, Dartona 234. episc. Gezo, Liutifredus.

Tertulinus martir 828.

Tetta, soror Geronis comitis 761.

Teu. v. Theu.

Teudelinda, filia Garibaldi ducis, uxor Authari regis 232. 873.

Teudemundi pons 205. 250. 258. 539.

Teudinus 314.

Teuricus Salern. 558.

Teutmundus missus 223.

Teutolus v. Theotilo.

Teutonici, Theotonici 116. 120. 128. 194. 798. Teutones 354. Teutonicus populus 115. Teutonica gens 355. Teutones, Teutonici Franci 214. 276. 306. — Totonicum, Theutonicum regnum 216. 860n. imperium 871n. Theut. rex Heinricus II. 216. Heinricus V. 191. imperator Otto 471. Conradus II. 211. — lingua Teutonica, Teutisca, Todesca 305. 331. 396. 489. 735. 783. 818. libri Teutonici 365n.

Thanais fl. 568.

Thancmarus, fil. Ottonis ducis Sax. 426.

Thancmanus, Tammo, fil. Heinrici I. 4. 56. 436. 439—442. 737. 744.

Dangmarus comes 101.

Thangmarus 78. Tommo (idem?) 809.

Thancmarus abb. Corb. 3.

Thangmarus bibl. Hildeshem. 20.

Theatrum Capuae v. Amphitheatrum Romae 696.

Theobaldus cf. Dietpaldus.

Theobaldus, Theodevaldus, rex Franc. 30. 220.

Theobaldus, Theodoaldus, Teodaldus, Thietpaldus, fil. Grimoaldi 138. 150. 214. 215.

Teobaldus dux 121.

Theobaldus dux 121.

Thiepaldus marchio 107.

Theobaldus comes Barensis 160.

Theotbaldus abb. (Ebersheim?) 3

Theobaldus artifex 166.

Theobertus I. rex Francorum 30. 220.

Theobertus II. rex Francorum 30.

Theodemar abb. Casin. 198.

Theoderada, filia Arechis principis Benev. 483.

Theuderada, Theodora, uxor Romualdi Ben. 701. 702.

Theodora, Romana, uxor Theophilacti 287. 297. filiae Marotia, Theodora.

Theodora, fil. Theodorae sup. 297.

Theodoricus, Theodericus, Dedericus, Thiadricus, Thiodricus, Thiadricus, Tiedricus, Tiederichus etc.

Theodoricus rex Gothorum (Amalung; Thideric de Berne 31) 31. 200. 211. 698. Thiederici domus 776.

Theodoricus I. (Hugo 30) rex Francorum 30—32. 220. 417. 420—424.

Theodoricus II. rex Francorum 220.

Theodoricus III. rex Francorum 19n. 30. 153. 167. 220. 221.

Theodoricus IV. rex Francorum 19n. 150. 167.

Theodericus, fil. Karoli M. 215.

Theodericus, pater Mahthildis reginae 215. 431. 737. uxor Reinilda.

Theodericus dux (rex 215) Lotharing. 80. 215. 629. 791. 798. 821. 871.

Theodericus marchio (praeses 458. dux 464. 745.) 66. 85. 88. 449. 450. 455. 458. 464. 745. 761. 764. 765. 767. 768. 774. 784. 786. 821. fil. Bernhardus, Oda, Othelhulda, Mahthild, Thiedburga.

Thiedricus, patruelis Miseconis Polon. 98.

Theodericus comes Palat. Saxon. 73. 767. 768. 773. frater Sibertus.

Theodericus comes (Lothar.) 386. 399. 591.

Theodericus comes, nepos Bernardi 392. 597.

Thiedricus comes 820. fil. Dedi, Fridericus.

Thiedricus, fil. Dedi, comes orientat. 99. 821. 852. 860. 861. fil. Dedi.

Tiedricus comes (Holland.), nepos Cunigundae imp. 84. 869. 870.

Tiedricus comes 103.

Theodericus comes 105.

Theodericus comes (de Saxonia) 107.

Theodericus comes de Embike 110.

Theodericus de Riclige 115—117.

Thiadricus 441.

Thiedricus, avunculus Ethelgeri comitis 774.

Thiedricus miles 850.

Theodericus episc. Constant. 126.

Theodericus I. episc. Mett. 155. 157. 763. 766.

Theodericus II., frat. Cunigundae imp., episc. Mett. 81. 155. 157. 810. 815. 821. 823. (826). 831. 838 (?). (839). 845. 854.

Theodericus III. episc. Mett. 158.

Theodericus IV. episc. Mett. 158.

Thiadricus episc. Mind. 3. 48. 750.

Thiedricus episc. Mind. 95.

Thiedricus, nepos Thietmari Merseb., episc. Monast. 80. 94. 95. 816. 825. 826. (827). 839. 838. 939. 851. 852. 869.

Theodericus episc. Monast. 114.

Theodericus episc. Virdun. 126.

Theodericus cardinalis 113.

Theodericus abb. S. Albani 109.

Thiedricus praepos. Walbek. 818.

Thiedricus praepos. Halberstad. 101.

Thiodericus mulio 11.

S. Theoderici monast. 388. 402.

S. Theoderici castrum v. Castellum-Theoderici.

Theodonis villa, *Thionville* 122. 675. 798.

Theodorus archiep. Aegypti 689.

Theodorus princeps Graecorum 193.

Theodorus dux Neap 212.

Theodorus Benev. praef. Graecus 203.

Theodorus de Rufina, Roman. 342.

Theodosii imper. decreta 348.

Theodosius III. imper. Constant 156. 187. 212.

Theodosius dux Neapol. 211.

Theophanu uxor Romani I. et Nicephori impp. 348. (356). 556.

Theophanu, Teofanu, Teufanu (Stephanu 214. Pyphanu 719), Theophania, uxor Ottonis II. imp. 5. 63. 66. (67). 68. 74. 144. 176. 214. (465). 621. 622. 679. 719. 748. 758. (766). 767. (769—772). 776.

Theophanu abbat. Asnid. 103.

Theofilactus imp. Constant. 212.

Theophylactus, fil. Romani I, patr. Constant. 361.

Theophilactus dux Neapol. 211.

Theophilactus dux Neapol. 212.

Theophilactus stratigos Graecorum 260. 540.

Theophilactus, Romanus 714. uxor Theodora; filiae Marotia, Theodora. — Theophilacti domus 715.

Theophylactus, papa Benedictus IX. 125.

Theophilactus episc. Praenest. 342.

Theophilactus card. tit. Chrisogoni 342.

Theophilactus scriniarius 342.

Theophilus imp. Constant. 188. 212.

Theotilo, Teutolus, archiep. Turon. 381. 392. 597.

Thessalonica 193. 207. 357.

Theudo, Eodo, Eudo, dux Aquitan. 123. 138. 150.

Thiado, fil. Tassilonis ducis 39. cf. Thiodo.

Thiedan soror Quedlinb. 85.

Thiedbern comes 79. 809. 811.

Thiadboldus, nothus Cobbonis 441.

Thiedof 99.

Thiedoldus, Thiedolfus, marchio 798. 806

Thiadricus, Thiedricus v. Theodericus.

Thiericus abb. 166.

Thiatburg, filia Bernhardi march. 84.

Thiedburga, filia Thiedrici march., uxor Dedi comitis 821.

Thiethburga, concubina Hezonis com. Pal. 99.

Thiatdagus, Thieddegus, Thaetdeg (Gaudentius) episc. Prag. 84. 91. 119. 808. 854.

Thietdivus abbas 80.

Tiethgaudus archiep. Trever. 139.

Thiatgrimus episc. Halberstad. 44.

Thiatharius 5.

Thiathart, Thiothart, Thiethardus, Diethard, abb. Hersveld. 50. 51. 54. 55.

Thiethardus iunior abb. Hersveld., episc. Hildesh. 54. 55. 58. 395. 603. 747.

Thietland, Thiedlandus, abb. Heremi 138. 145.

Thiatmarus comes, filius Bernhardi ducis 84. 869.

Thietmarus marchio 751. 779. 843. 845. uxor Suonehilda; fil. Gero; frater Gero archiep.

Thiatmarus, Thiadmarus, comes 428. 433.

Thietmarus comes 765.

Thietmarus comes, fil. Geronis march. 843.

Thietmarus comes 103.

Thietmarus miles 779.

Thietmarus miles 793.

Thietmer 84.

Thietmarus 103.

Thietmarus episc. Brandenburg. 750.

Thietmarus, Diotmarus, episc. Hildesh. 101. 104.

Thietmarus, fil. Liutharii, episc. Merseb. 80. 84. 723 sqq. 733. 734. 760. 772. 775. 789. 805. 815—820. 823—830. 834. 838. 839. 841. 843. 845. 846. 853. 857. 864—868. 871n. Thietmari cronica 734.

Thietmarus episc. Osnabrug. 810. 857.

Thietmarus episc. Verden. 98. 99.

Thietmarus episc. Wormat. 105.

Thiatmarus, Thiadmarus, abb. Corbei. 5. 69. 796.

Thietmer presb. 81.

Thiatmelli 38.

Thiela 93.

Thin 160.

Thiodo, Diedo, episc. Wirzburg. 54. 55.

Thiodo, Diedo, abb. Fuld. 48. 49. 117n.

Thirrenum, Tirrenum mare 302. 306. 331. 504. 527. 619.

Thomas archiep. Cantuar. 158. 163.

Thomas archiep. Rem. 164.

Thomas cardinalis 10. 12n. 15.

Thomas abb. Cav. 194.

Thomichis abb. Casin. 198.

Thornburg, Dornburg, palatium 62. 63. 93. 95. 755. 794. 802.

Thortmanni v. Trotmanni.

Thracia 30. 697.

Thriburi castellum 802.

Thrimining, *Drömmling* 442.

Thrubizi, *Traubitz* 863.

Thurgatus episc. Scarensis 832.

Thurgutus dux Danorum 849.

Thuringi, Duringi; Thuringia, Turingia, Toringia 9. 30—32. 33n. 38. 45. 47. 52. 66. 77. 93. 105. 106. 108. 109. 123. 128. 141. 293. 294. 319. 417. 418. 420—423. 427. 434. 435. 438. 439. 442. 736. 754. 779. 792. 794. 805. 816. 836. Thuringiae et Saxoniae fines v. Saxonia. — rex Irminfridus; dux Burchardus. Heinricus dux Saxonum et Thuringorum 291. 292. Thuringiae ducatus Ekkihardo marchioni datus 792. praetor Willihelmus.

Thurismodus rex Gothorum 31.

Thurkilus, Thurcil, Nortmannus 849. 850.

Tiberis, Tyberis fl. 12. 282. 295. 343—345. 698. 699. 715: ante Albula dicta 698. Tiberinus pons 836. cf. 345.

Tiberius I. imp. Constant. 167. 186. 200. 220. 548n. 699.

Tiberius II. (qui et Absimarus) imp. Constant. 116*. 156. 187. 212.

Tiburtina civitas, urbs 181. 703. episcopus Iohannes. — Tiburtinus campus 703.

Ticinum v. Papia.

Ticinus fl. *Ticino* 232. 233. 304. 305. (447).

Ticinus fl. *Thesis* 447n. 57.

Tiedewinus card. S. Ruffinae 147.

Tiele 869.

Tieth. v. Thiet.

S. Timothei transl. 365n.

S. Timothei abbatia Rem. 379. 58 614.

Tinga, *Thingau* 805.

Tireium castrum 162.

Tirenum, Tirrenum mare v. Thirrenum.

Titibutziem 867.

Toen 161.

Toloss; Tholosani 571. Tolosana provincia 374n.

Tommo 809. v. Thangmarus.

Tongera, *Tanger* 765. 820.

Tongeremuthi, *Tangermünde* 820.

Torna, *Turne* 777.

Totilas rex Gothorum 698.

Totmannus socius Kiliani 735.

Toto, Benev. 508. 510.

Toto 208. cf. Tuto, Dodo.

Traiectum, *Utrecht* 102. 112. 115. 125. 154. 320. 767. 778. 860. episc. Baldericus, Ansfridus, Adelboldus, Conradus.

Traiectum, *Mastricht*

Traiectum castrum 580.

Traiectus fl. et urbs 206. 208.

Trana 557.

Transmarini 388.

Transmarus episc. Noviom. 384. 398. 606.

Transmundus comes 207.

Trasarici monumentum 250.

Traselpotus 543.

Traversus 710. cf. Traiectus.

Trebensis episcopus 342 (*Trevi*); cf. Tribulana.

Trebentense castrum, *Trivento* 254. 536.

Trebia, Trivia fl. 223. 281.

Trecae, *Troyes* 111. 404. 612. comes Rotbertus; episc. Ansegisus.

Treduinus clericus.

Treveris 3. 56. 57. 79. 115. 314. 397. 403. 437. 438. 573. 815. Treverorum populus 71. — archiep. Amalarius, Bertulfus, Hetti, Tiethgaudus, Ruotgerus, Rotbertus, Heinricus, Egbertus, Liudulfus, Meingaudus, Poppo, Eberhardus, (Chuonradus), Uodo, Bruno, Formarus, Arnulfus, Heinricus de Fenestrangis. — Treverensis dioceseos episcopi 395. 602. Treverenses clerici 162.

Tribisa fl. *Trübische* 769.

Tribulana civitas (*Trevi??*) 714.

Triburia 50. 71. 80. 90. 100. 125.

tributum, census, pensio, vectigalia 8. 102. 187. 228. 242. 250. 362. 482. 490. 498. 501. 526. 720. 739. 833. 835. 848. 849. equorum 36. 138. porcorum 30. 32. 794. Ungariis datum 289. 293. 435.

Tricarium, *Tricarico* 361.

Tridentum, Tridentina eccl. 316. 334. 805. episc. Reinwardus, Perewardus, Adalbero. — Tridentina marca 314. 316. vallis 6. Tridenti planicies 798. — Tridentinum concilium 149.

Trifiscus, Trifriscus, Terfiliscus mons 205. 498. 515.

S. Trinitatis monast. de Cava 190. 191. abb. 189—197.

Trinius 495.

Triveles 113.

Trobike, *Drübke*, *Drübeck* 90.

Troia, Troiani 30. 513. Troiana gens 219.

Troia in Italia 88. 125. 144. 178. 182. 184.

S. Trophimenis translatio 450.
Trosleium, *Troli* 369. 374. 377. 577.
Trotmanni, Thortmanni, Throtmanni, Trutmonia, *Dortmund* 6. 90. 442. 810. 846. 847.
Trutmanus solitarius 33n.
Tuchurini pagus 764.
Tudertina, *Todi* 92. 343
Tudo v. Tuto.
Tugumir dux Hevellorum 444.
Tulla, Tullum (T. Leuchorum 126.) 382n. episc. Drogo, Gauzlinus, Gerardus, Bruno. Tullenses clerici 162. Tullense territorium 42.
Tullius v. Cicero.
Tulpiacum, Zulpiacum, *Zülpich* 32. 375.
Tungdali visio 120.
Tungri 576. 580. v. Leodium.
Tuni abbas 842. 871.
Turacsum 208.
Turarium urbs. Graeciae 193.
Turci, Dorici 148; i. e. Ungarii 288. 289. 293.
Turcicum, *Tursi* 361.
Turegum, *Zürch* 144. 148.
Turingia v. Thuringia.
Turingus abb. Monast. 154. 155.
Turmodus, Nortmannus 390. 595.
Turonis, Turonum, Turonica, *Tours* 40. 140. 169. 379. 383. 389. 392. 573. 574. 579. 610. 651. 657. archiep. Wicterbus, Audegarius, Rotbertus, Theotilo, Erchenbaldus.
Turricule castellum 184.
Tuscia; Tusci, Tuscani 4. 224. 232. 249. 284. 290. 295. 306. 313. 314. 318. 342. 343. 475. 509. 553. 699. 700. 703. 704. 706—708. 711. 712. 714. 718. 719. 722. 807. Pisa caput provinciae 306. marchiones Guido (509), Adelbertus, Wido, Lambertus, Boso, Hubertus, Hugo.
Tusciacum, *Tulley* 385.
Tuscianus fl. 508. Tuscianenses 528. Tuscianus vicus, *Battipalla* 528n. 20.
Tuto v. Dudo, Liudulfus.
Tudo episc. Havelberg. 750.
Tudo episc. Ratisbon. 119.
Tutus Limeni, homo simplex 503.
Tyberinus rex 698.
Tyberis fl. v. Tiberis.

U.

Ubalet (*Walid*) protosimbolum Arabum 187.
Ucri, Uchri, Wucronin 54. 55. 450. 457. 461.
Uda, Uoda, Uota.
Uoda, filia Willihelmi Thuring., uxor Dedi 99.
Uota abbat. Kaufung. 100.
Udalricus, Uodalricus, Oudalricus; cf. Odelricus.
Udalricus, abb. S. Galli, patr. Aquileg. 131.
Udalricus, Oderisius, archiep. Benev. 179—181.
Udalricus episc. August. 63. 104. 118. 124. 395. 603. 746. 761. S. Othelrici vita 737.
Udalricus, Othelricus, episc. Curiensis 794.
Udalricus episc. Curiensis 133. 134.
Udalricus episc. Eichsted. 107. 128.
Udalricus episc. Patav. 134.
Udalricus abb. S. Galli 143.
Udalricus II. abb. S. Galli v. patr. Aquileg.
Udalricus abb. Heremi 148.
Uotricus abb. Heremi 149.
S. Udalrici et Afrae eccl. et monast. August. 99. 127—129. 782. S. Othelrici oratorium 782.
Udo, Uodo, Uto, Uoto, Oudo; cf. Odo.
Udo dux 65. 143. 765. uxor 797. fil. Herimannus dux Alam.
Udo marchio Saxon. 107.
Udo comes 48. 49.
Udo (Uddo, Hutó), fil. Gebehardi, comes Franc. 56. 141. 315. 321. 325. 393. 440. 446. 754. uxor 393. filius Gebehardus.
Udo, fil. Heinrici (Stad.), comes 5. 69n. 72. 90. 770. (773). 774.
Udo comes (de Cathelenburg) 791.
Udo comes 852. filii ibid.
Udo comes 871.
Uodo comes 103.
Udo, fil. Ottonis com. de Hammerstein 99.
Uodo archiep. Trever. 105. (108).
Udo episc. Hildesheim. 7. 8. 105. 106. 108. 111. 113.
Udo. 78.
Uffico miles 786.
Uffo civis Magdeburg. 742. uxor Gelsusa.
Ugio miles 786.
Ugo v. Hugo.
Ulma 125.
Ultraromanae partes 125. 126.
Umber 482.
Umbria prope Constantinop. 354. 357.
Ungaricus mons 798.
Ungarii, Ungri, Hungarii, Hungri 62. 63. 70. 103. 120. 121. 125. 126. 143. 276. 277. 341. 805. 862. 867 871. expeditiones s. IX. et X. in Germaniam et Galliam factae 4. 50—54. 58. 59. 118. 119. 140—142. 145. 155. 157. 219. 274. 276. 279. 280. 284. 286. 288. 292. 293. 368. 373. 374. 376. 377. 381. 383. 384. 400. 402. 403. 417. 425. 426. 431. 432. 434—436. 439. 442. 447. 450. 455—460. 467n. 589. 752—754. in Italiam 174. 206. 209. 286. 287. 290. 291. 296. 299 301. 303 304. 327. 332. 336. 368. 370. 373. 381. 383. 400. 402. 714. in Graeciam 357. — Ungaria 6. 7. 97. 128. 134. 148. 215. 292. 357. 784. cf. Pannonia. — duces Chussal, Dursac, Bugat, Salardus, Taxis. — regnum 104. reges 112. 129. (Waic), Iulus, Stephanus, Petrus, (Ovo), Andreas, Bel, Salemo, Ladizlaus.
Ungerus v Vungerus.
Unhroch, Hunroch, dux Foroiul. 235. 237.
Unna provincia 81n.
Unni archiep. Hamburg. 4. 141.
Unstrode, Unstrot, Unstrhut, Unstred fl. 32. 38. 72. 105. 114. 421. 749.
Unwanus archiep. Hamburg. 81. 96. 97. 832.
Upplun 851. 852.
Uppusun praedium, *Obhausen* 809. 816.
Urbanus II. papa 107. 132. 135. 54. 158. 168. 132. 183. 190.
Urbanus III. papa 148. 159. 162. 193.
Urbanus IV. papa 194.
Urolfus abb. Monast. 153.
Ursileus patricius Graec. 206.
Ursio miles Rem eccl. 403.
Urso 342.
Ursus, fil. Aionis, princ. Benev. 174. 188. 201. 202. 212. 471. 512.
Ursus, fil. Radelgisi 247.
Ursus, gener Siconis, Benevent. 496 497.
Ursus, Urso, comes Amalfit. 513 (plures).
Ursus comes Cumsinus 507.
Ursus episc. Benev. 173.
Ursus episc. Paduan. 69.
Ursus presbiter 228.
Ursus, fil. Iohannis, cognomento Mancus, scriba 546. 547.
Ustiure (Walmerstidi) 820.
Ustriciano curtis 703.
Utmagnus, Atmanus (*Othman*), dux Sarracen. in Ital. 253. 533.

V. cf. B. F. W.

Vadipert, nepos Landulfi IV. 209.
Valanes v. Gualanes.
Valentia, Valentina, *Valenciennes* 79. 813.
Valentiniani imper. decreta 348.
Valentinus papa 118. 154. 171.
Valentinus episc. Prag. 121.
S. Valentini eccl. in fundo Bassanu 705.
S. Valentini eccl. in fundo Casule 716.
S. Valentini eccl. in Comicle 698.
Valerius archiep. Ravenn. 703.
Valeshusun, *Walhausen* 749.
Valun i. e. Ostfalun 4.
Varin v. Wirinus.
Vasintellus, *Basintello* 549.
S. Vedasti abbatia 574. 670.
Vedu pagus 764.
Vegetii Renati liber rei militaris 321.
Veletrinus episc. Leo.
Venafrum v Benafrum.
Venetia, Benetia; Venetici 114. 232. 337. 338. 357. 359. 702. 709. 710. 721. Veneticorum navis 350. Venetorum naves pigmentis refertae 860.
Veneris adiutorium advocatum 343. 344.
Venusia 208. 252. Venosiana pagus 235.
Venusta vallis, *Vinschgau* 334.
Vercellae, Vercellensis civitas 837. 844. episc. 101. 373. Leo.
Verden v. Fardunum.
Verendus abb. Heremi 145.
Vernaldus, Benev. 547.
Vernavola fl. 281.
Veromandensis pagus 377. 382. 390. 392 402. 583. 597 635. comes Heribertus etc.
Verona (Berne 31. Berna 766. 782?) 31. 64. 101. 113. 114. 133. 140. 144. 162. 194. 218. 232. 238. 281. 283. 284. 287. 290. 295. 299. 300. 303. 312. 314. 316. 317. 334. 335. 766. 798. 806. 873. episc. 92. 553n. Egino, Hilduinus, Ratherius, Milo. — Veronensis marcha 91. Veronenses campi 290. campania Veronensis 798. planicies 805 — comes Veronensium Otto dux 797.
Veronicé 700.

Vertigernus rex Brittonum 31.
Vesiolocus 164.
Vesontium, Bisuntium, *Besançon* 154. 609.
Vesuvius, Besubius, mons 189. 192. 256. 538.
Veteri, Veterrina, *Vietri* 244. 485. 502. 511.
Vethenici v. Wethenici.
Via lata, regio 707. 718n.
Victor II. papa 70. 104. 126. (127). 158. 180. 189.
Victor III. papa (132). 158. 182. 190.
Victor IV. papa 147. 154. 158.
Victor, Capuanus 136.
S. Victoris transl. 161.
S. Victoris eccl. Laudun. 397. 606.
S. Victoris eccl. in curte Priscani 705.
Victoriacum, *Vitry* 378. 379. 401.
Victorini rhethoris translatio Porphirii 617.
Vicus Albus 228.
Vidula, Vitula fl., *la Vêle* 370. 390. 400. 585.
Vienna, Bienna 196. 379. 381. 388. 706. Viennensis provincia 378. Hugo de Vienna (rex Ital.) 373. Karlus Constantinus princeps 400. 609.
Vincentia, Vicentia 232. 237.
Vincentius canonicus S. Antonii 121.
S. Vincentii monast. Mett. 155. 157. 160. abb. 158—160.
S. Vincentii monast. in suburbio Paris. 166.
S. Vincentii monast. ad Vulturnum 227. 229. 243. 250. 255. 537. abb. Iacobus.
Vinciacum 138. Vinciacense bellum 150.
Vindenissa villa 388.
Vindenonensis conventus ord. fratr. minorum 165.
Vineola, *Vignola* 335.
Vipera 176.
Virdunum, Virdunenses 157. 158. 376. 394. 400. 602. 628-630. episc. 844. Dado, Hugo, Bernuinus, Berengarius, Wicfridus, Heimo, Theodericus. — Virdunenses clerici 162. — Verdunenses mercatores 338. claustrum negotiatorum Vird. 629. — Virdunensis pagus 386.
Vireyum castrum 159.
Virgilius (Maro) affertur 279. 283. 284. 289. 305. 306. 332. 334. 353. 355. 356. 357. 362. 617. 686. 747. 769. 772. 800. 808. facundia Maronis 466.
Virgilius scriptor 138. 145.
Viriliacum 382.
Virsedi pagus 42.
Visbeke, Visbike, *Fischbeck* 15. 840n. 860n.
Viscardus v. Rothertus.
Vitalianus papa 153.
Vitalis comes Amalf. 513.
S. Viti vita 431. reliquiae 3. 7. 17. 417. 432. 451.
S. Viti eccl. Corbei. 7. 18. altare 740n.
S. Viti monast. in Heslinge 746.
S. Viti monast. Prag. 119. 120.
S. Viti castellum (Isernia) 226.
S. Vitoni eccl. Virdun. 373n. 382n.
Vitriacum, *Vitry* 388.
Vitruvius affertur 620.
Vizzans rex, a quo Vizantia (Byzantia) nominata 512.
Vlachernae Constant. 310.
Vodeneswege, *Gutenswegen* 750.
Volcawardus 103.
Volcmarus, Wolcmerus cf. Folcmarus.
Volcmerus episc. Brandenburg. 764.
Volcmarus abb. Fuld. et Lauresham. (*l.* Poppo) 863.
Volomer 84.
Volcmarus 110.
Volcwinus, Wolcwinus, Sualenburgensis 8. 9. 15.
Volsci 290.
Volterra 223.
Vongerestorf v. Wongerestorp.
Vonzinsis pagus, *Vouzy* 369. 376.
Vorhheim, Phorcheim 105. 129.
Vorolasum i. e. amphitheatrum Capuan. 208.
Vosagus 220. 221.
Vulda v. Fulda.
Vulf. cf. Wulf.
Vulfaldus abb. S. Benedicti, episc. Carnot. 406.
Vulfharius capellanus 775.
Vulferemus miles 774.
Vulferam miles 806.
Vulfericus missus 223.
Vulgari, Bulgarii 62. 63. 140. 187. 236. 273. 276. 277. 290. 308. 309. 311. 351. 482. 488. 523. 753. Vulgaria 187. Burguria 159. rex 236. Asparuch; — Simeon, Petrus.
Vullerd miles 838.
Vuloini 464.
Vulturnus fl. 237. 477. 484. 515.
Vunger, Unger, episc. Posnan. 81. 781. 825.
Vurcin, *Wurzen* 764. 844. 853. 857.
Vurta fl. *Warthe* 753.

W. cf. V.

Waari, Wari 463. 862.
Wacho rex Langob. 217.
Wagio miles Bolizlavi 769.
Waic rex Ungariae 784.
Waiferius, Waimarius v. Guai.
Walachri, Walecorn, *Walchern* 83. 814.
Walagio abb. Monast. 153.
Walbeki v. Wallibiki.
Waldbertus cf. Gualpertus.
Waldpertus archiep. Mediolan. 340. 342.
Waltbertus abb. Corb. antiq., episc. Noviom. 380. 384. 586.
Waldebertus abb. Luxov. 220.
Walpertus iudex Papien. 302. 311. 312. 319. uxor Cristina, filia Roza.
Waldo episc. Cumensis 335. 340.
Waldo abb. Swarzah. 48.
Waldo abb. Fuld. 48. 49. falso nominatur.
Waldo 64. 65. 761.
Waldrada, uxor Bonefatii march. 300.
Waldricus episc. Autisioder. 381.
Waldricus, Francus 421.
Walecorn v. Walachri.
Walh, Val, abb. Corb. 5. 840.
Walh 122. 123n.
Walkerus, Trever., capell. 831.
Wallibiki, Walbiki, Walbeki, Wallibizi, Walbizi, (Rivus silvaticus 818), *Walbeck* 74. 83. 84. 86. 113. 769. 772. 779. 818. 823. 831. 839. 844. praepositi Willigisus, Reginbertus post episc., Thiedricus, Thietmarus post episc., Willigisus.
Wallislevu, *Walsleben* 433. 737.
Walmerstidi (Ustiure), *Wolmirstedt* 820. 830.
Walo episc. Mett. 157. cf. Guala.
Walo, Wala, Wallo, fil. Bernhardi, abb. Corb. 214.
Walo, nepos Raginardi 373. 381. 382. 384. 388. 588.
S. Walpurgis reliquiae 376.
Waltfredus abbas 139.
Walthardus, Walterdus, qui et Dodieo vocabatur, fil. Erp, praepositus, post archiep. Magdeburg. 81. 94. 762. 781. 785. 786. 802—804. 815. 819. 822—829. 854.
Waltari rex Langob. 217.
Walterus, Gualterus, episc. Augustudun. 644. 646. 647. 658. 659. 663. 665. 685.
Waltherus episc. Spir. 70.
Gualterius, pater Guidonis episc. Suession. 687.
Gualterius, fil. Gualterii sup. 678.
Walterius praef. Victuriaco 401.
Waltherus de Glisberg 100.
Walteri Pulverel 856
Waltolf episc. Paduanus 127. 128.
Wandali, Guandali 127. 139. 490. 522. 697.
Wandalmerus abb. Masciac. 169.
Wandelmoda, concubina Hugonis regis 306.
Wandelpert, Guandelpert, gastald. Bovian. 229. 250.
Wangio v. Wormacia.
Wantia, uxor Grimoaldi princ. Benev. 243.
Warimbertus abbas Flaviniac. 151.
Warinus comes 152.
Varin, Wirinus 56. 750. cf. Werinus.
Warinus archiep. Colon. 759. 767.
Warinus abb. Corbei. 3. 451. 840n.
Warinus abb. Heremi 147. 148.
Warinus abb. S. Vincentii Mett. 159. 160.
Warmannus, Warmundus, episc. Constant. 99. 125.
Warmund 103.
Warnerius v. Werinherus, Guarnerius.
Warnerius comes 374. 379. 583. fil. Ricardus.
Wascones (Wascani), Wasconia (Squasconia) 34. 36. 139. 150. 171. 429. 634. 705. 710.
Wehmare v. Wimeri.
Weidehaburc 36.
Welereslevo, *Walleraleben* 813.
Welf, Welph, (Ubelbus 711), pater Iudithae 42. 43.
Welf comes 125.
Welf dux Karent. 70. 104.
Welf (Welfhardus 146), dux Baioar. 128—130. 132. 135. filius 133. 134.
Welpesholt, Welpeshulte 8. 113.
Weluth infans 5.
Wenceslaus, Ventislavus, dux Boem. 119. (432. 438). 744.
Wencezlaus dux Boem. 121.
Wendilgerd praeposita Hesling. 756.
Wenedi 400.

Weneinici v. Wethenici.

Werinharius, Wirinharius, Werinherus, Wernherus; cf. Warnerius.

Wirinharius, Werinzo, fil. Liutharii, marchio 80. 779. 780. 820. 821. 831. 832. 838. 839. uxor Liudgardis.

Wirinharius comes 779n. fil. Godila.

Wirinharius comes (Loth.) 851.

Werinherus comes 110.

Werinherus archiep. Magdeb. (129).

Werinherus, Wezil, Wezelinus, archiep. Mogunt. 105. 106. 131. 133.

Werinharius episc. August. destin. 133.

Werinharius, Wernherus, Wicelinus, episc. Strazburg. 97. 125. 794. 797.

Werinharius, Wernherus, abb. Fuld. 62. 63. 65. 117n. 118.

Werinherus abb. Heremi 147.

Wernherus II. abb. Heremi 147—149.

Wernerus de Bazeles, abb. Mosom. 165.

Werinus 103.

Werlaon, Werlu 81. 94. 431. 465. 768. 782. 791. 792. 832.

Werle, *Werl* 8.

Werricus abb. Mosom. 164.

Westfali 38. 73. 424. Westphalia 113.

Wethenici, Vethenici, Weneinici 793. 822. 843.

Wettinus monachus Augien. 139.

Wi 838.

Wibelinus miles Karoli M. 709.

Wicardus abb. S. Germani 167.

Wicbertus, Wigbertus (Guibbertus) archiep. Ravenn., papa Clemens 110. 128. 130—132. 135. 146. 182. (198).

Wicbertus episc. Hildeshem. 50.

Wigbertus episc. Merseburg. 80. 802. 804. 805. 809. 810. 816. 858.

Wicbertus comes 8. 111. 113.

Wikbertus miles, antesignanus 327—329.

Wipertus 385.

S. Wigbertus 35. 153.

S. Wicberti monast. prope Quedlinb. 75.

S. Wigberti eccl. Hersveld. 44—47.

Wicboldus abb. Stabul. et Corbei. 1. 10—18.

Wicenburg v. Wizenburg.

Wicfridus, Wigfridus, archiep. Colon. 141. 395. 402. 438. 603. 743. 750.

Wicfredus, Wifredus, episc. Morin. (Tarvan.) 382. 397. 398. 606.

Wicfredus, Wifredus, Wigfridus, episc. Virdun. 406. 613. 779.

Wichardus episc. Basil. 395. 603.

Wichmannus, Wigmannus, frater Herimanni ducis, comes 56. 439. 440. 754.

Wichmannus, fil. sup., comes 449. 450. 455. 459—464. 745 747.

Wigmannus comes occident. Saxon. 84. 95. 839. 851. 853. 863. fil. 851.

Wicterbus archiep. Turon. et abb. S. Martini 170.

Widelo episc. Minden. 108.

Wideradus abb. Fuld. 6. 117n.

Widgerus archiep. Ravenn. 126. cf. Wiggerus.

Witgerus, Witgericus, Widricus, episc. Mett. 141. 157. 372. 373. 377.

Wido, Guido (Quido).

Wido I. senior, dux et marchio Spolet. (Tuscis praerat 509) 228. 247. 249. 258. 509—511. 539. 713. fil. Wido, Lambertus.

Wido, fil. Widonis I, dux et marchio Spolet. II, post imperator 140. 215. 218. 253. 258. (259). 260. 263. 264. 274. 276. 280—284. 471. 534. 539. 542. 545. (Salern. scriptor Widonem II. et III. eosdem habet). 713. 872. 873. uxor 283. Ageltruda; fil. Lambertus, Wido.

Wido III, fil. Widonis II, dux et marchio Spolet. 174. 188. 201. 203. 204. 544.

Wido comes 228. (fortasse idem qui dux Spoleti).

Wido, filius Berengarii II. regis 43.

Wido, germanus Guaimarii II. Salern. 550.

Wido, filius Adelberti, marchio Tusc. 287. 298. 302. 306. 312. 313. 378. uxor Marotia.

Wido, fil. Iohannis II, princ. Salern. 211.

Wido, fil. Guaimarii IV, princ. Salern 211.

Guido comes, consobrinus Brunonis episc. Lingon. 661.

Guido comes Namurc. 165.

Wido comes, filius Agnetis 407.

Wido, Thuringus 434.

Guido archiep. Mediolan. 126.

Wido archiep. Rem. 161.

Guido archiep. Rem. 163.

Wido archiep. Vienn., papa Calistus II. (114).

Wido episc. Autisioder. 381. 399. 405. 608.

Wido episc. Curien. 134.

Wido episc. Mutin. 319. 335. 344.

Wido episc. Papien. 694.

Wido episc. Placent. 299.

Wido episc. Silvae Candidae 342.

Wido, fil. Fulconis com., episc. Suession. 385. 387. 392. 396—398. 406. 592. 598. 602. 606. 613.

Wido, fil. Guafterii, episc. Suession. 643. 646. 647. 658. 659. 663. 664. 677. 678. 685.

Guido cardin., papa Celestinus II. 192.

Widredus miles 843.

Widukindus, Witichindus, dux Saxonum (rex 737) 38. 139. 215. 431. 737.

Widukindus, Widichint, frater Theoderici 215. 431.

Witichinus, Germanus 570. fil. Rotbertus

Widikindus miles 792.

Widukindus Corbei. monach. 408 sqq. 416.

Wieglesdor porta in finibus Danorum 760.

Wigbertus, Wigmannus v. Wic.

Wiggerus, Wikkier, Vidzierus, episc. Verdensis 82. 98. 846.

Wiggerus, presb. Hildeshem. 97.

Wiggerus presb. et praep. 98.

Wigo episc. Brandenb. 805. 816. 824. 826. 853. 855.

Wigoldus episc. Augustan. 129—131. 133.

Wildigrat abbatissa Gandeshem. 54.

Wilinaburg, Viliniburch, *Weilburg* 429. 736.

Willa, uxor Bosonis march. 315. 317—319.

Willa, fil Bosonis march., uxor Berengarii II. 60. 61. 303. 317. 318. 327. 330. 336. 340. (554). 747.

Willaricus episc. Bremen. 3.

Willerbizi fil. *Wildbach* 749. 821.

Willigisus, Willegisus, archiep. Mogunt. 5. 62. 68. 69. 78. 80. 92. 93. 118. 124. 144. 694. 759. 767—769. 773. 793. 796. 800. 802. 803. 814. 815.

Willigisus praepositus Walbek. 818. 819.

Willigisus, filius Sigifridi, praepos. Walbek. 820.

Willihelmus, Willehelmus, Wilhelmus, Willelmus, Wilielmus, Wilelmus, Guillelmus, Guilielmus, Gulielmus, Guillermus etc.

Willehelm (Guidelmus; basthard), rex Angl. 6. 71. 166. 180.

Guilielmus I. rex Siciliae 192. 210. (princ. Capuae).

Guilielmus II. rex Siciliae 192. 193.

Guilelmus dux Aquitan. 169.

Willelmus dux Aquitan. 169. 170. 371. 373. 374. 376. 377. 583. frater 376.

Willelmus comes Pictav., dux Aquitan. 387. 389. 400. 403. 593. 609. 610.

Willehelmus dux Tolosanus 139.

Willelmus dux Nortmann. 381. 385. 386. 388—390. 590. 591. 593—596. fil. Richardus.

Wilelmus, nepos Rotberti regis 657.

Wilielmus, fil. Rogerii, dux Apuliae 185. 191.

Wilielmus, fil. Tancredi regis 193.

Willehalm marchio 104.

Wilhelmus comes 449. 453.

Willehelmus comes (Wimar.) 748 769. 792. 794. frater Poppo.

Willehelmus, fil. sup., comes (Thuringorum praetor 99) 99. (792). 838. 844. 852. uxor Uoda.

Willehelmus comes 100.

Willelmus comes 171.

Willehelmus comes 109.

Willehelmus comes Pictav. 845. 846.

Willihelmus comes Pictav. 6. 104. fil. Agnes.

Wilelmus Arelatensis 627.

Willehelm 140.

Willehalmus, Noricus 127.

Guillelmus archiep. Ausciensis 171.

Willihelmus, fil. Ottonis I, archiep. Mogunt. 5. 58. 59. 62. 63. 118. 141. 450. 465. 749. 754. 755.

Willermus I. archiep. Rem. 163.

Guillilmus II. archiep. Rem. 163.

Guillilmus III. archiep. Rem. 165.

Willihelmus episc. Strazburg. 70. 97. 125n.

Guillermus episc. Mett. 160.

Willelmus abb. S. Germani 168.

Willelmus abb. S. Vincentii Mett. 159.

Guillielmus Mosom. 165.

Willo, Saxo 771.

Wilmundus presbiter 3.

Wilti, Wilzi, Vulzi 39 433. 737. 773. cf. Wlotabi.

Wilzenbroch (Wirzburch??) 11. 12.

Wimadi pagus 41.

Wimeri, Wehmare, *Weimar* 63. 769. 792.

Wimilaburh, *Wimmelburg* 101.

Winathusen 75.

de Winceburch, comes Hermannus.

Wineheim, *Weinheim* 11. 12.

Winemarus miles 574. 575.

Wiomarcus rex Britton. 42—45.
Wippera fl. 821.
Wirbeni, Wiribeni, *Werben* 98—100. 813. 816. 868.
Wirciburg, Wirzeburg, Werziburg etc. (Wirkciburc 132. Werzenburg 11), Herbipolis 11. 35. 46. 72. 95. 105. 106. 108. 109. 114. 132. 735. 841. 860. episc. Burchardus, Arn, Rudolfus, Thiodo, Burchardus, Poppo, Hugo, Bernwardus (Bernhardus), Heinricus (Heribrach?), Meginwardus, Bruno, Adalbero, Meginhardus, Emehardus, Erlolfus, Ruopertus.
Wirdunum, Wirthunu, *Werden* 787. 854. abb. Redbald, Hethenricus, Bardo, Geroldus.
Wirinharius v. Werinh.
Wirinus v. Warinus.
Wisara, Wesera fl. 85. 840n. 860n.
Wiso miles 829.
Wissegrodi 808.
Wissepuig, *Wiesenburg* 764.
Witegowo abb. Augien. 143.
Withardus custos Rem. 404.
Witichindus, Witichinus v. Widukindus.
Witonis ministerium 223.
Witto archiep. Rodomen. 578.
Wizenburg, Wicenburg, (Leucopolis), *Weissenburg* 19. 29. 70. 153. abb. Sandraldus, Gisilharius etc. 70 sqq.
Wladizlaus I. dux Boem. 120.
Wladizlaus II. rex Boem. 120. 121.
Wlodemirus rex Rusc. 784. (857). 859. uxor Helena; filii 784. 859. Iarizlavus, Zentepulcus; filiae 871.
Wlodoweius (filius Misaconis? 784n) dux Boem. 797. 799.
Wlotabi 72. 73. cf. Wilti.
Woitechus, Woytechus v. Adalbertus episc. Prag.
Wolcmerus v. Folcmarus, Volcmarus.
Wolcoldus episc. Misn. 764. 769.
Wolcwinus v. Volcwinus.
Wolf. cf. Vulf.
Wolfchisus abb. Monast. 153.
Wolfgangus, Wolfkangus, Vulfgangus, episc. Radisbon. 90. 143—145. 790. 803.
Wolfhardus sacerdos 17.
Vulfharius, Vulferi, episc. Mind. 3. 50.
Wolfherus 103.
Wolferus 103 (duo).
Wolframnus abb. Altah. 96.
Wolveradus 99.
Wonclarea, *Wunzleben* 866.
Wongerestorp, Vongerestorf, *Wunstorf* 80. 102. abbat. Maerksuit, Alberad.
Wonleph presb., heremita 81. 832.
Wormatia (Wangio 110. Vangionum civitas 696) 8. 12. 35n. 39. 48. 71. 72. 105. 110. 113. 122. 140. 141. 147. 456. 459. 696. 707. 746. 793. 804. episc. Richoo, Anno, Hildeboldus, Franco, Burchardus, Adalbero, Adalbertus, Thietmarus.
Woytech v. Adelbertus episc. Prag.
Wratizlaus dux Boem. 119.
Wratizlaus dux Boem. 120.
Wrotizlava, Wortizlava, *Breslau* 856. episc. Iohannes.
Wucronin, Wocronin v. Ucri.

X.

Xantum 443.

Y. cf. I.

Ydrontum, Idrontum, Odrontum 253. 360. 361. 491. 533.
Yppocratis Choi aphorismi 642. de concordia Galeni et Surani 643. logica 642.
Yppodromus 338.
Yrpinum v. Arpina.
Ysmael 178.
Ysscle insula, *Ischia* 196.
Yvantia, uxor Landulfi II. princ. Benev. 209.

Z.

Zabrena, *Zabern* 372. 373.
Zacharias papa 30. 35. 138. 153. 156. 199. 221. 471. 703. 704. 720.
Zacheus episc. Gentian. 341.
Zacho abb. Flavin. 151.
Zara pagus 815.
Zazawensis abb. Procopius.
Zebizlovo, frater Adelberti episc. Prag. 808.
Ziazo patricius 780. cf. Ciazo.
Zirwisti, *Zerbst* 815.
Zlomizi v. Glomaci.
Zobezlaus dux Boem. 120. cf. Sobeslaus.
Zoi, mater Constantini V. imp. Const. 188. 308.
Zolunta v. Heinricus.
Zotan dux Pannon. 122. 13b.
Zotto, dux Benev. 186. 200. 201. 211. 471.
Zotto, Benev. 555.
Zribenz, *Schrenz* 826.
Ztodorania v. Stoderania.
Zuarasici deus Sclavorum 812.
Zuarina, *Schwerin* 862.
Zucanistrium 333.
Zuencua, Suencus, *Zwenkau* 755. 758.
Zuendeboldus, Zentebaldus, Zundebold, Tundeboldus, filius Arnulfi, rex Lothar. 140. 214. 215. 274. 281.
Zuetepulcus, Centebaldus, Centepulchus (*Swatopluk*), dux Maravan. 276. 279. 280. 426. 835.
Zuetobold, Zuatopluk, dux Boem. 7. 120. cf. Suentepulcus.
Zentepulcus, fil. Wlodemiri, rex Rusc. (859). 870. uxor filia Bolizlavi 859.
Zuge civitas 149.
Zurbizi, Curbici, *Zörbig* 821. 844.
Zutibure 816.

GLOSSARIUM

auctore V. Cl. GEORGIO WAITZ Ph. D.*

abstridere 532
advocaria 164.
advocatia 17.
advocatio 223.
aeleri, bie eller, alnus 755.
aequistantes circuli i. e. paralleli 618.
aequivocus, eiusdem nominis, saepissime.
afroditus, venus, amor 298.
agaso, equitum curator 571. 607. 608.
agrifa (anagrifa), ἀναγλυφή 226.
aminiculator, adminiculator 342.
ammirada, admiraldus 525. 527.
amphibologia 314.
angaria 203. 371. 622. 623.
animatio, cupiditas 317.
antipatus, *antipatru*, *antipater*, ἀντ. ὕπατος, proconsul 175. 208.
antisticium 12. 101.
apocrisiarius, *apocrisarius*, nuntius, cancellarius.
apologeticum, responsum 324. 330. 336. 344. 349. 358. (Liudprandus).
arabona, arrhabo 348.
arcarius 342.
archiereus, ἀρχιερεύς, i. e. papa 297.
architos, ἄρχων? 523.
argalium, ἀργάλιον 338.

*) Quae scriptores in orthographiam peccarunt aut in verbis flectendis coniungendisve minus recte posuerunt non recepi, neque Graeca vocabula nisi singularia quaedam attuli.

argumentum (machina) *quo ignis proicitur* 331.
armiscara, id est sella ad dorsum, poenae genus 224.
asinare, asino vehi 360.
attitulare 866.
auca, anser 226. 775. 830.
auricularis digitus 601.
baccania, bacchania, furor 709.
baiulus 194. 253. 254. 533. 542. *baiulius* (?) 536.
balnea bibere 356. 362. *balneo se potare* 363.
bandus 705. I. 34.
bannum, *bannus* 1) praeceptum 94. 96 375. 806. 810. 2) interdictum 831. 845. 867. 3) iurisdictio: *b. apostolicae auctoritatis* 736. *episcopalis* 803. *in villa, banno seu territorio de Sessia* 165. 4) excommunicatio 108. 110. 111. 114. 129. 852; cf. 2).
barbanus, patruus 238.
barbarus, *barbaria* v. Index.
basileus, *βασιλεύς* 360. 521. 522. 524. 766.
batia, *bazia*, *vatia*, vas quoddam esse videtur, becken 226.
battalia, pugna 216.
bauca, *vauca*, vas 226.
belegori (slav.) *quod pulcher mons licitur* 822.
beleknegini (slav.) *id est pulchra domina* 862.
beneficium, lehn 736. 755. 787. 791. 792. 796. 797. 802. 814 etc. apud Thietm. *beneficiales principes* 10 *ordines* 721.
bicarium, becher 865.
blasimum (?) 245.
bolizlavus (slav.) *i. e. malor laus* 780.
boni homines 179.
brarium, *βραβεῖον*, praemium 14n. 786. 829. 863.
breve, *brebe*, epistola 717.
brolium, *briolium*, thiergarten 306. 355.
burgum, urbs, suburbium, ital. *borgo* 181. 284. 313. *burgenses*, *burienses* 161.
burgwardus, *burgwardum* 803. 821. 853. 867.
buxis 861. 865.
caballicare 306. *caballicata*, equitum turma 314.
cacocexia, *quod Latini malam corporis habitudinem dicunt* 386.
caianus 122. *chaganus* 523.
calciare oaam, hosen tragen? 470.
califus 208.
cameraria 777. *camerarius* saepius.
caminata, camera, domus 753. 775. 792. 793. 824. 825. 826. 827. 830.
camisia 834.
camorlingus, camerarius 716.
campestrati, *hoc est sub victoria habentes* 339.
cardinalatus 196.
carzimasium, eunuchus 335.
casalis 191. 716.
castellaria 164.
casula, *quam planetam dicunt* 346. cf. 819.
cathi, feles 531.
causon, *καυσων* 636.
cauuae (caveae?) 164.
cellerarius 777. *cellerarius* saepius apud Thietmarum.
cenodoxus, *κενοδοξος* 360. *kenodoxia*, *i. e. vana gloria* 334.
charaxare, scribere; *charaxator* scriptor esse videtur 365.
chelandium, *chelandia* (*naves quas chelandia patrio sermone Greci cognominant* 329). 331. 353. 354. 362. (Liudpr.). 527. *scelandria* 521. (Sal.) *salandria* 765. 766. (Thiet.).
cippatus, cippo (i. e. instrumentum quo reorum pedes constringuntur) vinctus 616.
circavicinus 218.
circumferentia 85.
clusae v. Index.
collectarium, liber collectarum 865.
comitare, *comitari*, comitis dignitatem tenere 208.
concusare, accusare 505. 517.
c dilus, *κόνδυλος* 278.
contectalis, uxor 91. 735. et saepius apud Thietm.
contribules, consanguinei 256. 263. 542.
convicanei 10.
coppa, vas, tufe 338.
coropalates, *coropalati*, *κουροπαλατης* (cura palatii) 188 (Michael), 347 sqq. (Leo).
crusinatus, crusina (i. e. pallio pellibus ornato) indutus 793.
cummarcani 251.
cuphia, capitis tegimen 451n. 2.
cura, curator, provisor 743. *cura palatii* v. coropalates.
curtis v. Index. *comis cortis*, praefectus praetorio 337. cf. 295. *κόμις κουρτης*.
da, de 235. 344.
daimon id est omnia sciens 741
dapsilitas, liberalitas 777.
datio, tributum 699.
debriatus, repletus, expers 289.
delaminare 131.
delongaris, praefectus classi 302. 354. cf. 308 (*δελογγαφης της πλοῶς*). 339.
demonium, dominium, demanium 801
diasostes, *διασώστης* 360. 363.
dietes, tagereife 11.
dinamidia 600. 643
dobrawa (slav.) *Theutonico* (?) *sermone bona interpretatur* 783.
dorsale 857.
ducellus 121.
ductoria dignitas 67.
ductrix 745. 769. (Thietm.).
duellum 274. 314. 320. 341. 348. 752. 768. 794. 870.
emathoica (*ἅιμα*) 632.
eparchos, *ἔπαρχος* 308.
erabamus, eramus, ital *eravamo* 531.
ergalium (cf. argalium), *ἐργαλεῖον* 339.
erisipilatum (*ἐρυσιπελας*) *corpus* 572. *papula erysipilata* 586.
exaquari, aquam emeti 600.
exequitare, ex equo deiicere 259.
exercitales viri 252. 474.
exercitaliter 255.
expiare, explorare, gall *espier*, ital. *spiare* 489. 498. 499. 500. 501. 512. (Chron. Sal.).
extus, exter, hostis, alienus 257.
fagida, faida, fehde 224.
famen, iussum 743. 753. 868. 870. (Thietm.).
fantasia, phantasma 866.
fasma, locutio 804.
fatigare se aliquo, ſich hin bemühen 350.
ferita, ictus, vulnus 530.
feudum, *feodum* 164. 165.
filiacio 334.
firma Dei, iuramentum 840.
flascones: vas quod vulgo flascones dicunt 499.
fodrum 798.
forestum 758. 867. *forestum* 15.
fortia, vis 232. 234. 235.
fossatum 474. *fossetum* 163.
framea 247.
frigdor, frigus, algor 601. 612.
friskinga 224.
fundatus, vasis aurei vel argentei species 226.
galea, galeere 195.
gastaldus, *castaldus*, *gastaldeus* saepissime in scriptoribus Langobard.
gastaldatus 202.
germanitas, fraternitas 100.
girare, vertere 297.
gladiatus, gladio perfossus 717. 719.
glycerius 297.
gradiebatur, placebat, ital. *gradisce* 506.
gradive (a Gradivo i. e. Marte) 581.
gualdu, wald 203. 705.
gunnato i. e. pellicea 359.
gutta, morbi genus, gall. *la goutte* 748.
hapicon, *ἁποικος* 507.
hastilidium 165.
heros quid significet 546.
hominium 165.
hostis, exercitus 223. *hostium* 553. *hostes*, copiae 521.
hyopa, *ὕωψ* 347.
iarimirus (slav.) *qui firma pax interpretatur* 808.
icona, *εικών* 721. *igona*...
imponima, impostura 518.
imposicio, anlage 739.
inalzare, exaltare, extollere 164.
inbreviare 224.
infantes, ſchorknaben 825.
inflatio, ohrenbläſerei 837.
ingenium, machina bellica 194.
inius, unrecht 17.
innumeri, pauci 759. I. 23.
institu, vinculum 296.
intransitivus, inaccessus 590.
investire 716. *investitura* 114.
irritare, irritum facere 831.
iterare, iter facere 783. 868.
iudiciaria lex 867.
iugalis, coniux 188. 204. 560 *iugis* 236.
iuncearum curatura 341.
iusiurare 558.
iuso, *de iusso*, deorsum, ital *giuso* 227. 259. 540.
kitonita, *κοιτωνίτης*, cubicularius 308. 337. 339. 362.
kliotedrum, sella plicatilis, armſeſſel 615.
lachana, herbae 334.
latialiter, latine 767. *latiariter* 625.
laudare, geloben 771. *in dominum laudatur* 799.
legatarius, legatus 11. 14. 234.
legatio, munus *legati* (433.) i. e. missi, comitis limitum 440. 744.
leuga 370. 613.
liburna 252. 533. 600.

licus (Lyaeus i. e. Bacchus), vinum 384.
ligius homo 165.
loethoeus, *loetheus*, lethaeus somnus 278. 301.
logotheta, λογοθέτης 308. 338. 339. 347. logotheta τοῦ δρομου 350.
loxos, λόξος 618.
lumbare (cingulum circa lumbum), *venereum* 859.
lumbus seu *spina* lanceae 322. ea pars esse videtur, qua lancea manu tenetur.
lustrivagus 349.
machronosia, μακρονοσία 584.
mafortum, operimentum capitis 578n.
magarita, apostata, infidelis 226.
malesuasus, male suadens, apud Thietmarum saepius.
man, homo 331.
mana, anus 352.
mandator, officium aulae Constantin. 360.
mandrogerontes (*mandra*, monasterium), monachi vetuli 359.
manglavita μαγκλαβίτα 339.
manica, aedificii pars, flügel 827.
mansio (pensio?) 187n.
manus applicare 791. (*manibus applicatis miles effici* 833.), *complicare* 795. (*manibus complicatis se militem profiteri* 67. *m. c. servire* 816.), *dare* 420. *per manus accipere*.
marchensis, marchio 201. 204. *marchisis* 201. *marchius* 207. *marchya* 107.
marchionium 8.
marepahis, strator 227. *marepahissatus* 248.
medeburu (slav.) *i. e. mel prohibe* 755.
menstruatus 719.
mese i. e. media regionis 734.
migranea 748.
miles, vassallus 67. 286. 327. 336. 833.
ministeriales 10. 11. 17. 113. 147. *ministerialium cimiterium* 11.
missaticus, legatus 86.
mithio 702.
monitio, *munitio*, motio, expeditio 473. 490. 492. 508. (Chron. Salern.)
morgyncaph 702.
morigeratus, moratus 740.
morose, morate 815.
mundiburdium 756
museum, musivum 712.
mutatoria, vestimenta mutando destinata 778.
nord, aquilo 331.
nordmanni, aquilonares homines 331.
noscio, notio 17.
oblationarius 342.
obolaria mulier, meretrix 359.
oppidum, suburbium 422n. 19.
orchidia, testiculi 318.
osa paruca 470.
ostracum, ὄστρακον 517.
palliatus, pallio donatus 131.
palliger, archiepiscopus 92.
pallingus, fustis genus 354.
pantanum, palus, ital. *pantano* 177. 209.
paracimumenius, παρακοιμώμενος 188.
parakinumenus 308. 339. 350. 351.
paramentum, ornatus 238.
parathalassitis, παραθαλασσίτης 308.
paruca v. *osa*.
parvaredus, paraveredus, equus 612. 643.
patria, terra 303. 307. saepius.
patriarchium 713
pausanae, induciae 318.
pausare, sepultum iacere, saepius apud Thietmarum.
pavonarius, pavonum custos 298.
paximacium, panis nauticus 362.
pecuniata 255. i. 16.
peribolus, murus 583.
perivolia, περιβόλεια, i. e. briolia 385.
petia, gall. *pièce*, agri pars 716.
phylargiria, φιλαργυρία 318.
phylosophus, *filosofus*, scholasticus, magister scholarum, monachus doctus 306. 534. 833. *phylosophari* 333.
pictatio, pittacium, scheda 694.
porphyrogenitus quid sit 276. 309.
portare: *se delusum graviter portabat* 822.
possidere, obsidere 200. 224. 232. 236. 739. 745. 746. 747. 768. 769. 771. 800. 801. 809. 813. 815. 852.
postsequetaneus 101.
praecipua vox, vernehmlich? 308.
praecluis, *praecluus*, inclytus, saepius apud Thietmarum.
praedolati solidi 226.
praedux, dux 299. et saepius apud Liudprandum.
praefectus, *praeses*, *praetor* v. Index.
principissa, uxor principis 477. et saepius in chron. Salern.
prisio, carcer 166.
probare, probrare, probrum facere 508.
procedere 420n. 15.
proficere, proficisci 258n. s. 523. 532.
proficuus, utilis saepius. *proficuitas* 734. 751. 864.
proleni pelles 616.
proselitus, advena 244. 491.
protocaravus (κάραβος, navis), gubernator navis imperatoriae 339.
protoscriniarius 342.
protosimbolum, πρωτοσυμβουλος, princeps (chalifus) Sarracenorum 187. 523.
protospatharius 308. 339.
protovestiarius 350.
provocamen 859.
publicana epistola 358.
rapinatus, rapax 208.
rector, officium aulae Constant. 308. *rector domus* 339.
regirare 363.
regulus, serpens magnus 280.
reuma, ῥευμα 572. *reumatismus* ib.
rix, ῥηξ, rex 524. cf. 347.
romphea, lancea 301. 322.
ruris (rusticus) *populus* 228.
rypticus morbus 208.
sacellarius 342.
sagena, navis levis 527.
sahs, cultellus 419.
salandria v. *chelandium*.
sanguineus, consanguineus 544.
scabini 165.
scappo, vas 496.
scapto, vas 226.
scara, ſchar 252. 261. 533. 712.
scaramanga, vestis militaris 339.
scariones 263.
scelandria v. *chelandium*.
scifati, *scifati*, nummi aurei 191.
sculdais 179. 543. 547.
secretarius 750.
siclus, moneta, solidus an marca? 822.
simbola, convivium 283.
simbolum, vexillum 622.
sinaxis (σύναξις) *anni*, cursus anni 310.
singlerius, gall. *sanglier* 514.
sixtus i. e. xystus 436.
somarius, ſaumthier 766.
sparvarius, ſperber 479.
spataferius 777.
spatharius 308. 339.
spatharocandidatus 308. 339.
spermologus, verba spargens 357.
sperois, σφαίρωμα 318.
spina v. *lumbus*.
spora, ſporen 226.
squibala, dura egestio 627.
stapha, ital. *staffa* 544.
staphilum 511.
stoleseys, *storesayz*, quid sit 489.
stolus, στόλος, classis 525. 527. *stolium* 192. *storium* 193.
strada 237.
stratigos, *stratigo*, *stratico*, στρατηγός 174. 201. 259. 260. 317. 362. 527. 542. 549. 550.
stuba, ſtube 844.
stupifex, stupidus 208.
subpulmentarius 342.
subscalpere, titillare 861.
superista, ὑπερίστης, aedituus 342.
surica, pannus 226.
synantica, synanticus morbus, ital. *sinanza* 652.
tara, fascia? 225.
tecnae, τέχναι 640.
temetolentus, temulentus 284.
tempesta: *in tempesta* (*tempestate* 520. *noctis* (legitur etiam *in noctis tempesta* 597.) 246. 481. 504. 517. 543. 545. 548. 558. 597. 600.
tergiversatio, dolus 289. et saepius.
teristrum, pallium muliebre 307. *teristratus* 355. 356. 359.
themata, θέματα, provinciae 352. 355.
thenasmus 630.
thius, patruus, ital. *zio* 205. 208 209. 211.
tiarata, tiara ornata 355.
timoratus, Dei timidus, probus, saepius apud Thietmarum.
tractoria, plaustrum sine rotis 260. 541.
treuga 164. 391. 399. 401. 405. *treuga Dei* 184.
turmacha, τουρμάρχης 203.
ukrivolsa (slav.) 755.
uncus, *quem nostrates aratrum vocitant*, 8 pflug lanbeg.
uniogulus 767.
urbicus, civis 8.
varium indumentum, ital. *vaio* 485.
vasaus, *bassus* 224. 259. 540. 706. *vassallus*, *bassallus* 224. 379. *basaticum* 706. *bassallitium* 716.
vatia, *vauca* v. *batia*, *bauca*.

veniae, inclinationes poenitentium 805.
versio: *vinae turbulentus qui dicitur versio* 237.
vertibilis equus 281.
vestararius 192. 193. *vestarius* 558.
vestibus (?) *repleta terra* 257n. 538n.
vestitura 103.
vicedominus 654. 665.
videntes, prophetae 316.
villaris, villa, writer 164.
volipes, velox 291. 297.
werra 8.
widrigild 223.
wlodemirus (slav.) *potestas pacis interpretatur* 859.
wlodoweius (slav.) *potestas exercitus interpretatur* 797.
ypostasis, *ὑπόστασις*, substantia, res, vermögen 311.
zabulus, diabolus 759.
zelus i. e. scelus 800. 810. l. 28. (ubi *zelus* pro *zelum* legendum).
zetarius, cubicularius 225.
zetula, cognaculum 255.
zoe, ζωή 618.

CORRIGENDA.

p. 8. l. 35. *l.*: devastavit. — p. 19. l. 7. *l*: „cum *et*: Romano." — p. 22. l. 16. *l.*: creaturam. — p. 22. l. 41. *l.*: florere. — p. 46. l. 47. 48. „*Hunc locum*" *usque* „*pag.* 3" *pertinent ad notam* b. — p. 73. n. m. *l.*: Berenwardus. — p. 80. l. 13. *legendumne*: Defecit? — p. 84. l. 55. *l.*: praepositus. — p. 112. l. 36. *l.*: Lateranenses. — p. 114. l. 11. *l.*: Erkembertus. — p. 132. l. 6. *l.*: Frisingam civitatem. — p. 153 l. 47. *l.*: successit. — p. 161. *Anno* 985. *adscripta ita emendanda esse videntur*: Anno 996. Obiit Hugo rex Francie. Robertus rex ei successit. — p. 200. l. 55. *l.*: sedit. — p. 201. l. 40. *l.*: Benevento. — p. 209. l. 2. *l.*: devocionem. — p. 210. l. 35. *l.*: s. — p. 215. l. 43. *l.*: Heinrico. — p. 219. l. 25. *l.*: (XII.) — p. 219. l. 40. *l.*: Lotharius filius eius ann. 33. Ludovicus filius eius ann. 2. — p. 226. l. 22. *l.*: Siquidem. — p. 243. l. 44. *l.*: parvipendens. — p. 246. l. 47. *l.*: in tempesta. — p. 258. l. 48. *l.*: proficiens; *cf. pag.* 523. *n.* c. 532. l. 21. — p. 264. l. 38. *l.*: III, 3. *et* l. 39.: III, 5. — p. 289. l. 46. *l.*: assumitur. — p. 303. l. 16. *l.*: BIBAOC Γ. — p. 317. l. 1. *pro*: ? *l.*: — p. 324. l. 56. *l.*: Altbreysach, cf. SS. I. 618. — p. 333. l. 9. *l.*: vicinam. — p. 371. l. 56. *l.*: R. Ricard — p. 380. n. w. *l.*: electis 2. v. e. *desunt* 1. — p. 388. l. 28. *l.*: Nigro. — p. 393. l. 41. *l.*: archiepiscopus. — p. 419. n. 9 et 11. *l.*: I, 15. — p. 423. l. 26. *l.*: utcumque. — p. 432. l. 13. *l.*: *ab* omnibus. — p. 442. n. 37. *l.*: Halberstadensem. — p. 448. l. 37. *l.*: Karlomannum. — p. 465. l. 25. *l.*: 73. *ibid.* l. 34. *l.*: 74. — p. 466. l. 8. *l.*: 75. Igitur. — p. 468. n. 16. *pro* accinti (*quod recepimus*) *pone* scitus; *postea ante* extote *adde* extimare. — p. 469. n. e. *l.*: scandare. — p. 477. l. 9. *l.*: doliter, *quod infra* 556. *l.* 41. *et* 559. *l.* 32. *bis occurrit*. — p. 479. l. 51.: ac, 507. l. 42.: aut, 543. l. 15.: ausisset *scribendum*. — p. 491. l. 18. *l.*: in. — p. 497. l. 41. *l.*: exercitu constrinxisset. Tunc; *cf. supra* c. 5. — p. 498. l. 12. *l.*: subditos. — p. 499. l. 22. moeniam *recipiendum*. — p. 519. l. 7. *corrige ut alibi*: hinc inde. — p. 521. l. 1. *dele*: quot ex. — p. 530. l. 23. *l.*: pene (*i. e.* penes) *cf. p.* 555. l. 35. — p. 532. l. 47. *in marg. l.*: Erch. — p. 575. n. 20. *l.*: Erlebaldum. — p. 580. l. 46. *l.*: municipia; l. 61. *l.*: pro. — p. 597. l. 38. *l.*: audiendae. — p. 617. l. 30. *in marg. l.*: servaverit. — p. 618. l. 44. *l.*: labor. — p. 644. l. 30. *marginalis pertinet ad* c. 54° *et l. ultima legendum*: iuditio *ferendo*. — p. 648. l. 4. *l.*: responderunt. — p. 707. l. 44. *l.*: monasterii. — p. 709. l. 45. *l.*: summittitque. — p. 717. l. 28. *pro*: b *l.*: c. — p 720. l. 62. *l.*: ed. — p. 723. l. 20. *l.*: abavos. — p. 739. n. f. *dele*: 1b. sive. — p. 745. l. 27. *l.*: Iuthitam. — p. 758. l. 53. *l.*: Nov 19. — p. 762. l. 48. *l.*: Prefatus. — p. 782. l. 11. *l.*: celabant. — p. 814. l. 2 *l.*: per manus.

ADDENDA.

p. 20, 21. *Annales Hildesheimenses etiam Annalistae Saxoni et auctori vitae Meinwerci ad manus fuerunt; Lambertus anno* 994. *annales Eremi et a.* 1028. *vitam Godehardi excripsisse videtur.* — p. 42. *Ann. Hildesh. etiam a.* 815. *et* 816. *ex Ann. Laur. min. descriptos esse, Vol. I. monuimus.* — p. 105. l. 32. *codex legit* Srowi. — p. 116*. l. 24.: haracliae *aut* haradiae *corruptum est ex* hora diei; *cf. Bedae chronicon.* — p. 184. l. 32. Landulfus *intelligendus videtur.* — p. 198. *init. Haec maximam partem ex Beda sumpta sunt.* — p. 208. l. 32. *pro* filium *intelligatur* fratrem, l. 34. *pro* Landulph: Landinulph. — p. 219. l. 55. *post* Nismes *adde*: et Hist. gen. de Languedoc II. p. 10. — p. 227. l. 14. Landinolfus *intelligendus est, ubi ed.* Pandinolfus. — p. 230. l. 47. pater *pro* frater *intelligendus est.* — p. 277. l. 51. 52. *Haec ex Plauti Querolo* III, 1. *sumpta sunt.* — p. 284. l. 34. spalnographum *recipi poterat; ita saepius Thietmarus.* — p. 410. *Widukindus in historia scribenda maxime Sallustium imitatus est, et haud raro ipsius verba sibi accommodavit; cf. I,* 35. *Iugurtha c.* 91; 36. *ibid. c.* 53. 54; 38. *ibid. c.* 45; III, 44. *ibid. c.* 3; *c.* 46. *ibid. c.* 10. *Catilina c.* 54. 57. 60. 61. *Verba III,* 18. plus quam civile bellum *ex Lucano I,* 1. *sumpta videntur* WAITZ. — p. 422. n. 19. *add.*: c. 22. codd. 2. et 3. WAITZ. — p. 435. n. 96. *Lappenbergius monet, Widukindum fortasse* Chnuþ *scripsisse, ita ut scribae* þ *pro* p *aut* b *habuissent; quod tamen ingeniosius quam verius putarim.* WAITZ. — p. 485. n. 64. *add.*: cf. infra 530. l. 33., 552. l. 39. — p. 617. c. 49. *verbis*: In mathesi *incipit.* — p. 810. l. 28. *l.*: zelus (*i. e.* scelus; *cf. glossar.*); zelum *recentior manus correxit.* — *Index s. v.* Chreina *add.*: Creinum 135.

HANNOVERAE, DIE. XIII. OCTOBRIS.
ANNI. MDCCCXXXIX. TYPIS CVLEMANNORVM.